
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

S.4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

KW
393 G 18

M. TULLII CICERONIS

EPISTOLARUM

LIBRI XVI

AD FAMILIARES

ut vulgo vocantur,

EX RECENSIONE

IOANNIS GEORGII GRAEVII

Cum ejuſdem animadverſionibus,

Et notis integris

PETRI VICTORII, PAULLI MANUTII, HIER. RAGAZONII, D. LAMBINI, F. URSINI; nec non ſelectis IO. FR. GRONOVII, & aliorum.

TOMUS I.



AMSTELODAMI,

Apud DANIELEM ELSEVIRIUM.

LUGDUN. BATAV.

Apud HACKIOS.

CIƆ IƆC LXXVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

KONINKLIJKE
BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

BENEVOLO LECTORI S. D.

IOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.

NOn multis te morabor. Nam quae praefanda de interpretibus & Tullianis editionibus habeo, rejicio in id tempus, cum toti corpori manus ultima imponetur. Nunc habes epiſtolarum ad diverſos exaratarum, quas vulgo perperam familiares vocant, volumina ſedecim. Sequentur ſtatim quae datae ſunt ad Atticum, & quae iis ſolent annecti. Tum opera reliqua. Quid in hac editione, quam ante plurimos annos ſuſcepimus adornandam; ſed quam caſus varii, praecipue tamen haec, quae intervenit, temporum atrocitas diu retardavit, ſimus ſecuti paucis accipe. Primum nobis fuit & antiquiſſimum ut ipſe Cicero prodiret limatior quam unquam antehac prodiit, dein ut haec noſtra editio cultior eſſet, & non modo ad doctorum, ſed & ad non eruditiſſimorum lectorum captum & uſum accommodata. Editionum omnium emendatiſſima eſt Petri Victorii, principis ingeniorum ſui temporis, qui in ea concinnanda & Me-

Medicaeo codice uſus eſt, uno omnium optimo & vetuſtiſſimo, & judicio, quo valebat inprimis, acerrimo, ac eruditione magna, quae cum pari conjuncta erat modeſtia. Nam ingenio parum indulget in immutandis iis, quae in optimae notae membranis repererat, a quarum religione vix latum unguem diſcedit: ſed iis non parcit, quae contra codicum antiquorum fidem in editiones vulgatas ſive deſcriptorum, ſive editorum incuria & inſcitia irrepſerant. Illi uni plus Cicero debet, quam reliquis omnibus, qui in eo perpoliendo tempus ſtudiumque poſuerunt, quorum plurimos ſuperius illud felix ſeculum tulit, Italia praecipue omnis eruditionis, quae in illa refloruit, parens: Horum enim pleriſque cultum quidem refert acceptum, ſed Victorio ſalutem. Non inficior alios etiam ſollertes & doctos viros multos naevos Tullio deterſiſſe, ſed Victorius tot gravia vulnera, tot latentia & ſuppurata, quae bonam valetudinem mentiebantur, in eo ſanavit ulcera, ut principem inter omnes locum obtineat. Saepe indignor magnum hunc Ciceronis ſervatorem immerito & indigne perſtringi a Viro doctiſſimo in ſatyra quadam: qui ſane id non ferret impune, niſi multis ejus magniſque in rem litterariam meritis hoc perverſum judicium donandum cenſeremus. Victorium in his ſaltem epiſtolis, quae nunc prodeunt, ſecutus eſt fere κτ̓ πόδα Ianus Gruterus, aut potius, cujus opera in iſtis epiſtolarum libris uſus eſt, Ianus Gebhardus, qui ſi plus ſtudii conſumſiſſet in emendate ſcribendo, quam in vellicando Lambino & Manutio, ſe longe doctioribus, provinciam ſibi a Grutero mandatam rectius

geſſiſ-

geſſiſſet & majore cum laude. Ad editionem Victorii noſtra quoque potiſſimum fuit conformata. Non tamen religioni duximus ab illa recedere, cum ratio codiceſque ab illa recedendum eſſe ſuaderent. Nam quatuor priſcis manu exaratis libris ſumus uſi. Primus, iſque longe praeſtantiſſimus non eorum ſaltem quos nos evolvimus, ſed & quos alii viri docti viderunt, & qui uni cedit Mediceo, cujus ſcripturam veriſſimam ubique firmat, depravatam nonnunquam corrigit pulcherrime, melioremque reddit, ſed qui octo tantum priores libros complectitur, aere meo comparatus eſt olim Coloniae Vbiorum in taberna libraria. Hujus inſignis libri ope non paucas inveteratas mendas, quae omnes obſidebant editiones, ex his octo libris eluimus. Hic primus noſter dicitur. Proximus ei bonitate fuit, ſed longis intervallis proximus, Amſterodamenſis, quem utendum nobis miſit Daniel Elſevirius ex illius Vrbis florentiſſimae bibliotheca publica: qui & alium membranaceum librum ex Menteliana Pariſiis in hos uſus nobis adportavit, quem Mentelianum vocamus. Quartus recentiſſimus chartaceus eſt meus ſecundus. Nam & hunc Amſterodami aliquando mihi vindicavi. Editionis Lambinianae cum variis antiquis libris a politiſſimo illo Iano Guilielmio, & cum Palatinis a Grutero compoſitae copiam mihi fecit Vir Ampliſſimus Ioannes Sixius, Scabinus Amſterodamenſis graviſſimus & doctiſſimus. Editionem perantiquam Italicam, quam anno CIↃ CCCCLXXVII *typis deſcripſit Siximundus a Libris Bononienſis, & Auguſtinus Matthaeus, Politiani diſcipulus, ut ipſe in fronte & calce libri ſua*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

manu teſtatur, cum veteribus membranis contulit, Vir Nobiliſſimus, Nicolaus Heinſius, unicum patriae ſuae decus, & grande meum litterarumque praeſidium, mecum communicavit. Quae cuncta mihi profuerunt ad has epiſtolas elimandas. Ad eas vero illuſtrandas omnium virorum eruditorum interpretationes integras collegi, & in hanc editionem contuli. Primas tenet Paulli Manutii commentarius; ſed praeter hunc illibatas habes Victorii, Lambini, Vrſini, Ragazonii annotationes, excerpta vero ex Sebaſtiani Corradi, Bernhardi Rutilii & Iani Gebhardi animadverſionibus, quibus adſperſimus quicquid aut ipſi ad cultum & lucem Ciceronis obſervavimus, aut alios doctos homines obſervare meminimus. Victorii prolixiores notas, quae non potuerunt commode verbis Tullii ſubtexi, inſeruimus, praepoſito Victorii nomine, Manutii commentario, qui propter molem ſeparatim editur, & ſingulis tomis epiſtolarum ſubnectitur. Maluiſſemus omnes notas ad exemplum Manutianarum in finem librorum rejici, ſed non licuit nobis animo noſtro morem gerere. Conſuetudini huic, quae ante non multos annos in his terris invaluit invitis viris doctis, & typographorum voluntati fuit ſerviendum. Commentarium Manutii excipit commentarius Ragazonii, ſeriem temporum & ordinem, quo ſingulae ſcriptae ſunt epiſtolae, oſtendens. Ragazonius is eſt Carolus Sigonius. His ſubnectuntur Ioannis Friderici Gronovii, ℞ πάνυ ineditae animadverſiones, quas delibavimus ex ejus ſcholis Lugduni Batavorum habitis. Illarum uſum nobis praeſtitit Iacobus Gronovius, quem non magis imago paterna illuſtrat, quam

egregia fama, quam ipſe ſibi praeclaris interioris eruditionis ſpeciminibus domi foriſque editis peperit. In fine juſſimus Petri Victorii & Paulli Manutii praefationes, & libellum variarum lectionum, quem collegimus, addi. Grande quoque decus acceſſit non his ſolum epiſtolis, ſed & reliquis, quae brevi publici juris fient, operibus Tullianis, ex annotationibus paucis quidem, ſed pereruditis, Henrici Valleſii, Viri ſummi, cujus mors nuper rei litterariae ingentem impoſuit & irreparabilem plagam, omnibus eruditis diutiſſime lugendam, quas ex libri ſui marginibus decerptas mecum communicari voluit per Franciſcum Valleſium, qui aetate quidem, ſed nec ingenii nec doctrinae laude fratre eſt inferior. Cum haec ſcriberem Roma perferuntur ad me M. Antonii Mureti annotationes, quas paginis Ciceronis a Roberto Stephano CIↃ IↃ XXXVIII *Lutetiae publicati adpoſuerat diſertiſſimus & elegantiſſimus mortalium. Eas deſcribi juſſit & ad me curari Octavius Falconerius, Vir tam natalium ſplendore, quam dignitate ac eruditione perilluſtris, & in primis commemorandus, qui & ipſe non ita pridem in aetatis flore non mihi ſoli, quem a multis annis omni benevolentiae genere proſequitur, flebilis occidit, ſed omnibus, qui ſapientiae doctrinaeque ſtudiis, quae ornabat fovebatque mirifice, tenentur. Poſt acerba Viri tam inſignis fata frater ejus Nobiliſſimus, Paullus Falconerius, in mittendis his Mureti annotationibus, qua eſt erga omnes humanitate, ſuum non paſſus eſt nos deſiderare ſtudium. Non licuit quidem nobis in his epiſtolis poliendis frui Falconerii beneficio, nam omnes jam praela reliquerant, ſed ad reliquos tomos*

 ornan-

ornandos nobis id adjumento futurum exploratiſſimum habeo. Multa alia nomina contraxi, quibus ſuus dictus eſt dies: ſed in nullius tanto ſum aere, quam in excellentis illius Viri Antonii Magliabecquii, quem quotquot ubique gentium ſunt docti homines tanquam commune delicium orbis eruditi in oculis ferunt, tam prolixa in cunctos, qui rei litterariae commodis invigilant, ejus eſt voluntas, tantumque omnes demerendi ſtudium, ut natus unice videatur ad optimarum artium dignitatem tuendam & augendam. Quis unquam cunctis aliquid profuturum ſeculo & poſteris parantibus acriores admovit ſtimulos? Quis illis vario genere ſubſidiorum undique conquiſitorum inſtruendis ad feliciter quae moliuntur perficienda fuit liberalior? Me ſane jam dudum tanta benignitate ſic ſibi devinxit, ut nullam referendae gratiae rationem unquam inire poſſim. Nullus eſt liber tam rarus inventu, qui in noſtris terris & bibliothecis haberi non poteſt, cujus non copiam mihi tantis locorum intervallis a ſe disjuncto fecerit, ſimul ac eum me quaerere intellexit; nec ullum ſtudium officiumque ab ullo homine conjunctiſſimo poteſt expectari, quod mihi a ſe promtum eſſe & paratum non luculentis declararit argumentis. ſed haec non ſunt in tranſcurſu praedicanda. Illuceſcet, ſpero, aliquando dies exoptata qua mihi licebit plenis, ut ſic dicam, velis in commemorationem tot in me ac rem litterariam meritorum ejus invehi, ut in non ingratum hominem ſe ſua collocaſſe munera cognoſcat. Te lector benevole rogo ut, ſi quem ex his lucubrationibus fructum capis, patronos hos rei litterariae fauſtis ominibus proſequaris. In ſequenti-

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bus operibus jubeo te ſperare non paucas Caſauboni, Mureti, Paſſeratii, Gronovii nondum in publico viſas ad Ciceronem annotationes. Quos interpretes ſingulis libris ſimus adjecturi inviolatos animus fert hic ſubjicere, hac de cauſſa, ut ſi quid forte eruditi nobis lateat, quod Ciceroni expoliendo & illuſtrando ſerviat, a te, lector amice, monitus inveſtigem, & reliquis adjiciam. Id enim ſtudeo ne quid in hac editione praetermittatur, quod aut ad maculas, quas Ciceroni inuſſit temporum & hominum iniquitas, delendas, aut ſalebras, quae in illius ſcriptis occurrunt, complanandas, a litteratis viris eſt memoriae proditum. Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Index interpretum Tullianorum.

PRaeter Victorii, Manutii, Lambini, Vrſini, Gruteri notas integras in omnes Ciceronis libros, ſingulis hi accedent: In Rhetoricorum libros duos de Inventione Marius Victorinus: in libros tres de Oratore ad Q. Fratrem Iacobus Strebaeus, In librum ſecundum de jocis Ciceronianis Turnebus & Paſſeratii ineditae notae: In de claris oratoribus, qui Brutus inſcribitur, Sebaſtianus Corradus. In Oratorem ad Brutum Majoragius: In Topica Goveanus & Achilles Statius: In Partitiones Oratorias Majoragius: De optimo genere Oratorum Achilles Statius: In Oratorem pro Quintio; pro Roſcio Amerino, pro Q. Roſcio Comoedo Hotomannus, in divinationem in Verrem, & in Prooëmium actionis primae in Verrem Hotomannus & Franciſcus Fabritius; in librum II & III Hotomannus & P. Nannius, in lib. IV & V Hotomannus, pro M. Fonteio Hotomannus & Gabriel Faernus; pro A. Caecinna Hotomannus & P. Faber, pro lege Manilia Hotomannus & Fr. Fabritius, in Orationes tres in Rullum H. Turnebus & Bernhardinus Lauredanus, pro C. Rabirio Turnebus & Hotomannus, in IV Catilinarias Muretus, pro Muraena Ioach. Camerarius, pro L. Flacco Gabriel Faernus, pro Archia; Ad Quirites poſt reditum, poſt reditum in Senatum, pro domo ſua Hotomannus, pro haruſpicum reſponſis Hotomannus, & Fr. Fabritius, in Vatinium Goveanus, & Hotomannus; Pro M. Coelio, de provinciis Conſularibus; pro Balbo Hotomannus; in Piſonem Hotomannus & Fr. Fabritius; pro Rabirio Poſthumo Franciſcus Fabritius; pro Q. Ligario Fr. Fabritius, & Ioach. Camerarius; in Philippicas Hieronymus Ferrarius, Muretus & Faernus; his inſerentur nonnulla ex Nicolaï Abrahamii commentario in aliquot Ciceronis Orationes, ſed ea tantum quae aut ad obſcura, aut ab aliis male intellecta explicanda faciunt: In epiſtolas ad Atticum Seb. Corradus, Malaſpina, S. Boſius, Franciſcus Iunius, Auſonius Popma, Caſauboni, Mureti, Gronovii ineditae: in epiſtolam de Provincia adminiſtranda Hotomannus: in Academicas Quaeſtiones Turnebus & P. Faber: In libros De finibus bonorum & malorum Muretus: In Tuſculanas Quaeſtiones Camerarius, Fr. Fabritius, Muretus: in libros de Fato Hadr. Turnebus, Achilles Statius, Ioach. Perionius, in libros de legibus Goveanus & Turnebus: in libros de officiis, Franciſcus Fabritius, Petrus Suffridi, Carolus Langius: Coelii Calcagnini & Majoragii reprehenſiones, & Jacobi Grifoli defenſiones: in Laelium Martialis Rogerius: In ſomnium Scipionis Eulogius Favonius Rhetor Carthaginienſis, Elias Vinetus, Carolus Langius, P. Suffridi & Franciſcus Fabritius: in Arataei Phaenomena Joach. Perionius & H. Grotius: In fragmenta Ciceronis Car. Sigonius, & Andreas Patritius. His paſſim adſpergentur, quae cum a viris doctis in aliis libris, quibus non ex profeſſo Cicero illuſtratur, tum a me ipſo fuerunt animadverſa, quae Ciceroni lucem foenerantur, aut labes ei abſtergent. Accedet tomus peculiaris nonnullos libros ad Ciceronis intelligentiam neceſſarios complectens, Vitam nimirum Ciceronis a Fr. Fabritio ſcriptam, Boëtium in Topica, Corradi Quaeſturam, Logicam, Ciceronianam.

I N-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

INDEX
IN
NOTAS VARIORUM
Ad Epiſtolas Ciceronis quas vocant Familiares.

Num. Romanus librum aperit, qui ſequuntur vulgarii epiſtolam, & paginam, a, b *columnas oſtendunt.*

A.

A *pro* Ah IX. 22. 59. a. a jure diſceſſum eſt IX. 16. 38. a. a mane IX. 26. 70. b. 71. a. a Veſtæ XIV. 2. 352. b
abſolvere juriſdictionem IV. 12. 214. b
accenſi III. 7. 139. b
accipere V. 17. 276. b
Achaia IV. 4. 186. a
ἀκοπία XVI. 18. 451. a
actæ IX. 6. 16. b
actio V. 10. 250. a. actionem dare *ibid.* a. expoſtulare *ibid.* a. intendere, inſtruere *ibid.* b. actione poſtulare *ibid.* b
ad ædificandam Rempub. IX. 2. 8. a. ad Apollinis VIII. 4. 454. a. ad imperandum adeſſe IX. 25. 62. b. ad os apponere manum VIII. 1. 443. a. ad ovum IX. 20. 51. a. ad præſens XII. 8. 215. b. ad ſanitatem redire XIV. 10. 217. a. ad te IX. 1. 4. a. ad urbem eſſe III. 8. 144. a
adhibere III. 7. 203. b. XI. 7. 163. a
adimere, & demere *ut differant* I. 7. 26. b
adminiſtrare XV. 5. 396. a
adventibus ſe offerre VI. 20. 354. b
advocationem poſtulare VII. 11. 386. a. advocati *ibid.* advocatio *ibid.*
æra XII. 1. 204. a & b. æra refigere *ibid.* b
æſtimationem accipere V. 20. 294. b
afui *pro* abfui X. 1. 73. a
agere cum populo I. 2. 11. a. agere nobilem VIII. 2. 447. b
Alabanda XIII. 56. 326. b
Alabandeis XIII. 56. 325. a
alæ II. 17. 114. a
alarii II. 17. 114. a
Aleſa XIII. 32. 308. a
Alexandrea I. 4. 15. a
aliptæ I. 9. 48. a
aliqui *pro* aliquis VIII. 7. 464. a
Alſium IX. 6. 13. b
altera epiſtola XV. 17. 406. b
altero viceſimo die XII. 25. 247. a
alterum utrum VI. 1. 304. a
ambitio V. 20. 292. b. & XIII. 5. 270. a
ambitioſe III. 7. 140. a
amici XV. 2. 382. b
amplius eo nomine non peti XIII. 28. 301. b
an, credo, doles? IV. 4. 192. a
anagnoſtes V. 9. 249. a
Ancona XVI. 12. 443. b
andabatæ VII. 10. 384. a & b
annua die debere VII. 22. 411. b
Antiochea II. 10. 89. a. XII. 15. 235. a
Antiochinus *pro* Antiochianus IX. 8. 20. b
ἀπότευγμα IX. 21. 55. a
apparitio XIII. 54. 304. a
apponere VII. 2. 369. a
apricus hortus XVI. 18. 452. b
aquæ XVI. 24. 464. b
Aquæ Statiellæ XI. 11. 171. b
aquarii VIII. 6. 462. a
Aquinum IX. 24. 64. b
arceſſo X. 33. 144. b
Arete X. 18. 107. b
argutus VIII. 1. 441. a
Ariarathes XV. 2. 380. a
Ariminum XVI. 12. 443. b
Ariobarzanes XV. 2. 380. a
Arretium XVI. 12. 443. b
ars embænetica VIII. 1. 444. b
Artuaſdes XV. 3. 385. b
aſſignare VI. 7. 325. b
ἀταραξία XV. 19. 420. b

Atel-

Atella XIII. 7. 273. a
Atellanæ VII. I. 364. a
Athenodorus III. 7. 142. a & b
auctor I. 1. 6. b. auctore ſe X. 32. 141. b
auctoritates perſcriptæ VIII. 8. 470. b
auferre II. 7. 80. a. & VI. 12. 338. b
auſpiciis ſalvis I. 2. 11. a

B.

BAiæ IX. 12. 27. a
Barbari IX. 30. 10. a
barones IX. 26. 71. b
Q. Cæcil. Baſſus XII. 11. 219. a
batuere IX. 22. 62. a
Bauli VIII. I. 444. a
beneficio alicujus eſſe VII. 30. 432. a. deferri in beneficiis ad ærarium V. 20. 292. a
bis ad eundem X. 20. 110. b
Bogudis regnum X. 32. 139. a
bona benevolentia XIII. 60. 339. a. bonum nomen V. 6. 241. b
Braccatæ nationes IX. 15. 34. b
brevi, breviter I. 9. 44. a. III. 8. 144. b. & IV. 5. 191. b
Bulliones, Bylliones XIII. 42. 315. a

C.

CÆſar Præfectus moribus IX. 15. 36. a
Cæſena XVI. 27. 467. b
Calacta XIII. 37. 311. a
calet VIII. 6. 462. a. calere VII. 10. 384. a
calfacere VIII. 6. 462. a
M. Calidius VIII. 4. 451. a
callet animus IV. 4. 192. a
Calliſthenes V. 12. 255. b
callum obducere IX. 2. 6. b
Calpe X. 32. 139. a
calumnia I. 1. 4. a. calumniam jurare VIII. 8. 469. b. calumniam maximo plauſu tulit VIII. 8. 466. a
calumniari IX. 2. 6. b. & IX. 7. 18. a
cantharidas ſumere IX. 21. 57. a
canticum IX. 22. 58. b
Capius VII. 24. 414. b
Cappadocia XV. 1. 377. a
caput III. 8. 144. b
Caſſiope, Caſſope XVI. 9. 437. b
caſtiſſime XIV. 4. 355. b
caſtra movere III. 6. 137. b
Caſtulo X. 31. 135. b
C. Cato I. 2. 12. a. & p. 15. a. & 19. b
Cato quadrimus XVI. 22. 460. a
Catulus IX. 15. 35. b
cavere alicui III. 1. 122. b. & 123.
Caunus XIII. 56. 326. b
cedere voluntati alicujus VI. 6. 321. a
centeſimæ uſuræ V. 6. 241. b
Cerellia XIII. 72. 340. a
cernere X. 9. 90. a. cernere hereditatem alienæ gloriæ IX. 14. 31. b
certus competitor VIII. 2. 449. a. candidatus *ibid.*
ceteroqui IX. 10. 25. b
cetræ VII. I. 363. b
χολὴ ἄκρατος XIV. 7. 362. a
Cibyra XIII. 21. 293. b
cilo VI. 20. 355. a
circulator X. 32. 142. b
circumcirca IV. 5. 193. b
Ciſpia familia XIII. 6. 270. b
Claterna X. 5. 212. a
Claudia V. 2. 229. b
coemptionalis VII. 29. 428. a
cœpi facere *pro* feci X. 15. 102. b
cogere medicos IV. 12. 215. a
cognoſcere cauſſas VIII. 8. 474. a
cohortes prætoriæ X. 30. 133. a
Colophon XIII. 69. 338. b
comedim *pro* comedam IX. 20. 52. a
comicus teſtis II. 13. 96. b. & 97. a
comitia centuriata VII. 30. 431. b. tributa *ibid.*
Commagena, Commagene VIII. 10. 480. a. XV. 1. 376. a
commemorare VI. 20. 356. a
commiſſæ poſſeſſiones XIII. 56. 326. b
commodo facere I. 1. 6. b. commoda VII. 8. 380. a. X. 24. 120. a
communis IV. 9. 208. b. communi dividundo VII. 12. 388. b
comparare XVI. 11. 441. b. comparari *ibid.* comparare provincias I. 9. 61. a
complecti II. 15. 103. a & b
componi, compoſitiones II. 8. 82. b
concerpere aliquem VIII. 6. 462. a
condicere I. 9. 55. b
conficere IX. 20. 51. a. conficere centurias XI. 16. 180. a
conformare I. 8. 30. b. & II. 1. 68. b
congiarium VIII. 1. 445. a
conglaciare VIII. 6. 461. b
conji-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

conjicere ſe in adverſarii caſtra IX. 20. 51. a
conſidere X. 23. 116. a
conſilii princeps XV. 15. 410. b
conſolidatæ rationes V. 20. 285. b
conſtituere VII. 3. 373. a
conterere oblivione I. 9. 53. b
conteſtari III. 10. 156. b. & 157. conteſtata lis III. 10. 156. b
conventus III. 8. 148. b
convictio jucundiſſima XVI. 21. 456. a
cooptare III. 10. 163. a
Coropaſſus XV. 1. 376. b
corpus V. 12. 257. b. corpus amittere, facere VII. 25. 423. a
corroborare ſe XIII. 10. 279. a
Corycus XII. 13. 224. a
credere ſe alicui IV. 7. 202. a
Crommyu acris XII. 13. 226. b
Cularo X. 23. 119. b
cum maxime I. 9. 57. a
curatio ludorum Romanorum VI. 16. 352. a & b
Cures XV. 20. 424. a
currus XV. 5. 59. b
Cyzicus XIV. 4. 356. b

D.

DAre auribus XII. 16. 236. b. dare ſe alicui II. 8. 83. b
de communi ſententia IV. 1. 178. a. de eadem re alio modo XIII. 27. 299. b. de *eleganter pro* quod ad I. 2. 9. b. de hypothecis decedere XIII. 56. 326. b de lucro vivere IX. 16. 38. b
debebit habere VI. 6. 319. a. debere non potui VII. 19. 403. b
debilitata gratia VI. 12. 337. a
decernere X. 9. 90. a
decidere XI. 3. 158. a
decuriones XIII. 30. 307. a
deducere naves XII. 13. 228. b
deferveſcere IX. 2. 7. a
Deiotarus II. 12. 94. a
delegare VIII. 1. 441. a
delegatione ſolvere VII. 5. 375. b
deliberatius nihil ei fuit V. 2. 232. b
deligere IV. 5. 193. a
denique X. 9. 90. b
denuntiare V. 10. 253. a. XI. 2. 156. b. & XIII. 78. 345. a
depugnare VI. 4. 311. a
Dertona XI. 10. 170. b
deſcendere VIII. 4. 482. a
deſcribere pecunias XIV. 1. 203. b. deſcriptæ regiones XVI. 1. 442. a
deſtituere IX. 22. 58. b. & 59. a
deterrere ab injuria V. 2. 230. b
διαφόρησις XVI. 18. 450. a
dibaphus II. 16. 110. b
dicta dies XVI. 10. 439. a
dicto audiens alicui VIII. 4. 455. b
dictum XI. 20. 183. a
dies VIII. 12. 490. b
Diis hominibuſque approbantibus I. 9. 53. b
dilectus XI. 3. 157. b
diligentia III. 8. 148. b
diligere IV. 5. 193. a
Diodotus philoſophus IX. 4. 11. b Stoicus XIII. 16. 258. a
diplomata VI. 12. 338. a
diſcedere in opinionem VI. 14. 345. b. diſceſſe *pro* diſceſſiſſe XII. 15. 235. b
diſcere cauſſam VII. 21. 407. a. X. 26. 126. b
diſceſſionem facere I. 2. 10. a
diverbium IX. 22. 58. b
divinatio VIII. 8. 469. b
diviſio, inter obſcena IX. 22. 61. a
docere cauſſam VII. 21. 407. a. X. 26. 126. a
doctorem deſiderare VII. 19. 404. a
domum ad me III. 8. 152. b. domo petere VII. 25. 418. a
donare inimicitias Reip. V. 4. 236. b
duos parietes de eadem fidelia dealbare VII. 29. 429. b
Dyrrachium XIV. 1. 351. b

E.

E repub. civis IX. 21. 56. a
ecdicus XIII. 56. 326. a
edicere VIII. 11. 483. a
egredi IX. 6. 14. b
elatum dicendi genus VI. 7. 324. a
elegantia III. 8. 145. b
elegantius *ibid.*
Eleutherocilices XV. 4. 392. a
Eli XIII. 26. 298. b
elicere X. 8. 85. a
emiſſarius VII. 2. 367. b
Epictetus III. 10. 160. b
Epicuri temperantia VII. 26. 423. a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Epiphanea XV. 4. 390. b
epiphora XVI. 23. 461. a
Eporedia XI. 20. 185. b
Erana XV. 4. 391. b
eſſe XII. 13. 225. b. eſſe in bonis XIII. 30. 307. a
eſſedarii VII. 10. 384. a
evocati III. 6. 136. b. eorum præfectus *ibid.*
eutrapelia VII. 32. 434. a
ex ante diem x Kal. VIII. 8. 472. b. ex inteſtinis laborare VII. 26. 421. b. ex jure manu conſertum petere VII. 13. 390. a & b. ex mea conſcientia metior X. 4. 78. a
exactus V. 20. 291. a
exceptio VII. 13. 390. b
excipere X. 23. 118. b
excludere a portu V. 15. 269. a
exedræ VII. 23. 413. a
exemplo uno litteras dare IV. 4. 185. a
exigere X. 24. 124. a
exire IX. 6. 14. a
exiſtimatio VIII. 1. 441. b
exitu rebuſque cognoſcere X. 11. 91. a
exodiarius VII. 1. 364. a
expedire alicui XII. 13. 226. b
explere aliquem II. 1. 68. a
extraordinarius reus VIII. 8. 466. a
extricare V. 9. 250. a

F.

Fabatus X. 33. 147. a
Fabrateria IX. 24. 64. b
fabula VIII. 1. 441. b
facile vivere, eſſe III. 12. 170. b
facilior & melior VI. 5. 315. a
factio teſtamenti VII. 21. 408. b
fallax ratio concludendi VI. 4. 312. b
familia VII. 5. 375. b. familiam ducere *ibid.*
fide *pro* fidei X. 16. 102. a
fidelia VII. 29. 429. b
fieri aliquid VII. 11. 386. b
finis *incerti generis* X. 32. 143. a
fœneratores V. 6. 241. a. & VIII. 16. 505. a
forma architectis quid? II. 8. 83. a
Formiæ XIV. 15. 371. b. & XVI. 12. 444. b
Formianum XI. 27. 192. b
formulæ XIII. 27. 299. b
forum attingere V. 8. 245. b. & XV. 16. 415. b. forum agere III. 6. 136. a
Forum Cornelii XII. 5. 212. a. Forum Gallorum X. 39. 133. b. Forum Vocontium X. 34. 149. b
fraudi eſſe VII. 26. 422. b
Fregellæ XIII. 76. 344. a
frenum mordere XI. 23. 189. b
frons IX. 10. 24. b
fuiſſe IV. 5. 195. b
furia religionum I. 9. 46. a & b

G.

Gades X. 32. 139. a
Ser. Galba X. 39. 132. a
Gallia citerior X. 4. 79. a
Gareathyra XV. 1. 376. b
gaudere aliquid VIII. 8. 465. a
gerere ætatem IV. 4. 192. b
gladiatores VII. 1. 364. b
gratulari XI. 18. 181. b
gratulatio XI. 18. 181. a. & XV. 4. 394. a
gypſatæ manus VII. 6. 377. a

H.

Habeto II. 8. 83. b. habere VII. 29. 429. a
hæreſis XV. 16. 416. b
Hales fl. VII. 20. 406. a
Haleſa XIII. 32. 308. a
haſta refrixit IX. 10. 26. a
have *pro* ave VIII. 16. 501. a. & 502. a
hebdomades medicorum XVI. 9. 438. b
Heluellæ VII. 26. 423. a
Heraclea XIII. 56. 326. b
Hipponacteum præconium VII. 24. 415. a
Hiſpalis X. 32. 142. b
hoc *pro* huc X. 21. 13. a
honere *pro* onere II. 16. 106. a
honorem habere medico XVI. 9. 438. b
HS octogies XIII. 61. 330. b
humaniter vivere VII. 1. 367. a
Hydrus, Hydruntum XVI. 9. 437. b
hypotheca XIII. 56. 326. a
Hypſæus *dicitur* & Ypſæus I. 1. 7. a. cognomen Plautiæ familiæ *ibid.* & II. 6. 78. a

I.

I *pro* E VI. 2. 306. b
jactare ſe II. 15. 102. a. & VIII. 10. 482. a

idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

idem illis IX. 6. 16. a
jejunus homo X. 21. 112. b
illi *pro* illic VIII. 15. 497. b. & VI. 20. 354. b
imminuta 'ſt V. 2. 229. a
impeditum VI. 7. 324. b
Imperium. Cum imperio eſſe I. 1. 6. b
impetu *pro* impetui X. 24. 120. a
importunitas XV. 4. 387. a
importunus IX. 21. 57. a
impotens X. 1. 74. b
impunite XI. 18. 197. a
in æſtimationem accipere XIII. 8. 276. a. in conſilium ire VII. 24. 416. b. in curſu bonorum conſiliorum X. 15. 100. b. in diſcrimen adducere V. 20. 297. a. in fanis & templis pecunia deponebatur V. 20. 289. a. in forum venire, forum attingere XIII. 10. 279. a. in hoc mihi gratulor IV. 12. 213. a. in poteſtate alicujus eſſe V. 4. 236. b. & 237. a. X. 31. 137. a. & XI. 2. 156. a. in rationibus referre V. 10. 286. b. in ſumtum habere IX. 20. 52. a. in utriſque verſatus ſubſelliis XIII. 10. 297. b
Inalpini XI. 4. 159. b
incertus XI. 19. 182. b. incertæ res IV. 9. 209. a
incilia VIII. 5. 458. a
indicere III. 10. 161. b
inducere III. 10. 161. a
infirmi VIII. 4. 452. b
iniquus XI. 27. 194. a
injungere detrimentum XIII. 13. 175. b
injuſtiſſima invidia X. 31. 136. b
inluſtris III. 10. 159. b
inſinuare IV. 13. 220. a
inſtitit flagitare X. 15. 102. b
inſtituere IX. 23. 63. b. inſtituto itinere XV. 5. 398. a
intercalares menſes & dies VI. 14. 344. a & b
interdictum Unde vi XV. 16. 415. 16. interdicto defendere, contendere VII. 32. 436. a
interpretes X. 11. 93. b
intra legem IX. 26. 72. b. intra modum IV. 4. 188. b
invadere alicui XVI. 12. 443. a
invidiæ eſſe VIII. 8. 467. a
joci XVI. 21. 456. b
ipſi dies II. 8. 84. a. ipſæ undecim legiones VI. 18. 348. b
ire in alia omnia VIII. 13. 491. a
Iſſus II. 10. 89. b
iſta provincia XIII. 64. 332. b
iſtim *pro* iſtinc VI. 20. 354. a
jubere VI. 6. 318. b
judicare X. 9. 90. a
judicium XV. 2. 383. a. judicio probari XV. 2. 383. b
juero *pro* juvero X. 24. 124. a
jumenta XI. 13. 173. b
jurisjurandi formulæ X. 9. 88. b. jurisjurandi per Jovem lapidem formula VII. 1. 362. b
juſtæ res XV. 4. 395. a
juvat me III. 10. 162. a

K.

Κακοστόμαχος XVI. 4. 431. a
Kalendæ Quintiles XIII. 2. 266. b
κενόσπουδος XV. 17. 418. a

L.

Labor III. 10. 156. a
laudatores I. 9. 36. a
Laudicea XII. 13. 224. a
laurus II. 16. 106. a & b
legatio libera XII. 21. 243. a. & XI. 1. 154. a. legationes exterarum gentium audiebantur menſe Februario I. 4. 15. a
levidenſe munus IX. 12. 28. b
lex Cornelia III. 10. 161. a. curiata I. 9. 60. a. Julia II. 17. 112. a. Licinia VIII. 2. 447. a. Plotia de vi VIII. 8. 466. a. Pupia I. 4. 14. b viaria VIII. 6. 463. a
libenter edere IX. 19. 50. a
liberalis cauſſa VIII. 9. 477. a
liberalitas V. 9. 249. a
libertas I. 9. 62. a
ligurrire XI. 21. 187. b
Lilybæum IX. 21. 57. a
limare III. 8. 151. b
limitare *ibid.*
liquido negare XI. 27. 19. a
lites æſtimare VIII. 8. 468. b
litteris commendari XI. 10. 168. b
loco XI. 16. 179. a. loco hoc XVI. 21. 457. b. loco ponere IX. 26. 40. b

** lomen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

lomentum & nitrum putare Cenſuram VIII. 14. 495. a
loti VII. 20. 406. a
L. Lucceius V. 12. 254. a
Luceria XV. 15. 412. a
ludere bonum civem VIII. 9. 476. a
ludi ob victoriam inſtituti XI. 28. 198. a
Lycaonia XV. 1. 376. b
Lynceus IX. 2. b. a

M.

MAgiſter auctionum XII. 30. 258. b. magiſtri IX. 16. 42. b
magnum theatrum habet XIII. 64. 332. b
malis orbiculatis paſti VIII. 15. 493. a
mancipium VII. 29. 427. a. mancipio dare VII. 30. 432. a
mancipum cautio V. 20. 288. a
manſuetiores Muſæ I. 9. 59. a
manum de tabula VII. 25. 419. b
maritima mediterraneis præferebantur II. 16. 107. b
Mars belli communis VI. 4. 310. b
ane ipſe, mihi ipſe *&c.* VII. 1. 362. a
Megaram, Megaren III. 15. 193. b
Melita XIII. 52. 322. a
L. Meſcinius Rufus V. 19. 280. a
metiri VIII. 6. 463. a
millenarii notæ ∞ origo XVI. 18. 451. a
Minerva cuſtos urbis XII. 25. 248. a
Minturnæ XIV. 14. 368. b
miſericordiam defuturum X. 21. 113. b
mittere XI. 8. 164. b. mittere in conſilium VIII. 8. 468. a
mobiles trimetri V. 2. 232. a
Mopſuheſtia III. 8. 152. b
movere IX. 24. 66. a
multa paucis XI. 24. 189. b. multis partibus pluris I. 2. 10. b. & VIII. 9. 478. a
municipes XIII. 4. 267. b
munus officii III. 13. 173. a. munera II. 3. 71. b. munera regionum VI. 19. 357. a & b
munuſculum deferre VIII. 12. 488. a
Muſici ludi ſunt iidem qui ſcenici. *Argum.* VII. 1. 360
Mutina X. 33. 144. a
Mylaſa XIII. 56. 326. a
Mylaſeis XIII. 56. 325. a
Myrina V. 20. 293. a

N.

NArbo X. 33. 144. b
Narona XIII. 78. 345. b. & X. 9. 249. b
ne *pro* nedum IX. 26. 70. b
neceſſitudinem ſequi VIII. 14. 492. a
negligens III. 8. 148. a
nervi & ſapientia tua III. 10. 156. a
nexus VII. 30. 432. a
Nicæa XIII. 61. 330. a
Nicias IX. 10. 23. a
Nigidius Figulus IV. 13. 217. a
nihil *pro* non IX. 2. 6. a
Noctuam Athenas VI. 3. 309. b
nomen facere VII. 22. 411. a. nomen *pro* nobilitate III. 7. 141. a
non modo I. 9. 41. a
noſcere excuſationem IV. 4. 185. b
noſti cetera VII. 28. 426. a
noſtra ex parte XII. 15. 234. a
nullus imperator VII. 3. 370. a
num quid vis? III. 9. 154. a
numerare XIV. 2. 207. b
Nyſa XIII. 64. 332. a

O.

OBnunciare I. 2. 11. b
obſidio V. 6. 241. a
occurrere VIII. 8. 466. b
occurſus ſimulacrorum XV. 16. 415. b, *& ſeq.*
OEnomaus IX. 16. 42. a
offendi *pro* clade affici I. 7. 23. b
offenſio eſt clades *ibid.* offenſionem facete dictorum effugere IX. 16. 39. a
offerre mortem IV. 12. 215. a
omnes neceſſitudines XIII. 12. 282. a. omnia mea in hoc poſita ſunt II. 6. 78. a
onerare precibus IV. 11. 212. a
opera *pro* tempore XVI. 21. 458. b. opera perducitur IX. 20. 51. a. operæ XIII. 9. 277. b. operas pro magiſtro dare XIII. 65. 333. a
optare III. 10. 163. a
optimum genus dicendi II. 17. 238. b
M. Orſius VII. 5. 374. a
ornata provincia XV. 4. 394. a
os V. 10. 251. b
Oſci ludi VII. 1. 364. a

P. Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

P.

PAlam ſecreto VIII. 1. 441. a
palpare X. 33. 145. b
Palto XII. 13. 225. a
paludamentum, paludatus VIII. 10. 48. a
Panica XVI. 23. 461. b
pantheræ Græcæ VIII. 6. 463. b. Cibyratæ *ibid.*
Papiſii *pro* Papirii IX. 21. 56. a
par hoc recte habet VIII. 8. 470. b
parare VIII. 8. 475. a. parare cum collega I. 9. 61. a & b
paratus ab exercitu VIII. 10. 480. b
parietinæ IV. 3. 183. a
Parion XIII. 53. 323. a
partiri X. 8. 85. a
parum utilis VIII. 13. 490. b
paſſim ire XI. 13. 174. a
Patricii minorum gentium XI. 21. 56. a
pedibus trahere VII. 32. 436. a
Pelopidæ VII. 28. 426. a
per fortunas tuas VIII. 16. 500. a. per me VI. 12. 337. b
Perga XII. 14. 231. b
perveſperi IX. 2. 5. a
petulans ſplen VI. 7. 325. a
petulantia VI. 7. 324. b
Phanias II. 13. 97. a
Philomelium XIII. 43. 316. b
Philoſophia inquilina XV. 18. 419. a
Phylarchus XV. 1. 377. b
pietas I. 1. 3. a
pilatim ire XI. 13. 174. a
Pindeniſſus XV. 4. 392. a
Piſaurum XVI. 12. 443. b
plaga IX. 16. 44. a
plebs VIII. 16. 505. b
Pola VIII. 12. 489. a
politus VII. 1. 364. b
Polla XI. 8. 164. a. XII. 12. 220. b
Pollentia XI. 13. 174. b
pollulum, paullum XII. 12. 220. a
Polybius V. 12. 255. b
Pompilius IX. 16. 41. b
ponere accuſatorem VIII. 12. 489. a. ponere quæſtionem IX. 26. 68. b. ponere tempus V. 10. 296. a
Pons Argenteus X. 34. 151. b
Pontius Aquila X. 33. 147. a
porticulæ VII. 23. 413. a
poſtulare V. 10. 251. b
T. Furfanius Poſtumus VI. 8. 329. a
poteſt I. 2. 11. a
potius malle XV. 5. 397. b
præcipere V. 16. 273. b
præcones ludorum ſacrorum certabant de victoria V. 12. 261. b
prædicta VI. 6. 319. a
prærogativa tribus vel centuriæ XV. 5. 397. a
præſtare culpam IX. 16. 42. a. præſtare fidem alterius V. 10. 253. a
prima provincia III. 6. 134. a
pro civili parte XI. 28. 197. a. pro magiſtro XIII. 9. 177. b
probabile VI. 7. 325. b
Proconſules V. 1. 225. a
profligare VIII. 9. 477. b
projicere XIV. 2. 352. b
proinde X. 11. 92. b
prolatio V. 16. 272. a
promulſis IX. 16. 44. b
propagatio V. 15. 269. b
proprium & tuum X. 5. 80. b
Prora & puppis XVI. 24. 463. a
proſcribere VII. 29. 428. b
proſpicere multum VII. 20. 406. b
pſecas VIII. 15. 499. b
publicani XIII. 6. 271. a
publice mittere litteras V. 7. 242. b. & II. 10. 90. a
pulchre noviſſe X. 13. 116. a
pulegium XVI. 23. 462. b
Pyramus III. 11. 166. a

Q.

QUadrantaria cur Clodia dicta V. 2. 230. a
quæſticulus IX. 16. 43. b
quantivis VI. 20. 353. a
quatuordecim X. 32. 140. a
Quatuorviri X. 32. 140. a
quid quæris? II. 9. 86. b
Quindecimviri VIII. 4. 451. b
Quinquatrus II. 12. 93. a & b
Quintius Gallus XIII. 42. 315. a
quis tu es? VII. 16. 395. b
quiſquis *pro* quiſque VI. 1. 301. a
quo mihi VII. 23. 412. a
quod illorum capiti ſit VIII. 1. 443. a

R.

Ratio III. 8. 144. b. *&* 148. a. ratio & veritas VI. 1. 303. a. rationem alicujus habere VI.6.318.b. rationum referendarum jus vetus V. 20. 283.b
reapſe IX. 15. 34. b
rebus X. 11. 92. a
recedendi cum navibus mos veterum XII. 13. 224. a
recens nova XI. 21. 186. b
receſſus VIII. 10. 480. b
reciperare *pro* recuperare XII. 2. 207. a
recipere in ſe XIII. 28. 302. a
reddere XII. 13. 222. a
refrigerare III. 8. 144. a
reges IX. 16. 42. b
Regium Lepidi XI. 9. 166. b. *&* XII. 5. 212. b
regnum forenſe IX. 18. 48. a
religio oblata eſt X. 12. 96. a
reliqua XIII. 66. 335. a
renuntiare X. 32. 140. a
reſpicere X. 24. 124. b
reſpondere I. 10. 65. b
retexere XI. 14. 177. b
revocare ſe & refugere VI. 7. 324. a
rumor raucus IX. 2. 7. a
ruſticus Romanus XVI. 21. 458. a

S.

Sacerdos XV. 4. 387. a
ſacerdotium XV. 4. 394. b
ſacramento contendere VII. 32. 435,b
Salaco VII. 24. 417. b
ſalinæ VII. 32. 434. b
ſalutatio matutina VII. 28. 426. a
ſalutem dicere foro VII. 32. 438. a
Samarobriva VII. 11. 386. b
ſane quam XI. 13. 175. a
Sardes XIII. 55. 324. a
Sardi venales, alius alio nequior. VII. 24. 417. a
ſatis ſalis IX. 16. 45. b
ſaucius VIII. 8. 469. a
SC. auctoritas VIII. 8. 470. b
ſcena rei totius VIII. 11. 486. b
ſchola Stoica IX. 22. 62. b. ſcholas habere *ibid.*
ſciamachia XI. 14. 176. b
ſcidula XV. 16. 412. b
ſcribere VII. 14. 392. a. ſcribendo adeſſe VIII. 8. 170. b
ſcriptura XIII. 65. 333. b
ſecunda voluntate hominum XV. 19. 420. a
ſemiſſes uſuræ V. 6. 241. b
Senaturire VIII. 4. 452. b
Senatus auctoritas I. 2. 12. a
ſenes coemptionales VII. 29. 428. a
ſeſtertium quadringenties XI. 10. 169. b
Seſtius VII. 32. 435. b
ſi *pro* etſi XII. 2. 208. b. *pro* num III. 9. 154. a. ſi qui inferis ſenſus eſt IV. 5. 195. b
Sida XII. 15. 234. a
ſigna VII. 11. 387. b
Silva Gallinaria IX. 23. 63. a
Simius V. 10. 250. a
ſimul accepi VI. 18. 348. a. ſimul *pro* ſimul ac XIV. 7. 363. a
ſiniſtra VI. 6. 319. b
ſolida ratio V. 20. 285. a
ſolum mutare XI. 12. 270. b
ſolutum VI. 7. 324. b
ſperare ſecunda VI. 13. 342. b
ſpiſſius I. 10. 90. b
ſt XVI. 24. 464. a
Stabiæ VII. 1. 361. a
ſtat nobis illud IX. 2. 7. a
ſtipendia emerita VIII. 8. 474. a
ſtudio VI. 7. 327. a. ſtudiorum æmuli XII. 13. 223. b
ſub manu X. 23. 117. a
ſuboles X. 33. 144. b
ſubroſtrani VIII. 1. 443. a
ſubſcriptor VIII. 8. 466. b
ſubſellii longi judicatio III. 9. 154. b
ſubſiſtere ſumptui XI. 10. 170. a
ſucceſſa omnia XVI. 21. 455. b
Sulla a *Sura* VIII. 4. 452. a. Sulla ſector IX. 10. 24. b
ſumma reſpubl. X. 8. 86. b. ſummis Circenſibus ludis meis VIII. 12. 489. a
ſummum II. 1. 67. a. XIV. 3. 355. a
ſupplicatio II. 15. 101. a

T.

Tabellæ judicum III. 12. 170. a
tabernarii VIII. 6. 461. b
tabulæ XII. 1. 203. b

tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tantum quod commodum VII. 22. 410. a & b
tantus & talis XIII. 66. 334. a
Tarcondimotus XV. 1. 377. a
Tarichea XII. 11. 219. b
Tarſus XII. 13. 224. a
tecum eſt facturus X. 14. 59. b
temperius IX. 16. 44. a
tempori XI. 1. 155. b
tempus, tempora I. 6. 20. b. tempora mea ferunt VI. 12. 336. b
tenere V. 12. 257. a
terræ filius VII. 9. 383. a
tetradrachma XII. 13. 225. b
Theſſalonica XIV. 2. 353. b
Thyreum XVI. 4. 433. b
Tibarani XV. 4. 392. b
tibi IX. 2. 5. b
Tigellius VII. 24. 414. a
Timæus V. 12. 255. b
timefactus XI. 20. 184. a & b
Titus Ampius II. 16. 108. a
toga prætexta II. 16. 110. b. togæ virilis ſumendæ annus V. 8. 245. b. & 246. a
trabea IX. 21. 54. a & b
tractare IX. 22. 63. a. tractare ſe XIII. 12. 282. b
tractator IX. 22. 63. a
tractatus *eod.* 62. b
traferri V. 20. 286. a
tralaticium III. 8. 146. a & b
tralatio V. 20. 286. a
Trebonius X. 28. 129. a
Trebula XI. 27. 193. a
Tribuni plebis habebant jus referendi ad ſenatum I. 1. 7. a
trinundinum petere XVI. 12. 444. a
tripudia ſonivia VI. 6. 320. a. ſoliſtima *ibid.*
turpitudo num in verbis ſit IX. 22. 57. a & b
Tuſca diſciplina VI. 6. 317. b
Tybæ XV. 1. 377. b

V.

VAcivus, vacivitas XI. 10. 168. a & b
vada XI. 10. 169. a
vadimonia II. 8. 83. a
Vardæi V. 9. 249. b
vaticinor II. 16. 110. a
Velia VII. 19. 403. b
velificari VIII. 10. 481. b
venerari Deos VI. 7. 324. a
Ventidius X. 15. 107. a
Venus victrix eadem quæ Victoria. *Argum.* VII. 1. 359. Veneris victricis templum *ibid.*
Venuſia XIV. 20. 372. b
Vercellæ XI. 19. 183. b
vereor ne, vereor ut VI. 1. 302. a. & XII. 19. 24. a
vernaculus IX. 15. 35. a
verſari in errore V. 2. 227. a
verum eſt II. 17. 112. b
veternus II. 13. 98. a. & VIII. 6. 462. a
vetuſtas V. 15. 268. a
Victoria eadem quæ Venus victrix, *Argum.* VII. 1. 359.
videre negotia VII. 20. 407. b. videre multum VII. 28. 425. b. & VII. 2. 368. a. videre plus VI. 4. 313. a
vilicus XVI. 21. 458. a
Vincentia XI. 9. 182. a
Vinicianus VIII. 4. 454. a
vir fortis & philoſophus IX. 17. 46. a
ultima provincia III. 6. 134. a
Ulubræ VII. 12. 389. a
Ulyſſi *pro* Ulyſſis V. 12. 258. b
unciarium fœnus V. 6. 241. b
unde petitur VII. 11. 385. a
unice XIII. 15. 284. a. & XI. 21. 187. a
voculæ II. 16. 106. b
volo ipſorum cauſſa IX. 13. 29. b
urbanus III. 7. 141. a. & III. 8. 145. b
uſus venit III. 8. 149. a & b
ut *pro* utut XVI. 18. 451. a
uti nunc eſt IV. 9. 207. a. VIII. 1. 441. b
uti plurimum XI. 16. 179. a. uti ſupplicationibus VIII. 11. 484. b
vulgare *pro* vulgariter XIII. 69. 338. a

X.


XEnophontis Ageſilaus V. 12. 260. b

Z.

ΖΗ'τημα IX. 26. 68. b

M. TUL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBRI XVI.

LIBER I AD P. LENTVLVM EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

P. Cornelio Lentulo Spintheri gentis patriciae Ciliciam proconſulari imperio adminiſtranti ſcribit Cicero de officio ſuo erga ipſum in curanda regis Ptolemaei reductione: deinde quia rem non perficiat, excuſationem affert. eſt autem excuſatio multiplex, & quia rex ipſe a Pompeio reſtitui cupiat, & quia

Exponenda primum a nobis cauſſa eſt, cur titulum XVI primorum librorum mutaverimus, qui vulgo ab omnibus Familiarium Epiſtolarum appellabantur, ne forte aliquis nos id temere feciſſe ſuſpicetur, ob idque malit uſitatum, & receptum jam errorem ſequi, quam vetus & legitimum nomen harum epiſtolarum comprobare. Nam cum nihil ſit in his libris immutatum, cujus non poſſimus ſi non veram, probabilem tamen aliquam cauſſam reddere: videmur quoque nobis hujus rei argumenta & rationes non contemnendas poſſe adducere, quæ falſo nomine has diu appellatas eſſe oſtendant, & conſilium noſtrum non reprehendi ſinant, qui id induxerimus. non autem id novandi cupiditate capti fecimus, ſed potius ſinceræ, & incorruptæ vetuſtatis deſiderio moti, quam quotidie magis a novis quibuſdam inquinari, & ludibrio haberi pati non poſſumus. Exiſtimo autem hos, ut hæc volumina ab aliis Ciceronis, & maxime ab his, quæ ad Atticum ſcripta ſunt, diſtinguerent, nomen illud excogitaviſſe: quod quam ſapienter fecerint, alii majoris auctoritatis viri judicabunt. Scimus ſane quoddam epiſtolarum genus familiare recte appellari & dici, cujus etiam generis nonnullæ hoc volumine epiſtolæ continentur, non tamen ob id omnes ita appellandæ, cum plurimæ ſint de gravibus & magnis rebus ſummo artificio ſcriptæ. Quod ſi ullis epiſtolarum voluminibus hic titulus conveniret, verius hoc nomine appellari poſſent illæ, quæ ad Atticum familiariter ſcriptæ ſunt: quæ licet & ipſæ ſæpe de publicis rebus agant, remiſſiore tamen & ſolutiore genere dicendi utuntur, & minore arte & ſtudio ſcriptæ ſunt, quomodo familiares inter ſe homines ſcribere conſueverunt. Hoc autem ab aliis diſertis & elegantibus viris animadverſum eſſe (quibus merito ſemper hoc nomen ſuſpectum fuit) compertum habemus. Movit autem nos maxime ut id repudiaremus, quod in nullis manu ſcriptis paulo antiquioribus codicibus illud invenimus, ut omnino novum eſſe & nuper ortum confiteri ne-

quia Pompeius idem cupere videatur; & quia conſulares totam rem odio

neceſſe ſit. Nam in egregiæ & probatæ vetuſtatis exemplari, quod merito ſemper ſummæ auctoritatis apud nos fuit, nullum eſt hujus vocis veſtigium. Animadvertimus etiam, quod rem penitus confirmare videtur, a nullo unquam veterum auctorum, & non ignobilium Grammaticorum, qui crebro teſtimonium harum epiſtolarum adducunt, illas familiares appellari, ſed eo quem nos reſtituimus titulo & nomine. Hi ſunt, A. Gellius, Nonius Marcellus, Priſcianus, qui non has ſolum, verumetiam multos alios libros epiſtolarum a M. Tullio ſcriptarum citant, qui ab eo ſemper, ad quem miſſæ ſunt, cognomen accipiunt. Hoc autem tam notum unicuique eſſe poteſt, & tam facile ab illis, qui non obſervarint, poteſt perſpici, ut exemplis adducendis id comprobari neceſſe eſſe non putem. Unum tamen notandum fuit, cum liber ab eo, ad quem primæ epiſtolæ ſcriptæ ſint, appelletur, contineatque fere ſemper ad alios etiam miſſas literas, quomodo illæ poſteriores citandæ ſint: quod etiam ab illis diligenter obſervatum eſt. quod maxime eo loco declaratur, qui a Nonio Marcell. adducitur e libro, qui ante nonus appellabatur, *Sed cura ut valeas, ne ego te jacente bona tua comedam.* ſic enim, inquit Nonius, Cicero ad Varronem epiſtola Pæti. ſunt enim hæc verba in epiſtola Pæti, id eſt, quæ ad Pætum miſſa eſt. Epiſtolæ autem ad Pætum miſſæ continentur in volumine ad Varronem, ſic appellato, quia primæ ejus libri epiſtolæ ad M. Varronem ſcriptæ ſunt; ut hoc præcipue loco, & multis etiam aliis (quæ nunc ne longiores ulla neceſſitate ſimus omittemus) ſcrupulum hunc quemadmodum veteres vitare ſoliti eſſent, appareat, & legitimum hunc eſſe titulum horum librorum amplius dubitari non debeat, cum ab optimis auctoribus ita citentur. nec debent nomine, in quo omnes comprehenduntur, ſublato, numeri notari librorum, tunc enim neceſſarii ſunt, cum ad eundem plures libri mittuntur, ut in multis ex his, qui vetuſtate amiſſi ſunt, accidit. nam non pauci fuere ad quos multa epiſtolarum volumina ſcripſerit, ut ad Cn. Pompeium, Cæſarem Dictatorem, Cæſarem Juniorem, ſiquidem ex lib. IX epiſtolarum ad A. Hirtium a Nonio Marcello Ciceronis teſtimonium adducitur, & ex his qui reſtant, III ad Quintum Fratrem, XVI ad Titum Pomponium Atticum. in hoc etiam fidem priſcorum codicum nobiſcum habemus. Iis igitur ego & rationibus, & auctoritatibus motus, inveteratum & receptum jam errorem tollere non dubitavi. *Victorius.* In Pal. primo Titulus ita concipitur: M. TVLLII CICERONIS AD PVBLIVM LENTVLVM LIBER PRIMVS INCIPIT. LEGE FELICITER: quaſi reliqui libri itidem ad Lentulum eſſent ſcriptæ: ideo in adverſa pagina bis notatur. *M.T. Ciceronis ad P. Lentulum libri quindecim.* in Pal. tert. *Marci Tullii Ciceronis Epiſtolarum familiarium Liber primus incipit.* Sed de inſcriptione non immerito ambigitur: an *Epiſtolæ Familiares*, an *Epiſtolæ ad Familiares* recte dicantur. Victorius quod putaret hoc volumen ideo *Epiſtolarum Familiarium* appellatum, ut ab illo ad Atticum diſtingueretur, nec hanc inſcriptionem in ſuo ultimæ ac ſacroſanctæ ſenectutis libro inveniret; tum etiam quod a nullo veterum auctorum puta a Gellio, Nonio Marcello, Priſciano, nobiliſſimis Grammaticis, qui crebro teſtimonia ex his epiſtolis advocant, eo nomine laudaretur, hunc titulum omnino abſtulit, contentus, ut a veteribus dictas contendit, edidiſſe eas nomine Epiſtolarum Lib. XVI. Nos ut verum fateamur, hunc titulum in nullo noſtrorum (ſecundum excipio Palatinum) vidimus, neque in editione omnium principe: boniſque uſum Victorium argu-

odio habeant; poſtremo quia ipſe, cum Lentulo debeat, auctoritatis in cauſſa regia non ſatis habeat.

M. T. C. P. LENTULO PRO COS. S. D.

EGo omni officio, ac potius pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus, mihi ipſe numquam ſatisfacio. Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum, ut quia tu, niſi perfecta re de me, non conquieſti: ego, quia non idem in tua cauſſa efficio, vitam mihi eſſe acerbam putem. In cauſſa haec ſunt. Ammonius,

argumentis, cur illi hoc nuperum novitatis nomen a Ciceronis Epiſtolarum volumine tollendum videretur. Ut vero vulgo, cui ſemper novitas & ſuſpecta & inviſa eſt, (quanquam hæc novitatis ſuſpicio non merito in eum recidit, qui vetuſtati potiorem honorem habet) aliquid daremus; retinuimus hanc illarum appellationem, ut Epiſtolarum ad Familiares titulo prodirent, quandoquidem hæc non hodie aut heri nata & impoſita Epiſtolis nomina. nam exſtabant, teſte Tranquillo in Julio, cap. LVI. C. Cæſaris ad Ciceronem, item ad familiares domeſticis de rebus epiſtolæ. Sed ibi *Familiares* alii ſunt, quam hic. Etiam ipſe Cic. lib. XIII ep. 6 ad Atticum: *Epiſtolas mihi pronuntiabat verſiculis facetis, ad familiares miſſas a Corintho.* Ego quidem, quandoquidem nec exſtet in vet. libris hæc inſcriptio, nec illi, quibus deſtinatæ ac miſſæ ſunt, Ciceroni omnes fuerint familiares; non puto huic nomen illi a Tyrone factum; ſed ad diſcrimen alterius ab aliquo primum ſciolo excogitatum & adjectum; deinde a credulis receptum ac propagatum huc uſque manaſſe; cum Victorio ergo removendum. *Gebhardus.* In MS. ſecundo Grævii hic index reperitur: *M. Tullii Ciceronis Epiſtolarum liber primus incipit feliciter.* In primo vero: *Incipiunt Epiſtolæ Ciceronis.*

P*ietate*] Pietas erga deos, & parentes proprie dicitur: Lentulum vero Cicero ſæpe deum, & parentem vocat. *Corradus.*

Quoniam] Modo *qui*, modo *quum*, in veteribus libris legimus. *Corradus.*

Ut quia tu, niſi perfecta re] Gruterus noſter malebat, *ut qui tu*, quia in Pal. primo & editione Veneta, quæ prodiit anno 1468, *cum.* dein quia in ipſius factum *jam qui*, quod & prius fuiſſe, *ut*, & Palatini ſec. indicant lituræ. denique ita fuiſſe in Med. lib. annotat Egnatius, & ex ſuo Victorius. al. *ut, quia tu.* vulgo, *quoniam.* Gebhardus. Non auſim hic ſubſcribere Grutero immutanti lectionem vulgatam. *Qui* hic nullum habet locum, nec habere poteſt, ſi recte attenderis; ſed neceſſario *quia* legendum, aut *cum*, quod cum in aliis, tum in meo quoque libro vetuſto, quem ſecundum appello, extat. Sed in primo *quia* ſcribitur. Crediderim excidiſſe in uno codice, ex quo multa deſcripta ſunt exempla, ex τῷ *quia* litteram ultimam, inde natam illam diverſitatem. Non ignoro *qui* interdum pro quia poni, ſed hic plane alienum eſt. Suavis autem eſt repetitio τοῦ *quia. quia tu niſi perfecta re non conquieſti: ego, quia non idem in tua cauſſa efficio.* Grævius.

Niſi perfecta re, de me non conquieſti] Sic diſtinguendum: *niſi perfecta re de me,* non ut vulgo, *niſi perfecta re, de me non conquieſti.* Sic enim loquitur lib. VI epiſtolarum ad Appium Balbum: *neque ullo modo divulgandum, de te jam eſſe perfectum.* Lambinus.

monius, regis legatus, aperte pecunia nos oppugnat. Res agitur per eoſdem creditores, per quos cum tu aderas agebatur. Regis cauſſa ſi qui ſunt qui velint, qui pauci ſunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt. Senatus religionis calumniam non religione, ſed malevolentia, & illius regiae largitionis invidia comprobat. Pompeium & hortari, & orare, & jam liberius accuſare, & monere, ut magnam infamiam fugiat, non deſiſtimus. Sed plane nec precibus noſtris, nec admonitionibus relinquit locum. Nam cum in ſermone quotidiano, tum in ſenatu palam ſic egit cauſſam tuam, ut neque eloquentia majore quiſquam, neque gravitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit, cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum, & amoris erga te ſui. Marcellinum tibi eſſe iratum ſcis. Is, hac regia

Regis legatus] Ptolemæi Auletæ, de quo Strabo lib. 17, & Dion lib. 39 plura ſcribunt. *Corradus.*

Per eoſdem creditores] C. Rabirium Poſthumum, & ejus amicos. *Corrad.* Quidam libri MSS. habent per *eoſdem competitores*: quod non placet. *Lambin.*

Religionis] Statuæ Jovis, & Sibyllini carminis. lege Dionem. *Corrad.*

Calumniam] Interpretationem quandam per ſacerdotes, auctore C. Catone doloſe factam. *Idem.* Calumnia enim eſt falſus prætextus, & falſa ac fraudulenta juris interpretatio. vide P. Manut. notas.

Regiæ largitionis] Qua Ptolemæus rex ſenatores multos Romæ, & quoſdam ex centum oratoribus Ægyptiis corruperat. *Corrad.*

Comprobat] Facto SC. cum multitudine Regem reduci Reipublicæ periculoſum videri. *Idem.*

Magnam infamiam fugiat] In quam incurrat neceſſe eſt, ſi Ptolemæum, qui legatos non modo Ægyptios, ſed aliarum etiam gentium interficiendos curarit, quique largitiones tantas fecerit, hoſpitio acceptum ita, uti facit, defendat, ſi ejus reſtitutionem doloſe & ambitioſe tibi, qui illum ornaſti, eripiat. *Idem.*

Plane nec precibus noſtris, nec admonitionibus relinquit locum] Legendum puto, *nec monitionibus.* Nam ſupra non dixit *admonere*, ſed *monere*. *Admonere* certe videtur idem fere valere, quod ὑπομιμνήσκειν, quod eſt in memoriam redigere: *monere* autem aliud eſt. Veruntamen nihil muto. *Lambinus.* *Relinquit locum*] Ita Victor. Pal. ſec. quart. unus Gulielm. alii *reliquit*. ceterum Gruterianus codex, *amonitionibus*, quo inclinat item Pal. prim. in quo *ammonitionibus*, de qua re nos plurima in Crepundiis. *Gebhard.* Grævii primus quoque: *ammonitionibus.*

Tuorum in ſe officiorum] P. enim Lentulus, & Q. Metellus Nepos Coſſ. legem conſcripſerunt, qua Pompeio per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum data eſt. *Corrad.*

Marcellinum] Is eſt Cn. Lentulus Marcellinus, qui cum L. Martio Philippo Conſul, P. Lentulo & Q. Metello Nepoti ſucceſſit. *Idem.*

Tibi eſſe iratum ſcis] Si *regi eſſe iratum ſcis*, legas, ut quidam volunt, non erit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

gia cauſſa excepta, ceteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem fore oſtendit. Quod dat accipimus: quod inſtituit referre de religione, & ſaepe jam retulit, ab eo deduci non poteſt. Res ante idus acta ſic eſt. nam haec idibus mane ſcripſi. Hortenſii, & mea, & Luculli ſententia cedit religioni de exercitu, (teneri enim res aliter non poteſt) ſed ex illo ſenatuſconſulto, quod te referente factum eſt, tibi decernit, ut regem reducas: quod commodo rem facere poſſis:

erit quærendum, an qui una in re ſit alicui iratus, induci poſſit ut in ceteris ſe ejuſdem defenſorem fore oſtendat. Erat præterea Conſulis illi Regi iraſci maxime, quem propter homicidia & largitiones optimi quique odiſſent. Vel *tibi iratum*, quoniam Pompeium, quicum ille inimicitias gerit, ornaſti. *Corrad.* Cauſſam hujus iræ plerique fuiſſe volunt, quod Lentulus Spinther religionem, id eſt, vaticinium illud ex libris Sibyllinis elevaſſet, cum illud Marcellinus, utpote ſacerdos ex Quindecimviris unus, in primis tueretur. Alii quod Pompeium, cui Marcellinus ob immodicam ejus potentiam erat infeſtior, ornaſſet. Ipſe namque L. Spinther & Metellus anno ſuperiore Conſules legem tulerant, qua præfectura annonæ Pompeio in quinquennium data eſt. Sunt qui locum depravatum eſſe ſuſpicentur, ac pro *tibi regi* legendum putent: *Marcellinum regi iratum ſcis.* quod videlicet Marcellinus Coſ. reipublicæ amans regem tam ambitioſum, & ſententiæ ſenatus non acquieſcentem, verum magnis muneribus hoc agentem, uti a Pompeio, & quidem cum exercitu reduceretur, merito averſaretur & odiſſet. Sed tamen hanc caſtigationem ea, quæ ſequuntur, non ſatis videntur approbare. Nos hic rem integram ſtudioſi lectoris judicio relinquimus. *Joh. Glandorpius.* Sane lectio vulgata non eſt loco movenda. vide & aliam rationem iræ Marcellini in Lentulum apud P. Manutium.

Luculli] M. Luculli. Nam L. Lucullus his temporibus, auctore Plutarcho in Pompeii vita, ſe a negotiis publicis removerat, ad otiumque perfugerat, vel ut quidam ſcribunt, mortem obierat. *Corradus.*

Sed illo ſenatuſconſulto] Quod factum eſt in Ciceronis ſententiam, ut Pompeius annonæ procurationem ſuſciperet, & P. Lentulus, cui provincia Cilicia obvenerat, regem reduceret. *Idem.*

Vt regem reducas] Sic recte meliores libri & editiones Victorii, Manutii, R. Stephani, Lambini. in meo quidem libro primo legitur etiam *deducas.* quod recepit Gruterus. ſane *deducere domum* Cicero & alibi dixit. Veruntamen hic ab antiquorum codicum & editionum lectione cur recedamus cauſſæ nihil eſt. *Grævius.*

Quod commodo rem facere poſſis] Sic olim in prima hac ad Lentulum epiſtola locus hic legebatur: *quod commode facere poſſis.* emendarunt poſtea nonnulli, *Commodo Reipub.* non omnino inepte aut longe a vetere lectione, nec tamen penitus cum ea concordantes. partem enim vetuſtæ lectionis receperunt, partem reprobarunt. ſiquidem, *quod commodo rem facere poſſis*, vetuſtiores habent. Quod ſi *commodo* apte & opportune ſignificaret, nos hanc valde probaremus, ut diceret, ideo quoſdam ipſi Lentulo decernere ut regem deduceret, quod id ille maxime propter loci vicinitatem & opportunitatem commode & apte facere poſſet. nam Lentulus in iis locis erat, ut ipſi prope in conſpectu Ægyptus eſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

poſſis: ut exercitum religio tollat, te auctorem ſenatus retineat. Craſſus tris legatos decernit, nec excludit Pompeium. cenſet enim etiam ex iis, qui cum imperio ſunt. Huic aſſentiuntur reliqui conſulares, praeter Servilium, qui omnino

eſſet. Arbitramur enim in hac re ſpectaſſe potius quoſdam, ut id negotium alicui committeretur qui id commode conficere poſſet, quam ullum reipublicæ commodum aut utilitatem. Non tamen negaverimus, poſſe etiam locum eſſe reſtitutæ ab aliis lectioni, quamvis veterem magis veram exiſtimemus, ſi modo parvo illo mendo purgetur. nam *commode* potius quam *commodo* ſcribendum eſſe puto. Paullo etiam poſt initium hujus epiſtolæ, *qui*, pro *quoniam* ſcriptum eſt in cunctis veteribus exemplaribus, quod a nobis præteritum (quamvis tenuis animadverſio ſit) hic tamen adnotare viſum eſt. Qui tritas habent aures notandis hujus auctoris verbis, dijudicare poterunt utra ſincerior ſit, & magis hujus loci propria lectio. *Victorius.* Accurate olim, ſi non docte, de hoc loco diſſeruimus, veterem ſcripturam notam fecimus, quomodo ab aliis reſtitutus eſſet oſtendimus, quid noſtræ ſententiæ foret libere pronuntiavimus, & in omni re cum fide nos geſſimus. Quod veterum codicum auctoritati valde tribuimus, juſte reprehendi non poſſumus, ſi nimis illis credentes quandoque decipimur, malumus in hanc partem peccare, quam contra illorum fidem de aliqua re pro arbitrio noſtro ſtatuentes in culpam incidere. De verborum integritate quæſtio eſſe potuit. De ſententia, *ſi commode Reipub.* legi debet (quod facile credimus, & tunc etiam ſecuti ſumus) nihil ambigi poteſt. Sunt tamen docti viri, qui veriorem alteram eſſe putent, quod & ſententia illius magis delectentur, & quum ſtudioſe plurimos inſpexerint, nullum manuſcriptum codicem habere *Reipubl.* invenerint. *Victorius in notis poſterioribus.* Vera eſt lectio quam P. Victorius ex priſcis libris eruit, non tamen hac ratione exponenda, quam Manutius init, cenſens *commodo* adverbium eſſe & poni pro *commode.* quod ſatis redarguunt illæ locutiones, quas ipſe aliique e Cicerone afferunt: *quod tuo commodo fieri poſſit, quod e tuo commodo facere poteru.* Hæ ſunt integræ locutiones, pro quibus conciſe & breviter dixit, *quod commodo facere poſſis*: Terent. vero in Adelphis Act. 1. ſcen. 2. *dum erit commodum*:

Dabitur a me argentum, dum erit commodum.

Livius *per commodum*, lib. 30: *Percunctatuſque, ſatis per commodum omnia exploraſſent.* ſicut hic dixit Cicero *commodo*, ſic in Bruto eadem conciſitate, *incommodo*: *Et ſi fortaſſe ego a te hujus voluntarius procurator petam, quod ipſe cui debes ſe incommodo exacturum negat*, hoc eſt, ex incommodo, cum moleſtia & damno creditoris. Ceterum ſi libri antiqui ſuffragarentur Manutii conjecturæ, (& dicitur ea uno Vaticano libro confirmari) plane & nos eam probaremus, inducti rationibus, quas in ſuis affert notis, quæ conſulendæ. primus meus: *quod commode rem poſſis.* Grævius.

Te auctorem ſenatus retineat.] Ut tu regem reſtituas. Auctor is eſt cujus auctoritate & ſententia aliquid fit. vid. P. Manut. notas.

Craſſus tris legatos decernit] Sic hanc antiquitatis elegantiam ſæpius libris Tuſculanis & ex edit. Victorii, & MSS. reportavi: ut huc quoque ex Pall. omnibus, Gruterique codice atque editione Veneta. *Gebhard.* *Tris* quoque meus liber. *Græv.*

Qui cum imperio ſunt] Quibus lege Curiata jus cogendi regendiq; exercitum fuerat datum. vid. P. Manut. not.

Præter Servilium] P. Servilium Vaciam Iſauricum, qui cum Appio Claudio Pulchro Coſ. fuit. *Corrad.*

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

omnino reduci negat oportere; & Volcatium, qui Lupo referente, Pompeio decernit; & Afranium, qui aſſentitur Volcatio: quae res auget ſuſpicionem Pompeii voluntatis. nam advertebantur Pompeii familiares aſſentire Volcatio. Laboratur vehementer. inclinata res eſt. Libonis & Hypſaei non obſcura concurſatio, & contentio, omniumque Pompei familiarium ſtudium, in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere videatur: cui qui nolunt, iidem tibi, quod eum ornaſti, non ſunt amici. Nos in cauſſa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus. Gratiam autem noſtram exſtinguit hominum ſuſpicio, quod Pompeio ſe gratificari putant. Ut in rebus multo ante quam profectus es ab ipſo rege, & ab intimis, ac domeſticis Pompeii clam exulceratis, deinde palam a conſularibus exagitatis, & in ſummam invidiam adductis, ita verſamur. Noſtram fidem omnes, amorem tui abſentis prae-

Et Volcatium] L. Volcatium Tullum, qui cum M. Æmilio Lepido Coſ. fuit. *Idem.*

Lupo referente] P. Rutilio Lupo, qui fuit tribunus plebis. Ex quo patet etiam tribunos plebis jus habuiſſe referendi ad ſenatum, quod pluribus oſtendit P. Manutius in notis ad hunc locum, quas vide.

Et Afranium] L. Afranium, qui cum Q. Cæcilio Metello Celere Coſ. fuit. *Corrad.*

Advertebantur Pompeii familiares aſſentire] *Animadvertebatur* eſſe legendum, etiamſi libri veteres reclamarent (non ut vulgo *nam advertebatur*) facile judicabunt qui aures tritas habent Ciceronis lectione. *Lambinus.* Sed recte Palatinus IV, Peccii, & meus liber ſecundus *advertebantur*. Grævius.

Libonis] L. Scribonii Libonis, cujus filiam Sext. Pompeius Pompeii Magni F. uxorem habebat. *Corrad.*

Hipſai] P. Plautii Hipſæi; qui Pompeii Magni quæſtor, & poſtea Milonis competitor fuit. *Idem.* *Hupſaeus* in veteribus nummis modo cum adſpirationis nota reperitur, modo ſine ulla aſpiratione *Ypſaeus*. Eſt autem cognomen Plautiæ familiæ, nobilis triumpho de Privernatibus, quem egit Plautius Decianus Conſul anno CDXXIIII Kal. Mart. *F. Urſinus.*

Ornaſti] Frumentariæ rei lege præfeciſti. *Corrad.*

Noſtram fidem omnes, amorem tui abſentis præſentiſque tui cognoſcent] Ita Pall. ſec. quart. editio princeps, Peccii, Stewechii, Ven. & recte. in Gruteriano ſolum *que* omiſſum erat: eratque quoque in Pal. ſec. à manu pr. Vulgo: *Noſtram fidem, omnes amorem tui abſentis, præſentes tui cogn.* Gebhardus. Noſter etiam liber ſecundus accedit Palatinis, Peccii, & aliorum codicibus. Sed immerito hic rejicitur lectio vulgata, quæ & ipſa librorum antiquorum auctoritate nititur. Omnino ſcribendum & diſtinguendum cenſeo, ut in vetuſtiſſimo N. Scelſi libro legitur: *Noſtram fidem omnes, amorem tui abſentis præſentes tui cognoſcent.* Epiſt. VI hujus libri: *Tantum habeo polliceri, me tibi abſenti præſentibusque*

praeſentes tui cognoſcent. Si eſſet in iis fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus. Vale.

nullis difficultatibus, obsecundis impeditis.

busque tuus ſatisfacturum. Nec eſt cur ſententia P. Manutio minus arrideat. Ea pulchra eſt. Fidem in te meam omnibus hominibus probabo multis documentis, quæ edam in ſenatu, in comitiis, in ore & oculis totius civitatis; amorem autem meum tui abſentis quamvis & alii, tui tamen familiares præcipue cognoſcent, quibus opera, re, conſilio ſerviam quibuſcunque potero modis & rationibus. Beneficia & merita poſſunt aliquem obſtringere ad fidem publice præſtandam ei, cui debet, etſi non amet, ut ingrati animi invidiam declinet. Amor vero præcipue cognoſcitur privatis officiis non ſolum erga eum, quem amamus, ſed omnes etiam ejus familiares. *Præſentis* ſcriptum eſt in nonnullis codicibus pro *præſentes.* ut *omnis* pro *omnes*; *tris* pro *tres*, & multa alia. *Fidem* & *amorem* Cicero infinitis in locis diſtinguit. Epiſt. V: *Neque prudentiorem quenquam ex tuis: neque fide majore eſſe judico, neque amantiorem tui.* Et ſic fere in ſingulis epiſtolis. Hic tamen, quod mireris, Manutius tricatur. In meo primo non male ſcribitur: *Noſtram fidem omnes, amorem tui abſentis præſentiſve cognoſcent.* pro *abſentes præſenteſve.* Græviꝰ.

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

Tota eſt negotialis epiſtola, excepta morali clauſula: in qua ſtudium, & officium in agendo, diligentiam in ſcribendo promittit. Significat, quid actum ſit in ſenatu, quid ipſe oratione ſua profecerit; quem Bibuli ſententia exitum habuerit; conſules quid ſentiant; quo Pompeius, quo familiares ejus animo ſint. Et, quoniam Lentulo in regia cauſſa duo maxime tribuni pl. adverſabantur, Cato & Caninius, quorum alter totam regis reductionem oppugnabat, alter Pompeio ſtudebat. his, ne quid agere cum populo poſſent, objecta eſſe dicit impedimenta auſpiciorum, & legum.

M. T. C. S.D. P. LENTVLO PRO COS.

Scripta eodem anno quo superior.

IDibus Januariis in ſenatu nihil eſt confectum, propterea quod dies magna ex parte conſumtus eſt altercatione Lentuli conſulis, & Caninii tribuni pl. Eo die nos quoque multa

quia volebat ut Pompeius regem reduceret.

I*Dibus*] Iſta epiſtola in meo primo annectitur ſuperiori epiſtolæ, & pro una habetur. *Grævius.*

Lentuli Conſulis] Codex Medicæus *Lentuli* habet. Jam diu audivi fuiſſe nonnullos, qui *Lucii* mallent. Nihil ſane certi ſtatui poteſt: receptam tamen lectionem veriorem puto. Peccabant autem ſæpe antiqui librarii, quemadmodum alias docui, in hujuſcemodi rebus. Cum enim notas illas non intelligerent, quod imperitis homini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

multa verba fecimus: maximeque viſi ſumus ſenatum commemoratione tuae voluntatis erga illum ordinem commovere. Itaque poſtridie placuit, ut breviter ſententias diceremus. videbatur enim reconciliata nobis voluntas ſenatus eſſe: quod cum dicendo, tum ſingulis appellandis, rogandiſque perſpexeram. Itaque cum ſententia prima Bibuli pronuntiata eſſet, ut tres legati regem reducerent: ſecunda Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres: tertia Volcatii, ut Pompeius reduceret: poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur. Quatenus de religione dicebat, cuique rei jam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. Proxima erat Hortenſii

minibus in mentem veniebat, ſcribebant. Hæc autem omnia in Senatu agitata ſunt, L. Philippo, & Cn. Lentulo Marcellino Coſſ. ut Dion etiam narrat, qui cum de reductione Ptolemæi regis egiſſet, adjungit, *ταῦτα μὲν ἐπί τε Λουκίου Φιλίππου, καὶ ἐπὶ Γναίου Μαρκελλίνου ὑπάτων ἐγένετο. Victorius.*

Caninii tribuni plebis] Qui rogationem tulit, ut Pompeius cum duobus lictoribus Regem reduceret. *Corrad.*

Quod tum dicendo, tum ſingulis] MS. Gruteri & Stewech. *dicendis*; annotatque Guilielmius ſuſpicari ſe elapſam, aut intercidiſſe vocem, *ſententiis*. & vero item annotatum ab Egnatio, alibi legi, *cum ſententiis dicendis*: cum in Medicæo legeretur, *cum dicendo*. Gebhardus. In meo codice ſecundo eſt: *dicendi*. ſed mihi arridet cum Medicæi, tum codicis antiqui, quo N. Scelſius eſt uſus, cui & meus primus adſtipulatur, lectio: *Videbatur enim nobis reconciliata eſſe voluntas ſenatus; quod cum dicendo, tum ſingulis.* Grævius.

Ut Bibuli ſententia divideretur] Ut ſeparatim de religione, & de legatis referri poſſet. Nam Bibuli ſententia utrumque complectebatur: quare illi de religione aſſenſum eſt. De legatis vero frequentes iverunt in alia omnia, id eſt, contra atque ille volebat cenſuerunt. *Corrad.* vide Manut. Guilielm. ex vet. cod. auctoritate inductum volebat *ſententia*: tum quia præceſſiſſet etiam ἀπὸ κοινοῦ repetenda. *Gebhardus.*

Cui quidem rei jam obſiſti non poterat] Secutus ſum libros manuſcriptos, niſi quod ex *que*, feci *quidem*. Lambin.

De tribus legatis] Elegans hic loquendi modus a paucis, opinor, obſervatus eſt. Non enim hoc vere dicit Cicero, de legatis eos diſſenſiſſe; ſed quod ad legatorum cauſſam pertineret, diſſenſionem inter eos fuiſſe. Quæ expoſitio etſi hoc loco tam neceſſaria non videtur, tamen in aliis omnibus requiritur. Itaque ſic ait lib. II. ep. 17: *de rationibus referendis non erat incommodum, te nullam referre.* Et ep. 12 lib. III: *de me autem, ſuſcipe paulliſper partes meas, & eum te eſſe finge, qui ego ſum.* Et extremo lib. XII: *De Venuleio, Latino, Horatio, valde laudo.* Et init lib. XIV: *de familia, quomodo placuiſſe amicis ſcribis, faciemus. de loco, nunc quidem abiit peſtilentia.* Qui loci & primum illum ſic accipiendum eſſe aperte docent, & ſimiles alios, qualis etiam eſt in extrema epiſtola: *de ceteris rebus, quicquid erit actum ſcribam ad te.* Uſurpavit hoc dicendi genus etiam Propertius poëta do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tenſii ſententia, cum Lupus, tribunus pleb. quod ipſe de Pompeio retuliſſet, intendere coepit, ante ſe oportere diſceſſionem facere, quam conſules. Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt. erat enim iniqua & nova. Conſules neque concedebant, neque valde repugnabant. diem conſumi volebant: id quod eſt factum. Perſpiciebant enim in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros: quamquam aperte Volcatio aſſentirentur. Multi rogabantur, atque idipſum conſulibus invitis. nam ii Bibuli ſententiam valere cupierunt. Hac controverſia uſque ad noctem ducta ſenatus dimiſſus: & ego eo die caſu apud Pompeium cenavi: nactuſque tempus hoc magis idoneum, quam umquam antea, quod poſt tuum diſceſſum is dies hone-

doctiſſimus: Is lib. 11. ſic ait:

De me, mi certe poteris formoſa videri,
Mi formoſa ſatis, ſi modo ſæpe venis.

Et paullo poſt:

Sed de me, minus eſt: famæ jactura pudicæ
Tanta tibi miſeræ, quanta mereris erit.

Guilielm. Canter.

Intendere cœpit] Libri veteres fere omnes habent, *intendere cœpit*: quod quamobrem rejiciam, cauſam non video. vulgati autem partim *contendere*, partim *intercedere*. Omnino *contendere* malim, quam *intercedere*, atque adeo quam *intendere*. Lambin.

Diſceſſionem facere] Perrogatis omnibus ſententiis, cum tres, aut quatuor controverſiæ invenirentur, oportuit in aliquam earum SC. fieri. Fiebat vero in eam, quam plures laudaſſent. diverſæ autem ſententiæ ordine pronunciabantur a ſenatu. Cæſar 1 de bello civili: *Lentulus Conſul ſententiam Calidii pronuntiaturum ſe omnino negavit*. Cicero in hac epiſtola: *ſententia prima Bibuli pronuntiata eſt, ut tris legati Regem reducerent, ſecunda Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres, tertia Volcatii, ut Pompeius reduceret*. Pronunciatis differentibus opinionibus ſenatorum in ſingulas diſcedebatur, ut quam plures probarent, cognoſceretur. Id intelligitur ex hoc loco, & Hirtii verbis: *Sententiis dictis diſceſſionem faciente Marcello, qui ſibi omnem dignitatem ex Cæſaris invidia quærebat, ſenatus frequens in alia omnia tranſiit*. Permittendæ autem diſceſſionis formula apud Feſtum extat: *Qui hoc cenſetis huc tranſite, qui alia omnia in illam partem*. Idem: *Pedarius ſenator appellatur, quod nunquam diceret, ſed cum diſcederetur tranſeundo tantum ad eum, cujus ſententiam probabat, quid videretur indicaret*. Zamoſcius 11 de Senatu Romano.

Multis partibus plures] Eleganter pro multo plures. vide P. Manut.

Volcatio aſſentirentur] Qui in Hortenſii ſententiam erant ituri. *Corrad.*

Nam ei Bibuli ſententiam] Idem valet *ei* quod *ii*, ſic autem habent tres libri veteres Memmiani, & Clericanus. Paullo poſt vocem *primus*, quæ eſt ante *honeſtiſſimus* in libris vulgatis, eorumdem librorum veterum auctoritatem ſecuti ſuſtulimus. *Lambinus*. Lambinus oggeſſit nobis ex MSS. tribus, *nam ei*, quod eſt in Pall. pleriſque. Verum cum conſpiciatur in membranaceo Grut. *nam enim Bibuli*, &c. diſpiciant cordatiores num fuerit initio: *enim Bibuli*: ut poſtea acceſſerit illud *nam*, non ferentibus hominibus vocabulum *enim* inchoare ſermonem. *Gebh.*

A cer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

honeſtiſſimus nobis fuerat in ſenatu, ita ſum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere: quem ego ipſum cum audio, prorſus eum libero omni ſuſpicione cupiditatis. cum autem ejus familiares omnium ordinum video, perſpicio, id quod jam omnibus eſt apertum, totam rem iſtam jampridem a certis hominibus, non invito rege ipſo, conſiliariiſque ejus, eſſe corruptam. Haec ſcripſi a. d. XVI Kal. Febr. ante lucem. Eo die ſenatus erat futurus. Nos in ſenatu, quemadmodum ſpero, dignitatem noſtram, ut poteſt in tanta hominum perfidia, & iniquitate, retinebimus. Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur eſſe conſecuti, ut nequid agi cum populo aut ſalvis auſpiciis, aut ſalvis legibus, aut denique ſine vi poſſit. De his rebus

A certis hominibus] Creditoribus Regis, qui pecunias aperte contra Lentulum ſuppeditabant. *Corrad.*

Ut poteſt in tanta hominum perfidia] Hæc quoque dicendi ratio perelegans eſt, ac plane Comica. Similiter enim Plautus & Terentius locuti ſunt ſæpiſſime. Terentii quidem illud eſt:

Nunc ipſo eſt opus, aut, ſi quid poteſt, meliore. Et alibi:

Quid? jam ne uxorem? M. *Jam.* A. *Jam.* M. *Jam quantum poteſt.*

ut nos quidem legendum olim docuimus. Cic. quoque epiſt. 7. ſimiliter dixit: *Poterat utrumque præclare, ſi eſſet fides, ſi gravitas in hominibus conſularibus.* Guilielmus Canterus.

Agi cum populo] Rogari quid populus ſuffragiis ſuis aut jubeat, aut vetet. *Corrad.*

Aut ſalvis auſpiciis] Providerat Cicero ut eſſet qui obnunciaret, ſi quid ad populum de ea re referretur. Jove fulgente, tonante, agi cum populo fas non erat: hoc eſt, quo die aut fulgur apparuerit, aut tonitru auditum ſit, nefas eſſe populi comitia habere. Neque vero ſatis erat eum ipſum, qui comitia erat habiturus, nihil tale aut vidiſſe aut audiviſſe; ſed etiam ſi quis alius, qui aut magiſtratus eſſet, aut augur ſervaſſet de cœlo, idque ei renunciaſſet, qui vocare populum vellet, nefas erat comitia habere. Itaque non modo auſpiciis parere, ſed etiam obnuntiationi magiſtratuum oportebat. Hoc enim erat *obnunciare*, magiſtratui ſervatum eſſe de cœlo renunciare, ideoque ne eo die Jove prohibente Comitia haberet vetare. Ut autem pareretur obnuntiationi legibus cautum erat jam inde ab anno Urbis 618, quo anno Conſules Sext. Ælius & P. Furius legem de ea re tulerunt Æliam Fuſiam. Erant autem ſollemnia & velut concepta verba obnuntiantis: ALIO DIE. Ex hoc loco autem perſpicitur eo tempore verius ſibi finxiſſe auſpicia, quam obſervaſſe: parendum tamen erat vel ementitis auſpiciis, alioqui vitioſa actio cenſebatur. Hinc & Pompeius cum prætoriis comitiis videret Catonem Prætorem fieri, finxit ſe tonitru audiviſſe, eaque ratione dirempta ſunt eo die comitia. Nic. Gruchius lib. 1. de comit. cap. 4.

Aut ſalvis legibus] Impedire Cicero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rebus pridie, quam haec ſcripſi, ſenatus auctoritas graviſſima interceſſit: cui cum Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. Eam ad te miſſam eſſe arbitror. De ceteris rebus, quidquid erit actum ſcribam ad te: & ut quam rectiſſime agantur omnia mea cura, opera, diligentia, gratia providebo. Vale.

cero rogationem tribuni plebis cogitabat interceſſione alicujus tribuni. Nihil a populo timendum inquit, ſi modo auſpicia, aut leges valebunt. vid. P. Manutium.

Senatus auctoritas graviſſima interceſſit] Cum Senatus non legitimus aliquid decreviſſet, aut ſi quis Senatuſconſulto interceſſiſſet, aut moram attuliſſet, id quod decreverant, non *Senatuſconſultum*, ſed *Senatus auctoritas* dicebatur. quod multis docet ad hunc locum P. Manutius.

Cato] Cato hic Marcellino & Philippo Coſſ. Tribunus plebis diverſus fuit a Catone Uticenſe, cum ille M. prænomine, hic noſter C. diceretur, adoleſcens audax, nec imparatus ad dicendum. Periit paullo poſt per tumultum occiſus cum Pompeium privatus Dictatorem appellaſſet. vide Cic. ad Q. Frat. lib. I. Liv. epit. lib. 105, Feneſtellam apud Nonium Marcellum in voce *Rumor*. Glandorpius.

Ut quam rectiſſime agantur omnia mea cura, &c.] Hic diſcrepant inter ſe libri manuſcripti, & hi a vulgatis. Nam quidam ſcripti manu ſic habent, *agantur, omnia mea cura*, &c. quam ſcripturam non improbo. quidam ſic, *& ut quam rectiſſime agatur, omni mea*, &c. alii ſic ut edidimus. *Lambin. Ut quam rectiſſime agantur omnia mea cura, opera*] Ita Victorius, cui ſecundas ferunt Pal. quart. Veneta ed. Peckii liber: ita ut non improbi optimorum librorum Pal. tert. Gruteriani ſcript. *ut quam rectiſſime agantur omnia mea cum cura, opera* &c. vulgo *omni mea cura* &c. *Gebhardus. Ut quam rectiſſime agantur omnia*] Lectionem hanc tuentur Amſterod. Mentel. duo Grævii.

EPISTOLA III.

ARGUMENTUM.

Commendaticiae litterae pertinent ad morale genus. non enim a geſta gerendave re ſumitur argumentum; ſed ea ſcribuntur, quae magna ex parte ſuadet humanitas, quaeque in commendando plurimum habere ponderis exiſtimamus. Perfecta autem commendatio tribus fere conſtat partibus. nam & amicitia cum eo, qui commendatur, & rei aequitas, & ſtudium noſtrum oſtenditur. Hic amicitia cum Trebonio declaratur in eo loco, Multos annos utor valde familiariter: *rei aequitas in eo*, Quae T. Ampius de ejus re decreverit: *ſtudium commendantis in clauſula*, Ut intelligat noſtram commendationem non vulgarem fuiſſe.

M. T. C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. T. C. P. LENTVLO, S. D.

AVlo Trebonio, qui in tua provincia magna negotia, & ampla, & expedita habet, multos annos utor valde familiariter. Is cum antea ſemper & ſuo ſplendore, & noſtra ceterorumque amicorum commendatione gratioſiſſimus in provincia fuit: tum hoc tempore propter tuum in me amorem, noſtramque neceſſitudinem vehementer confidit his meis litteris ſe apud te gratioſum fore: quae ne ſpes eum fallat vehementer rogo te: commendoque tibi ejus omnia negotia, libertos, procuratores, familiam: in primiſque ut quae T. Ampius de ejus re decreverit ea comprobes, omnibuſque rebus eum ita tractes, ut intelligat meam commendationem non vulgarem fuiſſe. Vale.

EPI-

A *Vlo Trebonio*] In quibuſdam libris manuſcriptis hæc epiſtola cum ſuperiore cohæret. In aliis ſeorſim poſita eſt, & tertia eſt, ut ordine, ita & numero epiſtola. Quin etiam ab illo loco ſuperioris epiſtolæ, *Hæc ſcripſi a. d.* XVI *Kal. Febr.* novæ epiſtolæ initium ducitur, ita ut ab illis verbis, uſque ad *gratia providebo* tertia numeretur epiſtola, &, *A. Trebonio*, &c. ſit quarta. *Lambin.* *A. Trebon.*] Non C. Trebonio, ut Egnatius ſenſit, qui Cæſari in Gallia legatus fuit, ſed altero. *Corrad.*

Gratiſſimus in provincia fuit] Repoſui codicem unum MS. ſecutus, *gratioſiſſimus in provincia fuit*; atque ita ſine dubio legendum, etiamſi nulli codices hanc lectionem confirmarent. Nam cæteri omnes habent, *gratiſſimus*. Lambin. Pro *gratiſſimus* in vetere apud me libro, cujus bonitatem in plurimis perſpexi, ſcriptum eſt *gratioſiſſimus*, quæ lectio videtur multo melior, quam ea quæ vulgo circumfertur. *F. Urſinus.*

Gratioſum fore] Unus liber Guilielmii *gratiorem*: quod non diſplicet. ſic tamen nullus Palatinorum. in quibus etiam nuſpiam comparet Fulvii ac Lambini *gratioſiſſimum* ſupra. *Gebhard.* N. Scelſi vetus quoque liber *gratiorem* legit: ſed meus primus ſtat pro vulgata. *Græv.*

Que T. Ampius] T. Ampius Balbus, qui Gabinio & Piſone Coſſ. in Cilicia Prætor fuit, niſi plane fallimur. *Corradus.* Multis locis in his epiſtolis, ubi erat Appius, Ampius repoſuimus, ut penultima noſtra in librum ad C. Memmium caſtigatione docuimus. Secuti autem ſumus veterum codicum fidem. Manutius poſtea argumento non inſulſe excogitato, antiquam ſcripturam confirmavit. Delector autem plurimum, cum video aliquos novis rationibus veteres animadverſiones meas comprobare. *P. Victorius.* *Decreverit*] Antiqui libri & editiones: *decrevit*. Sed puto Ciceronem ſcripſiſſe *decrerit*, ut alibi fere ſemper. *Gravius.*

Unum-

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Negotialis eſt uſque ad illud, Ego neque de meo ſtudio. *Narrat quid actum in ſenatu, quid promiſerint tribuni pl. quae ſit opinio populi Romani, qua ſenatus in eum voluntate: quod ad popularem rationem attinet, nihil timendum, vi tamen excepta: ſuum ſtudium in regia cauſſa, aliorum injurias, magiſtratuum imbecillitatem oſtendit: poſtremo de ſenatu, populoque Romano ſpem optimam affert.*

M.T.C. S.D. P.LENTVLO PRO COS.

A.D. XVI Kal. Febr. cum in ſenatu pulcherrime ſtaremus, quod jam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus dici fregeramus, unumque certamen eſſet relictum, ſententia Volcatii, res ab adverſariis noſtris extracta eſt variis calumniis. cauſſam enim frequenti ſenatu, in magna varietate, magnaque invidia eorum, qui a te cauſſam regiam alio transferebant, obtinebamus. Eo die acerbum habuimus Curionem: Bibulum multo juſtiorem: paene etiam amicum. Caninius, & Cato negarunt ſe legem ullam ante comitia eſſe laturos. Senatus haberi ante Kalendas Feb. per legem Pupiam, id quod ſcis, non poteſt: neque menſe Febr. toto, niſi perfectis, aut rejectis legationibus.

Haec

UNumque certamen eſſet relictum ſententia Volcatii*] Legendum fortaſſe eſt *cum ſententia Volcatii*, &c. ſic enim loquuntur Latini, mihi cum illo certamen eſt relictum, ſeu reliquum, aliis ſuperatis. Contra nemo ſic loquitur, *tu mihi es certamen.* Lambinus.

Magnaque invidia] Conjunctionem *que*, quæ erat in libr. vulg. ſuſtuli, fretus veteribus codicibus. *Idem.*

Alio transferebant] Sic habent omnes fere lib. manuſcr. *Idem.*

Caninius & Cato negarunt] Faciunt huc Feneſtellæ quædam ex Annalium ejus libro XXII. laudato Nonio Marcello in voce *Rumor.* Guilielmus.

Ante comitia] Quæ habebantur menſe Sextili. vide P. Manut.

Per legem Pupiam] Qua per dies comitiales ſenatus haberi non poterat. *Corrad.*

Niſi perfectis aut rejectis legationibus] Quoniam lege Gabinia ſanctum erat, cogi ex Kalend. Febr. uſque ad Kalend. Martias & legatis ſenatum quotidie dari. *Idem.* Februario menſe ſenatus frequens poſtulatis provinciarum & legationibus audiendis dabatur, ut notat Aſconius ad III Cic. Verrin. Notetur ergo diligentia ac ſtudium Romanorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Haec tamen opinio eſt populi R. a tuis invidis, atque obtrectatoribus nomen inductum fictae religionis, non tam ut te impedirent, quam ut nequis propter exercitus cupiditatem Alexandream vellet ire. Dignitatis autem tuae nemo eſt quin exiſtimet habitam eſſe rationem ab ſenatu. Nemo eſt enim qui neſciat, quo minus diſceſſio fieret per adverſarios tuos eſſe factum: qui nunc populi nomine, re autem vera ſceleratiſſimo latrocinio, ſi quae conabuntur agere, ſatis proviſum eſt, ut ne quid ſalvis auſpiciis, aut legibus, aut jam ſine vi agere poſſint. Ego neque de meo ſtudio, neque de nonnullorum injuria ſcribendum mihi eſſe arbitror. Quid enim aut me oſtentem? qui ſi vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum aſſecutus: aut de aliorum injuriis querar? quod ſine ſummo dolore facere non poſſum. Ego tibi a vi, hac praeſertim imbecillitate magiſtratuum, praeſtare nihil poſſum. vi excepta,

norum, qui legationes quamprimum introduci volebant. Nam Januario Conſules magiſtratum inibant, & de rebus divinis & publicis referebant. Februario in ſenatu legatos exterarum gentium introducebant. Exemplum apud Livium occurrit lib. XLIV de legatione Alexandrina. *Henr. Valleſius.*

Alexandriam] Scribendum *Alexandream.* Ita enim poſcit illorum temporum ſcribendi conſuetudo, quam cum in aliis veteribus monumentis obſervavi, tum in denario argenteo M. Lepidi, in quo inciſum eſt ALEXANDREA, ſive ALEXSANDREA. *F. Urſinus.*

Per adverſarios tuos eſſe factum] Lupo contendente, ante ſe oportere diſceſſionem facere, quam Coſſ. *Corrad.*

Sceleratiſſimo latrocinio] Tribunorum pleb. quorum unus C. Cato etiam poſtea concionatus eſt, comitia haberi non ſiturum, ſi ſibi cum populo dies agendi eſſent exempti. *Idem.*

Satis proviſum eſt] Præter alia, Cn. Lentulo Coſ. quaſi promittente dies comitiales eximere, hoc eſt, per eos de cœlo ſervare, Latinas inſtaurare & ſupplicationes, ut legibus pernicioſiſſimis maxime Catonis obſiſteret. *Idem.*

Ego tibi a vi] Ipſi ut nunc legitur emendavimus. præter enim antiquorum codicum fidem verba, quæ ſequuntur ita legi debere oſtendunt, (*vi excepta.*) Vis autem non tantum a Trib. pleb. fieri poterat, ſed etiam a privatis hominibus. Id autem per ſe planum eſt, & a Cicerone declaratur, cum inquit, ad Q. Fratrem de Clodio, *Qui etiam privatus eadem manu poterit conciones concitare.* Veriuſque vis appellari poteſt, quæ a privaris fit, quam quæ a magiſtratu. Qui enim publicam perſonam gerunt, quamvis contra leges faciant, recte tamen atque ordine ſe illa facere multis perſuadent: quod Cicero etiam paulo ſupra declarat. cum inquit, *Qui nunc populi Romani nomine, re autem vera ſceleratiſſimo latrocinio.* Victorius.

Quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cepta, poſſum confirmare, te & ſenatus, & populi Rom. ſummo ſtudio, amplitudinem tuam retenturum. Vale.

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

Miſta ex negotialibus moralibuſque ſententiis: ſed ſi cauſſa, cur ſcripta ſit, animadvertatur; negotialis eſt. interdum autem negotii narrationem antecedit, ſaepe ſequitur officii ſignificatio; quod in his ad Lentulum epiſtolis perſpicuum eſt. Scribit de C. Catonis lege promulgata, de ſtatu regiae cauſſae, de ſuo, Seliciique conſilio.

M. T. C. S. D. P. LENTVLO PRO COS.

TAmetſi mihi nihil fuit optatius, quam ut primum abs te ipſo, deinde a ceteris omnibus, quam gratiſſimus erga te eſſe cognoſcerer: tamen afficior ſummo dolore, ejuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſecuta eſſe, ut & meam, & ceterorum erga te fidem, & benivolentiam abſens experirere. Te videre & ſentire, eandem fidem eſſe hominum in tua dignitate, quam ego in mea ſalute ſum expertus, ex tuis litteris intellexi. Nos cum maxime conſilio, ſtudio, labore, gratia de cauſſa regia niteremur, ſubito exorta eſt nefaria Catonis promulgatio, quae noſtra ſtudia impediret, & animos a minore cura ad ſummum timorem traduceret. Sed tamen in hujuſmodi perturbatione rerum quamquam omnia ſunt metuenda, nihil magis quam perfidiam timemus: & Catoni quidem, quoquo modo ſe res habeat, profecto reſiſtimus. De Alexandrina re, cauſſaque regia tantum habeo polliceri, me tibi abſenti, tuiſque praeſentibus cumulate ſatisfacturum. Sed vereor ne

QVam ego in mea ſalute ſum expertus*] Meus liber ſecundus ſuffragatur Medicæo, Palatino quarto, Peckii, & editioni primæ, ſcribentibus: *quam ego in meam ſalutem ſum expertus.* quod recepiſſe ſe Gruterus teſtatur. ſed mihi potior eſt aliorum auctoritas, qui pro vulgata ſtant, quam ego hercule, cum & ſuavior ſit, & magis congrua huic loco, non auſim improbare. præſertim cum eam & primus meus firmet. *Gravius.*

Neſaria Catonis promulgatio] De Imperio tibi abrogando. *Corrad.*

Minore cura] De reducendo Rege. *Idem.*

Timorem] Ne Imperium tibi abrogetur. *Idem.*

Ne

ne aut eripiatur [cauſſa regia] nobis, aut deſeratur : quorum utrum minus velim, non facile poſſum exiſtimare. Sed, ſi res coget, eſt quiddam tertium, quod neque Selicio, nec mihi diſplicebat : ut neque jacere regem pateremur, nec, nobis repugnantibus, ad eum deferri, ad quem prope jam delatum exiſtimatur. A nobis agentur omnia diligenter : ut nec, ſi quid obtineri poterit, non contendamus : nec, ſi quid non obtinuerimus, repulſi eſſe videamur. Tuae ſapientiae, magnitudiniſque animi eſt, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus geſtis tuis, atque in tua gravitate poſitam exiſtimare. Si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna largita eſt, nonnullorum hominum perſidia detraxerit, id majori illis fraudi, quam tibi futurum. A me nullum tempus praetermittitur de tuis rebus & agendi, & cogitandi : utorque ad omnia Q. Selicio : neque enim prudentiorem quemquam ex tuis, neque fide majore eſſe judico, neque amantiorem tui. Hic quae agantur,

Ne aut eripiatur] Videtur legendum, *ne aut eripiatur nobis, aut deſeratur*, deleto hoc toto, *regia cauſſa*, quod facile ſubintelligitur ex iis, quæ antecedunt. Non celabo autem lectorem, me hic in libris manuſcriptis tribus ſcriptum reperiſſe, *excipiatur*, pro *eripiatur*. unde ecquid boni elici poſſit, videbit lector eruditus. *Lambinus*. *Ne aut eripiatur cauſſa regia nobis*] Sic Manutiana editio, ſtabilitque eam & Pal. pr. & Peckii liber. ceteri Pall. tert. quart. Venet. Grut. *eripiatur cauſſa regia a nobis aut deſeratur*. Vulgo : *ne aut eripiatur a nobis regia cauſſa*. Gebhard. Facile & ipſe crediderim *cauſſa regia* eſſe gloſſema, ut Lambinus & Manutius recte viderunt ; verum ejicere illa verba & eradicare invitis omnibus, quotquot viſi adhuc ſunt, codicibus antiquis, non auſim, & id ſane temerarium eſt. Fecerunt tamen illi duumviri. ſed ego ſequor libros exaratos manu, Victorium, & Gruterum. *Grævius*.

Tuæ ſapientiæ magnitudiniſque animi eſt, &c.] Mirifice codex antiquus Nicol. Scelſi ab aliorum lectione diſcrepat : *Tuæ ſapientiæ, magnitudiniſque animi eſt, omnem amplitudinem & dignitatem tuam in virtute, & in gravitate tua, atque in rebus geſtis tuis, quas tibi fortuna largita eſt, poſitam exiſtimare : quibus ſi quid hominum invidia detraxerit, id majori illis fraudi, quam tibi futurum ſcias.*

Neque fide majore eſſe judico] Quidam codices : *neque fide majorem* ; quos non ſequor. alii, *neque fide meliorem*, unde conjicio *fide meliore*, eſſe legendum. paullo ante duæ illæ voces, *cauſſa regia*, ſupervacaneæ videntur, ut diximus, quæ tamen reperiuntur in libris manuſcriptis. *Lambin*. *Neque fide majorem eſſe*] Sic editio princeps, Victorii, Pall. tert. quart. Grut. Peckianus : adeo ut mirari ſubeat deficientium a veſtigiis MSS. vulgo : *quo neque prudentiorem quemquam ex tuis, neque fide majore eſſe*. Gebhardus. Accedit lectioni quam Gruterus & Victorius probarunt meus etiam codex primus & ſecun-

tur, quaeque acta ſint, ea te & litteris multorum, & nuntiis cognoſcere arbitror: quae autem poſita ſunt in conjectura, quaeque mihi videntur fore, ea puto tibi a me ſcribi oportere.

Poſteaquam Pompeius apud populum a. d. IIX Idus Febr. cum pro Milone diceret, clamore convicioque jactatus eſt, in ſenatuque a Catone aſpere & acerbe nimium magno ſilentio eſt accuſatus, viſus eſt mihi vehementer eſſe perturbatus. Itaque Alexandrina cauſſa, quae nobis adhuc integra eſt, (nihil enim tibi detraxit ſenatus, niſi id, quod per eandem religionem dari alteri non poteſt) videtur ab illo plane eſſe depoſita. Nunc id ſperamus, idque molimur, ut, cum rex intelligat, ſeſe id, quod cogitabat, ut a Pompeio reducatur, aſſequi non poſſe: &, niſi per te ſit reſtitutus,

cundus. Id tamen fatendum eſt, a perpetua Ciceronis conſuetudine hoc loquendi genus fere abhorrere, vulgatæ vero lectionis exempla in hoc ſcriptore eſſe infinita. *Græv.*

Poſteaquam Pompeius] MSS. Pall. itemque Grut. novam hinc ordiuntur Epiſtolam: ſed Egnatius annotat in Medic. partem hanc eſſe ſuperioris, conjungitque cum præcedente Victorius, Lambin. Manut. *Gebhard*. In meo etiam libro ſecundo hic nova epiſtola incipit. ſed primus eam connectit tanquam partem ſuperiori. *Grævius.*

Clamore convicioque jactatus eſt] Mendoſe, ut opinor, in Medicæo codice legitur *jactus* pro *jactatus*: contra ac eodem hoc in libro *jactata* pro *jacta* in illo loco: *Ea fundamenta jactata eſſe*. Has autem maculas in optimis etiam exemplaribus indicaſſe utile eſſe exiſtimo, ne omnibus in rebus illis fides habeatur. Quam male autem his diebus & in ſenatu, & ad populum, acceptus ſit Pompeius, uberius a Cicerone exponitur in epiſtola ad Q. Fratrem, cujus initium eſt: *Scripſi ad te antea*: ex qua etiam facile perſpicitur exitium illius Reip. non potuiſſe longe abeſſe, quæ permitteret optimum & fortiſſimum civem a petulantiſſimis, & flagitioſiſſimis hominibus tantopere vexari: & in qua turbide, ac tumultuoſe maximæ res agerentur. *Victor.* *Jactatus eſt*] Sic quidem prima editio: ſed adnotatum ad eam ab Egnatio, legi in Medic. *jactus eſt*, neque aliter aut Grut. aut Pall. quatuor. adeo ut *jaci convicio* eſſet *peti*: ſicut Propertius forma agendi dixit:

In noſtrum jacies verba ſuperba caput.

atque ipſe Tullius ad Atticum lib. II. ep. 29. *Qui cum ſe omnium ſermonibus ſentiet vapulare.* Gebhard.

Jactatus] A P. Clodio, & ejus operis. *Corrad.*

Omnium magno ſilentio eſt accuſatus] Omnes ferme libri manuſcripti habent *nimium magno ſilentio*. ego tamen vulgatam lectionem magis probo. *Lambin.* Revocavi ſcripturam quatuor Pall. uniuſque Grut. & Peckii, nec non editionis primæ & Victorii. tanto quidem magis quod eam eſſe lectionem ferme omnium MSS. ſuorum indicaverit Lambin. poſtea invectum eſt libris, *omnium magno ſilentio*. Paul. Manut. præfert, *& acerbe, nimium magno ſilentio*: quæ diſtinctio minus adpoſita videtur. *Gebhard.*

Cete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tus, deſertum ſe atque abjectum fore, proficiſcatur ad te. quod ſine ulla dubitatione, ſi Pompeius paullum modo oſtenderit ſibi placere, faciet. Sed noſti hominis tarditatem, & taciturnitatem. Nos tamen nihil, quod ad eam rem pertineat, praetermittimus. Ceteris injuriis, quae propoſitae ſunt a Catone, facile, ut ſpero, reſiſtemus. Amicum ex conſularibus neminem tibi eſſe video, praeter Hortenſium, & Lucullum: ceteri ſunt partim obſcurius iniqui, partim non diſſimulanter irati. Tu fac animo forti magnoque ſis, ſpereſque fore ut fracto impetu leviſſimi hominis tuam priſtinam dignitatem & gloriam conſequare.

Ceteris injuriis] Præſertim de Imperio tibi abrogando. *Corrad.*

Facile, ut ſpero, reſiſtemus] *Nam manus* (inquit ad Q. Fratrem ſcribens) *magna ex Piceno & Gallia expectatur, ut etiam Catonis rogationibus de Milone & Lentulo reſiſtamus.* Idem.

Leviſſimi hominis] C. Catonis. *Idem.*

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Moralis tota, excepta prima ſententia, quae negotialis eſt. Conſolationem Cicero adhibet dolori ſuo, eam ſcilicet, quam ſperat in Lentuli quoque dolore poſſe aliquid proficere. Et, quia valet ad conſolandum amoris ſignificatio: & amoris indicium dolor eſt: orditur a dolore ſuo. quia vero conſolationis duae quaſi viae ſunt, ratio, & exemplum, non modo ut fieri debere, quod ſuademus, verum etiam ut factum eſſe oſtendatur: utraque via progreditur: argumentatur enim a ſpe, quam in conſiliis amicorum, & in ipſa die ponit: exemplum vero ſumit a ſimilitudine ſuorum temporum. Tertius hortationis locus eſt: quod ipſum ad minuendum dolorem pertinet. eſt enim cum laude conjuncta cohortatio. delectamur autem laudibus, & quodam modo languentes excitamur. Concluſio eſt, quae ſpe quadam animum recreat, omnium ſtudiorum officiorumque promiſſio.

M. T. C. P. LENTULO PRO COS. S. D.

QVae gerantur accipies ex Pollione: qui omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed praefuit. Me in ſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime ſcilicet conſolatur ſpes, quod valde ſuſpicor fore, ut infringatur hominum improbitas & conſiliis tuorum amicorum, & ipſa die: quae debilitat cogitationes & inimicorum, & proditorum. Facile ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Nam etſi minore in re violatur tua dignitas, quam mea ſalus afflicta ſit: tamen eſt tanta ſimilitudo, ut ſperem te mihi ignoſcere, ſi ea non timuerim, quae ne tu quidem umquam timenda duxiſti. Sed praeſta te eum, qui mihi a teneris (ut Graeci dicunt) unguiculis es cognitus. Illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum injuria. A me omnia ſumma in te ſtudia, officiaque exſpecta. non fallam opinionem tuam. Vale.

EPI-

Quem in tuis rebus capio] Liber unus manuſcriptus habet, *quem in tuis rebus capio ſcilicet, maxime conſolatur ſpes*, &c. ordine verborum, mea ſententia, meliore. Quidam amicus meus, vir doctus & acutus exiſtimat, hoc totum, *quem in tuis rebus capio ſcilicet*, eſſe natum ex annotatione, neque eſſe Ciceronis. *Lambin.* *Quem in tuis rebus capio, maxime ſcilicet*] Ita omnes Pall. nam Grut. *maxime ſalutem*. H. Stephanus libro II Schediaſm. prodidit legi: *quem ex tuis*, &c. *Gebhard.*

Maxime ſcilicet conſolatur ſpes] Puto Ciceronem ſcripſiſſe, *maxime conſolatur*, atque his verbis additum fuiſſe gloſſema *ſcilicet ſpes*, quod poſtea (ut videtur) in ſeriem receptum a librariis fuit: ut id credam facit liber collatus a doctiſſimo viro cum codice manuſcripto, a quo abeſſe hæc duo verba cognovi. *F. Vrſinus.*

Hominum improbitas] C. Catonis, & aliorum. *Corrad.*

Quæ debilitat cogitationes, & inimicorum] Sic habent omnes, quos vidi, libri manuſcripti, quos ſequor: quanquam vulgatam lectionem non damno: *qua debilitantur cogitationes*, &c. *Lambin.* *Quæ debilitat*] Sic edidit Victorius, eumque ſecutus Lambinus, exſtatque ſic in Pall. omnibus, atque Lambinianis, Gruteriano, Vatican. quod & adnotavit ad oram libri ſui Egnatius; neque id tantum, ſed in Medic. libro inveniri *perditorum*, non *proditorum*. Vulgo: *qua debilitantur cogitationes.* Gebhard.

Meorum temporum] Exilii. *Tempus & tempora* Ciceroni plerumque notant adverſam fortunam. vide Manut. ad ep. IX hujus libri.

Etſi minore in re violatur tua dignitas] Multo enim minus eſt, de aliqua exiſtimationis parte laborare, quam in totius exiſtimationis, & ſalutis periculum venire. *Corrad.*

Quam mea ſalus afflicta ſit] Victorii editio, *quam mea afflicta eſt*. neque τὸ *ſalus* novit ullus Pall. neque Grut. neque editio princeps: in Vatic. tamen: *quam mea ſalus afflicta eſt*. Ego nihil ducebam expungi debere: quandoquidem etiam nihil turbet Manutius: quo non ut duce, ſed velut accenſo utimur. *Gebhard.* Nec meus liber primus agnoſcit *ſalus*. ſed in eo *ſit* ſcribitur, non *eſt*. Græv.

Si ea non timuerim] Fore, ut nos victi perpetuo jaceremus. *Corrad.*

Eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

Reſpondet ad ea, quae Lentulus quaeſierat. Et quamquam moralia quaedam admiſcentur: tamen, quia reductio regis praecipua ſcribendi cauſſa fuit, (id enim ſpectandum eſt) inter negotiales epiſtolas referatur. Dividitur in partes octo. Prima eſt, de ſuo in primis erga Lentulum amore: altera, de amicorum fide: tertia, de Alexandrina cauſſa: quarta, de ſuis in republ. capeſſenda conſiliis, & hominum conſularium invidia: quinta, cohortatio ad gloriam, atque conſtantiam: ſexta, de reip. ſtatu: ſeptima, de Tulliae filiae ſuae Craſſipediſque nuptiis: octava, & ultima, de Lentuli filio. Pompeio, & Craſſo iterum cos.

M.T.C. P.LENTULO PRO COS. S.D.

Cn. Pompeio Magno II. M. Licinio Craſſo II Coſſ. A.V.C. 698.

LEgi tuas litteras, quibus ad me ſcribis, gratum tibi eſſe, quod crebro certior per me fias de omnibus rebus, & meam erga te benivolentiam facile perſpicias: quorum alterum mihi ut te plurimum diligam facere neceſſe eſt, ſi volo is eſſe, quem tu me eſſe voluiſti: alterum facio libenter: ut, quoniam intervallo locorum & temporum disjuncti ſumus, per litteras tecum quam ſaepiſſime colloquar. Quod ſi rarius fiet, quam tu exſpectabis, id erit cauſſae, quod non ejus generis meae litterae ſunt, ut eas audeam temere committere. Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem, non praetermittam. Quod ſcire vis qua quiſque in te fide ſit & voluntate, difficile dictu eſt de ſingulis. Unum illud audeo, quod antea tibi ſaepe ſignificavi, nunc quoque re perſpecta & cognita ſcribere: vehementer quoſdam homines, & eos maxime, qui te & maxime debuerunt, & plurimum juvare potuerunt, in-

EOs maxime, qui te & maxime debuerunt, & plurimum juvare potuerunt] MS. meus ſecundus, Palat. tert. nec non prima editio: *eos maxime, qui & te amare maxime debuerunt, & plurimum juvare potuerunt.* V. C. Nic. Scelſi: *eos maxime qui te amare debuerunt.* forſan ſcripſit Cicero: *eos maxime, qui te amare debuerunt, & plurimum juvare potuerunt.* Illud *maxime* vitio librariorum repetitum,

invidiſſe dignitati tuae: ſimillimamque in re diſſimili tui temporis nunc, & noſtri quondam fuiſſe rationem: ut, quos tu reip. cauſſa laeſeras, palam te oppugnarent, quorum auctoritatem, dignitatem, voluntatemque defenderas, non tam memores eſſent virtutis tuae, quam laudis inimici. Quo quidem tempore, ut perſcripſi ad te antea, cognovi Hortenſium percupidum tui, ſtudioſum Lucullum, ex magiſtratibus autem L. Racilium & fide, & animo ſingulari. Nam noſtra propugnatio ac defenſio dignitatis tuae, propter magnitudinem beneficii tui, fortaſſe pleriſque officii majorem auctoritatem habere videatur, quam ſententiae. Praeterea quidem de conſularibus nemini poſſum aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici animi eſſe teſtis. Etenim Pompeium, qui mecum ſaepiſſime, non ſolum a me provocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet, ſcis temporibus illis non ſaepe in ſenatu fuiſſe. Cui quidem litterae tuae, quas proxime miſeras, quod facile intellexerim, perjucundae fuerunt. mihi quidem humanitas tua, vel ſumma potius ſapientia, non jucunda ſolum, ſed etiam admirabilis viſa eſt. Virum enim excellentem, & tibi tua praeſtanti in eum liberalitate devinctum, nonnihil ſuſpicantem, propter aliquorum opinionem ſuae cupiditatis, te ab ſe abalienatum, illa epiſtola retinuiſti. qui mihi cum ſemper tuae laudi favere viſus eſt, etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore Caniniano: tum vero, lectis tuis litteris, perſpectus eſt a me toto

tum, inde & quoque irrepſit. ſed magis probo primi libri ſcripturam: *& os qui te & maxime debuerunt, & plurimum juvare potuerunt.* Græv.

L. Racilium] Hunc alibi Trib. pleb. longe optimum vocat, etſi quidam hic *L. Rutilium* legunt. *Corrad.*

Et fide & animo ſingulari] Nulli veteres libri habent *in te*, quæ tamen mihi neceſſaria videntur. *Lambin.* *Animo ſing.*] Sic & MSS. omnes noſtri, ut ne dicam de edit. principe, & Vatican. vulgo: *L. Rutilium & fide & animo in te ſingulari.* At τὸ *in te*, quod adeo neceſſarium videbatur Lambin. dudum, non expreſſum Manutio video: deletumque à nobis auctoritate omnium MSS. *Gebhardus.* Mei quoque libri hanc lectionem aſſerunt. *Græv.*

Non ſæpe in ſenatu fuiſſe] Poſtquam accuſatus eſt a Catone, & ſuſpicatus eſt inſidias vitæ ſuæ fieri: Catonem a Craſſo ſuſtentari, & Clodiæ pecuniam ſuppeditari. *Corrad.*

Suſpicioſiſſimo tempore Caniniano] Quum Caninius rogationem ferret, ut Pompeius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

toto animo de te, ac de tuis ornamentis, & commodis cogitare. Quare ea quae ſcribam ſic habeto, me, cum illo re ſaepe communicata, de illius ad te ſententia atque auctoritate ſcribere: Quoniam ſenatuſconſultum nullum exſtat, quo reductio regis Alexandrini tibi ademta ſit: eaque, quae de ea ſcripta eſt, auctoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, ut nequis omnino regem reduceret, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum ſtudium, quam conſtantis ſenatus conſultum eſſe videatur. te perſpicere poſſe, qui Ciliciam, Cyprumque teneas, quid efficere, & quid conſequi poſſis: &, ſi res facultatem habitura videatur, ut Alexandriam, atque Aegyptum tenere poſſis, eſſe & tuae, & noſtri imperii dignitatis, Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum claſſe, atque exercitu proficiſci Alexandriam: ut, cum eam pace praeſidiiſque firmaris, Ptolemaeus redeat in regnum: ita fore ut per te reſtituatur, quemadmodum ſenatus initio cenſuit: & ſine multitudine reducatur, quemadmodum homines religioſi Sibyllae placere dixerunt. Sed haec ſententia ſic & illi, & nobis probabatur, ut ex eventu homines de tuo conſilio exiſtimaturos videremus: ſi cecidiſſet ut volumus, & optamus, omnes te ſapienter, & fortiter: ſin aliquid eſſet offenſum; eoſdem illos & cupide & temere feciſſe dicturos. Quare quid aſſequi poſſis non tam facile eſt nobis, quam tibi, cujus prope in conſpectu Aegyptus eſt, judicare. Nos qui-

peius cum duobus lictoribus regem reduceret. Quare tempus ſuſpicioſiſſimum vocat: quod de tempore (ſic enim quidam legunt) Catoniano non ita apte dici poteſt. *Corrad.*

Conſtantis ſenatus conſilium] Martinii codex *conſultum* quod allubeſcebat Guilielmio, tanquam magis proprie dictum. at cum ſtent ab altero omnes Pall. editioneſque, vel ſola ratio me id cogit tueri. *Gebhard.* Meus primus quoque *conſultum*. quod cur repudietur non video, cum proprium ſit in hac re verbum. Quis enim neſcit ſenatus decreta, dici, *ſenatus conſulta*? Græv.

Sin aliquid eſſet offenſum] Hoc eſt, ſi clade aliqua afficereris. Paulo poſt: *Offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam auctoritatem & religionem vides.* Cicer. pro leg. Manil. *Cur adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis; non offenſionibus belli; ſed victoriis, non ſtipendiis, ſed triumphis eſt traducta.* vide P. Manut. not. ad lib. II, ep. 18. & IV. 14.

Cujus prope in conſpectu] Multos abhinc annos Memmius conjecerat ſic eſſe legendum, ejuſque conjecturam probaveramus. quod multo fecimus impenſius, poſteaquam eam omnium vere-

quidem hoc ſentimus: ſi exploratum tibi ſit, poſſe te illius regni potiri; non eſſe cunctandum: ſi dubium; non eſſe conandum. Illud tibi affirmo, ſi rem iſtam ex ſententia geſſeris, fore ut abſens a multis; cum redieris, ab omnibus collaudere. offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam auctoritatem, religionemque video. Sed ego te ut ad certam laudem adhortor, ſic a dimicatione deterreo, redeoque ad illud, quod initio ſcripſi, totius facti tui judicium non tam ex conſilio tuo, quam ex eventu homines eſſe facturos. Quod ſi haec ratio rei gerendae periculoſa tibi eſſe videbitur, placebat illud, ut, ſi rex amicis tuis, qui per provinciam atque imperii tui provincias ei credidiſſent, fidem ſuam praeſtitiſſet; & auxiliis eum tuis, & copiis adjuvares. eam eſſe naturam, & regionem provinciae tuae, ut illius

veterum librorum auctoritate vidimus confirmari. *Lambinus.* Expeditiſſima hæc Memmii conjectura confirmata eſt ab omnibus Lambin. MSS. accedunt jam noſtri omnes & Gruteri. Vatic. vero: *cujus prope in conſpectu Ægyptus eſt. nos quidem judicari hoc ſentimus.* Gebhard.

Qui per provinciam imperii tui pecunias ei credidiſſent] Sic in omnibus excuſis libris, nulla varietate legitur: in Medicæo ita ſcriptum eſt: *Qui per provinciam atque Imperii tui provincias ei credidiſſent.* mendoſe prorſus & negligenter. Eſt tamen accurate videndum, ex hac tam inquinata ſcriptura, an aliquid boni erui poſſit: ſi enim locus conjecturæ detur, ita libenter legerem, *Qui per provinciam, atque imperium tuum pecunias ei credidiſſent.* nam ſæpe ſic loquitur, ut etiam in hac Epiſtola, *cum aliquantulum ex provincia, atque ex imperio laudis acceſſerit.* P. Victorius. Secutus ſum codices manuſcriptos, in quibus ita ſcriptum eſt, quemadmodum edendum curavimus: *qui per provinciam tuam atque imperii tui provincias pecunias ei credidiſſent.* Neque vero eſt quod cuiquam hæc ſcriptura abſurda videatur. Nam aliquando plures provinciæ uni attribuebantur, quemadmodum Ciliciæ tres *διοικήσεις* Aſiaticæ erant attributæ. ſic igitur Ægypto provinciæ aliæ provinciæ erant attributæ, fortaſſe Cilicia & Cyprus, cui rei argumento ſunt verba illa, ſupra hac eadem epiſtola: *qui Ciliciam Cyprumque teneas*, &c. Jam quin vulgata ſit corrupta, nemini erudito dubium eſt, quæ talis eſt, *qui per provinciam imperii tui*, &c. *Lambinus.* Secutus ſum ſcriptos Guilielm. tum Pall. Grut. imo & editionem primam. Poſteriores enim, *qui per provinciam imperii tui pecunias ei credidiſſent*; à qua etiam diſceſſit P. Manutius ac Lamb. ſed ultimus hic duas voces internexuit an intruſit, neutram in ullis membr. conſpiciendam. *Gebhard.* Vid. Manut.

Eam eſſe naturam & regionem provinciæ tuæ] *Rationem* pro *regionem* libentius legerem: primum quia ita in veteribus libris invenitur; deinde quod ſimilis error in Lucretii quoque verſum invaſit lib. 1:

Nam tibi de ſumma cœli ratione Deumque
Diſſerere incipiam, &c.

Male enim prius *regione* pro *ratione*, ut eſt à Gifanio ſuper eo verſu notatum. *F. Urſinus.* MSS. omnes & priſcæ edit. item-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

illius reditum vel adjuvando confirmares, vel negligendo impedires. In hac ratione quid res, quid cauſſa, quid tempus ferat, tu facillime optimeque perſpicies: quid nobis placuiſſet, ex me potiſſimum putavi te ſcire oportere. Quod mihi de noſtro ſtatu, de Milonis familiaritate, de levitate, & imbecillitate Clodii gratularis, minime miramur, te tuis, ut egregium artificem, praeclaris operis laetari: quamquam eſt incredibilis hominum perverſitas (graviori enim verbo uti non libet) qui nos, quos favendo in communi cauſſa retinere potuerunt, invidendo abalienarunt: quorum malevolentiſſimis obtrectationibus nos ſcito de vetere illa noſtra diuturnaque ſententia prope jam eſſe depulſos, non nos quidem ut noſtrae dignitatis ſimus obliti, ſed ut habeamus rationem aliquando etiam ſalutis. Poterat utrumque præclare, ſi eſſet fides, ſi gravitas in hominibus conſularibus. ſed tanta eſt in pleriſque levitas, ut eos non tam conſtantia in repub. noſtra delectet, quam ſplendor offendat. Quod eo libentius ad te ſcribo, qui non ſolum temporibus iis, quae per te ſum adeptus, ſed etiam olim naſcenti prope noſtrae laudi, dignitati, virtutique praefuiſti: ſimul quod video, non,

itemque Victor. ac Manut. *regionem*: quod hic interpretatur *ſitum*. vulgo *rationem*: quod tamen etiam in vet. legi annotavit Fulv. Urſinus. *Gebhard.*

Etiam olim naſcenti prope noſtræ laudi, dignitati, virtutique præfuiſti] Hic reddenda a nobis ratio eſt cur locum, qui antea in omnibus impreſſis codicibus nulla mendi ſuſpicione legebatur, ut mutilum notaverimus, duabus ſubtractis dictionibus. Noſtrum conſilium fuit, optime lector, (quod omnibus probari cupio) ut quantum per nos fieri poſſit, ſinceram Ciceronis ſcripturam reſtitueremus. quod ſicubi in locos mancos incidimus, tutius nobis viſum eſt, eos ut in antiquis, & probatis exemplaribus invenimus, ſcribere, quam ut a quibuſdam (mea quidem ſententia, parum in alienis ſcriptis modeſtis) ſuppleti ſunt: qui operam dabant ut nullus locus eſſet e quo non aliquis ſenſus eliceretur: putabantque hoc eſſe officium correctoris, nihil jacere pati. a quorum opinione, jampridem a doctis viris damnata, & rejecta, nos longe diſſentimus, diverſumque penitus inſtitutum ſecuti ſumus: omnes enim locos, qui contra veterum codicum fidem a recentioribus grammaticis ſuppleti ſunt, quos nos veteribus veſtigiis hærentes corrigere non potuimus, in antiquam lectionem retraximus, ne quis verba illa pro legitimis Ciceronis accipiens fallatur, & ut induſtria ſtudioſorum habeat in quo ſe exerceat, quærunturque antiquiora, & integriora exemplaria, ſi ulla fortaſſe adhuc latent, quæ veram lectionem retineant. Hic au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

non, ut antehac putabam, novitati eſſe inviſum meae: in te enim homine omnium nobiliſſimo ſimilia invidorum vitia perſpexi, quem tamen illi eſſe in principibus facile ſunt paſſi, evolare altius certe noluerunt. Gaudeo tuam diſſimilem fuiſſe fortunam. multum enim intereſt, utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur. Me meae tamen ne nimis poeniteret tua virtute perfectum eſt. Curaſti enim, ut plus additum ad memoriam nominis noſtri, quam demtum de fortuna videretur. Te vero moneo cum beneficiis tuis, tum amore

autem locus de quo nunc loquimur, ut vides legitur in melioribus codicibus: deſidereturne aliud præter verbum quo ſuperiores dictiones necti debent, doctiores diligentius animadvertent. ſcimus autem nonnullos pro *præfuiſti*, legere *faviſti*: quæ res auget etiam ſuſpicionem, vel potius me in hac opinione confirmat, ut ea quæ nos delevimus verba, nova ſint, & ab aliquo ſuppleta. cum enim non ſatis bene firma ſcriptura eſt, aliquid fere ſemper vitii ſubeſt. *Victorius.* Bene monuit Victorius ac Manutius locum eſſe ſuſpectum vitii: in vetuſtis quippe codd. ſolum extare, *dignitatique virtuti*: nullo relicto veſtigio vocis ſequentis. & vero eodem etiam modo ſcribitur in Pal.pr.ſec. quart. nam tert. diſerte præfert ſpatium vacuum litterarum fere duodecim inter *ſed* & *noſtræ* habetque *dignitatique virtutique ſimul quod*, &c. quemadmodum primitus fuiſſe in codice Medic. ſcribit Manutius. Editio prima exhibet *dignitatique virtutique faviſti.* neque aliter membranæ Gruteri, niſi quod illæ ſine copula *virtuti faviſti*: quomodo etiam fuiſſe in Erfordienſi codice, adnotatum Guilielmio. Vatic. *Sed jam olim naſcenti prope noſtræ laudi dignitatique * ſimulque quod video.* Latet monſtrum verbi in illo *virtuti.* obſtetricatum eum fuiſſe laudi ſuæ virtutique forſan dicere voluit, ſed qua figura, neſcio. Lambin. mire ſolitus jactare MSS. ſuos, totus hic eſt in Angeronæ ſacris. *Gebhardus.* Noſter liber ſecundus: *naſcenti prope noſtræ laudi, dignitatique virtutique faviſti.* V.C. Nic. Scelſi: *virtutique ſimul faviſti.* ſed primus: *noſtræ laudi dignitatique, ſimulque.* Grævius.

Quam demptum de fortuna] Sic emendaveram decem abhinc annos in meo codice: cujus mei judicii tuli fructum, cum ita ſcriptum eſſe in omnibus libris manuſcr. comperi, *demtum* autem id eſt detractum, quod opponitur illi *additum.* Aliud eſt porro *adimere*, aliud *demere.* Adimitur enim proprie totum: demitur pars de toto. *Lambinus.* *Quam demptum de fortuna*] Sic Victorii editio, Lambin. Manut. neque ſecus Pall. omnes, niſi quod ſecund. *adeptum.* lectionem quoque hanc habet editio prima, cod. Gruterian. Vatic. poſteriores, *quam ademptum.* Ceterum ut curioſis ſemel ſatisfaciam, teſtor in MSS. noſtris heic exſtare *demptum*; alibique etiam legi *emptum, redemptum, comptum*: item, *conſumpſi, contempſi.* aliaque: de quibus egregie Joſephus Caſtalio Decuria 1. cap. 1. obſerv. in Criticos. *Gebhard.*

Te vero moneo cum beneficiis] Nos receptam lectionem hoc loco conſervavimus: veterem autem (quamvis eam non probemus) volumus tamen teſtatam relinquere: in antiquioribus enim & melioribus libris, *beneficentiis* pro *beneficiis* legimus. Eſt autem apud hunc auctorem hoc nomen: verum beneficentia potius illi eſt (niſi fallimur) animi virtus & quædam bonitas naturæ,

amore incitatus meo, ut omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatus fuiſti, omni cura atque induſtria conſequare: magnitudinemque animi tui, quam ego ſemper ſum admiratus, ſemperque amavi, ne umquam inflectas cujuſquam injuria. Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria conſulatus tui. Haec profecto vides quanto expreſſiora, quantoque illuſtriora futura ſint, cum aliquantum ex provincia, atque ex imperio, laudis acceſſerit. Quamquam te ita gerere volo, quae per exercitum, atque imperium gerenda ſunt, ut haec multo ante meditere, huc te pares, haec cogites, ad haec te exerceas, ſentiaſque id, quod quia ſemper ſperaſti, non dubito quin adeptus intelligas, te facillime poſſe obtinere ſummum, atque altiſſimum gradum civitatis. Quae quidem mea cohortatio ne tibi inanis, aut ſine cauſſa ſuſcepta videatur, illa me ratio movit, ut te ex noſtris eventis communibus admonendum putarem, ut conſiderares in omni reliqua vita quibus crederes, quos caveres. Quod ſcribis te velle ſcire, qui ſit reip. ſtatus: ſumma diſſenſio eſt, ſed contentio diſpar. Nam qui plus opibus, armis, potentia valent, profeciſſe tantum mihi videntur ſtultitia, & inconſtantia adverſariorum, ut etiam auctoritate jam plus valerent. Itaque perpaucis adverſantibus, omnia, quae ne per populum quidem ſine ſeditione ſe aſſequi poſſe arbitrabantur, per ſenatum conſecuti ſunt. nam & ſtipendium Caeſari de-

turæ, quæ opibus ſuis alios juvare, & beneficia in homines conferre delectatur. Beneficentias ab eo beneficia collata appellari, non memini me legiſſe. *P. Victor.* Pall. omnes. Grut. *emoneo.* ſic eſt *Amoneo* & epiſt. 1. *amonitionibus.* edit. prima *admoneo.* Gebhard. Grævii primus etiam; *emoneo cum beneficiis.* Vide P. Manut. notas.

In omni reliqua vita] Libri noſtri veteres non habent *tua* poſt *reliqua.* Quare delendum cenſeo. *Lambin.* Neque aliter Pall. niſi quod duo eorum, *in omni re qua vita.* vulg. *in omni reliqua tua vita.* prima editio, *in omni re tuam vitam.* Gruteri codex: *in omni re quam tuam vitam.* Gebhardus. MS. Grævii, *in omni re qua vita.*

Profeciſſe tantum] MSS. fere omnes, Pall. Grut. Venet. edit. Stew. *perfeciſſe tamen.* ex quo Guilielmius formavit, *perfeciſſe tandem.* Gebhard.

Perpaucis adverſantibus] In his M. Catone, M. Favonio, C. Atteio Capitone, & P. Aquilio Gallo. *Corrad.*

Stipendium Cæſari] *Senatus*, inquit, in

decretum eſt, & decem legati: & ne lege Sempronia ſuccederetur, facile perfectum eſt. Quod ad te brevius ſcribo, quia me ſtatus hic reip. non delectat: ſcribo tamen ut te admoneam, quod ipſe litteris omnibus a pueritia deditus, experiendo tamen magis, quam diſcendo cognovi; tu rebus tuis integris diſcas, neque ſalutis noſtrae rationem habendam nobis eſſe ſine dignitate, neque dignitatis ſine ſalute. Quod mihi de filia & de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam: ſperoque & opto nobis hanc conjunctionem voluptati fore. Lentulum noſtrum, eximia ſpe ſummae virtutis adoleſcentem, cum ceteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias. nulla enim erit hac praeſtantior diſciplina: quem nos, & quia tuus, & quia te dignus eſt filius, & quia nos diligit, ſemperque dilexit, in primis amamus, carumque habemus.

EPI-

in oratione pro Cornelio Balbo, *in anguſtiis ærarii victorem exercitum ſtipendio affecit, Imperatori decem legatos decrevit, lege Sempronia ſuccedendum non cenſuit.* Corrad.

Decem legati] Quorum opera in bello uteretur, quique ſingulis legionibus ſinguli præeſſent. vide not. P. Manut.

Ne lege Sempronia] C. Sempronius Gracchus provincias conſulares non modo non abſtulit ab ſenatu, ſed etiam ut neceſſe eſſet quotannis conſtitui per Senatum, decreta lege ſanxit. *Corrad.*

Succederetur] Quum lege Sempronia ſuccedi oporteret. *Idem.*

Quod ad te brevius ſcribo] Mss. Grut. duo Pall. ſec. tert. carent τὸ *eo.* prima edit. Pall. bini ejus loco *ego* exhibent. quod placuit P. Manutio. mihi utrumque diſplicet. Videntur enim additamenta lectorum: ut & infra ubi eſt, *id ut tu rebus tuis integris.* prima edit. *id* non agnoſcit, neque viſitur in membran. Grut. aut Pall. ullis aut Vatic. neque requiritur. Ejuſmodi interpretationes ſingulis pæne verſibus irrepſerunt: quod reipſa experietur, qui Tullium ſuum oculis non perfunctorie contendet cum antiquioris notæ libris. Verum quis id faciet, hoc ſtudioſorum frigore? hac principum tenacitate? *Gebhard.* MS. prim. Græv. *quod ego ad te brevius* ſcribo.

Quod mihi de filia, & de Craſſipede gratularis] Cui Tulliam poſt reditum ab exilio pridie nonas Aprilis deſpondit, mortuo jam, ut in Quæſtura oſtendimus, C. Piſone. *Corrad.*

Eximia ſpe ſummæ virtutis adoleſcentem] Spes enim ſummæ virtutis, non ſumma virtus in adoleſcente commendari ſolet. *Idem.* Editio pr. Pal. quart. *ſumma virtute.* quod minus placet: illud magis: ſi diſtingueretur, *eximia ſpe ſummæ virtutis.* Nam in adoleſcentia tantum *ſpes virtutis*, non illa ipſa ſuis numeris abſoluta. *Gebhard.*

Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA VIII.

ARGUMENTUM.

Deſperata jam reductione regis, queritur de ſtatu rerum communium; ut ex eo Lentulus de ſua ratione meditetur. itaque negotialem epiſtolam eſſe dicemus: quandoquidem ad Alexandrinum negotium tota fere narratio ſpectat. quiddam tamen quaſi conſolationis affert, cum ait: Sunt quidem certe in amicorum noſtrorum poteſtate: *& cum ſubjungit infra:* Pompeium tibi valde amicum eſſe cognovi. *Poſtremo claudit epiſtolam ſpe ſupplicationum, & officii ſui mentione: ut Lentuli dolorem, amiſſa regis reſtituendi ſpe, aliqua ſaltem ex parte leniat.*

M.T.C. P.LENTULO PROCOS. S.D.

DE omnibus rebus, quae ad te pertinent, quid actum, quid conſtitutum ſit, quid Pompeius ſuſceperit, optime ex Exemplatorio cognoſces: qui non ſolum interfuit his rebus, ſed etiam praefuit: neque ullum officium erga te hominis amantiſſimi, prudentiſſimi, diligentiſſimi praetermiſit. Ex eodem de toto ſtatu rerum communium cognoſces: quae quales ſint non facile eſt ſcribere. Sunt quidem certe in amicorum noſtrorum poteſtate, atque ita, ut nullam mutationem umquam hac hominum aetate habitura res eſſe videatur. Ego quidem, ut debeo, & ut tute mihi praecepiſti, & ut me pietas utilitaſque cogit, me ad ejus rationes

EX *Exemplatorio*] Sic MSS. omnes Pall. at Grut. *Exeplatorio.* Prima editio *Explerorio*, unde facile fiat ex P. Lætorio. Manutius conjecerat ex *M. Plætorio.* Gebhard. V. C. N. Scelſi, *ex C. Platorio.* Quavis ſponſione contenderem *M. Plætorio* legendum eſſe, non ut quidam emendarunt *C. Plætorio*: ex veteribus enim libris cognoſcere facile poſſumus litterarum factam fuiſſe in hoc nomine ſcribendo a librariis tranſpoſitionem. *M.* autem *Plætorius* frequens eſt in veteribus denariis. *Urſin.*

Amicorum noſtrorum poteſtate] Cn. Pompeii, M. Craſſi, & C. Cæſaris. *Corrad.*

Ut me pietas utilitaſque cogit] Emendavimus olim, *ut me pietas*: neque tamen cauſas attulimus hujus caſtigationis, neque priſcæ ſcripturæ ullam mentionem fecimus: quare rectum viſum eſt, id nunc diligenter facere: maxime, cum interpretes etiam nonnulli horum librorum, ut quondam memini me legiſſe, de hac voce *dignitas*, ambigant, & de diæta neſcio quæ loquantur, ut qui & ipſi veterem lectionem odorati fuerant. Medicæus

codex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tiones adjungo, quem tu in meis rationibus tibi eſſe adjungendum putaſti. Sed te non praeterit, quam ſit difficile, ſenſum in repub. praeſertim rectum & confirmatum deponere. Verumtamen ipſe me conformo ad ejus voluntatem, a quo honeſte diſſentire non poſſum: neque id facio, ut forſitan quibuſdam videor, ſimulatione. tantum enim animi inductio,

codex (jam enim de illo dicendum eſt, ut minus depravato, vel potius ut omnium optimo) *ut me dietas*, habet: quare parvo, & ſatis uſitato errore ſublato, legendum exiſtimavi, *me pietas*: has enim literas veteres librarii ſæpe inter ſe commutabant, ut in eodem exemplari in Epiſtola ad Memmium, *An dotius libenter te Athenis*, pro *potius*. & ad Tironem, *A portu Corcyreorum ad Caſſiodem*, pro *Caſſiopem*. ſicque multis aliis locis. Reliqua, ut puto, perſpicua ſunt. ſæpe enim utitur hac voce, cum loquitur de Lentulo hoc, ad quem nunc ſcribit, & Cn. Magno auctoribus ſuæ ſalutis, & quibus pene debebat quæ filii parentibus, cunctique homines Diis immortalibus debent. Vulgata lectio probari nullo pacto poteſt: necdum enim, hoc, quod Cicero narrat ſe facere, quod adjungat ſe ad rationes Pompeii, augeat dignitatem illius, vehementer eam minuit, niſi dignitas eſt, rectum ſenſum in Republica deponere, & ad voluntatem alterius ſe accommodare, quod prorſus nemo unquam dicet. Sed id aperte oſtendit, cum infra inquit, *Dignitatem quidem illam conſularem fortis & conſtantis Senatoris, nihil eſt quod cogitemus.* P. Victor. P. Victorius ex ſuo cod. manuſcr. edendum curavit, *ut me pietas, utilitaſque cogit*. Quam ſcripturam confirmant Memmiani, in quibus eſt, *dietas*, *d* enim eſt *p* inverſum. In alium librum item ſcriptum manu incidi, in quo ſcriptum eſt, *& ut commoditas utilitaſque me cogit*. Lambinus. Hanc lectionem inveni etiam in tribus codicibus, ſecundo meo, Amſterodamenſi, & Menteliano. Primus vero meus, & ſecundus Palatinus, *ut me dietas*. Sed Guilielmus clare in MS. offenderat, *pietas*, ut de vera lectione a Victorio reſtituta dubitare non liceat. *Græv.*

Ad ejus rationes] Pompeii.

Putaſti] Quum de me revocando ageres. *Corrad.*

Ipſe me conformo ad ejus voluntatem] Sic recte Mentelianus; & N. Scelii vetus liber. Reliqui quos vidi ipſe, & Guilielmius, & Gebhardus, & Victorius evolverant, perperam *confirmo*. quod miror placuiſſe Gebhardo, qui & recepit, & expoſuit, Ciceronem animos & robur ſumſiſſe contra adverſarios & æmulos, quod longe à Ciceronis ſententia abhorret. dicit enim ſe omnia facere quæ Pompeio placere videret, quamvis difficile ſit eam ſententiam, quam de optima forma & ratione reip. gerendæ imbiberit in teneris annis, exuere; nihilominus tamen ſe componere ſe totum ad illa probanda faciendaque quæ Pompeius probaret faceretque. *Accommodare ſe ad nutum voluntatemque ejus*, ut alibi, *ut, quæ illi utilia ſunt, & quæ ille vult ea ſibi omnia jam & recta & vera videantur*, ut ſtatim in hac ipſa epiſtola loquitur. *Conformare* idem Ciceroni quod *formare*. 1 de Nat. Deorum: *Mundum non ædificatum, ſed a natura conformatum puto.* Id. 1 de Fin. *Ad majora quædam nos natura genuit & conformavit.* Græv.

Ut quibuſdam videor] Medices liber. Vatic. *videar*: quod etiam fuiſſe in quart. interpolatio indicat: nam *videtur* ibi a manu corruptrice ſubſtitutum: ut in Ven. quoque legitur. *Gebhard.* *Videor*] Hanc lectionem meus ſecun-

ctio, & mehercule amor erga Pompeium apud me valet, ut, quae illi utilia ſunt, & quae ille vult; ea mihi omnia jam & recta & vera videantur. Neque (ut ego arbitror) errarent, ne adverſarii quidem ejus, ſi cum pares eſſe non poſſent, pugnare deſiſterent. Me quidem etiam illa res conſolatur, quod ego is ſum, cui vel maxime concedant omnes, ut vel ea defendam, quae Pompeius velit, vel taceam, vel etiam, id quod mihi maxime lubet, ad noſtra me ſtudia referam literarum: quod profecto faciam, ſi mihi per ejuſdem amicitiam licebit. Quae enim propoſita fuerant nobis, cum & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus, dignitas in ſententiis dicendis, libertas in repub. capeſſenda; ea ſublata tota: ſed nec mihi magis, quam omnibus. Nam aut aſſentiendum eſt nulla cum gravitate paucis, aut fruſtra diſſentiendum. Haec ego ad te ob eam cauſſam maxime ſcribo, ut jam de tua quoque ratione meditere. Commutata tota ratio eſt ſenatus, judiciorum, rei totius publicae. otium nobis exoptandum eſt: quod ii, qui potiuntur rerum, praeſtaturi videntur, ſi quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. Dignitatem quidem illam conſularem fortis & conſtantis ſenatoris nihil eſt quod cogitemus. amiſſa eſt culpa eorum, qui a ſenatu

ſecundus quoque præ ſe fert, primus vero *videar*. quod non improbem. eſt enim *ut quibuſdam videar*, ut quidam inde poſſint conjicere, ſuſpicari, & exiſtimare. *Grav.*

Ne adverſarii quidem ejus] Cn. Lentulus Marcellinus, M. Cato, L. Domitius, M. Bibulus, M. Favonius, C. Cato, C. Curio, Servilius, & alii, a quibus Pompeius his temporibus carpebatur. *Corrad.*

Nulla cum gravitate paucis] Cn. Pompeio, M. Craſſo, & Cæſaris amicis. *Idem.*

Quod ii qui potiuntur rerum] Pompeius, Craſſus, & Cæſar. *Idem.*

Si quidam homines] M. Cato & reliqui adverſarii. *Idem.* *Si quidem*] Sic habent nonnulli libri, & manuſcr. & vulgati. alii, *ſi quidam*: quod minus probo. *Lambin.* Lambini editio, *quidem* quomodo & Vatic. & Pal. quart. a manu ſecunda. ceteri omnes Victorio editionique primæ adhærent. *Gebhardus.* Quibus adſtipulantur primus Grævii, Amſtelodamenſis, & Mentelianus. ſecundus Grævii ſtat a Lambino.

Culpa eorum, &c.] Catonem ſignificat: qui publicanis, queſtis in ſenatu, ſe cupiditate prolapſos, nimis magno publica conduxiſſe, ut locatio induceretur, poſtularant, adverſatus eſt, & ita equites a ſenatu alienavit, & concordiam ordinum a Cicerone in conſulatu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

natu & ordinem conjunctiſſimum, & hominem clariſſimum abalienarunt. Sed ut ad ea, quae conjunctiora rebus tuis ſunt, revertar. Pompeium tibi valde amicum eſſe cognovi: eo tu conſule, quantum ego perſpicio, omnia quae voles obtinebis: quibus in rebus me ſibi ille affixum habebit: neque a me ulla res, quae ad te pertineat, negligetur. Neque enim verebor ne ſim ei moleſtus: cui jucundum erit etiam propter idipſum, quod me eſſe gratum videbit. Tu velim tibi ita perſuadeas, nullam rem eſſe minimam, quae ad te pertineat, quae mihi non carior ſit, quam meae res omnes. idque cum ſentiam, ſedulitate mihimet ipſe ſatisfacere poſſum: re quidem ipſa ideo mihi non ſatisfacio, quod nul-

ſulatu conſtitutam, opinione falſus, diſſolvit. Qua de re plura epiſtolarum ad Attic. libro I. *Lambin.*

Hominem clariſſimum abalienarunt] Sic omnes libri vetuſti, quos ego inſpexi, ut & Lambini & Victorii. vulgo *abalienaverunt*. Græv. Clariſſimus homo eſt Pompeius, cujus acta nolebant habere rata. vid. P. Manut.

Eo tu Conſule] Sic eſt in edit. Victorii, Vatic. Pal. tert. *& eo Cos.* quart. cum edit. prima, *ut eo tu conſule*. additum poſtea ad oram & Gruter. *& eo in conſule*. Gebh. Meus primus, *ut eo te conſule*. certa eſt ſcriptura Victorii. *Græv.*

Cui jucundum erit etiam propter idipſum] Puto adverbium *propter* eſſe additamentum alicujus, qui locum voluerit gloſſemate illuſtrare. *Vrſinus.* Primus meus, & Amſterodamenſis, *cui jucundum erit etiam propter te ipſum, quam me gratum videbit*. lege: *etiam propter ſe ipſum, quum me eſſe gratum videbit.* Cogitabit enim me non minus gratum erga ſe futurum, quam erga te me nunc videt eſſe. *Græv.*

Idque cum ſentiam, ſedulitate mihimet ipſe ſatisfacere poſſum] Locus fractus. nam prima editio interjecta negatione, *non poſſum.* quomodo & in Pal. quart. a manu altera, cum prius fuiſſet; *id, quæcunque ſentiam.* quod & in aliis Pall. quorum præterea pr. habet, *ſed utilitatem mihi me ipſum ſatisfacere non poſſim.* ſecund. *id quæcunque ſententiam ſed utilitatem. mihi me ipſum ſatisf. non poſſum.* nec aliter Gruteri membranæ: quibus exterius adnotatum: *deficit textus.* tert. *id quacunque ſentiam ſedulitatem meam me ipſum ſatisfacere non poſſum.* Guilielmius adnotavit ex veſtigiis codic. Stewechiani elici: *id, quæcunque ſentiam: ſedulitate mihi me ipſum ſatisfacere non poſſe.* Gebhard. Variant quidem & mei libri antiqui hic vehementer, ſicut aliorum. Sed optime conſtituta eſt vulgata lectio a viris doctis, quam correctores non ceperunt, cum ſit arguti ſſima. Locus non eſt fractus, ut Gruterus, Gebharduſque ſentiunt. Cicero enim dicit, ſe quidem perſuaſum habere, ſe omnia egiſſe, quæ ab homine ſedulo & officioſo in alius negotiis ſtrenue & perquam fideliter gerendis agi poſſint, ſed nihil tamen egiſſe, ſi cogitet de beneficiorum, quibus ei obſtrictus ſit, magnitudine. Hanc ſedulitatem maximam nihil plane eſſe, nec quicquam conferre poſſe ad referendam gratiam quæ maximis illius erga ſe meritis reſpondeat. Male Guilielmius in ſeqq. *mihi non ſatisfacio* deleri ſciſcit tanquam gloſſema, cum ſine his ſenſus non conſtet. *Grævius.*

M. T. C.

nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum. Rem te valde bene geſſiſſe rumor erat. Exſpectabantur litterae tuae: de quibus eramus jam cum Pompeio locuti: quae ſi erunt allatae, noſtrum ſtudium exſtabit in conveniendis magiſtratibus, & ſenatoribus. Cetera, quae ad te pertinebunt, cum etiam plus contenderimus, quam poſſumus, minus tamen faciemus, quam debemus.

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

Sine dubio moralis eſt epiſtola, ob eam maxime cauſſam ſcripta, ut id, quod factum eſt, recte factum oſtendatur. quaerenti enim Lentulo, cur cum inimicis, Caeſare, Appio, Vatinio, in gratiam Cicero redierat, atque ita, ut Vatinium, quem accuſaverat antea, defenderit, ac laudarit, cauſſas exponit conſilii ſui. Tota vero ejus excuſatio quinque potiſſimum rationibus nititur: primum, quod, cum & Pompeio plurimum debeat, & mirificam Caeſaris erga ſe, fratremque ſuum liberalitatem ſit expertus, ad eorum ſe rationes non invitus adjungat, a quibus honeſte diſſentire non poſſit: deinde, quod in eum ſenſum non tam alliciatur beneficiis, quam compellatur injuriis; cum ei cives improbi nocere ſtudeant, boni etiam invideant: tertio loco, quod, habendam eſſe non modo dignitatis, verum etiam ſalutis rationem, exſulii ſui calamitate doctus, intelligat: tum, quod cum Pompeio ac Caeſare, optime utroque de republ. merito, conjungi, & eorum cauſſa paulliſper ſententiam mutare, turpe non ſit: idque confirmat ſapientiſſimorum hominum auctoritate, qui perpetuam in republ. gubernanda ſententiam numquam laudaverint: poſtremo, quod in eo ſe nihil contra Lentuli voluntatem commiſiſſe crediderit; cujus animum noverit tum ſibi amiciſſimum, tum nulla in ceteros malevolentia ſuffuſum. Extrema pars epiſtolae negotia continet, de ſuis ſcriptis, de Lentuli rebus domeſticis, de Q. Fratris negotio, de Appii cupiditate Ciliciae adminiſtrandae, de publicanis.

M. T. C. P. LENTVLO IMPERATORI S. D.

PErjucundae mihi fuerunt litterae tuae, quibus intellexi te perſpicere meam in te pietatem: quid enim dicam benivolentiam, cum illud ipſum graviſſimum & ſanctiſſimum nomen pietatis levius mihi meritis erga me tuis eſſe videatur? Quod autem tibi grata mea erga te ſtudia ſcribis eſſe, facis tu quidem abundantia quadam amoris, ut etiam grata ſint ea, quae praetermitti ſine nefario ſcelere non poſſunt. Tibi autem multo notior, atque illuſtrior meus in te animus eſſet, ſi hoc tempore omni, quo dijuncti fuimus, & una, & Romae fuiſſemus. Nam in eo ipſo, quod te oſtendis eſſe facturum, quodque & in primis potes, & ego a te vehementer exſpecto, in ſententiis ſenatoriis, & in omni actione, atque adminiſtratione reip. floruiſſemus. De qua oſtendam equidem paullo poſt, qui ſit meus ſenſus, & ſtatus: & reſcribam tibi ad ea, quae quaeris: ſed certe & ego te auctore, amiciſſimo, ac ſapientiſſimo, & tu me conſiliario fortaſſe, non imperitiſſimo, fideli quidem, & benivolo certe, uſus eſſes: quamquam tua quidem cauſſa te eſſe imperatorem, provinciamque bene geſtis rebus cum exercitu victore obtinere, ut debeo, laetor. Sed certe qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores, & praeſentiores praeſens capere

M. T. C. P. Lentulo Imperatori S. D.] Sic edidit Manutius, qui adfixum hac in re ſibi me habet, munitum præterea auctoritate editionis primæ: Pal. quart. Gruteriani. Erphord. PRO COS. IMP. *Gebhard.*

Tempore omni quo dijuncti fuimus] Ita Lambin. ita Vatic. Medic. codex Polit. quem communicarat Epiſcopio Thomas Lupſetus; varianteſque inde aliquot lectiones excerpſerat, Gruteroque libens communicarat Joan. Iſacius Pontanus. ſic ſupra Vatic. *intervallo locorum & temporum dijuncti ſumus.* Epiſt. 7. inclinat Grut. qui *dujuncti.* vulgo, *ſejuncti.* Gebhard. V. C. N. Scelſi etiam agnovit *dujuncti.*

Eos uberiores & præſtantiores præſens capere potuiſſes] Veteres codices *præſentiores* habent, ut nos ſcripſimus. Mirum eſt quam multis locis hanc vocem *præſentem* in *præſtantem* mutaverint: credo non putantes Latine hoc ſignificatu dici: ſed (ut opinio mea eſt) peccarunt: ſæpe enim eam apud hunc legimus, ut in Epiſt. ad Catonem 4. 13. *Vir cum benevolentia, & fide erga pop. Rom. ſingulari, tum præſenti magnitudine, & animi, & conſilii.* etſi in eum etiam locum idem error

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

capere potuiſſes. In eis vero ulciſcendis, quos tibi partim inimicos eſſe intelligis propter tuam propugnationem ſalutis meae, partim invidere propter illius actionis amplitudinem & gloriam, ~~mihi cum~~ me tibi comitem praebuiſſem: quamquam ille perennis inimicus amicorum ſuorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potiſſimum fractam illam, & debilitatam vim ſuam contulit, noſtram vicem ultus eſt ipſe ſeſe. eſt enim ea conatus, quibus patefactis, nullam ſibi in poſterum, non modo dignitatis, ſed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autem etſi mallem in meis rebus expertum, quam etiam in tuis, tamen in moleſtia gaudeo eam fidem cognoſſe hominum, non ita magna mercede, quam ego

error invaſerat, quem nos ſuſtulimus: vulgati enim codices *præſtanti* habebant. In prooemio quoque Oratoris, *Et in præſentibus rebus, magna ſunt ea quæ ſunt optimis proxima.* etſi ibi etiam vulgati & communes codices, *præſtantibus*. Videtur præterea non parum elegantiæ retinere geminatio illa ejuſdem dictionis, alio & alio ſignificatu poſitæ. *Victorius.* *Uberiores & præſtantiores præſens*] Sic habent omnes codices Memmiani: præter unum, in quo eſt, *& præſentiores*, quo modo P. Victorius in ſuo MS. ſcriptum reperit. *Lambin.* Protraxit hanc lectionem Victorius, quam & in uno ſuorum reperit Lambinus: videoque eam adnotatam ab Egnatio ex Medicæo in principe editione: jam vero quoque accedente Vaticano, ſocium me addidi Gulielmio, pugnanti pro *præſentiores*, contra Manutium adducto illo Virgiliano:

Nec tam præſentes alibi cognoſcere divos.

Gebhard. Subſcribunt huic lectioni Grævii primus & Amſterodamenſis.

Ille perennis inimicus] C. Cato, qui vim ſuam in Lentulum potiſſimum contulit, quum de abrogando illi imperio legem promulgavit. *Corrad.*

Debilitatam vim ſuam contulit] Gulielmius annotavit, conjicere Gabrielem Rolandium *contudit*. additque, *cogitandum*. Gebhard.

Nullam ſibi in poſterum non modo dignitatis] Quippe cui Milo impoſuerit: cujus beſtiarios Racilius ſibi emptos dixerit, & tabulam proſcripſerit, ſe familiam Catonianam vendituram, in quam magni riſus ſunt conſecuti: quem denique Lentulus a legibus removerit. *Corrad.* Vide Manutium.

Eam fidem cognoſcere hominum] Sic vet. cod. Pall. tert. quart. Grut. Stewech. Ven. edit. prima. ceterum alius vet. cod. ut & Politiani liber, *cognoſce*. Egnat. ad primam edit. allinit ex Med. *cognoſce*. vulgo, *eandem fidem cognoſcere*. Gebhardus. Legendum, *cognoſſe*, quod extare clare in Amſterodamenſi codice poſtea deprehendi. in meo primo vero, *cognoviſſe*. Cicero vero amat hanc ſyncopen in multis hujus notæ vocibus: ſic *cognoram* ſtatim, & *decreſſe*, ſæpius dicit quam *decreviſſe*. In præcedente epiſtola, *abalienarint*. Grævius.

Non ita magna mercede, &c.] Suſpicatur Gruterus illa, *quam maximo dolore cognoram*, eſſe pannum in purpura interpretis, videlicet additamentum non neceſſarium, ignorantis vim vocis *mercede*. Gebhard. Sed profecto hæc non poſſunt abeſſe ſine maximo ſententiæ detrimento. *Græv.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ego maximo dolore cognoram. De qua ratione tota jam videtur mihi exponendi tempus dari, ut tibi reſcribam ad ea, quae quaeris. Certiorem te per litteras ſcribis eſſe factum, me cum Caeſare, & cum Appio eſſe in gratia: teque id non reprehendere adſcribis. Vatinium autem ſcire te velle oſtendis, quibus rebus adductus defenderim & laudarim. Quod tibi ut planius exponam, altius paullo rationem conſiliorum meorum repetam neceſſe eſt. Ego me, Lentule, initio rerum, atque actionum tuarum, non ſolum meis, ſed etiam reipublicae reſtitutum putabam: &, quoniam tibi incredibilem quendam amorem, & omnia in te ipſum ſumma, ac ſingularia ſtudia deberem, reipublicae quae te in me reſtituendo multum adjuviſſet, eum certe me animum merito ipſius debere arbitrabar quem antea tantummodo communi officio civium, non aliquo erga me ſingulari beneficio debitum praeſtitiſſem. Hac me mente fuiſſe, & ſenatus ex me, te conſule, audivit, & tu in noſtris ſermonibus, collocutionibuſque ipſe vidiſti. Etſi jam primis temporibus illis, multis rebus meus offendebatur animus: cum, te agente de reliqua noſtra dignitate, aut occulta nonnullorum odia, aut obſcura in me ſtudia cernebam. Nam neque de monumentis meis ab iis adjutus es, a quibus debuiſti: neque de vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulſus, neque hercule in iis ipſis rebus, quae quamquam erant mihi propter rei fami-

Cum Cæſare] *Me meus*, inquit alibi, *in R. P. animus priſtinus, ac perennis cum C. Cæſare reducit, reconciliat, reſtituit in gratiam.* Corrad.

Appio] Appio Pulchro, qui paullopoſt ipſi Lentulo ſucceſſit, de quo libro tertio plura. *Idem.*

Defenderim & laudarim] Ut patronus, ut amicus. In judiciis enim ante Pompeii legem, qui decem laudatores dare non poterat, honeſtius erat ei nullum dare, quam illum quaſi legitimum numerum conſuetudinis non explere. *Idem.*

Omnia in te ipſum ſumma ac ſingularia ſtudia] Vocem *ſtudia*, quam negant quidam in codicibus antiq. reperiri, nos in noſtris reperimus. *Lambinus.*

De reliqua noſtra dignitate] Ut dejecto P. Clodii monimento in meis ædibus collocarer. *Corrad.*

Nonnullorum odia] M. Catonis præſertim. *Idem.*

De monimentis] Domo, porticu Catuli, & forte etiam monimento, de quo libro primo epiſtolarum ad Q. Fratrem mentionem facit. *Idem.*

Am

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

miliaris naufragia neceſſariae, tamen a me minimi putabantur in meis damnis, ex auctoritate ſenatus ſarciendis, eam voluntatem, quam exſpectaram, praeſtiterunt. Quae cum viderem (neque enim erant obſcura) non tamen tam acerba mihi haec accidebant, quam erant illa grata, quae fecerant. Itaque quamquam & Pompeio plurimum, te quidem ipſo praedicatore, ac teſte, debebam, & eum non ſolum beneficio, ſed amore etiam, & perpetuo quodam judicio meo diligebam: tamen non reputans quid ille vellet, in omnibus meis ſententiis de rep. priſtinis permanebam. Ego ſedente Cn. Pompeio, cum ut laudaret P. Sextium introiiſſet in urbem, dixiſſetque teſtis Vatinius, me fortuna & felicitate C. Caeſaris commotum illi amicum eſſe coepiſſe, dixi me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis, victoriiſque anteferre: dixique eodem teſte, alio loco, eoſdem eſſe, qui Bibulum exire domo prohibuiſſent, & qui me coegiſſent. tota vero interrogatio mea nihil

A me minimi putabantur, in meis damnis ex auctoritate ſenatus ſarciendis] Pal. tert. *quod ille minimi putabat.* ſic & codex Cujacii. vulg. editur *minime putabat.* ſicut & hoc loco in multis legitur codicibus corrupte. *Guilielmius.* Ceterum locum hunc recte diſtinguit codex Amſterodamenſis: *tamen a me minimi* (corrupte legit *minime*) *putabantur in meis damnis, ex auctoritate ſenatus ſarciendis.* Sic omnino diſtinguendum. Alioqui nihil erit quod jungatur cum *in iis ipſis rebus*, quod paullo ante præceſſerat. dicit enim Cicero, neque in rebus patrimonii, quas inter eas quarum fecerit jacturam, minimi æſtimarit, ſarciendis ſenatuſconſulto & reſtituendis, ſe eorum ſtudium & benevolentiam cognoviſſe quam animo præceperit. *Græv.*

Ex auctoritate ſenatus ſarciendis] Expreſſimus quod habuit Lambin. probavitque ex Stewechiano Gulielmius ipſe ex Pall. Vat. Grut. editione prima. poſt publicati, *reſarciendis.* Gebhardus. *Sarciendis* duo quoque libri veteres Grævii, & Amſterodamenſis præ ſe ferunt.

Quam erant illa grata quæ fecerant] Quando tecum dederunt operam, ut ab exilio revocarer. *Corrad.*

In omnibus meis ſententiis de rep. priſtinis permanebam] Sperans gratificari cum M. Catoni, tum reliquis omnibus, qui de Republica optime ſentire volebant videri. *Idem.*

Cum ut laudaret P. Seſtium introiſſet in urbem] De vi reum a P. Clodio factum. *Idem.*

Introiiſſet in urbem] Quippe quum Pompeius cum imperio rei frumentariæ tunc eſſet, nec in urbem ingrederetur. *Idem.*

Teſtis Vatinius] In P. Seſtium. *Idem.*

Eoſdem eſſe qui Bibulum] Pompeium, Craſſum, Cæſarem, & Vatinium. *Idem.*

Interrogatio] Qua ex Vatinio quærit, vera ne ſint illa omnia, quæ illi in oratione, quæ exſtat, objicit. *Idem.*

nihil habuit, niſi reprehenſionem illius tribunatus: in quo omnia dicta ſunt libertate, animoque maximo, de vi, de auſpiciis, de donatione regnorum. Neque vero hac in cauſſa modo, ſed conſtanter ſaepe in ſenatu. quin etiam, Marcellino, & Philippo, conſulibus, nonis April. mihi eſt ſenatus aſſenſus, ut de agro Campano, frequenti ſenatu, idibus Maiis referretur. Num potui magis in arcem illius cauſſae invadere, aut magis oblivisci temporum meorum, meminiſſe actionum? Hac a me ſententia dicta, magnus animorum factus eſt motus, cum eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum numquam putaram. Nam hoc ſenatuſconſulto in meam ſententiam facto, Pompeius, cum mihi nihil oſtendiſſet ſe eſſe offenſum, in Sardiniam, & in Africam profectus eſt, eoque itinere Lucam ad Caeſarem venit. ibi multa de mea ſententia queſtus eſt Caeſar, quippe qui etiam Ravennae Craſſum ante vidiſſet, ab eoque in me eſſet incenſus. Sane moleſte Pompeium id ferre conſtabat: quod ego cum audiſſem ex aliis, maxime ex meo fratre cognovi, quem cum in Sardinia Pompeius paucis poſt diebus, quam Luca diſceſſerat, conveniſſet: Te, inquit, ipſum cupio:

Nihil habuit niſi] Recte ſic Lambin. a quo non diſcedit aut editio, aut ceteri MSS. omnes. vulgo, *nihil habuit aliud, niſi.* Gebhard.

De vi] In M. Bibulum Coss. *Corrad.*

De auſpiciis] Quæ Vatinius contempſit. nam contra leges Heliam, & Fuſiam cum plebe egit, quum de cœlo ſervatum eſſe conſtaret. *Idem.*

De donatione regnorum.] Quum Cæſaris voluntate Vatinius fœdera cum civitatibus, Regibus, & Tetrarchis fecit. *Idem.*

De agro Campano] Ut agri Campani vectigal lege Julia ablatum, in magna pecuniæ inopia, & annonæ caritate R. P. reſtitueretur. *Idem.*

Num potui magis] Prætuli hanc ſcripturam ut animoſiſſimam, ex Lambin. Pal. tert. Medic. Vatic. Stewech. alias eſt in Pal. quart. *Nec*. Grut. *Nam.* in vulgatis & edit. prima *non*: illud vero *&* poſt *meorum* evanuit in tribus MSS. *Gebhard.* Liber primus Grævii & Amſterodamenſis accedunt lectioni, quam Gebhardus probat: *Num potui magis.* Hi ipſi libri cum Menteliano, non etiam agnoſcunt, τὸ *&* quod expunxit Gebhardus.

Profectus eſt] Ad frumentum comparandum. *Corrad.*

Ibi multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſar] Nam id SC. contra ſuam legem factum videbat. *Idem.*

Cum in Sardinia] Ubi, niſi fallimur, Q. Cicero pro M. fratre erat Pompeii legatus. nam Prætor in Sardinia tunc erat Appius. *Idem.*

Quod

pio: nihil opportunius potuit accidere: niſi cum Marco fratre diligenter egeris, dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Quid multa? queſtus eſt graviter: ſua merita commemoravit: quid egiſſet ſaepiſſime de actis Caeſaris cum ipſo meo fratre, quidque ſibi is de me recepiſſet, in memoriam redegit: ſeque, quae de mea ſalute egiſſet, voluntate Caeſaris egiſſe, ipſum meum fratrem teſtatus eſt: cujus cauſſam, dignitatemque mihi ut commendaret, rogavit, ut eam ne oppugnarem, ſi nollem, aut non poſſem tueri. Haec cum ad me frater pertuliſſet, & cum ante tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium miſiſſet, ut integrum mihi de cauſſa Campana ad ſuum reditum reſervarem, collegi ipſe me, & cum ipſa quaſi repub. collocutus ſum: ut mihi tam multa pro ſe perpeſſo, atque perfuncto, concederet, ut officium meum, memoremque in benemeritos animum, fidemque fratris mei praeſtarem: eumque, quem bonum civem ſemper habuiſſet, bonum virum eſſe pateretur. In illis autem meis actionibus, ſententiiſque omnibus, quae Pompeium videbantur offendere, certorum hominum, quos jam debes ſuſpicari, ſermones referebantur ad me: qui cum illa ſentirent in repub. quae ego agebam, ſemperque ſenſiſſent: me tamen non ſatisfacere Pompeio, Caeſaremque inimiciſſimum mihi futurum, gaudere ſe

Quod mihi pro illo ſpopondiſti] Illum meis, Cæſaris, & Craſſi actionibus non adverſaturum. *Corrad.*

Cujus cauſſam dignitatemque] V. C. *Hujus cauſſam d.*

Ante tamen] In tertio Palatino, Gruteri, duobus meis Amſterodamenſi, Menteliano, deſideratur *ante.*

Vibullium] L. Vibullium Ruffum, Pompeii familiarem. *Corrad.*

Ut integrum mihi de cauſſa Campana ad ſuum reditum reſervarem] Reſtitui hunc locum levi immutatione: *Ut integram mihi de cauſſa Campana ad ſuum reditum rem ſervarem.* Ex *integrum* feci *integram*: ex *reſervarem*, autem *rem ſervarem.* Sic enim loquitur Brutus libro XI, *totamque vobis integram ſervavi.* al. *reſervavi.* Quidam tamen ita hic legendum cenſent, *ut integrum me de cauſſa Camp. ad ſ. r. ſervarem.* quibuſcum non pugnabo. Sic enim loquitur lib. 7. epiſt. ad Att. *Quod me amiciſſime admones, ut me integrum, quoad poſſim, ſervem, gratum eſt.* Porro vulgata lectio, *ut integrum mihi de cauſſa Camp. ad ſuum red. reſervarem*, (a qua non diſcrepant nonnulli libri veteres) ferri non poteſt. *Lambin.* Sed vulgatam recte tuetur P. Manutius.

Certorum hominum] M. Catonis, & ſociorum. *Corrad.*

ſe ajebant. Erat hoc mihi dolendum : ſed multo illud magis, quod inimicum meum, (meum autem ? immo vero legum, judiciorum, otii, patriae, bonorum omnium) ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic ſovebant, ſic me praeſente oſculabantur : non illi quidem, ut mihi ſtomachum facerent, quem ego funditus perdidi, ſed certe ut facere ſe arbitrarentur. Hic ego, quantum humano conſilio efficere potui, circumſpectis rebus meis omnibus, rationibuſque ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum omnium : quam tibi, ſi potero, breviter exponam. Ego, ſi ab improbis, & perditis civibus remp. teneri viderem, ſicut & meis temporibus ſcimus, & nonnullis aliis accidiſſe, non modo praemiis, quae apud me minimum valent,

Inimicum meum] P. Clodium. *Corrad.*

Circumſpectis rebus meis omnibus rationibuſque ſubductis] Ita in melioribus editionibus omnibus ac MSS. Pal. tamen quart. *rebus meis, omnibuſque rationibus ſubductis*, non abſurde. Vulgo, omiſſum eſt *meis.* habet nihilominus Victorius, Pall. Grut. Vatic. Lambin. *Gebhardus.* *Meis*] Habent hoc quoque codices Amſterodamenſis, Mentelii, duo Grævii.

Meis temporibus] Quibus a L. Piſone, & A. Gabinio Coss. P. Clodio Trib. pleb. R. P. tenebatur. *Corradus.*

Sicut & meis temporibus ſcimus, & nonnullis aliis accidiſſe accepimus] Expunximus hinc olim extremam vocem, freti auctoritate meliorum codicum, qui nullum ipſius veſtigium retinebant : in Mediceo *accipiſſe* legitur, non *accidiſſe.* unde (quemadmodum arbitror) fluxit verbum illud *accepimus* : parvus enim ille error cauſſa fuit majoris erroris. peccaverat librarius quod *p*, pro *d*, poſuerat; quemadmodum etiam ad Terentiam in illo loco, *Obviam nobis prodeas* : Scriptum enim in eadem eſt, *propeas.* contra ac ſupra illum in *dietas* feciſſe docuimus, ubi *d*, pro *p*, ſcripſerat. Hoc autem animadvertiſſe, non penitus inutile eſſe arbitrati ſumus. nam & huic loco lucem affert, & ſuperiorem illum confirmat. *Victorius.* Conſentit Mediceo meus primus, in quo *accidiſſe* recte ſcribitur, & *accepimus* non extat. ſed & pro *meis temporibus* in illo exaratum inveni : *cinneis temporibus.* quod non improbem ; aut lege *Cinnanis*, ut apud Flor. IV, 2 : *Cinnana rabies.* Intelligit illud tempus, quo Cinna revocato Mario urbem occupavit, de quo vide Appianum I de bello civili, & Velleium Paterculum II, 20, *Græv.*

Non modo præmiis] Ita quoque in Mediceo legitur, ut Manutii emendarunt : quod eo etiam libentius adnotavi, ut paulatim perſpiciatur, nihil in aliis ſinceri eſſe, quod non hic quoque legatur, multaque in aliis multis fœde, & mendoſe ſcripta eſſe, quæ hic non reperiantur. *Victor.* Miror quiſnam intruſerit illud, *non modo non præmiis*, quod in nullo reperi MSS. Pal. neque Grut. neque editione principe. aberatque cod. Stewechii. excluſit denique Lambin. Victorius vero non ſolum hoc admiſit, ſed etiam pro *minimum, nimium* : neſcio quibus fiduciis.

lent, ſed ne periculis quidem compulſus ullis, quibus tamen moventur etiam fortiſſimi viri, ad eorum cauſſam me adjungerem, ne ſi ſumma quidem eorum in me merita conſtarent. Cum autem in repub. Cn. Pompeius princeps eſſet, vir is, qui hanc potentiam, & gloriam maximis in remp. meritis, praeſtantiſſimiſque rebus geſtis eſſet conſecutus, cujuſque ego dignitatis, ab adoleſcentia fautor, in praetura autem, & in conſulatu adjutor etiam exſtitiſſem: cumque idem auctoritate, & ſententia per ſe, conſiliis, & ſtudiis, tecum me adjuviſſet: meumque inimicum unum in civitate haberet inimicum: non putavi famam inconſtantiae mihi pertimeſcendam, ſi quibuſdam in ſententiis paullum me immutaſſem, meamque voluntatem ad ſummi viri, de meque optime meriti dignitatem aggregaſſem. In hac ſententia complectendus erat mihi Caeſar, ut vides, in conjuncta & cauſſa & dignitate. Hic multum valuit cum vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi, & Q. Fratri cum Caeſare fuiſſe, tum humanitas ejus, ac liberalitas, brevi tempore & litteris, & officiis perſpecta nobis, & cognita. vehementer etiam res ipſa publica me movit, quae mihi videbatur contentionem, praeſertim maximis rebus a Caeſare geſtis, cum illis viris nolle fieri:

çiis. *Gebhard.* Palatinis codicibus reſpondent duo Græviì, Amſtelodamenſis, & Mentelianus. *Non modo* h. l. eſt, non modo non, nedum. vide P. Manut.

Cujuſque ego dignitatis ab adoleſcentia fautor] Hinc Pompeius Ciceronem ſæpe ſalutatum ibat. *Corrad.*

In prætura] Pro lege Manilia. *Idem.*

In conſulatu adjutor] De lege Agraria contra Rullum, & de ſupplicatione Mithridate interfecto. *Idem.*

In conjuncta cauſſa] Sic editionum optimæ: prima, Victorii, Lambin. adeoque MSS. Pall. Gruter. Stewechii. vulgo *in* abeſt contra libros omnes, ut dixi. *Gebhard.* *In conjuncta cauſſa*] Sic Gruterus. Nec aliter omnes MSS. quatuor, quos inſpexi. Mentelianus vero præterea addit: *in conjuncta re, cauſſa & dignitate.* Græv.

Vetus amicitia] Quæ tanta fuit, ut Q. Catulus, & Cn. Piſo, neque precibus, neque gratia, neque precio Ciceronem impellere potuerint, uti per Allobroges, aut per alium indicem C. Cæſar in conjuratione Catilinæ nominaretur. *Corrad.*

Q. Fratri] Qui Cæſaris in Gallia fuit legatus. *Idem.*

Et literis] Quum præter alia, illud ſcripſit, quod in epiſt. v. lib. VII. leges. *Idem.*

Et officiis] Erga me, & Q. Fratrem: & mea cauſſa erga M. Curtium, & C. Trebatium. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

le fieri: &, ne fieret, vehementer recuſare. Graviſſime autem me in hac mente impulit & Pompeii fides, quam de me Caeſari dederat: & fratris mei, quam Pompeio. Erant praeterea haec animadvertenda in civitate, quae ſunt apud Platonem noſtrum ſcripta divinitus: Quales in republica principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe cives. Tenebam memoria, nobis conſulibus, ea fundamenta jacta ex Kalendis Ianuariis confirmandi ſenatus, ut neminem mirari oporteret, nonis Decembris tantum vel animi fuiſſe in illo ordine, vel auctoritatis. Idemque memineram, nobis privatis uſque ad Caeſarem, & Bibulum conſules cum ſententiae noſtrae magnum in ſenatu pondus haberent, unum fere ſenſum fuiſſe bonorum omnium. Poſtea cum tu Hiſpaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque reſp. conſules haberet, ſed mercatores provinciarum, & ſeditionum ſervos, ac miniſtros: jecit quidam caſus caput meum, quaſi certaminis cauſſa in mediam contentionem, diſſenſionemque civilem. Quo in diſcrimine cum mirifi-

Graviſſime autem me in hac mente impulit] Elegantiſſimam hanc lectionem corrupit infrunitum quoddam genus correctorum, quibus omnis elegantia barbariem, omnis barbaries elegantiam ſapiebat: poſtliminio itaque eam reſtituo ex Pal. tertio: quarto (quamquam hic mangonium paſſus, veritatem adimere ipſam nequiit) Grut. Vatic. denique. Vulgo, ad ſalivam pullati circuli, *in hanc mentem.* Gebhard. Probat hanc Gebhardi lectionem meus primus codex & Amſterodamenſis. Eſt autem *in hac mente*, cum ita ſentirem, agendum mihi eſſe exiſtimarem. *Grævius.*

Pompeii fides quam, &c.] Me illi non adverſaturum. *Corrad.*

Ex Calendis Januariis] Dicta in ſenatu oratione contra Rullum. *Corrad.*

Nonis Decembris] Die v Decembris, quo die Senatus ſumendum ſupplicium de conjuratis cenſuit. *Idem.*

Vel animi] Ad decernendum, ut ſupplicium de civibus Romanis ſumeretur. *Idem.*

Nobis privatis] Tres annos. *Idem.*

Cum tu Hiſpaniam citeriorem &c.] P. Lentulum opinor Hiſpaniam obtinuiſſe, non ex prætura, ut quidam putant, ſed Quæſtorio imperio extra ordinem ex S. C. ut ex ipſius Lentuli denario intelligere poſſumus: in quo înſcriptum eſt, P. LENT. P. F. L. N. Q. S. C. conſtat autem eum denarium Oſcæ percuſſum fuiſſe, quæ eſt Hiſpaniæ urbs, in qua argentum ſignatum a Quæſtore fuiſſe veriſimile eſt. *F. Vrſin.*

Mercatores] L. Piſonem, & A. Gabinium. *Corrad.*

Provinciarum] Macedoniæ, & Syriæ. *Idem.*

Miri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mirificus ſenatus, incredibilis Italiae totius, ſingularis omnium bonorum conſenſus in me tuendo exſtitiſſet: non dicam, quid acciderit (multorum eſt enim, & varia culpa:)

tantum

Mirifica ſenatus, incredibilis Italiæ totius, ſingularis omnium bonorum conſenſus] Verba illa, *mirifica* & *conſenſus* non cohærent inter ſe, ut patet: omnes tamen vetuſti codices hanc lectionem retinent, quam etiam in impreſſis quibuſdam invenias. etſi in aliis qui facilitatem, & claritatem ſecuti ſunt, *conſenſio* repoſuerunt, pro *conſenſus*. proculdubio planam, & apertam lectionem, niſi vetuſtorum codicum auctoritas repugnet. Videant igitur eruditi viri quomodo hunc locum tueantur. Scimus nos quandoque veteres grammaticos in libris Ciceronis quoſdam locos notaſſe in quibus ſolœciſmus ineſſe videretur: in orationis enim curſu ea quandoque vox exit, quæ parum reſpondet ſuperiori ſtructuræ, an hujuſmodi ſit locus accurate animadvertendum eſt. *Victor.* Quid de hoc loco ſenſerimus, facile qui vult, intelliget, tuto (ut arbitramur) in omnem partem: nam veterem ſcripturam propoſuimus, quid ſcrupuli in illa eſſet (etſi omnibus apertum erat) indicavimus: quomodo etiam labes facta eſſe poſſet, expoſuimus: lectionem illam ſecuti ſumus, quam etiam qui nunc nos accuſant, antea probaverant: niſi enim ita feciſſent, in ſuum certe librum eam non conjeciſſent: quæ illis (ut opinor) diſplicere cœpit, poſteaquam viderunt me quoque ab ipſa non penitus abhorrere. Nam quod mendacii me arguunt quod dixerim omnes vetuſtos codices illam retinere: ridiculum eſt: quomodo enim ipſe omnes videre potui? quod ſi poſſem, etiam nollem: neque enim mihi honeſtum eſſe puto omnem ætatem in veteribus libris excutiendis conſumere, & operam meam majoribus in rebus utilem eſſe poſſe exiſtimo. Utinam potius tantum ſtudium in his rebus non poſuiſſem, quantum olim poſui. Non loquor de Ciceronis libris, in quibus purgandis expoliendiſque omnem operam ab omnibus præclare collocari judico, ſed de aliis longe minoribus auctoribus, in quibus caſtigandis puer olim, judicio peccans, multum diuque laboravi. Omnes igitur, quos vidi ſcilicet, & perſpexi, qui nec pauci omnino fuere, nec, quemadmodum cotidie magis apparebit, peſſimi. *Idem* in poſteriorib. *Conſenſio*] Ita cod. vet. Pall. Grut. editio princeps. Victorius tamen non male, *ſingularis bonorum omnium conſenſus*: ſicut & Lambinus in quibuſdam ſuis profitetur fuiſſe. *Gebhardus.* Mentelianus & meus liber primus non modo firmant lectionem Medicæi libri, ſed & tollunt, qui Victorium urit, ſcrupulum, legendo: *mirificus*, & *conſenſus*. Græv.

Mirifica ſenatus] Qui, referente L. Mummio, veſtem etiam pro mea ſalute mutandam frequens cenſuit. *Corrad.*

Incredibilis Italiæ] Ex qua incredibilis multitudo in Capitolium convenit, meque etiam omni ratione privato conſilio defendendum putavit. *Idem.*

Singularis omnium bonorum] Qui ſe ad pedes Coss. veſte mutata, projecerunt. *Idem.*

Non dicam quid acciderit] Sic habent omnes libri: ſed legendum videtur, *non dicam per quos acciderit*, vel, *qui acciderit*. Supra autem, ibi, *ſingularis bonorum omnium conſenſio*, noſtri quoque libri veteres fere omnes, habent *conſenſus*, pro *conſenſio*, ut Victorius teſtatur ſe in ſuo antiquiſſ. reperiſſe. nos tamen *conſenſio* retinuimus: quod & Manutius magis probat, & in aliis veteribus comparere affirmat. *Lambin.*

Multorum eſt enim culpa] Pompeii, Craſſi, Cæſaris, & aliorum. *Corrad.*

Et varia culpa] Alia Pompeii, alia Craſſi, alia Cæſaris. *Idem.*

Tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tantum dicam brevi, non mihi exercitum, ſed duces defuiſſe. In quo, ut jam ſit in jis culpa, qui me non defenderunt: non minor eſt in iis, qui reliquerunt: &, ſi accuſandi ſunt, ſi qui pertimuerunt; magis etiam reprehendendi, ſi qui ſe timere ſimularunt. Illud quidem certe noſtrum conſilium jure laudandum eſt, qui meos cives & a me conſervatos, & me ſervare cupientes, ſpoliatos ducibus, ſervis armatis objici noluerim: declararique maluerim, quanta vis eſſe potuiſſet in conſenſu bonorum, ſi iis pro me ſtante pugnare licuiſ-

Tantum dicam brevi, &c.] Legendum videtur *breviter*. Nam cum dicimus *brevi*, fere ſubintelligitur tempore. Cariſius tamen notat, dictum eſſe à M. Tullio *brevi*, pro *breviter*, lib. 1. De oratore ad Q. Fr. *Ac, ne plura, quæ ſunt innumerabilia conſecter, comprehendam brevi.* Ubi tamen quidam legunt *breviter*. Verumtamen nihil utrobique muto: & ſubintelligo, ſermone. *Lamb.*

Non mihi exercitum] Multitudinem ex tota urbe, cunctaque Italia. *Corrad.*

Duces] Optimates. *Idem.*

Qui me non defenderunt] Hortenſium, & Catonem videtur ſignificare. *Idem.*

Reliquerunt] Ut Pompeius. *Idem.*

Et ſi accuſandi ſunt, ſi qui pertimuerunt] Egregie & hic locus emendatus in noſtra editione exhibendus fuit: in aliis omnibus; *accuſandi ſunt, qui pertimuerunt, magis etiam reprehendendi, qui ſe timere ſimularunt.* at vivaciorem illam lectionem duxi huc ex editione Victorii, adnotatur quoque ex Medic. ab Egnatio Ven. Pall. Grut. Stewechiano: Vaticano. Lambino denique. *Gebhardus.* Adſtipulantur etiam Mentelian. Amſterodam. & prim. Grævii.

Qui meos cives] Sic habent omnes codices Memmiani, & item Clericanus. & ita edendum curavit P. Victorius. neque vero eſt quod cuiquam durum videatur hoc loquendi genus, *noſtrum conſilium, qui noluerim.* nam *noſtrum*, poſitum pro Meum: in Meum autem ineſt Ego. *Lambin.* *Qui meos cives*] Ita Guilielm. e Stewech. neque ſecus Pall. Grut. aut editionum prima; ne addam Victorii ac Lambini. Medicæus *quod meos*. Gebhard. *Qui*] Sic & Amſterodam. & duo Grævii.

A me conſervatos] Coſſ. tempore conjurationis. *Corrad.*

Servis armatis] A P. Clodio. *Idem.*

Si iis pro me ſtante pugnare licuiſſet] Sic emendavimus ex vetuſtis codicibus. Quo loco Medicæus cod. ille, inquam, omnium probatiſſimus, & integerrimus *liquiſſet* per *q* ſcribit; ſæpe enim invenias in antiquis exemplaribus has literas inter ſe commutari, & viciſſim alteram pro altera capi, ut in hoc ad Memmium epiſt. Q. Valerii ſic locus ille legitur, *Quare Cuſpianorum omnium commendationis cauſſam hac tibi epiſtola exponendam putavi: relicuis epiſtolis tantum faciam*, &c. eodem libro in epiſt. ad Serv. *Quod relicum eſt, velim augeas tua in eum beneficia*, &c. Eſt autem hæc omnino commodior & verior lectio: non enim pugnarunt, quamvis parati eſſent & vellent pugnare pro ſalute Cic. duces enim defuerunt. Utitur etiam hac eadem locutione in lib. ad Sen. epiſt. ad Cato. cum eandem fere ſententiam exponeret, *Mitto quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempeſtates, & ſubieris, & multo etiam magis, ſi per me licuiſſet ſubire paratiſſimus fueris.* Victorius. Noſtri libri veteres non habent præpoſitionem *pro*, & vero videtur abeſſe poſſe. quanquam non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

licuiſſet; cum afflictum excitare potuiſſent. Quorum quidem animum tu non perſpexiſti ſolum, cum de me ageres, ſed etiam confirmaſti, atque tenuiſti. Qua in cauſſa (non modo non negabo, ſed etiam ſemper & meminero, & praedicabo libenter) uſus es quibuſdam nobiliſſimis hominibus, fortioribus in me reſtituendo, quam fuerant iidem in tenendo: qua in ſententia ſi conſtare voluiſſent, ſuam auctoritatem ſimul cum ſalute mea recuperaſſent. Recreatis enim bonis viris conſulatu tuo, & conſtantiſſimis, atque optimis actio-

non ſum auſus tollere. videri enim poſſit non inanis. & non eſt inconcinna antitheſis, *Pro ſtante pugnare*, *Afflictum excitare*. Lambin. *Licuiſſet*] *Libuiſſet* unius litteræ mutatione libentius legerem, veteribus etiam libris non repugnantibus. *Urſin*. Emendatio Victorii ex optimo codice Bibliothecæ Medicææ, quæ item conſpicitur in Vatic. Stewech. præterea ad oram editionis primæ manu Bapt. Egnatii additum, legere ſe litera una adhuc mutata, *libuiſſet*: quam lectionem exſtare ajunt in libro Politiani. Vulgati: *ſi ii pro me ſtante pugna non deſtitiſſent*. ſed Pal. tert. editio prima: *ſi hi pro me ſtante pugna non reliquiſſent*. quart. ac Grut. *pro me ſtante pugna reſtitiſſent*. Gebhard. Grævii primus ſubſcribit Medicæo aliiſque optimis codicibus hoc loco.

Pugnare licuiſſet] Per duces. *Corradus*.

Non modo non negabo] Parentheſis hæc dudum erat ab aliquo ingenioſiori diffixa in Grut. quam poſtea ſuo libro commiſit Gulielmius, non ſine loci totius luce; ut argueret Lambinum nimis præcipitem mutandi ſequentia *te uſum eſſe quibuſdam*. animadverſa quoque ingenio Henrici Stephani Schediaſ. lib. 11. cap. 26. *Gebhard*.

Uſus es quibuſdam nobiliſſimis hominibus] Pompeio, Craſſo, Metello, & aliis. De Pompeio ſic ad Atticum ſcribit: *Ille reſtituendi mei, quam retinendi ſtudioſior*. Corrad.

Quam fuerant iidem in tenendo] Maluit ſic Gulielmius: neque aliter editio priſca, Victorii, Lamb. Pall. Grut. Stewech. deinceps aliquot, *in tuendo*. Gebhard. Unus Græv. Amſterodamenſ. & Mentel. *tenendo*.

Qua in ſententia ſi conſtare] Cato, & ejus æmulatores. *Corrad*.

Recuperaſſent] Amiſſam, Piſone, & Gabinio Coſſ. *Idem*.

Recreatis enim bonis viris conſulatu tuo] Nos quia horum codicum probitatem multis modis perſpectam habemus, nihil fere in illis invenimus quod penitus contemnamus. Quæ tamen non tuto viſi ſumus poſſe recipere, & tamen digna putavimus, ut de his lectorem admoneremus, conſervata priore ſcriptura, huc conferemus, quemadmodum hunc locum: ſic enim in antiquis legitur, *Recreati enim boni viri conſulatu tuo, & conſtantiſſimis atque optimis actionibus tuis excitati*, &c. ut poſſint alii majoris ingenii, & eruditionis viri rem diligenter conſiderare. Quod ſi negligentiæ librariorum tribuendum ſit, mirum profecto eſt accuratum alioquin hominem, qualis fuit, qui librum Medicæum ſcripſit (ut alios taceam) quater in eodem tractu peccaſſe, & cum ſemper ſeptimo caſu quatuor nomina ſcribere debuiſſet, ne ſemel quidem recte reddidiſſe. *Victorius*. Cum reperiſſem in noſtris libris omnibus MSS. *Recreati boni viri*, &c. *excitati*, &c. in caſu recto, non, ut in vulgatis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

actionibus tuis excitatis, Cn. Pompeio praeſertim ad cauſſam adjuncto, cum etiam Caeſar, rebus maximis geſtis, ſingularibus ornatus & novis honoribus, ac judiciis ſenatus, ad auctoritatem ejus ordinis adjungeretur: nulli improbo civi locus ad remp. violandam eſſe potuiſſet. Sed attende, quaeſo, quae ſunt conſecuta. primum illa furia muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam deam,

gatis, *Recreatis enim bonis viris*, &c *& excitati*, &c. (quæ lectio propter tot caſus ablativos concurrenteis duriuſcula eſt) his duabus vocibus additis, ſive ſuppletis potius, (quippe quas a ſcriptore librario prætermiſſas eſſe veriſimile eſt,) *cum eſſent*, ſic hunc locum reſtitui, *Recreati enim cum eſſent boni viri*, &c. *Lambinus*. Locus interpolatus. ut enim indicavit Victorius exſtat in vetuſtiſſimo Medicæo: *Recreati enim boni viri conſulatu tuo c. c. a. opt. act. t. excitati*: quod idem teſtor de Pall. deque Grut. & Stewech. item impreſſione prima. Medicina Lambini nimis eſt audax. *Gebhard*. Amſterodamenſ. & Græv. ſecundus *recreati*, & *excitatis*. Primus vero *recreati* & *excitati*. Mentel. *recreati*, & *excitari*.

Novis honoribus] Supplicatione quindecim dierum. *Corrad.*

Ac judiciis ſenatus] Qui honores illos illi decrevit. *Idem.*

Illa furta muliebrium religionum] Nos *furia* legimus: non tamen in hac parte ab antiquis codicibus adjuti ſumus: eſt enim in illo etiam probatiſſimo idem error. ſed cum ſit unius tantum literæ facienda parva immutatio, ſententiaque hujus loci valde illuſtretur, cum ante nullus commodus ſenſus eliceretur, ſperavimus, ſi perverſionem illam correxiſſemus, in reprehenſionem non caſuros. cum enim hic manifeſto de Clodio agatur, quem ſæpe furiam appellat, digno illius flagitiis nomine, cur non hic quoque ita appellet? In epiſtola ad Q. Fratrem de Clodio agens ſic inquit, *Aut ullum ad illam furiam verbum reſcriberet*. Quod autem dicit *furia religionum*, ut generandi caſum, hæc vox furia ſuſtineat, idem facit in oratione in L. Piſonem, cum illum *furiam ſociorum* appellat. Nam quod ſequitur, *Impunitatem ſcelerum eorum ſententiis*, vetuſti codices habent, *Impunitatem ſtillorum ſententiis*, pro *Impunitatem eſt*, quæ ſcriptura ſemper eſt in Medicæo, ut in melioribus Plauti, & Terentii codicibus ſuppreſſa *e* litera: quod cum nonnulli fortaſſe non intellexiſſent, ex illis verbis *Stillorum*, *ſcelerum* fecerunt, de ſuoque *eorum* addiderunt, & alia quædam quæ mirifice hunc locum perturbarunt. quibus ſublatis, locoque omnibus maculis diligenter purgato, ſententia ejus, quamvis occultior, ignota eſſe non poterit ſtudioſis, & his præcipue, qui accurate hiſtoriam illorum temporum, & earum maxime rerum, quæ ad ſe pertinebant, a Cicerone ſæpius ſcriptis ſuis explicatam didicerint. *Victor.* Mirifice delector veris Ubaldini laudibus, gaudeoque non parum, mecum illum ſentire. Quod ſi antea hanc lectionem ſequebar, nunc eam valde diligo, poſtquam illum audivi acerrimi judicii hominem ipſam quoque ſuo ingenio excogitaſſe. Cum autem quibuſdam non inſulſis (ut opinor) rationibus eam confirmaſſem, non magis ipſam vi earum, quam illius unius teſtimonio, veram eſſe puto. *Idem* in poſter. *Illa furia*] P. Clodius: etſi, *illa furta*, vel *ille fur*, paſim legitur. *Corrad.* Secutus olim fueram P. Victorii conjecturam, *illa furia mu-*

liebr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

deam, quam tris ſorores; impunitatem eſt illorum ſententiis aſſecutus, qui (cum tribunus pleb. poenas a ſeditioſo civi per bonos viros judicio perſequi vellet) exemplum praeclariſſimum in poſterum vindicandae ſeditionis de rep. ſuſtulerunt: iidemque poſtea non meum monumentum (non

liebr. rel. antiqua ſcriptura rejecta, *illa furta muliebr.* &c. cum propterea quod hiſtoriæ repugnat, tum propter locutionis ac ſermonis novitatem, ſive potius inſolentiam, & ſolœciſmum: *illa furta, qui* &c. Poſtea etiam Petri Victorii conjecturam improbavi, cum propter alias cauſſas, tum maxime propterea quia Clodius non idcirco poteſt dici furia religionum fuiſſe, quod muliebri veſtitu ſumto, domum Cæſaris, in qua ſacrificium a mulieribus pro populo fiebat, noctu introierit. nam per furiam religionum, intelligeremus potius vexatorem, &, ut ita dicam, inſectatorem: nunc autem non ſignificat hoc M. Tullius, neque hoc ſentit: ſed hoc potius, Clodium, qui mulieribus religionibus furtim interfuerit, vel qui domi Cæſaris, in qua Bonæ Deæ ſacra a mulieribus fiebant, (ad quæ ſacra non licebat viris adire,) cum veſte muliebri deprehenſus fuerit: hunc Clodium, inquam, a Milone de vi poſtulatum, a judicibus fuiſſe abſolutum. Quare legendum prorſus arbitror, *ille fur muliebrium religionum*, &c. quo modo etiam in uno libro typis impreſſo reperi. *Lambinus.*

Religionum] Bonæ deæ pro populo. *Corradus.*

Quam tris ſorores] Clodiam, Terentiam, & alteram cognomine Quadrantem, quas Clodius frater conſtupraſſe dicitur. *Idem.*

Impunitatem] Violentiæ, & ſervis, & gladiatoribus, in urbe factæ. *Idem.*

Impunitatem eſt illorum] Reducendam duxit ex Vatican. Gulielmius hanc lectionem, inventam Victorio in membranis Medicæis, niſi quod ibi littera una minus; *impunitatem 'ſt illorum*, &c. & vero Pallat. prim. etiam diſerte habet *impunitatem ſtilorum ſententiis*. ceteri *impunitatem ſcelerum ſententiis aſſecutus*. ut & prima editio. aliæ, *imp. ſcelerum eorum ſententiis*. Gebhardus. Primus Grævii, *impunitatem eſt illorum ſententiis adſecutus*. Secundus, ut & Mentelianus, & Amſterodamenſis: *impunitatem ſcelerum ſententiis aſſecutus*.

Cum tribunus plebis] T. Annius Milo, qui primo P. Clodium de vi poſtulavit, & poſteaquam ab eodem judicia ſublata vidit, ne ille omnia vi poſſet efficere, curavit. *Corrad.* *Cum trib. pleb. pœnas a ſeditioſo civi* &c.] Ita ſcripſi potius ex Vatic. Pall. edit. prima, alioque vet. cod. quam vulgo: *cive* &c. *in judicio*. ſed mirum & portentum ne ſileam ad priora: Pall. tert. Grut. habent, *cum tyrannus P. Lentulo*, pro, *cum tribunus pleb. pœnas*. Gebhard. Receptam a Gebhardo lectionem tuentur duo mei, & Amſterodamenſis: ſed & ſimul portentum lectionis, quod ex Palatino tertio & Gruteri codice Gebhardus attulit. Mentelianus vero: *Cum T. Annius tribunus plebis*. Quam lectionem veram eſſe exiſtimo, & ex illa ortum illud monſtrum: *tyrannus*. Ex PL. vero pro *plebis P. Lentulo*. Credibile enim eſt Ciceronem tribuni plebis nomen expreſſiſſe. *Grævius.*

A ſeditioſo cive] P. Clodio. *Corrad.*

Exemplum præclariſſimum] Judicium de vi Clodiana. *Idem.*

Iidemque] Vel judices, vel ſenatores: & in his M. Cato, qui Clodium in ea re multum juvit. *Idem.*

Non meum monumentum] Atrium Libertatis, quod Cicero Senatus auctoritate poſtquam Catilinæ conjurationem compreſſerat, exſtruxerat. vid. P. Manut.

(non enim illae manubiae meae, ſed operis locatio mea fuerat) monumentum vero ſenatus, hoſtili nomine, & cruentis inuſtum litteris eſſe paſſi ſunt. Qui me homines quod ſalvum eſſe voluerunt, eſt mihi gratiſſimum: ſed vellem non ſolum ſalutis meae, quemadmodum medici, ſed ut aliptae etiam virium, & coloris rationem habere voluiſſent. Nunc, ut Apelles Veneris caput, & ſumma pectoris politiſſima arte perfecit, reliquam partem corporis, inchoatam reliquit: ſic quidam homines in capite meo ſolum elaborarunt: reliquum corpus, imperfectum, ac rude reliquerunt. In quo ego ſpem feſelli non modo invidorum, ſed etiam inimicorum meorum: qui de uno acerrimo, & fortiſſimo viro, meoque judicio, omnium magnitudine animi, & conſtantia praeſtantiſſimo, Q. Metello Lucii filio, quondam falſam opinionem acceperunt, quem poſt reditum dictitant fracto animo, & demiſſo fuiſſe. Eſt vero probandum, qui & ſumma voluntate ceſſerit, & egregia animi alacritate afuerit, neque ſane redire curarit, eum ob id ipſum fractum fuiſſe;

Non enim illæ manubiæ meæ, &c.] Non eſt ex præda victi a me hoſtis, aut pecunia ex illa præda redacta mei honoris cauſſa libertatis illud atrium extructum, ſed id pecunia publica ad id a ſenatu aſſignata, locavi mancipibus extruendum.

Hoſtili nomine] Clodii nomine. *Corradus.*

Cruentis inuſtum litteris] Cui inſcriptionem mihi ſenatuique contumelioſam & turpem præfixerat Clodius. vid. P. Manut.

Aliptæ] Unctores in balneis & gymnaſiis, qui virium & coloris rationem habebant. vid. P. Manut.

Veneris caput] *Apelles inchoavit & aliam Venerem Cois, ſuperaturus etiam illam ſuam priorem, invidit mors peracta parte, nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inventus eſt.* Plin. XXXV. 10.

In capite meo] De ſalute & reditu. *Corrad.*

Reliquum corpus] Dignitatem, & fortunas. *Idem.*

Invidorum] Ut Catonis, & Hortenſii. *Idem.*

Inimicorum] Ut Clodii, & Craſſi. *Idem.*

Q. Metello] Q. Cæcilio Metello Numidico, qui cum M. Junio Syllano Coſſ. fuit. lege Plutarchum in Mario, Livium, & Appianum. *Idem.*

Summa voluntate ceſſerit] Ut is, cui patriæ ſalus dulcior, quam conſpectus fuit. *Idem.*

Egregia animi alacritate afuerit] Sic edidit P. Victorius: ſic habent codices Memmiani, & item Clericanus. Paullo poſt, ubi vulgati habent, *redire curarit*, illi habent *curaret*. Et paullo poſt, non habent vocem *animo*: ſed hoc tantum, *fractum fuiſſe: in quo*, &c. Lambin.

Neque ſane redire curarit] Rhodi Philoſophos audiens. *Corrad.*

M. il-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

fuiſſe: in quo cum omnes homines tum M. illum Scaurum, ſingularem virum, conſtantia & gravitate ſuperaſſet. Sed quod de illo acceperant, aut etiam ſuſpicabantur, de me idem cogitabant, abjectiore animo me futurum: cum reſp. majorem etiam mihi animum quam umquam habuiſſem, daret: quae declaraſſet, ſe non potuiſſe me uno civi carere: cumque Metellum unius tribuni plebis rogatio, me univerſa reſp. duce ſenatu, comitante Italia, promulgantibus omnibus, referente conſule, comitiis centuriatis, cunctis ordinibus, hominibus incumbentibus, omnibus denique ſuis viribus recuperaſſet. Neque vero ego mihi poſtea quidquam aſſumſi: neque hodie aſſumo, quod quemquam malevolentiſſimum jure poſſit offendere. tantum enitor, ut neque amicis, neque etiam alienioribus, opera, conſilio, labore deſim. Hic meae vitae curſus offendit eos fortaſſe,

M. illum Scaurum] Vide Aurel. Victoris libellum de Viris illuſtribus. *Corrad.*

Quæ declaraſſet ſe non potuiſſe me uno civi carere] Sic recte Lamb. nam Pall. Grut. Stewech. Vatic. Princeps editio Victoriique inducunt τὸ *jam*. Porro *civi*, non *cive*, Pal. tert. Vatic. Stewech. editio Victor. in Vatic. alias eſt, *quom declararet ſe non*. inde Victorius, *cum declaraſſet ſe non*. Pal. tert. cum Grut. *quæ declaraſſet ſe jam non*. Gebhard.

Unius tribuni plebis rogatio] Q. Calidii, Ciceroni pro Plancio: Claudii, Aurelio Victori de Viris illuſtribus. *Idem.*

Promulgantibus omnibus] Trib. pleb. Licet in ſenatu poſt reditum ſeptem tantum nominarit. *Idem*. In libro manuſcripto additum eſt *Tribunis plebis*: quod tamen neceſſarium non videtur, cum ſupra dixerit *unius Tr. pl.* F. Urſin.

Referente Conſule] P. quidem Lentulo auctore, ſed pariter referente collega, Q. Metello Nepote. *Corrad.*

Comitiis Centuriatis] *Lentulus*, inquit alibi, *nos Comitiis Centuriatis, quæ maxime majores juſta dici haberique voluerunt, accerſivit in patriam; ut eædem Centuriæ, quæ me Cos. fecerant, conſulatum meum comprobarent.* Idem.

Cunctis ordinibus, hominibuſque incumbentibus] Libri manuſcr. non habent copulam poſt *hominibus*: cetera cum vulgatis conſentiunt: unde ego legendum puto, *cunctis ordinibus, diu, hominibus incumbentibus*. Lambin. Copulam nec P. Victorius agnoſcit, nec tertius Palatinus, nec Gruterianus, nec Amſterodamenſis, nec mei duo, nec Mentelianus; quamvis hic & meus primus, ut & princeps editio, pro *hominibus* habeant *omnibus*. Vereor ne *hominibus* ſit a mala manu, natumque ex depravata ſcriptura libri vetuſtioris, aut ab imperito ſciolo, qui *ordinibus* refinxit inauſpicato in *hominibus*. In comitiis enim dicit cunctos ordines incubuiſſe ut reſtitueretur. Satellites Clodii certe minime in hanc rem incubuerunt. ſane quo magis conſidero hunc locum, eo magis perſuadeor *hominibus* eſſe delendum. *Grævius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

taſſe, qui ſplendorem & ſpeciem hujus vitae intuentur: ſollicitudinem autem & laborem perſpicere non poſſunt. Illud vero non obſcure queruntur in meis ſententiis quibus ornem Caeſarem, quaſi deſciverim a priſtina cauſſa. Ego autem cum illa ſequor quae paullo ante propoſui, tum hoc non in poſtremis de quo coeperam exponere. Non offendes eundem bonorum ſenſum, Lentule, quem reliquiſti: qui confirmatus conſulatu noſtro, nonnumquam poſtea interruptus, afflictus ante te conſulem, recreatus abs te totus eſt: nunc ab iis a quibus tuendus fuerat, derelictus: idemque non ſolum fronte atque vultu, quibus ſimulatio facillime ſuſtinetur, declarant ii qui tum noſtro illo ſtatu optimates nominabantur: ſed etiam ſenſu ſaepe jam tabellaque docuerunt. Itaque tota jam ſapientium civium, qualem me & eſſe & numerari volo, & ſententia & voluntas mutata eſſe debet. Id enim jubet idem ille Plato, quem ego vehementer auctorem ſequor, Tantum contendere in rep. quantum probare tuis civibus poſſis: Vim neque parenti, neque patriae afferre oportere. Atque hanc quidem ille cauſſam ſibi ait non attingendae reip. fuiſſe: quod cum offendiſſet populum Athenienſem prope jam deſipientem ſene-

Quaſi deſciverim a priſtina cauſſa] Reipub. libere defendendæ. *Corrad.*

Quæ paullo ante propoſui] De conſilio meo, complectendi Pompeii, & Cæſaris. *Idem.*

De quo cœperam exponere] De quibuſdam invidis. *Idem.*

Qui confirmatus] Epilogus ab illis verbis, *Tenebam memoria.* Idem.

Afflictus ante te Conſulem] Piſone & Gabinio Coſſ. *Idem.* Totum hunc locum ſic malim legere: *Qui confirmatus conſulatu noſtro, nonnunquam poſtea interruptus & afflictus ante te Conſulem, recreatus abs te totus, eſt nunc ab iis a quibus tuendus fuerat derelictus.* Hic enim loquendi modus apud Ciceronem eſt frequentiſſimus. Vel initio pro Sextio ait: *Et quoniam in graviſſimu temporibus civitatis atque in ruinis everſæ atque afflictæ reip. P. Sextii tribunatus eſt a fortuna ipſa collocatus.* Guilielm.

Nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat] Domitio, Catone, Favonio, & reliquis ejuſdem ſectæ. *Corradus.*

Sed etiam ſenſu ſæpe jam tabulaque docuerunt] Sic & mei MSS. & Amſterodamenſis & Mentelianus. Sed quid ſit *ſenſu docere* fateor me non intelligere. Itaque aſſentior Manutio, Lambino, Corrado, qui legunt *ſententia*, nimirum in ſenatu dicta. *Grævius.*

Tabellaque] Suffragiis, de quibus plura Cicero libro III de Legibus. Et ſane Cato, in judicio Gabiniano diruptis tabellis, de circulo ſe ſubduxit. *Corradus.*

Cum-

ſenectute, cumque eum nec perſuadendo nec cogendo regi poſſe vidiſſet, cum perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur. Mea ratio fuit alia, quod neque deſipiente populo, neque integra re mihi ad conſulendum capeſſeremne remp. implicatus tenebar. Sed laetatus tamen ſum, quod mihi liceret in eadem cauſſa & mihi utilia & cuivis bono recta defendere. Huc acceſſit commemoranda quaedam, & divina Caeſaris in me fratremque meum liberalitas: qui mihi, quaſcumque res gereret, tuendus eſſet. Nunc in tanta felicitate tantiſque victoriis etiam ſi in nos non is eſſet qui eſt, tamen ornandus videretur. Sic enim te exiſtimare velim, cum a vobis meae ſalutis auctoribus diſceſſerim, neminem eſſe cujus officiis me tam eſſe devinctum non ſolum confitear, ſed etiam gaudeam. Quod quoniam

Cumque eum nec perſuadendo, nec cogendo] Hunc locum, quem valde quidam ſuſpectum habent, nullam in optimis exemplaribus varietatem habere cognovi. quod ſi cogitemus, quum Cic. de Platone inquit, *Cumque eum nec perſuadendo, nec cogendo regi poſſe vidiſſet*, a ſe Platonem intellexiſſe (ab aliis enim, qui cogere non dubitaſſent, regi potuiſſet) omnis ſcrupulus evelletur. De ſe autem uno Platonem locutum eſſe, ſuperiora verba declarant. Intellectus totius loci etſi apertus eſt, a me tamen breviter exponetur. Cum populus Athenienſis jam deſiperet ſenectute, deque via recta diſceſſiſſet, neceſſe erat ei qui ipſum corrigere vellet, aut quod illi rectum eſſe intelligeret ei perſuadere, aut vim afferre & invitum cogere: in quorum neutro ſibi elaborandum eſſe Plato exiſtimabat: cum rationes illum contempturum eſſe exiſtimaret, ac ſe fruſtra omnem operam in ea repoſiturum eſſe arbitraretur: Imponere autem neceſſitatem patriæ nefas eſſe judicaret: cujus rei cauſſam ipſe reddit accuratiſſime, partim in epiſtola ad Perdicam, in qua hæc ſunt: Οὐ πώποτε ἀναστὰς ἐφθέγξατο πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν ὅτι Πλάτων ὀψὲ ἐν τῇ πατρίδι γέγονε· καὶ τὸν δῆμον κατέλαβεν ἤδη πρεσβύτερον, καὶ εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν, πολλὰ καὶ ἀνόμοια τῇ ἐκείνου ξυμβουλῇ πράττειν. ἐπεὶ πάντων ἂν ἥδιστα καθάπερ πατρὶ συνεβούλευεν αὐτῷ, εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύσειν ᾤετο, πλέον δ' οὐδὲν ποιήσειν. partim in priore epiſtola ad Dionis propinquos, quæ qui ſcire volent, apud auctorem ipſum quærent. *Victor.* *Tum eum nec perſuadendo*, &c.] Sic hunc locum emendandum eſſe arbitror, levi immutatione facta. Alii autem ſic, *cum eum non perſuadendo, ſed cogendo*, &c. Alii hunc locum non tangentes, neque quidquam in eo mutantes, legunt paullo poſt, *quem perſuaderi*, pro, *cum perſuaderi*. Lambinus. Vetus codex N. Scelſi: *Cumque eum nec perſuadendo, nec rogando, nec cogendo regi poſſe vidiſſet.* quod non temere reſpuendum. A multis enim, quos rationibus nullis unquam expugnaveris, precibus aufertur quod volumus. *Grævius.*

Neque integra re mihi ad conſulendum] Quippe quum ſemel ad R. P. acceſſiſſem. *Corradus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

niam tibi expoſui, facilia ſunt ea quae a me de Vatinio & de Craſſo requiris. Nam de Appio quod ſcribis, ſicuti de Caeſare, te non reprehendere: gaudeo conſilium tibi probari meum. De Vatinio autem, primum reditus intercefſerat in gratiam per Pompeium, ſtatim ut ille praetor eſt factus, cum quidem ego ejus petitionem graviſſimis in ſenatu ſententiis oppugnaſſem, neque tam illius laedendi cauſſa quam defendendi, atque ornandi Catonis. poſt autem Caeſaris, ut illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta. Cur autem laudarim, peto a te ut id a me neve in hoc reo neve in aliis requiras: ne tibi ego idem reponam cum veneris: tametſi poſſum vel abſenti. Recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris miſeris. nec hoc pertimueris. nam a me ipſo laudantur & laudabuntur iidem. Sed tamen defendendi Vatinii fuit etiam ille ſtimulus, de quo in judicio, cum illum defenderem, dixi me facere quiddam quod in Eunucho paraſitus ſuaderet militi:

Vbi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo. ſi quando illa dicet, Phaedriam
Intromittamus comiſſatum: tu, Pamphilam
Cantatum provocemus. ſi laudabit haec
Illius formam: tu hujus contra. denique
Par pari referto, quod eam mordeat.

Sic

Statim ut ille Prætor eſt factus] Vatinius competitore M. Catone. *Idem.*

Ex ultimis terris] Hiſpaniis. *Idem.*

Et laudabuntur iidem] Fortaſſe C. Antonius, & ipſe Vatinius. *Idem.* Hemiſtichion carminis heroïci: quod cum ſit in proſa oratione vitioſum, ſuſpectus hic locus eſt, aut certe notandus. *Lambinus.*

Dixi me facere quiddam] Legendum fortaſſe eſt, *me facere idem quod*, &c. *Idem.*

Par pari referto] In Mediceo codice, *par pro pari* legitur: quemadmodum Paulus in vetere exemplari ſe reperiſſe teſtatur: id nos etiam antea adnotaramus: ſed cum neque in Terentio, quem olim Politianus cum vetuſtiſſimo & probatiſſimo illo Petri Bembi contulerat, ita legeretur: neque in altero perantiquo, quem domi habeo, ullum veſtigium hujus lectionis reperiretur, nihil immutare auſus ſum, magiſque Terentii librorum teſtimonio ſua in re ſtandum eſſe cenſui, quam aliorum, qui ſæpe in alieno negotio negligentes eſſe conſueverunt. animadverteram præterea Ciceronem libro XVI ad Atticum vel potius Atticum ipſum ita locutum eſſe, *Provide, ſi cui quid debetur, ut ſit unde par pari reſpondeatur.* Cognovi tamen poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Sic petivi a judicibus, ut, quoniam quidam nobiles homines & de me optime meriti, nimis amarent inimicum meum: meque inſpectante ſaepe eum in ſenatu modo ſevere ſeducerent, modo familiariter atque hilare amplexarentur: quoniamque illi haberent ſuum Publium: darent mihi ipſi alium Publium, in quo poſſem illorum animos, mediocriter laceſſitus, leviter repungere. Neque ſolum dixi: ſed etiam ſaepe facio, diis hominibuſque approbantibus. Habes de Vatinio: cognoſce de Craſſo. Ego cum mihi cum illo magna jam gratia eſſet, quod ejus omnes graviſſimas injurias, communis concordiae cauſſa, voluntaria quadam oblivione contriveram, repentinam ejus defenſionem Gabinii, quem proximis ſuperioribus diebus acerrime oppugnaſſet,

poſtea ſtudio ac diligentia amicorum, vetuſtum Terentii exemplar quod in Vaticana bibliotheca eſt, *par pro pari*, habere. & ipſe quoque in alio, quod in divi Marci Florentiæ eſt, eandem ſcripturam inveni: quare quamvis alii aliter emendarint, hanc veram eſſe puto Terentiani carminis reſtitutionem. *Victor.* *Tu par pari referto*] Sic eſt legendum, non, ut vulgo, *par pro pari*, &c. Nam primum, libri nulli veteres, quos quidem viderim, habent *pro*: deinde nonnulli ſic habent ut nos edidimus: poſtremo Latini ſermonis lex poſtulat ut ita legatur, *par pari referto*. Lambin. *Par pari referto*] Sic Pal. pr. & quart. nam ſec. tert. item membranæ Gruteri habent: *par pro pari refert.* Lambin. adjecit, *tu par pari*, &c. ſed non a libris. *Gebhardus.*

Quidam nobiles homines] Cato, & ejus amici. *Corradus.*

Haberent ſuum Publium] Publium Clodium inimicum meum. *Idem.*

Alium Publium] Publium Vatinium. ipſius Catonis inimicum. Nec locus joco carere videtur, propter Publium Mimum, his temporibus celebrem: *Idem.* Iſte jocus nihil pertinet ad Publium Mimum. Sed Vatinium vocat venuſte *alium Publium*, quia æque ut Clodius infeſtus erat virtutibus ſimul & optimatibus. *Grævius.*

Diis hominibuſque approbantibus] Hoc eſt, ſine ullius reprehenſione. Formula eſt elegans. vid. P. Manut.

Magna jam gratia eſſet] Poſt reditum ab exilio: nam & Craſſus in ea re Ciceroni favit. *Corrad.*

Graviſſimas injurias] Poſt Catilinæ conjurationem, unde natæ erant inter eos inimicitiæ. *Idem.*

Voluntaria quadam oblivione contriveram] Hoc eſt extinxeram, deleveram ex meo animo. vid. Manut. Pal. pr. *contererem.* ſec. Grut. *conteram* Stewechii MSS. *conterueram.* Gruterus aliquando fuit ſuſpicatus *contexeram.* Gebhard. MS. quoque Grævii *conteram.* Amſterodam. *contereram.*

Repentinam ejus defenſionem Gabinii] De majeſtate, & de pecuniis repetundis rei, poſtquam ex Syria rediit. *Corradus.*

Quem proximis ſuperioribus diebus acerrime oppugnaſſet] Reperit Guilielmius in uno codice antiquo: *quem proximis ſuperioribus diebus acerrime oppugnaſſem.* cui accedit Gruterianus. Nec longe

abit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

gnaſſet, tamen ſi ſine ulla mea contumelia ſuſcepiſſet, tuliſſem: ſed cum me diſputantem, non laceſſentem laeſiſſet, exarſi non ſolum praeſenti, credo, iracundia (nam ea tam vehemens fortaſſe non fuiſſet), ſed cum incluſum illud odium multarum ejus in me injuriarum, quod ego effudiſſe me omne arbitrabar, reſiduum tamen inſciente me fuiſſet, omne repente apparuit. Quo quidem tempore ipſo, quidam homines, & iidem illi quos ſaepe nutu ſignificationeque appello, cum ſe maximum fructum cepiſſe dicerent ex libertate mea, meque tum denique ſibi eſſe viſum reip. qualis fuiſſem, reſtitutum, cumque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tuliſſet: gaudere

abit Amſterod. *q. p. ſ. d. a. oppugnaſſent.* de qua re cogitent doctiores.

Non laceſſentem laceſſiſſet] Sic repono ex editione prima, Pall. tertio, quarto, Gruteriano; unde illud vulgatum *læſiſſet* irrepſerit multum mecum anquiſivi, nec reperi. *Gebhard.* *Non laceſſentem læſiſſet*] Hoc eſt, acriter perſtrinxiſſet. ſic Amſtelodam. & Græv. primus, cum plurimis aliis quos docti viri evolverunt. Nec video cur præferenda ſit illa recentiorum librorum lectio, quam recepit Gebhardus, *non laceſſentem laceſſiſſet.* Grævius.

Inſciente me fuiſſet] Plerique libri veteres, quibus uſi ſumus, habent, *reſiduum tamen inſciente me fugiſſet*, &c. de qua ſcriptura judicet lector eruditus. *Lambinus.* *Reſiduum tamen inſcientem me fugiſſet*] Teretem hanc lectionem & adeo ſuavem auribus, revocavi ex Pal. pr. ac Mediceo primaque editione: cum in ceteris fere omnibus reſtaret *inſciente me fugiſſet*, præter tertium; in quo hic complexus multis modis ab aliis diſcedit, ut noto: *exarſi non ſ. præſenti crede iracondia. Nam e. t. vehementer f. n. ſ. ſ. c. incl. i. o. m. e. i. m. i. quod ego effugiſſe me eſſe arbitr. reſ. t. inſciente me fudiſſet omne rep. a.* vulgo, *inſciente me, fuiſſet.* Gebhard. *Inſciente me ſuiſſet*] Sic Amſtelodamenſis, cum multis aliis & quidem melioribus libris & editionibus. Miror Gebhardum recepiſſe & commendaſſe tanquam lectionem valde ſuavem auribus, quæ in quibuſdam libris, etiam ſecundo meo, extat: *inſcientem me fugiſſet.* ſi ſuavis ea ſcriptura eſt auribus, valde gravis tamen eſt & moleſta Latinitati: ſtulte enim dictur, *hoc inſcientem me fugit*, perinde ac *hoc ignorans ignoravi.* Ideo reſtitui, quam Gebhardus deleverat, lectionem. Nec video ſolœciſmum, quem in hoc complexu ſe reperiſſe putat Manutius. Hic enim ordo eſt. *cum incluſum illud odium, reſiduum inſciente me fuiſſet, omne repente apparuit*, (quamvis) *me illud omne effudiſſe putaram.* Nihil apertius. *Illud* commode etiam in iſto quem Cicero tenuit verbotum ordine, inſeritur. *Grævius.*

Iidem illi] Cato, & reliqui. *Corradus.*

Maximum fructum cepiſſe] Id eſt, *maximam lætitiam.* vid. P. Manut.

Magnum etiam foris fructum] Vulgò *apud omnes homines.* vid. P. Manut.

Et

dere ſe dicebant, mihi & illum inimicum, & eos qui in eadem cauſſa eſſent numquam amicos futuros. Quorum iniqui ſermones cum ad me per homines honeſtiſſimos perferrentur: cumque Pompeius ita contendiſſet ut nihil umquam magis, ut cum Craſſo redirem in gratiam, Caeſarque per litteras maxima ſe moleſtia ex illa contentione affectum oſtenderet: habui non temporum ſolum rationem meorum, ſed etiam naturae. Craſſuſque, ut quaſi teſtata pop. Rom. eſſet noſtra gratia, paene a meis laribus in provinciam eſt profectus. Nam cum mihi condixiſſet, cenavit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. Quamobrem ejus cauſſam, quod te ſcribis audiſſe, magna illius commendatione ſuſceptam, defendi in ſenatu, ſicut mea fides poſtulabat. Accepiſti quibus rebus adductus, quamque rem cauſamque defenderim: quique meus in rep. ſit pro mea parte, capeſſenda, ſtatus. De quo ſic velim ſtatuas, me haec eadem ſenſurum fuiſſe, ſi mihi integra omnia ac libera fuiſſent. Nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes: neque delendum, etiamſi id fieri poſſet, ſummorum civium principatum: neque perma-

Et illum inimicum] Craſſum. *Corrad.*

Et eos qui] Pompeium, & Cæſarem. *Idem.*

Temporum meorum] Calamitatum quas pertuli. vid. P. Manut. Tres e noſtris libris veteribus, habent, mendoſe illud quidem, ſed tamen habent, *rationem eorum*, pro, *rationem meorum.* quod eo conſilio notavi, ut id repeteret memoria lector quod non ſemel admonui, librarios illos ſcriptores ſæpe, cum vox ſequens ab eadem littera initium caperet, in qua ſuperior proxime antecedens deſineret, alteram ex iis litteris præterire conſueviſſe. *Lambin.*

Craſſuſque ut quaſi teſtata] Monuit Guilielmius fuiſſe in Martinii cod. *craſſus quoque.* non reſpuo; ſed prius apparet in ceteris omnibus: Vatic. quoque & Gruteriano. *Gebhard.* *Gratia* autem hic eſt reconciliatio.

In provinciam] In Syriam, & contra Parthos. *Corrad.*

Cum mihi condixiſſet] Cum ſe ipſe invitaſſet, mihi denuntiaſſet ſe apud me cœnaturum. Hinc *condicta cœnula.* apud Suet. eſt tenuis, ſine magno apparatu.

Defendi in ſenatu] Fortaſſe contra Atteium, & reliquos Trib. pleb. atque adeo Coſſ. Craſſum accuſantes, quod dirarum obnuntiationem neglexiſſet. Lege epiſtolam VIII lib. V. Niſi forte ſupplicationes aliquas intelligat, quas petiiſſet Craſſus, capta Zenodotia Imperator appellatus. *Corrad.*

Mihi integra omnia ac libera fuiſſent] Per Pompeium & Cæſarem. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

manendum in una ſententia, converſis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis: ſed temporibus aſſentiendum. Numquam enim praeſtantibus in rep. gubernanda viris laudata eſt in una ſententia perpetua permanſio: ſed ut in navigando tempeſtati obſequi artis eſt, etiamſi portum tenere non queas: cum vero id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum quem ceperis, potius quam eo commutato quo velis, tandem pervenire: ſic, cum omnibus nobis in adminiſtranda rep. propoſitum eſſe debeat id, quod a me ſaepiſſime dictum eſt, Cum dignitate otium: non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare debemus. Quamobrem, ut paullo ante poſui, ſi eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in rep. non alius eſſem atque nunc ſum. Cum vero in hunc ſenſum & alliciar beneficiis hominum, & compellar injuriis: facile patior ea me de rep. ſentire ac dicere, quae maxime cum mihi tum etiam reip. ratio-

Sed ut in navigando tempeſtati obſequi] Totum hunc locum ita lego, *Sed ut in n. t. obſequi artis eſt, & ſi portum t. n. queas, cum id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt.* hujus autem lectionis auctorem habeo partim librum manuſcriptum, a quo abeſt adverbium *vero*; partim conjecturam viri doctiſſimi, qui *etiam* in *&* mutandum putat. *F. Urſin.* *Sed ut navigando tempeſtati obſequi*, &c.] Ita ſcripſi fiducia auctoritatis Victorianæ: tum Lambini ac MSS. Victorius quidem *in*, quod alias τῷ *navigando* præſuebatur expunxit, nec videtur adeo neceſſarium, cum MSS. quoque titubent, aliuſque *ut* aliuſque *in* ſemoveat. dein vulgo *tandem*: pro quo Lambin. *tamen*, ut & Pal. tert. Grut. Vatic. editio prima. Paullo ſuperius tres MSS. *bonorum voluntatibus mutatis.* non *immutatis*. Gebhard. Non auſculto hic Victorio, & qui eum ſequuntur expungentes τὸ *in*. quod in omnibus extat MSS. quos ego conſului. Nec video rationem cur inſolens ellipſis hic admittenda ſit. *Grævius.*

Beneficiis hominum] Pompeii & Cæſaris. *Corrad.*

Compellar injuriis] Catonis & reliquorum invidorum. *Idem.*

Facile patior ea me de rep. ſentire] Pal. tert. & Mentel. *facile patior ea de rep. ſentire.* Palat. quart. *facile patior ea quidem me de rep. ſentire.*

Quæ maxime cum mihi, tum etiam reip.] Lamb. *quæ cum mihi maxime.* ſed nihil ad Pal. tert. Stewech. editionem primam, quæ cudunt: *quæ maxime cum mihi, multum etiam.* Grut. vero: *quæ mihi maxime, cum multum etiam reip.* neutra ſpernenda ad vulgatam. *Gebhard.* Liber Amſterodam. *quæ maxime tum mihi, multum etiam reip. rationibus putem conducere.* Mentel. *quæ maxime cum mihi, multum & reip. rationibus p. c.* Meus ſecund. *quæ maxime cum mihi, multum etiam r. r. p. c.* Illud *tum* plerique libri ignorant. Ex varietate hac lectionum conjicio hunc locum ſic eſſe conſtituendum: *quæ cum maxi-*

me

rationibus putem conducere. Apertius autem haec ago, ac ſaepius, quod & Q. Frater meus, legatus eſt Caeſaris, & nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Caeſare interceſſit quod ille non ita illuſtri gratia exceperit ut ego eum mihi devinctum putarem. Itaque ejus omni & gratia, quae ſumma eſt, & opibus, quas intelligis eſſe maximas, ſic fruor, ut meis. Nec mihi aliter potuiſſe videor hominum perditorum de me conſilia frangere, niſi cum praeſidiis iis quae ſemper habui, nunc etiam potentium benivolentiam conjunxiſſem. His ego conſiliis ſi te praeſentem habuiſſem, ut opinio mea fert, eſſem uſus eiſdem. novi enim temperantiam & moderationem naturae tuae: novi animum tum mihi amiciſſimum, tum nulla in ceteros malevolentia ſuffuſum; contraque cum magnum & excelſum, tum etiam apertum & ſimplicem. Vidi ego quoſdam in te tales, quales tu eoſdem in me videre potuiſti. Quae me moverunt, moviſſent eadem te profecto. Sed, quocumque tempore mihi poteſtas praeſentis tui fuerit, tu eris omnium moderator conſiliorum meorum. tibi erit eidem, cui ſalus mea fuit, etiam dignitas curae. Me quidem certe tuarum actionum, ſententiarum, voluntatum, rerum denique

me mihi, multum etiam reip. rationibus putem conducere. *Cum maxime* Ciceroni aliiſque ſcriptoribus elegantibus eſt, in præſenti, hoc tempore, ut notavi nuper ad Suetonium. quod cum ignorarent aut deſcriptores aut correctores, mutatum eſt in *cum mihi maxime*, dein tranſpoſita ſunt verba, tandem & *tum* quod reſponderet τῷ *cum* interſerunt. Nullus dubito viros doctos, ſi accurate hunc locum perpenderint, mecum eſſe ſenſuros. *Græv.*

Hominum perditorum] *Proditorum* potius, ut in antiquis libris legitur: quod illum ſententia ſua revocaſſent quidem, ſed poſtea revocatum ut proditores deſeruiſſent: & in his M. Cato, quem Cicero *perditum* non appellaſſet. *Corradus.* Minime hic audiendus Corradus. *Perditi homines* ſunt Clodius & ejus ſatellites, qui etiam poſt reditum ab exilio Ciceronem vexabant quibus poterant modis. *Græv.*

De me conſilia] *De me* quaſi deprimendo *conſilia.* Corrad.

Cum præſidiis iis] Eloquentia, prudentia, & hujuſmodi rebus. *Idem.*

Nunc etiam potentium] Pompeii, Craſſi, & Cæſaris. *Idem.*

Me quidem certe tuarum actionum] Stewech. liber, *tuarum certe actionum.* Pal. quart. *Me quidem ceterarum tuarum*: neſcio quam bene. In rem fere Propert.

Te ſocium vitæ, te corporis eſſe licebit;
Te dominum admitto rebus, amice, meis.

&c. Et Apoll. lib. I.

——— Καλὸς ὀπτάων

nique omnium ſocium comitemque habebis: neque mihi in omni vita res tam erit ulla propoſita, quam ut quotidie vehementius te de me optime meritum eſſe laetere. Quod rogas ut mea tibi ſcripta mittam, quae poſt diſceſſum tuum ſcripſerim: ſunt orationes quaedam, quas Menocrito dabo: neque ita multae, ne pertimeſcas. Scripſi etiam (nam

Πρωθήβης ἰὼν τε φορβῦς φύλακός τε βιοῖο. Paullo ante ex duob. MSS. malim: *Tibi erit eidem, cui ſalus mea fuit, etiam dignitas curæ.* Et paullo poſt: ex Grut. *neque in omni mihi vita res tam erit ulla propoſita.* Gebhard.

Quod rogas] In aliquot libris antiquis eſt principium epiſtolæ. *Corrad.* In quibuſdam libris & MS. & vulg. ab hoc loco ducitur initium novæ epiſtolæ: ſed minus recte. nam appendix eſt ſuperioris tantum. *Lambinus.* In Amſterodamenſi, Mentel. Græv. ſed & N. Scelſ. hic eſt novæ epiſtolæ principium.

Neque ita multæ, ne pertimeſcas] Omnes codices Memmiani habent: *ut pertimeſcas.* ſed P. Victorius edendum curavit: *ne pertimeſcas.* Lambin. *Ne pertimeſcas*] Sic habent meliores codices omnes Stewech. Vatic. Grut. Pal. tert. nam quart. totus a bliteo interpolatus conjunctim, *ut ne pertimeſcas.* Cui hæc lectio non liquet, neget meridiem liquere: mihi elegantiſſima & germaniſſima videtur. vulgo, *ut pertim.* paullo poſt ſcripſi *dijungo* ex Victorii edit. Pal. tert. Vatic. ſicut, *delectarunt*, ex omnibus MSS. ac libris. Vulgo *disjungo* & *delectant.* Gebhard. Codices quos ego evolvi, habent omnes, *ut pertimeſcas.* Sed merito P. Victorius prætulit Medicei codicis lectionem. *Græv.*

Scripſi etiam carmina quædam, nam, &c.] Hæc duo verba, *carmina quædam,* in nullis reperiuntur antiquis exemplaribus: in illoque probatiſſimo alia nova manu a recentiori aliquo & audaci (ut puto) repoſita ſunt: qui cum longum hunc ſententiæ tractum non perciperet, putavit ea verba deeſſe & parum conſiderate inculcavlt. Eſt autem locus κατὰ παρένθεσιν legendus ab illa dictione *etiam* uſque ad *ſcripſi*, poſt quam vocem quod ſequitur *etiam* in *igitur* commutandum eſt, ſicque nihil diſcrepabit locus ab optimis codicibus: elegantemque admodum ſententiam præ ſe feret. Similis huic locutio eſt in ultimo libro ad Atticum, *Tu vero ſapienter (nunc demum enim reſcribo his literis, quas mihi miſiſti convento Antonio Tyburti) ſapienter igitur, quod manus dediſti.* Poſſem hujus ſtructuræ plura exempla adferre, præcipueque apud Ariſtotelem, quæ ſæpe adeo conturbant noſtros expoſitores, qui hæc nec diligenter curant, nec poſſunt, etiamſi velint, cum ſint in barbaris illis interpretationibus corrupta & confuſa, ut dolendum ſit, tam bona ingenia in tam depravatis libris eſſe verſata, quæ tamen Græci enarratores diligenter notant. Fortaſſe etiam eum qui hunc contaminare auſus eſt, fefellit vox ea *Muſas*, cum non crederet ille niſi de poëmatibus dici: quod adeo falſum eſt ut id longius confutare non oporteat. Sed quia ſemper Cicero in verſibus faciendis ſe libenter exercuit, infra narrat quid eo tempore numeris ſcripſerit: dicit enim ſe tres libros ſcripſiſſe de temporibus ſuis. nam illud *Carmina quædam* tam otioſe dictum non dignum videbatur elegantia Ciceronis, nec tam accurata ſuarum rerum expoſitione, qua in epiſtola utitur. *Victorius.*

Reſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

(nam ab orationibus dijungo me fere, referoque ad manſuetiores Muſas: quae me maxime, ſicut jam a prima adoleſcentia delectarunt) ſcripſi igitur Ariſtoteleo more, quemadmodum quidem volui, tres libros in diſputatione ac dialogo de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. Abhorrent enim a communibus praeceptis: ac omnem antiquorum, & Ariſtoteleam, & Iſocrateam rationem oratoriam complectuntur. Scripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis: quos jam pridem ad te miſiſſem, ſi eſſe edendos putaſſem. Sunt enim teſtes, & erunt, ſempiterni, meritorum erga me tuorum, meaeque pietatis. Sed quia verebar, non eos qui ſe laeſos arbitrarentur (etenim id feci parce & molliter,) ſed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Quos tamen ipſos libros, ſi quem cui recte committam invenero, curabo ad te perferendos. Atque iſtam quidem partem vitae conſuetudiniſque noſtrae totam ad te defero. Quantum litteris, quantum ſtudiis, veteribus noſtris delectationibus conſequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui haec ſemper amaſti, libentiſſime conferemus. Quae ad me de tuis rebus domeſticis ſcribis, quaeque mihi commendas, ea tantae mihi curae ſunt ut me nolim admoneri: rogari vero

Referoque ad manſuetiores Muſas] Ad dialogos, & hujuſmodi ſcripta, in quibus gravitas orationum non requiritur. *Corradus.*

Tres libros in diſputat.] Hoc totum *in diſputatione ac dialogo*, alienum videtur & ſubdititium. *Lambin.*

Meritorum erga me tuorum] Omnium codicum fide & meliorum editionum ductu ſic quoque edendum juſſi. vulgo: *meritorum tuorum erga me, meæque in te pietatis*: nimis putide. *Gebhard.*

Bene de me meritos omnes nominare. Quos] Expunxi intermedias voculas gloſſæ vice injectas ab iſtis cerebroſis ac ſuperciliosis Magiſtris; cum eas inficientur Pall. Grut. prima editio: elegantiſſimæ denique Victorii ac Raphelengii. video etiam ſpretas eſſe Manutio. *Gebhardus.* Sic & Amſterodam. Mentel. & Grævii ſec.

Quantum ſtudiis veteribus, &c.] In libro qui eſt apud me manuſcriptus, rectius, ut opinor, legitur, *quantum ſtudiis veteribus noſtris delectationis conſequi poterimus.* F. Urſinus.

Id omne ad arbitrium tuum] Notavit ex Stewech. Guilielm. *omne arbitrio tuo*: quod repertum mihi in Pal. tert. *Gebhard.*

Ea tantæ mihi curæ ſunt, ut me nolim admoneri] Locus correctorum flagitio corruptus, liquet mihi ex libris MSS. in Stewech. (ſicut in Pal. quart. fuiſſe raſuræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ro ſine magno dolore vix poſſum. Quod de Quinti Fratris negotio ſcribis, te priore aeſtate, quod morbo impeditus in Ciliciam non tranſieris, conficere non potuiſſe: nunc autem omnia facturum ut conficias: id ſcito eſſe ejuſmodi, ut frater meus vere exiſtimet, adjuncto iſto fundo, patrimonium fore ſuum per te conſtitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui noſtrique ſtudiis & exercitationibus, velim quam familiariſſime certiorem & quam ſaepiſſime facias: exiſtimeſque, neminem cuiquam neque cariorem neque jucundiorem umquam fuiſſe quam te mihi: idque me non modo ut tu ſentias, ſed ut omnes gentes, etiam ut poſteritas omnis intelligat eſſe facturum. Appius in ſermonibus antea dictitabat: poſtea dixit etiam in ſenatu palam, ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega provinciam: ſi curiata lex non eſſet, ſe paraturum cum collega, tibique ſucceſſurum: legemque

raſuræ veſtigia ducunt) *ea, ut ante, mihi curæ ſint, & me velim admoneri.* Pall. prim. ſec. (licet hic quoque ſubierit manus poparum librariorum) *ea & ante mihi curæ ſint, ut me velim admoneri. rogari vero ſine magno dolore vix poſſim.* ſicut & Gruteri tert. *ea, ut ante mihi curæ ſint, & me nolim admoneri.* Ego quid ſtatuam ἐπέχω· lubeat prius alios inſpectare, cernere hanc pugnam. *Gebhardus.*

Appius] Appius Pulcher, Coſſ. cum L. Domitio Ænobarbo. *Corrad.*

Si licitum eſſet] Per tribunos pleb. nam Coſſ. legem Curiatam ferentibus, a Tribunis pleb. ſæpe eſt interceſſum. *Idem.*

Legem curiatam] Nam Conſuli, ſi *legem curiatam* non habet, attingere rem militarem non licet. Hoc Egnatio præceptori meo, ut pleraque omnia, atque adeo me ipſe, acceptum refero. *Corradus.* *Curiata lex* eſt quæ a populo curiatim congregato fertur in comitiis quæ hinc curiata dicebantur. Ferebatur autem de adoptione, & imperio militari. Nemo ſui juris poterat arrogari & in alienam poteſtatem ſe dare, niſi lege curiata populo volente & jubente. Nullus etiam Procoſ. aut qui in provinciam mittebatur, poterat rem militarem attingere, niſi lege curiata imperium ei eſſet commiſſum. vid. P. Manut. not. & Caroli Sigonii libell. de Lege curiata contra Gruchum.

Si curiata lex non eſſet] Si ferri per Tribunos pleb. non poſſet. *Corrad.*

Se paraturum cum collega] Cum hic nonnihil mendi appareat, alii aliis modis corrigere aggreſſi ſunt. Quidam pro ſe *paraturum*, *partiturum* legunt. Nam ſæpe apud Livium dicunt Conſules inter ſe provincias partiri. Alii *ſe pacturum*, longius adhuc a vetere ſcriptura & audacius. Nos cum in priſcis omnibus exemplaribus *ſeparaturum* invenerimus, diligentius re conſiderata, *ſe paraturum* legi debere judicavimus: nulla alia re antiquam lectionem variantes, niſi quod ex una duas dictiones fecimus, primam ſyllabam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

gemque curiatam conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe: ſe, quoniam ex ſenatuſconſulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introiſſet. Ego quid ad te tuorum quiſque neceſſariorum ſcribat, neſcio: varias eſſe opiniones intelligo. ſunt qui putent poſſe te non decedere, quod ſine lege curiata tibi ſuccedatur: ſunt etiam, qui, ſi decedas, a te relinqui poſſe qui provinciae praeſit. Mihi non tam de jure certum eſt (quamquam

labam quæ male ſequenti hæſerat, & per ſe ſtare debebat, ab illa abſcindentes. Quam frequens ſit apud Livium hic modus dicendi, cum de diviſione provinciarum agitur, ſeu de alia re quam Senatus arbitrio Conſulum permittit, nihil neceſſe eſt dicere: cum facile ſit cuilibet plurima exempla invenire. Ut tamen qui hoc non animadvertit, hoc onere levetur, ex multis quædam hic apponemus: libro XXIV. *Quo die magiſtratum inierunt Coſſ. Senatus in Capitolio eſt habitus: decretumque omnium primum, ut Coſſ. ſortirentur, compararentque inter ſe, ut Clodius comitia perficeret.* libro XXVI. *Inter ſe compararent Clodius, Fulviuſque, utri obſidenda Capua, utri ad prohibendam obſidione patriam, Romam veniendum eſſet.* In initio libri XXX. *Cn. Servilius Cœpio, & Cn. Servilius Geminus Coſſ. (ſextus decimus is annus belli Punici erat) quum de Repub. belloque & provinciis ad Senatum retuliſſent: cenſuerunt patres, ut Coſſ. inter ſe compararent ſortirenturve, uter Brutios adverſus Annibalem, uter Etruriam ac Liguriam provinciam haberet.* In eodem libro juxta finem: *Patres igitur jurati (ita convenerat) cenſuerunt, uti Coſſ. provincias inter ſe compararent, ſortirenturve, uter Italiam, uter claſſem navium* L *haberet.* Mandabat igitur Senatus ut provincias Coſſ. vel in ſortem conjicerent, vel inter illos conveniret, & ſua voluntate ipſi conſtituerent, uter utram haberet: utique illos ſolitos hoc verbo in ea re, infinitis auctoritatibus certum eſt. Quin etiam in antiquis quibuſdam libris ita locus hic Salluſtii in Jugur. legitur, *Poſt A. fœdus exercituſque noſtri fugam fœdam, Metellus & Silanus Coſſ. declarati provincias inter ſe paraverant: Metelloque Numidia evenerat.* Ut omnino *ſe paraturum* veram legitimamque eſſe hujus loci lectionem putem. Quamvis autem in ſuperioribus Livii exemplis *comparare* ſit, Cicero vero hic *parare* dixerit, non tamen dubitandum eſt, quin eandem rem ambo intelligant. quam enim præpoſitionem Livius cum verbo conjunxit, Cicero nomini attribuit. Infert enim, *cum collega*: ut idem profecto ſignificet, parum variato ſermone, dicere *Conſules inter ſe comparare*, & *Conſulem parare cum collega.* Victor.

Se pacturum] Al. *ſe partiturum.* al. *ſe paraturum*, certe cum collega acturum, ut ea ſibi provincia daretur. *Corrad.*

Succeſſurum] Etiam ſine lege curiata. *Idem.*

Opus eſſe] Convenire. *Idem.*

Neceſſe non eſſe] Scilicet Conſuli. *Id.*

Legemque curiatam conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe] Ant. Auguſtinus legit, *ſibi neceſſe non eſſe*: addita voce *ſibi*, quæ deſiderari omnino videtur. *F. Urſinus.*

Lege Cornelia imperium habiturum] De provinciis, ut ego arbitror, ordinandis. *Corradus.*

Quoad in urbem introiſſet] Tunc enim neceſſe erat imperium deponere. *Corrad.* Vid. P. Manut.

Ad

quam ne id quidem valde dubium eſt) quam illud ad tuam ſummam amplitudinem, dignitatem, libertatem, qua te ſcio libentiſſime frui ſolere, pertinere, te ſine ulla mora provinciam ſucceſſori concedere, praeſertim cum ſine ſuſpicione tuae cupiditatis non poſſis illius cupiditatem refutare. Ego utrumque meum puto eſſe, & quid ſentiam, oſtendere, & quod feceris, defendere. Scripta jam epiſtola ſuperiore, accepi tuas litteras de publicanis: quibus aequitatem tuam non potui non probare. felicitate quidem, vellem,

Ad tuam ſummam amplitudinem, dignitatem, liberalitatem] Vetuſti codices *libertatem* habent melius omnino meo judicio. Puto autem hic libertatem ſignificare, vacare moleſtiis provincialibus, poſſeque pro ſuo arbitrio quicquid commodum fuerit agere. quod facere nequeunt qui in oculis tot populorum vivunt. quod ſi voluiſſet retinere provinciam, nec ſucceſſori tradere, opus ei fuiſſet multis inſervire, ad multaque deſcendere, quæ ſervitutis nonnihil illi attuliſſent. Præterea ob hoc etiam vulgata lectio mihi diſplicet, quia frui liberalitate mihi is videtur in quem liberalitas confertur, non qui ea ſtudioſe utitur. Ut non ſatis apte dicere potuerit Lentulum liberalitate libentiſſime frui ſolere, cum antea liberalitatem in eo eſſe dixiſſet: nam qui ea prædituſ eſt, eam in alios exercet. *Victor.* *Libertatem*] Si auctoritati librorum ſtandum eſt, facile omnes pro nobis judicabunt: longe enim ſuperiores in hac re ſumus: Mediceus certe, & vetuſtate & integritate cæteros vincit. Si argumentis, non parva etiam a nobis prolata ſunt. Nam quod nonnulli excogitarunt, inane eſt, eſſe antitheton *ſuſpicione cupiditatis*, ſuperiori voci *liberalitatem*: novum enim hoc eſt Cic. argument. Antea expoſuerat, quæ in Lentulo erant quæ hortarentur ipſum ſtatim provinciam ſucceſſori tradere. addit poſtea, quid alii de ipſo exiſtimaturi ſint, ſi aliter feciſſet. *Idem.* *Dignitatem, liberalitatem*] Sic habent Memmiani: niſi quod in uno cum ſcriptum ſit *libertatem*, adjectæ ſunt eadem manu ſupra tres hæ litteræ *ali.* quæ adjectio ſignificat ſcriptorem voluiſſe legi *liberalitatem.* Omnino ego malo *liberalitatem*, cum propter alias cauſſas, tum quia paullo poſt dicit, non poſſe Lentulum ſine ſuſpicione cupiditatis provinciam retinere. quod & Manutius notavit. *Lambinus.* Et hic prætulimus lectionem accuratiſſimi Victorii inventam nobis in Pall. quatuor, Gruteriano, Stewech. Vatic. editione prima: nec laudamus vanitatem Lambini, vel ambitionem putantis hic egregiam ſe diſcedendi a Victorio occaſionem nactum eſſe, *liberalitatem* contra propugnantis: ſicut ſupra (ita ingenium ejus deditum erat novitatibus) edentis, *quoad urbem introiſſet*, ne videretur Victorio acceptum referre, ſi, ut ille edidit, utque habet codex Medic. notatus Egnatio, *quoad in urbem introiſſet*, veterem lectionem produxiſſet. *Gebhard.*

Accepi tuas litteras] Guilielmius adnotat ex libro vet. legi *oſtendi*, unde conjectat *offendi.* ſicut paullo ante ex Stewech. *ſine præſumtione tuæ cupiditatis.* Idem.

Felicitate quidem quid vellem, &c.] Hic locus nonnihil mendi continet. Quidam ſic caſtigarunt, *Facilitate autem quod vellem*, &c. hac ſententia, ut puto,

Po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

vellem, conſequi potuiſſes, ne ejus ordinis, quem ſemper ornaſti, rem aut voluntatem offenderes. Equidem non deſinam tua decreta defendere: ſed noſti conſuetudinem hominum. ſcis quam graviter inimici ipſi illi Q. Scaevolae fue-

Potuiſſes conſequi facilitate tua (quod vellem ſcilicet feciſſes) ne ejus ordinis, quem ſemper ornaſti, rem aut voluntatem offenderes: id eſt, ſi facilis in publicanos fuiſſes, eorumque commodis indulſiſſes, profecto non ordinem illum a te alienaſſes. Nos antiquam ſcripturam ſecuti ſumus, cujus elegantior eſt etiam (ut puto) ſententia: eſt autem hæc, Dolet ſane Lentulum aliquid adverſus commoda publicanorum egiſſe, ſed quaſi eum excuſat: quod enim fecerat contra illos, quaſi coactum feciſſe oſtendit, cum ſemper ante (ut ait) ordinem eum ornare conſueſſet: caſus autem fecit, ut illorum voluntatem offenderet, quem vitare non potuit: docet enim ipſnm jure feciſſe quod in illos decreverat, cum laudet *æquitatem* ejus: voluiſſet autem Cicero *felicitate* aliqua Lentulus conſequi potuiſſet, ne accidiſſet ut illorum voluntas offendenda eſſet. Hæc eſt noſtra hujus loci opinio., & omnium meliorum codicum lectio: id ſequatur quod ſibi rectum videbitur unuſquiſque. *Victor.* *Potuiſſes*] Cuperem, inquit, ut id tu felicitate quad. conſequi potuiſſes, ne, &c. *Corrad.* Vel ex hoc loco nos ſæpe cum in aliis rebus tum in his litteris mutare ſententiam, nobiſque aliud alias videri, intelligere licet. Nam cum olim ſic legendum exiſtimaſſem, quo modo & Manutio viſum eſt, & habent omnes fere recentiores editiones, *facilitate autem, quod vellem, conſequi potuiſſes*, &c. ad hunc ipſum locum, hæc olim adſcripſeram: Sic puto legendum: & ita habent codices Memmiani & vulgati. P. autem Victorius edidit, *felicitate quidem*: quomodo habent alii noſtri codices veteres. Cujus ſcripturæ quamvis rationem videam (ſignificat enim, fortunæ beneficio Lentulum conſequi potuiſſe, ut ne publicanos offenderet, idque ſe optare:) tamen hanc receptam facillime tueri poſſum: ut dicamus, *facilitatem* ſignificare æquitatem quandam, & lenitatem, & juris remiſſionem, juri ſummo contrariam: ſententiam non acrem, neque ſeveram, neque omni ex parte cum ſummo jure conſentaneam: quemadmodum uſurpavit Philipp. IX. ſub extremum, *Itaque quæ proficiſcebantur a legibus, & a jure civili, ſemper ad facilitatem æquitatemque referebat.* Malim tamen hic legi, *Facilitate tamen*, &c. Hæc igitur olim ad hæc verba annotaram, cum mihi ita legendum videretur: nunc autem, ſententiæ mutatæ hanc in primis rationem affero, quod æquitas & facilitas idem fere hoc loco ſignificant. Cum igitur paullo ante æquitatis nomen poſuerit, qua Lentulum fatetur in cauſſa publicanorum uſum eſſe, qua tamen publicanorum voluntatem offenderit: non potuit eadem re conſequi Lentulus ne publicanos offenderet. Debet ergo hic aliud nomen eſſe quam æquitas, ſive, facilitas. At nullum aliud eſſe poteſt niſi felicitas. Legendum igitur, ut edidi, *felicitate quidem vellem conſequi pot.* vel, quod malim, *felicitate tamen vellem conſequi potuiſſ.* Lambin.

Ne ejus ordinis] Equeſtris, ex quo erant publicani. *Corrad.*

Hominum] Publicanorum. *Idem.*

Scis quam graviter inimici ipſi illi Q. Scævolæ fuerint] Cujus Quæſtor Rutilius Ruffus damnatus eſt, quod cum Prætore conſenſerit ſuo, ne publicani aliquid agerent in provincia ſua Aſia, cui Scævola ipſe ſolos novem menſes præfuit. *Idem.* Elegantius geminato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

fuerint. Tibi tamen ſum auctor, ut ſi quibus rebus poſſis eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges. Id etſi difficile eſt, tamen mihi videtur eſſe prudentiae tuae. Vale.

nato provocabulo δειλινῶς ſeu ἐμφατικῶς Pall. o. Victor. Medic. cod. Stewech. Gruterianus tamen: *ipſi & illi Q. Scæv.* Paullo ante legebant duo Pall. præſtantiſſimi, tert. quart. *Tandem non deſinam tua decreta defendere.* paullo poſt ſcripſi ex omnibus MSS. numero octo; editionibus dein melioribus, *ut ſi quibus rebus poſſis.* vulgo *ſi* omiſſum. *Gebhard.*

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

Vnam hanc ſubeſſe cauſſam video cur hanc epiſtolam ſcripſerit, ut certiorem faceret Valerium de gratiis Lentulo Ciliciæ proconſuli, a ſe per litteras ejus nomine diligenter actis. nam cetera jocationes merae ſunt, familiarem conſuetudinem & mutuam benevolentiam indicantes. Actio igitur gratiarum, & joca ipſa, quibus tota condita eſt epiſtola, ad morale genus pertinent. nam & jocoſa dicta ſubjecit moribus Ariſtoteles Rhetoricorum lib. 1. *& Cicero in tradenda officiorum doctrina facetias quoque perſecutus eſt.*

M.T.C.S.D. L. VALERIO, IVRISCONSVLTO.

CVr enim tibi hoc non gratificer, neſcio: praeſertim cum his temporibus audacia pro ſapientia liceat uti. Lentulo

CVr enim tibi hoc non gratificer, neſcio] Cogitandum eſt accuratius, an hujus parvæ epiſtolæ principium deſit: nam videtur omnino ſi diligenter prima verba examines, aliquid deſiderari: arguunt enim quædam dicta eſſe, quibus illa reſpondeant: per ſe autem parum apta ſunt initio literarum. quod ſi nonnullis conjecturis, quæ ex paucorum horum verſuum ſententiis, & aliunde etiam non importune duci poſſunt, fides habenda eſt, judices majorem partem ejus amiſſam eſſe, & eam quæ conſervata eſt, magis extremo quam principio literarum propinquam fuiſſe. Non me tamen latet multos credere nihil deſiderari, a verboque *Juriſconſulto*, quod in epiſtolæ inſcriptione eſt, regi ſenſum & ſtructuram conſequentium verborum, ut familiariter cum eo jocetur, faceteque hominem irrideat, qui ſe juriſconſultum haberi & appellari vellet, cum non eſſet fortaſſe valde juriſconſultus. quia tamen hoc mihi parum ſatisfacit, nolui quin meam de hac re ſententiam notam facerem, prætermittere. eſt enim opinio illa commentitia, & nulla auctoritate aut teſtimonio confirmata: & prima illa verba, in quibus jocus ineſſe debebat, nul-

lam

tulo noſtro egi per litteras tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim deſinas jam noſtris litteris uti, & nos aliquando reviſas: & ibi malis eſſe ubi aliquo numero ſis, quam iſtic ubi ſolus ſapere videare. Quanquam qui iſtinc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas: partim contumelioſum, quod male reſpondeas. Sed jam cupio tecum coram jocari. Quare fac ut quamprimum venias, neque in Apuliam tuam accedas, ut poſſimus ſalvum veniſſe gaudere. Nam illo ſi veneris, tanquam Vlyſſes, cognoſces tuorum neminem. Vale.

lam in ſe leporis rationem, aut ſpeciem habere videntur. *Victorius.* Jam accurate olim de hac re diſputavimus, totque argumentis ſententiam noſtram confirmavimus, ut nihil nunc addere poſſimus, neque etiam neceſſarium eſſe exiſtimemus. Nam quod putant nonnulli, ſe exemplis iis (quibus declararunt aliarum quoque epiſtolarum initia ex titulis pendere) quod volunt comprobaſſe, nullam vim habet: neque enim nos id negamus: ſed quod tunc docuimus, ſententiam illam frigidam eſſe arbitramur. nunquam autem nobis obſcurum fuit, quoſdam ſenſus in principiis epiſtolarum ex titulis pendere: nam ille etiam hujuſcemodi eſt, CURIUS M. CICERONI SUO SAL. S. V. B. *ſum enim* χρήσει μὲν *tuus*, κτήσει δὲ *Attici noſtri.* Illud denique ſuſpicionem nobis hanc movit, quod totam epiſtolam ante ad exitum perveniſſe videmus, quam aliquid epiſtola dignum in ea expoſitum ſit. Aliud denique eſt quod hic deſideramus, & quod facit ut non parvam partem ipſius amiſſam eſſe credamus. *Idem.* Vide Manut. *Gratificer*] Ut te Juriſconſultum appellem. *Corrad.*

Tibi hoc non grat.] Inficetæ editiones vulgatæ, *tibi hoc uno.* Suſtuli illud *uno* ſuppoſito *non* auctoritate & editionum & MSS. omnium. *Gebhard.*

Quanquam qui iſthinc veniunt] Vulgo, *qui iſthinc nunc veniunt.* unde conjectura Guilielmius volebat, *huc ven.* ſed τὸ *nunc* abjurant tres Pall. (nam in quarto ejus loco abſtruſius fuiſſe conjicio ex raſura) Grut. Stewech. ſicut & illud *te* paullo poſt: *ut poſſimus ſalvum veniſſe gaudere*, ſuaſit omnium MSS. tum Vatic. quoque editionis primæ, ac Victorianæ. *Idem.*

Quod nihil reſpondeas] Conſulas, vel des conſilium dicerent noſtrates juriſconſulti. *Corrad.* Vid. P. Manut.

Poſſimus ſalvum te veniſſe gaudere] Verba ex Comicis, præſertim ex Plauto ſumpta. *Corrad.*

Tanquam Vlyſſes cognoſces tuorum neminem] Ille quidem ſimulatione utens, ſed tu ſuperbe deſpiciens. Sed nec *Vlyſſes* primo patriam recognovit. *Corrad.* vid. P. Manut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD C. CVRIONEM, ET CETEROS,

LIBER II.

EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

Diſtribuitur hoc argumentum in quatuor partes, morales omnes: in ſingulis enim tum officii tum amoris quaedam elucet ſignificatio. Negotii prorſus abeſt mentio. quae ſit autem cujuſque partis ſententia, videamus. In prima, accuſante Ciceronem Curione quia raro admodum litteras mitteret, ita ſe purgat ut culpam a ſe remotam in eum transferat: officiumque ſuum, ſi non contemni a Curione ſenſerit, in eo genere pollicetur. In ſecunda, abeſſe tamdiu Curionem dolet, quod ejus conſuetudine careat; laetatur, quod abſens maximam laudem conſequatur. In tertia, cum in excitando & acuendo plurimum valeat, ſi laudes eum quem cohortere; aditum ſibi aperit ad cohortandum laudatione propoſita. Et quoniam naturae bona ſummas res gerentibus adjumento maxime ſunt, laudandi materiam capit ab animi ingeniique praeſtantia: quae cum omnibus cognita ſit, expectationem concitatam non tueri turpiſſimum eſt: excuſantur enim, quibus deſunt inſtrumenta naturae: at quibus abunde adſunt, vitio datur, niſi voluntatem cum natura conjungant, & aliquid magna laude dignum aut gerant, aut conentur ſaltem. Nec mirum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

laudari eum a natura, cum & in libro de claris Oratoribus ita ſcriptum Cicero reliquerit: Curio, a magiſtris parum inſtitutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum. *In quarta, cum & ipſe Curioni & ei Curio plurimum debeat, modeſte petit, ut imitetur ſuam conſuetudinem in praeſtanda meritorum memoria, ſeque jam tam ſeneſcentem complectatur ac foveat officiis ſuis. Scripta videtur, Calvino & Meſſalla Coſſ.*

M. T. C. S. D. C. CURIONI.

QUanquam me nomine negligentiae ſuſpectum tibi eſſe doleo, tamen non tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meum, quam jucundum requiri: praeſertim cum in quo accuſabar, culpa vacarem: in quo autem deſiderare te ſignificabas meas litteras, prae te ferres perſpectum mihi quidem ſed tamen dulcem & optatum amorem tuum. Equidem neminem praetermiſi quem quidem ad te perventurum putarem, cui litteras non dederim. etenim quis eſt tam ſcribendo impiger quam ego? A te vero bis terve ſummum, & eas perbreves accepi. Quare ſi iniquus es in me judex, condemnabo eodem ego te crimine: ſin me id facere noles,

te

A*D te perventurum*] In Aſiam. *Corradus.*

Quis eſt tam in ſcribendo impiger, quam ego? a te vero bis terve ad ſummum] Veteres codices ambas has dictiones *ſcribendo* & *ſummum* ſine præpoſitionibus habent, ut etiam ad Appium, *Committere ut negligens ſcribendo fuiſſe videar. Summum* ſæpe invenias adverbialiter ſine præpoſitione, ut in epiſtola ad Meſcinium in bonis codicibus, *Excepto uno, aut ſummum altero.* Ad Atticum lib. XII. etiam in vulgatis recte, *Scies igitur fortaſſe cras, ſummum perendie.* Item l. XIII. *Expectabam hodie, aut ſummum cras, ab eo tabellarios.* Victorius. *Quis eſt tam ſcrib. imp.*] Delevi particulam *in* auctoritate Victorii, Pal. pr. ſec. quint. Grut. licet eam reperiſſe affirmet in tribus Manutius. Ceterum initium hujus periodi valde variat in MSS. Pal. tert. Stewech. *Quis enim eſt.* Omnino veriſſima lectio Gruteriani liquet, *Enim quis eſt tam ſcribendo*: ut illud *&* præfixum ſit ab indocto & naſuto Magiſtello. *Gebhard.* *A te vero bis terve ſummum & eas perbreves accepi*] Diligentiſſimus Victorius ſic ex ſuo libro edidit, cui tradunt aſſenſus ſuos Pal. pr. ſec. Grut. Stewech. Martin. vulgati, *ad ſummum.* Idem. Lectionem quam reſtituit Victorius prioris loci aſſerunt Palat. prim. ſecund. quint. Grut. Amſterodamenſ. alterius vero itidem Pal. pr. ſec. Grut. Stewech. Martin. codd.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

te mihi aequum praebere debebis. Sed de litteris hactenus. non enim vereor ne non ſcribendo te expleam: praeſertim ſi in eo genere ſtudium meum non aſpernabere. Ego te abfuiſſe tamdiu a nobis & dolui, quod carui fructu jucundiſſimae conſuetudinis: & laetor, quod abſens omnia cum maxima dignitate es conſecutus: quodque in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna reſpondit. Breve eſt quod me tibi praecipere meus incredibilis in te amor cogit: tanta eſt exſpectatio vel animi vel ingenii tui, ut ego te obſecrare obteſtarique non dubitem, ſic ad nos conformatus rever-

Non enim vereor ne non ſcribendo te expleam] Id eſt, ſatisfaciam animo tuo. Quod ſic Terentius in Hecyra: *Exple illius animum.* N. Scelſ.

Et dolui, quod carui fructu jucundiſſimæ conſuetudinis; & lætor] Ita ſcribo ex editione Victorii; & fere omnibus Pall. nam *dolui* habet Vict. Pal. pr. Vatican. & τὸ *tuæ* ignorant quinque Pall. ſex Manut. Grut. aliique. vulgo: *& doleo quod c. fr. juc. conſ. tuæ; & lætor.* Gebhard. In Amſterodamenſi quoque non legitur, *tuæ.*

Quodque in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondit. Breve] Sunt qui exiſtiment ſe ſolos hunc locum recte diſtinxiſſe, qui vereor ne decepti ſint: ego enim ſenſum, qui ex priore interpunctione eliciebatur, veriorem eſſe puto: Cum enim cauſſam ſupra diligenter reddidiſſet, cur unam & eandem ob rem diverſis de cauſis & dolorem & voluptatem cepiſſet: addidit, ſe præterea abſentia illius lætatum eſſe, quod omnibus in rebus felix fortunatuſque fuiſſet, adeo ut nihil a fortuna poſtulare potuerit, quod ipſi proſperum eveniret, quin illa Curioni cumulate largita ſit: id enim eſt *reſpondere optatu.* nam particula *que* ſi accurate perpendatur, manifeſto oſtendit, cum ſuperiore ſententia hanc partem conjungi debere. Quia tamen magna in re leviter Cicero illum admonere vult, ne ferocis animi adoleſcens ægre ferret (iniquo enim animo ea ætas reprehenſiones accipere conſuevit), ideo *breve* eſſe dicit, & ſe propter admirabilem amorem illud reticere non poſſe affirmat. Quid autem ſit ſtatim exponit, poſtquam benevolentiam illius ſibi reconciliavit, & ſpiritus nobiliſſ. adoleſcentis aliquantulum mitigavit. *Victorius.* *Reſpondit. Breve*] Hæc interpunctio mihi videtur recta: quamvis aliter ſentiat Manutius: a quo peto ut bona ejus venia ab eo diſſentire liceat. *Lambin.*

Sic ad nos confirmatus] Legendum fortaſſe eſt, *conformatus.* Lambinus. *Sic ad nos conform. revertare*] Hanc exhibet in ſua editione lectionem Victorius, quam & nos recepimus adducti conſenſu Pall. prim. ſec. quint. Vatican. editionis principis. In Grut. eſt vulgi lectio *confirmatus*, cum ſuperſcripta gloſſa, *inſtitutus*; Manutius tractum a ponderibus putat, quæ non facile ſuſtinent imbecilli. ſed non opus eſt hoc effugio: *conformat ſe* qui ſe præparat exſpectationi ſuſtinendæ. *Gebhardus.* Amſterodam. *conformatus*, hoc eſt, ſic inſtitutus, talibus moribus animique bonis inſtructus. Hoc ſenſu enim ſæpe *formare* & *conformare*, nec non *informare* ponuntur. Cic. pro Arch. *Animum & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam.* Ibid. *Quod ſi hæc vox hujus hortatu præceptiſque conformata nonnullis aliquando ſaluti fuit.* Juſtin. de Pythagora: *Magnis ſapientiæ incre-*

ſevertare, ut quam exſpectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere ac tueri poſſis. Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam ulla nunquam delebit oblivio, te rogo, ut memineris, quantaecunque tibi acceſſiones fient & fortunae & dignitatis, eas te non potuiſſe conſequi, niſi meis puer olim fideliſſimis atque amantiſſimis conſiliis paruiſſes. Quare hoc animo in nos eſſe debebis, ut aetas noſtra jam ingraveſcens, in amore atque in adoleſcentia tua conquieſcat. Vale.

EPI-

incrementis formatus. ſic bene MSS. *Grævius.*

Meam tuorum erga me meritorum] Tempore furoris Clodiani. *Corradus.*

Memoriam ulla nunquam delebit oblivio] Puſillum hoc; ſed ita tamen edendum, ut præeunt meliores libri: nempe Victorii, Vatic. Pall. quart. quintus. vulgo, *nulla unquam.* Gebhard.

Niſi meis puer olim f. a. a. conſiliis paruiſſes] Quando te monebam, ut honores, quam opes conſequi malles, id quod Cicero ipſe in Bruto teſtatur. Vel, quando & tibi auctor fui ut tu abſtineres, & patri ut te a M. Antonii familiaritate prohiberet. *Corrad.* Id nimirum inter cætera ſignificat, quod eſt in Antonium Philippica ſecunda: *Sumpſiſti*, inquit, *virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. primo vulgare ſcortum, certa flagitii merces, nec ea parva: ſed cito* Curio *intervenit, qui te ex meretricio quæſtu abduxit, & tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locavit. nemo unquam puer emptus libidinis cauſſa, tam fuit in domini poteſtate, quam tu in* Curionis. *quoties te pater ejus domo ſua ejecit? quoties cuſtodes poſuit, ne limen intrares? quum tamen tu nocte ſocia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere: quæ flagitia domus illa diutius ferre non potuit. ſciſne me de rebus mihi notiſſimis dicere? recordare tempus illud, quum pater* Curio *mærens jacebat in lecto, filius ſe ad pedes meos proſternens, lacrymans te mihi commendabat, orabat ut te contra ſuum patrem, ſi ſeſtertium ſexagies peteret, defenderem. tantum enim pro te interceſſiſſe dicebat. ipſe autem amore ardens, confirmabat, quod deſiderium tui diſcidii ferre non poſſet, ſe in exilium eſſe iturum. quo ego tempore tanta mala florentiſſimæ familiæ ſedavi, vel potius ſuſtuli: patri perſuaſi, ut æs alienum filii diſſolveret, redimeret adoleſcentem, ſumma ſpe & animi & ingenii præditum, rei familiaris facultatibus, eumque a tua non modo familiaritate, ſed etiam congreſſione patrio jure & poteſtate prohiberet. hæc tu quum per me acta meminiſſes, niſi illis quos videmus gladiis confideres, maledictis me provocare auſus eſſes?* Hæc Cicero. Quæ & Plutarchus confecta a Cicerone confirmat, in M. Antonii vita. *Bernard. Rutilius.*

In adoleſcentia conquieſcat] Expunxi ut ſupervacuum *tua*, auctoritate Pall. pr. ſec. quint. Grut. in aliis tranſpoſite, *adoleſcentia conquieſcat tua.* ſicut in Peckii libro. Ven. edit, ac Manutii. *Gebh.* *In amore atque in adoleſcentia tua conquieſcat*] Sic MSS. omnes, quos ego verſavi; ſic & V.C. N. Scelſi, niſi quod deleat alterum *in.* Et ſane *tua* non ſuperfluum eſt, nec expungendum cum Gebhardo, ſed neceſſarium plane. Nemo enim aliter loqueretur. *Grav.*

EPISTOLA II.

Argumentum.

De Curionis patris interitu ſignificat, ac ſe illi parentis loco futurum pollicetur. Verum cui credibile videatur, ad Curionem in Aſiam de patris ejus obitu tantulam epiſtolam eſſe conſcriptam? mihi quidem non fit veriſimile. itaque libenter & hanc & eam quae ſequitur epiſtolam conjunxerim, argumento etiam poſtulante: nam ea munera declarari a Rupa liberto, id eſt, oſtendi & promitti populo, Curio filius exoptabat, quae ipſe poſtea, in urbem reverſus, patri mortuo daret. in quo tamen veterum librorum conſenſu deterreor, qui a ſententia mea plane omnes diſcrepant. Eodem anno.

M. T. C. C. CURIONI S. D.

anno eodem.

ex consulatu enim Macedoniam sortitus res in illa Provincia fortiter gessit & triumphavit.

aberat enim Curio filius in Asia quaestor.

GRavi teſte privatus ſum amoris ſummi erga te mei, patre tuo, clariſſimo viro: qui cum ſuis laudibus tum vero te filio ſuperaſſet omnium fortunam, ſi ei contigiſſet ut te ante videret quam a vita diſcederet. Sed ſpero noſtram amicitiam non egere teſtibus. Tibi patrimonium dii fortunent. Me certe habebis cui & carus aeque ſis & jucundus, ac fuiſti patri.

P*Atre tuo*] C. Scribonio Curione. *Corrad.*

Clariſſimo viro]. Conſulatu, quem cum Cn. Octavio geſſit: eloquentia, & rebus geſtis in Macedonia, de qua etiam triumphavit. *Idem.*

Cui & carus aque ſis & jucundus] Sic Victorius, Pal. pr. Grut. Stewech. nam Vatic. Pal. ſec. *cui & carus atque ſis & perjocund.* vulgo: *cui carus aeque ſis & perjucundus.* Gebhard. Confirmatur lectio Victorii auctoritate MS. Amſterodam. & primi Graeviani.

EPISTOLA III.

Argumentum.

Excuſat libertum Rupam, quia munera populo non promiſerit: quod ei Curio mandaverat. totum conſilium de dandis muneribus impro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

improbat, & quia nihil expediant male affectae reipub. & quia divitias potius quam virtutem oſtendant. Summam, ait, exſpectationem de ejus virtute ingenioque concitatam: quam ſi ſuſtinuerit, id fore praſtantius omnibus muneribus. Concludit ſignificatione benevolentiae ſuae. Tota moralis eſt epiſtola: diſſuadet enim a muneribus dandis. Eodem anno.

M. T. C. C. CVRIONI S. D.

RVpae ſtudium non defuit declarandorum munerum tuo nomine: ſed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum quidquam te abſente fieri quod tibi, cum veniſſes, non eſſet integrum. Equidem quid ſentiam aut ſcribam ad te poſtea pluribus, aut, ne ad eam meditere, impara-

NEmpe ſtudium non defuit*] Sic fere in omnibus excuſis libris: Alii pejus adhuc *ſtudium meum* legunt. Quomodo enim poteſt ſtudium ſuum in eo negotio non defuiſſe dicere, cum id ſibi non placuiſſe oſtendat, ſeque cum aliis auctorem fuiſſe ne fieret? Erat hic certe locus valde obſcurus: ego tamen mihi videor in antiquo Mediceo codice veram lectionem repeiſſe. Deleta erat in eo prima hujus epiſtolæ dictio, ut nullum omnino veſtigium ejus ſupereſſet, aliaque manu repoſitum *nempe*. Sed quia in veteribus codicibus ante ſingulos libros notata ſunt initia omnia epiſtolarum, quæ eo volumine continentur, cum titulis etiam & eorum qui ſcribunt, & ad quos miſſæ ſunt, ut facilius, credo, lector invenire poſſet quas vellet, indicem illum aſpexi, in quo ſic eſt *M. Cicero S. D. Curioni. Rupæ ſtudium,* Quam puto eſſe ſinceram, & incorruptam lectionem. *Rupa* enim nomen eſſe arbitror liberti ipſius Curionis, quem ille cum mandatis Romam miſerat, quorum unum fuerat, ut declararet munera ſuo nomine: quod cum ab eo factum non fuiſſet, excuſat illum nunc Cicero, docetque per *Rupam* non ſtetiſſe quominus quod imperatum erat, faceret: ſummum enim in illo ſtudium fuiſſe, ut id negotium conficeretur: ſe tamen, alioſque ſuos conſulto impediviſſe, ut poſtea accurate exponit. *Victorius.* *Nempe*] Al. *Nuper.* al. *Rupæ*: ut ſit liberti alicujus nomen, cui id mandatum eſſet. *Corrad.* *Rupæ ſtud. non def.*] Solus Pal. primus hanc lectionem præfert: nam tert. *id ſuper ſtudium non d.* Gruter. *ſuper ſtudium.* Mire hanc (nam veriſſima eſt) indagatus eſt Victorius, eum ſecuti, Lambinus aliique, diſſimulant. Vulgo peſſime, *nempe ſtudium meum non defuit.* Gebhard. In Grævii primo liquido & aperte ſcriptum, *Rupæ ſtudium non defuit.* In Amſterodam. *Rupæ nuper ſtudium non defuit.* Mentel. *Nuper non defuit ſtudium.*

Declarandorum] Promittendorum in funere patris tui. *Corradus.*

Munerum] Hoc eſt, *ludorum gladiatoriorum.* vid. P. Manut. Hos erat editurus in funere patris. vid. Plin. XXXVI. 15.

Equidem quid ſentiam] Sic optimus cod. Med. Sic Vatic. ſic Victorius edidit. Grut. Pal. tert. *equidem ſententiam.* Stewech. *equidem ſentiam.* Notat præ-

paratum te offendam, coramque contra iſtam rationem meam dicam: ut aut te in meam ſententiam adducam: aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam, quid ſenſerim: ut ſiquando (quod nolim) diſplicere tibi conſilium tuum coeperit, poſſis meum recordari. Brevi tamen ſic habeto, in eum ſtatum temporum tuum reditum incidere, ut iis bonis quae tibi natura, ſtudio, fortuna data ſunt, facilius omnia, quae ſunt ampliſſima in rep. conſequi poſſis quam muneribus: quorum neque facultatem quiſquam admiratur (eſt enim copiarum, non virtutis) neque quiſquam eſt, quin ſatietate jam defeſſus ſit. Sed aliter atque oſtenderam facio, qui ingrediar ad explicandam rationem ſententiae meae. Quare omnem hanc diſputationem in adventum tuum differo. Summa ſcito in exſpectatione te eſſe, eaque a te exſpectari quae a ſumma virtute ſummoque ingenio exſpectanda ſunt: ad quae ſi es, ut debes, paratus (quod ita eſſe confido), plurimis maximiſque muneribus & nos amicos, & cives tuos univerſos, & remp. afficies. Illud cognoſces profecto, mihi te neque cariorem, neque jucundiorem eſſe quemquam.

terea in aliis binis ſuis legi Guilielmius, *equidem meam ſententiam.* Vulgo, *meam quidem ſententiam aut ſcribam.* Gebhard.

Coramque contra iſtam rationem meam dicam] Conſenſio codicum meliorum & hanc lectionem Victorio ac Lambino perſuaſit: & ſic quoque eſt in Pall. pr. ſec. tert. Gruter. nam quart. *contra iſtam tuam rationem dicam ut aut te in meam ſent.* quint. *coramque te contra iſtam rationem dicam.* vulgo, *contra iſtam tuam rat.* Idem. Pro meliore lectione liber etiam vetus Amſterodam. ſtat. & Grævii duo, & Mentel.

Ut iis bonis, quæ tibi natura, ſtudio, fortuna data ſunt] Ingenium natura, doctrinam ſtudio, amicitiam, auctoritatem, dignitatem, divitias fortuna conſequimur. *Nic. Scelſ.*

EPISTOLA IV.

ARGUMENTUM.

Epiſtolarum genera tria ponit; unum, negotiale; alterum, jocoſum; tertium, ſeverum: quorum nullo ſibi nunc uti licere demonſtrat, ut oſtendat ſe, cum nullum ſcribendi ſuppetat argumen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mentum, facere coactum, quod fecit etiam in ſuperioribus litteris, ut eum hortetur ad amplectendam remp. in magnis difficultatibus conſtitutam; cujus officii cauſſam confert in benevolentiam ſuam. Nihil habet epiſtola, quod morale non ſit. Eodem anno.

M. T. C. C. CVRIONI S. D.

EPiſtolarum genera multa eſſe non ignoras: ſed unum illud certiſſimum, cujus cauſſa inventa res ipſa eſt, ut certiores faceremus abſentes, ſi quid eſſet quod eos ſcire aut noſtra aut ipſorum intereſſet. Hujus generis litteras a me profecto non expetis. Tuarum enim rerum domeſticarum habes & ſcriptores, & nuntios. In meis autem rebus nihil eſt ſane novi. Reliqua ſunt epiſtolarum genera duo, quae me magnopere delectant: unum familiare, & jocoſum: alterum ſeverum, & grave. Vtro me minus deceat uti, non intelligo. Iocerne tecum per litteras? civem mehercule non puto eſſe qui temporibus his ridere poſſit. An gravius aliquid ſcribam? quid eſt quod poſſit graviter a Cicerone ſcribi ad Curionem, niſi de rep. Atque in hoc genere haec mea cauſſa eſt, ut neque ea quae non ſentio ve-

E *Piſtolarum genera multa eſſe*] Simile exordium in ep. ad Att. v, 5. *Guilielm.*

Hujus generis litteras a me profecto non expetis] Sic habetur in Pall. tert. quint. eratque item in ſec. ac quarto, præ ceteris manus corruptrices expertis: pro quo in hoc *expectes*, in illo *exſpectus*. ſed *expetis* quoque adnotat ex Stewech. Guilielmius, firmatque Pal. pr. exhibendo *expetas*. Vulgo *expectas*. alii *exſpectabis*. Gebhard.

Tuarum enim rerum domeſticarum habes ſcriptores] *Domeſticos* habet antiquus liber, pro *domeſticarum*: & ita opinor ex loco ſimili legendum eſſe. *F. Urſinus.*

Quæ nunc ſentio] Nedum quæ futura puto. *Corradus.* *Ut neque ea quæ non ſentio*] Recte hoc Manutius ex ſuis libris ac Medic. exſtat quoque hæc lectio in quinque Pall. Grut. Stewech. vulgo: *quæ nunc ſentio.* Gebhardus.

Ut neque ea quæ nunc ſentio velim ſcribere] Non injuria quis exiſtimet hunc eſſe mutilum locum. Equidem hoc fere modo ſcripſiſſe Ciceronem auſim dicere: *Atque hoc in genere hæc mea cauſſa eſt, ut neque ea quæ cupio poſſim, neque ea quæ nunc ſentio velim ſcribere.* Videtur enim *quæ* repetitio librariis peccandi anſam præbuiſſe. Ac ſimiliter fere libro primo ante ultimum epiſtola III ad Caſſium dicit: *De rep. enim nihil ſcribere poſſum. neque enim quod ſentio libet ſcribere.* G. Canterus. Scriptura quæ Manutio & Grutero probatur, reperitur in omnibus quatuor MSS. quibus uſus eſt Grævius.

velim ſcribere. Quamobrem, quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum relictum eſt, utar ea clauſula qua ſoleo, teque ad ſtudium ſummae laudis cohortabor. Eſt enim tibi gravis adverſaria conſtituta, & parata, incredibilis quaedam exſpectatio: quam tu una re facillime vinces, ſi hoc ſtatueris, Quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eae laudes comparantur, in iis eſſe laborandum. In hanc ſententiam ſcriberem plura, niſi te tua ſponte ſatis incitatum eſſe confiderem: & hoc quidquid attigi, non feci inflammandi tui cauſſa, ſed teſtificandi amoris mei. Vale.

Quorum laud. gl. admiraris] Al. *Adamaris.* Corrad. *Quarum laudum gloriam adamaris*] Sic edidit P. Victorius: ſic habent codices Memmiani. vulgati autem plerique, quibuſcum conſentiunt tamen nonnulli veteres, *admiraris.* Lambin. Cave credas Viro doctiſſimo, qui Var. Lect. lib. 3. c. 3. *adhamaris* legendum eſſe nobis perſuadere ſtudet.

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

Remp. domeſticis malis laborare ſignificat: Curioni gratulatur quod abſit, vel quia civiles miſerias non videat, vel quod ibi ſit ubi magnam ex recte factis laudem conſequatur. Poſtremo hortatur eum ad ſuſcipiendam remp. ejus maxime patrocinio indigentem. Eodem anno.

M. T. C. C. CVRIONI S. P. D.

HAec negotia quomodo ſe habeant, ne epiſtola quidem narrare audeo. tibi, etſi ubicunque es (ut ſcripſi ad te antea) in eadem es navi, tamen quod abes gratulor: vel quia non vides ea quae nos: vel quod excelſo & illuſtri loco ſita ſit laus tua, in plurimorum & ſociorum & civium conſpectu: quae ad nos nec obſcuro nec vario ſermone,

E*Tſi ubicunque es, (ut ſcripſi ad te antea) in eadem es navi*] In communi periculo. *Corradus.* *Tamen quod abes*] In Aſia. *Idem.*

mone, ſed & clariſſima & una omnium voce perfertur. Vnum illud neſcio gratulerne tibi, an timeam, quod mirabilis eſt exſpectatio reditus tui: non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non reſpondeat: ſed, mehercule, ne cum veneris non habeas jam quod cures: ita ſunt omnia debilitata jam prope & exſtincta. Sed haec ipſa neſcio rectene ſint litteris commiſſa: quare cetera cognoſces ex aliis. Tu tamen ſive habes aliquam ſpem de rep. ſive deſperas, ea para, meditare, cogita, quae eſſe in eo civi ac viro debent, qui ſit remp. afflictam & oppreſſam miſeris temporibus ac perditis moribus, in veterem dignitatem ac libertatem vindicaturus.

Sed & clariſſima & una omnium voce perfertur] Sic cum Lambin. & pleriſque MSS. volui. Victorius tamen edidit: *ſed & clariſſima & una, una omnium voce perfertur*; cui fere in omnibus accedit Pal. prim. *ſed & clariſſima & una & una omnium voce perſ.* quart. *& clariſſima & una omnium & viva voce perſ.* Gebhardus. Lectionem editam firmant Amſterodamenſ. Mentel. Grævii duo libri.

Ita ſunt omnia deb. jam prope & exſt.] Primæ impreſſionis lectionem exhibui inventam quoque in Pall. ſec. tert. quart. Peck. Gruter. Stewech. tamen ut Lamb. ediderat, *debilitata jam, & prope & exſtincta.* Palat. prim. quint. ſic quoque niſi quod copulam & ſpernant. vulgo, *debilitata, & jam prope exſtincta.* Gebhard. Lectionem, quam expreſſit Gebhardus, aſſerunt Amſterodam. Mentel. Græviani, niſi quod in Mentel. omiſſum eſt *jam*, in Grævii primo vero &.

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Artificioſa commendatio, a ſummo erga Milonem ſtudio deprompta. Partes multae ſunt, omnes ad impetrandum accommodatae. Rei magnitudinem oſtendit: in Curionem officia modeſte commemorat: Curionis in ſe amplificat, & in referenda gratia parem voluntatem pollicetur. Atque haec quaſi prooemii loco ſunt. Narratio autem, quaecunque ad impetrandum valent, omnia comprehendit: ſumma petentis cupiditas oſtenditur in eo, Ego omnia ſtudia: *cupiditas autem honeſtae rei, quia ſubjungitur,* Non officii ſolum fructum, ſed etiam pietatis laudem. *Et quoniam aliena minus quam noſtra nobis curae ſunt, occurrit huic ſuſpi-*

ſuſpicioni, cum inquit, Neque vero cuiquam ſalutem ac fortunas ſuas. *Petimus interdum quae fieri vix poſſunt: at Cicero, cum dixerit jam*, Peto id quod maxime cupio, quod cupere debeo, quod mihi tanti eſt ut in eo omnia mea poſita eſſe decreverim, *ſubjungit*, Poſſe te intelligo id quod tantopere cupio. *Auget etiam commendationem, cum de conſenſu ſtudioque bonorum adjungit; ideo dixit illa*, Habemus haec omnia, bonorum ſtudium, *& quae ſequuntur. Poſtremo loco neque nos immemores, neque eum cui petimus, aut ingratum fore promittimus, adjuncta ejus laude, ut non ſolum velle amicorum cauſſa ſed etiam poſſe videatur: quod utrumque attigit Cicero. nam de ſe ipſo cum dixiſſet*, Si me memorem, ſi gratum, *deinde poſuit*, De ipſo T. Annio. *Quod ſi res non amico tantum ſed nobis etiam dignitatem aut commodum afferat, plus omnino habet ponderis commendatio. dixit igitur:* Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adjunxeris. *Concluſio optima, id nobis fore gratiſſimum, & id eum a quo petimus praeſtare poſſe. Quae qui omnia diligenter attendet, profecto artem ſibi aliquam ad commendandum componet: quando haec, ſi non omnia, pleraque certe, mutatione leviſſima, ad varios uſus transferri facile poſſunt. Eodem anno.*

anno eodem.

M.T.C. C. CVRIONI S. P. D.

NOndum erat auditum te ad Italiam adventare, cum Sextum Villium, Milonis mei familiarem, cum his ad te litteris miſi. Sed tamen cum appropinquare tuus adventus

SExt. *Julium*] *Servilium* plures habent libri. *Corrad. Cum Sex.Villium, Milonis mei familiarem*] Ita eſt in manuſcripto: Manutius autem fecit *Sex. Julium*, mihi placeret *Servilium*. Urſin. *Sext. Vill.*] Hoc nomen præferunt editionum optimæ Vict. ac Manut. extatq; ea lectio in Pal.pr.Vat. alii hic mihi *Sextum Julium*, alii *Servilium* citant, quæ nomina tantum a manu radente reſpondent in libris noſtris. *Gebh.* Amſterodam. *Cum Servilium Julium Milonis fam.* Mentel. *Cum Servilium Milonis mei fam.* Græv. ſec. *Cum Sextum Julium Milonis mei fam.* Græv. prim. *Cum Servum Julium*: ſic & in aliis libris fuiſſe videtur: unde natum *Sextum Julium*, & *Sextum Villium*. Rectum autem puto eſſe *Servilium*, quod & in codice Nic. Scelſi; & in pluribus aliis inveniri Corradus teſtatur. *Græv.*

Vel

ventus putaretur, & te jam ex Aſia Romam verſus profectum eſſe conſtaret, magnitudo rei fecit ut non vereremur, ne nimis cito mitterem, cum has quam primum ad te perferri litteras magnopere vellemus. Ego ſi mea in te eſſent officia ſolum, Curio, tanta quanta magis a teipſo praedicari quam a me ponderari ſolent, verecundius a te ſi qua magna res mihi petenda eſſet, contenderem. Grave eſt enim homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo de quo ſe bene meritum putet: ne id quod petat exigere magis quam rogare, & in mercedis potius quam beneficii loco numerare videatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipſa novitate meorum temporum clariſſima & maxima beneficia exſtiterunt: eſtque animi ingenui, cui multum debeas eidem plurimum velle debere: non dubitavi id a te per litteras petere quod mihi omnium eſſet maximum, maximeque neceſſarium. Neque enim ſum veritus, ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia non poſſem: cum praeſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando, cumulandoque illuſtrare poſſet. Ego omnia mea ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis

Vel ipſa novitate meorum temporum] Tempore exilii.

Ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia non p.] Ablegant *τὸ beneficia* in charonium quinque Pall. Grut. editio Victorii: ſicut paullo poſt *τὸ tantam*. Gebh. Amſterodamenſis & Græv. primus liber utramque ſcripturam firmant, niſi quod Grævii liber pro *tantam* legit *tuam*.

Quam non vel capere animus meus in acc. vel in rem. cumul. que ill. p.] Reddiderunt hæc ſuo vigori Vict. ac Lamb. ſic mihi quoque conſpecta in omnibus Pall. Gruter. Vatic. Stewech. Vulgo totus complexus ſic edebatur: *Neque enim ſum veritus, ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia beneficia non poſſem: cum præſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam tantam, quam vel non capere animus meus accipiendo: vel remunerando cumulandoque illuſtrare poſſet*. Nihil, ne latum quidem unguem a MSS. diſceſſimus. *Gebhardus*. Amſterodamenſis & hic aſſentitur melioribus libris, niſi quod omittat *quam*, & tranſponat *non vel*, ſcribatque *vel non*. Grævii vero primus, *Quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulare atque illuſtrare poſſet*. quod mihi valde blanditur, & Cicero ſic ſcripſiſſe videtur. Bernardus Rutilius legit, *vel in remunerando cumulando illuſtrare poſſit*. Græv.

In Milonis Conſulatu] Quem tunc

cum

lonis conſulatu fixi, & locavi: ſtatuique in eo me non officii ſolum fructum, ſed etiam pietatis laudem debere quaerere. Neque vero cuiquam ſalutem ac fortunas ſuas tantae curae fuiſſe unquam puto, quantae mihi ſit honos ejus, in quo omnia mea poſita eſſe decrevi. Huic te unum tanto adjumento eſſe, ſi volueris, poſſe intelligo, ut nihil ſit praeterea nobis requirendum. Habemus haec omnia: bonorum ſtudium conciliatum ex tribunatu, propter noſtram (ut ſpero te intelligere) cauſſam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum, liberalitatemque naturae: juventutis & gratioſorum in ſuffragiis ſtudia, propter ipſius excellentem in eo genere vel gratiam, vel diligentiam: noſtram ſuffragationem, ſi minus potentem, at proba-

cum P. Plaucio Hipſeo, & Q. Metello Scipione petebat. *Corrad.*

Statuique in eo me non officii ſolum fructum] Vid. P. Manut.

In quo omnia mea ſtudia poſita eſſe decrevi] Nos dictionem illam *ſtudia* ex vetuſtis codicibus & reipſa, vacare judicavimus, ideoque delevimus. Dicit autem omnia ſua ſe in Milone decreviſſe poſita eſſe, id eſt, omnes ſuas fortunas, & omnem vitæ ſuæ ſtatum ita voluiſſe in illo poſita eſſe, ut ex illo penderent, quemadmodum in Tuſculanarum lib. V. *Qui autem poteſt eſſe celſus & erectus, & ea quæ homini accidere poſſunt, omnia parva ducens (qualem ſapientem eſſe volumus) niſi omnia ſibi in ſe poſita eſſe cenſebit?* Eadem ratio eſt vocis illius *Beneficia* quam paucis ſupra verſibus non neceſſario in oratione ſitam (intelligebatur enim) omiſimus; ſed hec ea etiam in veteribus libris erat: verum multa his ſimilia, quæ per ſe patebunt, ſi quis acute attendere volet, tranſibimus, ne videamur ex minutis omnibus animadverſionibus ambitioſe laudem velle aucupari, & lectorum ingeniis penitus diffidere, quorum ſperamus majorem partem, indicata tantum antiqua & incorrupta lectione, reliqua per ſe cognituram, ambarum ſaltem lectionum collatione facta. *Victorius.*

Te unum] Tanquam juventutis principem. *Corrad.*

Ex tribunatu] Ipſius Milonis. *Idem.*

Cauſſam] Reſtitutionis. *Idem.*

Propter magnificentiam munerum] In quæ Milo tria effudiſſe patrimonia dicitur, ut plebem & infimam multitudinem deliniret. *Idem.* *Propter magnificentiam munerum, liberalitatemque naturæ*] Sic Grut. Pall. ſec. tert. quart. ad marginem; quint. edit. prima, Stewech. Peckii *libertatem.* alias quart. in textu, *liberalitatemque neceſſariæ juventutis.* Gebhard.

Juventutis & gratioſorum in ſuffragiis ſtudia] Non eſt hæc vulgarium edit. lectio ſed omnium MSS. editioniſque Vict. ipſiuſque cod. Medic. cui parcere debebat Manut. neque *ſtudia* ſine conſilio ac ſuaſu librorum temere ejicere ut gloſſema. *Gebhardus.* *Studia* etiam agnoſcunt Amſterodam. Mentel. Græviani, niſi quod in altero *ſtudiorum.*

Si minus potentem, at probatam] In Pall. ſec. tert. ceteriſque omnibus, ſicut & editione vetuſtiſſima *ac probat.* placuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

probatam tamen, & juſtam, & debitam, & propterea fortaſſe etiam gratioſam. Dux nobis & auctor opus eſt, & eorum ventorum quos propoſui, moderator quidam & quaſi gubernator: qui ſi ex omnibus unus optandus eſſet, quem tecum conferre poſſemus non haberemus. Quamobrem, ſi me memorem, ſi gratum, ſi bonum virum, vel ex hoc ipſo quod tam vehementer de Milone laborem, exiſtimare potes: ſi dignum denique tuis beneficiis judicas: hoc a te peto, ut ſubvenias huic meae ſollicitudini, ut huic meae laudi, vel (ut verius dicam) prope ſaluti tuum ſtudium dices. De ipſo T. Annio tantum tibi polliceor, te majoris animi, gravitatis, conſtantiae, benevolentiaeque erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem. Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adjunxeris, ut eundem te facile agnoſcam fuiſſe in laude mea qui fueris in ſalute. Ego, ni te videre ſcirem, cum ad te haec ſcriberem, quantum officii ſuſtinerem, quantopere mihi eſſet in hac petitione Milonis omni non modo contentione ſed etiam dimicatione elaborandum, plura ſcriberem. Nunc tibi omnem rem atque cauſſam, meque totum commendo atque trado. Vnum hoc ſic habeto: ſi a te hanc rem impetraro, me paene plus tibi quam ipſi Miloni debiturum. non enim mihi tam mea ſalus cara fuit, in qua praecipue ſum ab illo adjutus, quam pietas erit in referenda gratia, jucun-

placuit tamen Stewechiani cod. ſcriptura, quam præceperunt Vict. Lambin. Manut. vulgo, *approbatam*. Gebhard. Mentelianus *at probatam*. Græv. prim. *ad probatam*. ſecund. & Amſterodam. *ac probatam*.

Qui ſi ex omnibus unus optandus eſſet] Licet rejecerit hanc lectionem Guilielm. tamen probatam Victor. ex Medic. cod. (ut eam annotat primæ edit. Egnatius) mihi vero deprehenſam in Pall. pr. quint. Vatic. religio fuit poſtponere, certe elegantiorem ac meliorem mihi viſam vulgata *exoptandus*. Gebhard. Amſterodam. Græv. prim. Mentel. *optandus*.

Vel (ut verius dicam) prope ſaluti tuum ſtudium dices] Arriſit hoc nobis ex antiquiſſima editione; dein Vict. Lambin. Manut. denique MSS. Pal. pr. Vat. Peck. vulgo, *propriæ ſaluti*. Gebhardus.

Cum hæc ad te ſcriberem] Miror quid acciderit Pal. pr. ſec. referentibus, *cum in te hæc ſcriberem*: & tert. Gruter. *quem in te hæc ſcriberem*. Idem.

Eam

jucunda. eam autem unius tui ſtudio me aſſequi poſſe confido. Vale.

Eam autem unius tui ſtudio] Sic in oratione pro Marcello loquitur: *Quis non intelligit, ex unius tui vitam pendere omnium?* Etſi *tuo unius ſtudio* in veteribus etiam libris invenio. *Corradus.* Affirmat audacter Laurentius Vallenſis, legi debere *tuo unius*; quod ita ratio Grammatices poſtulet. Ego autem video Varronem libro III Rei ruſticæ dixiſſe de villa: *At, quum hac ſit communis univerſi populi, illa ſolius tui.* Bern. Rutil.

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

Cum eſſet Cicero proconſul in Cilicia, ex M. Coelii aliorumque litteris, tribunum pl. deſignatum eſſe Curionem cognovit, eique hac epiſtola, tribunatum pl. jam ingreſſo, gratulatus eſt. poſt gratulationem ſequitur cohortatio, tum reip. tum etiam amicitiæ debita: timebat enim Cicero, quod evenit, ne Curio, mutata ſententia, ab optimatibus deficeret. proponit igitur ei temporum vim, rerum varietatem, incertos exitus, flexibiles hominum voluntates: ſuadet, ne cujus conſilium ſequatur, ſe ipſum audiat, ſibi obtemperet. Poſtremo rogat, ne quid ſibi temporis prorogari in provinciae adminiſtratione patiatur. Serv. Sulpicio, M. Marcello Coſſ.

M. T. C. PROCONSVL C. CVRIONI, TRIBVNO PL. S. D.

SEra gratulatio reprehendi non ſolet, praeſertim ſi nulla negligentia praetermiſſa eſt. longe enim abſum: audio ſero. Sed tibi & gratulor, & ut ſempiternae laudi tibi ſit iſte tribunatus exopto: teque hortor ut omnia gubernes & moderere prudentia tua, ne te auferant aliorum conſilia. Nemo eſt qui tibi ſapientius ſuadere poſſit teipſo: nun-

A*Liorum*] Ut M. Antonii. *Corradus.* *Ne te auferant aliorum conſilia*] Ne te patiaris a recta ſententia dimoveri & corrumpi ab Antonio, ſequere tuam ſententiam. *Auferre* eſt corrumpere, deducere, pro quo barbari *ſeducere* dicunt. Ovid.

Auferimur cultu, gemmis auroque teguntur
Corpora, pars minima eſt ipſa puella ſui.

Grævius.

Jn-

nunquam labere, ſi te audies. Non ſcribo hoc temere: cui ſcribam, video: novi animum, novi conſilium tuum. non vereor nequid timide, nequid ſtulte facias, ſi ea defendes quae ipſe recta eſſe ſenties. Quod in id reip. tempus non incideris, ſed veneris (judicio enim tuo, non caſu in ipſum diſcrimen rerum contuliſti tribunatum tuum,) profecto vides quanta vis in rep. temporum ſit, quanta varietas rerum, quam incerti exitus, quam flexibiles hominum voluntates: quid inſidiarum, quid vanitatis in vita, non dubito quin cogites. Sed amabo te cura & cogita nihil novi, ſed illud idem quod initio ſcripſi: tecum loquere & te adhibe in conſilium, te audi, tibi obtempera. alteri qui melius dare conſilium poſſit quam tu, non facile inveniri poteſt: tibi vero ipſi certe nemo melius dabit. Dii immortales, cur ego non adſum vel ſpectator laudum tuarum, vel particeps, vel ſocius, vel miniſter conſiliorum? jam etſi hoc minime tibi deeſt, ſed tamen efficeret magnitudo, vis amoris mei, conſilio te ut poſſem juvare. Scribam ad te plura alias. paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios: ut quoniam ſane feliciter & ex mea ſententia remp. geſſimus, unis litteris totius aeſtatis res geſtas ad ſenatum perſcriberem. De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, quanquam difficili in re atque cauſſa, cognoſces ex iis litteris quas Tharaſoni, liberto tuo, dedi.

Te,

Judicio enim tuo] Quoniam his temporibus Tribunatum petiiſti. *Corrad.*

In ipſum diſcrimen rerum] Quod ex Pompeii & Cæſaris diſſenſione imminebat. *Idem.*

Alteri qui melius dare conſilium poſſit] Sic habent plerique libri & editiones. Pall. tamen tert. quart. quint. totidemque Guilielmii *alter qui melius*, quod exhibet quoque editio prima. *Gebhard.*

Jam etſi hoc minime tibi deeſt] Sic præferunt Pall. pr. ſec. quint. totidem Guilielmii; vulgo *tametſi*, ſupra agnoſcunt Pall. pr. ſec. tert. Grut. *cur ego abſum*: ſicut ſec. non *miniſter* ſed *magiſter*. Idem.

Ex mea ſententia Remp. geſſimus] *Rem geſſimus* magis placet, ut eſt in antiquo. *F. Vrſinus.*

De ſacerdotio tuo] Auguratu, ſive pontificatu. Nam utrumque legimus. *Corrad:* De pontificatu quem ambiit, rogans ut patri ſurrogaretur.

Quanquam difficili in re] Recte ſic Victor. Pall. pr. tert. quint. Med. Stewech. alias *quamque difficili*. Gebhard.

Quas Taraſoni liberto tuo dedi] Hoc

nomen

Te, mi Curio, pro tua incredibili in me benevolentia, meaque item in te ſingulari, rogo atque oro, ne patiare quidquam mihi ad hanc provincialem moleſtiam temporis prorogari. Praeſens tecum egi, cum te tribunum pleb. iſto anno fore non putarem: itemque petivi ſaepius per litteras: ſed tum quaſi a ſenatore nobiliſſimo, tum adoleſcente gratioſiſſimo: nunc a tribuno pleb. & a Curione tribuno: non ut decernatur aliquid novi: quod ſolet eſſe difficilius: ſed ut ne quid novi decernatur: & ut ſenaticonſultum & leges defendas: eaque mihi conditio maneat qua profectus ſum. Hoc te vehementer etiam, atque etiam rogo. Vale.

nomen liberto Curionis indidit editio primitus cuſa, Pal. tert. Gruter. duo Guilielm. Pal. pr. *Tharaſoni*, quint. *Taſſuzoni*. vulgo *Thraſoni*. Idem.

Et ut S. C.] De obtinenda Cilicia provincia per annum. *Corradus.* *Ut Senati conſultum*] Frementibus Magiſtellis produxi hanc lectionem ex editione Victor. ac Pal. prim. Vatic. ut ſæpe Livius. vulgo *Senatus conſultum.* Gebhard.

Leges] Forte, Semproniam, Curiatam, & Corneliam. *Corradus.*

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

Acceptis Coelii litteris, quae lib. VIII *primae leguntur, & cum litteris commentario rerum urbanarum, in quem omnia ſine delectu operarius neſcio qui, a Coelio conductus, retulerat, ineptam Ciceroſedulitatem reprehendit in colligendis leviſſimis rebus. Tum de ſermonibus cum Pompeio habitis, quod Coelius quaeſierat, cum Pompeii laude reſpondet; atque ut ei ſe det, hortatur. Addit de ſuo in provinciam itinere. Clauſula commendatio eſt rerum ſuarum; in quibus hoc praecipue laborat, ne ſibi annuum provinciae tempus prorogetur, ſed ea conditio maneat qua profectus eſt.*

M. T. C. PROCONSVL M. COELIO S. D.

QVid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, ut mihi gladiatorum compoſitiones, ut vadimonia dilata, & Chre-

GLadiatorum compoſitiones*] Quæ paria gladiatorum pugnaverint. *Componi* & *comparari* gladiatores dicuntur cum pares robore, ætate & uſu armorum

Chreſti compilationem mitteres, & ea quae nobis cum Romae ſumus, narrare nemo audeat? Vide quantum tibi meo judicio tribuam (nec mehercule injuria: πολιτικώτερον enim te adhuc neminem cognovi.) ne illa quidem curo mihi ſcribas, quae maximis in rebus reip. geruntur quotidie, niſi quid ad me ipſum pertinebit. ſcribent alii: multi nuntiabunt. perferet multa etiam ipſe rumor. Quare ego nec praeterita nec praeſentia abs te, ſed ut ab homine longe in poſterum proſpiciente, futura exſpecto; ut ex tuis litteris cum formam reip. viderim, quale aedificium futurum ſit ſcire poſſim. Neque tamen adhuc habeo quod te accuſem: neque enim fuit quod tu plus providere poſſes quam quivis noſtrum, in primiſque ego, qui cum Pompeio complures dies nullis in aliis niſi de rep. ſermonibus verſatus ſum: quae nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda ſunt. Tantum habeto, civem egregium eſſe Pompeium, & ad omnia quae providenda ſunt in rep. & animo & conſilio paratum. Quare da te homini. complectetur, mihi crede. Iam eidem illi & boni & mali cives videntur qui no-

rum eliguntur a muneris editore, qui in illo ſpectaculo committantur. Hinc *par bene compoſitum*, ſibi *bene comparatum*, duo adverſarii qui ſibi maxime pares ſunt. vid. P. Manut.

Vadimonia dilata] Conſtitutas ad ſiſtendum dies productas. *Corrad. Vadimonia* ſignificat, quos vulgo nunc in judicio *terminos* vocant. Quum enim antiquitus ſatiſdarent, certa die judicio ſiſti, Prætor interdum diem judicio deſtinatam prorogabat: indeque dicta *dilata vadimonia*. Bern. Rutilius.

Et ea quæ nobis cum Roma ſumus nemo narrare audeat] Quod levia ſint, & viro gravi indigna. *Corrad.*

Cum formam reip. viderim] Id eſt, ſtatum reipublicæ deſcriptum. *Forma* proprie dicitur architectis deſcriptio futuri ædificii, vulgo *ichnographia*, *delineatio*. Hinc *deformare*, eſt delineare. Vitruv. lib. 1. cap. 1. *Architectus graphidis peritus ſit, ut deformare poſſit lineis imitationem quam velit ædificiorum*. vid. P. Manut. ad h. l. & Buchner. ad Plin. lib. IX. ep. 39.

Cum Pompeio] Qui cum Tarenti triduum miros de Rep. διαλόγους habui. *Corrad.*

Tantum habeto] Perſuade tibi, ſit tibi perſuaſiſſimum, velim ſic exiſtimes, ut alibi Cicero loquitur.

Ad omnia quæ providenda ſunt in rep. & animo & conſilio paratum] Qui & animoſus ad propulſanda & prudens ad providenda pericula.

Da te homini] Ad ejus rationes te & voluntatem adjunge, ejus animo & voluntati obtempera. vid. P. Manut.

Iam iidem illi & boni, & mali cives videntur]

nobis videri ſolent. Ego cum Athenis decem ipſos dies fuiſſem, multumque mecum Gallus noſter Caninius, proficiſcebar inde prid. Nonas Quint. cum hoc ad te litterarum dedi. Tibi cum omnia mea commendatiſſima eſſe cupio, tum nihil magis quam ne tempus nobis provinciae prorogetur. in eo mihi ſunt omnia. Quod quando & quomodo & per quos agendum ſit, tu optime conſtitues. Vale.

tur] Duo mei libri, & Mentelianus: *Idem illi & boni & mali cives videntur.* Omnino Antonio credendum Auguſtino, & Fulvio Urſino emendantibus: *eidem illi & boni & mali cives videntur.* Grævius.

Decem ipſos dies] Decem totos dies ſive plenos, ut vulgo loquuntur barbari. Cic. ad Att. *Ego has prid. Non. Quint. proficiſcens Athenis dedi, cum ibi decem ipſos fuiſſem dies.* Ut alibi: *Detraxit viginti ipſos dies etiam Aphractus Rhodiorum.* Bern. Rùtil.

EPISTOLA IX.

Argumentum.

Gratulatur de parta aedilitate, Hirro dejecto: in quem facete jocatur. ſuam in Coelium benevolentiam, ejus in ſe merita demonſtrat. Moralis epiſtola. Eodem anno.

M. T. C. COELIO RVFO, AEDILI CVRVLI DESIGNATO S.D.

PRimum tibi, ut debeo, gratulor, laetorque cum praeſenti tum etiam ſperata tua dignitate, ſerius, non negligentia mea, ſed ignoratione rerum omnium. in his enim ſum locis, quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia, tardiſſime omnia perferuntur. Et cum gratulor, tum

P*Lurimum tibi, ut*] *Primum* in omnibus fere libris veteribus legas, nec enim ſemper ſequitur *deinde*, ut etiam in fine ſequentis epiſtolæ. *Corrad.* Vid. P. Manut.

Sed ignorantia r. o.] Invenit hoc vocabuli in novem MSS. Manut. ipſe in Pall. quatuor poſterioribus ac Grut. notatque ſic Egnatius ad primam editionem, ex Medic. item Guilielm. ex tribus. ſed *ignoratione* tuetur Victorius, & Pal. pr. quem codicem ut minime hucuſque ſubleſtæ fidei ac manus expertus ſum. *Gebhardus.* Victorii & Palatini primi ſcripturam aſſerit liber meus primus. alii, *ignorantia.* Græv.

Quod

tum vero quibus verbis tibi gratias agam non reperio, quod ita factus ſis ut dederis nobis, quemadmodum ſcripſeras ad me, quem ſemper ridere poſſemus. Itaque cum primum audivi, ego ille ipſe factus ſum, ſcis quem dicam: egique omnes illos adoleſcentes, quos ille jactitat. difficile eſt loqui. Te autem contemplans abſentem, & quaſi tecum coram loquerer, Non, aedepol, quantam egeris rem, neque quan-

Quod ita factus ſis] E veteribus libris erutum eſt, & ſane ita legi debet: quemadmodum enim ſupra ei gratulatus erat, quod ædilitatem adeptus eſſet, ita nunc ipſi gratias agit Cicero, quod *ita* Ædilis *factus* ſit, id eſt, cum inimici ſui ignominia: dejecerat enim Hirrum Cœlius ædilitate, & induſtria ſua ut ille repulſam pateretur effecerat. ita frequenter loquitur Cicero, ut in Piſonem: *Sed omitto, ut ſit factus uterque noſtrum.* Victorius. *Quod ita factus ſis*] Ædilis Currulis; quamvis paſſim *factum ſit*, legatur. *Corradus.* *Quod ita factus ſis*] Debetur hoc quoque editionum vetuſtiſſimæ atque Victorio, teſtorque ſic exſtare in Pall. pr. tert. Vatic. Grut. Stewech. Peck. Vulgo, *quod ita factum ſit.* Gebhard.

Quemadmodum ſcripſeras] Epiſt. 3 lib. VIII. quum ſcripſiſti, *Si ſio tota vita riſus nobis deeſſe non poterit.* Corradus.

Quem ſemper ridere poſſemus] Hirrum. *Idem.*

Primum audivi] Fama te Ædilem factum accepi. *Idem.*

Ille ipſe factus ſum] Ille Cæcilianus. ut *ille* hoc loco ſit quaſi perſona Comica. *Idem.*

Egi omnes illos adoleſc.] Ipſe mihi repræſentavi.

Quos ille jactitat] In ambabus ſuis editionibus Manutii *jactitabat*; in iis tamen qui antea excuſi erant, & in manu ſcriptis, quos vidimus *jactitat* legitur. Quid illi ſecuti ſint, non video, nec ipſi expoſuerunt. cupio a doctioribus cogitari an melius legi poſſit *actitat*, ut in eodem pene verbo ludat. Mihi ſane hæc lectio vehementer placet, quamvis in nullo manuſcripto codice eam invenerim. *Victorius.* *Quos ille jactitat*] In Cæcilii, ut nos arbitramur, Synephebis. *Corrad.* Aliter Manutius, quem vide. *Quos ille jactitat*] Hoc præferunt quatuor Pall. (nam ſec. *jactat*) Grut. Vict. edit. ac prima. alii *actitat.* quod in nullo noſtrorum extat. vulgo, *jactitabat.* ſed hæc minuta ſunt; indicanda tamen: ne aliquid ſine libris tentaſſe videamur. ſicut & illud, *ſcis quem dicam*, repoſui ex Victorio, Pal. pr. Vatic. Stewech. non *dico.* Gebhard.

Difficile eſt loqui] Præ lætitia. *Corrad.* vid. Manut.

Te autem contemplans] Hos tres verſus è vetere libro ita deſcriptos, uti puto ſuis numeris non eſſe prorſus redditos, ita contendo de Cæcilii, vel alterius Poëtæ fabula ſumptos:

Te autem contemplans abſentem, & quaſi
tecum coram loquerer:
Non ædepol quantam egeris rem, neque
quantum facinus
Feceris, ſed quia præter opinionem id mihi
acciderat, referebam me ad illud:
Incredibile hoc factu' objicitur.
Repente vero inceſſi omnibus lætitiis.
In quo quum objurgarer, quod nimio gaudio
pene deſiperem ita me defendebam:
Ego voluptatem animi nimiam.

Quid quæris? & quæ ſequuntur. ita enim totus locus deſcribendus videtur. *Corradus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quantum facinus feceris. Quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud: Incredibile hoc factu objicitur. repente vero inceſſi omnibus laetitiis. In quo cum objurgarer quod nimio gaudio paene deſiperem, ita me defendebam: Ego voluptatem animi nimiam. Quid quaeris? dum illum rideo, paene ſum factus ille. Sed haec pluribus: multaque alia & de te & ad te, cum primum ero aliquid otii nactus. Te vero, mi Ruſe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meae, ultorem non

Præter opinionem] In comœdia fortaſſe aliter; hic, quia de Hirro, quod non putaram. unde addit id carminis,

Incredibile hoc factu' objicitur. Idem.

Lætitiis] Ex Cæcilio. *Idem.*

Ego voluptatem homini nimiam] Hic locus varie legitur: alii enim pro *homini, habui* legunt: alii etiam aliis modis, quos non neceſſe eſt omnes enumerare. In antiquis exemplaribus ſane *homini* eſt: *animi* tamen legendum puto. Eſt autem verſiculus non totus Trabeæ Poëtæ Comici, in Tuſcul. vero integer eſt, ſententia certe ejus non deſideratur: *Ut ille, qui voluptatem animi nimiam ſummum errorem eſſe arbitratur.* Item lib. 11 de finibus: *Nam & ille apud Trabeam voluptatem animi nimiam lætitiam dicit, eandem quam ille Cæcilianus qui omnibus lætitiis lætum eſſe ſe narrat.* Exiſtimo autem hoc loco verſiculum Cæcilii intelligere, quem Cicero in hac ipſa epiſtola integrum ponit, hunc ſcilicet:

Repente vero inceſſi omnibus lætitiis.

Hæc autem tota pene verſibus epiſtola contexta eſt: nam illa etiam verba, *Non adepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris.* arbitror eſſe ex aliquo Poëta: ſed quia confuſa citantur, non facile numeros in illis invenias: verba tamen ipſa diverſa a pedeſtri ſermone videntur. *Victorius.*

Nimiam] Dico, vel aliquod verbum ſimile, quo uſus videri poſſit Chærea apud Trabeam, cujus hæc ſunt verba. *Corrad.*

Ego voluptatem animi nimiam] Verſus Trabeæ:

Ego voluptatem animi nimiam, ſummum errorem eſſe puto.

Errat autem Rivius, qui ex neſcio quo vetere codice ſic legendum cenſet, *Ego voluptatem hominum nimiam*: quamvis me quoque in uno codice Memmiano ita ſcriptum reperiſſe non negem: *hominum*, inquam, pro *animi*. Errant æque qui vel *homini* vel *habui* legunt. *Lambin.* Addixi meam credulitatem hic Vict. Lamb. Manut. Vatic. abeuntibus ab omnibus noſtris: nam pr. *homini*, ſicut vulgo: ſec. *hominum*, tert. *hominibus*, quart. Grut. *habui*, quint. *omnium* repræſentat. ſicut in illo, *incredibile hoc factu objicitur.* ubi nullus non diſceſſionem facit, pr. *incredibile, hoc factum objicitur*, ſec. *incredibile hoc factum abjicitur*; præſertim diſpunctione, quas annotare non operæ eſt. *Gebhard.*

Quid quæris?] Hoc eſt, quid pluribus verbis opus? Ut paucis dicam, *Uno verbo, Noli quærere*, ut alibi loquitur Tullius.

Dum illum rideo] Hirrum, quem Cicero & Cœlius nota quadam ſoliti erant *illum* appellare: ut non deſit jocus in *illo*, pro Hirro: & in *illo*, pro illo Cæciliano. *Corrad.*

Pœne ſum factus ille] Cæcilianus. *Id.*

Ultorem inimicorum] Clodianorum, in Tribunatu tuo, & in cauſſa Milonis. *Idem.*

Invi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

non modo inimicorum, ſed etiam invidorum meorum: ut eos partim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarum poeniteret. Vale.

Invidorum meorum] C. Hirri, & aliorum. *Idem.*

Scelerum] Hoc ad inimicos pertinet. *Idem.*

Ineptiarum] Hoc ad Hirrum. *Idem.* Ob Hirrum Ciceronis in auguratu competitorem. vid. P. Manut.

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

Queri videtur de tabellariis litteras non perferentibus, revera Coelium negligentiae leviter accuſat: deinde res a ſe in Amano monte geſtas & Pindeniſſi oppugnationem exponit: rogat, ne quid ſibi temporis ad provinciale munus prorogetur. de rep. tum praeſentia tum futura etiam expectare ſe dicit. Eodem anno.

M. T. C. IMP. M. COELIO RVFO, AEDILI CVRVLI DESIGN. S. D.

TV vide, quam ad me litterae non perferantur. non enim poſſum adduci ut abs te poſtea quam aedilis es factus, nullas putem datas: praeſertim cum eſſet tanta res, tantae gratulationis: de te, quia quod ſperabam; de Hillo, balbus

T*V vide, quam ad me literæ non perferantur*] Quidam emendarunt, *Tu vide quam temere, cum ad me literæ non perferantur*: ſecus prorſus quam in antiquis exemplaribus eſt. Cum autem lectionem illam vulgatam contemnerent, aliam commenti ſunt, ut ſibi videbantur, commodiorem. Nos nihil ab optimis libris declinavimus; eſt autem in illis, *Tu vide quam ad me literæ non perferantur*, quam lectionem cenſeo ſequendam eſſe. Vide quam non perferantur literæ, negligentia ſcilicet tabellariorum, aut aliquo caſu. non enim perſuaderi ſe poſſe dicit nullas a Cœlio literas datas, poſtquam Ædilis declaratus eſt: docetque interim tempus quod ſine ejus literis egit. Miratur igitur non mediocriter cur hoc accidat, quaſique attentiorem & diligentiorem vult facere Cœlium in dandis literis, cum nullæ ad eum perferantur. *Victorius.* Ut mittam in aliis libris aliter legi, in vetuſtiſſimo Pauli Boti Regienſis noſtri libro ita erat ſcriptum: *Tu vide quamobrem ad me.* Corrad.

De te quia quod ſperabam, de nihilo, balbus enim ſum] Hic locus valde mihi ſemper obſcurus viſus eſt: quare fieri etiam poteſt ut mendo non vacet: id ego neque negare neque affirmare auſim. cum tamen omnes fere impreſſos codices, cunctos certe manu ſcriptos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

balbus enim ſum, quod non putaram. Atqui ſic habeto, nullam me epiſtolam accepiſſe tuam poſt comitia iſta praeclara: quae me laetitia extulerunt: ex quo vereor ne idem eveniat in meas litteras. Equidem nunquam domum miſi unam epiſtolam quin eſſet ad te altera: nec mihi eſt te jucundius quidquam, nec carius. Sed balbi non ſumus: ad rem

ptos eandem lectionem retinere videam, nolui aliquid contra tot librorum conſenſum ſtatuere: aliiſque eruditioribus de hoc decernendum relinquere ſatius eſſe duxi. Qui nuper Venetiis has epiſtolas ediderunt, *de Hillo* emendarunt, hanc ſecuti rationem & conjecturam, ut puto, ut de *Hirri* repulſa agat, qui cum Ciceronis quondam competitor fuiſſet, graves cum illo poſtea inimicitias geſſit, de quo eſt in epiſtolis Cœlii, ut magnam lætitiam Cicero cœperit, illum etiam a Cœlio victum & ædilitate dejectum eſſe, appelletque nunc eum *Hillum* more balborum, qui linguæ vitio *r* literam exprimere nequeunt, & pro illa, *l* proferunt; quemadmodum apud Ariſtophanem Alcibiades inducitur, qui naturæ vitio in hoc peccabat: adjungit enim ſtatim Cicero, *Balbus ſum, quod non putabam.* Lepidum ſane commentum, nec inepte excogitatum. quibus placuerit, poterunt ita intelligere & emendare. Nobis magis acute quam vere expoſitum videtur: fit enim nimis multarum literarum immutatione, vel potius totius vocis perverſione. Quod ſi liceret tantum ſibi in corrigendis libris permittere, nihil tam depravatum eſſet, quod non ita poſſet concinnari, ut ex eo aliquid commodæ ſententiæ eliceretur; ſed id parum tutum eſt, ſæpiuſque in malum vertit. Nonnullas quoque conjecturas quæ hanc emendationem ut violentam, ita etiam non veram eſſe arguerent adferre poſſem: quas tamen omittam, ne videar aliorum induſtriam velle inſectari, cum nihil ego quod magis ſenſum hujus loci illuſtret, maculaſque, ſi quæ ſunt, abluat, adferam. *Victorius.* *Sperabam*] Reſpondet illis verbis epiſt. 4 lib. VIII. *Spero te celeriter & de nobis, quod ſperaſti, & de illo, quod vix ſperare auſus es, auditurum.* Corradus. *De Hillo*] *Hirro.* Sic enim legam, donec melius inveniam, ſi modo melius inveniri poteſt. *Idem.* Sic emendavit P. Manutius, quem vide. *Balbus enim ſum*] Quippe qui *Hillum*, non Hirrum dicam. *Corrad* *De nihilo. Balbus enim ſum, quod non putaram*] Hæc eſt omnium MSS. lectio: quam ut integram affirmare non audemus: ita aliorum conjecturæ codicum ſcripturam præferre tutius viſum. emendarunt alii: *De Hillo* (*Balbus enim ſum*) *quod.* Guilielm. ariolabatur, *dein, Hillo.* Gebhardus. Nihil tamen certius eſt conjectura Manutii, quam rationibus muniit firmiſſimis, quas convellere adhuc nemo potuit. Apparet enim liquidiſſime Ciceronem reſpondere illis verbis Cœlii quæ ex lib. VIII adduxit h. l. Manutius. Itaque cum & Venetæ & Gallicæ editiones receperint hanc conjecturam Manutii, ego quoque malui rationi obtemperare & doctorum virorum auctoritati, quam nimis ſuperſtitioſus eſſe in vitioſa veterum librorum ſcriptura ſine ullo ſenſu exprimenda: quamvis ab ea niſi ratio jubeat certa, non facile ſit deflectendum. Meus primus codex habet *ne nihilo.* Grut. *Nichilo.* Non inepte Guilielmius, *dein Hillo* legendum conjiciebat. *Græv.*

Comitia iſta] Æditialia. *Corrad.*

Sed Balbi non ſumus] Expedite jam loqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rem redeamus. Vt optaſti, ita eſt. velles enim, ais, tantummodo ut haberem negotii quod eſſet ad laureolam ſatis. Parthos times, quia diffidis copiis noſtris. ergo ita accidit. Nam Parthico bello nuntiato, locorum quibuſdam anguſtiis & natura montium fretus, ad Amanum exercitum adduxi, ſatis probe ornatum auxiliis, & quadam auctoritate apud eos qui me non norant, nominis noſtri. Multum eſt enim in his locis: Hiccine eſt ille qui urbem? quem ſenatus? noſti cetera. Cum veniſſem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis eſt, diviſus aquarum divortiis Caſſius noſter, quod mihi magnae voluptati fuit, feliciter ab Antiochea hoſtem rejecerat. Bibulus provinciam acceperat. Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amanienſes, hoſtes ſempiternos. multi occiſi, capti, reliqui diſſipati, caſtella munita, improviſo adventu capta & incenſa. Ita victoria juſta imperator appellatus apud Iſſum (quo in loco ſaepe, ut ex te audivi, Clitarchus tibi narra-

loquimur, quod volumus. *Corradus.*

Ad rem redeamus] Quam ſcribere inſtitueram. *Idem.*

Vt optaſti, ita eſt] In epiſt. 5 lib. VIII. *Idem.*

Laureolam] Triumphum. *Idem.*

Copiis noſtris] Quas vix unum ſaltum tueri poſſe ſcribis. *Idem.*

Nam Parthico bello] Epiſt. 4 lib. XV. *Idem.*

Cum Bibulo] Qui Syriam ſortitus erat. *Idem.*

Caſſius noſter] Epiſt. 5 lib. VIII. *Idem.*

Antiochia] *Antiochea* eſt in veteribus libris, quomodo in antiquis quoque monumentis ſcriptum reperitur, atque eadem ratione, qua *Alexandrea* pro *Alexandria*: extat etiam apud me æreus nummus, in quo inciſum eſt, GENIO ANTIOCHEÆ. *F. Vrſinus.*

Victoria juſta Imperator appellatus ad Iſſum] Ad Att. de eadem re ſcripſit, uberiuſque aliquanto totum hoc negotium narravit: quo in loco ſeipſum quoque luſit facetiſſime. eſt autem lib. V. epiſt. 20. Antipater poëta ſcripſit Epigramma, quod incidi voluit in ſepulchro Perſarum, qui in eo prælio pro Rege ſuo pugnantes ab Alexandro cæſi ſunt, in quo etiam *Iſſum* appellavit: quia autem id elegantiſſimum eſt, placuit mihi hic illud ſcribere:

Ἰσσῶ ἐπὶ προβολῇσιν ἁλὸς παρὰ κῦμα Κυλίσσης
Ἄγγελον, αἱ Περσῶν κείμεθα μυριάδες·
Ἔργον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος· οἵ ποτ' ἄνακτι
Δαρείῳ πυμάτην οἶμον ἐφεσπόμεθα.

Victorius.

Iſſum] Urbem non procul ab Amonicis pylis poſitam: ep. 4 lib. XV. & Curtius, & Strabo. *Corrad.*

Clitarchus] Hiſtoricus. *Idem.* vid. Voſſ. de Hiſtoricis Græcis.

Tibi narravit] Ita tibi ſæpe legenti expo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

narravit, Dareum ab Alexandro eſſe ſuperatum) adduxi exercitum ad infeſtiſſimam Ciliciae partem. Ibi quintum vicesimum jam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitiſſimum Pindeniſſum, tantis opibus tantoque negotio ut mihi ad ſummam gloriam nihil deſit niſi nomen oppidi: quod ſi, ut ſpero, cepero, tum vero litteras publice mittam. Haec ad te in praeſenti ſcripſi, ut ſperes te aſſequi id quod optaſſes. Sed, ut redeam ad Parthos, haec aeſtas habuit hunc exitum ſatis felicem: ea quae ſequitur magno eſt in timore. Quare, mi Rufe, vigila, primum ut mihi ſuccedatur: ſin id erit, ut ſcribis & ut ego arbitror, ſpiſſius: illud, quod facile eſt, nequid mihi temporis prorogetur. De rep. ex tuis, ut antea tibi ſcripſi, cum praeſentia tum etiam futura magis exſpecto. Quare ut ad me

expoſuit, ut præſens præſenti narrare ſit viſus. *Corradus.*

Adduxi exercitum ad infeſtiſſimam Ciliciæ partem] Probabat hanc Lambini lectionem Guilielm. ex Stewech. & Peck. quæ quia exſtabat in Pall. tertio, quart. quinto, non contemnenda (cum ſit melior vulgata) in hac editione videbatur. Pal. ſec. *deduxi*. Vulgo, *abduxi*. Gebhardus. *Adduxi* agnoſcunt Amſterodam. Mentel. *Grævius.*

Tantis opibus] Sic eſt in omnibus MSS. Pall. duobus Guilielm. editione prima, atque Victorii: præfertque Manut. ex illo Virgilii,

—— *tanta pugnatur opum vi.*

vulgo, *operibus*. Gebhardus. *Opibus* præferunt etiam Amſterodam. Mentel. duo Grævii.

Niſi nomen oppidi] Magnum, & celebre. hinc ad Atticum ſcribens ita queritur: *Qui malum, iſti Pindeniſſæ? qui ſunt? inquies: nomen audivi nunquam. Quid ego faciam? non potui Ciliciam, Ætoliam, aut Macedoniam reddere.* Corradus.

Publice mittam] Ad Senatum populumque Romanum.

In præſenti] Hoc tempore. vid. Manut.

Ut ſperes te aſſequi quod optaſſes] Ut, quantum gloriæ triumphoque opus eſſet, aſſéqueremur. *Corradus. Speres autem aſſequi* eſt ut apud Terent. *ſperat ſe a me avellere.* Guilielm.

Ut ſcribis] Epiſt. 5 lib. VIII. *Succeſſionem futuram, propter Galliarum controverſiam, non video.* Corrad.

Spiſſius] Sic editio Vict. habetque Vatic. Pal. ſec. Grut. *ſerius ſpiſſius* conjunxit. in Pal. tert. [ut & in V.C. Nic. Scelſi] eſt *ſepius* proxime conveniens. vulgo *ſerius*. Gebhard. *Spiſſius* ſcribitur in duobus Grævianis, in aliis *ſerius*. Eſt autem *ſpiſſius*, ſerius. Cic. III de Orat. *Sed etiamſi eſt aliquanto ſpiſſius, aut ſi ego ſum tardior, profecto nunquam conquieſcam.* vide Manut.

De rep. ex tuis] Gloſſam *litteris* expunxi fide cod. Grut. Pal. tert. Stewech. *Gebhardus.*

Præſentia] Atqui ſcripſit ſe futura tantum exſpectare, niſi quid ad ipſum pertineret. quare ſic exponendum eſt: *Præſentia*, quæ ad me pertinent. *Corradus.*

Satis-

me omnia quam diligentiſſime perſcribas, te vehementer rogo. Vale.

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

Ita ſollicitus eſt, quidnam de ſucceſſione provinciarum Romae decernatur, ut omnino ſibi deeſſe verba confirmet. miro enim urbis deſiderio tenetur. Pantheras ludorum cauſſa promittit. De ſtatu reip. diligentiſſimas a Coelio litteras poſtulat. L. Paullo, C. Marcello Coss.

M. T. C. IMP. M. COELIO, AEDILI CVRVLI, S. D.

PVtareſne unquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent, neque ſolum iſta veſtra oratoria, ſed haec etiam levia, noſtratia? Deſunt autem propter hanc cauſſam, quod mirifice ſum ſollicitus, quidnam de provinciis decernatur. Mirum me deſiderium tenet urbis, incredibile meorum, atque in primis tui, ſatietas autem provinciae: vel quia videmur eam famam conſecuti, ut non tam acceſſio quaerenda quam fortuna metuenda ſit: vel quia totum

SAtietas autem provinciæ] Hæc lectio ut mihi non ſatis placet, ita nullam habeo quam magis probem: niſi ex vetere libro *ante*, non *autem* legamus, ut ſit: *Satietas provinciæ me tenet ante omnia.* Quidam deſcribunt, *Actæ*: quam bene, ipſi viderint. In alio libro vetere totus hic locus ſic legebatur: *Atque in primu ſatietas provinciæ.* Corradus. Politiani liber habet pro *autem*, *actæ*. miram ego ſatietatem imo nauſeam cepi ex corruptelis ac varietatibus hujus loci, quas objecerunt mihi ipſos inviſenti MSS. Pall. prim. & quint. *incredibile meorum. atque in primis ſatietas ante provinciæ.* ſec. tert. *atque in primis ſatietas provinciæ.* Pal. quart. Grut. *atque inprimis ſatietas autem provinciæ.* Mihi quam primam adduxi, liquidiſſima apparet: ut ſub appellatione *meorum* quoque Cœlium claudat, & dudum ſe tædio ſubactum provinciæ queratur. *Gebhard.* Meus liber primus ſic plane ut editum eſt, nec longe abhorrent reliqui. vid. Var. lect. libell. *Græv.*

Quam fortuna metuenda] Ne ſcilicet pro more ſuo iterum aliquid deruat de cumulo partæ gloriæ. Hinc ſapientes minime ſibi ſollicitandam *fortunam* exiſtimarunt, ſed eam reverenter habendam.

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tum negotium non eſt dignum viribus noſtris, qui majora onera in rep. ſuſtinere & poſſim & ſoleam: vel quia belli magni timor impendet, quod videmur effugere, ſi ad conſtitutam diem decedemus. De pantheris, per eos qui venari ſolent, agitur mandato meo diligenter: ſed mira paucitas eſt. & eas quae ſunt valde ajunt queri, quod nihil cuiquam inſidiarum in mea provincia niſi ſibi fiat. itaque conſtituiſſe dicuntur in Cariam ex noſtra provincia decedere. Sed tamen ſedulo fit, & in primis a Patiſco. Quidquid erit, tibi erit: ſed quid eſſet plane neſciebamus. Mihi, mehercule, magnae curae eſt aedilitas tua, ipſe dies me admonebat: ſcripſi enim haec ipſis Megalenſibus. Tu velim ad me de omni reip. ſtatu quam diligentiſſime perſcribas. ea enim certiſſima putabo quae ex te cognoro. Vale.

Qui majora onera in rep. ſuſtinere & poſſim & ſoleam] Ita paſſim omnes libri, tum editio princeps, itemque Victorii. Vulgo, *majora in rep. onera ſuſtinere & poſſimus & ſoleamus.* Gebhard.

Si ad conſtitutam diem] Prid. Kal. Sextiles: vid. Manut.

De Pantheris] De quibus toties ad me ſcribis, lib. VIII. *Corrad.* *Pantheris*] Quibus uteretur in edendis ludis.

A Patiſco] Epiſt. 9 lib. VIII. *Corradus.*

Sed quid eſſet, plane neſciebamus] Sic eſt in omnibus antiquioribus editionibus, ac melioribus codicibus. vulgo, *ſed, quid plane eſſet, neſciebamus.* Gebhardus.

Ædilitas tua] Propter ludos. *Corradus.*

Admonebat] Quoniam majores noſtri ludos in Palatio ante templum, in ipſo Matris magnæ conſpectu, *Megalenſibus* fieri celebrarique voluerunt. *Idem.* *Ipſe dies me admonebat*] Qui non intellexerunt hunc locum, interpolarunt. ſed ita habetur in edit. principe, Vict. Vatican. Peck. Pal. pr. *ipſe ès me admonebat.* ſeç. ut vulgo, *ipſa dies me admonebit.* Pall. tert. quart. quint. *ipſa res me admon.* Gebhard.

Scripſi enim hæc ipſis Megalenſibus] Non. Aprilis, quo die Matri deum ſacra fiebant quæ *Megalenſia* dicebantur. *Corrad.* *Ipſis Megaleſiis*] Sic repoſui, libris omnibus repugnantibus atque invitis, ſola ratione & veritate fretus. Nam *Megalenſes* & *Megalenſia* & *Megalenſibus*, neque Græce neque Latine dici poteſt. *Lambin.*

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Sollicitudinem ſuam demonſtrat ob res urbanas. Litteras a Coelio petit de omni ſtatu reip. addit de Diogenis & Philonis itinere.

hor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

hortatur, ne provinciales honores urbanis magiſtratibus praeferat: ſuam indicat ad urbem redeundi cupiditatem. Eodem anno.

M. T. C. IMP. M. COELIO AEDILI CVRVLI S. D.

SOllicitus equidem eram de rebus urbanis: ita tumultuoſae conciones, ita moleſtae Quinquatrus afferebantur. nam citeriora nondum audiebamus. Sed tamen nihil me magis ſollicitabat quam in his moleſtiis non me ſi quae ridenda eſſent, ridere tecum. ſunt enim multa, ſed ea non audeo

I*Ta tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ Quinquatriis adferebantur*] Vetuſti codices *Quinquatrus*, generandi caſu: ſi enim *Quinquatriis* eſſet, ſignificaret (ut puto) diem, quo adlatæ eſſent ad ſe, non quo geſtæ illæ res. Intelligere autem eum diem quo *conciones* illæ *tumultuoſæ* habitæ ſunt, declarat vox illa *citeriora*: dicit enim ſe nondum audiſſe quæ poſt eum diem in urbe geſta ſunt. Præterea potius apud bonos auctores *Quinquatrus* invenias quam *Quinquatria*, ſic enim ſemper apud Sext. Pompeium, & Nonium Marcellum, qui hanc vocem diligenter interpretantur, ſcriptum eſt. Nonius etiam de forma vocabuli accurate diſputat. Nam quod apud Tacitum, lib. XIV. *Miro tamen certamine procerum decernuntur ſupplicationes apud omnia pulvinaria, utque Quinquatria, quibus apertæ inſidiæ eſſent, ludis annuis celebrarentur*: mendum eſt: nam in vetuſto codice qui in divi Marci Bibliotheca eſt, *Quinquatrus* eſt, non *Quinquatria*. Idem quoque non multo ante etiam in vulgatis libris, *Placuit ſolertia tempore etiam adjuta, quando Quinquatruum feſtos dies apud Baias frequentabant*. Victor. *Ita t. c. i. m. Quinquatrus*] Sive *conciones moleſtæ* & non tantum *tumultuoſæ* a Cicerone appellatæ ſunt, ſive *Quinquatrus* ipſæ *moleſtæ* appellatæ ſint, quod eo potiſſimum die turbidæ & nefariæ conciones habitæ ſint, neceſſario intelligimus diem quo res illæ Romæ geſtæ ſunt, non quo Ciceroni in provinciam allatæ. Non enim lectionem illam ullo pacto probamus quæ in impreſſis antea erat. Docuimus enim olim bonos ſcriptores potius hoc genere in hoc nomine uſos eſſe quam neutro; caſtigavimuſque locum Taciti qui in hac voce corruptus erat. Cicero etiam ad Cornificium inquit, *Quinquatribus frequenti ſenatu cauſſam tuam egi*. Idem in poſterioribus. *Tumultuoſæ conciones*] C. Curionis, & L. Æmilii Pauli. *Corradus*. *Quinquatriis*] XIII Kal. April. habitæ. vel *moleſtæ Quinquatrus*, ut etiam legitur. *Idem*. *Quinquatrus*] Nihil muto. verumtamen non pigebit me lectorem admonere, ex Chariſio libro I. Inſtitut. Gramm. licere cognoſcere, etiam *Quinquatres* dici a Latinis genere maſculino. Sic enim ille, *Quinquatres*, παναθήναια, &c. Quin ego ita in uno libro manuſcript. ex noſtris reperi. *Lambinus*. *Ita moleſtæ Quinquatrus afferebantur*] Ita Victor. & poſt eum Lamb. (qui tamen uno in ſuo reperiri teſtatur *Quinquatres*) Pal. prim. Vaticanus. nam ceteræ *Quinquatriis*. Gebhard. Grævii primus: *Quinquatres*. ſecundus vero & Mentel. *quinquatrus*. Recte autem Manutius oſtendit *Quinquatrus* non tam generandi quam nominandi caſu poſitum eſſe. vid. ejus Notas.

An-

audeo ſcribere. Illud moleſte fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum litterarum. Quare etſi cum tu haec leges ego jam annuum munus confecero, tamen obviae mihi velim ſint litterae tuae, quae me erudiant de omni rep. ne hoſpes plane veniam. hoc melius quam tu facere nemo poteſt. Diogenes tuus, homo modeſtus, a me cum Philone Peſſinunte diſceſſit. iter habebant ad Deiotarum regem: quanquam omnia nec benigna nec copioſa cognorant. Vrbem, urbem, mi Rufe, cole, & in iſta luce vive. Omnis peregrinatio (quod ego ab adoleſcentia judicavi) obſcura & ſordida iis quorum induſtria Romae poteſt illuſtris eſſe. Quod cum probe ſcirem, utinam in ſententia permanſiſſem. Cum una, mehercule, ambulatiuncula atque

Annuum munus confecero] Annuam provinciæ adminiſtrationem.

Diogenes] Græcus: ep. 8 lib. VIII. *Corrad.*

Philone] Liberto. *Idem.*

Deiotarum] Regem Armeniæ quidem Minoris ab Senatu appellatum, ſed Gallogræciæ Tetrarcham. Cæterum quum hoc loco, & *Deiotarum*, & *Laium*, & *Hyacton*, & *Ithacum*, atque *Latoregem* legamus, videndum forte ſit, an poſſimus legere *Brogitarum*, cui per ſyngrapham a nonnullis Romanis pecuniæ fuerant creditæ. Cicero præterea de ſuo Deiotaro nunquam illa ſcripſiſſet verba, *Quanquam omnia nec benigna nec copioſa cognorant.* Quid ſi *Lathurum* legamus, ut Ptolemæum ſic a patre, qui *Lathurus* dicebatur, vocatum interpretemur: cum quo Cœlius neſcio quid negotii, ex epiſt. IV lib. VIII. habuiſſe videtur. *Idem.* Quia quaſi Cynoſura eſt nobis editio Victorii in pleriſque, & eam reſpicere hoc loco voluimus: cum portentoſa ſeditione MSS. diverſitas concertet. alii *Lathurum Reg.* alii *Lajum*, alii *Latorum.* Medic. vero, ut annotat Egnatius, *Diatorum.* Pal. pr. tert. *Jato regem*, ſecund. *Jacoregem*, quart. *Jacum rogem*; quint. vero, ſicut & Peck. & editio vetuſta, *Jatum.* Jacob. Taurellus ex conjectura, referente P. Manutio, *Adiatorigem*: quod eum Comanorum Regem tunc temporis fuiſſe ſcribit Strabo lib. x. Vatic. tamen, ut nos, *Dejotarum.* Gebhard.

Vrbem, mi Rufe, cole] In antiquis exemplaribus repetita eſt vox illa *Vrbem*, eleganter profecto, majore eorum verborum vi. Quam figuram, cum multis locis ea Cicero uſus ſit, imperitia librariorum ſæpe ſuſtulit: alteram enim earum dictionum vacare arbitrantes, erroremque priorum (ut putabant) corrigere ſtudentes, graviter ipſi peccaverunt. *Victorius.* Emaculatiſſimus locus primum à Victorio: qui ex Mediceo primores voces geminabat: deinde a me aſſerta eadem iteratio & huc traducta, quod exſtare didiceram in aliquo codice Vaticanæ Bibliothecæ: deleto quoque *enim* ex omnibus MSS. & *eſt*, ex iiſdem. *Gebhard.* Mediceo & Vaticano codici ſubſcribit Grævii primus, qui & ipſe *Vrbem, urbem.*

Cum una mehercule ambulatiuncula atque uno ſermone noſtro omnes fructus provincia non confero] Sic & mei libri. & ſic

atque uno ſermone noſtro omnes fructus provinciae non confero. Spero me integritatis laudem conſecutum. non erat minor ex contemnenda quam ex conſervata provincia. Spem triumphi? inquis. Satis glorioſe triumpharem, ſi non eſſem quidem tamdiu in deſiderio rerum mihi cariſſimarum. Sed (ut ſpero) propediem te videbo. tu mihi obviam mitte epiſtolas te dignas. Vale.

ſic potuit Cicero ſcribere: non nego. nam & in aliis locis ſic loquitur. Neque tamen improbanda V.C. N. Scelſi lectio: *Cum uno ſermone veſtro omnes fructus provinciæ non confero.* Grævius.

Non erat minor ex contemnenda] *Contempta* habent aliquot veteres libri, quamvis *contemnenda* ferri etiam poſſit. *Urſinus.* *Non eram minor*] Ita Pal. optimus primus & Peck. Vulgo *erat*, quo referatur, cum ignariſſimis ſcio. *Gebhardus.* Quatuor MSS. quos ego evolvi, *erat.* Referendum autem ad *laudem integritatis* jam vidit Manutius. Itaque Ciceroni tot codicum lectionem reſtitui. Altera enim paucorum librorum frigor. *Grævius.*

Spem triumphi] Eſt codicis Medicei lectio quam allevit oræ ſui codicis Egnatius: introduxitque diligentiſſimus Victorius: quam & in Vatic. haberi gaudeo. Nec longe deſiſtit Pal. pr. *ſpem triumphi, inquit, ſatis glorioſe triumpharem. non eſſem quidem,* &c. *Gebhard.*

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

De litterarum infrequentia quaſi molli brachio Coelium reprehendit: eundem excuſat, culpa in tabellarios tranſlata: laudat etiam ob earum quas proxime accepit prudentiam & humanitatem. Amicitiam cum Ap. Claudio & amicitiae cauſſas commemorat. Quod Caeſarem Curio, qui cum optimatibus antea ſentire videbatur, coepit defendere, exitum agnoſcit conjecturae ſuae. Decedere e provincia, expleto anno, ſibi ait eſſe conſtitutum; miroque ſe teneri deſiderio urbis, ſuorum, Coelii potiſſimum; quem aedilem videre cupiebat. Negotialis fere tota eſt epiſtola: morale principium & quod concludit. nam quae narrat de Appii erga ſe ſuaque in illum benevolentia, propter occaſionem inducta ſunt Appii a Dolabella accuſati: de quo vide epiſt. 9 lib. 8. cui Cicero reſpondet. Eodem anno.

M.T.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. T. C. IMP. M. COELIO, AEDILI CVRVLI, S. D.

RAras tuas quidem (fortaſſe enim non perferuntur) ſed ſuaves accipio litteras: vel quas proxime acceperam, quam prudentis, quam multi & officii & conſilii? Etſi omnia ſic conſtitueram mihi agenda ut tu admonebas; tamen confirmantur noſtra conſilia, cum ſentimus prudentibus fideliterque ſuadentibus idem videri. Ego Appium (ut ſaepe tecum locutus ſum) valde diligo: meque ab eo diligi ſtatim coeptum eſſe ut ſimultatem depoſuimus, ſenſi. Nam & honorificus in me conſul fuit, & ſuavis amicus, & ſtudioſus ſtudiorum etiam meorum. Mea vero officia ei non defuiſſe, tu es teſtis: quoniam κωμικὸς μάρτυς

ACcipio litteras] Epiſt. 6 lib. VIII. *Corradus.*

Simultatem depoſuimus] Auctore Cn. Pompeio. *Idem.*

Conſul] Cum L. Domitio Ænobarbo. *Idem.*

Mea vero officia ei non defuiſſe tu es teſtis: quoniam κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, accidit Phania] Eraſmus vir doctiſſimus noſtris temporibus, & πολυγραφώτατος, locum hunc corruptum eſſe cenſet, corrigitque, οἰκικὸς μάρτυς, vel οἴκοθεν μάρτυς, id eſt, *domeſticus teſtis*, cum nullibi apud Græcos auctores (ut videtur) hoc proverbium legiſſet. Nos in antiquis exemplaribus Græcas has voces nulla varietate ſcriptas animadvertimus, ſed recte admodum & integerrime, quod raro accidit in Latinis vetuſtis codicibus. Vix enim poterant qui linguæ illius rudes eſſent, ut erant illarum ætatum librarii, tam accurate characteras illos effingere ut non aliquid peccarent: Proverbiumque hoc apud Suidam reperimus in dictione, ἔμφασις. Cum enim locum ex hiſtoria Polybii adduceret, hæc verba ipſius ponit: ϗ προσκατέψευσαν τ' ἀνδρὸς κωμικόν τινα μάρτυρα προσεπισπασάμενον ἀνώνυμον. Nihil igitur amplius de horum verborum integritate dubitandum eſt, cum apud Græcos etiam auctores hoc proverbium inveniatur: potius quærenda eſt ſententia & vis ipſius: etſi ex verbis Polybii, quæ à Suida accepimus (nec enim integram hiſtoriam præclariſſimi illius Viri habemus), videtur de his proferri ſolitum qui aliquod mendacium ficto aliquo teſte confirmare volebant. Nam quod alii *comicum teſtem* opportunum intelligunt & in tempore advenientem, alii autem aliter exponunt, cum nullo hæc auctore dicant, mirari non debent, ſi paucos admodum ſuæ ſententiæ comites habent. *Victor.* *Tu es teſtis*] Firmus & perpetuus. *Corrad.* Κωμικὸς] Fictus, vel repentinus, & ultro citroque currens, quales in comœdiis inducuntur. Unde etiam dixit, *accidit.* ſicut in omnibus fere libris veteribus legitur. *Idem.* Μάρτυς] Teſtis. *Idem.* *Phania*] Appii libertus. epiſt. 1 lib. III. *Idem.* *Accedit Phania*] Secutus ſum codices quoſdam vulgatos: in his, Lugdunenſeis. Nam omnes manuſcr. quos qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ιάρτυς (ut opinor) occidit Phania: & mehercule etiam luris eum feci, quod te amari ab eo ſenſi. Iam me Pomeii totum eſſe ſcis. Brutum a me amari intelligis. Quid eſt auſſae, cur mihi non in optatis eſt complecti hominem, lorentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, ropinquis, affinibus, amicis, collegam meum praeſertim, & in ipſa collegii laude & ſcientia ſtudioſum mei? Haec eo

quidem viderim, habent *accidit*, præter unum, in quo ſcriptum eſt *occidit*: & ſupra ſcriptum, *id eſt, mortuus eſt*: ſed ita ut facile appareat ex *a* vocali factum eſſe *o*, recentiore manu. Erat autem hic *Phania* Appii libertus, ut intelligere licet ex epiſt. 1 & 5 libri III. Jam κωμικὸς lego, non οἰκικὸς, neque οἴκοθεν. Lambin. *Quoniam κωμικὸς μάρτυς (ut opinor) accidit Phania*] Hanc ſcripturam a ſe inventam in vett. libris aſſerit Victor. cernoque eam in Pall. ſec. quint. nec abit longe quartus. Guilielm. pro *quoniam* putabat legendum *quo jam.* vulgo *officia* deſit, & *tute es* excuditur. *Gebh.* *Tu* etiam & *quoniam* legunt libri Grævii & Amſterodamenſis. Mentelianus vero habet *accedit* pro *accidit*. *Quoniam κωμικὸς μάρτυς accidit Phania*] Hunc jocum parum aſſecuti ſunt viri docti. Eraſmus legendum ſuſpicatus eſt οἰκικὸς μάρτυς, vel οἴκοθεν μάρτυς. Scaliger ſub nomine Villomari vulgatum retinet, ſed pro eodem illo domeſtico teſte accipit. Victorius auctoritate Polybii fictum & mendacii exponit auctorem. Sed Polybius illic proprie & ſimpliciter Comicum Archedicum teſtem adducit criminum vulgo in Democharem conjectorum, ut liquet ex lib. XXII Excerptis. Camerarius præclare omnino *occidit* pro *accedit* vel *accidit*, quod vulgo habebatur: præclare idem fieri poſſe, ut Cicero in nomine Appiani liberti luſerit: nam *Phanias*, ut Soſias, Comicarum perſonarum fuiſſe uſitata nomina. Quæ adjungit compendifieri potuiſſent: vel de glorioſo teſte uſum velut proverbio eſſe, vel qui ad teſtificationes eſſet promptus, vel de fucato accipiendum. Manutius ita interpretatur: libertum Appii *Phaniam* præter cæteros cognoſſe, ut Comicum teſtem ea quibus in Comœdiis lites diſcordiæque tolluntur: quando caſu fingitur aliquis adveniens involutarum rerum noticiam explicare, patefactaque veritate ſedare turbas. Ecce alii opportunum, alii levem, alii contrarium; & fuit vir doctus qui non levem, ſed κωμικὸν μάρτυρα, majoris fidei ergo Plutarchum appellitaſſe diceret. Sed hæc omnia quibuſcumque demum rationibus pingantur, præter mentem ſunt Tullii. Mea, inquit ille, officia in Appium conſtitiſſe teſtem dare poteram ante omnes libertum ejus *Phaniam*. Nam ſic lib. III. ep. 1. ad ipſum Appium: *de mea autem benevolentia erga te, ſi potes ex eodem Phania cognoſcere, tamen videntur etiam aliquæ meæ partes.* Nunc te potius appellabo ipſum, quando ille, ni fallor, fecit quod ſibi faciundum fuit, & Acherunti potius quam inter ſuperos teſtimonium poteſt perhibere. Hunc vocat κωμικὸν μάρτυρα nullam aliam ob cauſſam, quam ob nomen perſonis ſcenicis imponi ſolitum. *Gronovius.*

Jam me Pompeii totum eſſe] Cujus filius filiam Appii habebat uxorem. *Corrad.*

Brutum a me amari] M. Brutum Appii item generum. *Idem.*

Collegam meum] In auguratu. *Idem.*

Et in ipſa collegii laude & ſcientia ſtudioſum mei] Quippe qui libros augurales ſuos mihi dicarit. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

eo pluribus ſcripſi, quod mihi ſignificabant tuae litterae, ſubdubitare, qua eſſem erga illum voluntate. Credo te audiſſe aliquid. falſum eſt, mihi crede, ſi quid audiſti. Genus inſtitutorum & rationum mearum diſſimilitudinem nonnullam habet cum illius adminiſtratione provinciae: ex eo quidam ſuſpicati fortaſſe ſunt, animorum contentione, non opinionum diſſenſione, me ab eo diſcrepare. Nihil autem feci unquam, neque dixi, quod contra illius exiſtimationem eſſe vellem. Poſt hoc negotium autem & temeritatem noſtri Dolabellae, deprecatorem me pro illius periculo praebeo. Erat in eadem epiſtola veternus civitatis. gaudebam ſane, & congelaſſe noſtrum amicum laetabar otio. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. Quid ais? Caeſarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret praeter me? nam, ita vivam, putavi. Dii immortales, quam ego

Quod mihi ſignificabant tuæ litteræ, ſubdubitare] Mediceus codex, *Quod nihil ſignificabant*. Quare animadvertendum eſt, an melius legi poſſit, *Quod nonnihil ſignificabant*: hoc intellectu, ut dicat Cicero, in Cœlii epiſtolis quædam verba eſſe quæ obſcure ſignificent hanc ſuſpicionem in animo illius reſidere, de alienata voluntate ipſius erga Appium. Dictio illa *mihi* non magnam ullam vim habere videtur eo in loco: nam ſi id ſignificabant literæ Cœlii, non magis Ciceroni quam omnibus aliis qui eas legiſſent, ſignificabant. nec tamen firmitudinem aliquam hoc argumentum habet: quare de tota re nihil adfirmamus. *Victorius*. Liber prim. Grævii eandem quam Mediceus ſcripturam præ ſe fert.

Temeritatem noſtri Dolabellæ] Qui reum fecit Appium. *Corrad.*

Veternus] Nimium quoddam otium, & negotiorum intermiſſio, epiſt. 6 lib. VIII. *Idem.*

Noſtrum amicum lætabar] C. Curionem Trib. pleb. *Idem.* Vid. Manut.

Extrema pagella pupugit me tuo chirographo] Quum tua manu in extrema epiſtola illud addidiſti: *Curio transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit.* vel illud, *Turpe tibi erit, pantherarum greges me non habere.* Idem.

Cæſarem non defendit Curio] Pro *non* reponi poteſt vel *jam*, vel, quod magis puto, *nunc*; ut ſit cum interrogatione admirationeque, *Cæſarem nunc defendit Curio?* Bernard. Rutil. *Cæſarem nunc defendit Curio*] Secutus ſum libros vulgatos, & hiſtoriæ rationem. Nam ex libro VIII epiſt. licet intelligere, *Curionem defendiſſe Cæſarem*, & iis acriter reſtitiſſe qui Cæſarem ex provincia retrahere conarentur. Hæc eo ſcripſi, quod quidam ſecuti nonnullos codices manuſcriptos mendoſos, legunt, *Cæſarem non defendit Curio?* Lambin.

Nam ita vivam putavi] Hanc ſcripturam in ſolo quarto deprehendi, ceteris vitii pertinaciſſimis *in via*. ſed cum exſtet in editionum prima, probaritque Victor. ac Lamb. denique & Vatican. & Peck. & ipſa veritas aſſerat, quis ambigat? *Gebhard.* Cic. *Sollicitat me, ita vivam, tua, mi Tiro, valetudo.*

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ego riſum noſtrum deſidero! Mihi erat in animo, quoniam juriſdictionem confeceram, civitates locupletaram, publicanis etiam ſuperioris luſtri reliqua, ſine ſociorum ulla querela, conſervaram, privatis, ſummis, infimis fueram jucundus, proficiſci in Ciliciam Nonis Maji: &, cum prima aeſtiva attigiſſem militaremque rem collocaſſem, decedere ex ſenatusconſulto. Cupio te aedilem videre, miroque deſiderio me urbs afficit, & omnes mei, tuque in primis. Vale.

Quoniam juriſdictionem confeceram, civitates locupletaram, publicanis etiam ſuperioris luſtri reliqua ſine ſociorum ulla querela conſervaram, &c.] Hujus loci in omnibus libris ſcriptis corrupti reſtitutio debetur Joanni Petro Craſſo, ut teſtatur Bern. Rutil. in Decur. his verbis: Joan. Petrus Craſſus, civis, ac præceptor meus, quod ante legebatur, legiturque etiamnum vulgo: *Mihi erat in animo, quoniam juriſdictionem confeceram, civitatis locupletare, in publicanis etiam ſuperioribus luſtris reliqua ſine ſociorum ulla querela conſervata in privatis, ſummis, infimus fueram jucundus, proficiſci in Ciliciam*: ita legi oportere, *Mihi erat in animo, quoniam juriſdictionem confeceram, civitates locupletaram*, &c. quod & ſenſus ipſe, alioqui nullus, oſtendit, & ſimilis in Epiſtolis ad Atticum ſententiæ expreſſio. Plutarchus de locupletatione civitatum mira prodidit.

Juriſdictionem] Forum Laodicenſe. *Corradus.*

Civitates] Multas omni ære alieno liberatas, multas valde levatas: omnes αὐτονομίαν adeptas. *Idem.*

Publicanis] Nam populi, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipſo luſtro nihil ſolverant, etiam ſuperioris luſtri reliqua reddiderunt. *Idem.*

Reliqua] Quæ debebant. *Idem.*

Proficiſci in Ciliciam] Laodicea, quæ erat inter τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas, provinciæ Ciliciensi attributas. *Idem.*

Et cum prima æſtiva attigiſſem] Alias, *primum*: ſed pro noſtra pugnant & editionum antiquiſſimæ & optimæ: & omnes fere MSS. ſolus quippe Pal. quint. *priva.* Gebhard.

Militaremque rem collocaſſem] Vide num rectius ſit in antiquo libro, *militemque in ea collocaſſem.* F. Urſin.

EPISTOLA XIV.

ARGVMENTVM.

Commendat Fabium a quinque rebus, probitate, doctrina, ingenio, modeſtia, amicitia ſua. De rebus Romanis litteras exſpectat. Eodem anno.

M. T. C. IMP. M. COELIO, AEDILI CVRVLI, S. D.

M. Fabio, viro optimo & homine doctiſſimo, familiariſſime utor, mirificeque eum diligo cum propter ſummum ingenium ejus ſummamque doctrinam, tum propter ſingularem modeſtiam. Ejus negotium ſic velim ſuſcipias ut ſi eſſet res mea. Novi ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet qui veſtra opera uti velit. ſed in hoc homine nullam accipio excuſationem. Omnia relinques, ſi me amabis, cum tua opera Fabius uti volet. Ego res Romanas vehementer exſpecto & deſidero: in primiſque quid agas ſcire cupio. nam jamdiu, propter hiemis magnitudinem, nihil novi ad nos afferebatur. Vale.

M. *Fabio*] M. Fabio Gallo, ad quem libro VII ſcribit. *Corrad.*

Ejus negotium] De Herculanenſi fundo a Q. Fabio fratre proſcripto, epiſt. 25 lib. IX. *Idem.*

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

Si quis Coelii tres epiſtolas legerit, quibus Cicero reſpondet, undecimam, tertiam decimam, decimam ſeptimam libri octavi; is magnopere noſtram interpretationem non deſiderabit. Epiſtolae capita ſunt haec, de ſupplicationibus ſuis, de filiae & Dolabellae nuptiis, de ſua ſollicitudine ob civiles diſcordias, de rationibus quibus adductus C. Coelium, quaeſtorem ſuum, provinciae praepoſuerit; de Ser. Ocella in adulteriis deprehenſo, de rebus ab aedili Coelio geſtis, de ſuo ad urbem reditu. Tota negotialis epiſtola: reſpondet enim ad ea quae Coelii litterae ſignificaverant. nam rationes de quaeſtore provinciae praepoſito, quis non videt ad negotiale genus pertinere?

M. T.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M.T.C. IMP. M. COELIO, CVRVLI AEDILI, S.P.D.

NOn potuit accuratius agi, nec prudentius, quam actum eſt a te cum Curione de ſupplicatione: &, mehercule, confecta res ex ſententia mea eſt, cum celeritate, tum quod is qui erat iratus, competitor tuus & idem meus, aſſenſus eſt ei qui ornavit res noſtras divinis laudibus. Quare ſcito me ſperare ea quae ſequuntur: ad quae tu te para. Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. Nam ea quae ſperas Tulliae meae prudentia temperari poſſe, ſcio, cui tuae epiſtolae reſpondeant. Quid ſi meam legas, quam ego tum ex tuis litteris miſi ad Appium? Sed quid agas? ſic vivitur. Quod actum eſt dii approbent. Spero fore jucundum generum nobis. multumque in eo tua nos humanitas adjuvabit. Reſp. me valde ſollicitat: faveo Curioni: Caeſarem honeſtum eſſe cupio: pro

DE *ſupplicatione*] Supplicatio eſt cum publica re bene geſta Diis in omnibus templis victimas cædunt & gratias agunt. vid. P. Manut.

Competitor tuus & idem meus] Hirrus, epiſt. 9 lib. VIII. *Corrad.*

Aſſenſus eſt ei] M. Catoni. *Idem.*

Divinis] A M. Catone viro ſanctiſſimo & prope divino profectis. *Idem.*

Sperare ea quæ ſequuntur] Triumphum, qui ſupplicationem ſolet ſequi. *Idem.* Supplicatio enim eſt prærogativa triumphi.

Dolabellam a te gaudeo primum laudari] Epiſt. 13 lib. VIII. *Corrad.*

Cui tuæ epiſtolæ reſpondeant] Epiſt. 6 lib. VIII. *Idem.*

Quid ſi meam legas] Epiſt. 10 lib. III. *Idem.*

Quam ego tum ex tuis miſi ad Appium] Iterum delevi gloſſam *litteris* ex Pal. tert. & Stewechiano. *Gebhardus.* *Ex tuis litteris miſi*] *Litteris* delevit Gebhardus ſecutus fidem duorum codicum Palatini tertii & Stewechiani. Non extat ea vox etiam in Menteliano: ſed reliqui & quidem meliores illam agnoſcunt. Hinc non auſus ſum eam expungere, præcipue cum non *litteræ* ſed *epiſtola* ſemper præceſſerit. *Grævius.*

Quod actum eſt] De nuptiis Tulliæ. *Corrad.*

Cæſarem honeſtum eſſe cupio] Sic vetuſti codices ut nos emendavimus, eadem ſententia & ſignificatione qua Brutus & Caſſius de Antonio in epiſtola ad eum miſſa dicunt: *Nos in hac ſententia ſumus, ut te cupiamus in libera rep. magnum & honeſtum eſſe.* Victorius. *Cæſari honeſtiſſime cupio*] In pluribus libris leges *Cæſarem honeſtum eſſe cupio.* Corradus. Quidam libri habent *Cæſarem honeſtum eſſe cupio*, quæ ſcriptura non eſt rejicienda: ſed *Cæſari honeſtiſſime cupio* (quæ ſimiliter in nonnullis libris reperitur) magis probo. Mendoſe autem operæ olim fecerunt *honeſtiſſime*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

pro Pompeio emori poſſum. ſed tamen ipſa rep. nihil mihi eſt carius: in qua tu non valde te jactas. diſtrictus enim mihi videris eſſe, quod & bonus civis & bonus amicus es. Ego de provincia decedens quaeſtorem Coelium praepoſui provinciae. Puerum? inquies. At quaeſtorem, at nobilem adoleſcentem, at omnium fere exemplo: neque erat ſupe-

ſtiſſime eſſe cupio, cum in exemplo eſſet *honeſtiſſime cupio*, ſine verbo *eſſe*. Lambinus. *Cæſarem honeſtum eſſe cupio*] Sic Med. codex, Victorii editio, Pal. pr. At reliqui quatuor, ſicut & Grut. & Peck. cum prima impreſſione, *Cæſarem honeſtiſſime cupio*. Alias (quod Lambin. non aſpernandum videtur) *Cæſari honeſtiſſime cupio*. Gebhard. Codicis Medicei ſcripturam confirmant Palat. prim. & prim. Grævii. Reliqui: *Cæſarem honeſtiſſime eſſe cupio*, alii omittunt *eſſe*.

Pro Pompeio emori poſſum] Emori digni erant, qui huc inculcarunt ſimplex *mori*, contra omnes libros ac editiones. *Gebhard.*

In qua tu non valde te jactas] In qua tu non multum laboras & contendis, non multum ejus rebus & negotiis te immiſces, ſed quieſcis quaſi. Cœlius ad Ciceronem VIII ad fam. 10. *Curionem video dupliciter ſe jactaturum: primum ut aliquid Cæſari adimat, deinde ut aliquid Pompeio tribuat.* Cic. IV Catil. *Sancit in poſterum ne quis hujus ſupplicio levando ſe jactare & in perniciem reip. popularis eſſe poſſit.*

Et bonus civis] Et ob id nolles patriam & Pompeianos deſerere. *Corrad.*

Et bonus amicus] Curioni & Cæſari, a quibus nolles abeſſe. *Idem.*

Præpoſui provinciæ] V. C. Nic. Scelſi, meus prim. & Mentel. *propoſui provinciæ*. non male. de hoc loquendi genere pluribus egi ad Juſtinum. *Grævius.*

At omnium fere exemplum] Emendavimus *exemplo*, ut eſt in antiquis codicibus. Ad Attic. lib. VII. de hac eadem re agens ſic inquit, *Hoc melius, & hujus rei plura exempla*. Item in eadem hac epiſtola: *Poſtremo non tam mea ſponte quam potentiſſimorum duorum exemplo.* Intelligit autem Pompeium & Cæſarem, ut ex epiſtola ad Atticum ſupra citata declaratur: *Pompeius eo robore vir, his radicibus, Q. Caſſium ſine ſorte delegit, Cæſar Antonium.* Quod autem hic *at quæſtorem*, &c. in vetuſto codice *ad quæſtorem, ad nobilem, ad omnium*, &c. legitur ſecundum veterem ſcripturam propter affinitatem harum literarum: ſic enim in hoc exemplari pluribus locis reperias, ut contra *at* pro *ad* in epiſtola ad Salluſtium, in hoc eodem volumine: *At quem intelligebat ejus belli periculum ſpectare.* & aliis infinitis locis. *Victorius.* *Exemplo*] Nonnulli ſe ita hunc locum, qui mendoſus erat, caſtigaſſe ajunt: de quo cum illis non pugnamus: neque tamen furti nos reos agere ſtatim oportebat, præſertim cum in omnibus manuſcriptis nullo diſcrimine, quemadmodum legi debet, ſcriptum invenerimus. Præter antiquorum codicum fidem ita illam tractavimus, ut diu nos diligenterque de ea quæſiviſſe planum omnibus fecerimus. *Idem.*

Neque erat ſuperiore honore uſus] Sic habent omnes libri veteres, quos quidem viderim: niſi quod in nonnullis legitur *ullus*. unde conjicere quis poſſit, legendum eſſe *neque erat ſuperior honore ullus*, &c. quo modo locutus eſt epiſt. 18 ejuſdem libri, *Habes enim neminem honoris gradu ſuperiorem.* Lambinus. *Neque erat ſuperiore honore uſus*] Sic omnes tum Pall. tum Lambin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſuperiore honore uſus, quem praeficerem. Pontinius multo ante diſceſſerat. a Quinto Fratre impetrari non poterat: quem tamen ſi reliquiſſem, dicerent iniqui, non me plane poſt annum, ut ſenatus voluiſſet, de provincia deceſſiſſe: quoniam alterum me reliquiſſem. Fortaſſe etiam illud adderent, ſenatum eos voluiſſe provinciis praeeſſe qui antea non praefuiſſent: fratrem meum triennium Aſiae praefuiſſe. Denique nunc ſollicitus non ſum: ſi fratrem reliquiſſem, omnia timerem. Poſtremo non tam mea ſponte quam potentiſſimorum duorum exemplo, qui omnes Caſſios Antonioſque complexi ſunt, hominem adoleſcentem non tam

bin. Vatic. Gruter. Peck. vulgo, *neque erat ſuperiore honore ullus.* unde Lamb. *ſuperior honore ullus*, quod ſtatim imitari in hac editione eſſet hominis non ſolum temerarii, ſed etiam dementis. *Gebhard.* *Superiore honore uſus* habent quoque libri Grævii & Amſterodam.

Pontinius] C.Pontinius legatus. *Corrad.*

Multo ante diſceſſerat] Ex pacto & conventu. nam ea lege exierat. *Idem.*

A Q. Fratre impetrari non poterat] Quoniam oderat provinciam. *Idem.*

Aſiæ præfuiſſe] Prætorem. Lege primam ad ipſum Q. Fratrem epiſtolam. *Idem.*

Omnia timerem] Quum bellum eſſe in Syria magnum putaretur, & id videretur in Ciliciam erupturum. *Idem.*

Potentiſſimorum duorum] Cn. Pompeii & C. Cæſaris. *Idem.*

Qui omnes Caſſios Antonioſque complexi ſunt] Sunt qui in ſenſu horum verborum tradendo non parum decepti ſint: non enim narrat Cicero, ſe idcirco Cœlium præpoſuiſſe provinciæ quod vellet ſibi gratiam reliquorum ejuſdem familiæ conciliare, neque arbitratur Pompeium & Cæſarem id conſilium in præficiendis Quæſtoribus ſequutos fuiſſe: ſed inquit ſe id pene feciſſe coactum exemplo potentiſſimorum virorum, qui Quæſtores ſuos omni ratione qua potuerunt, ornarunt & illorum gratiam omni benevolentiæ genere iniverunt: id enim eſt *complexi ſunt*, ut paullo ante cum de Appio Claudio ſermo eſſet: *Quid eſt cauſſæ cur mihi non ſit in optatis, complecti hominem florentem ætate, opibus*, &c. Niſi enim Quæſtorem & ipſe præpoſuiſſet, timebat illum iratum, qui iniquo animo tuliſſet ſe honorem illum a Cicerone impetrare non potuiſſe quem antea Quæſtores Caſſius & Antonius a ſuis Proconſulibus & Impp. accepiſſent. Quod autem Caſſios & Antonios numero multitudinis dixit, non novum eſt apud Ciceronem, ſed uſitatum & elegans: ut in epiſt. ad Pætum 127. *Itaque te cum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios, vere ut dicam, Craſſos quoque & Lælios videre videor.* Sed etiam doctiſſimus & politiſſimus ſcriptor Plato in Symp. καὶ ὁρῷν αὖ Φαίδρους, Ἀγάθωνας, Ἐρυξιμάχους, Παυσανίας, Ἀρισοδήμους, Σωκράτην δὲ αὐτὸν τί δεῖ λέγειν. Hanc eſſe ſententiam hujus loci inde etiam intelligi poteſt, quod epiſtola ad Q. Thermum Prop. quæ penultima hujus libri eſt, Cicero magnopere ei ſuaſit, ut provinciæ præficeret Quæſtorem: docens id rectum eſſe & fieri debere: oſtenſque, niſi ita feciſſet, multas fortaſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tam allicere volui quam alienare nolui. Hoc tu meum conſilium laudes neceſſe eſt. mutari enim non poteſt. De Ocella parum ad me plane ſcripſeras: & in actis non erat. Tuae res geſtae ita notae ſunt ut trans montem Taurum etiam de Matrinio ſit auditum. Ego, niſi quid me Eteſiae morabuntur, celeriter (ut ſpero) vos videbo. Vale.

taſſe moleſtias ac pericula illum ſibi conciliaturum eſſe: quod Quæſtor ignominia affectus merito illi ſemper iratus erit, & nactus aliquam occaſionem nocendi, cum ſibi id jure poſſe facere videatur, nunquam illam dimittet. *Victor.* *Omnes Caſſ. Anton. q;*] Q. Caſſium Longinum, Pompeii in Hiſpania Quæſtorem intelligit, & M. Antonium in Hiſpania Cæſaris Quæſtorem: auctore Dione lib. XLV. *Corrad.* *Omnes Caſſios*] Quidam legunt, *juvenes Caſſios.* Lambinus.

De Ocella] Servio Ocella. *Corrad.*

Parum plane ad me ſcripſeras] Epiſt. 7 libro VIII. *Idem.*

Et in actis non erat] Et in actis urbanis ad me miſſis. *Idem.*

De matrimonio ſit auditum] Vetuſti codices omnes *de matrinio*, quam lectionem magis probo: præter enim vetuſtorum codicum auctoritatem, quomodo poteſt conjugium inter res geſtas numerari? Quod ſi de nuptiis illius ageret, non tam frigide hanc rem tetigiſſet: nam & clarius totam rem narraſſet, & quod moris erat, ei gratulatus fuiſſet. Innuit autem (ut puto) negotium ipſius quoddam, de quo etſi tunc aliquis ſermo fuit, poſtea tamen cito obſcuratum eſt, cum dignum non eſſet quod in hiſtoriis traderetur. De *C. Matrinio* quodam equite Rom. meminit Cicero in Oratione VII in Verrem. *Victorius.* *Matrimonio*] Dolabellæ & Tulliæ, te auctore confecto, etſi *matrinio* male quidam legunt. *Corradus.* *De Matrinio ſit auditum*] Invenit hoc in Mediceo adnotavitque Egnatius; ſequuti poſt Victorius, Lambin. Manut. Nam vulgi *de matrimonio*, lectio non eſt nauci. Gebhard. Rutgerſ. Var. lect. III. cap. 3. legit *M. Atratinio.* adde & Manutium.

Eteſiæ] Venti. *Corrad.*

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

Tribus annis epiſtolae Ciceronis ad Coelium datae ſunt: prima, ſecunda, tertia, M. Marcello, Ser. Sulpicio Coſſ. quarta, quincta, ſexta, ſeptima, octava, L. Paullo, C. Marcello Coſſ. nona, L. Lentulo, C. Marcello Coſſ. Haec ultima reſpondet iis litteris quibus eum Coelius obſecraverat, ne ſe cum Pompeio conjungeret, ſed in opidum aliquod bello vacuum recederet donec armis civilis contentio dijudicaretur. earum litterarum initium eſt, Exanimatus ſum tuis litteris, *lib.* 8. Magnum, *inquit Cicero*, dolorem

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ex litteris tuis accepiſſem, niſi diuturna mihi rerum deſperatio paene omnem jam doloris ſenſum ademiſſet. Nec vero conſilium meum hoc fuit ut pro Pompeio contra Caeſarem pugnarem, ſed ut in aliquas fortaſſe ſolitudines diſcederem. nihil enim civilibus armis odioſius. Caeſaris ira non me movet, cum eadem omnibus calamitas impendere videatur. Filius meus, cujus cauſſa vis me mihi carum eſſe ac de mea calamitate laborare, ſi erit aliqua reſp. ſuſtentabitur memoria nominis mei; ſi nulla, cum reliquis civibus concidet. De genero meo Dolabella, noli dubitare quin eam quam debeo curam ſuſtineam. Hiſpanienſis belli exitum non exſpecto: quorſum enim? aut mihi, incolumi civitate, locus erit: aut perdita, quod reliquum eſt vitae in ſolitudine traducere deliberatum eſt. Verum haec fortaſſe meliorem exitum habebunt. Tu tamen, ubicunque ero, me liberoſque meos, ut noſtra poſtulat amicitia, diliges ac tuebere. *Negotialis eſt epiſtola, quia de itione ad Pompeium diſſerit, quod Coelius diſſuaſerat. C. Marcello, L. Lentulo Coſſ.*

M. T. C. IMP. M. COELIO, AEDILI CVRVLI, S.P.D.

MAgno dolore me affeciſſent tuae litterae, niſi jam & ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias, & diuturna deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem novum. Sed tamen quare acciderit ut ex meis ſuperioribus litteris id ſuſpicarere quod ſcribis, neſcio. quid enim fuit in illis praeter querelam temporum, quae non animum meum magis ſollicitum haberet quam tuum? Nam non eam cognovi aciem ingenii tui, quod ipſe videam, te id ut non putem videre. Illud miror, adduci potuiſſe te, qui me penitus noſſe deberes, ut me exiſtimares aut tam improvidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope jacentem deſciſcerem:

QVod ſcribis] Epiſt. 16 lib. VIII. *Corrad.* | *Ab excitata fortuna*] Cæſaris, *ad inclinatam* Pompeii. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſcerem: aut tam inconſtantem, ut collectam gratiam florentiſſimi hominis effunderem, a meque ipſe deficerem, &, quod initio ſemperque fugi, civili bello intereſſem. Quod eſt igitur meum triſte conſilium? ut diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines? noſti enim non modo ſtomachi mei, cujus tu ſimilem quondam habebas, ſed etiam oculorum, in hominum inſolentium indignitate, faſtidium. Accedit etiam moleſta haec pompa lictorum meorum, nomenque imperii quo appellor. Eo ſi onere carerem, quamvis parvis Italiae latebris contentus eſſem. Sed incurrit haec noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed jam etiam in voculas malevolorum. Quod cum ita eſſet, nil tamen unquam de profectione, niſi vobis approbantibus, cogitavi. Sed mea praediola tibi nota ſunt. in his mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim. Quod autem in maritimis facillime ſum; moveo

Et prope jacentem deſciſcerem] Pall. ſec. tert. quart. Peck. *deſiſterem*. Pall. quint. *diſceſſerim*. Gebhard.

Florentiſſimi hominis] Cæſaris. *Corradus*.

Quod initio ſemperque fugi] Guilielm. attendere nos jubebat an legend. *quod in otio*. Gebhard.

Eo ſi onere carerem] Duo libri Memm. habent, *eo ſi honore carerem*. Voluit ſcilicet ſcriptor librarius, aut certe debuit, ſcribere *honere*. quo modo ſæpe ſcriptum reperitur hoc nomen in libris manuſcr. *Lambin.*

Sed incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed jam etiam in voculas malevolorum] Quid ſi legatur? *ſed & incurrit*. quaſi duabus jam allatis rationibus, tertiam hanc adjiciat, quod honorem ſuum ac gloriam inviſam eſſe civibus ſentiat. *Laurum* vero dici propter laureatos faſces, qui imperatoribus eiſque quibus eſſet (ut Ciceroni) decretus triumphus, dabantur: quos ipſos per Campaniam diu geſtavit. auctores Plutarchus, aliique. *Bernard. Rutilius.*

Laurus] Laureati lictores. *Corradus*.

In voculas] Sermones. Unde illud ad Atticum: *Subito conſilium cepi ut antequam luceret exirem, ne qui conſpectus fieret aut ſermo, lictoribus præſertim laureatis*. Idem.

Quod autem in maritimis facillime ſum, moveo nonnullis ſuſpicionem] Sic in meo libro ſcribi volui, quia in antiquis codicibus ita ſcriptum inveni, & eum ſenſum quem ita collocata verba præ ſe ferrent, meliorem judicavi. In aliis cunctis impreſſis, *Quod autem in maritimis ſum, facile moveo. Quod in maritimis facillime ſum*, id eſt, quod in maritimis prædiis libenter maneo, quod valde delector villis meis quæ mari propinquæ ſunt: id enim ſignificat *facillime ſum*, lib. II de Orat. 209. *Quod & dici ornatiſſime poſſunt, & audiri facillime*, id eſt, cum delectatione & ſuavitate. lib. XIII ad Atticum: *Locum habeo nullum, ubi facilius eſſe poſſim quam Aſturæ*. Qui autem me vident in maritimis eſſe, non exiſtimantes me id facere inductione animi, neque ſcientes

moveo nonnullis ſuſpicionem, velle me navigare: quod tamen fortaſſe non nollem, ſi poſſem ad otium. nam ad bellum quidem qui convenit? praeſertim contra eum, cui ſpero me ſatisfeciſſe: ab eo, cui tamen ſatisfieri nullo modo poteſt? Deinde ſententiam meam tu facillime perſpicere potuiſti jam ab illo tempore cum in Cumanum mihi obviam veniſti. non enim te celavi ſermonem T. Ampii: vidiſti,

tes me mirificam capere voluptatem ex his meis villulis, ſuſpicantur me id facere quod navigationem expectem & hinc avolare cupiam. nec tamen illi hoc ſtulte cogitabant, & rationem habebat hæc ipſorum ſuſpicio. Quod autem facillime in maritimis eſſe conſueverat Cicero, cum cauſſa etiam ipſe faciebat; nam juxta mare villæ in mediterraneis locis poſitis præponebantur, & ut Græci dicunt, παραθαλάσσια, vel παράλια χωρία magni æſtimabantur. Id etiam confirmat Plutarchus, graviſſimus ſcriptor, in Sympoſ. lib. 1. cap. 4. Qui inquit uſurpari a multis in ſermone hanc ſententiam, Ambulationem juxta mare & navigationem juxta terram ſuaviſſimam eſſe: cujus rei ipſe cauſſam quoque reddit, ἀκούω οὖν πολλῶν λεγόντων ὅτι πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλασσαν ἥδιστός ἐστιν. Ad quam ſententiam arbitramur nos reſpexiſſe doctiſſimum poëtam Virgilium lib. II Georgicorum, cum inquit, ſermonem cum Mecœnate habens,

Ades, & primi lege littoris oram.

Declaravit enim iis verbis ſe illum ad rem jucundam invitare. Aſtura autem Ciceroni villa maritima erat, ut Plutarch. quoque in Cicerone his verbis docet: πυθόμενοι δὲ τὰς προγραφὰς ἔγνωσαν εἰς Ἄστυρα μεταβῆναι χωρίον παράλιον τοῦ Κικέρωνος. Victor. *In maritimis ſum*] Campaniæ, & maritimæ oræ ἐπίσκοπος. *Corrad.* Codices tres Memm. habent, *Quod autem in mar. ſum, ſubmoveo facillime nonn. ſuſp.* &c. Victorius edidit, *Quod autem in mar. ſum facillime, moveo nonnullis ſuſp.* &c. in quo mutata duntaxat diſtinctio eſt, detracta ſyllaba *ſub.* quæ mea ſententia, inanis eſt. niſi forte pro *ſubmoveo*, legendum eſt *commoveo.* Lambin. Perperam. vide quæ notamus ad lib. III. epiſt. 12. *Facillime ſum, moveo n. ſ.*] *Facillime eſſe* quid ſit norunt qui Plautum legerunt: & ſic edidit Lambin. cum Manut. extatque in Vatic. in Pall. alias omnibus fere, *ſum facillime.* At in quart. tert. ſec. Stewech. Mitall. *movet.* alias, *quod autem in maritimis ſum, facile moveo nonnullis ſuſp.* Gebhard.

Contra eum] Cæſarem. *Corrad.*

Ab eo] Ab eodem Cæſare. *Idem.*

Cui tamen ſatisfieri nullo modo poteſt] Vel quod illi tantum debeam: vel potius, quod in Senatum, ut volebat, non venerim: etſi ego ſpero me ſatisfeciſſe. *Idem.* *Ab eo, cui tamen*] Fortaſſe, *ad eum* ſc. ~~Antonium~~, cui ſatisfacere nunc non poſſum, quia nimis ſero venio. *Græv.*

Non enim te celavi ſermonem T. Ampii] Cum hic locus antea manifeſto corruptus eſſet, a me eſt, quemadmodum in noſtris vides, reſtitutus. quod tamen diligentia potius, quam induſtria ulla mea factum eſt: veterem enim ſcripturam repoſui, quam ne parva quidem immutatione facta, in Mediceo reperi: illam cur rejicerem nihil erat. Si qua in hoc loco obſcuritas eſt, ea ab hiſtoria naſcitur, quam ignorari mirum videri non debet. *Victorius.* *Non enim te celavi ſermonem T. Ampii: vidiſti quam abhorrerem*] Sic recte ex Med. edidit Victor. nec longe diſſentit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

viďiſti quam abhorrerem ab urbe relinquenda? Cum audiſſem, nonne tibi affirmavi, quidvis me potius perpeſſurum quam ex Italia ad bellum civile exiturum? Quid ergo accidit, cur conſilium mutarem? nonne omnia potius ut in ſententia permanerem? Credas hoc mihi velim, quod puto te exiſtimare, me ex his miſeriis nihil aliud quaerere niſi ut homines aliquando intelligant, me nihil maluiſſe quam pacem: ea deſperata, nihil tam fugiſſe quam arma civilia. Hujus me conſtantiae puto fore ut nunquam poeniteat. Etenim memini, in hoc genere gloriari ſolitum eſſe familiarem noſtrum Q. Hortenſium, quod nunquam bello civili interfuiſſet. Hoc noſtra laus erit illuſtrior, quod illi tribuebatur ignaviae. de nobis id exiſtimari poſſe non arbitror. Nec me iſta terrent quae mihi a te ad

ſentit liber Padani. in Pal. ſec. erat *ſermonem tam pii vidiſti*; ſicut ex Med. notat Manut. ſed cum ſic viſatur in Stewech. & Vat. non amplius de veritate periclitandum eſt. T. Ampium ait idem Tull. lib. VI. epiſt. 12. *belli civilis tubam appellatum fuiſſe.* vulgo inſubide nimis, *celavi. ſed nonne tum providiſti quam abb.* in qua tamen conjectura quam ſibi placet Manutius! *Gebhard.* Primus etiam Grævii, *ſermonem tam pii vidiſti.* Mentel. & Nic. Scelſi: *ſermonem tam pium vidiſti.*

Cum audiſſem, nonne tibi affirmavi] Pompeium de urbe relinquenda cogitare. *Corradus.* *Cum audiſſem*] Expunxi *quod* ante *cum* ſuaſu omnium Pall. Grut. quatuor Guilielmianorum. *Gebhardus.* Abeſt etiam *quod* ab Amſterodam. Mentel. Nic. Scelſi, duobus Grævii.

Nonne omnia potius ut in ſententia permanerem] Sic legendum, *cur in ſent. perm.* non, ut vulgo, *ut in ſent. permanerem.* quamvis omnes libri reclament. ſic enim loquimur, *Omnia acciderunt cur hoc vel illud facerem.* Et ſupra proxime ſic loquitur, *quid ergo accidit, cur conſil. mut.* Lambin. Miror quid Lambinum permoverit ut hic contra omnium librorum fidem pro *ut* voluerit ſcribi *cur*. Non enim libri ſoli. ſed & ratio ei adverſatur. Quomodo enim aliter loqueretur Cicero, *Quid ergo accidit, cur conſilium mutarem? Nonne omnia potius* acciderunt, *ut in ſententia permanerem*? Grævius.

Ex his miſeriis nihil aliud quærere] Vulgo, *aliud me quærere.* ſed provocabulum prætereunt quinque Pall. Grut. editio princeps. Victorius, ſicut eſt in Vaticano, edidit, *exiſtimare, me ex his miſeriis nihil aliud quærere.* Gebhard. *Me ex his miſeriis nihil aliud quærere*] Sic recte ex Vaticano ſcripſit P. Victorius, adſtipulante Amſterodamenſi. Non poteſt enim *me* abeſſe ſine detrimento ſententiæ; quamvis nec in meis duobus nec in Menteliano legatur. Abſorptum eſt a præcedentis vocabuli ultima ſyllaba. Inde illa librorum labes, qua Gebhardus ſuam editionem non debebat fœdare. *Grævius.*

De nobis id exiſtimari poſſe non arbitror] Qui bellum in Cilicia fortiter geſſimus. *Corrad.*

A te ad timorem fidiſſime atque amantiſſime

ad timorem fidiſſime atque amantiſſime proponuntur. Nulla eſt enim acerbitas quae non omnibus, hac orbis terrarum perturbatione, impendere videatur: quam quidem ego a rep. meis privatis & domeſticis incommodis libentiſſime, vel iſtis ipſis quae tu me mones ut caveam, redemiſſem. Filio meo, quem tibi carum eſſe gaudeo, ſi erit ulla reſp. ſatis amplum patrimonium relinquam in memoria nominis mei. ſin autem nulla erit: nihil accidet ei ſeparatim a reliquis civibus. Nam quod rogas ut reſpiciam generum meum, adoleſcentem optimum mihique cariſſimum: an dubitas, cum ſcias quanti cum illum tum vero Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementiſſime ſollicitet? & eo magis, quod in communibus miſeriis hac tantum oblectabar ſpecula, Dolabellam meum, vel potius noſtrum, fore ab iis moleſtiis quas libertate ſua con-

tiſſime proponuntur] In ep. 16 lib. VIII. *Idem.*

Satis amplum patrimonium relinquam in memoria nominis mei] Omnes fere libri MSS. habent *in memoriam.* Unde fortaſſe P. Victorius edidit *in memoria.* ego nihil muto & retineo vulgatam: *Satis amplum patrimonium relinquam memoriam nominis mei.* Lambin. *Relinquam in memoria nominis mei*] Non debui attendere faſtidio Lamb. hanc lectionem a Victor. editam rejicientis, cum eam præſtari videam a Pall. pr. tert. quint. Grut. nam reliqui duo, *in memoriam*, ſicut & editionum prima, præferunt. vulgo, *ſatis amplum patronum relinquam memoriam.* Gebhard. Fallitur Lambinus de MSS. Tres enim Palatini, unus Gruterianus, Amſterodamenſis, meus primus lectionem editionis Victorianæ repræſentant. In Menteliano deſideratur *in*, legitur tamen *memoria.* Hinc merito cum Gebhardo ſecutus ſum Victorii ſcripturam. *Græv.*

Hac tamen oblectabar ſpecula] Sic habent codices Memm. & recte. quamvis aliter ediderit P. Victorius, nempe, *hac tantum*, &c. *Lambin.* Sed meus primus liber & Pall. firmant lectionem Medicei codicis, ex quo eam hauſit Victorius, cui ſenſu poſtulante, merito ſubſcribimus. *Græv.*

Noſtrum fore ab iis moleſtiis quas libertate ſua contr. liberum] Vulgo, *noſtrum, videbam ab illis.* quod verbi in nullo præterquam tert. deprehendi: & recte relegatur, vereque arcetur a finibus Tullianis. *Gebh.* *Ab iis moleſtiis quas libertate ſua contraxerat*] Quas in pace ab Appio & reliquis adverſariis patiebatur. *Corrad.* *Liberum*] Quod Cæſarem ſequeretur. *Idem.* *Quas libertate ſua contraxerat*] Sic legendum cenſent viri docti, rejecta vulgata lectione *liberalitate*: referentes hoc ad accuſationem Appii, qua Dolabella, ejus accuſator, Pompeium, Brutum, Lentulum offenderat. quibus aſſentior. Et vero ſic habet codex unus manuſcr. longe omnium optimus. *Lambinus.* Sic recte Lambinus. Non vero video quo ore poſſit τὸ *liberalitate* tueri Manutius: nam ſic Ciceroni impingitur expectatio novarum

contraxerat, liberum. Velim quaeras, quos ille dies ſuſtinuerit in urbe dum fuit, quam acerbos ſibi, quam mihi ipſi ſocero non honeſtos. itaque neque ego hunc Hiſpanienſem caſum exſpecto, de quo mihi exploratum eſt ita eſſe ut tu ſcribis: nec quidquam aſtute cogito. Siquando erit civitas, erit profecto nobis locus. ſin autem non erit, in eaſdem ſolitudines tu ipſe (ut arbitror) venies, in quibus nos conſediſſe audies. Sed ego fortaſſe vaticinor, & haec omnia meliores habebunt exitus. Recordor enim deſperationes eorum qui ſenes erant, adoleſcente me. Eos ego fortaſſe nunc imitor, & utor aetatis vitio. Velim ita ſit. Sed tamen togam praetextam texi Oppio puto te audiſſe. nam Curtius noſter dibaphum cogitat: ſed eum infector moratur. Hoc adſperſi, ut ſcires me tamen in ſtomacho

rum tabularum. Aliter enim ære alieno, hoc eſt, illis moleſtiis, liberari non poterat Dolabella. Itaque potius *libertate*, quod in meo ſecundo reperitur, legerim cum Victorio & Lambino. Moleſtiæ vero ſunt quibus afficiebatur in pace ab Appio, ejuſque amicis. His liberabatur ſi cum Cæſare proficiſceretur in Hiſpaniam. *Libertate* vetus etiam Nic. Scelſi codex habet. *Grævius.*

Neque ego hunc Hiſpanienſem caſum expecto] Finem belli contra Petreium & Afranium. *Corradus.*

Sed ego fortaſſe vaticinor] Hoc eſt inſanio, deliro. vid. P. Manut. *Vaticinor*] Recte hoc verbum declarat Paulus, eodemque & ipſe intellectu accipiendum puto: quam autem vim hic habet *vaticinor*, eandem in Phormione par huic aſſimileque verbum habet *ariolor*. Potuiſſet hoc aliquos fallere, quod & rarior eſt hic ſignificatus hujus verbi, & ſenes etiam oraculis divinationibuſque gaudent, & ipſi res futuras divinare libenter ſolent, quod lepidiſſimus poeta Ariſtophanes in ſua Comœdia docuit, cum inquit, ὁ δ᾽ γέρων σιβυλλιᾷ. Sed ut diximus verus ille ſenſus eſt. nam inquit ſtatim: *Recordor enim deſperationes eorum, qui ſenes erant adoleſcente me*: & quæ ſequuntur. Ariſt. autem lib. II de Arte dicendi, quo loco mores & ſtudia omnium ætatum refert, appellat ipſos δυσέλπιδας, quod nihil unquam boni ſperent, aut vix omnino *ægreque ſperent*: quod duabus de cauſis fieri affirmat, quas ipſe acutiſſime, quemadmodum alia omnia, excogitavit. *Victorius.*

Togam prætextam texi Oppio] Magiſtratum aliquem, quemadmodum idem Appius fuerat adeptus Cæſare Coss. *Corradus.*

Texi] Parari, ut in Italia maneret: quod facturus videbatur, ſed recentes inimicitias metuebat. *Idem.*

Curtius] Poſthumus Curtius, a me Cæſari olim commendatus, ſed nunc prorſus Cæſarianus. *Idem.*

Dibaphum cogitat] Auguratum, præſertim Q. Hortenſio augure jam mortuo. *Idem.*

Infector] Cæſar. *Idem.*

Stomacho] Etſi ſim iratus. vid. Manut.

Dola-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nacho ſolere ridere: Dolabellae, quod ſcripſi, ſuadeo videas, tanquam ſi tua res agatur. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus. Te tamen oramus, quibuſcunque erimus in terris, ut nos liberoſque noſtros ita tueare ut amicitia noſtra & tua fides poſtulabit. Vale.

Dolabellæ, quod ſcripſi, ſuadeo videas] Cur hæc ſcriptura exulet non video approbata & cuſtodita tot optimis codicibus. ſic enim Med. ſic Pall. ſec. tert. quart. Grut. Politiani cod. Stewech. Vulgo, *de Dolabella*. pr. quoque τὸ *de* inficiatur. duo Guilielm. libri *de Dolabellæ*. Gebhard. Sic & Mentel. alii, *Dolobella*.

Te tamen oramus] Codex unus Memm. habet *te tantum oramus*, quæ ſcriptura non eſt reſpuenda. *Lambin.*

EPISTOLA XVII.

ARGVMENTVM.

Salluſtius Bibulo Proconſuli quaeſtor erat in Syria. ejus binis litteris Cicero reſpondet, prioribus multa, eodem ordine quo ſcripſerat Salluſtius, poſterioribus cauſſas exponit, cur eum Bibulo commendare non debeat; ſe tamen ejus voluntati morem geſſiſſe ſignificat. L. Paullo & C. Marcello Coſſ.

M. T. C. IMP. CANINIO SALLVSTIO PROQVAESTORI S. D.

LItteras a te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi ad XVI Kal. Sextiles. His ergo ordine, ut videris velle, reſpondebo.

C*Aninio Salluſtio Proquæſtori*] *Canio Salluſtio* in veteribus libris ſcriptum eſt, ut quin *Caio Salluſtio* ſcribendum ſit dubitari non poſſit. *F. Urſin.* *Caninio Salluſtio Proquæſtori*] Non erat Manut. pro arbitratu ſuo immutare Epiſtolarum inſcriptiones: omnes quippe libri MSS. *Salluſtio* non *Salluſtiano* inſcribunt. deinde quod *proconſulem* quoque ſalutat, ejuſdem ratio & frivola & credulitas ſtulta eſt. ſic quoque eum appellant quinque Pall. Grut. tres Guilielmii: valuit tamen pluris apud me unius codicis Medicei ſinceritas, in quo ſic fuiſſe monet Egnatius; & Victorii auctoritas, a quo ſic excudere juſſus eſt Rob. Stephanus. ſed ne deminerim: Pal. pr. *C. Salluſtio.* ſec. *Canio.* tert. Grut. *Canino.* quart. *Camino Salyſtio.* ſolus quint. *Caninio.* in Vatic. lætor quoque eſſe noſtram lectionem. *Gebhardus.* In meo primo exſtant veſtigia Medicei & Vaticani: *Conini Saluſtio. ProC. Q.* Expungendum eſt illud

bo. De ſucceſſore meo nihil audivi, nec quenquam fore arbitror. Quin ad diem decedam, nulla cauſſa eſt, praeſertim ſublato metu Parthico. Commoraturum me nuſquam ſane arbitror. Rhodum, Ciceronum cauſſa puerorum, acceſſurum puto: neque id tamen certum. Ad urbem volo quam primum venire: ſed tamen iter meum, reip. & rerum urbanarum ratio gubernabit. Succeſſor tuus non poteſt ita maturare ullo modo ut tu me in Aſia poſſis convenire. De rationibus referendis, non erat incommodum te nullam referre, quam tibi ſcribis a Bibulo fieri poteſtatem. Sed id vix mihi videris per legem Iuliam facere poſſe: quam Bibulus certa quadam ratione non ſervat: tibi magnopere ſervandam cenſeo. Quod ſcribis, Apamea praeſidium deduci non oportuiſſe, videbam idem ceteros exiſtimare: moleſteque ferebam de ea re minus commodos ſermones malevolorum fuiſſe. Parthi tranſierint necne, praeter te video dubitare neminem. itaque omnia praeſidia, quae magna & firma paraveram, commotus hominum non dubio ſermone dimiſi. Rationes mei quaeſtoris, nec verum fuit me tibi mittere, nec tamen erant confectae. eas nos Apameae deponere cogitabamus. De praeda

illud *c*, quod a ſciolo, qui Proquæſtores ignorabat, inſertum eſt, retenta tamen etiam vera lectione, quam non intelligebat. *Grævius.*

Non erat incommodum te nullam referre] Alii, *non erat incommodum te nullas referre* auctoribus libris veteribus. paulo poſt, *Præter Quæſtores urbanos, id eſt, populum Romanum*, habet vetus liber *Præter Quæſtores, & Præfectos.* F. Urſinus.

Per legem Juliam] Qua rationes confectas in provincia apud duas civitates relinquere neceſſe erat, eaſdemque totidem verbis ad ærarium referre. *Corrad.*

Non ſervat] Ut Julii Cæſaris inimicus. *Idem.*

Videbam idem cæteros exiſtimare] *Certos* habet vetus liber: & fortaſſe non male. *F. Vrſin.*

Mei Quæſtoris] L. Meſcinii Rufi. *Corradus.*

Nec verum fuit me tibi mittere] Non æquum, juſtum erat. Horat.

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.

Nec tum erant confectæ] Omnes libri veteres habent, *nec tamen erant confectæ*: atque ita edidit P. Victorius. Porro non celabo lectorem, principium hujus epiſtolæ mihi non videri integrum. nam cum infra aliquot poſt verſibus dicat ſe uni epiſtolæ reſpondiſſe, venire ad alteram, videtur eſſe legendum, *binas litteras*, ſeu *litteras binas.* Lambin.

Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

praeda mea, praeter quaeſtores urbanos, id eſt, populum Roman. teruncium nec attigit nec tacturus eſt quiſquam. Laodiceae me praedes accepturum arbitror omnis pecuniae publicae, ut & mihi & populo cautum ſit ſine vecturae periculo. Quod ſcribis ad me de drachmis CCCLIII. nihil eſt quod in iſto genere cuiquam poſſim commodare. Omnis enim pecunia ita tractatur ut praeda a praefectis: quae autem mihi attributa eſt, a quaeſtore curetur. Quod quaeris, quid exiſtimem de legionibus quae decretae ſunt in Syriam: antea dubitabam venturaene eſſent, nunc mihi non eſt dubium quin ſi antea auditum erit otium eſſe in Syria, venturae non ſint. Marium quidem ſucceſſorem tandem video eſſe venturum, propterea quod ſenatus ita decrevit ut cum legionibus iret. Vni epiſtolae reſpondi: venio ad alteram. Petis ut Bibulo te quam diligentiſſime commendem: in quo mihi voluntas non deeſt: ſed locus eſſe videtur tecum expoſtulandi. Solus enim tu ex omnibus qui cum Bibulo ſunt, certiorem me nunquam feciſti quam valde Bibuli voluntas a me ſine cauſſa abhorreret. Permulti enim ad me detulerunt, cum magnus Antiochiae metus eſſet & magna ſpes in me atque in exercitu meo, ſolitum dicere, quidvis ſe perpeti malle quam videri eguiſſe auxilio meo. quod ego officio quaeſtorio te adductum reticere de praetore tuo, non moleſte ferebam: quanquam quemadmodum tractarere audiebam. Ille autem cum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad

Marium quidem ſucceſſorem tandem vid.] Elegantiſſimam lectionem unica iſta vocula reddidi ex Pall. ſec. tert. Grut. Stew. vulgo interpretamento contenti ſunt, *tarde video*. ſicut & paulo poſt: *petis a me, ut Bibulo*. cum illud *a me* projectitium ſit Pall. ſec. tert. Grut. Stewech. *Gebhard*. Priorem lectionem firmant Amſtelodamenſis, Mentel. & V. C. Nic. Scelſi. Sed *petis a me* extat in omnibus quatuor libris quos vidit *Grævius*.

Quod ego officio quæſtorio te adductum] Nam a majoribus accepimus, Prætorem Quæſtori parentis loco eſſe oportere. *Corradus*.

De prætore tuo] Atqui M. Bibulum *Procoſſ.* vocat ep. I & 3 lib. XIII. ſed, auctore Aſconio, Veteres omnem magiſtratum cui pareret exercitus, *Prætorem* appellarunt. *Idem*.

Ad Thermum] De quo ſequenti epiſt. & lib. XIII. *Idem*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ad me litteram nunquam miſit: ad quem intelligebat ejus belli periculum pertinere. Tantum de auguratu filii ſui ſcripſit ad me: in quo ego miſericordia commotus, & quod ſemper amiciſſimus Bibulo fui, dedi operam ut ei quam humaniſſime ſcriberem. Ille ſi omnibus eſt malevolus (quod nunquam exiſtimavi) minus offendor in me: ſin autem a me eſt alienior, nihil tibi meae litterae proderunt. Nam ad ſenatum quas Bibulus litteras miſit, in iis quod mihi cum illo erat commune, ſibi ſoli attribuit: ſe ait curaſſe ut cum quaeſtu populi pecunia permutaretur. quod autem meum erat proprium ut alariis Tranſpadanis uti negarem, id etiam populo ſe remiſiſſe ſcribit. quod vero illius erat ſolius, id mecum communicat: equitibus auxilia-

Alariis Tranſpadanis] *Alarii* his temporibus dicebantur alæ equitum ex Italia & provinciis collectæ, quæ loco triginta turmarum quæ olim conſcribebantur ex equeſtri ordine, addebantur legionibus ſingulis. Equeſter enim ordo tum non ſufficiebat tot legionibus quot gerebatur reſpublica. *Alæ* igitur veteri republica ſocii Latini nominis, tam pedites quam equites: qua ſignificatione alæ, pedites equiteſque alarii, item cohortes alariæ diſtinguuntur a legionariis. Deinde ubi ſocii civitate donati dedere æque ac Romani legiones, alariorum quidem peditum nomen ab illis ad auxiliares & externos tranſiit, at equitum alariorum penes illos manſit, ſed cum externis, opinor, commune: manſit certe: legionibus enim in Italia aut provinciis ſcriptis alæ equitum adjungebantur Italici, provincialis aut etiam externi ſanguinis, non vero Romani aut equeſtris. Sub primis deinde Imperatoribus *alæ* iterum & *alarii equites* diſtinguebantur a prætorianis, ſingularibus, & cohortibus equeſtribus. *Alariorum peditum* aliqua tum ſed rarior memoria, cohortes appellabantur. *Alarum* autem vocabulum ut proprium & ſuum eques tum vindicavit, non quidem legionarius aut Romanus, ſed tamen honeſtiſſimus provincialium, & qui in vicem legionarii addebatur fere legionibus. H. Rhabod. Scheelius Notis ad Hyginum Gromaticum de Caſtrametat. Rom. pag. 66 & ſequentibus. ubi prolixius hanc rem exequitur, & primus docuit alarum veteris reipublicæ, & quæ poſt Marium quæque deinde ſub Cæſaribus primis fuerunt diſcrimen. Is enim vir Illuſtriſſimus & ſummi ingenii ac doctrinæ, has Notas ſuppreſſo nomine, aut notis tantum indicato edidit. Qui niſi acerbo fato & patriæ, cujus præcipuum columen erat, & litteris eſſet præreptus, antequam duobus tomis de Omni Re militari Romanorum, quos adornabat, poſſet ultimam manum imponere, nihil in hoc argumento deſideraremus amplius. Infinita enim eruerat quæ & Salmaſium & Lipſium, & quicunque alii in hoc circo ſudaverunt, fugere; nunc vero ignoramus omnes, nec hæc tantum ſed & plurima alia, quæ in omni ſcientiarum genere meditabatur.

Equitibus auxiliariis egere ſe, inquit, cum amplius frumenti poſtularemus] In nullis vidi antiquis codicibus duas has dictio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

iliariis, inquit, cum amplius frumenti poſtularemus. Ilud vero puſilli animi, & ipſa malevolentia jejuni atque ianis, quod Ariobarzanem, quia ſenatus per me regem ppellavit mihique commendavit, iſte in litteris non reem, ſed regis Ariobarzanis filium appellat. Hoc animo ui ſunt, deteriores fiunt rogati. Sed tibi morem geſſi: tteras ad eum ſcripſi, quas cum acceperis facies quod oles. Vale.

tiones *egere ſe*, quæ in excuſis omnibus ſuntur: & ſane puto additas eſſe teme- ab aliquo qui non intelligeret vera eſſe ex epiſtola Bibuli ad Senatum: æ autem totum hunc locum pervertnt, ſi accurate attenteque legas. Hæc nim ſunt illa verba quibus quod ıum erat cum Cicerone ille commuicaverat, de quo nunc Cicero queriır. Cum ſcripſiſſet enim Bibulus *poularemus*, indicabat ſe in eo deſiderio on ſolum fuiſſe: vox autem illa *init* declarat eſſe quæ circa ſunt verba, ibuli: quæ majoribus literis ſcripſimus, ut diſtincta a ſermone Cic. facilius intelligerentur, nec amplius quenquam fallerent. *Victor.* *Poſtularemus*] Perinde ac ſi dicat, Ego & Cicero. ſunt enim Bibuli verba: ſed pendentia, ne plura deſcriberet. *Corradus.* Pro *frumenti* ſcriptum eſt in vetere libro *ſupplementi*; & ita neceſſario videtur ſcribendum ex loco ſimili in epiſt. 3 lib. III ad Appium. *Cenſebant enim omnes fere ut in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.* F. Urſin.

EPISTOLA XVIII.

ARGVMENTVM.

Laetitiam ſuam exponit quod ei grata eſſe intelligat officia ſua; laudat ejus in adminiſtranda provincia clementiam & integritatem, ſuadet ut decedens praeficiat provinciae quaeſtorem potius quam legatos. L. Paullo, C. Marcello Coſſ.

M.T.C. IMPERATOR Q. THERMO PROPRAETORI S.D.

OFficium meum erga Rhodonem ceteraque mea ſtudia quae tibi ac tuis praeſtiti, tibi homini gratiſſimo grata

Q. *Thermo propraetori*] Non Bithyniæ, ſed Aſiæ, Helleſponti certe quidem, & Epheſi, atque reliquarum urbium, de quibus Cicero ad ipſum ſcribens lib. XIII meminit. ſed & *praetorem Epheſium* vocat alibi. *Corradus.* Neſcio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

grata eſſe vehementer gaudeo: mihique ſcito in dies majori curae eſſe dignitatem tuam: quae quidem a te ipſo integritate & clementia tua ſic amplificata eſt ut nihil addi poſſe videatur. Sed mihi magis magiſque quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum conſilium, quod initio Ariſtoni noſtro, ut ad me venit, oſtendi: graves te ſuſcepturum inimicitias, ſi adoleſcens potens & nobilis a te ignominia affectus eſſet. & hercle ſine dubio erit ignominia. habes enim neminem honoris gradu ſuperiorem. Ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipſo vincit viros optimos hominesque innocentiſſimos, legatos tuos, quod & quaeſtor eſt & quaeſtor tuus. Nocere tibi iratum neminem poſſe perſpicio: ſed tamen tres fratres ſummo loco natos, promtos, non indiſertos, te nolo habere iratos, jure praeſertim, quos video deinceps tribunos pl. per triennium fore. Tempora autem reip. qualia futura ſint quis ſcit? mihi quidem turbulenta videntur fore. Cur ego te velim incidere in terrores tribunitios, praeſertim cum ſine cujuſquam reprehenſione quaeſtoriis legatis quaeſtorem poſſis anteferre? Qui ſi dignum majoribus ſuis praebuerit (ut ſpero & opto) tua laus ex aliqua parte fuerit: ſin quid offenderit, ſibi totum, nihil tibi offenderit. Quae mihi veniebant in mentem, quae ad te pertinere arbitrabar, quod in Ciliciam proficiſcebar, exiſtimavi me ad te oportere ſcribere. Tu quod egeris id velim dii approbent. Sed,

Neſcio cur Gebhardus edi juſſerit *Procuratori*, contra omnium codicum antiquorum & editionum auctoritatem. *Græv.*

Habes enim neminem honoris gradu ſuperiorem] Honoris in urbe dati. nam Quæſtura primus eſt honoris gradus, & in urbe datur: legatio vero hujuſmodi, in provincia ſæpius, nec ad honorum gradus pertinet. *Corradus.*

Quos video deinceps] *Videre videor* eſt in antiquo libro, quomodo legendum opinor. *F. Vrſin.*

Quæſtoriis legatis quæſtorem p. a.] Ita eſt in Med. Vatic. ita reſtituit optim. Victorius. in Pall. omn. eſt *quæſtoris.* ſicut in Gruteriano, Peck. & Polit. libro; ut facile alterum *i* propter alterum exoleverit. *Gebhardus.*

Qui ſi dignum majoribus ſuis præbuerit] Sic omnes MSS. Palat. & Grut. nec non Amſterodam. & meus primus; ſic & Gebhard. edidit. Ment. & meus ſecund. & edd. *qui ſi dignum ſe majoribus ſuis præbuerit.* Græv.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Sed, ſi me audies, vitabis inimicitias, & poſteritatis otio conſules. Vale.

EPISTOLA XIX.

ARGVMENTVM.

Oſtendit aptiorem ſibi quaeſtorem obtingere non potuiſſe, & hortatur ut maturet in provinciam venire antequam ipſe decedat: pollicetur autem quaecunque ad eum ornandum conferre poterit. Paullo & Marcello Coſſ.

M.T.C. IMP. C. COELIO L.F. C.N. CALDO QVAESTORI DES. S.D.

CVm optatiſſimum nuntium accepiſſem te mihi quaeſtorem obtigiſſe, eo jucundiorem mihi eam ſortem ſperabam fore quo diutius in provincia mecum fuiſſes. Magni enim videbatur intereſſe, ad eam neceſſitudinem quam nobis ſors tribuiſſet conſuetudinem quoque accedere. Poſtea quam mihi nihil neque a te ipſo, neque ab ullo alio de adventu tuo ſcriberetur, verebar ne id ita caderet (quod etiam nunc vereor,) ne ante quam tu in provinciam veniſſes, ego de provincia decederem. Accepi autem a te miſ-ſas

C. *Cœlio L. F. C. N. Caldo*] Sic recte Manutius edidit, cujus veſtigia invenio in antiquis libris. Meus primus: *Conſuli Cœlio Lucio Figulo G. N. Caldo Quinto.* Portenta hæc lectionum orta ſunt ex ignoratione Notarum. ex C. enim fecerunt *Conſuli*, ex L. F. Lucio Figulo, ex Q. Quinto. Contra Amſtelodamenſis corrupit illas notas C. N. Nam ſic in eo ſcribitur: *M. Tullius M. T. Cicero Imperator ſalutem dicit Conſuli Cœlio L. F. Gneus Caldo.* ex G. N. fecit *Gneus.* Gebhardus omiſit C. N. perperam. *Græv.*

Quam nobis fors] Hanc lectionem longe optimam tradidit nobis Pal. pr. Vatic. Victorii editio. vulgo *ſors.* ſed Pall. pr. ſec. tert. Grut. *accidere*, non *accedere*, quod mihi ob cauſſam intimam placebat magis. paullo poſt legendum, *poſtea quam mihi* ex Pall. omn. Grut. editionum antiquiſſimis optimiſque Ven. & Vict. vulgo *poſtea cum.* Gebhard. *Quam nobis ſors tribuiſſet*] Non poſſum probare librorum illorum lectionem, qui pro *ſors* ſubſtituunt *fors*, quamvis eam tueatur etiam Mentelianus. Sed meus primus & Amſtelodamenſis ſtant pro altera ſcriptura. Nos ſors, inquit Cicero, quæ tibi aſſignavit quæſturam Ciliciæ conjunxit; conjunctiores erimus, ſi mutua con-

ſas litteras in Cilicia, cum eſſem in caſtris, a. d. x Kal. Quintiles, ſcriptas humaniſſime, quibus facile & officium & ingenium tuum perſpici poſſet. ſed neque unde, neque quo die datae eſſent, atque quo tempore te exſpectarem, ſignificabant: nec is qui attulerat, a te acceperat, ut ex eo ſcirem quo ex loco & quo tempore eſſent datae. Quae cum eſſent incerta, exiſtimavi tamen eſſe faciundum ut ad te ſtatores meos & lictores cum litteris mitterem: quas ſi ſatis opportuno tempore accepiſti, gratiſſimum mihi feceris ſi ad me in Ciliciam quam primum veneris. Nam quod ad me Curius, conſobrinus tuus, mihi (ut ſcis) maxime neceſſarius, quod item C. Virgilius propinquus tuus, familiariſſimus noſter, de te accuratiſſime ſcripſit, valet id quidem apud me multum, ſicuti debet hominum amiciſſimorum diligens commendatio: ſed tuae litterae, de tua praeſertim dignitate & de noſtra conjunctione, maximi ſunt apud me ponderis. Mihi quaeſtor optatior obtingere nemo potuit. Quamobrem quaecunque a me ornamenta ad te proficiſcen-

conſuetudine licuerit nobis frui. Sic ſcripſiſſe Ciceronem illa quoque ſignificant quæ paullo anteceſſerunt: *Eo jucundiorem mihi eam ſortem ſperabam fore, quo diutius in provincia mecum fuiſſes.* Grævius.

Miſſas litteras in Cilicia] Sic codex Med. editio Vict. Pall. pr. tert. quint. nam bini reliqui, ſicut & editio princeps & Peck. *in Ciliciam.* Vulgo *in provincia.* Gebhard. *In Cilicia* legitur etiam in Amſtelodamenſi & primo Grævii, in ſecundo vero: *in Ciliciam.*

Quo ex loco & quo tempore] Gebhardus ſecutus codicem Stewechii, edit. Venetam nonnulloſque alios veteres codices, edidit *atque tempore.* Sic etiam Mentelianus. Vulgo editur, *aut quo tempore.* Alii libri: *atque quo tempore.* Optime Amſtelodamenſis *& quo tempore.* ex *&* ortum eſt *aut.* Græv.

Quod ad me Curius] Is M. Curius eſſe videtur, ad quem lib. VII ſcribit, & quem lib. XIII amicis commendat. *Corradus.*

Quod item C. Virgilius] Quicum Ciceroni vetuſta fuit amicitia. *Idem.* *Quod item C. Virgilius*] Prævivit mihi hanc lectionem Pal. ſec. in quem illata eſt a manu ſecunda. recepi eo lubentius, quod vidi eandem attribuiſſe Lambino: atque exſtare in omnibus Pall. Grut. ipſiſque Guilielmianis, non *Virginius* ſed *Virgilius.* Vatic. *quod idem C. Virginius.* Gebhard.

Quæcunque a me ornamenta in te proficiſcentur, elaborabo ut omnes] Nos a veteribus codicibus noſtram accepimus ſcripturam, quam caſtiorem putamus ſine *elaborabo*, ut ſi intellexeris *quæcunque*, id eſt, omnia, nullus ſcrupulus reſtet: pollicetur enim Cicero univerſa ſe in illum effuſurum eſſe ornamenta, ſic enim poſtulare & illius & majorum ſuorum dignitatem. *Victorius.* *Quæcunque in te proficiſcentur*]

ſcentur, ut omnes intelligant, a me habitam eſſe rationem tuae majorumque tuorum dignitatis. Sed id facilius conſequar ſi ad me in Ciliciam veneris: quod ego & mea & reipub. & maxime tua intereſſe arbitror. Vale.

ſcentur] Omnes libri manuſcript. & Memm. & alii noſtri habent, *ad te proficiſcentur.* nihil muto tamen. Nam ſic locutus eſt epiſt. I lib. III. Intelligo, omnia quæ a me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſſima. Præterea nulli habent *elaborabo*, nec ullum aliud verbum in ejus locum. unde ſuſpicor legendum *quæque*, pro *quæcunque*. Nam ſublato verbo *elaborabo*, ferri non poteſt *quæcunque*. Lambinus. *Quæcunque a me ornamenta ad te proficiſcentur; ut omnes*] Sic caſtigavit Victorius ex ſuis, adſtipulantibus noſtris omnibus: & ut omnes intelligant illud *elaborabo* eſſe ſuppoſititium: Grut. ad marginem pro illo ſubjicit *faciam*. Gebhardus. Adſtipulantur emendationi Victorii, Amſtelodamenſis, Mentel. primus Grævii.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD APPIVM CLAVDIVM PVLCHRVM

LIBER III.

EPISTOLA I.

Argvmentvm.

Totus hic ad Appium, P. Clodii fratrem, ſcriptus liber eſt: primae ſex epiſtolae Ser. Sulpicio, M. Marcello Coſs. ſeptima L. Paullo, C. Marcello. octava ante ſeptimam collocari debuit, cum ſcripta ſit Octobri menſe ante devictos Amanienſes: quod in extremo ſignificatur: ex quo patet, ſcriptam eſſe Sulpicio & Marcello Coſs. quinque reliquae ſcriptae ſunt conſulatum gerentibus Paullo & Marcello. Primam epiſtolam Phaniae, Appii liberto, dedit: eoque brevitatem excuſat, quod a Liberto prudentiſſimo ac diligentiſſimo poſſet Appius omnem reip. ſtatum optime cognoſcere. Suam in Appium benevolentiam declarat: eumque tacite hortatur ut Clodiam gentem, ſibi adhuc, propter contentiones P. Clodii, non amicam, ſecum in gratiam reducat. Laudat alterum ejus libertum Cilicem, ut Phaniam tamen pluris facere videatur. Valerium juriſconſultum non ſine joco commendat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. T. C. APPIO PVLCHRO IMP. S. D.

Scripta Ser. Sulpicio Rufo et M. Claudio Marcello Coſs. A.U.C. 702.

SI ipſa reſp. tibi narrare poſſet quomodo ſeſe haberet, non facilius ex ea cognoſcere poſſes quam ex liberto tuo Phania: ita eſt homo non modo prudens, verum etiam (quod juvet) curioſus. quapropter ille tibi omnia explanabit. id & ad brevitatem eſt aptius, & ad reliquas res providentius. De mea autem benevolentia erga te etſi potes ex eodem Phania cognoſcere, tamen

VErum, quod vidi, etiam curioſus] Nos ex vetuſtis codicibus, *Verum etiam (quod juvet) curioſus* legimus: ſæpe enim malum ingenium indicat curioſitas. Non igitur ſic curioſum Phanniam vult accipi, ſed ea curioſitate præditum quæ delectet & ametur. Puto autem hujus erroris quaſi anſam dediſſe antiquam ſcripturam; hic enim & fere omnibus locis hoc verbum per unum tantum *v* ſcriptum eſt in veteribus his codicibus: quod cum librarii non intelligerent, mendum ineſſe ſuſpicantes, locum hunc inquinarunt: legitur autem in epiſtola ad Meſcinium in Mediceo codice ſic etiam locus ille: *Ivitque me tibi cum ſummam humanitatem, tum etiam tuas litteras profuiſſe.* Item ad A. Torquatum: *Nec eos quos adiviſti.* ſicque infinitis aliis locis. Ne longior ſim, rationem hujus orthographiæ nunc non eſt operæ pretium perquirere, & fortaſſe totum hoc culpæ librariorum aſſignandum eſt: tantum admonere placuit, ne ea quenquam amplius falleret in errorемque induceret qui hoc non animadvertiſſet. Sed quodnam hujus loci fatum eſt? nunc enim vidimus in noſtro etiam, vitio librariorum corruptam dictionem eſſe, quam reſtituimus, & *vivet* ejus loco temere poſitum. Quis igitur poſſet amplius perditam horum negligentiam ferre? *Victorius.* In pervetere libro ita erat ſcriptum: *Ita eſt homo non modo prudens, verum etiam æquus, & (quod vidi) curioſus.* Nonnulli vero *quod juvet*, legunt, non *quod vidi.* Corradus. *Verum etiam, quod juvet, curioſus*] Sic habent omnes fere libri manuſc. atque hanc ſcripturam pluribus verbis confirmat P. Victorius: vulgati autem & pauci veteres *quod vidi.* Lambin. Debeatur hujus loci reſtitutio accuratiſſimo Victorio, licet eam præcipue ſatagat Dionyſius: exſtat ea quoque in Stewech. ac Vatic. fuiſſeque in Pal. ſec. & Grut. perſuadent raſuræ: in pr. *verum etiam quo diu & curioſus.* ceteri indigni ſunt qui hic nominentur. *Gebhard.* *Verum etiam quod juvet* primus Grævii. Sed non de nihilo eſt ſcriptura quam in pervetere libro ſe reperiſſe ſcribit Sebaſt. Corradus: *Ita eſt homo non modo prudens, verum etiam æquus, &, quod vidi, curioſus.* Accedit huic libro ille vetus codex N. Scelſi: *Ita eſt homo non modo prudens, verum etiam, quod vidi, æque curioſus.* quam lectionem non repudiandam duxerim. Exiſtiment eruditiores. *Grævius.*

Id & ad brevitatem eſt aptius] Ubique ſcatet Tullius vomicis ac noxiis Magiſtellorum tumoribus: qui ne ipſis aliquid deeſſe videretur, inculcarunt *id enim mihi & ad brevitatem eſt.* abnuente Pall. ſec. tert. Gruteriano, Stewech. & cui quæſo ſenſui iſtæ voces, non quiſquiliæ? *Gebhard.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tamen videntur etiam aliquae meae partes. Sic eſt, tibi perſuade, cariſſimum te mihi eſſe, cum propter multas ſuavitates ingenii, officii, humanitatis tuae, tum quod ex tuis litteris & ex multorum ſermonibus intelligo, omnia quae a me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſſima. Quod cum ita ſit, perficiam profecto ut longi temporis uſuram qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine & gratia, & celebritate & magnitudine officiorum meorum ſarciam: idque me (quoniam tu ita vis) puto non invita Minerva eſſe facturum: quam quidem ego, ſi forte de tuis ſumſero, non ſolum Pallada ſed etiam Appiada nominabo. Cilix libertus tuus, antea mihi minus fuit notus: ſed ut mihi reddidit a te litteras plenas & amoris & officii, mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatem litterarum tuarum. Iucunda mihi ejus oratio fuit cum de animo tuo, de ſermonibus quos de me haberes quotidie, mihi narraret. Quid quaeris? Biduo factus eſt mihi familiaris: ita tamen ut Phaniam valde ſim deſideraturus: quem cum Romam remittes, quod (ut putabamus) celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus quas agi, quas curari a me voles, mandata des velim. L. Valerium juriſconſultum valde tibi commendo: ſed ita etiam, ſi non eſt jureconſultus. Melius enim ei cavere volo quam ipſe aliis ſolet. Valde hominem diligo.

Sic eſt tibi perſuade] Animoſiſſimam hanc lectionem produco ex Pall. tert. quint. cui ſi diſplicet, mentem certe beta languidiorem habet. vulgo, *ſic n. tibi perſuade.* Gebhard.

Intermiſſa noſtra] Propter ſimultatem. *Corrad.* *Intermiſſa noſtra conſuetudine & gratia*] Optimi codices Pall. ſec. tert. Grut. ne veſtigium habent duarum vocum *& gratia*: quas tamen neceſſarias eſſe res monet. verum illud *celebritate* longius præferrem illi *crebritate*, ſi melioris commatis codex accederet: ſolis Peck. Pal. quint. editione prima, ejus lectionis patronis. ceterum miror cur Victorius aut Robertus Stephanus ediderit *non inventa Minerva.* Gebhard.

Quam quidem] Minervam: & videtur ſuam illam urbis cuſtodem ſignificare; ſit tamen conjectura, non judicium. *Corrad.*

Si forte de tuis ſumſero] Clodiis: ſi de Pallade cuſtode loquitur. *Corrad.*

Melius enim ei cavere] *Caveri* legitur in lib. MS. & fortaſſe melius quam in vulgatis. *F. Urſinus.* Sed male. Hoc enim Cicero dicit: ego volo ei cavere ne ſi non Juriſconſultus eſſe appareat hoc ei ſit fraudi apud te & de-

de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

diligo. eſt ex meis domeſticis atque intimis familiaribus. omnino tibi agit gratias: ſed idem ſcribit, meas litteras maximum apud te pondus habituras. Id eum ne fallat te etiam atque etiam rogo. Vale.

decori. Notiſſimum enim eſt proprie Juriſconſultos dici *cavere alicui* cum provident conſilio ſcriptove ſollemnibuſque formulis inſtruendo ne quis in contrahendo decipiatur. Ovid. lib. de Arte am.

Illo ſæpe loco capitur conſultus amore,
Quique aliis cavit, non cavet ipſe ſibi.
Grævius.

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

Ciliciam provinciam ſortitus rogat Appium ut eam ſibi quam maxime aptam explicatamque tradat, quo ſit ei, cum ſucceſſerit, facilior & commodior adminiſtratio.

M.T.C. PROCONSVL APPIO PVLCHRO IMP. S.D.

CVm & contra voluntatem meam & praeter opinionem accidiſſet ut mihi cum imperio in provinciam proficiſci neceſſe eſſet, in multis & variis moleſtiis, cogitationibuſque meis, haec una conſolatio occurrebat quod neque tibi amicior, quam ego ſum, quiſquam poſſet ſuccedere, neque ego ab ullo provinciam accipere qui mallet eam mihi quam maxime aptam explicatamque tradere. Quod ſi tu quoque eandem de mea voluntate erga te ſpem habes, ea te profecto nunquam fallet. A te maximo opere, pro noſtra ſumma conjunctione tuaque ſingulari humanitate, etiam atque etiam quaeſo & peto ut quibuſcunque rebus poteris (poteris autem plurimis) proſpicias, conſulas rationibus meis. Vides ex ſenatuſconſulto provinciam eſſe habendam. ſi eam (quoad ejus facere potueris) quam expeditiſſi-

IN *provinciam*] Ciliciam. *Corrad.*

Neque tibi amicior] Nugæ ſunt quæ de *amicicior*, quod in veteribus libris extat, docti viri ſcribunt. librariorum errata amplectuntur.

Quoad ejus facere potueris] Quid ſequar

ditiſſimam mihi tradideris, facilior erit mihi quaſi decurſus mei temporis. Quid in eo genere efficere poſſis, tui conſilii eſt. Ego te quod tibi veniet in mentem mea intereſſe valde rogo. Pluribus verbis ad te ſcriberem, ſi aut tua humanitas longiorem orationem exſpectaret, aut id fieri noſtra amicitia pateretur, aut res verba deſideraret ac non pro ſe ipſa loqueretur. Hoc velim tibi perſuadeas, ſi rationibus meis proviſum eſſe intellexero, magnam te ex eo & perpetuam voluptatem eſſe capturum. Vale.

quar hic, hæreo. Pal. pr. *quoad vis facere potueris*. ſec. a manu ſecunda, quart. quint. *quod equidem fac. p.* a quibus paullulum mutant Peck. edit. prima *quod quidem fac*. tert. *quod æque fac*. Grut. *qua ejus fac*. quæ mihi omnium videtur ſinceriſſima: nam *quoad* ejus gloſſema eſt. *Gebhard.*

Si rationibus meis proviſum eſſe intellexero] Vulgo, *rationibus meis a te proviſum*. Lambin. *proviſum a te eſſe intellex.* ſed quis (malum) tolerat ſuperflua excernentibus MSS. Pall. ſec. tert. Grut. Stewechiano? *Gebhard.* Quatuor tamen codices quibus uſus ſum, omnes agnoſcunt illa a Gebhardo reciſa *a te*. Græv.

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

Significat ſe Brundiſium veniſſe; cum Fabio, Appii legato, locutum eſſe; antequam ab urbe diſcederet nihil a ſenatu decretum, Sulpicio conſule repugnante ut ſuis Bibulique legionibus in Italia ſupplementum ſcriberetur. Petit idem quod in proxima epiſtola, ut Appius in tradenda provincia commodet ſibi quam maxime poteſt, praecipue, ne numerum militum imminuat.

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

A. d. XI Kalendas Iunias Brundiſium cum veniſſem, Q. Fabius, legatus tuus, mihi praeſto fuit, eaque me ex tuis mandatis monuit quae non modo mihi, ad quem per-

Q. *Fabius legatus tuus*] Nolui immutare hanc lectionem: licet pr. edit. Vict. Pall. pr. tert. Grut. Vatic. totidemque Guilielm. ingerant *Q. Fabianus*. illud *Q. Fabius* propugnant Pall. ſec. quart. quint. ipſe Cicero epiſtola ſequenti: ubi *Q. Fabii Virgiliani* meminerit. paullo poſt omnes MSS. noſtri,

pertinebant, ſed univerſo ſenatui venerant in mentem, praeſidio firmiori opus eſſe ad iſtam provinciam : cenſebant enim omnes fere ut in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur. Id cum Sulpicius conſul paſſurum ſe negaret, multa nos quidem queſti ſumus, ſed tantus conſenſus ſenatus fuit ut mature proficiſceremur parendum ut fuerit : itaque fecimus. Nunc, quod a te petii litteris iis quas Romae tabellariis tuis dedi, velim tibi curae ſit, ut quae ſucceſſori conjunctiſſimo & amiciſſimo commodare poteſt is qui provinciam tradit, ea pro noſtra conſociatiſſima voluntate, cura ac diligentia tua complectare : ut omnes in-

ſtri, ut & Stewech. aſſeverant *quæ non mihi, ad quem pertinebant*; emoto illo *modo*, contra vulgi opiniones. *Gebhardus.* *Q. Fabianus* habent etiam Amſtelodam. & duo Græviani. Mentelianus vero *Q. Fabius.* Illud *modo* vero omittunt quoque Amſtelodamenſis, Mentel. duo Grævii.

Sulpicius Conſul] Servius Sulpitius Rufus, tunc cum M. Claudio Marcello Cos. *Corradus.*

Pro noſtra conſtantiſſima voluntate erga te] Diverſam ab hac lectionem habent vetuſti codices: qua ſcilicet in noſtris libris vides elegantiorem profecto & veriorem. Neſcio enim quomodo conſtantiſſimam voluntatem erga Appium dicere poſſit, quæ magnis ſimultatibus interrupta ſit. Nam *conſociatas* eorum inter ſe *voluntates* poſt reconciliatam gratiam recte poteſt appellare. Quidam totum hunc locum immutaverunt, rati fortaſſe parum Latinam vocem eſſe *conſociatas*; qui quantum decepti ſint, nihil attinet dicere. *Victorius.* Hanc lectionem contra Manutium ſic defendit id. in poſterioribus: Multis modis probari poteſt, veriorem, melioremque eſſe antiquam lectionem a nobis reſtitutam: non enim loquitur tantum Cicero de voluntate ſua erga Appium, ſed de mutuis animis: & hoc majorem vim habet ad perſuadendum Appio quod vult, ſi oſtendat animos ipſorum inter ſe conjunctos eſſe, nec ſe ullo pacto dubitare de voluntate ipſius & animi propenſione erga ſe: nam reſpondet hæc vox ſuperiori *conjunctiſſimo.* Et aliis etiam in locis Cic. hæc verba copulavit tertio libro de Finib. *Ad civilem communitatem conjuncti & conſociati ſumus.* Si acute perpendantur ſuperiora verba, declarabunt *conſociatiſſima* legi debere: nam & *conjunctiſſimo* & *amiciſſimo* conveniunt animis mutuis, ac paribus voluntatibus: quod incluſum quoque eſt in ea voce *conſociatiſſima*, minime vero in *conſtantiſſima*: nam in vulgata lectione eſt *erga te*, ut de voluntate tantum Ciceronis erga Appium intelligi oporteat, non de Appii quoque erga Ciceronem: nam ſi ſine verbis illis *erga te* legatur, falſum omnino eſſet; quamvis ita quoque non valde verum ſit: nam dubitari non poteſt quin graves inter illos inimicitiæ fuerint. Quamvis autem Cicero oſtendere poſtea conetur voluntatem ſuam erga illum imminutam non eſſe, parcius tamen loquitur, neque quemadmodum hic facit, conſtantiſſimam illam appellat, ſed *conſtantem*, & adjungit *conſcientia*: aliis enim aliter videbatur. In vetere lectione *noſtra* comple-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

intelligant nec me benevolentiori cuiquam ſuccedere, nec te amiciori potuiſſe provinciam tradere. Ex iis litteris quarum ad me exemplum miſiſti, quas in ſenatu recitari voluiſti, ſic intellexeram permultos a te milites eſſe dimiſſos: ſed mihi Fabius idem demonſtravit id te cogitaſſe facere, ſed cum ipſe a te diſcederet integrum militum numerum fuiſſe. Id ſi ita eſt, pergratum mihi feceris, ſi iſtas exiguas copias quas habuiſti quam minime imminueris: qua de re ſenatuſconſulta quae facta ſunt, ad te miſſa eſſe arbitror.

plectitur etiam voluntatem Appii: in vulgata vero Ciceronis tantum: Quanto magis hæc officia expectari debeant ab illis quorum voluntates tuis reſpondent & cum tuis conſociatæ & conjunctæ ſunt, quam ab illis qui quamvis tu illos diligas, parem erga te animum non habeant, apertum eſt. Addo etiam minime hic accommodatum fuiſſe verbum *conſtantiſſima*, & prius quam Appium hortari aut impellere poſſet (ſi ita locutus eſſet) ad id quod ſtudebat, læſurum fuiſſe: cum negare non poſſet ſimultates inter eos interceſſiſſe: nam exprobraſſet culpa illius factum fuiſſe quod amicitia interrupta eſſet, ſi affirmaſſet voluntatem ſuam erga illum conſtantiſſimam fuiſſe. Infra autem ubi ita loquitur ſe purgat, & aperte culpam hujus incommodi in illum transfert: inquit enim, *Itaque conſcientia meæ conſtantis erga te voluntatis reſcripſi tibi ſubiratus.* Vox autem ipſa *conſociatiſſima* nemini moleſta aut ſuſpecta eſſe debet, qua Cicero multis in locis uſus eſt. Horatius *diſſociari* oppoſito ſenſu dixit in epiſtola ad Quintum:

Continui montes niſi diſſocientur opaca
Valle.

Quare cum in optimis ea exemplaribus reperiatur, & huic ſententiæ valde accommodata ſit, non video cur debeat repudiari. *Conſtantiſſima*] Alias *conſociatiſſima*. Corradus. *Pro noſtra conſtantiſſima voluntate*] Codices Memm. habent *conſociatiſſima*, & ita P. Victorius edidit: nos nihil mutavimus: neque tamen antiquam ſcripturam damnamus. *Lambinus. Pro noſtra conſociatiſſima voluntate, cura ac d. c.*] Sic meliores codices noſtri: Medic. Vict. Pall. pr. ſec. quart. quint. Vatic. cur Lambinus ac Manutius antiquiſſimæ huic lectioni vulgarem, *conſtantiſſima voluntate erga te, cura* &c. præferant, velim ſcire cauſſam. *Gebhard.* Primus meus ſuffragatur lectioni quam P. Victorius ex Mediceo reduxit bonis auſpiciis: reliqui tres quibus uſus ſum habent quidem *conſtantiſſima*, ſed reſpuunt illud vulgatum *erga te*, excepto recentiſſimo papyraceo meo. *Gravius.*

Qua de re Senatuſconſulto quæ facta ſunt] Ita quatuor Pall. Grut. Stewech. ita tamen ut auribus meis non ingrata accidat primi Palat. collocatio: *qua de re quæ facta ſunt ſenatuſconſulto ad te miſſa eſſe arbitror.* vulgo, *Senatuſconſulta*, in quam lectionem Pal. quart. interpolatus eſt. *Gebhard.* Adſtipulantur Amſtelod. Mentel. meus ſecundus Palatinis aliiſque codicibus antiquis. Primus tamen meus: *Senatuſconſulta*, ut pleræque omnes editiones ante Gebhardum, etiam Victorii, quas potius ſequor. Hoc loquendi genus enim, *Quæ de hac re facta ſunt Senatuſconſulto, ad te miſſa eſſe arbitror*, quis probet? nemo ſane qui Latine doctus eſt. Repoſui itaque *Senatuſconſulta.* in qua lectione nihil ſalebrarum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tror. Equidem pro eo quanti te facio, quidquid feceris approbabo. Sed te quoque confido ea facturum quae mihi intelliges maxime eſſe accommodata. Ego C. Pontinium, legatum meum, Brundiſii exſpectabam: eumque ante Kalendas Iun. Brundiſium venturum arbitror. Qui cum venerit, quae primum navigandi nobis facultas data erit utemur. Vale.

rum, nihil quod ullius aures poſſit offendere. Solitum enim Senatum Romanum ſæpius de una re decernere, ſive plura Senatuſconſulta facere, pridem eruditi præceperunt. *Grævius.*

Quæ primum navigandi nobis facultas data erit, utemur] Liquidiſſima lectio hæc erat in Pall. prioribus quatuor. in Peck. Grut. ac Stewech. item Vaticano: quam a Victorio quoque inventam atque editam video. vulgatum alias, *Qui cum venerit, cum primum navigandi nobis facultas data erit, ea utemur.* aliqui MSS. *quam primum*: æque male. *Gebhardus.* Codex Amſtelodam. Mentel. Grævii primus ſtant etiam pro lectione quæ hic eſt repoſita.

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Exſpectari a ſe ſcribit L. Clodium cum Appii mandatis. ſuum ſtudium atque officium in omnibus rebus pollicetur. cauſſas quibus ad eum diligendum adducatur commemorat. Negotiale principium, reliqua fere moralia.

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

PRidie Nonas Iunias cum eſſem Brundiſii litteras tuas accepi, quibus erat ſcriptum te L. Clodio mandaſſe quae illum mecum loqui velles. Eum ſane exſpectabam, ut ea quae a te afferret quam primum cognoſcerem. Meum ſtudium erga te & officium tametſi multis jam rebus ſpero tibi eſſe cognitum, tamen in iis maxime declarabo quibus plurimum ſignificare potuero, tuam mihi exiſtimationem & dignitatem cariſſimam eſſe. Mihi & Q. Fabius Virgilia-

TE L. Clodio mandaſſe quæ illum mecum loqui velles] In vetere libro totus hic locus ſic legitur; *Te Lentulo & Clodio mandaſſe, quæ illos mecum loqui velles. eos ſane expectabam,* &c. de Lentulo epiſt. 8 hujus libri. *Corrad.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

gilianus & C. Flaccus L. F. & diligentiſſime M. Octavius Cn. F. demonſtravit me a te plurimi fieri : quod egomet multis argumentis jam antea judicaram, maximeque illo libro augurali quem ad me amantiſſime ſcriptum, ſuaviſſimum miſiſti. Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia conſtabunt. Nam cum te ipſe ex quo tempore tu me diligere coepiſti, quotidie pluris feci, tum acceſſerunt etiam conjunctiones neceſſariorum tuorum. duo enim duarum aetatum plurimi facio, Cn. Pompeium, filiae tuae ſocerum, & M. Brutum, generum tuum: Collegiique conjunctio, praeſertim tam honorifice a te approbata, non mediocre vinculum mihi quidem attuliſſe videtur ad volunta-

Illo libro augurali] Uno: nam reliquos nondum abſolverat, epiſt. 9. *Corradus.*

Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia conſtabunt] Omnia tibi officia præſtabo quæ præſtari poterunt ab amiciſſimo homine. Sic ſæpe Cicero. Sermo a ratiociniis petitus eſt. Nam cum redduntur ac excutiuntur rationes, in ſingula æra ac titulos inquiritur: quod ſi accepta & expenſa recte congruerint *conſtare ratio* dicitur. Nam ſi res ſecus ſe habet, tum quaſi labat ac corruit. *A. Buchnerus.* quem vide ad lib. x Plin. epiſt. 20. & J. Lipſ. ad Tacit. 1 Ann. c. 26.

Nam cum te ipſum ex quo tempore tu me diligere cœpiſti] Peck. cod. *Nam cum te ipſe, ex quo tempore me diligere cœpiſti.* Sic Ciceronem ſcripſiſſe credo. Hæc loquendi genera frequenter corrupta ſunt. Nam quod vulgo nunc dicunt, *tibi ipſi injuriam facis*, veteres dixerunt, *tibi ipſe injuriam facis*: uti olim viri docti animadverterunt. *Grævius.*

Duos enim] P. Victorius ex Florentino cod. edendum curavit, *duo enim*, quod probo. ſic enim ſæpe veteres loquebantur. Noſtri nihil a vulgatis diſcrepant. *Lambin.* *Duo enim*] Sic ex Florentino Victorius, quod probat Lambinus, quidni & ego, cum reperim in Pal. pr. libro omnium elegantiſſimo, caſtigatiſſimo, quo omnes omnium Italorum in hoc volumen copias inconciliare poſſumus: ut ait Plautus. Vulgo, *duos*. Gebhard. Probat *duo* primus etiam Grævii.

Duarum ætatum] *Duarum ætatum* dicit, quoniam Pompeius tum provectioris ætatis erat, Brutus autem longe junior. *Glandorpius.*

Et M. Brutum, generum tuum, Collegiique conjunctio, &c.] Quinque Pall. Gruter. *& meum Brutum*: quod ut non damnem, ſic quoque temere non admittam. nam illud *meum* poteſt ex divinatione litteræ *m* ortum ac propagatum eſſe a ſciolis librariis. vulgo paullo poſt, *Collegii quoque conjunctio*: ſed ut caſtigavi omn. MSS. Vict. paullo poſt, omnes MSS. *attuliſſe videatur*, ſicut & priſca edit. non *videtur*. & iterum: *ſed & ſi Clod.* vulgo excuſſum eſt &. Gebhard. Has omnes lectiones aſſerunt & Amſtelodam. & Grævii primus. pro *videbatur* tamen Mentelianus, *videtur*, quod & in aliis exſtat editionibus. Nec eſt unde pendeat *videatur*. præſtat igitur hic editionum quam exaratorum manu ſcripturam ſequi. *Grævius.* *Collegii*] Auguratus. *Corradus.*

Clo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

untates noſtras copulandas. Sed & ſi Clodium convenero ex illius ſermone ad te ſcribam plura: & ipſe operam dabo te ut quam primum videam. Quod ſcribis, tibi manendi cauſſam eam fuiſſe ut me convenires, id mihi, ne mentiar, gratum eſt. Vale.

Clodium] L. Clodium. *Idem.*

Id mihi ne mentiar gratum eſt] Ex libri manuſcripti corrupta ſcriptura legendum puto, *id mihi vehementer gratum eſt.* F. Urſin.

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

Agit Appio gratias quod operam dederit ut ſibi quam maxime expeditam provinciam traderet: deinde rationem exponit itineris ſui, quo certius de congreſſu ſtatuere Appius poſſit.

M.T.C. APPIO PVLCHRO S.D.

TRallis veni a. d. VI Kalend. Sextiles. ibi mihi praeſto fuit L. Lucilius cum litteris mandatiſque tuis, quo quidem hominem neminem potuiſti nec mihi amiciorem, nec (ut arbitror) ad ea cognoſcenda quae ſcire volebam aptiorem prudentioremve mittere. Ego autem & tuas litteras legi libenter, & audivi Lucilium diligenter. Nunc quoniam & tu ita ſentis, (ſcribis enim, quae de noſtris officiis ego ad te ſcripſerim, etſi tibi jucunda fuerint, tamen, quoniam ex alto repetita ſint, non neceſſaria te putaſſe) & re vera,

T*Rallis veni*] Sic reſcripſi ex his libris quatuor quibus uſus ſum. Iis vero ſubſcribunt Stewech. Peck. aliorumque. Eſt ut ſuperius *tris*, Salluſt. *omnis.* & infinita alia. *Græv.*

Quo quidem hominem neminem potuiſti] Repræſento hanc lectionem ex Pall. quatuor prioribus, Grut. Stewech. vulgo, *homine neminem.* ſed ſic quoque Plautus, *homo nemo. nemo natus.* Gebhard. *Hominem neminem* habent quoque MSS. Amſtelodam. Mentelii & primus Græv.

Quoniam ex alto repetita ſint] Omnes MSS. & edit. iſtud habent. vulgo, *ſunt.* paullo ante: Pall. quatuor. Grut. *quæ noſtris officiis ego ad te ſcripſ.* omiſſo *de.* ſicut & paullo poſt: ſec. tert. Gruter. *prætermittam: tamen agam, ut debeo, gratias.* abrupto illo *tibi.* quorum conſenſus mihi non ſpernendus videtur. ſcripſi quoque *ſupervacua* non *ſupervacanea* ex Pall. ſec. tert. quart. Gruteriano. *Gebhardus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

vera, confirmata amicitia & perſpecta fide commemoratio officiorum ſupervacanea eſt: eam partem orationis praetermittam: tibi tamen agam, ut debeo, gratias. Animadverti enim & didici ex tuis litteris te omnibus in rebus habuiſſe rationem ut mihi conſuleres, reſtitueresque & praeparares quodammodo omnia quo mea ratio facilior & ſolutior eſſe poſſet. Hoc tuum officium cum mihi gratiſſimum eſſe dicam, ſequitur illud ut te exiſtimare velim mihi magnae curae fore, atque eſſe jam, primum ut ipſe tu tuique omnes, deinde ut etiam reliqui ſcire poſſint, me tibi eſſe amiciſſimum. Quod quibus adhuc non ſatis eſt perſpectum, ii mihi nolle magis, nos hoc animo eſſe, quam non intelligere videntur. Sed profecto intelligent. neque enim obſcuris perſonis nec parvis in cauſſis res agetur. Sed haec fieri melius quam dici aut ſcribi volo. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, viſuruſne me ſis in provincia: ea res ſic ſe habet. Brundiſii cum loquerer cum Phania, liberto tuo, veni in eum ſermonem ut dicerem, me libenter ad eam partem provinciae primum eſſe venturum quo te maxime velle arbitrarer. tunc mihi ille dixit, quod claſſe tu velles decedere, perfore accom-

Supervacanea eſt] Receperat Gebhardus ex quatuor Palatinis, *ſupervacua eſt*. ſed cum Amſtelodamenſis, Mentel. & meus optimus tueatur lectionem omnium editionum, non video cur ab illa ſit recedendum. *Tibi* etiam quod expunxerat Gebhard. in ſequentibus, omnes libri veteres quibus uſus ſum agnoſcunt, nec debet abeſſe. *Grævius.*

Animadverti enim & didici ex tuis litteris, te omnibus in rebus habuiſſe rationem] Non hic tacenda eſt lectio veteris libri N. Scelſi, quæ auctior omnibus editionibus, & exaratis manu codicibus quos ego vidi: *Animadverti enim & didici ex tuis litteris, & per alios, te omnibus in rebus habuiſſe rationem.* Quam ſcripturam, ſi & ab aliis aſſereretur membranis, non rejicerem. rectius autem legeretur: *animadverti enim & didici & ex tuis litteris, & per alios.* Grævius.

Ut mihi conſuleres, reſtitueresque & præparares] Legendum fortaſſe eſt, *& reparares*, &c. *Lambinus.* *Ut m. conſ. reſt.q; & præp.*] Haud ſecus eſt in omnibus & MSS. & editionibus. Lamb. ex conjectura *reparares.* at Guilielm. *conſuleresque ſtatueresque & præp.* neutrum audio. *Gebhard.* Grævii primus, *ut mihi conſuleres ſtatueresque & pararares.*

Ea res ſic ſe habet] Sic omn. MSS. Gruter. Stewech. prima editio. Alias non male, *ea res ſic habet.* Gebhard.

Quod claſſe tu velles decedere] Cur hæc lectio exſulet vulgatis neſcio: ea certe con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ccommodatum tibi, ſi ad illam maritimam partem pro-
inciae navibus acceſſiſſem. Dixi me eſſe facturum: ita-
que feciſſem niſi mihi L. Clodius noſter Corcyrae dixiſſet
ninime id eſſe faciendum, te Laodiceae fore ad meum ad-
entum. Erat id mihi multo brevius multoque commo-
dius, cum praeſertim te ita malle arbitrarer. Tua ratio poſt-
ea eſt commutata. Nunc quid fieri poſſit tu facillime ſta-
tues. ego tibi meum conſilium exponam. Prope Kal. Sex-
til. puto me Laodiceae fore: perpaucos dies, dum pecunia
acci-

conſpicitur in editione prima, Victorii, Pall. quatuor, Gruter. nam in Pal. pr. hæc omiſſa ſunt. vulgo, ex arbitratu alicujus pædagogi, excuſum eſt, *dixit claſſe te velle decedere.* ſed illum cum ſua audacia cuminum bibere & cepe edere jubeo. *Gebhard.*

Si ad Sidam, maritimam partem] *Ad Sidam* ex ſequenti epiſtola; etſi in omnibus fere libris veteribus *ad illam* legimus. *Corrad.* *Et perfore accommodatum, ſi ad illam maritimam partem provinciæ navibus acceſſiſſem*] Sic hunc locum reperio in Pall. quatuor, Grut. edit. prima & Victor. tribus Guilielmianis. pro *illam*, conjectura, ex ſequenti epiſtola ductus, quiſpiam emendavit *ſidam.* Pall. pr. *eam.* Ceterum Guilielm. *maritimam partem provinciæ* pro gloſſa ducebat; volebatque trigam illam vocabulorum ab hoc eloquentiæ curru abjugatam: ſed & τὸ *navibus* ignorarunt Pall. tert. quart. at Grut. *in navibus.* Gebhardus.

Quod claſſe tu velles decedere, perfore accommodatum tibi, ſi ad illam maritimam partem provinciæ] Optime Gebhardus ex Palatinis codicibus, aliiſque probatis libris & editionibus reſtituit, *quod claſſe tu velles decedere.* cum in Lambinianis ac aliis vulgatis editionibus legeretur, *claſſe te velle decedere.* Mei quoque libri duo, tum Amſtelodam. & Mentel. adſtipulantur. Verum poſt hæc verba non intrudenda fuit copula &, quod nec in Manutii, nec in Lambini, nec in Stephanianis editionibus, nec in meis optimis membranis conſpicitur, quamvis alii tres libri, ut & Palatini codd. id agnoſcant. Utriuſque mutationis cauſſa fuit ignoratio locutionis: *dixit, quod claſſe tu velles decedere.* quam cum Latinam non eſſe putarent, eam mutarunt in hanc, *dixit claſſe te velle decedere.* Alii cum retinerent lectionem vetuſtorum librorum, ſed hoc ſenſu interpretarentur quem ei attribuerant qui mutarant, neceſſario infercienda fuit copula, alioquin hiulca fuiſſet oratio. Verum alius longe ſenſus eſt. *Quod* hic eſt quia, ut in multis aliis locis: utque Manutius etiam habet, *dixit* quia *tu velles claſſe decedere, perfore accommodatum tibi.* Vides nunc nihil eſſe quod ullius aures poſſet offendere. *Græv.*

Prope Kal. Sextil. puto me Laodiceæ fore] Miror quibus fiduciis alii fecerint *pridie*, cum hoc exſtet in editionum primaria, Victorii, Pall. tribus, Grut. Peck. propono tamen penſitandam optimi codicis primi lectionem cordatioribus, *propter Kal. Sextil.* nam mihi ſalivam movet. *Gebhard.*

Perpaucos dies, dum pecunia accipitur] Sic Victorius. Palat. tres, Grut. Peck. Amſtelodam. Mentel. meus primus. Vulgati libri, *ubi perpaucos dies.* ſecundus

accipitur quae mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. Deinde iter faciam ad exercitum, ut circiter Idus Sextil. putem me ad Iconium fore. Sed ſi quid nunc me fallit in ſcribendo (procul enim aberam ab re ipſa, & a locis,) ſimul ac progredi coepero, quam celerrime potero & quam creberrimis litteris faciam ut tibi nota ſit omnis ratio dierum atque itinerum meorum. Oneris tibi imponere nec audeo quidquam nec debeo. Sed, quod tuo commodo fieri poſſit, utriuſque noſtrum magni intereſt ut te videam antequam decedas. Quam facultatem ſi quis caſus eripuerit,

dus autem meus, *& tibi perpaucos dies.* forte, *ibi perpaucos dies.* Græv.

Ad Iconium] Lycaoniæ urbem, ubi erant caſtra. *Corrad.*

Procul enim aberam ab re ipſa & a locis] Sic ex Mediceo Victorius: ſic quoque 6. Pall. præter tert. Gruter. Stewech. vulgo, *Procul enim abſum ab re ipſa, & locis.* Gebhardus.

Quam celerrime potero, & quam creberrimis litteris faciam] Prætuli hanc lectionem quam obtulit Pal. quint. benignitas, eo magis quod eam cernam ex Medic. cod. primæ editionis oræ ab Egnatio adjectam: nam ceteri miras turbellas mihi hic dant. Pall. ſec. tert. Stewech. *& quam creberrimis* non habent. quart. vero, *quam celerius pot.* ſicut & prima edit. Vict. & Pal. pr. ſuffragantur vulgatis, *quam celerrimis potero & quam creberrimis litteris f.* Gebhardus. Amſtelodam. *quam celerrimus potero.* Grævii ſecundus, *quam celerius.*

Utriuſque noſtrum magni intereſt, prius uti te conveniam quam decedas] Locus in antiquis omnibus quos vidi codicibus mancus eſt: ſic enim in illis legitur *magni in te quam decedas*, nos tamen, quia ſatis commode reſtitutus eſt (etſi fortaſſe non vere) nihil a vulgatis permutavimus: officio tamen noſtro convenire putavimus rem ſilentio non præterire. ſuſpiciones, quibus ducti non eſſe hanc legitimam hujus loci lectionem putavimus (præter antiquorum exemplariorum fidem & auctoritatem) quia minutæ ſunt, ſilebimus: unuſquiſque in hoc ſuum judicium ſequatur. *Victorius.* In antiquis libris hæc verba, *Intereſt prius ut te conveniam* non ſunt, ſed in unius perveteris libri margine ita ſcriptum invenimus, *Intereſt, ut te videam ante quam decedas*; quæ lectio ita placet ut eam pene legitimam putem. *Corradus.* *Utriuſque noſtrum magni inter* quam decedas*] Præſtat mutilatum Ciceronis aurum tenere, quam aliorum male aceratum ac cohærens lutum: ſic Victorius in ſuo invenit: ſic ego in Pal. pr. numquam ſatis laudatæ fidei codice. gemina littera auctior eſt quint. *intereſt.* neque mutat multum tert. in quo, *utriuſque noſtrum magis intereſt quam decedas.* cujus tamen lævæ oræ impegit *ut me videam*; cum ſit in ſec. *intereſt ut te videam antequam decedas.* in quarto, *magni intereſt, quando decedas.* vulgo ex mangonio ingenioſiſſimorum capitum, *intereſt, prius ut te conveniam, quam decedas.* Mihi fixum determinatumque eſt quicquid potero ductu codicum MSS. alieni deprehendere, exonerare: non enim Cicero is eſt, in quem omnes putidi homunciones ſui cerebri foricas deducere debeant. *Gebhardus.* Antiquiſſimi duo libri Amſtelodam. & meus primus & ipſi accedunt aliis vetuſtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rit, mea tamen in te omnia officia conſtabunt, non ſecus ac ſi te vidiſſem. Tibi de noſtris rebus nihil ſum ante mandaturus per litteras quam deſperaro coram me tecum agere poſſe. Quod te a Scaevula petiiſſe dicis, ut, dum tu abeſſes, ante adventum meum provinciae praeeſſet, eum ego Epheſi vidi, fuitque mecum familiariter triduum illud quod ego Epheſi commoratus ſum, nec ex eo quidquam audivi quod ſibi a te mandatum diceret. Sane vellem potuiſſe obſequi voluntati tuae: non enim arbitror noluiſſe. Vale.

tuſtis membranis, in quibus ſcribitur, *in te quam decedas.* Menteliani vero, *ut tibi uſque numerum magni intereſt, ut te videam antequam decedas.* Secundus vero, *utriuſque noſtrum intereſt ut te videam ante quam decedas.* Et ſic in pervetuſti codicis margine ſe inveniſſe teſtatur Corradus. Quod ferendum puto cum Victorio donec tempus detexerit Ciceronem aliter ſcripſiſſe, ſi aliter unquam ſcripſit. *Græv.*

Mea tamen in te omnia officia conſtabunt] Certant invicem MSS. meliorum conſenſum prætuli: pro hac enim lectione ſunt Pall. prim. quint. Grut. Stewech. edit. prima ac Victorina. pro illa *mea tamen in te officia conſtabunt*, Pall. ſecund. tert. Lambin. vulgo *officia* deſit. *Gebhard.*

Sane vellem potuiſſet obſequi] Nihil ego muto, cum hæc ſcriptura ſit cod. Medic. nec longe abeat Pal. pr. *potuiſſes*, facilis enim mixtura ſeu mutatio ſ pro *t*, licet omnes reliqui, ſicut & Victor. *potuiſſe*. nam & Vaticano noſtra nititur. *Gebhardus.* *Sane vellem potuiſſe obſequi*] Sic libri optimi & vetuſtiſſimi, editioneſque emendatiſſimæ Victorii, Manutii, & aliorum. Illis accedunt Amſtelodamenſis, Mentelii & meus ſecundus. Primus autem cum Mediceo, Vaticano & vulgatis editionibus, *ſane vellem potuiſſet obſequi.* Mentel. *ſane. aũt vellem.* unde legendum conjicio, *ſane cum vellem.* Sin, retinenda vulgata. Nihil enim huc faciunt quæ affert Manutius. Nemo de alio loquitur *vellem potuiſſe obſequi*, ſed *vellem eum potuiſſe obſequi.* Cum vero de nobis ipſi loquimur recte illo dicendi genere utimur. *Græv.*

EPISTOLA VI.

ARGUMENTUM.

Oſtendit congreſſum a ſe expetitum, ab Appio vitatum: ſe tamen ei fore amiciſſimum. quaedam addit de ſuo itinere, ut Appius conſtituat quo loco eum convenire poſſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M.T.C. APPIO PVLCHRO S.D.

CVm meum factum cum tuo comparo etſi non magis mihi faveo in noſtra amicitia tuenda quam tibi, tamen multo magis meo facto delector quam tuo. Ego enim Brundiſii quaeſivi ex Phania, cujus mihi videbar & fidelitatem erga te perſpexiſſe & noſſe locum quem apud te is teneret, quam in partem provinciae maxime putaret te velle ut in ſuccedendo primum venirem. Cum ille mihi reſpondiſſet, nihil me tibi gratius facere poſſe quam ſi ad Sidam navigaſſem: etſi minus dignitatis habebat ille adventus & ad multas res mihi minus erat aptus, tamen ita me dixi facturum. Idem ego cum L. Clodium Corcyrae conveniſſem, hominem ita tibi conjunctum ut mihi cum illo cum loquerer tecum loqui viderer, dixi ei me ita facturum eſſe, ut in eam partem quam Phania rogaſſet, primum venirem. Tunc ille mihi cum gratias egiſſet, magnopere a me petivit ut Laodiceam protinus irem: te in prima provincia velle eſſe ut quam primum decederes: quin niſi ego ſucceſſor eſſem quem tu cuperes videre, te antea quam tibi ſucceſſum eſſet deceſſurum fuiſſe: quod quidem erat conſentaneum cum iis litteris quas ego Romae acceperam, ex quibus perſpexiſſe mihi videbar quam feſtinares decedere. Reſpondi Clodio me ita eſſe facturum, ac multo quidem libentius quam ſi illud eſſet faciendum quod promiſeram Phaniae. Itaque & conſilium mutavi, & ad te ſtatim mea manu ſcriptas

APpio Pulchro] MSS. Peck. tert. Palat. Mentel. *Appio Pulchro Imperatori.*

Cum meum factum cum tuo comparo] Haud longo poſt tempore ſcripta eſt hæc epiſt. quo ſuperior: quod ex clauſula hujus, & illius verbis *Circiter Id. Sextil. puto me ad Iconium fore* colligas.

In prima provincia] Hoc eſt in prima regione provinciæ. Sic *ultima provincia* eſt extrema regio provinciæ. Cic. v ad Att. epiſt. 16. *Appius ut audivit nos venire, in ultimam provinciam ſe conjecit.*

Itaque & conſilium mutavi] Sic MSS. omnes quos vidi. Gebhardus edidit *ita & conſilium mutavi* ex uno Palatino, & Stewechiano. quibus cur plus tribuamus quam aliis non video. *Græv.*

Quas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tas litteras miſi : quas quidem ex tuis litteris intellexi ſatis mature ad te eſſe perlatas. Hoc ego meo facto valde delector : nihil enim potuit fieri amantius. Conſidera nunc viciſſim tuum. Non modo ibi non fuiſti ubi me quam primum videre poſſes, ſed eo diſceſſiſti quo ego te ne perſequi quidem poſſem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege (ut opinor) Cornelia conſtituti eſſent : ut tuum factum, qui quo animo inter nos ſimus ignorant, alieni hominis (ut leviſſime dicam) & fugientis congreſſum, meum vero conjunctiſſimi & amiciſſimi, eſſe videatur. Ac mihi tamen antequam in provinciam venirem redditae ſunt a te litterae, quibus etſi te Tarſum proficiſci demonſtrabas, tamen mihi non dubiam ſpem mei conveniendi afferebas : cum interea, credo equidem, malevoli homines (late enim patet hoc vitium, & eſt in multis) ſed tamen probabilem materiam

Quas quidem ex tuis litteris] Vocem *litteris*, & quia eam non habent codices Memm. & quia ſupervacanea videtur, ſuſtuli : quamvis eam P. Victorius retinuerit. *Lambin.*

Qui tibi ad decedendum lege, ut opinor, Cornelia conſtituti eſſent] Poſtquam ſucceſſor in provinciam veniſſet. *Corrad.*

Et eſt enim in multis] Non auſus ſum diſcedere a Victorio, Pall. ſec. quart. quint. Primus, *vitium eſt enim in multis*: non tamen improbandam judico lectionem cod. Peck. *late enim patet hoc vitium, & in multis.* Gebhard. *Late enim patet hoc vitium, & eſt enim in multis*] Sic edidit Victorius, & Gebhardus. Sic & tres Palatini, qui tamen non erant ſequendi. Nam etſi omnes conſentiant veteres codices, in quos ab uno potuit quædam labes proficiſci, num propterea ferendæ ſunt ineptiæ ? Quis ſanus bis τὸ *enim* hic a Cicerone, & non potius ab imo magiſtello poſitum eſſe credat ? In Palatino primo, & Amſtelodamenſi optimæ notæ libro omiſſa eſt copula : *late enim patet hoc vitium, eſt enim in multis.* Hæc ſcriptura fontem erroris aperit. Nimirum *eſt enim in multis* eſt interpretatio illorum quæ præcedunt, *late enim patet hoc vitium.* Quæ cum margini fuerint adſcripta, poſtea in ipſum contextum irrepſerunt, additumque deinceps, ut cohæreret oratio, *&*. deleta quoque, cum ei locus hic eſſe nullus plane poſſet, a poſterioribus deſcriptoribus *enim.* Nam & uterque meus & Mentelianus habent *late patet hoc vitium & eſt in multis.* Quam lectionem feramus cum Manutio aliiſque, donec ſententia noſtra ab aliquo antiquo codice confirmetur, ſine cujus auctoritate non auſi ſumus hæc eradere. quanquam pro certo habeam, illa verba eſſe gloſſemata. Alioquin cum Peckiano codice legi poſſet non inepte, quod & Gebhardo non diſplicet, *late enim patet hoc vitium, & in multis.* Hæc cum ſcripſiſſem deprehendi Manutium *& eſt in multis*, non inveniſſe in vetere libro, & potuiſſe ea eſſe gloſſema verborum antecedentium, quæ vehementer meam ſententiam firmant. *Grævius.*

teriam nacti ſermonis, ignari meae conſtantiae, conabantur alienare a te voluntatem meam: qui te forum Tarſi agere, ſtatuere multa, decernere, judicare dicerent, cum poſſes jam ſuſpicari tibi eſſe ſucceſſum: quae ne ab iis quidem fieri ſolerent qui brevi tempore ſibi ſuccedi putarent. Horum ego ſermone non movebar. quin etiam (credas mihi velim) ſi quid tu ageres levari me putabam moleſtia; & ex annua provincia, quae mihi longa videtur, prope jam undecim menſium provinciam factam eſſe gaudebam, ſi abſenti mihi unius menſis labor detractus eſſet. Illud (vere dicam) me movet, in tanta militum paucitate abeſſe tris cohortes, quae ſint pleniſſimae, nec me ſcire ubi ſint. Moleſtiſſime autem fero quod te ubi viſurus ſim neſcio: eoque ad te tardius ſcripſi, quod quotidie te ipſum exſpectabam: cum interea ne litteras quidem ullas accepi, quae me docerent quid ageres, aut ubi te viſurus eſſem. Itaque virum fortem mihique in primis probatum, Antonium, praefectum evocatorum, miſi ad te, cui, ſi tibi videretur, cohor-

Forum Tarſi agere] *Forum agere* eſt conventum in provincia juris dicundi gratia habere. *Fora* enim fuerunt loca in quibus jus dicebatur, teſte Nonio.

Sibi ſuccedi putarent] Sic omnes Pall. Grut. Victorius. alias, *ſucceſſum iri putarent*. Gebhardus. Amſtelodamenſis, etiam Mentel. & Grævii primus ſtant pro lectione quam Victorius probavit, niſi quod pro *ſibi* corrupte *tibi* legunt.

Quæ mihi longa videtur, prope jam undecim menſium provinciam] Sic edendum curavi *prope jam und. menſum*, noſtros libros veteres ſecutus. Sic autem locutos eſſe interdum veteres ſcriptores, teſtantur Grammatici. *Lambin.* Bene Lambin. *undecim menſum*. quod tamen in nullo omnino noſtrorum reperi: at *videtur* non *videretur* oſtentatur a Victorii & prima edit. Pall. pr. ſec. quart. quint. Vatic. *Gebhardus* In codicibus & editionibus varie ſcribitur: alii *videretur*, alii *videbitur*. Sed mihi videtur commodiſſima Menteliani lectio: *quæ mihi jam longa videtur*. Grævius.

Ne litteras quidem ullas] Repoſuimus *unas* libris omnibus invitis, levi immutatione facta: cum in illis legatur *ullas*, plane mendoſe. Quin doctus quidam exiſtimat ita eſſe legendum, & ait lectionem longe fore venuſtiorem, *ne unam quidem litteram accepi, quæ me doceret*, &c. Ego non ſum auſus ita excudi jubere, tametſi non improbem. Sed vellem tamen excuſum eſſet, ordine mutato, *ne unas quidem litteras*, &c. *Lambin.*

Præfectum evocatorum] *Evocati* erant emeriti maximam partem, qui expletis ſtipendiis in gratiam Ducum aut Conſulum militiam ſumebant, & ut auctor eſt Dio, vites inſtar Centurionum gerebant. erant immunes operum & munium. iis præerat *Præfectus*, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ohortis traderes: ut dum tempus anni eſſet idoneum, aliquid negotii gerere poſſem. In quo, tuo conſilio ut me ſperarem eſſe uſurum, & amicitia noſtra & litterae tuae fecerant, quod ne nunc quidem deſpero. Sed plane quando aut ubi te viſurus ſim, niſi ad me ſcripſeris ne ſuſpicari quidem poſſum. Ego ut me tibi amiciſſimum eſſe & aequi & iniqui intelligant curabo. De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe. id ſi correxeris, mihi valde gratum erit. Et ut habere rationem poſſis quo loco me, ſalva lege Cornelia, convenias, ego in provinciam veni pridie Kal. Sext. iter in Ciliciam facio per Cappadociam. caſtra movi ab Iconio pridie Kalendas Septembris. Nunc tu & ex diebus & ex ratione itineris ſi putabis me eſſe conveniendum conſtitues, quo loco id commodiſſime fieri poſſit & quo die. Vale.

intra triginta dies
praeter enim Ciliciam quam Appius habuit erant tres dioeceses Asie Ciceroni attributae erant, ut supra diximus

EPI-

ut ex hoc loco apparet. vid. Lipſ. de Milit. Rom. lib. I. dial. 8.

Cui, ſi tibi videretur, traderes] Hic iterum Victorio & Gebhardo, iiſque codicibus qui *videtur* præ ſe ferunt, non obſequendum duco. Senſus enim poſtulat *videretur*. nec aliter quatuor MSS. quos conſului *Grævius*.

Quod ne nunc quidem deſpero] Ita quinque Pall. cod. Gruteri, Victorii editio [quibus accedunt Amſtelodamenſis Mentel. Grævii primus]. Guilielmius tamen in codicis Peckiani ſcripturam, quam & ego in editione prima animadverto, propendebat, *quod ne*, (pro næ) *ego nunc quidem deſpero*, ut confirmet deſperare ſe de conſilio Appii. quod prima fronte aliquid apparet, ſed ſi perpendas & componas cum ſequentibus frivolum invenies. *Gebhardus.*

Ego ut me tibi amiciſſimum eſſe] MS. Amſtelodamenſis: *Ego ubi me tibi amiciſſimum eſſe.* leg. *Ego uti me tibi amiciſſimum eſſe.* Grævius.

Et ut tu habere rationem poſſis] *Tu* in nullo librorum extat, quos ego vidi. nec in Stewechiano, quem Guilielmius conſuluit, nec in illis quos Lambinus vidit. Quos cur non ſequamur? *Grævius.*

Ego in provinciam veni prid. Kal. Sex.] Laodiceam quæ non erat in Appii provincia, ſed inter τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas Ciceroni attributas: & ideo Ciceronem Appius ſalva lege Cornelia poterat convenire. *Corradus.*

Caſtra movi ab Iconio] *Movere caſtra* dicuntur Imperatores cum locum mutant alioque proficiſcuntur. Hinc ſumpta metaphora Virgil. III:

Dat clarum e puppi ſignum, nos caſtra movemus
Tentamuſque viam.

pro hoc & ſimpliciter *movere* dicitur. Flor. II. 7. (Antiochus) *Cum ingenti ſtrepitu & tumultu moviſſet ex Aſia.* Glandorp.

EPISTOLA VII.

ARGUMENTUM.

Querelam Appii refellit; contraque ipſe queritur, & extollit virtutem contra inanem arrogantiam nobilitatis; ſe tamen ei fore amiciſſimum confirmat.

ſcripta L. Æmilio Paullo C. Claudio Marcello Coſs. A.V.C. 703.

M. T. C. IMP. S. D. APPIO PULCHRO.

PLuribus verbis ad te ſcribam cum plus otii nactus ero. Haec ſcripſi ſubito cum Bruti pueri Laodiceae me conveniſſent, & ſe Romam properare dixiſſent: itaque nullas iis praeterquam ad te & ad Brutum dedi litteras. Legati Appiani mihi volumen a te, plenum querelae iniquiſſimae, reddiderunt, quod eorum aedificationem litteris meis impediſſem. Eadem autem epiſtola petebas ut eos quam primum,

Apamenses Lycaoniæ, Ciliciæ hi populi erant ut ex Plin. lib. 5, cap. 29 liquet.

monumentum aliquod in honorem Appij.

PLuribus verbis] Hæc epiſtola ſcripta eſt dum Cicero eſſet Laodiceæ: ubi moratus eſt a III Id. Febr. uſque ad Non. Maii. ep. 2 lib. v ad Att. inquit enim in hac epiſtola: *Hac ſcripſi ſubito cum Bruti pueri Laodiceæ me conveniſſent, & ſe Romam properare dixiſſent.* Item ſcripta eſt poſt brumam: quia ait, *tametſi id quidem fecerunt ridicule: quas enim litteras afferebant, ut opus æſtate facere poſſent, eas mihi poſt brumam reddiderunt.* Ex quo intelligi poteſt imperatorem non proconſulem eſſe appellandum in titulo epiſtolæ, cum priore anno Imperator ſit appellatus.

Legati Appiani mihi volumen, &c.] Magna ſemper varietate ſcriptus eſt hic locus, cum nonnulli *Apamæani* pro *Appiani* legerent: ſed falſo, ut puto: nam & *Appiani* ubique habent veteres codices, & hos populos eſſe provinciæ, cui Cicero præerat, docet Plinius lib. v, cap. 29, his verbis: *Alter conventus a Synnada accipit nomen: conveniunt Lycaones, Appiani, Cercopeni, Dorylæi, Midæi, Julienſes, & reliqui ignobiles populi* xv. Cum igitur vetuſtiſſimorum codicum lectio ratione & optimorum auctorum teſtimonio confirmetur, non video cur temere mutanda ſit. *Victorius.* *Legati Apamæani*] Al. *Appiani* hic & paullo poſt: quæ lectio viris doctis magis probatur. etſi utraque defendi poteſt: quod in Ciceronis provincia utrique eſſent populi. *Corrad.* *Legati Apameani*] Sic legendum videtur, libris quibuſdam MSS. invitis, aliis approbantibus: non, *legati Appiani*, ut ſcriptum eſt in nonnullis antiquis. Quanquam *Appianos* quoque in eadem provincia fuiſſe, ex Plinio intelligere licet, libro v, cap. 29. *Lambin.* Sed nos ſequimur Victorium, cum quo faciunt omnes noſtri & Palatini codices. *Grav.*

Quod eorum ædificationem] Alicujus ſtatuæ in Appii honorem. Sed Manutius rectius templum intelligit. vid. ejus not.

Et

num, ne in hiemem inciderent, ad facultatem aedificandi liberarem: & ſimul peracute querebare, quod eos tributa exigere vetarem, prius quam ego re cognita permiſiſſem. genus enim quoddam fuiſſe impediendi, cum ego cognoſcere non poſſem, niſi cum ad hiemem me ex Cilicia recepiſſem. Ad omnia accipe & cognoſce aequitatem expoſtulationis tuae. Primum, cum ad me aditum eſſet ab iis qui dicerent a ſe intolerabilia tributa exigi, quid habuit iniquitatis, me ſcribere, ne facerent antequam ego rem cauſſamque cognoſſem? Non poteram, credo, ante hiemem. ſic enim ſcribis. Quaſi vero ad cognoſcendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. Tam longe? inquis. Quid? cum dabas iis litteras per quas mecum agebas, ne eos impedirem quo minus ante hiemem aedificarent, non eos ad me venturos arbitrabare? Tametſi id quidem fecerunt ridicule. quas enim litteras afferebant ut opus aeſtate facere poſſent, eas mihi poſt brumam reddiderunt. Sed ſcito & multo plures eſſe qui de tributis recuſent quam qui exigi velint, & me tamen quod te velle exiſtimem eſſe facturum. De Appianis hactenus. A Pauſania, Lentuli liberto, ac-

Et ſimul peracute querebare] Non temerarius conſenſus Pall. ſec. tert. quart. Gruter. Stewech. Peck. cum editionum prima, *& ſimul peraccurate querebare*: ſed mihi ante hoc tamen placet *peracute*. Gebhard. Amſtelodam. & Græv. ſec. *peracurate*. Grævii prim. *percaute*. ſed recte Mentel. *peracute*.

Ex Cilicia recepiſſem] In Aſiam. *Corrad.*

Tam longe inquis?] Ex Phrygia, ſive Lycaonia in Ciliciam. *Idem.*

A Pauſania Lentuli liberto, accenſo meo] Nos ſcripſimus, *accenſo meo*; non tamen ſic penitus eſt in antiquis: nonnihil enim mendi hunc locum occupavit: ibi enim *a Pauſania Lentuli Liberto acceſſo meo* ſcriptum eſt. vulgata lectio omnino depravata eſt *ac Cæſonio*: de uno enim tantum loquitur, ut ex ſequentibus verbis manifeſto colligitur. Volui antiquam ſcripturam omnibus proponere, ut ſiquis noſtram non probaret, comminiſcatur aliam, ſi poteſt, meliorem: nullius enim induſtriæ invidemus: pollicemurque ſemper notum facturos. ſi quando ab antiqua ſcriptura diſceſſerimus: cupio enim ſi minus ingenium at fidem & ingenuitatem noſtram commendari. Alii *in acceſſis meo* legunt: quod minus placet. Niſi enim *Pauſanias* aliquo Ciceroni miniſterio conjunctus eſſet, vix mihi veriſimile videtur Appium cum eo tam libere queſtum eſſe de Ciceronis injuriis: ſed quia hæ tenues conjecturæ ſunt, totam hanc rem eruditiori judicio relinquemus. Quod autem *accenſi*, Conſules & Prætores ſequi ſoliti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

accenſo meo audivi cum diceret, te ſecum eſſe queſtum quod tibi obviam non prodiſſem. Scilicet contemſi te, nec poteſt fieri me quidquam ſuperbius. Cum puer tuus ad me ſecunda fere vigilia veniſſet, iſque te ante lucem Iconium mihi venturum nuntiaſſet, incertumque utra via, cum eſſent duae: altera Varronem, tuum familiariſſimum, altera Q. Leptam, praefectum fabrum meum, tibi obviam miſi. mandavi utrique eorum ut ante ad me excurrerent ut tibi obviam prodire poſſem. Currens Lepta venit mihique nuntiavit, te jam caſtra praetergreſſum eſſe. confeſtim Iconium veni. cetera jam tibi nota ſunt. An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde, imperatori? deinde, more majorum? deinde, quod caput eſt, amico? praeſertim cum in iſto genere multo etiam ambitioſius facere ſoleam quam honos meus & dignitas poſtulat. Sed haec hactenus. Illud idem Pauſania dicebat, te dixiſſe: Quidni? Appius Lentulo, Lentulus Appio proceſſit obviam: Cicero Appio noluit? Quaeſo, etiamne tu has ineptias, homo (mea ſententia) ſumma prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum uſu, addo urbanitate, quae eſt virtus, ut Stoici rectiſſime putant, ullam Appie-

ſoliti eſſent in caſtra, & cur ſic appellati, quia ab antiquis Grammaticis docte & diligenter declaratum eſt, nihil attinet repetere. *Victorius.*

Multo etiam ambitioſius facere ſoleam] Lege, *multa etiam ambitioſius facere ſoleam.* Guilielm. *Ambitioſius* autem non eſt ſtudioſius, ut Manutius exponit, ſed humilius, indecentius, ut apud Sueton. Aug. c. 25. *Nec poſt bella civilia, aut in concione, aut per edictum, ullos militum commilitones appellabat, ſed milites. Ac ne a filiis quidem, aut privignis ſuis, imperio præditis, aliter appellari paſſus eſt: ambitioſius id exiſtimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut ſua domuſque ſuæ majeſtas poſtularet.* Ambitioſa enim ſunt quæ favoris parandi cauſſa fiunt. Salluſt. Jugurth. *Neque facto ullo neque dicto abſtinens quod modo ambitioſum foret.* Hæc quoniam plerumque ſunt blanda nimis & humilia, inde *ambitioſus* eſt humilis, blandus, adulatorius: ut apud Juſtin. XII, 15. *ambitio vulgi* eſt, quod lib. XIII, 3. dicit *adulationem vulgi.* Græviu s.

Addo urbanitatem, quæ eſt virtus, ut Stoici rectiſſime putant] Multum huic nomini tribuiſſe Stoicos oſtendit etiam Plutarchus in commentario, quo declaravit, quomodo deceat adoleſcentes legere poetas: diverſam enim & penitus contrariam vim apud illos habere ἀςεῖον nomen alteri quod eſt ἀμαθὴς, intelligitur ab eo qui locum eum Plutarchi accurate animadvertit: diſſe-

ppietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus quam rnamenta virtutis, exiſtimas? Cum ea conſecutus nonum eram quae ſunt hominum opinionibus ampliſſima, tanen iſta veſtra nomina nunquam ſum admiratus: viros eſ qui ea vobis reliquiſſent magnos arbitrabar. Poſtea veo quam ita & cepi & geſſi maxima imperia ut mihi nihil ieque ad honorem neque ad gloriam acquirendum putaem, ſuperiorem quidem nunquam ſed parem vobis me peravi eſſe factum. Nec, mehercule, aliter vidi exiſtimare vel Cn. Pompeium, quem omnibus qui unquam fuerunt, vel P. Lentulum, quem mihi ipſe antepono. Tu, ſi aliter exiſti-

diſſerit autem quemadmodum Stoïci nihil commune eſſe judicarent virtuti ac vitio: & quemadmodum Urbanus apud illos (ita autem vocabant virtute præditum) omni culpa vacaret, & omnes res recte facere poſſet. Imperitus autem (id erat apud illos vitioſus) omnibus criminibus obnoxius eſſet, & in omni ſemper negotio laberetur. Verba ipſius hæc ſunt: Πολλὰ πάνυ τοῖς Στωϊκοῖς χαίρειν φράζουσι μήτε τι φαῦλον ἀρετῇ προσεῖναι, μήτε κακίᾳ χρηστὸν ἀξιοῦσιν· ἀλλὰ πάντως που καὶ ἐν πᾶσιν ἁμαρτωλὸν εἶναι τὸν ἀμαθῆ, περὶ πάντα δ' ἂν κατορθοῦν τὸν ἀστεῖον. Hæc adnotaſſe mirifice utile eſſe credo ad hujus loci perſpicuitatem, qui aliter obſcuriſſimus eſſet. *Victorius.* *Urbanitatem*] In vetere libro *humanitatem* legimus. *Corrad.* *Addo urbanitate*] *Urbanitatem* omnes Pall. prætuli tamen lectionem Victorianæ impreſſionis & Vatic. cod. ut maxime concinnam, atque elegantem. *Gebhard.*

Tamen iſta veſtra nomina nunquam ſum admiratus] Hoc eſt, veſtram nobilitatem. Cic. pro Planc. *Qui favent nobilitati, qui id putant eſſe pulcherrimum, qui imaginibus, qui nominibus ducuntur.* Plin. lib. III, epiſt. 3. *Quibus imaginibus oneretur, quæ nomina & quanta ſuſtineat.* Ovid. ep. Phyllidos ad Demophoonta:

Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis,
Credidimus generi, nominibusque tuis.

Sic enim hunc locum emendat Gronovius, quem vide IV Obſerv. 15. & N. Heinſium in notis ad hunc locum.

Poſtea vero quam ita & cepi & geſſi maxima imperia] Amſtelodamenſis: *poſtea vero quam multa & cepi & geſſi maxima imperia. Et* nec Peckii nec duo Palatini codices agnoſcunt. Mihi ſane blanditur, *poſtea vero quam cepi & geſſi maxima imperia.* Grævius.

Ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem] Noſtram hanc lectionem magis probatum iri puto eandem cum antiqua: *nihil eſſe adquirendum*, id eſt, me omnia jam adeptum eſſe & conſecutum, ut nihil amplius ad honorem & gloriam acquirere debeam. Illis enim aliquid *ad honorem* & *gloriam* adhuc acquirendum eſt, qui nondum plene & honorem & gloriam adepti ſunt, quamvis multum in eis proceſſerint. Communis lectio *ut m. n. n. ad h. n. ad g. acquirendam deeſſe put.* durior & confuſior. *Victor.* *Acquirendum putarem*] Prætuli & hanc lectionem ex Vatic. atque editione Victorii, cum in quatuor Pall. & Stewech. exſtet *acquirendum put.* Gebhardus. Firmant Victorii emendationem Amſtelodam. prim. Græv. & Mentel. niſi quod in his duobus *adquirendam.*

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

exiſtimas, nihil errabis ſi paullo diligentius (ut quid ſit εὐγένεια, quid ſit nobilitas intelligas) Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis. Sed, ut ad rem redeam, me tibi non amicum modo verum etiam amiciſſimum exiſtimes velim. profecto omnibus meis officiis effi-

Si paullo diligentius, & quid ſit ἐξοχὴ, quid ſit εὐγένεια intelligas, &c.] Nos noſtram lectionem *ut q. ſ. εὐγ. q. ſ. nob.* a veteribus libris accepimus, ne parva quidem immutatione facta: exiſtimamus autem hanc eſſe non paullo meliorem: certe locus planus eſt & clarus, cum ante obſcuriſſimus plurimis mendis eſſet. Vocis illius Græcæ ἐξοχὴ nullum veſtigium eſt in antiquis codicibus. Uſurpat eam ſane Cicero ad Attic. lib. IV. *ἐξοχὴ in nullo eſt: pecunia omnium dignitatem exæquat.* Non tamen nobilitatem intelligit, dicit enim candidatos ita inter ſe pares ut nulla re alii alios excedant: ſi enim ulla erat generis inæqualitas, eam pecunia adæquabat. Credebat Appius nobilitatem eſſe non poſſe ubi non eſſet εὐγένεια, qui familiæ ſuæ antiquitatem & ſplendorem jactaret in contemptum Ciceronis novitatis. Aliter ſentit Cicero, qui ſibi licet obſcuris parentibus orto, poſtquam honores adeptus eſſet & geſſiſſet ſumma imperia, nihil neque ad honorem neque ad gloriam deeſſe putabat ut nobiliſſimis hominibus par eſſet dignitate: de qua re ſi ille aliter exiſtimet, recte facturum illum dicit, ſi paullo diligentius animadverterit quid *Athenodorus* Stoicus de his rebus judicet. Poteſt enim aliquis εὐγένειαν habere, nec tamen nobilis eſſe, cum plerique ex bonis & illuſtribus parentibus nati, inertiſſimi flagitioſiſſimique reperiantur, quos vere nemo *nobiles* appellare poſſet. Qui enim recte intelligunt, & non vulgi opinionibus ducuntur, virtutem eſſe quæ veram *nobilitatem* faciat, & non claros natales, putant: multitudo autem decipitur, quæ credat omnes ex clariſſimis familiis ortos debere *nobiles* dici, cum potius εὐγενεῖς appellandi ſint, *nobiles* autem ſolum illos eſſe exiſtimandum eſt, qui egregiis ſuis factis, dignitatem gloriamque ſibi paraviſſent, etiamſi eorum majores ignoti fuiſſent. Meminit autem *Athenodori Sandonis*, Plutarchus in vita Publicolæ his verbis: Τοῦτον δὲ ἄνδρα Μάνιον ὁμοῦ τι πάντων Σκαιόλαν. Ἀθηνόδωρος ὁ Σάνδων ἐν τῷ πρὸς Ὀκταβίαν τὴν Καίσαρος ἀδελφὴν καὶ Ὀψίγονον ὠνομάσθαι φησί.. quem puto eundem eſſe cum hoc de quo hic Cicero. Præterea Strabo lib. XIV. qui *Athenodoros* duos Tarſenſes fuiſſe tradit in Stoicorum diſciplina claros, quorum unus Cordylion appellatus ſit, qui cum M. Catone vixit domique ejus obiit, alter vero *Sandonis*, quem etiam Cananitam vocatum eſſe docet a pago quodam. Hunc autem Cæſarem Auguſtum erudiviſſe, magnoſque honores apud eum conſecutum eſſe. vixit autem ad extremam uſque ſenectutem. Plura autem de hoc narrat, quæ cum ad hunc locum nihil faciant omittemus. *Victor.* Ἐξοχὴ] eſt *excellentia*, εὐγένεια vulgo *nobilitas*. Alii legunt, *ut quid ſit εὐγένεια, quid ſit nobilitas intelligas.* Corrad. *Athenodorus*] Fuit Philoſophus Stoicus, cognomine Cananita. *Idem.* *Ut quid ſit ἐξοχὴ, quid ſit εὐγένεια,* &c.] Nihil muto, quamvis in editione Florentina non ſit hoc membrum *quid ſit ἐξοχή*· quod puto eſſe neceſſarium, & credibile eſt ab operis eſſe prætermiſſum. *Lambinus.* Sed Victorii emendationem firmant cum MSS. duo optimi, Amſtelodam. & Grævii primus. Eam etiam dudum probavit Manutius, cujus notas vide.

Παρ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

fficiam ut ita vere poſſis judicare. Tu autem ſi id agis t minus mea cauſſa, dum ego abſim, debere videaris quam go tua laborarim: libero te iſta cura.

——παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι,
Οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.

ſi autem natura es φιλαίτιος, illud non perficies quo minus tua cauſſa velim: hoc aſſequere, ut quam in partem tu accipias minus laborem. Haec ad te ſcripſi liberius, fretus conſcientia officii mei benevolentiaeque: quam a me certo judicio ſuſceptam, quoad tu voles, conſervabo. Vale.

——παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι, Οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.] *Apud me quidem & alii, qui me colant, maxime autem conſiliarius Jupiter.* Corrad.

Φιλαίτιος] Querulus. *Idem.*

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

Refellit ea quae Appius objecerat; probatque ſi quid fecerit, quod Appius inique factum ſuique deformandi conſilio interpretaretur; ipſumque Appium aut imprudentem ſignificat, qui ſermonibus non proborum hominum crediderit, aut nimis aſtutum, qui ea quae ipſi in mentem veniant aliis attribuat. Agit gratias quod ſcripſerit diligenter de rebus urbanis, ſeque omnia Ciceronis mandata curaturum promiſerit; in quibus id praecipue rogat ne ſibi provincia prorogetur. addit de ſuis rebus, de itinere Amanum verſus: item de Parthis, falſum fuiſſe. de rebus Appii, de ſuis, de tota repub. creberrimas litteras poſcit.

M. T. C. PROCONS. S. D. APPIO PVLCHRO.

Serv. Sulpicio & M. Marcello Coss. A.V.C. 702.

ETſi, quantum ex tuis litteris intelligere potui, videbam te hanc epiſtolam, cum ad urbem eſſes eſſe lectu-rum,

A*Ppio Pulchro*] Vulgo addunt *Imperatori*: quod ego in ſolo tertio Pal. inveni: ceteri omnes ignorant hunc titulum. *Gebhard.* Nec extat in Amſtelodam. & Grævii duobus.

Etſi quantum] Cicero Tarſum venit Cili-

rum, refrigerato jam leviſſimo ſermone hominum provincialium: tamen cum tu tam multis verbis ad me de improborum oratione ſcripſiſſes, faciendum mihi putavi ut tuis litteris brevi reſponderem. Sed prima duo capita epiſtolae tuae tacita mihi quodammodo relinquenda ſunt. Nihil enim habent quod aut definitum ſit, aut certum, niſi me vultu & taciturnitate ſignificaſſe, tibi non eſſe amicum; idque pro tribunali, cum aliquid ageretur, & nonnullis in conviviis intelligi potuiſſe. Hoc totum nihil eſſe, poſſum in-

Ciliciæ urbem III Nonas Octob. epiſt. 20 lib. v ad Att. Tarſo Amanum profectus eſt Non. Octob. ex hac epiſtola. Poſtridie ejus diei hanc epiſtolam ſcripſit, ut in hac ait.

Cum ad urbem eſſes] Hoc eſt, cum ante Urbem in Campo Martio expectares, ut tibi decerneretur cum triumpho urbem ingrediendi facultas a ſenatu. vid. Manut.

Refrigerato] Hoc eſt, imminuto. vid. Manut.

De improborum oratione, &c.] Quidam libri veteres habent, *de improborum moderatione*, &c. alii nonnulli, *de impr. hortatione*, &c. alii aliter. unde ſuſpicari poſſit aliquis hic eſſe legendum *de improborum moratione*, &c. ut intelligamus, hos improbos ſignificari triumphum Appii morari: ut in Divinatione quoſdam oratores, *moratores* appellat. Verumtamen quia hic de triumpho non agitur, puto nihil eſſe mutandum, & conjecturam hanc eſſe inanem. *Lambin.* *De improborum oratione ſcripſiſſes*] In optimo codice Pal. pr. & Grut. quemadmodum Lambinus conjecerat, *moratione*. ſed ideo ego non referrem ad *triumphi moratores*, quos ſomniat Lamb. *Gebhard.* Amſtelodam. quoque, *improborum moratione*. Grævii vero primus, *improborum adhortatione*. Mentel. *improborum moderatione*. forſan legendum, *de improborum ratione*, hoc eſt conſiliis, rebus, quæ agunt. lib. I, epiſt. 9. *mea ratio fuit alia*. ibid. ep. 8. *Hæc ad te ſcribo ut de tua ratione quoque meditere*. Illud *orum* ex præcedenti voce *improborum* vitio librarii adhæſit ſequenti *ratione*, hinc in nonnullis etiam *m* ſupereſt, indeque natæ tot monſtroſæ lectiones.

Brevi reſponderem] Brevi, ſubintellige, ſermone, βραχεῖ λόγῳ. *Lambin.*

Prima duo capita epiſtolæ tuæ] Hoc eſt duas priores partes quæ de diverſis partibus agunt. Sueton. Claud. cap. 3. *Quo certius cognoſcatur, capita ex ipſius epiſtolis poſui*. Sic *capita legum* ſunt paragraphi de alia re ad idem negotium pertinente. Inferius in hac epiſtola: *diligentiſſime ſcriptum caput eſt*. hoc eſt, illa pars edicti tui de imminuendis ſumtibus. *Græv.*

Vultu & taciturnitate] *Vultu taciturnitatis* in duobus libris veteribus legimus. *Corradus.* *Niſi me vultu & taciturnitate*] Sic repoſui ex meo primo codice ac tribus Palatinis & Manutii ac Lambini aliiſque vetuſtioribus editionibus. *Et* in recentioribus expunctum eſt, nec extat in Menteliano. Amſtelodam. meus ſecundus, Nic. Scelſ. nec non duo alii quos Sebaſtianus Corradus conſuluit, *vultu taciturnitatis*. hæc menda ex illorum codicum corruptione manavit in quibus copula eſt omiſſa. *Græv.*

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ntelligere: ſed cum ſit nihil, ne quid dicatur quidem in-
elligo. Illud quidem ſcio, meos multos & illuſtris &
x ſuperiore & ex aequo loco ſermones habitos cum tua
umma laude, & cum magna ſollicitudine, ſignificatione
oſtrae familiaritatis, ad te vere potuiſſe deferri. Nam,
uod ad legatos attinet, quid a me fieri potuit aut elegan-
ius aut juſtius quam ut ſumtus egentiſſimarum civita-
um minuerem, ſine ulla imminutione dignitatis tuae,
raeſertim ipſis civitatibus poſtulantibus? Nam mihi to-
um genus legationum tuo nomine proficiſcentium, notum
on erat. Apameae cum eſſem, multarum civitatum prin-
ipes ad me detulerunt, ſumtus decerni legatis nimis ma-
nos, cum ſolvendo civitates non eſſent. Hic ego multa
imul cogitavi. primum, te hominem non ſolum ſapien-
em verum etiam (ut nunc loquimur) urbanum non ar-
bitrabar genere iſto legationum delectari, idque me arbi-
ror Synnadis pro tribunali multis verbis diſputaviſſe: pri-
num, Appium Claudium, ſenatui populoque R. non
Myn-

Et cum magna ſollicitudine, ſignifica-ione noſtræ familiaritatis] Ea eſt lectio rimarum editionum, Pall. quatuor, otideinque Guilielmianorum ac Gru-eriani. Pal. tert. *ſolicitudine ſignificatio-is*, quam ſcripturam neſcio unde, a-iquis oræ Venetæ editionis adpoſuit. Vulgo, *cum magna ſignificatione noſtræ f.* Gebhard. Extat hæc lectio, quam in ot codicibus invenerunt Gebhardus & Guilielmius, etiam in iis quatuor MSS. quos ego evolvi, nec non in V. C. Nic. Seelſ. Nec tamen ferri po-eſt niſi legatur, *cum magna ſollicitudi-ne & ſignificatione noſtræ familiaritatis.* Cum magna ſollicitudine ſcilicet ne quid dicerem, quod te poſſit offendere. Sic quidem poteſt explicari commo-de, non nego, vehementer tamen mi-hi ſuſpectum eſt τὸ *ſollicitudine*, & ve-teor ne ex proxima voce *ſignificatione* deſcriptoris errore ſit ortum, quod videtur innuere omiſſa copula. Sane friget hic *ſollicitudine*. Qui in Cicero-nis lectione non fuerunt indiligen-tes norunt quam non accommoda-tum ſit hujus ſenſus ſententiæ. Sunt & qui teſtantur in nonnullis libris le-gi, *cum tuæ ſummæ laudis ſollicitudine.* ſed hoc ineptum eſt & inficetum. *Grævius.*

Quid a me fieri potuit aut elegantius] Hoc eſt majore cum judicio, ſive, ut nunc loquuntur barbare, majore cum diſcretione. Cic *Quid facere potuit ele-gantius ad hominum exiſtimationem.* id. *Vos qui cum ſumma elegantia atque inte-gritate vixiſtis.* Nimirum *elegantia* ab eligendo dicta eſt, quaſi delectus & diſcrimen. Unde *elegans* ſæpe pro ho-mine faſtidioſi judicii accipitur, cui quid non facile placet. *G. Schoppius.*

Verum etiam ut nunc loquimur, urba-num] *Favorem* & *urbanum* Cicero no-va credit, inquit Quintil. lib. VIII, cap. 3. *Corrad.* vid. Manut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Myndenſium teſtimonio (in ea enim civitate mentio facta eſt,) ſed ſua ſponte eſſe laudatum: deinde, me iſta vidiſſe multis accidere ut eorum cauſſa legationes Romam venirent, ſed his legationibus non meminiſſe ullum tempus laudandi aut locum dari: ſtudia mihi eorum placere quod in te bene merito grati eſſent, conſilium totum videri minime neceſſarium. Si autem vellent declarare in eo officium ſuum, laudaturum me ſi qui ſuo ſumtu functus eſſet officio; conceſſurum, ſi legitimo; non permiſſurum, ſi infinito. Quid enim reprehendi poteſt niſi quod addis viſum eſſe quibuſdam edictum meum quaſi conſulto ad iſtas legationes impediendas eſſe accommodatum? Iam non tam mihi videntur injuriam facere hi qui haec diſputant, quam ſi cujus aures ad hanc diſputationem patent. Romae compoſui edictum: nihil addidi niſi quod publicani me rogarunt, cum Samum ad me veniſſent, ut de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum. Diligentiſſime ſcriptum caput eſt quod pertinet ad minuendos ſumtus civitatum: quo in capite ſunt quaedam nova, ſalutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector. Hoc vero ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiſſe aliquid in quo te offenderem, tranſlatitium eſt. Neque enim eram tam deſipiens

ut

Non tam mihi videntur injuriam facere hi] Recepi hoc ex omnibus meis libris, ut & Stewechiano. mox Nic. Scelſ. vetus, *quam is cujus aures.* quod non ſpernendum. *Gravius.*

Diligentiſſime ſcriptum caput eſt] In tuo edicto. *Corrad.*

Tralatitium eſt] De tuo edicto in meum: tantum abeſt ut a me ſit compoſitum ut te offenderem. Etſi ſcimus *tralatitium* aliter exponi poſſe. *Corradus.* Latini ſenſu *tralaticium* uſurpant quo Græci ἐγκύκλιον. Heſychius, ἐγκύκλιον τὸ πανταχοῦ κυκλοῦν. Idem, ἔγκυκλα τὰ ἐγκυκλούμενα τῷ βίῳ καὶ συνήθη. ad verbum *tralaticia.* Hinc ἐγκύκλιοι ἐπιστολαί, quæ eadem forma ad plures ſcribuntur, quas & *formales* Latini vocant, *tralaticias* etiam liceat dicere. Salmaſius. Id inprimis uſurpant de capitibus edictorum, quæ ex uno transferuntur in aliud. Gell. III, cap. ult. *Edicto quo nunc quoque Conſules, cum in curiam vocant, ſervandæ conſuetudinis cauſſa tralaticio utuntur.* Eſt igitur hoc loco *tranſlaticium* quod ex aliis antiquioribus edictis ſumtum eſt, & in hoc Ciceronis tranſlatum.

Neque enim eram tam deſipiens] *Deſipiens* enim fuiſſem ſi edictum meum compoſuiſſem ad legationes impediendas accommodatum: quas ſcirem non privatæ rei cauſſa ſed publicæ mitti. *Corrad.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

it privatae rei cauſſa legari putarem, qui & tibi non privato, & pro re non privata ſua, ſed publica, non in privato, ed in publico orbis terrae conſilio, id eſt, in ſenatu ut graias agerent mittebantur: neque cum edixi ne quis injuſù meo proficiſceretur, excluſi eos qui me in caſtra & qui rans Taurum perſequi non poſſent. Nam id eſt maxime in uis litteris irridendum. Quid enim erat quod me perſequerentur in caſtra Taurumve tranſirent, cum ego Laodicea uſque ad Iconium iter ita fecerim ut me omnium illarum dioeceſium quae cis Taurum ſunt, omniumque earum civitatum magiſtratus legationeſque convenirent? Niſi forte poſtea coeperunt legare quam ego Taurum tranſgreſſus ſum, quod certe non ita eſt. Cum enim Laodiceae, cum Apameae, cum Synnadis, cum Philomeli, cum Iconii eſſem, quibus in oppidis omnibus commoratus ſum, omnes jam iſtius generis legationes erant conſtitutae. Atque hoc tamen te ſcire volo, me de iſto ſumtu legationum aut minuendo aut remittendo decreviſſe nihil niſi quod principes civitatum a me poſtulaſſent: ne in venditionem tributorum & illam acerbiſſimam exactionem (quam tu non ignoras) capitum atque oſtiorum inducçrentur ſumtus mini-

Injuſſu meo proficiſceretur] Aliquo legatus. *Idem.*

Perſequi non poſſent] Niſi veteres libri omnes ita haberent contenderem legendum eſſe, *perſequi poſſent*. Idem.

Id maxime in tuis litt. ridendum] Quod ſcribis, me eos excluſiſſe. *Idem.*

Convenirent] Proficiſcenti igitur mihi non fuerunt neceſſariæ legationes illæ. *Idem.*

Niſi forte poſtea cœperunt legare] Niſi poſt diſceſſum decretæ ſunt legationes: quod prorſus eſt falſum, quum multo ante decretæ fuiſſent, ut ita ſit concludendum: Ante meum diſceſſum legationes fuerunt decretæ, me proficiſcentem non ſunt ſecutæ, mea igitur cauſſa nullæ hujuſmodi legationes ſunt decretæ. *Idem.* Hoc non ſentit Cicero; ſed ſic argumentatur: Nullam habuerunt cauſſam me ſequendi in caſtra magiſtratus urbium & diœceſium qui tibi legationem decrerunt, cum ego per illorum fines iter fecerim, in iiſque tam diu ſim commoratus ut poſſent me omnes commodiſſime convenire, & de illis legationibus mecum agere, quippe quas jam ante adventum meum conſtituerant. Ergo non neceſſe fuit quenquam hoc nomine me ſequi in caſtra & trans Taurum, & nec ego quemquam edicto meo excluſi legatione, quod tu ſcribebas.

Acerbiſſimam exactionem capitum] Hinc ad Atticum ita ſcribit v, 16. *Audivi-*

minime neceſſarii. Ego autem cum hoc ſuſcepiſſem, non ſolum juſtitia ſed etiam miſericordia adductus, ut levarem miſeriis perditas civitates, & perditas maxime per magiſtratus ſuos, non potui in illo ſumtu non neceſſario negligens eſſe. Tu cum iſtiuſmodi ſermones ad te delati de me ſunt, non debuiſti credere. Si autem hoc genere delectaris ut quae tibi in mentem veniant aliis attribuas, genus ſermonis inducis in amicitiam minime liberale. Ego ſi in provincia detrahere de tua fama unquam cogitaſſem, non ad generum tuum Lentulum, neque ad libertum tuum Brundiſii, neque ad praefectum fabrum Corcyrae, quem in locum me venire velles retuliſſem. Quare potes doctiſſimis hominibus auctoribus, quorum ſunt de amicitia gerenda praeclariſſime ſcripti libri, genus hoc totum orationis tollere, Diſputabant, Ego contra diſſerebam: Dicebant, Ego negabam. An mihi de te nihil eſſe dictum unquam putas? ne hoc quidem quod cum me Laodiceam venire voluiſſes, Taurum ipſe tranſiſti? Quod iiſdem diebus meus conventus

minus attentus. qui ad rem attentus est nihil negligit.

divimus nihil aliud niſi imperata ἐπικεφάλαια ſolvere non poſſe. Corrad.

Non potui in illo ſumtu non neceſſario negligens eſſe] Non potui eſſe facilis ac liberalis in decernendo hoc ſumtu, ſive permittendo, ut hunc, qui minime neceſſarius eſt, ſumtum facerent. *Negligens* hic rara & exquiſita ſignificatione accipitur pro prodigus, effuſus in ſumtus, cui opponitur *diligens*, hoc eſt frugalis, parcus. Suet. Galb. 14. *His diverſo vitiorum genere graſſantibus adeo ſe abutendum permiſit & tradidit, ut vix ſibi ipſe conſtaret: modo acerbior parciorque, modo remiſſior ac negligentior quam conveniret principi electo, atque illius ætatis.* Sicut *acerbior* hic opponitur *remiſſior*, ſic *parcior* opponitur *negligentior*. Horum vitiorum ſibi contrariorum exempla ſtatim ſubjicit; negligentiæ quidem quod a comitibus donari gratias, vectigalia, & immunitates paſſus ſit. Ibid. cap. præcedenti: *Ordinario diſpenſatori breviarium rationum offerenti paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe.* diligentia hic eſt frugalitas, parſimonia, propria patrisfamilias virtus, qui *diligentes* dicuntur, hoc eſt frugi. Cic. I V in Verr. *Diodorus homo frugi ac diligens, qui ſua ſervare vellet.* Plaut. Amphit. III. 3.

Recte loquere & proinde ut diligentem decet uxorem. Grævius.

Non ad generum tuum Lentulum] Epiſtola 4 hujus libri. *Corradus.* Vetus liber non habet *Lentulum*: & certe poteſt eſſe gloſſema. *Urſin.* Aſſentior Urſino. Nam nec mei MSS. agnoſcunt *Lentulum*. & rationes Manutii ſatis oſtendunt hic ulcus eſſe, quod poſſet tolli hac quam iniit Fulvius ratione. *Grævius.*

Libertum tuum] Phaniam. *Corradus.*

Præfectum fabrum] Clodium. *Idem.*

Quod iiſdem diebus meus conventus erat Apameæ] Hoc eſt, quod iiſdem diebus ego jus dicerem Apameæ.

Syn-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rentus erat Apameae, Synnadis, Philomeli, tuus Tarſi? Non dicam plura, ne in quo te objurgem id ipſum videar mitari. Illud dicam ut ſentio, Si iſta quae alios loqui diis ipſe ſentis, tua ſumma culpa eſt; ſin autem alii tecum haec loquuntur, tua tamen, quod audis, culpa nonnulla eſt. Mea ratio in tota amicitia noſtra conſtans & gravis reperietur. Quod ſiqui me aſtutiorem fingit, quid poteſt eſſe callidius quam cum te abſentem ſemper defenderim, cum praeſertim mihi uſu venturum non arbitrarer ut ego quoque abſens a te defendendus eſſem, nunc committere ut tu jure optimo me abſentem deſerere poſſes? Vnum genus excipio ſermonis, in quo perſaepe aliquid dicitur quod te putem nolle dici, ſi aut legatorum tuorum cuipiam aut praefectorum aut tribunorum militum male dicitur: quod
tamen

Synnadis] *Synnade*, in duobus veteribus libris legitur. Sicut & lib. v ad Atticum. *Corradus.*

Mea ratio in tota amicitia conſtans & gravis reperietur] Hoc eſt in amicitia tuenda ſic me geſſi ſemper ut levitatis a nemine poſſim accuſari. *Ratio alicujus* Ciceroni dicitur, quod quis agit, aut agere ſolet. vid. Manut.

Quid poteſt eſſe callidius] Sic habent omnes libri manuſcripti, & nonnulli vulgati. Quidam legi volunt *incallidius*, quo modo ſcriptum eſt in aliis vulgatis. ego nihil muto, & ſic accipio ut ſit εἰρωνεία. *Lambin.*
Quod ſi qui me aſtutiorem fingit: quid poteſt eſſe callidius] Sic ante Lambin. prima editio ac Victorii, *qui* pro *quis* ut paullo ſupra, *ſi qui ſuo ſumtu functus eſſet officio*, ex Pall. ſec. Grut. Vatic. jam *callidius* eſt in primo, quart. quint. in Peck. Grut. in ſec. tert. *calidius* puto antiqua ſcriptura non geminante liquidas has ſæpius. vulgo *incallidius* nimis frivolum. Ceterum paulo poſt eſt in Pall. ſec. *cum præſertim mihi uſum venturum non arbitrarer.* quod valde probo: ſic Plaut. Ciſtell. *ſi quis uſus venerit,* Item Bacch. *Aufugero hercle, ſi magis uſus venerit.* Terent. Heaut. *Non uſus veniet ſpero*, aut ſi nolis ſic accipere, accipe ut idem Afer Phorm. *Nec cum hujuſmodi unquam uſus venit, ut conflictares malo.* Pal. tert. *uſui venturum.* Gebhardus. Non tamen auſus ſum hoc *uſum venturum* recipere unius codicis auctoritate, præſertim cum quibus ego ſum uſus libri refragentur, Ciceroni vero hoc loquendi genus *uſu venire* ſit frequentiſſimum. *Græv.*

Quod te putem nolle dici] Legendum eſſe, *quod te putem non nolle dici* declarat id quod ſequitur non longe admodum, ibi, *Hos ego ſermones, quod & multi ſunt, & tuam exiſtimationem, ut ego ſentio, non offendunt, laceſſivi nunquam,* &c. Nam hæc verba, *quod te putem non nolle dici*, hanc vim habent, de quo te putem non laborare, ſi dicatur, quia ſcilicet exiſtimationem tuam non lædat. Quod ſi liceret libris conſentientibus reponere, *quod te putem non valde nolle dici*, vel ſic, *quod te putem non nimium nolle dici*, &c. multo magis probarem. *Lambinus.*

Aut præfectorum] Quorum unus Scaptius habuit turmas equitum, quibus incluſum in curia Senatum Salamine obſedit, ut fame Senatores quin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tamen ipſum non mehercule adhuc accidit me audiente, ut aut gravius diceretur, aut in pluris quam mecum Corcyrae Clodius eſt locutus: cum in eo genere maxime quereretur te aliorum improbitate minus felicem fuiſſe. Hos ego ſermones, quod & multi ſunt & tuam exiſtimationem, ut ego ſentio, non offendunt, laceſſivi nunquam, ſed non valde repreſſi. Si quis eſt qui neminem bona fide in gratiam putet redire poſſe, non noſtram is perfidiam coarguit, ſed indicat ſuam, ſimulque non de me is pejus quam de te exiſtimat. Sin autem quem mea inſtituta in provincia non delectant, & quadam diſſimilitudine inſtitutorum meorum ac tuorum laedi ſe putat, cum uterque noſtrum recte fecerit ſed non idem uterque ſecutus ſit, hunc ego amicum habere

que necarentur. *Corrad.* *Si aut legatorum tuorum cuipiam a. præf. a. tr. ml. maledicitur*] Heic potius aliis credidi quam mihi; puta Victorio, Manutio, Lambino hanc lectionem exhibentibus, accedente Vaticano cod. in quo talis ſcriptura reſtat. ceterum nullus noſtrorum huic lectioni favet: quorum tert. & Gruter. *quippiam aut præf. aut trib. militum male dicit*: quod ego non ſpernere rationibus mihi domi conductis poſſum. primus vero accedit ad Victorianam lect. quippe *quipiam* & *cuipiam*. jam vero *aut*, ſæpe ex brevitatis ignorantia præteritur; ut modo ſupra. Illud vero recte eſt ex Palat. pr. ſec. Grut. Medic. Vatic. emendatum, *aut in pluris*. vulgo inepte, *aut impurius*, quod tamen velut legitimum nonnullos codices invaſit & infecit. *Gebhard.*

Sin autem quem mea inſtituta in provincia non delectant] *Quæ*, inquit ad Atticum ſcribens, *nonnulli amici Appii ita interpretantur ut me idcirco putent bene audire velle, ut ille male audiat: & recte facere, non meæ laudis, ſed illius contumeliæ cauſa*. Corrad.

Et quadam diſſimilitudine inſtitutorum meorum ac tuorum lædi ſe putat] Si accurate perſpicies, bone lector, hunc locum videbis *te putat* legi debere, te, inquam, o Appi: de illo enim agitur: & quidam ſuſpicabantur, nullam aliam ob rem tanta continentia & æquitate uti in provincia Ciceronem, niſi ut Appii furta & improbitatem argueret, demumque ut exiſtimationem illius violaret. quos tamen Cicero ipſe diligenter refellit & in his epiſtolis & ad Atticum. Nihil enim aliud ſignificat totus ille locus ad Cœlium, lib. II, epiſt. 13. *Genus inſtitutorum, & rationum mearum*, &c. & ille ad Atticum, lib. VI, epiſt. I. *Hanc nonnulli amici Appii ridicule interpretantur, qui me idcirco putant bene audire velle ut ille male audiat, & recte facere non meæ laudis ſed illius contumeliæ cauſſa*. Victor. *Te putat* legendum ſuſpicor, ita poſtulante ſententia. *F. Urſinus.* *Lædi ſe putat*] Sic habent omnes libri & MSS. & vulgati. puto autem, obſcure, & (ut ita dicam) oblique ſignificari Appium ipſum. Atque idcirco quidam legendum putant, *lædi te putat*: quæ lectio multo planior ac facilior eſſet. *Lambinus.*

Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

habere non curo. Liberalitas tua, ut hominis nobiliſſimi, latius in provincia patuit: noſtra ſi anguſtior (etſi de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid poſterior annus, propter quandam triſtitiam temporum) non debent mirari homines, cum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior, & temporibus quibus alii moventur iiſdem ego movear, me eſſe acerbum ſibi ut ſim dulcis mihi. De rebus urbanis quod me certiorem feciſti, cum per ſe mihi gratum fuit, tum quod ſignificaſti, tibi omnia mea mandata curae fore. In quibus unum illud te praecipue rogo ut cures, ne quid mihi ad hoc negotii aut oneris accedat aut temporis: Hortenſiumque noſtrum collegam & familiarem roges, ut ſi unquam mea cauſſa quidquam aut ſenſit aut fecit, de hac quoque ſententia bima decedat: qua mihi

Ut hominis nobiliſſimi] Codex unus Memm. poſt vocem *nobiliſſimi*, habet *liberaliſſimi*, ſine copulatione. Unde quidam ſuſpicantur, ejecta voce *nobiliſſimi*, legendum, *ut hominis liberaliſſimi*: quod mihi quoque videtur. *Idem.*

Noſtra ſi anguſtior, etſi de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid poſterior annus] Pro *limavit* alii habent *elimabit*, alii *limitavit*. Vetuſti hic codices nonnihil mendi continent: quod tamen, ut puto, facile tolli poteſt: ſic enim in illis legitur, *limavit abit*, &c. Sunt autem (ni fallor) quatuor ultimæ litteræ bis repetitæ: cum fortaſſe librarius eandem dictionem ut diverſam imperite bis ſcripſiſſet: credo enim in aliquo exemplari *limabit* ſcriptum fuiſſe: olim autem (nam ſæpe *b* pro *v* ponebant, ut ex vetuſtis lapidibus colligitur) quempiam fortaſſe, ne id aliquem falleret putaretque eſſe futuri temporis, ſupra extremam partem illius dictionis *limabit*, *avit* ſcripſiſſe: quod librarius qui inde deſcripſit, ut reſtitutum & neceſſarium verbum accepit, prioremque dictionem integram ſcripſit. ita nimia & curioſa diligentia non parum peccati admiſit. *Limitavit* autem omnino puto mendoſum eſſe. *Limitare* enim eſſe exiſtimo limites & terminos collocare: *limavit* autem hic minuit μελαφορικῶς omnes inutiles ſumptus quaſi conterendo. *Victorius.* *Noſtra ſi anguſtior etſi*] Vulgo, *anguſtior erit*. ſed iſtud verbi neque in melioribus editionibus, neque in ullis MSS. conſpicitur. amandavi ergo εἰς κόρακας. ceterum in omnibus noſtris, ut & tribus Guilielm. eſt *limitabit* non *limavit*. Egnatius quia invenerat in Mediceo *limavitabit* legit *elimavit*, quod verbum eſt Latinum & proprium hujus ſenſus, ductum a *lima* quæ atterit quod ſuperfluit. Mihi in illo *limitabit* ſubeſſe aliquid ſuſpicio eſt: altiuſque tot codicum fides apud me fundata eſt, quam vel momenta ſagaciſſimæ conjecturæ ſeu acuminis. *Gebhard.*

Me eſſe acerbum ſibi, ut ſim dulcis mihi] hoc eſt, me non eſſe liberalem erga alios, ut tanto magis lauder, & meis ſtudeam commodis.

Noſtrum collegam] In auguratu. *Corradus.*

De hac quoque ſententia bima] Duorum annorum. Nam Seſtius ad me ſcri-

mihi nihil poteſt eſſe inimicius. De noſtris rebus quod ſcire vis, Tarſo Nonis Octobr. Amanum verſus profecti ſumus. Haec ſcripſi poſtridie ejus diei cum caſtra haberem in agro Mopſuheſtiae. Si quid egero ſcribam ad te; neque domum unquam ad me litteras mittam quin adjungam eas quas tibi reddi velim. De Parthis quod quaeris, fuiſſe nullos puto. Arabes qui fuerunt, admiſto Parthico ornatu, dicuntur omnes revertiſſe. Hoſtem eſſe in Syria negant ullum. Tu velim ad me quam ſaepiſſime & de tuis rebus ſcribas & de meis, & de omni reipublicae ſtatu: de quo ſum ſollicitus eo magis quod ex tuis litteris cognovi, Pompeium noſtrum in Hiſpaniam iturum. Vale.

EPI-

ſcripſit, Hortenſium de proroganda noſtra provincia dixiſſe neſcio quid: qui mihi tamen in Cumano diligentiſſime ſe ut annui eſſemus defenſurum receperat. *Idem.*

Nihil poteſt eſſe inimicitius] Et hoc quatuor Pall. priorum ſcriptura eſt: ac Gruteriani. vulgo *inimicius.* Gebhardus. Sed videſis quæ ſupra ep. 2 de *amicicior.*

In agro Moſheſtiæ] Græci hanc urbem Μόψου ἑστίαν appellant: hanc intelligit Cicero lib. 1 De divinatione, *Amphilochus & Mopſus Argivorum Reges fuerunt, ſed iidem augures, iiſque urbes in ora maritima Ciliciæ Græcas condiderunt.* Appianus in Syriacis Ἑστίαν Μόψου appellat, ἀλλὰ καὶ τόνδε Σέλευκος ὁ Ἀντιόχου τοῦ Γρυποῦ παῖς ἐπιστρατεύσας ὄντι παρὰ θείῳ παρείλετο τὴν ἀρχήν· βίαιος δὲ καὶ τυραννικώτατος ὢν ἐν Ἑστίᾳ Μόψου τῆς Κιλικίας κατεπρήσθη κατὰ τὸ γυμνάσιον. Nos quia ſcimus ſæpe Romanos Græca nomina locorum aliquantulum diverſe a Græca voce appellaſſe, & cum ſic in antiquis codicibus inveniremus, ne tantulum quidem ab illis deflectere voluimus. *Victorius.* *Mopſuheſtiæ*] Urbis a Mopſo vate conditæ, etſi *Moſheſtiæ* etiam legitur. *Corradus.* *In agro Moſheſtiæ*] Ita Victorius, Med. Pal. pr. ſecundus vero & Peck. *Moſchetiæ.* tert. *moſeſtiæ.* quart. quint *Moſyeſtiæ.* alii ut Victor. & Lambin. *Mopſuheſtiæ*; ſicut dudum ante illos natos emendarat Egnatius. *Gebhardus.* Cum ſic libri vetuſti varient, inque meo primo legatur *in agro heſtiæ*, cur non reſtituamus cum Egnatio, Manutio, Lambino verum urbis nomen *Mopſuheſtiæ*, quod corruptum eſt in membranis? *Græv.*

Neque domum unquam ad me litteras mittam] Elegantiſſime & omnimodo Tulliane: ex Victorio ac Vaticano, in Pall. erat *ad meas lit.* qui hujus venuſtatis vim non ceperunt, legerunt *ad meos litteras mittam.* Gebhard. Grævii primus non longe abit a vera lectione, in quo ſcribitur, *neque domum unquam ad te litteras dabo.*

In Hiſpaniam] Provinciam ſuam, quam Petreius, Afranius, & Varro adminiſtrabant. *Corrad.*

Etſi

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

Appii litteris, humaniſſime ſcriptis, humaniſſime & ipſe reſpondet: gratulatur de triumphi ſpe: hortatur ad abſolutionem librorum auguralium: petit ut ſupplicationem ſibi decernendam curet.

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

VIx tandem legi litteras dignas Appio Clodio, plenas humanitatis, officii, diligentiae. Adſpectus videlicet urbis tibi tuam priſtinam urbanitatem reddidit. Nam quas ex itinere ante quam ex Aſia egreſſus es ad me litteras miſiſti, unas de legatis a me prohibitis proficiſci, alteras de Appianorum aedificatione impedita, legi perinvitus. Itaque conſcientia meae conſtantis erga te voluntatis, reſcripſi tibi ſubiratus. Iis vero litteris lectis quas Philotimo, liberto meo, dediſti, cognovi intellexique, in provincia multos fuiſſe qui nos quo animo inter nos ſumus eſſe nollent: ad urbem vero ut acceſſeris, vel potius ut primum tuos videris, cognoſſe te ex iis, qua in te abſentem fide, qua in omnibus officiis tuendis erga te obſervantia & conſtantia fuiſſem. Itaque quanti illud me aeſtimare putas quod eſt in tuis litteris ſcriptum, Si quid inciderit quod ad meam dignitatem pertineat, etſi vix fieri poſſit, tamen te parem mihi gratiam relaturum? Tu vero facile facies: Nihil eſt enim quod ſtudio & benevolentia vel amore potius, effici non poſſit. Ego etſi & ipſe ita judicabam, & fiebam crebro a meis per litteras certior, tamen maximam laetitiam cepi ex tuis litteris de ſpe minime dubia & plane explorata triumphi tui: neque vero ob eam cauſſam quo ipſe facilius con-

ETſi vix fieri poſſit tamen, &c.] Ita ſcripſerat Appius. *Corr.* *Tamen te parem mihi gratiam relaturum*] Non illepida eſt prima codicis Gruteriani ſcriptura, *Perhenni mihi gratia relaturum.* Gebhardus.

conſequerer (nam id quidem Ἐπικούρειον eſt,) ſed, mehercule, quod tua dignitas atque amplitudo mihi eſt ipſa cara per ſe. Quare quoniam pluris tu habes quam ceteri quos ſcias in hanc provinciam proficiſci, quod te adeunt fere omnes ſi quid velis, gratiſſimum mihi feceris ſi ad me ſimul atque adeptus eris quod & tu confidis & ego opto, litteras miſeris. Longi ſubſellii (ut noſter Pompeius appellat) judicatio & mora, ſi quem tibi item unum alterumve diem abſtulerit (quid enim poteſt amplius?) tua tamen dignitas ſuum locum obtinebit. Sed, ſi me diligis, ſi a me diligi vis, ad me litteras ut quam primum laetitia afficiar mittito. Et velim reliquum quod eſt promiſſi ac muneris tui mihi perſolvas. Cum ipſam cognitionem juris augurii conſequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter ſtudiis erga me muneribuſque delector. Quod autem a me tale quiddam deſideras, ſane mihi conſiderandum eſt quonam te remunerer potiſſimum genere: nam profecto non eſt meum, qui in ſcribendo (ut ſoles admirari) tantum induſtriae ponam, committere ut negligens ſcribendo fuiſſe videar: praeſertim cum id non modo negligentis, ſed etiam ingrati animi crimen futurum ſit. Verum haec videbimus. Illud, quod polliceris, velim pro tua fide diligentiaque & pro noſtra non inſtituta ſed jam inveterata amicitia cures, enitare, ut ſupplicatio nobis quam honorifi-cen-

Ἐπικούρειον] Epicureum. *Corradus.*

Te adeunt fere omnes, ſi quid velis] Te rogant quæſitum num quid velis, numquid habeas ibi quod nunciari conficive velis. Erat propria & ſolemnis formula qua utebantur abituri offerentes ſuam operam & miniſterium ad quævis officia. Nihil frequentius apud Comicos. *Vale. Num quid vis? Si* vero idem eſt quod *num.* Flor. III, 3. *Conſulentes ſi quid ad uxores ſuas mandarent.* Terent. Heaut. III. 4, 5. *Viſam ſi domi ſit.* Sic & a Græcis εἰ ſæpe accipitur, ut multis exemplis pridem docti viri oſtenderunt. *Grævius.*

Longi ſubſellii] Senatus, ut quidem ego ſentio. Nam, ut ſenatores omnes ſedere poſſent in ſenatu, neceſſe erat ut *longa* eſſent *ſubſellia*, qualia in ſenatu Veneto conſpicimus. *Corrad.* *Longi ſubſellii judicatio* eſt res ad quam decernendam multi requiruntur qui judices ſedeant, quæ a magno judicum conſeſſu definienda eſt, ut hic ſenatus, qui de triumphis judicabat.

Reliquum quod eſt promiſſi ac muneris] De libris auguralibus. *Corrad.*

Diſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

entiſſime quam primumque decernatur. Omnino ſerius niſi litteras quam vellem: in quo cum navigandi difficulas fuit odioſa, tum ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe credo itteras meas. Sed id feci adductus auctoritate & conſilio tuo: dque a me recte factum puto quod non ſtatim ut appelatus imperator ſim, ſed aliis rebus additis aeſtiviſque conectis, litteras miſerim. Haec igitur tibi erunt curae, quemadmodum oſtendis: meque totum & mea & meos commendatos habebis. Vale.

Ipſum diſceſſum ſenatus] Ex curia diebus comitialibus, per quos lege Pupia haberi Senatus non poterat, epiſt. 3 lib. 1. *Idem.* *Tum ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe credo litteras meas*] Sic eſt elegantius ex tribus poſterioribus Pall. & Stewech. vulgus adjecit *in*, ne hærendum eſſet circa quæſtionem, quo procederet oratio regimine. *Gebhardus.* Sic & Grævii primus & Mentelianus codex.

Conſilio tuo] Ne ſtatim poſt primam victoriam litteras mitterem. *Corradus.*

Ut appellatus Imperator ſim] Apud Iſſum, epiſt. 10 lib. 11. *Idem.*

Aliis rebus additis] Victis præſertim Pindeniſſis, qui Saturnalibus mane ſe mihi dediderunt. *Idem.*

Æſtiviſque confectis] *Hinc*, inquit alibi, *exercitum in Hyberna agri male pacati deducendum Q. Fratri dabam.* Idem.

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

Appium Dolabella, reverſum e Cilicia, de majeſtate & de ambitu accuſaverat, eodemque tempore Tulliam, Ciceronis filiam, uxorem duxerat, M. Coelio, Ciceronis & Dolabellae amiciſſimo, eas nuptias conciliante; de quibus libro octavo epiſt. 6. 13. Id factum a ſuis inſciente ſe, conatur Cicero probare, & in hanc ſententiam multa colligit. Praeterea, ſuſpicante Appio impeditas a Cicerone legationes quae Romam ad ſuam laudem ire decreviſſent, multis verbis hanc ei ſuſpicionem ſtudet adimere. Mittit etiam commentarium de rebus a ſe perfectis atque inſtitutis in provincia, quae ad Appii abſolutionem pertinerent. Auguratur in extremo, cenſuram ei delatum iri: quod evenit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. T. C. APPIO PVLCHRO S.D.

CVm eſt ad nos allatum de temeritate eorum qui tibi negotium faceſſerent, etſi graviter primo nuntio commotus ſum, quod nihil tam praeter opinionem meam accidere potuit: tamen ut me collegi, cetera mihi facillima videbantur, quod & in te ipſo maximam ſpem & in tuis magnam habebam: multaque mihi veniebant in mentem quamobrem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore. Illud plane moleſte tuli, quod certiſſimum & juſtiſſimum triumphum hoc invidorum conſilio eſſe tibi ereptum videbam. Quod tu ſi tanti facies quanti ego ſemper judicavi faciendum eſſe, facies ſapienter & ages victor ex inimicorum dolore triumphum juſtiſſimum. Ego enim plane video fore nervis, opibus, ſapientia tua, vehementer ut inimicos tuos poeniteat intemperantiae ſuae. De me tibi ſic, conteſtans omnes deos, promitto atque confirmo, me pro

DE *temeritate eorum*] Dolabellæ. Epiſt. 6 lib. VIII. *Corrad.*

Iſtum laborem] Hoc eſt hanc injuriam, moleſtiam. Terent. And. V. 2, 29. *Nonne te miſeret mei tantum laborem capere ob talem filium*, hoc eſt, tantam moleſtiam, ut Donatus exponit. Plura notavi ad Juſtinum. *Græv.*

Hoc invidorum conſilio eſſe tibi ereptum videbam] Appius enim introierat in urbem, triumphique poſtulationem abjecerat. *Corradus.*

Tanti facies] Minimi. *Idem.*

Ego enim plane video fore nervis opus ſapientiaque tua] Noſtra lectio accepta eſt ex vetuſtis codicibus, quam nos longe meliorem putamus: id enim vulgata verba mihi videntur ſignificare, quod non eſſe ſatis accommodatum ſenſui arbitror. *Video* tibi *opus fore nervus ſapientiaque tua*, id eſt, judico te omne ſtudium tuum, & laborem ponere debere, ut inimici tui doleant ſe tibi moleſtos fuiſſe: quaſi dicat, niſi enim omnibus viribus conarere, non eos pœniteret, id eſt, non poſſes illos ulciſci: quod nullo modo mihi placet. Nos ſic hunc locum intelligimus, Ego plane & perſpicue video fore ut vehementer doleant inimici tui, ſe in te tam petulantes fuiſſe: atque id quidem exiſtimo fretus potentia, copiis & *ſapientia tua*: eos enim in te *nervos* & *opes video* ut poſſis dignitatem tuam tueri, & illos, quod tibi moleſti fuerint, facile ad pœnitentiam reducere. *Victorius.*

Conteſtans omnes deos] E vetuſtis pariter exemplaribus eruimus, meliore profecto ſententia. Metaphora a litibus ſumpta, quæ *conteſtatæ* dicebantur cum verba illa pronunciata eſſent *teſtes eſtote*. *Conteſtans* citanſque teſtes cunctos deos, nec enim deos orare, ſed potius in teſtimonium vocare oportebat. *Idem.* *Conteſtans omnes deos*] Sic eſt in editionum principe, invenitque Victorius in ſuis. ceterum ſic ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ro tua dignitate (malo enim dicere quam pro ſalute) in ac provincia, cui tu praefuiſti, rogando deprecatoris, laorando propinqui, auctoritate cari hominis (ut ſpero) pud civitates, gravitate imperatoris ſuſcepturum officia tque partes. Omnia volo a me & poſtules & exſpectes, incam meis officiis cogitationes tuas. Q. Servilius perbrees mihi a te litteras reddidit, quae mihi tamen nimis lonae viſae ſunt. Injuriam enim mihi fieri putabam cum roabar. Nollem accidiſſet tempus in quo perſpicere poſſes quanti te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem: quanquam in conſuetudine quotidiana perſpexiſſes, ſicut perſpicies: ſed quoniam accidit, ſi quid a me praetermiſſum erit, commiſſum facinus & admiſſum dedecus confitebor. Pontinius, qui a te tractatus eſt praeſtanti ac ſingulari fide, cujus

expreſſe Grut. Pall. ſec. tert. quint. ob compendium ſcriptionis *conſtans*. alii *obteſtans*, alii *teſtans*: utrique male. ſic Cicero alibi in Verrem: *Deos hominesque conteſtans clamare cœpit.* Idem pro Flacco, *Quum ego te, Flacce, cœlum terramque conteſtans flens flentem obteſtabar.* Gebhard. Clare Amſtelodam. *conteſtans*. Mentel. *conſtans*.

Promitto atque confirmo] Sic etiam ad Atticum: *Pro Appio nos hic omnia faciemus, honeſte tamen, ſed plane libenter: nec enim ipſum odimus, & Brutum amamus, & Pompeius a me mirifice contendit.* Corradus.

Cari hominis (ut ſp.) apud civitates, &c.] Sic habent quidem omnes, quos vidi, libri: excepto uno, in quo eſt *chari*, & altero, in quo, *clari*: verumtamen legendum putarim potius *gratioſi*: ſic enim loquuntur Latini, Gratioſus apud civitates: Carus apud civitates, vero, non item. dicerent enim potius, Carus civitatibus. *Lambin.* *Auctoritate cari hominis*] Sic eſt in omnibus noſtris MSS. & editionibus; ſolum in Pal. ſecundo eſt a manu ſecunda *clari hominis*, quod improbandum non ducerem, modo numeroſiore & firmiore ſe teſte tueretur. Clarum apud ſuos provinciales ſe fuiſſe, jactat Cœlio lib. 11, epiſt. 10. *quadam auctoritate apud eos qui me non norant nominis noſtri. Multum eſt enim in his locis: Hiccine eſt ille, qui urbem? quem ſenatus? noſti cetera.* Gebhard. Guilielmius probat *clari* (quod in Palatino ſecundo eſt a ſecunda manu,) quia clarum apud provinciales ſe fuiſſe ſcripſerit Cœlio libro ſecundo, epiſtola decima. Omnes tamen codices antiqui *cari*. Ad perſuadendum valet plurimum amor. Quamvis enim ſis clariſſimus, niſi ameris & carus ſis, non faciles aures invenies tuis perſuaſionibus.

Pontinus] Legatus meus. *Corradus.*

Qui a te tractatus eſt præſtanti ac ſingulari fide] Quum tu Cos. illi in petitione triumphi ex Allobrogibus victis, contra Catonem & Servilium prætores faviſti. *Corrad.*

Cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cujus tui beneficii ſum ego teſtis, praeſtat tibi memoriam benevolentiamque quam debet: qui cum maximis rebus ſuis coactus a me invitiſſimo deceſſiſſet, tamen ut vidit intereſſe tua, conſcendens jam navem, Epheſo Laodiceam revertit. Talia te cum ſtudia videam habiturum eſſe innumerabilia, plane dubitare non poſſum quin tibi amplitudo iſta ſollicitudo futura ſit. Si vero efficis ut cenſores creentur, & ſi ita geſſeris cenſuram ut & debes & potes, non tibi ſolum ſed tuis omnibus video in perpetuum ſummo te praeſidio futurum. Illud pugna & enitere ne quid nobis temporis prorogetur; ut cum hic tibi ſatisfecerimus, iſtic quoque noſtram in te benevolentiam navare poſſimus. Quae de hominum atque ordinum omnium erga te ſtudiis ſcribis ad me, minime mihi miranda & maxime jucunda acciderunt: eademque ad me perſcripta ſunt a familiaribus meis. Ita-

Cujus tui beneficii ſum ego teſtis] Nam Pontino ad triumphum volui adeſſe. *Idem.*

A me invitiſſime deceſſiſſet] Al. *a me invitiſſimo diſceſſiſſet*, ep. 5 lib. 11. *Idem.*

Laodiceam revertit] Ut tibi memoriam benevolentiamque præſtare poſſet. *Idem.*

Quin tibi amplitudo iſta ſollicitudo futura ſit] Qui mutarunt, *quin tibi amplitudini iſta ſollicitudo.* audaciæ ſuæ ac temeritatis ſpecimen dederunt; quaſi hæc omnium librorum ac MSS. lectio minus liqueret, aut parum integra foret. Eam certe conſpicio in Pall. omnibus Grut. Stewech. Vatic. denique editione prima ac Victorii. *Gebhard.* Sic & vetus codex N. Scelſi, & omnes quatuor quibus uſus eſt Grævius.

Si vero effeceris ut cenſor creeris] Libri fere omnes MSS. habent *ſi vero efficis ut cenſores creentur*, &c. quo modo P. Victorius edendum curavit: quod non probo. Neque vero ullo modo ferri poteſt, ut declarant ea quæ ſunt in hac epiſtola extrema, & in 16 & 17. Supra autem, ubi complures editiones habent *invitiſſimo*, legendum *invitiſſime*, ut habent alii libri & vulgati & manuſcripti. *Lambinus.* *Si vero efficis, ut cenſores creentur*] Nondum apud me pervicit auctoritas Lambini ut hanc ſcripturam Victorii (quæ eſt in omn. Pall. Grut. tribus Guilielmianis, editionum prima,) cum ipſo rejicerem. quid cauſſæ? certe vulgatæ neque volam neque veſtigium invenio. ſicut & illud *invitiſſime* in ſolo quarto Pall. exſtat, quod anteponit longe noſtro; in quo ſpero doctiorum neminem rivalem habiturus eſt. Prior lectio vulgo ſic concepta eſt, *ſi vero effeceris ut cenſor creeris.* Gebhardus. Approbant lectionem hanc quam Victorius & Gebhardus aſſeruerunt, illi quoque quatuor MSS. quos Grævius evolvit. vid. P. Manut.

Si ita geſſeris cenſuram] Eam ſane quidem poſtea geſſit cum L. Piſone. *Corrad.*

Navare] *Novare* habent libri veteres. *Idem.*

A familiaribus meis] A M. Cœlio. præſertim illud: Appium hic nos omnes abſolvimus. *Idem.*

Ea

taque capio magnam voluptatem, cum tibi, cujus mihi micitia non ſolum ampla ſed etiam jucunda eſt, ea tribui quae debeantur: tum vero remanere etiam nunc in civitae noſtra ſtudia prope omnium conſenſu erga fortes & inluſtrios viros, quae mihi ipſi una ſemper tributa merces ſt laborum & vigiliarum mearum. Illud vero mihi pernirum accidit, tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcene, cujus ego ſalutem duobus capitis judiciis ſumma conentione defendi, ut tuis inimicitiis ſuſcipiendis oblivifceetur patroni omnium fortunarum ac rationum ſuarum: praeſertim cum tu omnibus vel ornamentis vel praeſidiis redundares, illi (ut leviſſime dicam) multa deeſſent. cujus ermo ſtultus & puerilis erat jam antea ad me a M. Coelio, familiari noſtro, perſcriptus: de quo item ſermone multa ſcripta ſunt abs te. Ego autem citius cum eo qui tuas inimi-

Ea tribui quæ debeantur] Al. *ea videam tribui*. Idem. *Cum tibi, cujus mihi am.* &c.] Celare lectorem non poſſum, nullo in codice antiquo, quem quidem viderim, a me repertum eſſe verbum *video*, ibi, *ea tribui video*. ex quo mihi orta ſuſpicio eſt, eſſe alienum & aliunde invectum: totumque hunc locum ſic eſſe legendum, *cum tibi, cujus mihi amicitia non ſolum ampla, ſed etiam jucunda eſt, ea tribui, quæ deb.* &c. ut *cum* & *tum*, hic intelligantur eſſe non adverbia temporis, ſed copulationes: & infinitivus *tribui* regatur ab illo toto, *capio magnam voluptatem*. Lambin. *Ea tribui, quæ debeantur: tum vero remanere etiam nunc*] Vulgo *tribui video*; ſed poſterius recte abigunt quatuor Pall. Grut. Peck. editio prima & Victorii: deinde iterum vulgarunt, *tum vero etiamnum remanere*: ſed illud *etiamnum* exturbarunt quoque Pal. tert. Grut. Stewech. pro noſtra vero lectione pugnant quatuor Pall. Victorii editio: ſicque tranſpoſuit in prima impreſſione Egnatius. *Gebhardus*.

Erga fortes & induſtrios viros] Pal. tert. Grut. Stewech. *erga fortes & induſtrioſos viros*. qui codices tametſi non poſtremo apud me ſint numero, tamen non auſus ſum hanc novitatem ac licentiam admittendi quodvis in Cicerone aſſumere atque uſurpare. Porro item Pal. tert. ac Stew. *tantam temeritatem fuiſſe adoleſcenti*. Gebh. MSS. tres & cod. N. Scelſi *ergo fortes & induſtrioſos viros*. meus vero optimus, *erga fortes & induſtres viros*. legendum, *erga fortes & inluſtres viros*. illuſtres nimirum natalibus & meritis in rempublicam. Veteres autem ſæpius ſcripſiſſe *inluſtris* pro *illuſtris* teſtantur inſcriptiones antiquæ. dein mallem ex Stewechiano, *quæ mihi ipſa una ſemper tributa merces eſt*. Grævius.

Tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente] P. Dolabella. *Corrad.*

Salutem duobus capitis judiciis ſummæ contentione defendi. Hinc epiſt. 2 lib. VI ita ſcribit: *Dolabella mihi debebat quod non defueram ejus periculis*. Idem.

A M. Cœlio familiari noſtro, perſcriptus] Cic. VIII ad Fam. ep. 6. *Idem.*

Ego autem citius cum eo, qui] Vulgo *ab eo*: ſic eſt in omnibus MSS. & editioni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

micitias ſuſcepiſſet , veterem conjunctionem diremiſſem quam novam conciliaſſem. Neque enim de meo erga te ſtudio dubitare debes , neque id eſt obſcurum cuiquam in provincia , nec Romae fuit. Sed tamen ſignificatur in tuis litteris ſuſpicio quaedam & dubitatio tua , de qua alienum tempus eſt mihi tecum expoſtulandi , purgandi autem mei neceſſarium. Vbi enim ego cuiquam legationi fui impedimento quo minus Romam ad laudem tuam mitteretur ? aut in quo potui ſi te palam odiſſem , minus quod tibi obeſſet facere ? ſi clam , magis aperte inimicus eſſe ? Quod ſi eſſem ea perfidia qua ſunt ii qui in nos haec conferunt , tamen ea ſtultitia certe non fuiſſem ut aut in obſcuro odio apertas inimicitias , aut in quo tibi nihil nocerem, ſummam oſtenderem voluntatem nocendi. Ad me adire quoſdam me-

tionibus vetuſtioribus. Porro omnes MSS. ut & priſca editio , *ſi eſſem ex perfidia.* forte , ut Plautus *ex paupertate.* ſed crebro permutantur *a* & *x*. Gebhard.

Quam novam conciliaſſem] Ex Tulliæ nuptiis. Eam ob rem Cicero certos homines ad mulieres miſit , qui Romam venerunt factis ſponſalibus. *Corr.*

Ad me adire quoſdam memini , nimirum ex Epicteto , qui dicerent] Tres hæ dictiones , *nimirum ex Epicteto* quas nos repoſuimus, in omnibus ſunt antiquis exemplaribus , etſi eas nonnulli conati ſunt delere linea circumducta , tanquam vacent : quod ſemper nonnulli facere conſueverunt , ut omnia a ſe non intellecta improbent , & expungant , homines parva eruditione, & nullo judicio præditi. Verba omnino hæc incorrupta ſunt , & ſententiam etiam Ciceronis non parum adjuvant. cum enim totam rem diligentius explicet , & locum etiam ipſum , unde ad ſe venerant , narrent : majorem fidem verbis ſuis comparat : & cum tam longe domo veniſſe oſtendit , arguit rem de qua queſtum venerant , non parvum ipſis detrimentum attuliſſe , quæ coegerit eos tam longe a ſuis finibus ad proconſulem adire. Eſt autem *Epictetus* Phrygia minor , quaſi poſterius juſto & antiquo regno adnexa. Strabo lib. XII. Φρυγία τε γὰρ ἡ μὲν καλεῖται μεγάλη ἧς ὁ Μίδας ἐβασίλευσε , ἧς μέρος οἱ Γαλάται κατέσχον , ἡ δὲ μικρὰ ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ, καὶ ἡ περὶ τὸν Ὄλυμπον, ἡ καὶ Ἐπίκτητος καλουμένη. quo nomine alibi etiam idem auctor eandem provinciam appellat : ſed certam rem non oportet pluribus teſtibus confirmare. *Victor.* *Quoſdam memini*] Al. *quoſdam memini , nimirum ex Epicteto. Epictetus* autem Phrygia minor dicitur a Strabone. *Corradus.* Poſt *meminit* , quidam libri veteres habent , *nimirum ex Epicteto* , ut teſtatur P. Victorius. nos in nullo ex noſtris reperimus: neque exiſtimamus eſſe Ciceronis, Paullo Manutio aſſentientes. mirorque Petro Victorio aliter videri. nam hæc verba clamant ſe eſſe aliena , & foris profecta. *Lambinus.* Verba illa quæ ex ſuis vetuſtis libris aſſuit Victorius, *nimirum ex Epicteto* cum neque in Pall. Grut. Guilielm. ed. pr. neque Lambini libris compareant , nefas dux[i] inducere huc ; cum re vera videantu[r] pan

nemini qui dicerent, nimis magnos ſumtus legatis decer-
i: quibus ego non tam imperavi quam cenſui, ſumtus
gatis quam maxime ad legem Corneliam decernendos.
tque in eo ipſo me non perſeveraſſe teſtes ſunt rationes
vitatum, in quibus quantum quaeque voluit legatis tuis
atum induxit. Te autem quibus mendaciis homines le-
iſſimi onerarunt? non modo ſublatos ſumtus, ſed etiam
procuratoribus eorum qui jam profecti eſſent, repetitos
: ablatos, eamque cauſſam multis omnino non eundi fuiſſe.
Quererer tecum atque expoſtularem, ni (ut ſupra ſcripſi)
urgare me tibi hoc tuo tempore quam accuſare te mallem,
lque putarem eſſe rectius. Itaque nihil de te, quod credi-
eris de me: quamobrem non debueris credere pauca di-
am. Nam ſi me virum bonum, ſi dignum his ſtudiis ea-
ue doctrina cui me a pueritia dedi, ſi ſatis magni animi,
on minimi conſilii in maximis rebus perſpectum habes,
ihil in me non modo perfidioſum & inſidioſum, & fallax
amicitia, ſed ne humile quidem aut jejunum debes agno-
ere. Sin autem me aſtutum & occultum juvat fingere,
quid

annum in purpura. *Gebhard.* Am-
elodamenſis tamen, *Nimirum ex epi-
eto.* & Grævii primus, *Nimirum ex
ictote.*

Ad legem Corneliam] Qua L. Sylla in
ecernendis ſumptibus omnes Aſiæ
vitates pro portione in provincias de-
ripſit. *Corrad.*

Legatis tuis datum, indixit] Al. *indu-
it*: quod eſt verbum ad rationes ma-
s accommodatum. *Idem.* *Datum
duxit*] Sic videtur legendum, atque
nterpungendum, ſententia optima,
*Quantum quæque civitas voluit legatis tuis
tum* tantum in rationes *induxit*, id
t, tantum in tabulas publicas ex-
enſum retulit. Sic loquitur lib. 1 ac-
iſ. *Tutores pecuniam prætori ſi pupillæ no-
ine dediſſent, grandem præſertim, quem-
dmodum in rationem inducerent, quemad-
odum ſine periculo ſuo dare poſſent, non
videbant.* Non diſſimulabo tamen, ple-
roſque libros veteres habere *indixit.*
quod ſi probabimus, diſtinctionis no-
ta poſt *datum* erit locanda, hoc mo-
do: *quantum quæque voluit leg. tuis da-
tum, indixit.* Atque hanc lectionem
æque probo atque ſuperiorem: & for-
taſſe recta & vera eſt. *Indicere* autem
poſitum pro imperare. quo modo ſæpe
uſurpant Latini, cum dicunt *indicere tri-
butum.* Lamb. vid. Manut. Pall. tres
quatuorve, Grut. Stew. Victorii editio,
*quantum quæque voluit, legatis tuis datum
induxit.* quanquam magis probem Pal.
pr. & Peck. ſcripturam, *quantum quæ-
que voluit legatis tuis datum, indixit.* Pal.
quint. non abſurde, *quantum quæque
voluit legatis tuis, mandatum induxit.*
Gebhardus.

*Sin a. me aſtutum & occultum lubet fin-
gere*] Sic Mediceus codex: & ex eo

quid eſt quod minus cadere in ejuſmodi naturam poſſit, quam aut florentiſſimi hominis aſpernari benevolentiam, aut ejus exiſtimationem oppugnare in provincia cujus laudem domi defenderis? aut in ea re animum oſtendere inimicum in qua nihil obſis? aut id eligere ad perfidiam quod ad indicandum odium apertiſſimum ſit, ad nocendum leviſſimum? Quid erat autem cur ego in te tam implacabilis eſſem, cum te ex fratre meo ne tunc quidem cum tibi prope neceſſe eſſet eas agere partes, inimicum mihi fuiſſe cognoſſem? Cum vero reditum noſtrum in gratiam uterque expetiſſet, quid in conſulatu tuo fruſtra mecum egiſti, quod me aut facere aut ſentire voluiſſes? Quid mihi mandaſti cum te Puteolis proſequerer, in quo non exſpectationem tuam diligentia vicerim? Quod ſi id eſt maxime aſtuti, omnia ad ſuam utilitatem referre, quid mihi tandem erat utilius, quid commodis meis aptius quam hominis nobiliſſimi atque honoratiſſimi conjunctio, cujus opes, ingenium, liberi, affines, propinqui, mihi magno vel ornamento vel praeſidio eſſe poſſent? Quae tamen ego omnia in expetenda amicitia tua non aſtutia quadam, ſed aliqua potius ſapientia, ſecutus ſum. Quid? illa vincula, quibus qui-

Victorina. vulgo *libet*; ſicut plerique MSS. Pal.pr. *juvet*. quint. *juvat*, quart. vero, *occultum ut juvat libet fingere*. Mihi illud *juvat* diſplicere non poteſt. *Gebhard.* *Occultum juvat fingere*] Recepi *juvat* ex tribus Palatinis, quanquam in primo eoque optimo *juvet* ſcriptum ſit. Non longe abit meorum vetuſtiſſimus, qui & fontem depravatæ ſcriptionis aperit, in eo enim *jubat* legitur antiqua ſcribendi ratione, qua ſæpe pro *v* ponitur *b* tam in membranis quam lapidibus antiquis. Ex hoc ignarus priſci moris fecit *lubet*, alii *libet*. Liv. præfat. lib. I. *Utcunque erit, juvabit tamen rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi pro virili parte & me ipſum conſuluiſſe.* Senec. ep. 6. *Quæ ſcire magis juvat, quam prodeſt.* Nec Ciceroni infrequens hæc vox in iſta notione. *Grævius.*

Quod ad indicandum odium apertiſſimum ſit] Pall. tert. quart. Gruter. *quod ad indurandum odium*; quod non fruſtra adnoto. *Gebhardus.*

Cum tibi prope neceſſe eſſet eas agere partes] Propter Clodium fratrem. *Corrad.*

Inimicum mihi cognoviſſem] In exilio. *Idem.*

Reditum noſtrum in gratiam uterque expetiſſet] Auctore Pompeio, ut ſcribit Quintilianus. Cicero ad Q. Fratrem ſic ſcribit: *Non faciam, ut Appium offendam, ne imploret fidem Jovis Hoſpitalis, Gratos omnes convocet, per quos mecum in gratiam rediit.* Idem.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

uidem libentiſſime adſtringor, quanta ſunt ſtudiorum ſi-ilitudo, ſuavitas conſuetudinis, delectatio vitae atque ictus, ſermonis ſocietas, litterae interiores? atque haec omeſtica. Quid illa tandem popularia? reditus illuſtris i gratiam? in quo ne per imprudentiam quidem errari po-eſt ſine ſuſpicione perfidiae: ampliſſimi ſacerdotii colle-ium? in quo non modo amicitiam violari apud majores oſtros fas non erat, ſed ne cooptari quidem ſacerdotem li-ebat qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus. Quae ut o-iittam tam multa, atque tanta, quis unquam tanti quen-uam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn. 'ompeium, ſocerum tuae filiae? Etenim ſi merita valent: atriam, liberos, ſalutem, dignitatem, memetipſum mihi er illum reſtitutum puto. ſi conſuetudinis jucunditas: uae fuit unquam amicitia conſularium in noſtra civitate onjunctior? ſi illa amoris atque officii ſigna: quid mihi lle non commiſit? quid non mecum communicavit? quid le ſe in ſenatu cum ipſe abeſſet, per quenquam agi maluit? uibus ille me rebus non ornatiſſimum voluit ampliſſime? ua denique ille facilitate, qua humanitate tulit conten-ionem meam pro Milone, adverſante interdum actioni-bus

Sed ne optari quidem ſacerdotem lice-at] Sic quinque Palatini, Grut. rima editio. qui non intellexe-unt vim verbi *optari* fecerunt pro conte ſua duriter *cooptari*. Gebhardus. n meis duobus libris optimis eſt, *nec ptari*, quod nullus dubito quin cor-uptum ſit ex *ne cooptari*, ut facile vi-ere eſt. Mentelianus vero clare, *ne ooptari*, quod cum ex hoc libro tum ex nelioribus editionibus hic repoſui, oſcente quoque uſu Latinæ linguæ. Novi quidem *optare locum* Virgilio eſſe ligere, ſed *optare* ſacerdotem pro *coopta-e* quis dixit? *Græv.*

. *Quibus ille me rebus non ornatiſſimum oluit ampliſſime*] Sic editionum veter-ima, ac Victor. Pall. quinque Grut. vulgo, *quibus ille me in rebus non ornatum voluit*. Gebhard.

Adverſantem interdum] M. Cœ-lio Tribuno plebis interceſſore. *Cor-radus.* *Actionibus ſuis*] Legibus, & ſuſpicionibus de Milone. *Idem.*

Adverſante interdum actionibus ſuis] Sic vet. cod. ſic quint. Pal. ac Vict. editio. Grut. tamen *adverſitante*. quaſi eſſet *adverſitari*, adverſari & occurrere cu-pere atque affectare, ſicut apud Plau-tum *dormitare* aliaque multa, ut Milo-nis intentio potius in conatu fuerit quam effectu. Multa elegantia & an-tiqua exciderunt, imo præcipitarunt ex Ciceronis ſublimata facundia, pro quibus nunc humilia, jejuna, ſordi-da ſuſtulimus. ut paullo poſt eſt in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bus ſuis? quo ſtudio providit ne quae me illius temporis invidia attingeret, cum me conſilio tum auctoritate cum armis denique texit ſuis? quibus quidem temporibus haec in eo gravitas, haec animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui aut Lycaoni, quod tu in legatis feciſti, ſed ne ſummorum quidem hominum malevolis de me ſermonibus crederet. Hujus igitur filius cum ſit gener tuus, cumque, praeter hanc conjunctionem affinitatis, quam ſis Gn. Pompeio carus quamque jucundus intelligam, quo tandem animo in te eſſe debeo? cum praeſertim eas ad me is litteras miſerit quibus etiamſi tibi, cui ſum amiciſſimus, hoſtis eſſem placarer tamen, totumque me ad ejus viri ita de me meriti voluntatem nutumque converterem. Sed haec hactenus: pluribus enim etiam fortaſſe verbis quam neceſſe fuit ſcripta ſunt. Nunc ea quae a me profecta, quaeque inſtituta ſunt, cognoſce.

** Non pauca deſiderantur. quae fortaſſis ab ipſo Cic. detracta ſunt. **

Atque haec agimus, & agemus magis pro dignitate quam pro

Pal. tertio, *armis denique detexit ſuis*. cum ſit in antiquioribus, hoc eſt, Latinæ puritatis genuinis auctoribus *detegere* æque intenſe & accurate tegere, ac *deamare* impenſe amare, & cetera: in ſec. conſpicitur *attexit*. vulgo *texit*, ſicut ſupra *adverſantem*. Gebhardus.

Ne quæ me illius temporis invidia attingeret] Quum nonnulli P. Clodium meo conſilio interfectum dicerent, & T. Munatius Plancus, Quintuſque Pompeius ſe mihi diem dicturos minarentur. *Corrad.*

Armis denique texit ſuis] Exercitu in foro, & in omnibus templis collocato. *Idem.*

Ne ſummorum quidem hominum malevolis de me ſermonibus crederet] Fortaſſe & Q. Pompeii, C. Salluſtii, & T. Munatii Planci. *Idem.*

Literas miſerit] Quibus a me mirifice contendit ut hic omnia pro te faciam. *Idem.*

Quæ a me profecta quæque inſtituta ſunt, cognoſce. Atque hæc agimus] Ante hæc verba *Atque hæc agimus* ſcripſimus *multa deſunt*: quis enim non videat hunc locum eſſe mutilatum & decurtatum: deſiderarique explicationem eorum omnium beneficiorum quæ Cicero in Appium contulerit, quæque conferre inſtituiſſet? Non erimus in hoc longiores, ſatis enim rem ſignaſſe fuit: ſiquis nobis felicior locum hunc ex antiquiore & minus lacero exemplari reſtituere potuerit, is a me & ſtudioſis omnibus magnam gratiam inierit. *Victorius.* *Cognoſce*] Niſi *cognoſces* legas, multa hic deſint neceſſe eſt. vel certe, *cognoſce ex commentario*, vel *nuntiis quos miſi*. Corradus. *Quæ a me profecta atque inſt.*] Mediceus codex *profecta* habet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

pro periculo tuo. Te enim (ut ſpero) propediem cenſorem audiemus: cujus magiſtratus officia, quae ſunt maximi animi ſummique conſilii, tibi diligentius & accuratius quam haec quae nos de te agimus, cogitanda eſſe cenſeo. Vale.

bet, & alter etiam non melius, quorum auctoritatem ſecuti ita & nos legimus. Hujus autem nominis in hoc loco vis aperta eſt: quo etiam ſenſu accepit in epiſtola ad Catonem, cum inquit, *A me autem hæc ſunt profecta, quæ ego in beneficii loco non pono, ſed in veri teſtimonii ac judicii.* Incluſam autem illud in ſe habet alterius verbi vim, quod quidam malunt: nam niſi perfecta, & abſoluta eſſent, non recte dici poſſent *profecta*, ſed adhuc eſſent *inſtituta*, & inchoata. Sed hæc minuta, & puſilla ſunt: illud momenti majoris, quod noſtram animadverſionem iidem non probant, qua judicavimus, quædam paullo poſt deeſſe. Illa autem mirifice nobis placet, & (ut audio) aliis doctis & ingenioſis viris: nam quod illi arbitrantur in commentario de iis rebus egiſſe Ciceronem quem ad Appium miſerit, hoc verum eſſe nullo pacto credere poſſum: nam ſtatim inquit, *atque hæc agimus, & agemus* &c. quaſi commentarius inter hæc & ſuperiora verba inculcari poſſet, aut de commentario in his epiſtolis unquam Cicero locutus ſit. *Victorius* in poſterioribus.

EPISTOLA XI.

Argvmentvm.

Gratulatur Appio quod abſolutus eſſet de majeſtate, eundemque fore exitum judicii de ambitu confirmat. Cn. Pompeium & M. Brutum effert laudibus, quod egregiam Appio fidem ac benevolentiam praeſtitiſſent. ſuam operam pollicetur ad eos notandos qui teſtimonium in Appium pretio dixerant. Subjungit de ſtatu reip. de auguralibus Appii libris, de ſuis litteris cum aliqua benevolentiae ſignificatione. Poſtremo adhortatur ut in cenſura gentilem ſuum imitetur App. Claudium Caecum. Miſta eſt epiſtola, moralis, ubi gratulatur & hortatur; negotialis, ubi de teſtibus, de auguralibus libris, de Tullio, de litteris agit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. T. C. APPIO PVLCHRO (ut ſpero) CENSORI S.D.

CVm eſſem in caſtris ad fluvium Pyramum redditae mihi ſunt uno tempore a te epiſtolae duae, quas ad me Q. Servilius Tarſo miſerat. Earum in altera dies erat adſcripta Nonarum Aprilium, in altera, quae mihi recentior videbatur, dies non erat. Reſpondebo igitur ſuperiori prius, in qua ſcribis ad me de abſolutione majeſtatis. de qua, etſi permultum ante certior factus eram litteris, nuntiis, fama denique ipſa (nihil enim fuit clarius; non quo quiſquam aliter putaſſet; ſed nihil de inſignibus ad laudem viris obſcure nuntiari ſolet,) tamen eadem illa laetiora fecerunt mihi tuae litterae: non ſolum quia planius loquebantur & uberius quam vulgi ſermo, ſed etiam quia magis videbar tibi gratulari cum de te ex teipſo audiebam. Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem, epiſtolam vero oſculatus etiam ipſe mihi gratulatus ſum. Quae enim a cuncto populo, a ſenatu, a judicibus, ingenio, induſtriae, virtuti tribuuntur; quia mihi ipſe aſſentor fortaſſe, cum ea eſſe in me fingo; mihi quoque ipſi tribui puto. Nec tam glorioſum exitum tui judicii extitiſſe, ſed tam pravam inimicorum tuorum mentem fuiſſe mirabar. De ambitu vero quid intereſt, inquies, an de majeſtate? Ad rem nihil. alterum enim non attigiſti, alteram auxiſti. Verumtamen

APpio Pulchro, ut ſpero, Cenſ.] Cum L. Piſone. *Corradus.*

Ad fluvium Pyramum] Fluvium Ciliciæ qui ex Tauro monte in mare Pamphylium profluit.

De abſolutione majeſtatis] Q. Hortenſio paucis ante mortem diebus cum M. Bruto defendente. *Corradus.*

Obſcure nuntiari ſolet] Peck. *nuntiare*, quod probabat Guilielm. referebatque ad *famam*. quod in nullo omnium noſtrorum MSS. reperi; prima editio illud agnoſcit. *Gebhardus.*

Inimicorum tuorum] Dolabellæ. *Corrad.*

An de majeſtate] Abſolutus ſim? *Idem.*

Ad rem nihil: alterum enim non attigiſti, alter. auxiſti] *Alterum*, ambitum, de quo nondum abſolutus es. *Alteram*, majeſtatem, de qua te abſolutum ſcribis. *Auxiſti*, tantum abeſt ut minueris. *Idem.* Repoſui libris omnibus reclamantibus *ad te nihil*, pro *a. rem n.* Hoc enim ſignificat, quod ad Appium attinet, nihil referre utrum ſit abſolutus

men eſt majeſtas (& ſic Sylla voluit) ne in quemvis impu-
e declamari liceret. Ambitus vero ita apertam vim habet, ut
ut accuſetur improbe aut defendatur. qui enim facta aut
on facta largitio ignorari poteſt? Tuorum autem hono-
um curſus cui ſuſpectus unquam fuit? Me miſerum, qui
on affuerim! quos ego riſus excitaſſem? Sed de majeſta-
is judicio duo mihi illa ex tuis litteris jucundiſſima fuerunt:
num, quod te ab ipſa rep. defenſum ſcribis, quae quidem,
tiam in ſumma bonorum & fortium civium copia, tueri
tales

ıs majeſtatis, an de ambitu: quia trumque crimen æque falſo ei illaım ſit, cum majeſtatem populi R. uxerit, crimen ambitus non attigeıt: ſed, quod ad rem & crimina ipſa ttinet, intereſſe: quia crimen maeſtatis ſit obſcurum: ambitus vero ta apertum, ut aut accuſetur reus imrobe, aut defendatur. *Lambin.*

Verumtamen eſt majeſtas (& ſic Sylla voluit) ne in quemvis impune declamari liceret] *Sylla vol.* lege Cornelia majeſtais. *Ne in quemvis*, eruditi *ut i. q.* legunt. *Impune*, quoniam in ambitu illa eſt quaſi pœna ut aut accuſetur improbe, aut defendatur. *Corradus.* *Verumtamen ea eſt majeſtas (ut Sylla voluit) ut, &c.*] Majeſtatis crimen (inquit) ita obſcurum eſt ut cuivis liceat in alterum declamare, id eſt, ut cuivis liceat alterum, quaſi declamandi & exercendi ingenii cauſſa, accuſare *impune*, id eſt, ſine metu pœnæ. *Lambin.* Sic ante Lambinum hunc locum expoſuit & emendandum cenſuit Bernard. Rutil. *Verumtamen eſt m. ut S. v. ut &c.* ſed perperam: legendum enim, *Sylla vol. ne in quemvis impune declamari liceret*, ut qui ipſe majeſtatis reus ſit qui in aliquem inſontem declamat. vid. Manut. Cæterum tres Pall. unus Gruteri, omnes quatuor quibus ego uſus ſum, non *declamare*, ſed *declamari*. quod cur reſpuamus non eſt. In nonnullis etiam deſideratur *in*, legiturque *ne quemvis impune declamari*. Meus optimus & antiquiſſimus codex hic prodigioſe corruptus eſt, quod non poſſum non indicare, ut argumento ſit, quomodo gloſſemata & ſi quæ alia notata in marginibus fuerunt, poſſint irrepere in verba ſcriptorum, fœdeque omnia contaminare. Sic vero in illo legitur, *Veruntamen eſt majeſtas, & ſic ſi illa proprium nomen fuit illa voluit, ne in quemvis.* Scriptum fuit in antiquis exemplaribus, ut ſemper ſcribitur, *Sylla.* quod corruptum fuit in *ſi illa*, hoc cum quis deprehendiſſet, & nomen proprium fuiſſe ſubodoratus eſſet, cujus vero fuerit, ignoraret, margini adſcripſit, *fuit nomen proprium*, quod poſtea alii receperunt in ipſum contextum. Ex veſtigiis autem hujus libri ut & aliorum in quibus legitur, *& ſic ulla voluit*, reſcribendum eſt, *& ſic Sylla voluit.* Grævius.

Ut aut accuſetur improbe, aut defendatur] Sc. *improbe.* namque aut reus aut accuſator, uter eorum ſuccubuerit, notatur ut improbus: quod eam rem aperte fieri convenit, non, ut majeſtatis crimen plerunque, occultiſſime. *Bern. Rutil.*

Facta] Largitio: hæc defenditur improbe. *Corrad.*

Non facta largitio] Hæc accuſatur improbe. *Idem.*

Tuorum autem honorum curſus cui ſuſpectus unquam fuit] Ergo dubitandum non eſt quin etiam de ambitu abſolvendus ſis, quum improbe fueris accuſatus. *Idem.*

tales viros deberet; nunc vero eo magis quod tanta penuria eſt in omni vel honoris vel aetatis gradu, ut tam orba civitas tales tutores complecti debeat: alterum, quod Pompeii & Bruti fidem benevolentiamque mirifice laudas. Laetor virtute & officio cum tuorum neceſſariorum, meorum amiciſſimorum, tum alterius, omnium ſeculorum & gentium principis; alterius, jampridem juventutis, celeriter (ut ſpero) civitatis. De mercenariis teſtibus a ſuis civitatibus notandis, niſi jam factum aliquid eſt per Flaccum, fiet a me cum per Aſiam decedam. Nunc ad alteram epiſtolam venio. Quod ad me quaſi formam communium temporum & totius reip. miſiſti expreſſam, prudentia litterarum tuarum valde mihi eſt grata. Video enim & pericula leviora quam timebam, & majora praeſidia, ſi quidem (ut ſcribis) omnes vires civitatis ſe ad Pompeii ductum applicaverunt. tuumque ſimul promtum animum & alacrem perſpexi ad defendendam remp. mirificamque cepi voluptatem ex hac tua diligentia, quod in ſummis tuis occupationibus, mihi tamen reip. ſtatum per te notum eſſe voluiſti. Nam augurales libros ad commune utriuſque noſtrum otium ſerva. Ego enim a te cum tua promiſſa per litteras flagitabam, ad urbem te otioſiſſimum eſſe arbitrabar. nunc tamen, ut ipſe polliceris, pro auguralibus libris, orationes tuas confectas omnes exſpectabo. Tullius, cui mandata ad me dediſti, non convenerat me: nec erat jam quiſ-

Quod Pompeii] Qui tibi favit. *Idem.*

Bruti fidem] Qui te cum Hortenſio defendit. *Idem.*

Tum alterius omnium ſeculorum] Dudum adnotatum eſt, ſuperfluere vocem *maxime*, quo carere video omnes libros. *Gebhard.* Vide Var. Lect.

De mercenariis teſtibus] Mercede a tuis adverſariis contra te conductis. *Corrad.* MSS. antiquiſſimi *mercennariis.*

Per Flaccum] Videtur eſſe is L. Flaccus qui Cicerone Cos. cum C. Pontinio Prætor fuit. *Corrad.* Sed vid. Manut.

Et majora præſidia] Videtur hic aliquid deeſſe, quod reſpondeat ſuperiori illi *quam timebam*: ut hoc totum ſic legi debere videatur, *video enim & pericula leviora quam timebam, & majora præſidia quam ſperabam.* Lambinus.

Tullius, cui mandata ad me dediſti] Cum Cicerone quidem erat M. Tullius ſcriba, & L. Tullius legatus, ſed hic unus ex amicis Appii eſſe videtur. *Corrad.*

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

..iſquam mecum tuorum, praeter omnes meos, qui ſunt ..mnes tui. Stomachoſiores meas litteras quas dicas eſſe non ..ntelligo. bis ad te ſcripſi me purgans diligenter, te leviter ..ccuſans in eo quod de me cito credidiſſes: quod genus ..uerelae mihi quidem videbatur eſſe amici. Sin tibi diſpli..et, non utar eo poſthac. Sed ſi, ut ſcribis, eae litterae ..on fuerunt diſertae, ſcito meas non fuiſſe. Vt enim Ariſtarchus Homeri verſum negat, quem non probat: ſic tu ..libet enim mihi jocari) quod diſertum non erit, ne putaris meum. Vale, & in cenſura, ſi jam es cenſor (ut ſpero,) ..e proavo multum cogitato tuo.

Sed ſi, ut ſcribis, hæ litteræ non fuerunt ..iſertæ] MSS. *ſed ſi ut ſcribis eſſe litteræ ..m fuerunt diſertæ.* Amſtelod. *ſed ſi ut ..ribis hæc litteræ non f. d.* Stewech. *ſed ſi ..t ſcribis heæ l. n. f. d.* lege, *ſed ſi ut ſcri..is eæ litteræ non fuerunt diſertæ.* Græv.

De proavo multum cogitato] Appio Claudio Cæco, qui ſolus toto quinquennio cenſor fuit, quoniam C. Plautius Venox collega intra annum & ſex menſes ſe magiſtratu abdicavit. *Corradus.*

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Appio de abſolutione ambitus: excuſat filiae nuptias, ..quam accuſator Appii Dolabella uxorem duxerat: ſeque ait ea cauſ..ſa diligentiorem ad benevolentiam declarandam eſſe factum.

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. D.

GRatulabor tibi prius (ita enim rerum ordo poſtulat:) deinde ad me convertar. Ego vero vehementer gratulor de judicio ambitus: neque id, quod nemini dubium fuit, abſolutum eſſe te: ſed illud, quod quo melior civis, quo vir clarior, quo fortior amicus es, quoque plura virtutis &

GRatulabor tibi prius*] Optime meus liber primus, *Gratulor tibi primum.* cui ſubſcribunt duo Pall. niſi quod cum vulgatis *prius* legant. *Græv.*

Quo vir clarior] Peckii liber (quo cum conſenſiſſe Pal. pr. videre videor ex raſura) *induſtrior.* unde Guilielmius volebat *inluſtrior.* Gebhard.

& induſtriae ornamenta in te ſunt, eo mirandum eſt magis, nullam ne in tabellae quidem latebra fuiſſe abſconditam malevolentiam quae te impugnare auderet: non horum temporum, non horum hominum atque morum negotium: nihil jam ſum pridem admiratus magis. De me autem, ſuſcipe paulliſper meas partes, & eum te eſſe finge qui ſum ego: ſi facile inveneris quod dicas, noli ignoſcere haeſitationi meae. Ego vero velim mihi Tulliaeque meae (ſicut tu amiciſſime & ſuaviſſime optas) proſpere evenire ea, quae me inſciente facta ſunt a meis: ſed ita cecidiſſe, ut agerentur eo tempore, ſpero omnino cum aliqua felicitate, & opto.

Eo mirandum eſt magis] Quoniam talibus viris, qualis es tu, multi ſolent invidere, proptereaque his in ſuffragiis præſertim occultis adverſari. *Corradus.*

Nullam ne in tabellæ quidem latebra fuiſſe abſconditam] Cum plerique invidere optimis viris ſoleant, eo magis miror, te omnibus ſuffragiis abſolutum, neque quenquam extitiſſe, qui ſuum erga te odium vel in *tabella* judiciaria, in qua occulte poterat impugnare dignitatem tuam ac ſalutem, auſus ſit oſtendere. ſolent enim qui oderunt, neque tamen apertas gerere inimicitias audent, in ſuffragiis plerunque abditioribuſque judiciis inimicis obeſſe. De tabellis judiciariis multis locis Cicero, aliique, in quibus aut condemnarent, aut abſolverent, aut ampliarent. *Bern. Rutil.*

Tabellæ quidem latebra] L. Caſſius Longinus Trib. pleb. C. Mario & C. Flacco Coſs. legem tulit, ut populus per *tabellam* ſuffragium ferret: qua in re *latebra* data eſt populo, in qua bonis ignorantibus, quid quiſque ſentiret, tabella vitioſum in judiciis occultaret ſuffragium. *Corradus.*

Quæ me inſciente facta ſunt] Nam quum primum intellexiſſem id agi, certos homines ad mulieres miſeram, qui Romam venerunt factis ſponſalibus. *Idem.*

Facta ſunt a meis] Terentia & M. Cœlio. *Idem.*

Eo tempore] Quo te Dolabella accuſabat. *Idem.*

Cum aliqua ſelicitate] Ex ſpe, te & Dolabellam reconciliandi. *Idem.* Non hoc ſolum Cicero dicit, ſed latius felicitatem vult patere. Spero felix futurum hoc conjugium cum in aliis rebus, tum in hoc etiam ut in gratiam redeas cum Dolabella. Stewech. cod. habet *facilitate.* quod exponi poteſt ut facile & ſuaviter vivant in hoc conjugio. *Facile* enim *vivere* dicebantur qui ex animi ſententia ſine moleſtiis cum ſumtuum tolerandorum, tum aliarum rerum vivebant. Terent. Adelph. III, 4.

Quam vos facillime agitis, quam eſtis maxime
Potentes, divites, fortunati, nobiles.

Port. apud Ælium Donatum in vita Terentii:

Tres per idem tempus qui agitabant nobiles
facillime.

Cic. VI ad fam. 5. *Res & fortunæ tuæ mihi maxime curæ ſunt, quæ quidem quotidie faciliores mihi & meliores videntur.* hoc eſt magis magiſque ex ſententia procedunt. Idem II ad fam. 15. *Quod autem in maritimis ſum facillime, moveo nonnullis ſuſpicionem, velle me navigare.* hoc eſt, quod ibi libentiſſime & maxime ex animi ſententia vivam. Sic recte

hunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

pto. verumtamen plus me in hac ſpe, tua ſapientia & humanitas conſolatur, quam opportunitas temporis. Itaque, uemadmodum expediam exitum hujus inſtitutae oratiois, non reperio. neque enim triſtius dicere quidquam deeo ea de re, quam tu ipſe ominibus optimis proſequeris. ieque non me tamen mordet aliquid: in quo unum vereor, e tu parum perſpicias ea quae geſta ſint ab aliis eſſe geſta, uibus ego ita mandaram ut cum tam longe abfuturus ſſem ad me ne referrent, agerent quod probaſſent. In hoc utem mihi illud occurrit: Quid tu igitur ſi affuiſſes? Rem robaſſem. de tempore, nihil te invito, nihil ſine conſiio egiſſem tuo. Vides ſudare me, jamdudum laborantem, quomodo ea tuear quae mihi tuenda ſunt & te non offendam. Leva me igitur hoc onere. nunquam enim mihi videor tractaſſe cauſſam difficiliorem. Sic habeto tamen: niſi jam tunc omnia negotia cum ſumma tua dignitate diligentiſſime confeciſſem, tametſi nihil videbatur ad meum erga te priſtinum ſtudium addi poſſe: tamen, hac mihi affinitate nuntiata, non majore equidem ſtudio, ſed acrius, apertius, ſignificantius dignitatem tuam defendiſſem. Decedenti mihi, & jam imperio annuo terminato, ante diem III Nonas Sextiles, cum ad Sidam navi accederem, & mecum Q. Servilius eſſet, litterae a meis ſunt redditae. dixi ſtatim

hunc locum correxit Victorius, cui male repugnat Lambinus. Liv. XXIII. II. *Res veſtræ meliores facilioreſque erunt, magiſque ex ſententia*, optime ex MSS. ſic emendat Gronov. quem ibi vide. vulgo legitur *feliciores*. Hic tamen vulgata lectio videtur præferenda. *Grævius.*

Plus me in hac ſpe] Reconciliandi. *Corrad.*

Opportunitas] Quæ ſit, ut ego alterius amicus, alterius ſocer, hoc tuo tempore ſim inter vos quaſi interpres. *Idem.*

In quo unum modo vereor] Veterum librorum, quos ego vidi, conſenſus movet me, ut de manuſcripta lectione non dubitem, quæ *modo vereor* habet, pro eo quod eſt in vulgatis, *non vereor.* F. Urſin.

Ab aliis eſſe geſta] Ita Pall. ſec. quart. quint. Vatic. Victor. vulgo, *ab illis eſſe.* Gebhard.

Sic habeto tamen] Sic eſt in melioribus editionibus, & Victorii, item in Pall. Grut. vulgo, *ſed tamen ſic habeto.* Idem. Sic & MSS. quatuor, quos Grævius evolvit.

Tamen hac mihi affinitate nuntiata] Sic repoſui ex quatuor libris illis antiquis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſtatim Servilio (etenim videbatur eſſe commotus,) ut omnia a me majora exſpectaret. quid multa? benevolentior tibi quam fui nihilo ſum factus, diligentior ad declarandam benevolentiam multo. Nam ut vetus noſtra ſimultas antea ſtimulabat me, ut caverem ne cui ſuſpicionem ficte reconciliatae gratiae darem: ſic affinitas novam curam mihi affert cavendi, ne quid de ſummo meo erga te amore detractum eſſe videatur. Vale.

quis, quibus uſus ſum: quibus ſubſcribit primus Palatinus & Stewech. vulgo *renuntiata*. Grævius.

Videbatur eſſe commotus] Ex his meorum litteris de nuptiis. *Corradus*.

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

Agit Appio gratias, quod ſupplicationem ſibi decernendam ſtudioſe curaverit. Gratulationem autem dividit in quatuor partes; in officia ſua, quibus meritum ſe eſſe oſtendit ut Appius in re ſimili parem operam benevolentiamque navaret; in Appii benignitatem, qui acceptam gratiam quaſi cum fenore reddiderit; in ejuſdem laudem, quod ea ſtudia quae a talibus viris proficiſcantur, virtuti tantum tribui ſolita ſint, ideoque rebus omnibus anteponenda videantur; in remunerandi voluntatem, ſive poſſit in publicis rebus ſive in privatis gratum animum oſtendere. Abſoluto gratulationis officio pauca ſubjungit de dolore ſuo ex inimicitiis Appii & Dolabellae: ſe tamen eos reconciliandi curam ſuſcepiſſe, nihilque de ſuo priſtino in Appium ſtudio, ob novam Dolabellae affinitatem, detractum eſſe confirmat. Poſtremo loco, epiſtolae brevitatem cum Appii laude excuſat.

M. T.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. T. C. APPIO PVLCHRO S. P. D.

QVaſi divinarem, tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum, ſic, cum de tuis rebus ſtis agebatur, inſerviebam honori tuo. Dicam tamen ve-, plus quam acceperas reddidiſti. Quis enim ad me n perſcripſit, te non ſolum auctoritate orationis, ſenntia tua, quibus ego a tali viro contentus eram, ſed iam opera, conſilio, domum veniendo, convenienis meis, nullum munus officii cuiquam reliquum feciſ- ? Haec mihi ampliora multo ſunt quam illa ipſa ropter quae haec laborantur. Inſignia enim virtutis ulti etiam ſine virtute aſſecuti ſunt, talium virorum nta ſtudia aſſequi ſola virtus poteſt. Itaque mihi proono fructum amicitiae noſtrae ipſam amicitiam, qua ihil eſt uberius, praeſertim in iis ſtudiis quibus uterue noſtrum devinctus eſt. Nam tibi me profiteor & n rep. ſocium, de qua idem ſentimus, & in quotidia a vita conjunctum cum iis artibus ſtudiiſque quae coimus. Velim ita fortuna tuliſſet, quanti ego omnes tuos facio

E*Xpetendum ſtudium tuum*] Ad obtinendas ſupplicationes. *Corradus.*

Nullum onus officii cuiquam reliquum feciſſe] Optimus codex, *nullum munus officii cuiquam reliquum feciſſe.* quod etiam extat in margine Lambinianæ. ſic ſcripſit Tullius. Inferius in lib. v, epiſt. 14. *Tum fratrum tuorum, quos æque atque te ſumma benevolentia ſum complexus, ſingularis pietas amorque fraternus, nullum me patitur officii erga te, ſtudiique munus aut tempus prætermittere.* Ep. ult. ejuſdem lib. *Si te intelligerem plus conatum eſſe ſuſcipere reip. cauſſa muneris, quam quantum præſtare potuiſſes.* Idem de Senectute, *ad omne officii munus inſtruere.* Ibid. *Quidam ſenes nullum officii aut omnino vitæ munus exequi poſſunt.* Id. de Am. *Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiæ munus expletum ſit.* Error inde ortus: Primam litteram abſorpſerat præcedens vox *nullum.* unde *unus* in *onus* tranſiit. *Græv.*

Hæc mihi ampliora] Hujuſmodi ſtudia. *Corradus.*

Quam illa ipſa] Supplicationes. *Idem.*

Propter quæ hæc elaborantur] Codices veteres habent *laborantur*: & ita P. Victorius edendum curavit. ego nihil muto, & tamen antiquam ſcripturam probo. *Lamb.* Editi ante Victorium, *elabor.* ſed *laborantur* etiam vett. libri quos Grævius inſpexit.

Velim ita fortuna tuliſſet] Magis placeret, *vellem ita fortuna tuliſſet.* eſt enim uſitatior forma aliquid optandi. *F. Urſin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

siquidem Dolabellam generum meum qui te accusavit amare non potes.

facio uti tu meos facere poſſes: quod tamen ipſum, neſcio qua permotus animi divinatione, non deſpero. Sed hoc nihil ad te: noſtrum eſt onus. Illud velim ſic habeas, quod intelliges, hac re novata additum potius aliquid ad meum erga te ſtudium, cui nihil videbatur addi poſſe, quam quidquam eſſe detractum. Cum haec ſcribebam, cenſorem te jam eſſe ſperabam. eo brevior eſt haec epiſtola, & ut adverſus magiſtrum morum, modeſtior. Vale.

ita censorem antiqui vocabant, ut dictatorem magiſtrum populi.

M. TVL-

Uti tu meos facere poſſes] Quod facere tamen poſſes, niſi unus eſſet Dolabella quem odiſſes. *Corrad.*

Noſtrum eſt onus] Reconciliandi. *Idem.*

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLARVM
AD
SER. SVLPICIVM
ET CETEROS
LIBER IV.
EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

SAtis patebit hujus epiſtolae argumentum ſi lector ſciat ſcriptam eſſe cum Caeſar pulſo ex Italia Pompeio, bellum contra legatos ejus in Hiſpaniam pararet L. Lentulo, C. Marcello Coſs. ante menſem Maium, quod ſequenti ognoſcitur epiſtola. Reſpondet Sulpicio congreſſum peteuti: in quo uam voluntatem cum ejus voluntate conſentire demonſtrat, ſed eam ſſe rationem temporum ut remedium exſtinctae reipub. nullum aferre poſſint. Negotiale argumentum. moralia quaedam interjeta, ut de Sulpicii laude, de utriuſque in patriam ſtudio, de dolore ex amiſſa reip. ſalute.

M. T. C. SER. SVLPICIO S. D.

CAius Trebatius, familiaris meus, ad me ſcripſit, te ex ſe quaeſiſſe quibus in locis eſſem: moleſteque te ferre, quod me propter valetudinem tuam, cum ad urbem acceſſiſſem, non vidiſſes; Scripta C. Claudio Marcello L. Cornelio Lentulo Coss. V.C. 704.

Cum ad urbem acceſſiſſem] Ex Cilicia rediens prid. Non. Januar. *Corrad.*

Et

diſſes: & hoc tempore velle te mecum, ſi propius acceſſiſſem, de officio utriuſque noſtrum communicare. Vtinam Servi, ſalvis rebus (ſic enim eſt dicendum) colloqui potuiſſemus inter nos: profecto aliquid opis occidenti reip. tuliſſemus. Cognoram enim jam abſens, te haec mala multo ante providentem, defenſorem pacis & in conſulatu tuo & poſt conſulatum fuiſſe. Ego autem cum conſilium tuum probarem, & idem ipſe ſentirem, nihil proficiebam. Sero enim veneram; ſolus eram, rudis eſſe videbar in cauſſa, incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias. Nunc, quoniam nihil jam videbimur opitulari poſſe reip. ſi quid eſt in quo nobiſmetipſis conſulere poſſimus, non ut aliquid ex priſtino ſtatu noſtro retineamus ſed ut quam honeſtiſſime lugeamus, nemo eſt omnium, quicum potius mihi quam tecum communicandum putem. Nec enim clariſſimorum virorum, quorum ſimiles eſſe debemus, exempla, neque doctiſſimorum, quos ſemper coluiſti, praecepta te fugiunt. Atque ipſe antea ad te ſcripſiſſem,

Si propius acceſſiſſem] Non introiiſſem, triumphum ex rebus in Cilicia geſtis expectans. *Idem.*

Te hæc mala] Bellum civile inter Pompeium & Cæſarem. *Idem.*

In conſulatu tuo] Quem cum M. Claudio Marcello geſſiſti. *Idem.*

Sero enim veneram] Ep. 10 lib. XVI. *Idem.*

Rudis (etſi videbar) in cauſſa] Sic ſcripſi quia in quinque Pall. *etſi*, non *eſſe*: diſtinctionem vero præivit Pall. tert. haud ſecus prima editio. vulgatur, *rudis eſſe videbar*. Gebhardus. Sic quidem ex quinque Palatinis edidit Gebhardus, invito Cicerone: quem quis ita ſcripſiſſe credat, qui ejus quidem ſermone aures habet imbutas. ne dicam & in veterrimis meis membranis clare legi, *rudis eſſe videbar*, & ſenſum hanc ſcripturam poſtulare. Illi, inquit, qui bellum volunt, me dicunt eſſe rudem in cauſſa, neſcire veras cauſſas hujus rei ac diſſidii inter Pompeium & Cæſarem, quia ignorem quid interea temporis, dum Ciliciæ præfui, Romæ geſtum ſit. *Grævius.*

Incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias] Quum ego clamarem, nihil eſſe bello civili miſerius. *Corradus.*

Quoniam nihil jam videbimur opitulari poſſe] Sic ex quatuor Pall. Grut. Stewech. Peck. emendavi [quibus accedunt Amſtelodam. duo Græv. N. Scelſi: Mentelianus vero *viderem*]. cum editum ſit *videmur poſſe opitulari*. Gebhard. *Nihil* autem *videbimur poſſe opitulari* jam Pompeio ex Italia pulſo, & Cæſare in Hiſpania contra Petreium & Afranium bellum gerente. *Corrad.*

Nemo eſt omnium] *Nemo eſt hominum* legunt Pall. ſec. ac quint. *Gebhard.*

Præcepta te fugiunt] Quinque Pall. ac Grut. *præcepta fugiunt* omiſſo *te.* quod

iſſem, te fruſtra in ſenatum ſive potius in conventum ſe- ıtorum eſſe venturum, ni veritus eſſem, ne ejus animum ffenderem qui a me ut te imitarer petebat. Cui quidem o, me cum rogaret ut adeſſem in ſenatu, eadem omnia ıae a te de pace & de Hiſpanis dicta ſunt, oſtendi me eſſe cturum. Res vides quo modo ſe habeat: orbem terra- ım, imperiis diſtributis, ardere bello: urbem ſine legi- ıs, ſine judiciis, ſine jure, ſine fide, relictam direptio- & incendiis. Itaque mihi venire in mentem nihil poteſt on modo quid ſperem, ſed vix jam quid audeam optare. Sin

Romae nempe qui Senatus Romanus di:ci non poterat quia plures Senatores cum Pompeio erant.

ut in Senatum quoque venirem.

non placere Caesari in Hispanias contra Pompeii legatos proficisci.

ıod non temerarium eſt. ut hic *fuge-* eſſet evanuiſſe atque inutile eſſe, a ıo fugiente atque mortuo: quod ınem ſuam virtutem & acrimoniam ſpiravit. Sed nihil propter naſutio- ; mutem. *Idem.*

In conventum ſenatorum] Nam pluri- i, & optimi quique cum Pompeio ant profecti. *Corrad.*

Ut te] Qui Romæ eſſes, & in Se- ıtum ires. *Idem.*

Imitarer] Romam redirem, & in ɛnatum venirem. *Idem.* Cicero plu- ıus in locis ad Atticum (id quod & iſtola hæc ſatis arguit) ad Cæſaris imum Romam adventum in Sena- ım ab ipſo habitum veniſſe *Servium lpitium* oſtendit: &, quod Cicero on leviter queritur, filium ad cir- ımſedendum Pompeium Brunduſii iſiſſe. ad Atticum: *Quid S. Servii fi- us? quot in his caſtris fuerint, quibus Pom- ius circumſederetur?* Et ſubjecta epi- ola: *Sed erit injuſtiſſimus Servius, qui ium miſit ad affligendum Cn. Pompeium, ıt certe capiendum.* Et lib. x. *Cæſar ihi ignoſcit per litteras, quod non venerim ſeque in optimam partem id accipere di- t. facile patior, quod ſcribit, ſecum Tul- ım & Servium queſtos eſſe, quia non idem uoque ſibi, quod mihi remiſiſſet. homines diculos, qui quum filios miſiſſent ad Cn. Pompeium circumſedendum, ipſi in ſena- ım venire dubitarent.* Bern. Rutil.

Petebat] Et præſens a præſente, & litteris. *Corradus.*

Me cum rogaret, ut adeſſem in ſenatu, eadem omnia, quæ a te de pace dicta ſunt, oſtendi me eſſe dicturum] *Oſtendi m. e. d.* Senatui non placere in Hiſpanias iri, nec exercitus in Græciam tranſ- portari. *Corradus.* Colloquium ſuum Formianum cum Cæſare tum primum viſo poſt motum civile bellum ita ſcri- bit: *Veni igitur, & age de pace. meone, inquam, arbitratu? an tibi, inquit, ego præſcribam? ſic, inquam, agam, ſenatui non placere in Hiſpanias iri, nec exercitus in Græciam tranſportari: multaque, in- quam, digna eo deplorabo. tum ille. Ego vero iſta dici nolo. ita putabam, inquam,* &c. Litterarum harum meminit eo- dem libro: *Injecta autem mihi ſpes quæ- dam eſt, velle mecum S. Sulpitium collo- qui, ad eum miſi Philotimum libertum cum litteris ſi vir eſſe volet, det clara ſyno- dia: ſin autem; erimus nos qui ſolemus.* Et non multo poſt: *Hic ego Servium expecto. rogor enim ab ejus uxore & filio, & puto opus eſſe.* Bern. Rutil.

Res videas, quomodo ſe habeat] Ita Vi- ctorius; Pall. prim. ſec. quart. quint, [ſic & Amſtelod. Græv. Mentel.] li- cet non damnem vulgatam, *rem vides quomodo ſe habeat.* unde tert. *res videas quomodo ſe habeant.* Gebhard. Tertii Palatini ſcripturam firmat & vetus N. Scelſi liber. & ſic omnino Ciceronem ſcripſiſſe cenſeo. *Grævius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Sin autem tibi, homini prudentiſſimo, videtur utile eſſe nos colloqui, quanquam longius etiam cogitabam ab urbe diſcedere, cujus jam etiam nomen invitus audio, tamen propius accedam. Trebatioque mandavi, ut ſi quid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret, idque ut facias velim, aut ſi quem tuorum fidelium voles, ad me mittas; ne aut tibi exire ex urbe neceſſe ſit, aut mihi accedere. Ego tantum tibi tribuo quantum mihi fortaſſe arrogo, ut exploratum habeam quidquid nos communi ſententia ſtatuerimus, id omnes homines probaturos. Vale.

Tamen propius accedam] E Campania & maritima ora, quæ me, ut voluit Pompeius, habet ἐπίσκοπον. Corrad.

Si quem tuorum fidelium voles] Delendum videtur Guilielmio τὸ *fidelium*, quod nullus noſtrorum deſtituit: ſoli duo poſtremi Pall. tranſmutant *fidelium tuorum*. mihi ſecus videtur, non enim omnes quos putamus noſtros, fideles ſunt. paullo poſt, idem in MSS. annotat legi, *tantum mihi fortaſſe arrogo*, quod rectiſſimum pronuntiat: mihi ſollicite de illo anquirendum non occurrit vel ejus rei veſtigium aut cauſſa. *Gebhard.*

Quantum mihi fortaſſe] *Tantum* pro *quantum* multi legunt. *Corrad.*

Quicquid nos communi ſententia ſtatuerimus] Probatur mihi lectio, quæ in margine Lambinianæ editionis notatur ex veteribus codicibus, *quicquid nos de communi ſententia ſtatuerimus.* nec improbabunt qui Latine ſciunt. *Gravius.*

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

Relicta urbe a Pompeio, occupata jam a Caeſare Italia, quaeſierat a Cicerone per litteras Sulpicius, quid agendum cenſeret in tanta rerum omnium perturbatione. Modeſte Cicero reſpondet cum Sulpicii laude; explicatque ſententiam ſuam, hoc modo, Si recta quaerantur, ſatis patere, quid agendum ſit, ſi utilia non item. nam cum rectum videretur, pro communi libertate contra Caeſarem arma capere; tamen id quam expediret, obſcurum erat: cum Caeſaris cauſſa firmior, Pompeii eſſet honeſtior. Concludit, eſſe longius ab urbe diſcedendum, in qua manere vel turpe ſit, ſi probentur ea quae fiunt; vel, ſi non probentur, periculoſum: ac ſibi captum jam conſilium eſſe de itione ad Pompeium oſtendit. Eodem anno.

M.T.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. T. C. SER. SVLPICIO S. D.

AD. III KL. Majas cum eſſem in Cumano, accepi tuas litteras: quibus lectis, cognovi non ſatis prudenter feciſſe Philotimum: qui cum abs te mandata haberet, ut ſcribis, de omnibus rebus, ipſe ad me non veniſſet, litteras tuas miſiſſet: quas intellexi breviores fuiſſe, quod eum perlaturum putaſſes. Sed tamen, poſtquam litteras tuas legi, Poſtumia tua me convenit & Servius noſter. His placuit ut tu in Cumanum venires: quod etiam mecum ut ad te ſcriberem egerunt. Quod meum conſilium exquiris, id eſt tale ut capere facilius ipſe poſſim quam alteri dare. Quid enim eſt quod audeam ſuadere tibi, homini ſumma auctoritate ſummaque prudentia? Si quid rectiſſimum ſit quaerimus, perſpicuum eſt. ſi quid maxime expediat, obſcurum. ſin ii ſumus, qui profecto eſſe debemus, ut nihil arbitremur expedire niſi quod rectum honeſtumque ſit, non poteſt eſſe dubium quid faciendum nobis ſit. Quod exiſtimas meam cauſſam conjunctam eſſe cum tua, certe ſimilis in utroque noſtrum cum optime ſentiremus error fuit. Nam omnia utriuſque conſilia ad concordiam ſpectaverunt: qua cum ipſi Caeſari nihil eſſet utilius, gratiam quo-
que

NOn ſatis prudenter feciſſe Philotimum] Libertum meum, quem ad te cum ſuperioribus litteris miſeram. *Corradus.*

Quod etiam mecum, ut ad te ſcriberem, egerunt] Recte ſic Victorii editio & Pal. pr. fueratque ſic quoque in quarto, ut ex litura conſtat; nec aliter Grut. Peck. Vatic. nempe *quod mecum egerunt*, notat, *quod me orarunt*. ut Terent. Adelph. *quid, quod tecum egi, Syre.* Gebhardus. Confirmant hanc lectionem meus optimus liber & Amſtelodamenſis. Exemplum vero quo utitur Gebhardus ab hoc loco alienum plane eſt. *quod* non pertinet ad *egerunt mecum*, ſed ad *ſcriberem.* hic enim ordo eſt, *quod etiam ut ad te ſcriberem mecum egerunt.* Grævius.

Perſpicuum eſt] Rectiſſimum id eſſe ab eo ſtare, qui Remp. tueatur. *Corradus.*

Obſcurum] Quum nihil ſit incertius belli exitu: & propterea neſciamus, uter ſit victurus. *Idem.*

Niſi quod rectum] Lege tertium librum de Officiis. *Idem.*

Quid faciendum nobis ſit] Quin ad Pompeium ſit eundum. *Idem.*

Cum optime ſentiremus] Ego quidem in Campania, tu vero Romæ in Senatu. *Idem.*

Qua cum ipſi Cæſari nihil eſſet utilius] Pall. quinque, *quanquam ipſi Cæſari.*

que nos inire ab eo, defendenda pace, arbitrabamur. Quantum nos fefellerit, & quem in locum res deducta ſit, vides.. Neque ſolum ea perſpicis quae geruntur, quaeque jam geſta ſunt, ſed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Ergo aut probare oportet ea quae fiunt: aut intereſſe, etiamſi non probes: quorum altera mihi turpis, altera etiam periculoſa ratio videtur. Reſtat ut diſcedendum putem: in quo reliqua videtur eſſe deliberatio, quod conſilium in diſceſſu, quae loca ſequamur. Omnino cum miſerior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. Nihil enim conſtitui poteſt quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu, ſi videbitur, ita cenſeo facias: ut, ſi habes jam ſtatutum, quid tibi agendum putes, in quo non ſit conjunctum conſilium tuum cum meo, ſuperſedeas hoc labore itineris. ſin autem eſt quod mecum communicare velis, ego te exſpectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quam primum velim venias, ſicut intellexi & Servio & Poſtumiae placere. Vale.

EPI-

Grut. a manu ſecunda *tanquam.* unde vulgata lectio nata ſit, ignoro. *Gebhard.* In libro meo mendoſe ſcribitur *quam cum ipſi C.* ex hoc ortum eſt illud *quanquam* in aliis libris. Vulgata vero eſt ab ipſo, ſi quid video, Cicerone. *Grævius.*

Quem in locum res deducta ſit] Hiſpania, & toto pene orbe terrarum bellis ardente. *Corradus.*

Qui exitus] Quam funeſtus. *Idem.*

Ergo aut probare oportet ea] Te & reliquos, qui Romæ ſunt. *Idem.*

Quorum altera mihi turpis] Probare, quæ fiunt, etiamſi non ſunt probanda. *Idem.*

Altera etiam periculoſa ratio videtur] Intereſſe & non probare. quoniam Cæſarem offendas neceſſe eſt. *Idem.*

Quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem] Adriatico mari occupato a Dolabella, Cretenſi a Curione, Sardinia a Valerio, tota pene Italia a M. Antonio. *Idem.*

Si habes jam ſtatutum] Non abſone duo Pall. poſtremi, *ſi habes jam factum.* de quo cogitent qui vive ſapiunt. Mart. *Rem factam Pompillus habet.* paullo poſt ex omnibus MSS. & editionibus edidi, *conſilium tuum cum meo.* cum vulgo invertant. Denique notatum eſt particulam *hoc* deeſſe in aliquo vet. libro in illo *ſuperſedeas hoc labore.* legitima tamen in libris noſtris omnibus: niſi quod tert. Pal. *ſuperſedeas tu labore it.* Gebhard.

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

*Sulpicium, Achaiae, poſt victum in Pharſalia Pompeium, a Cae-
ſare praepoſitum, conſolatur in dolore, quem ex reipub. calamitate
capiebat. Quid autem ad conſolandum valet? primum illud, cum
oſtendimus, communem fortunam eſſe, nec decere eum qui praeci-
puis non affligatur incommodis, praecipuo dolore angi. Alterum eſt,
cum in alienis malis noſtra bona recordamur, id eſt, cum ea quae
vitandi communis exitii gratia recte ac ſapienter acta, dicta, cogi-
tata ſint a nobis, animo ac mente contemplamur. nam ad levandas
miſerias magnam habet vim bene actae vitae conſcientia. Tertio
loco, ſi minuit ſollicitudinem ipſa per ſe conſcientia; quanto magis,
cum ad eam accedit hominum opinio, qui nihil a nobis non ſancte,
nihil imprudenter aut indecore actum exiſtiment? atque haec ra-
tio, a generali quodam judicio ducta, tum eſt firmior, ſi ad claro-
rum virorum exempla confugimus: ideo Caeſarem quoque ipſum
idem quod caeteros omnes de Sulpicio judicare dixit. Quid, cum
illud adjungimus, in eo ipſo quod quaſi malum ſit graviter dolemus,
aliquid ineſſe cur dolendum omnino non ſit? facit hoc Cicero, cum
ait:* Quod autem a tuis abes. *Lenitur etiam ſtudio litterarum,
praeſertim Philoſophiae, doloris acerbitas; quod in Sulpicii cura
Cicero non neglexit; quamquam hanc partem conſiderate attingit:
nec monendum aperte talem virum putat, quod eſſet arrogantiae:
ſed cum ait,* Mihi ita perſuaſi, te quoque in iiſdem verſari
rebus: *plane indicat, quid eum facere tam adverſis temporibus
oporteat. Nec vero levis eſt ex eorum quos diligimus, probitate ac
virtute conſolatio. ergo hic laudatur Servius adoleſcens, ut affli-
ctum patris animum grata filii mentio recrearet. Haec & ſimilia in
ceteris epiſtolis obſervanda: quae ſi colligantur, adhibito ordine,
ſine quo praeceptorum copia propemodum inanis eſt, artem inven-
tionis, alioqui difficillimam, in promptu habebimus. Scripta eſt poſt
bellum Africanum Apparet enim Caeſarem in urbe commorari,
Pompeianarum partium metu liberatum: quod certe non ante bel-*

lum in Africa geſtum conſecutus eſt, perpetuo enim victoriae curſu Pompeium, AEgyptios, Pharnacem ſuperavit: inde Romam profectus, paullo poſt in Africam contra Scipionem & M. Catonem contendit: quibus devictis, ad urbem rediit, cum tertium conſul eſſet; ibique tam diu permanſit donec in Hiſpaniam, ubi magnas copias a Pompeii liberis contractas eſſe audiebat, eundum neceſſario judicavit. Videtur autem Sulpicius in Achaia permanſiſſe uſque ad exitum Hiſpanienſis belli. quod ex eo ſuſpicor, quia quo tempore ad Ciceronem litteras conſolatorias miſit, quae infra leguntur, eodem Caeſar ex Hiſpania lenire Ciceronis dolorem ex interitu filiae ſuſceptum, per litteras conatus eſt, epiſt. 20 *lib.* XIII.

M. T. C. SER. SVLPICIO S. D.

scripta C. Iulio Caesare II, [illegible] P. Servilio Vatia Isaurico Coss. A.V.C. 705.

VEhementer te eſſe ſollicitum, & in communibus miſeriis praecipuo quodam dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. Quod quanquam minime miror, & meum quodammodo agnoſco: doleo tamen, te ſapientia praeditum prope ſingulari, non tuis bonis delectari potius quam alienis malis laborare. Me quidem etſi nemini concedo qui majorem ex pernicie & peſte reip. moleſtiam traxerit, tamen multa jam conſolantur, maximeque conſcientia conſiliorum meorum. Multo enim ante tanquam ex aliqua ſpecula proſpexi tempeſtatem futuram: neque id ſolum mea ſponte, ſed multo etiam magis monente & denuntiante te. Etſi enim abſui magnam partem conſulatus tui, tamen & abſens cognoſcebam quae eſſet tua in hoc peſtifero bello cavendo & praedicendo ſententia; & ipſe affui primis temporibus tui conſulatus, cum accuratiſſime monuiſti ſenatum collectis omnibus bellis civilibus, ut & illa timerent quae meminiſſent: & ſcirent, cum ſuperiores, nullo tali exemplo antea in rep. cognito, tam crudeles fuiſſent, quicunque poſtea remp. oppreſſiſſet armis, multo intolerabiliorem futurum. Nam quod exemplo fit, id etiam

jure

C*Onſulatus tui*] *Venimus enim*, inquit ad Atticum ſcribens, *in provinciam Laodiceam, Sulpitio & Marcello Coss. prid. Kal. Sex.* Corrad.

Cum ſuperiores &c. *tam crudeles fuiſſent*] Marius, Sylla, & reliqui. *Idem.*

Adeo

re fieri putant : ſed aliquid, atque adeo multa addunt & ferunt de ſuo. Quare meminiſſe debes, eos qui auctoritem & conſilium tuum non ſunt ſecuti ſua ſtultitia occidiſſe cum tua prudentia ſalvi eſſe potuiſſent. Dices, Quid ne iſta res conſolatur in tantis tenebris & quaſi parietinis eip. ? Eſt omnino vix conſolabilis dolor : tanta eſt omnium erum amiſſio, & deſperatio recuperandi. Sed tamen & Caeſar ipſe ita de te judicat, & omnes cives ſic exiſtimant, uaſi lumen aliquod, exſtinctis ceteris, elucere ſanctitaem & prudentiam & dignitatem tuam. Haec tibi ad leandas moleſtias magna eſſe debent. Quod autem a tuis bes, id eo levius ferendum eſt, quod eodem tempore a multis

Adeo multa addunt & afferunt de ſuo] al. ſec. *offerunt*. Vatic. tamen *multa addunt, ut afferant de ſuo*. in qua lectione ccultam odoror elegantiam. *Gebh.*

Quare meminiſſe debes eos] Pompeium, Domitium, Scipionem & Catonem. *orrad.*

Tuum conſilium] Ne, agentes de ſucceſſore ante tempus mittendo, Cæſaem irritarent. *Idem.*

Salvi eſſe potuiſſent] Niſi bellum, Cæarem provocantes, excitaſſent. *Idem.*

In tantis tenebris & quaſi perpetuis reipublicæ] Nos emendavimus *parietinis*: ſunt utem *parietinæ*, parietum ruinæ, mui ſemiconſumpti, ut in epiſtola ad C. Memmium, *Peteremque ut neſcio quid illud Epicuri parietinarum ſibi concederes*. In tertio libro Tuſcul. *Magiſque me moverant Corinthi ſubito aſpectæ parietinæ, quam ipſos Corinthios*. Etſi eo quoque loco mendoſi ſunt vulgati codices : habent enim *parietum ruinæ*, pro *parietinæ* : manu tamen ſcripti antiquiores veram lectionem retinent. No. Marcellus Siſennæ hunc locum adducit ex hiſt. lib. III. *Poſt villarum macerias, ac parietinas quinque cohortes in inſidiis reliquit*. Appellat autem *parietinas* Cic. Reipub. μεταφορικῶς quaſi ruinas & reliquias. quæ ne videretur dura, & parum verecunda tranſlatio, particula illa *quaſi* mitigat. verecundior eſt certe ea ipſa quam protulit Servius, qui dixit *cadavera oppidum*. Eſt autem in antiquo illo quem omnium optimum invenimus, *partetinis*; ut ſi *t* in *i* permutes, nihil deſideretur: quia rarior eſt vox, ideo tam facilem lapſum, & tam parvum erratum nulli hactenus animadverterunt. Quidam autem *parricidiis* reponere auſi ſunt: quam recte, judicent doctiores. *Victorius.* *Perpetuis*] Alii *parricidiis*, alii *parietinis* legunt. *Corradus.* *In tantis tenebris & quaſi parietinis Reip.*] Eluſi ſeu deſtituti ſumus jam hic a manuſcriptis noſtris libris, omnibus aut ſua indole aut correctorum incurata cura depravatis, quorum primus, *parte cinis*: alii duo, quod & Manut. notat, *perditi vis*; alii pejus. Quia vero primus proxime adambulat Mediceo; probavitque ac recepit Victorii emendationem cum Manut. Lambin. quid faſtidiamus tantorum virorum concordiæ noſmet adjungere? vulgo peſſime, *& quaſi perpetuis Reip.* Gebhard. Grævii tamen primus liquido, *in tantis tenebris & quaſi parietinis reip.* Reliqui omnes corruptiſſimi. In Amſtelodamenſi tamen veſtigia veræ lectionis apparent: *tantis tenebris & quaſi per te civis.*

A tuis abes] In Achaia. *Corradus.*

multis & magnis moleſtiis abes: quas ad te omnes perſcriberem, niſi vererer ne ea cognoſceres abſens, quae quia non vides, mihi videris meliore eſſe conditione quam nos qui videmus. Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem recte adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſſimo fieres iis de rebus quibus levari poſſent moleſtiae tuae. Reliqua ſunt in te ipſo, neque mihi ignota, nec minima ſolatia, ut quidem ego ſentio, multo maxima: quae ego experiens quotidie, ſic probo ut ea mihi ſalutem afferre videantur. Te autem ab initio aetatis memoria teneo ſumme omnium doctrinarum ſtudioſum fuiſſe, omniaque quae a ſapientiſſimis ad bene vivendum tradita eſſent, ſummo ſtudio curaque didiciſſe; quae quidem vel optimis rebus & uſui & delectationi eſſe poſſent; his vero temporibus habemus aliud nihil in quo acquieſcamus. Nihil faciam inſolenter, neque te tali vel ſcientia vel natura praeditum hortabor ut ad eas te referas artes quibus a primis temporibus aetatis ſtudium tuum dediſti: tantum dicam, quod te ſpero approbaturum, me, poſtea quam illi arti cui ſtudueram, nihil eſſe loci neque in curia neque in foro viderem, omnem meam curam atque operam ad philoſophiam contuliſſe. Tuae ſcientiae excellenti ac ſingulari, non multo plus quam noſtrae relictum eſt loci. Quare non equidem te moneo, ſed mihi ita perſuaſi, te quoque in iiſdem verſari rebus, quae etiam ſi minus prodeſſent, animum tamen a ſollicitudine abducerent. Servius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primiſque hac in qua ego me ſcripſi acquieſcere, ita verſatur ut excellat. A me vero ſic diligitur ut tibi uni concedam, praeterea nemini, mihique ab eo gratia refertur: in quo ille exiſtimat, quod facile appareat, cum me colat & obſervet, tibi quoque in eo ſe facere gratiſſimum. Vale.

M. T.

Nec minima ſolatia] Ut bonarum artium ſtudia. *Corrad.*

Illi arti, cui ſtudueram] Oratoriæ. *Idem.*

Tuæ ſcientiæ] Juri civili & pontificio. *Idem.*

In iiſdem verſari rebus] Philoſophicis. *Idem.*

Litte-

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Excuſanti Sulpicio, quod ſaepius uno exemplo litteras miſiſſet, culpamque conferenti tum in eorum qui eas acciperent, negligentiam aut improbitatem, tum in orationis inopiam, qua ipſe laboraret, reſpondet Cicero, primam ſibi excuſationis partem probari, alteram omnino falſam videri: ſe enim ipſum non admodum eſſe verborum inopem, qui tamen ſibi & ſubtilitate & elegantia ſcribendi Sulpicium anteponat. Cauſſas probat quibus Achaiae adminiſtrationem Sulpicius recuſandam non putaverat. Narrat ſenatus officium, ſuppliciter de reditu M. Marcelli Caeſarem rogantis: quo impetrato, gratias a ſe Caeſari actas eſſe demonſtrat. De ſuo Philoſophiae ſtudio ejuſque fructu, de Servii filii probitate ac doctrina quaedam addit. Concludit, eum eſſe ſtatum reip. ut ea quae Romae fiant, audire ſit optabilius quam videre. Negotialis eſt epiſtola, tum alias ob cauſſas, tum quia reditum Marcello Caeſaris liberalitate conceſſum ſignificat. Caeſare III. *M. AEmilio Lepido Cos. devictis in Africa Pompeii partibus.*

M. T. C. SER. SVLPICIO S. D.

Scripta C. Julio Caesare III. M. Aemilio Lepido Coss. A.V.C. 707.

ACcipio excuſationem tuam qua uſus es, cur ſaepius ad me litteras uno exemplo dediſſes: ſed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia aut improbitate eorum qui epiſtolas accipiant, fieri ſcribis ne ad nos perferantur. illam partem excuſationis, qua te ſcribis orationis paupertate (ſic enim

L*itteras uno exemplo dediſſes*] Iiſdem verbis ſcriptas. Exemplum veteribus eſt quod nos *copiam* dicimus. Cic. in epiſtolis ſæpe dixit, *ex litteris cognoſces quarum exemplum ad te miſi*. Salmaſ. confutat. animadv. Herald. cap. 4, quem vide.

Illam partem excuſationis &c. *nec noſco, nec probo*] Cur hæc lectio cedere debuerit vulgatæ, *nec agnoſco nec probo*, ignoro. Sic certe præter omn. Pall. editio princeps & Victorii. *Gebhardus*. Accedunt his Grævii & Amſtelodam. quoque membranæ. *Noſcere excuſationem* eſt admittere, accipere excuſationem, pro quo *noſcere cauſſam* dixit XI ad Att. 7. *Quod te excuſas, ego vero & tuas cauſſas noſco, & mea intereſſe puto te iſtic eſſe.* De hoc loquendi genere vid. Gronov. IV de Pec. Vet. c. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

enim appellas) iiſdem verbis epiſtolas ſaepius mittere, nec noſco, nec probo. Et ego ipſe, quem tu per jocum (ſic enim accipio) divitias orationis habere dicis, me non eſſe verborum admodum inopem agnoſco: εἰρωνεύεσθαι enim non neceſſe eſt: ſed tamen idem (nec hoc εἰρωνευόμενος) facile cedo tuorum ſcriptorum ſubtilitati & elegantiae. Conſilium tuum quo te uſum ſcribis hoc Achaicum negotium non recuſaviſſe, cum ſemper probaviſſem, tum multo magis probavi lectis tuis proximis litteris. Omnes enim cauſſae quas commemoras, juſtiſſimae ſunt, tuaque & auctoritate & prudentia digniſſimae. Quod aliter cecidiſſe rem exiſtimas atque opinatus ſis, id tibi nullo modo aſſentior. Sed quia tanta perturbatio & confuſio eſt rerum, ita perculſa & proſtrata foediſſimo bello jacent omnia, ut is cuique locus ubi ipſe ſit, ut ſibi quiſque, miſerrimus eſſe videatur: propterea & tui te conſilii poenitet: & nos qui domi ſumus, tibi beati videmur: at contra nobis: non tu quidem vacuus moleſtiis, ſed prae nobis beatus. Atque hoc ipſo melior eſt tua quam noſtra conditio, quod tu quid doleat ſcribere audes: nos ne id quidem tuto poſſumus: nec id victoris vitio, quo nihil moderatius, ſed ipſius victoriae, quae civilibus bellis ſemper eſt inſolens. Vno te vicimus, quod de Marcelli, collegae tui, ſalute paullo ante quam tu cognovimus: etiam, mehercule, quod quemad-

Εἰρωνεύεσθαι] Diſſimulare, εἰρωνευόμενος diſſimulans. *Corrad.*

Hoc Achaicum negotium non recuſaviſſe] Præfecturam Achaiæ, hoc eſt Græciæ. Nam poſt Achæorum rempublicam everſam, quæ olim dicebatur Hellas, tum a Romanis dicta eſt *Achaia*, nimirum Græcia proprie dicta.

Ut is cuique locus, ubi ipſe ſit, ut ſibi quiſque miſerrimus eſſe videatur] Ita editio princeps ac Victorii: ſic Pall. pr. ſec. tert. paullulum abit quint. nam pro *ut*, *ac* habet. Stewech. Vatic. vulgo, *ubi ipſe ſit, miſerrimus eſſe videatur.* Gebhardus. Stant pro lectione a Victorio probata, & Amſtelod. & Græv. prim. nec non Mentel. niſi quod Græv. pro *quiſque* ſcribat *quiſquis*, Mentel. pro *ut ac*.

Quod tu quid doleat ſcribere audes] Melius ſic Victorius. Pal. pr. Vatic. ſicque ex Mediceo,. ad primam impreſſionem emendavit Egnatius. ceteri omn. *doleas*. Gebhardus. *Doleat* habet etiam Græv. primus. Amſtelod. vero *debeat*, ſicut Mentel. *debeas*.

Collegæ tui] In conſulatu. *Corrad.*

Accu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

dmodum ea res ageretur vidimus. Nam ſic fac exiſtimes: oſt has miſerias, id eſt, poſtquam armis diſceptari coe- tum eſt de jure publico, nihil eſſe actum aliud cum di- nitate. Nam & ipſe Caeſar accuſata acerbitate Marcelli ſic enim appellabat,) laudataque honorificentiſſime & equitate tua & prudentia, repente praeter ſpem dixit, ſe enatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſſa ne- ;aturum. Fecerat autem hoc ſenatus, ut, cum a L. Piſone nentio eſſet facta de Marcello, & cum C. Marcellus ſe ad Caeſaris pedes abjeciſſet, cunctus conſurgeret, & ad Cae- ſarem ſupplex accederet. Noli quaerere. ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, ut ſpeciem aliquam viderer videre quaſi reviviſcentis reip. Itaque cum omnes ante me rogati Caeſari gratias

Accuſata acerbitate Marcelli] Qua in conſulatu adverſus Cæſarem ipſum uſus fuerat: atque in primis, quum mittendum illi ſucceſſorem cenſuit. *Idem.*

Æquitate tua] Qui iniquum eſſe cenſuiſti, mittere ſucceſſorem, nondum finito tempore. *Idem.*

Ne hominis quidem cauſſa negaturum] P. Victorius edidit *ne ominis quidem cauſſa neg.* Eam editionem ſecuti ſumus, ne optimo codici, quem ille ſecutus eſt, fidem derogaſſe videremur. Sed quamvis & ea omnia probemus quæ ſcribuntur a viro illo doctiſſimo, & ita habeant libri aliquot manuſcripti, ut edidimus: hanc lectionem tamen non probo, cum multas alias ob cauſſas, tum maxime quod ea ſententia quæ huic loco accommodata eſt, ex his verbis elici atque exprimi non poteſt. dicebat enim Cæſar ſe ſenatui pro Marcello deprecanti non negaturum, non ſolum ne negando Marcellum patria privaret, ſed ne male ominaretur. Quare ſic potius legendum videtur, *dixit ſe ſenatui, roganti de Marcello, ne ominis quidem cauſſa, non negaturum.* quo modo loquitur in orat. pro Roſcio Am. *Nolo in eos gravius quidquam ne ominis quidem cauſſa dicere.* Liceret etiam ſic legere, & fortaſſis rectiſſime, *dixit ſe ſenatui, roganti de Marcello, vel ominis quidem cauſſa non negaturum.* Lambin. *Ne hominis quidem cauſſa negaturum*] Hanc lectionem tuentur quatuor Pall. Grut. tres Guilielmio conſulti: neque aliter priſca editio: particulam immiſcuit quintus, ex qua tamen potius noſtræ lectioni pondus accedit; hoc modo: *ne de hominis quidem cauſſa.* Victorii emendatio plus acuminis primo intuitu oſtendit, quam veritas excuſſa præſtet: quippe volebat, *ne ominis quidem cauſſa.* ſed in illo vetuſtiſſimo cod. ſolens aſpiratio neglecta erat, ut in innumeris. Lambinus ne eſſet ἀσύμβολος, multos futiles logos attulit. Videatur quoque Manutius: nam quæ volebamus contra Lambinum, ille præcepit. *Gebhard.* Sic & Grævii duo, Amſtelodam. Mentel. *ne hominis quidem cauſſa.*

A L. Piſone] Cæſaris ſocero. *Corradus.*

C. Marcellus] Ipſius M. Marcelli frater. *Idem.*

Et ad Cæſarem ſupplex accederet] Quidam legi volunt *accideret*, quod probo. *Lambin.* Perperam. vid. P. Manut.

Præter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

gratias egiſſent, praeter Volcatium (is enim, ſi eo loco eſſet, negavit ſe facturum fuiſſe,) ego rogatus, mutavi meum conſilium. Nam ſtatueram, non mehercule inertia, ſed deſiderio priſtinae dignitatis, in perpetuum tacere. Fregit hoc meum conſilium & Caeſaris magnitudo animi, & ſenatus officium. Itaque pluribus verbis egi Caeſari gratias: meque metuo ne etiam in ceteris rebus honeſto otio privarim: quod erat unum ſolatium in malis. Sed tamen quoniam effugi ejus offenſionem, qui fortaſſe arbitraretur me hanc remp. non putare ſi perpetuo tacerem, modice hoc faciam, aut etiam intra modum: ut & illius voluntati & meis ſtudiis ſerviam. Nam etſi a prima aetate me omnis ars & doctrina liberalis, & maxime philoſophia delectavit: tamen hoc ſtudium quotidie ingraveſcit, credo & aetatis maturitate ad prudentiam, & his temporum vitiis, ut nulla res alia levare animum moleſtiis poſſit. A quo ſtudio te abduci negotiis intelligo ex tuis litteris: ſed tamen aliquid jam noctes te adjuvabunt. Servius tuus, vel potius noſter, ſumma me obſervantia colit: cujus ego cum omni probitate ſummaque virtute tum ſtudiis doctrinaque delector. Is mecum ſaepe de tua manſione, aut deceſſione communicat. Adhuc in hac ſum ſententia, nihil ut faciamus niſi quod maxime Caeſar velle videatur. Res ſunt ejuſmodi,

haec est illa celebris oratio pro Marcello, quae adhuc extat.

Præter Volcatium] L. Volcatium Tullium. *Idem.*

Si eo loco eſſet] In Senatu, ubi Senatoris dignitas eſt ſervanda. *Idem.* Male. *eo loco* eſt èo in ſtatu quo Marcellus erat. ſi Marcelli perſonam gereret. vide P. Manut.

Negavit ſe facturum fuiſſe] Ut ad Cæſarem ſupplex accederet, & gratias ageret. *Corrad.* *Neg. ſe fact. f.* hoc eſt, rediturum fuiſſe.

Egi Cæſari gratias] In oratione pro M. Marcello. *Corrad.*

Honeſto otio privarim] Mutato ſemel tacendi conſilio. *Idem.*

Modice hoc faciam, aut etiam intra modum] Aulus Gellius lib. XII, c.13. mentionem hujus loci fecit his verbis: *ſed poſtea in libro M. Tullii epiſtolarum ad Ser. Sulpitium, ſic dictum eſſe invenimus intra modum, ut intra Cal. dicunt, qui dicere citra Cal. nolunt.* Quem locum eo libentius adduxi quia oſtendit, quomodo veteres citare ſoliti ſint teſtimonia horum librorum: neque enim tunc Primus, Secundus, Tertius appellabatur: ſed liber nomen ſumebat ab eo, ad quem prima epiſtola ſcripta eſſet, quod nos vetuſtatis amatores obſervavimus. *Victor.*

Nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

odi, ut ſi Romae ſis, nihil, praeter tuos, delectare poſ-t. De reliquis, nihil melius ipſo eſt. Ceteri & cetera ejuſ-odi, ut ſi alterutrum neceſſe ſit, audire ea malis quam idere. Hoc noſtrum conſilium nobis minime jucundum ſt, qui te videre cupimus: ſed conſulimus tibi. Vale.

Nihil melius ipſo eſt] Cæſare. *Corraſ-us.*

Si alterutrum neceſſe ſit] Sic libri, quos inſpexi. Corrupte Vatic. *alterum utrum*, quod miror Victorium & Gebhardum recepiſſe. *Graevius.*

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

Eſt & haec Sulpicii epiſtola ſi non perfectae certe admodum dili-entis & elaboratae conſolationis exemplum. Nam cum officium onſolandi minime deceat eos qui prorſus dolore vacant; ſiquidem ui vere amat, doloris expers in amici caſu eſſe non poteſt: ut hanc uſpicionem tolleret, a moleſtia ſua Sulpicius exordiendum puta-it. Rurſus, quia conſolatio nihil omnino aliud eſt quam aegroti nimi remedium a ratione prudentiaque ſumptum; quo ſi caret is quem conſolamur, ratione ſimul ac prudentia careat neceſſe eſt: ropterea culpam Sulpicius temeritatis a ſe voluit avertere, retu-itque ſuae conſolationis cauſſam non ad ullam Ciceronis inſcitiam, ut imprudentiam, ſed ad dolorem, quo impeditus minus ea perſpi-ceret, quae patere ſibi poſſent paullo moderatius dolenti. Haec quaſi prooemii loco praeponuntur. Sequitur narratio, in qua maxime colliguntur exempla calamitatum, ne quis dolori novo relinqui videatur locus. Prima conſolandi ratio ducitur a conditione tem-porum; quae ſunt ejuſmodi ut optanda minime vita videatur: al-tera ab exitio florentiſſimarum urbium, quae perpetuo manſurae vi-debantur: tertia ab interitu virorum clariſſimorum; qui cum & multi & uno tempore perierint, una muliercula amiſſa dolendum multo levius eſt. Accedit imperii diminutio, provinciarum devaſta-tio: quae ipſa quoque non mediocrem in privatae rei jactura conſo-lationem afferunt. Quid moriendi neceſſitas? nonne ad levandum ſollicitudinem plurimum valet? Quid vita jucunde feliciterque

tra-

traducta? Quid mortis opportunitas, appropinquantibus malis? Haec omnia commemorat Sulpicius in Tulliae morte: mox ad ipſum Ciceronem orationem convertit. Non debet, inquit, is a quo multi conſilium petere ſoliti ſunt committere ut eguiſſe conſilio & ea quae aliis praeceperit ignoraſſe videatur. nec vero clarum ſapientia civem exſpectare decet beneficium temporis, quo dolor exſtinguitur, ſed a ratione ac ſapientia contra quaelibet fortunae tela praeſidium petere. Adduntur preces. Si hoc a te ratio ipſa non impetrat, certe non negabis patriae roganti, non amicis & familiaribus, non filiae mortuae, quae cariſſimum ſibi patrem moerore angi non vult. Incommodum proponitur. Vide ne tuo luctu offendantur ii qui rerum potiuntur, interpretantes doloris tibi cauſſam eſſe dominationem ſuam. Poſtremo, ne tuam gloriam contemnas, quae ex multis collecta virtutibus, addita fortitudinis & conſtantiae fama cumulabitur. Scripta eſt Caeſare Conſule IV *ſine collega, devictis jam in Hiſpania Pompeii liberis: quod ex duabus ad Att. epiſtolis* 19 & 21 *lib.* XII. *licet conjicere: quod illa fere poſtrema hujus epiſtolae verba declarant:* Noli committere, ut quiſquam te putet non tam filiam quam reip. tempora & aliorum victoriam lugere. *Id confirmatur epiſtola* 21 *lib.* XII *ad Att. cujus initium eſt:* A Caeſare litteras accepi conſolatorias, datas Hiſpali. *Nam Hiſpalim Caeſar ivit poſt interfectum Cn. Pompeium, Magni filium, ut in libro de bello Hiſpanienſi ſcriptum eſt.*

SER. SVLPICIVS M. T. CICERONI S. D.

C. Iulio Caesare IV ſine collega Coſ. A.V.C. 708.

POſtea quam mihi renuntiatum eſt de obitu Tulliae, filiae tuae, ſane quam pro eo ac debui graviter moleſteque tuli, communemque eam calamitatem exiſtimavi. qui ſi iſtic affuiſſem, neque tibi defuiſſem, coramque meum dolorem tibi declaraſſem. Etſi genus hoc conſolationis miſerum

ET *ſi genus hoc conſolationis minimum atque acerbum eſt*] Nos, *miſerum* ſcripſimus, nonnihil a vetuſto codice adjuti: ſed tamen in illo hæc vox luxata eſt, *mirum* enim legitur: nos mediam ſyllabam a librariis relictam putamus. Hanc etiam lectionem aut invenerunt in antiquo exemplari, aut certe excogitaverunt Germani; habent enim eam illorum codices Baſileæ anno M D XXVIII impreſſi. ut enim apparet ex multis lectionibus quas in mar-

rum atque acerbum eſt : propterea quia per quos ea con-
eri debet, propinquos ac familiaris, ipſi pari moleſtia
ficiuntur, neque ſine lacrymis multis id conari poſſunt,
ti magis ipſi videantur aliorum conſolatione indigere,
uam aliis poſſe ſuum officium praeſtare : tamen quae in
raeſentia in mentem mihi venerunt, decrevi brevi ad te
erſcribere, non quo ea te fugere exiſtimem, ſed quod forſi-
in dolore impeditus minus ea perſpicias. Quid eſt, quod tan-
o opere te commoveat tuus dolor inteſtinus? cogita quem-
dmodum adhuc fortuna nobiſcum egerit, ea nobis ere-
ta eſſe quae hominibus non minus quam liberi cara eſſe
debent,

nargine libri collocaverunt, unum
uoddam egregium omnium epiſto-
arum exemplar videntur illi habuiſ-
:, quodque plurimis locis cum no-
ro concordet : & ut rem ut eſt ex-
onamus, a nullo fere alio formis ex-
uſo, eo excepto, ullam opem acce-
imus. Cum autem ejus ſæpe caſtiga-
iones cum noſtra antiqua lectione
ongruere animadvertimus, fidentius
ta emendare auſi ſumus. Eo autem
tudio & diligentia illi optimis libris
erquirendis ſe multos annos dedide-
unt ut e tenebris non paucos erue-
int, eaque liberalitate eruditos &
ngenioſos viros, quorum opera in
orrigendis libris uterentur, proſecuti
unt ut magnam utilitatem Latinæ
linguæ attulerint, & ſi verum fateri
volunt humaniorum ſtudiorum ama-
ores, non aliunde tantum auxilii
ipſorum ſtudiis ſuppeditatum eſt. Quicquid enim fere his temporibus aut emendatum exiit, aut reconditum latenſque in lucem prodiit, inde profectum eſt. Alii *durum* emendarunt : quod quia tam longe ab antiquis exemplaribus diſcedit, negligimus. Noſtra lectio valde ſententiæ congruit. Eſt enim *miſerum* ſane, cum ipſe conſolatione egeas, parique in luctu verſeris, officio quaſi cogi, aliorum lacrymas abſtergere. Quod autem nos emendaveramus *confieri* librariorum incuria in *confiteri* turpiter commutavit : ſed hic, & hujuſcemodi errores, quæſo ne nobis vitio dentur : nec enim præſentes impreſſioni adfuimus, & tanta eſt horum operariorum negligentia, ut nulla ſedulitas ſatis eſſe poſſit ad eorum peccata corrigenda. *Victorius.* *Genus hoc conſolationis miſerum atque acerbum eſt*] Sic editio Victorii, Vatic. Pal. quintus ad marginem : quartus vero *miſerrimum*. ceteri omnes *minimum*. Mihi tamen placet inventum aliis *mirum*. ceterum poſt ſtatim legit Pal. pr. *per quos ea confieri debet* ſicut in Mediceo reperit Victorius. ceteri, ſicut & tres Guilielmiani, *ea fieri deb.* Stewech. Pall. quart. quint. *debent*. Gebhardus. Grævii primus & Amſtelodam. ſcribunt *mirum*, & poſt Grævii primus *confieri*.

Ipſi pari moleſtia afficiuntur] Vatican. cod. Victorii & Gebhard. editiones, *id ipſi pari moleſtia afficiuntur*. Sed nec meus optimus, nec Amſtelodam. nec Mentel. τὸ *id* agnoſcunt, & abeſt merito. *Grævius.*

Decrevi brevi ad te perſcribere] Vel reponendum *breviter*, vel ſubintelligendum ſermone, aut oratione, aut tale quiddam. quod mihi durum videtur, tametſi Chariſius doceat ita locutos eſſe veteres. *Lambin.* Vid. Not. P. Manut.

Ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

debent, patriam, honeſtatem, dignitatem, honores omnes. Hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adjungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere jam debet, atque omnia minoris exiſtimare? An illius vicem, credo, doles? Quoties in eam cogitationem neceſſe eſt & tu veneris, & nos ſaepe incidimus, hiſce temporibus non peſſime cum iis eſſe actum quibus ſine dolore licitum eſt mortem cum vita commutare? Quid autem fuit quod illam hoc tempore ad vivendum magnopere invitare poſſet? quae res? quae ſpes? quod animi ſolatium? Vt cum aliquo adoleſcente primario conjuncta aetatem gereret? Licitum eſt tibi (credo) pro tua dignitate ex hac juventute gene-

Animus callere jam debet] Hoc eſt induruiſſe, occalluiſſe, ut nullum amplius dolorem ſentiat, omnia ferre poſſit ac concoquere. Vid. Not. P. Manut.

Atque omnia minoris exiſtimare] Sic reſcripſi ex his quatuor libris antiquis, quibus uſus ſum. vulgo *æſtimare*. Grævius.

An illius vicem, credo, doles] Non video cur immutari ſcriptura debeat: habet enim recepta, quæ eadem eſt cum antiqua, idoneum & accommodatum ſenſum. Cum ſupra expoſuiſſet nihil eſſe quod magnopere lugere deberet, quod filiam amiſiſſet, ex perſona ipſius, quia majora commoda amiſerit, & tanta ut hoc additum non magnam vim ad dolorem afferre poſſit: nunc declarat ex perſona filiæ nihil etiam eſſe cur tantum dolorem ſuſcipiat. Nihil enim illa aut non multum damni fecit, quod tam miſeris temporibus e vita diſceſſerit. *Victorius.* *An illius vicem, credo, doles*] Sic eſt legendum, omnibus libris ſuffragantibus, atque approbantibus: quamvis olim, Manutio aſſentiens (qui mavult legi, *at illius vocem, credo, doles*, ſine interrogatione) aliter cenſuerim, libris omnibus reclamantibus. Sic autem loquitur Lucretius lib. v.

An, credo, in tenebris vita & mœrore jacebat,
Donec diluxit rerum genitalis origo?

Lambin.

Vt cum aliquo adoleſcente primario conjuncta ætatem gereret] Sic prima editio: ſic Victorius, omnes Pall. Grut. Vatic. itaque miror qui illud *ageret* adegerunt per tot obſtantes manuſcriptorum quaſi cuneos. *Gebhardus.* Hanc lectionem merito revocarunt ex antiquiſſimis membranis P. Victorius & Gebhardus, quam & quatuor codices illi quibus uſus ſum, firmant. Sic apud Sueton. in Dom. cap. I. *Pubertatis ac primæ adoleſcentiæ tempus, tanta inopia, tantaque infamia geſſiſſe fertur.* quod perperam ſollicitat vir ſummus, malitque mutatum in *egiſſe*. Et in Veſpaſ. cap. ult. recte quoque MSS. *annum gerens ætatis ſexageſimum nonum.* pro quo a ſciolis ſubditum *agens*, æque ut in hoc Ciceronis loco. In omnibus enim aliis editionibus, præter has, quas dixi, legitur *ætatem ageret* contra fidem antiquorum librorum. *Grævius.*

Licitum eſt tibi credo ex hac juventute, &c.] Cui neceſſe pene fuerit Dolabel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nerum diligere, cujus fidei liberos tuos te tuto commit-
e putares. An ut ea liberos ex ſeſe pareret: quos cum
rentes videret, laetaretur? qui rem a parente traditam
r ſe tenere poſſent? honores ordinatim petituri eſſent in
p.? in amicorum negotiis libertate ſua uti? Quid horum
it quod non prius quam datum eſt ademtum ſit? At
ro malum eſt liberos amittere. Malum, niſi hoc pejus
haec ſufferre & perpeti. Quae res mihi non mediocrem
nſolationem attulit volo tibi commemorare, ſi forte
dem res tibi minuere dolorem poſſit. Ex Aſia rediens,
m ab AEgina Megaram verſus navigarem, coepi regiones
rcumcirca proſpicere. poſt me erat AEgina, ante Mega-
ra,

ellam juvenem perditum diligere.
radus. *Ex hac juv. generum diligere*]
etuli hanc lectionem ex quatuor
l. vulgo nimis vulgariter *deligere.* in
ut. *d* eraſum eſt, ut eſſet *eligere*,
n. *delegere.* quod annoto (ut pluri-
a) ob curioſos. Aliud eſt *diligere* vi-
licet ex copia ac multitudine: aliud
igere ſicut apud Propertium *deligere*
ra manu. Videantur noſtra Juveni-
, ſi cui tanti ſunt. *Gebhard.*
Ea liberos ex ſe pararet] Hæc eſt codi-
m Pall. pr. quart. Medic. Vatic. Po-
iani, atque adeo editionis primæ
Victorii ſcriptura, quam cum qui-
m, opinionibus vaniſſimis infecti,
ncoquere non poſſent, mutarunt in
reret. Gebhard. *Lib. ex ſe pareret*]
on potui hic ſequi auctoritatem Vi-
orii, cui tribuo plurimum. Is enim
vitioſa Medicei aliorumque ali-
uot librorum ſcriptura hic *pararet*
poſuit. Cui ſubſcripſit Gebhardus,
æfatus hanc lectionem præ ſe ferre
ıos Palatinos & primam editionem.
d cum ei tam uſus adverſetur Lati-
e linguæ, quam codices alii plurimi:
is enim ſeptendecim quos Manu-
s inſpexit, mei quatuor accedunt,
i omnes habent *pareret*; niſi quod
nſtelod. corrupte *pareretur*: non
deo cur paucis illis codicibus contra
rationem certam & liquidam ſit adſti-
pulandum. *Grævius.*

Quos cum florentes videret] Mira, nec tamen inepta lectio eſt libri ſecundi Grævii, qui vix fert ducentos annos: *quos cum florentis ætatis videret.*

Libertate ſua uti] Sic pr. editio ac Victorii, omn. Pall. Grut. Stewech. Peck. Vatic. Unde Guilielm. *uſuri* ex conjectura reponi volebat. vulgo *uterentur.* Gebhard. *Uti* habent & libri quatuor quibus Grævius uſus eſt.

At vero malum eſt liberos amittere. Malum, niſi] Pluris eſt apud me Pal. primi auctoritas, quam ceterorum omnium: qui hic ſolus τὸ *malum* retinet, ceteris omnibus illud (quod & de Gruteriano & Stewech. editione prima intelligi volo) *aſpernantibus.* Gebhard. Retinet *malum* etiam Grævii primus & Amſtelod.

Regiones circumcirca proſpicere] Plaut. Aulul.

Cœpit ibi ſcalpturire ungulis circumcirca. loquitur de gallo gallinaceo. *Glandorpius.*

Ante Megara] Pall. pr. tert. quint. Stew. *Megarem* & *Megere.* reliqui duo *Megaron.* Gebhard. Tres Palat. Grut. Stewech. Græv. prim. Amſtelod. *Megre*, ſicut & paullo ante iidem codices *Megaren*, terminatione Græca,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ra, dextra Piraeeus, ſiniſtra Corinthus: quae oppida quodam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata & diruta ante oculos jacent. coepi egomet mecum ſic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interiit, aut occiſus eſt, quorum vita brevior eſſe debet, cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant? Viſne tu te, Servi, cohibere & meminiſſe hominem te eſſe natum? Crede mihi, cogitatione ea non mediocriter ſum confirmatus. Hoc idem, ſi tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modo uno tempore tot viri clariſſimi interierunt: de imperio praeterea tanta deminutio facta eſt: omnes provinciae conquaſſatae ſunt. in unius mulierculae animula ſi jactura facta eſt, tanto opere commoveris? quae ſi hoc tem-

pro *Megaram*, quamvis *Megarem* habeant ſcripti. Sic *Glyceren* pro *Glyceram* apud Martial. XI, ep. 41.

Formoſam Glyceren amat Lupercus.

Europen apud Horat. III, Carm. 3. pro *Europam*. plura notavi nuper hujus generis exempla ad Suetonium.

Pyræus] Pall. quart. quint. Stewech. *Pyrus*, unde Guilielmius *Pylus*, ex conjectura. *Gebhard.*

Diruta jacent] Aliis adnotatum eſt in vet. cod. reperiri *dirupta*: quod ego in Pal. quarto ac Grut. æque reperi. non tamen placet: ſicut & quod in Pall. quatuor, Gruter. Stewech. viſitur: *En, nos homunculi indignamur*, cum Victorii editio, ac Pal. prim. contra defendat, *Hem, nos homunculi*. Gebhardus.

Si quis noſtrum interiit] Legendum fortaſſe eſt, *noſtrorum*. Lambin. Sed vide Not. Manut.

Cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant] Omnes Pall. codices manuſcripti, ſicut & Gruteri & Stewechii *jacent*, quod ſequuta quoque eſt prima impreſſio. Mihi ut tot codicum conſpiratio nihili putanda non eſſe videtur, ita non præcipitanda correctio. ceterum *oppidum*, ex quo vulgo *oppidorum*, præter Mediceum codicem & Victorianam editionem, fatentur quoque Pal. pr. quint. ſuperlinearem: Vatic. *Gebhardus.* Omnes Pall. Stewech. Grut. Amſtelod. Mentel. editio prima *jacent*. unde poſtea finxere *jaceant*, ſed non fruſtra eſt tot codicum conſenſus. *jacent* nimirum ſcriptum eſt pro *jacerent*, quod liquido meus primus optimus & fidiſſimus codex præ ſe fert. Una ſyllaba in vetuſto exemplari, ex quo reliqua propagata ſunt, exciderat: hinc iſta labes. *oppidum* habet juxta Medic. & alios etiam meus prim. *Gravius.*

Credo] Hoc verbum habet *εἰρωνίαν*. *Corradus.*

Deminutio facta eſt] Sic rectius alii, ex vetuſto codice annotarunt; extatque hoc in Pal. pr. codice omnium emendatiſſimo, qui & pro *clariſſimi* repræſentat *cariſſimi* quod non abſque ratione: quamquam vulgatum malim. Paullo poſt, *quoniam homo nata erat* exſtat in omnibus MSS. & impreſſis: Lindebruchius tamen corrigebat, *hoc modo nata erat.* Gebhard.

Etiam

mpore non diem ſuum obiſſet, paucis poſt annis tamen ei oriendum fuit: quoniam homo nata fuerat. Etiam ab ſce tu rebus animum ad cogitationem tuam avoca, atque potius reminiſcere quae digna tua perſona ſunt: illam, iamdiu fuerit opus ei vixiſſe, una cum rep. fuiſſe, te pa-em ſuum, praetorem, conſulem, augurem vidiſſe, ado-ſcentibus primariis nuptam fuiſſe, omnibus bonis prope rfunctam eſſe, cum reſp. occideret, vita exceſſiſſe. Quid t quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri poſſi-s? Denique noli te oblivisci Ciceronem eſſe, & eum qui iis conſueris praecipere & dare conſilium: neque imitare alos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere ſe edicinae ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt: ſed potius ae aliis tute praecipere ſoles, ea tute tibi ſubjice atque ud animum propone. Nullus dolor eſt quem non lon-nquitas temporis minuat ac molliat: Hoc te exſpectare mpus, tibi turpe eſt, ac non ei rei ſapientia tua te occur-re. Quod ſi qui etiam inferis ſenſus eſt, qui illius in te amor

Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogi-tionem tuam avoca] Omnes libri ve-res, quos ego in manibus habui, ita ibent, *ad cogitationem tuam advoca:* æter unum, in quo *cognitionem*, non item *cogitationem* legimus. *Corradus.*

Id cogitationem tuam avoca] Sic Pal. . Victorii editio. Pall. tres. *ad cogita-onem tuam advoca.* Pal. quart. *ad co-itionem tuam advoca.* vulgati, quod ex alio vetuſtiore libro ad primam npreſſionem notavit Egnatius, habe-irque in Vatic. *ac cogitationem tuam voca.* Gebhard. Locus dubio pro-il corruptus. Meus perantiquus li-er, *animum a cogitatione tua voca.* Iihi videtur *cogitationem* eſſe interpre-tionem τῷ *animum*, quæ cum in con-xtum verborum Sulpitii irrepſiſſet, djectum eſſe, ut aliquis ſenſus ſit, τὸ *l.* Sic vero Sulpitium ſcripſiſſe cen-o, *etiam tu ab hiſce rebus animum tuum voca.* Grævius.

Una cum rep. fuiſſe] Quidam legi vo-lunt, *una cum rep. floruiſſe.* Lambinus. Sed hos ratio fallit qui *floruiſſe* hic malunt. *fuiſſe* eſt occidiſſe. ut *fuit Ilium, fuimus Troes.*

Adoleſcentibus primariis nuptam fuiſſe] C. Piſoni, Craſſipedi & Dolabellæ, ut in Quæſtura oſtendimus. *Corradus.*

Quæ aliis tute præcipere ſoles, tute tibi ſubjice] Sic Pall. quatuor, Stewech. vulgo *ea tute tibi ſubjice.* Gebhardus.

Q. a. t. p. ſoles ea tute t. ſ.] Sic Græv. primus, Amſtelodam. & omnes edi-tiones ante Gruterianam, quæ *ea* omi-ſit, fide quatuor Palatinorum & Ste-wechiani. quibus accedit Mentelia-nus. ſed hic recentior eſt.

Si qui inferis ſenſus eſt] Quia du-bitabant veteres an ſenſus rerum hu-manarum ad defunctos perveniret, cre-berrime his utebantur & ſimilibus formulis: *Si quis manium ſenſus eſt: ſi quis in morte ſenſus eſt: ſi quis etiam inferis*

amor fuit pietaſque in omnes ſuos, hoc certe illa te facere non vult. Da hoc illi mortuae, da ceteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore moerent: da patriae, ut ſi qua in re opus ſit, opera & conſilio tuo uti poſſit. Denique, quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis ſerviendum ſit: noli committere, ut quiſquam te putet non tam filiam quam reip. tempora & aliorum victoriam lugere. Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffidere. Quare, ſi hoc unum propoſuero, finem faciam ſcribendi. Vidimus aliquoties ſecundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamque ex ea re te laudem apiſci: fac aliquando intelligamus, adverſam quoque te aeque ferre poſſe, neque id majus quam debeat, tibi onus videri: ne ex omnibus virtutibus haec una tibi videatur deeſſe. Quod ad me attinet, cum te tranquilliorem animo eſſe cognoro, de iis rebus quae hic geruntur quemadmodumque ſe provincia habeat, certiorem faciam. Vale.

ſenſus: ſi quis defuncti ſenſus eſt: ſi quid inferi ſentiunt:

Si quis poſt funera ſenſus:

ſi quid habet ſenſus umbra: ſi manes poſt fata aliquid ſentiunt:

Nigras ſi quid ſapis inter arenas, Propert.

Si ſentire datur poſt fata quietis, Nemeſ. Eclog. I. Eurip. in Herc. Fur.

Ὦ φίλτατ', εἴ τις φθόγγος εἰσακούεται θνητῶν παρ' ᾅδῃ, σοὶ τάδ' Ἡράκλεις λέγω.

O amice, ſi qua vox mortalium auditur apud inferos, tibi hæc, Hercules, dico. Rittershuſius. Vid. Briſſon. VIII de Form. *ſi qui* habet Vatic. Græv. prim. & Victor. ed. vulgo *ſi quis.*

Ut quiſquam] Cæſarianus. *Corrad.*

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Reſpondet Sulpicio conſolanti, dolorem ſuum lectis illius litteris aliqua ex parte lenitum: ſed nemini unquam in ejuſmodi caſu aut plures, quam ſibi dolendi cauſſas, aut graviores fuiſſe: levationem tamen ſibi fore maximam, ſi ejus conſuetudine ſermonibuſque frui liceat.

M. T.

M.T.C. SER. SVLPICIO S.D.

EGo vero, Servi, vellem, ut ſcribis, in meo graviſſimo caſu affuiſſes. Quantum enim praeſens me adjuvare otueris & conſolando, & prope aeque dolendo, facile ex intelligo quod literis lectis aliquantum acquievi. Nam ea ſcripſiſti quae levare luctum poſſent, & in me conſondo non mediocrem ipſe animi dolorem adhibuiſti. Serius tamen tuus omnibus officiis, quae illi tempori tribui otuerunt, declaravit & quanti ipſe me faceret, & quam ium talem erga me animum tibi gratum putaret fore: cuus officia jucundiora ſcilicet ſaepe mihi fuerint, nunquam amen gratiora. Me autem non oratio tua ſolum & ſocietas aene aegritudinis, ſed etiam auctoritas conſolatur. Turpe nim eſſe exiſtimo, me non ita ferre caſum meum ut tu, ali ſapientia praeditus, ferendum putas. Sed opprimor inerdum, & vix reſiſto dolori, quod ea me ſolatia deficiunt uae ceteris, quorum mihi exempla propono, ſimili in ortuna non defuerunt. Nam & Q. Maximus, qui filium onſularem, clarum virum & magnis rebus geſtis amiſit; & L. Paulus, qui duo ſeptem diebus, & veſter Gallus & M.Ca-

C*Ujus officia jucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerint*] Ita editio Victorii, ac lerique Pall. niſi quod tertius & Guerianus, *jucundiora ſi ſæpe mihi fuerint.* luo item Guilielmio conſulti *jucuniora licet ſæpe.* vulgo *fuerunt.* Gebharlus. Hæc diverſitas lectionum, quæ n veteribus libris habetur, fidem miıi facit, *ſcilicet, ſi, licet*, eſſe librariorum commenta, & hinc omnia, unde malum pedem intulerunt, ejicienda. Ciceronem vero ſcripſiſſe, ut plane præ ſe fert Amſtelodamenſis, *cujus officia jucundiora ſæpe mihi fuerint.* Videtur mihi erroris fontem aperire Mentelianus, in quo ſcribitur, *cujus officia jocundiora ſ. ſæpe mihi fuerint.* Iſtud *ſ.* in antiquo libro bis ſcriptum fuit culpa librarii, inde natum *ſi*, quod non nemo expoſuit *licet*, nam *ſi* interdum ponitur pro *etſi, licet*, hinc ortum iſtud *ſcilicet*. Grævius.

Q. Maximus] Q. Fabius Max. Verrucoſus, Ovicula, Cunctator, v Cos. & Dictator, qui filio mortuo laudationem in foro dixit, & poſtea ſcriptam edidit, adeo forti animo filii mortem tulit. *Corradus.*

Filium conſularem] Q. Fabium Max. vel, ut Cic. vocat, Marcum, qui cum T. Sempronio Gracch. Cos. fuit. *Idem.*

Magnis rebus geſtis] Arpis in Apulia captis. *Idem.*

Et L. Paullus] Lege Livium lib. XLV. ut Val. Maximum, & alios mittam. *Idem.*

Qui duo ſeptem diebus] Ita Pall. prim. ſec. Stewech. Vatican. Victorii editio. vulgo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. Cato, qui ſummo ingenio, ſumma virtute filium perdidit, iis temporibus fuerunt ut eorum luctum ipſorum dignitas conſolaretur ea quam ex rep. conſequebantur. Mihi autem, amiſſis ornamentis iis quae ipſe commemoras, quaeque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud ſolatium, quod ereptum eſt. Non amicorum negotiis, non reip. procuratione impediebantur cogitationes meae: nihil in foro agere libebat: adſpicere curiam non poteram: exiſtimabam, id quod erat, omnes me & induſtriae meae fructus & fortunae perdidiſſe. Sed, cum cogitarem, haec mihi tecum & cum quibuſdam eſſe communia: & cum frangerem jam ipſe me cogeremque illa ferre toleranter, habebam quo confugerem, ubi conquieſcerem, cujus in ſermone & ſuavitate omnes curas doloreſque deponerem. Nunc autem hoc tam gravi vulnere etiam illa quae conſanuiſſe

vulgo *duos.* ſtatim *veſter* ſcripſi auctoritate editionis Victorianæ, Pall. prim. quart. quint. Grut. Stewech. Vatic. alias *noſter.* Gebhard.

Et veſter] Ex veſtra gente Sulpitia. *Corradus.*

Gallus] C. Sulpitius Gallus, qui cum M. Claudio Marcello Cos. fuit. de quo in Quæſt. plura diximus. *Idem.*

M. Cato] Cenſorius. *Idem.*

Summo ingenio, ſumma virtute filium] Marcum, Prætorem deſignatum. *Idem.*

Iis temporibus fuerunt, ut eos tum ipſorum dignitas conſolaretur] Nos emendavimus, *ut eorum luctum*, nec tamen hæc integra eſt lectio in antiquo exemplari, etſi ejus non parva veſtigia ſint. Sic enim ibi ſcriptum reperias, *ut eorumlum, ipſorum dignitas conſolaretur*, omnino corrupte, niſi eam aliquantulum adjuves. Nos hanc veram eſſe hujus loci lectionem arbitrati ſumus. Quia tamen parva quadam licentia uſi ſumus, rectum nobis viſum eſt lectorem admonere, ut ſi hanc noſtram opinionem non probaverit, poſſit ipſe meliorem excogitare. Nos raro admodum tantum nobis tribuimus ut aliquid quod non in vetuſtis codicibus invenerimus, receperimus: ſi quando tamen id accidet ut aliquantulum, non longe tamen a vetuſtis veſtigiis diſceſſerimus, ſemper ingenue fatebimur: ſæpe autem in optimis etiam & vetuſtiſſimis exemplaribus dictiones nonnullæ luxatæ & debilitatæ reperiuntur, ut infra etiam in hac ipſa epiſtola locus hic, quem nos non tamen ſoli ſic legimus, *Major mihi levatio adferri nulla poteſt.* Prior ſyllaba dictionis illius *levatio* defecerat, ut *vatio* tantum eſſet in bonis codicibus: hincque fortaſſe natus erat error ut fere in omnibus impreſſis codicibus *ratio* legeretur. Sed quia hæc clara exiſtimavimus, rationemque omnem noſtram qua uſi ſumus, expoſuimus, non erimus longiores. *Victorius.* *Eos tum*] Alii malunt ex antiquis libris legere *eorum luctum.* Corrad. *Ut eorum luct. i. d. c.* Hæc eſt editionis Victorianæ lectio, recepta poſtea Lamb. Pall. hic omnes corrupti ſunt: quorum pr. quint. & editio prima *ut eorum tum ipſo-*

uiſſe videbantur, recrudeſcunt. Non enim ut tum me a p. moeſtum domus excipiebat, quae levaret: ſic nunc omo moerens ad remp. confugere poſſum, ut in ejus bos acquieſcam: itaque & domo abſum & foro, quod c eum dolorem quem a rep. capio, domus jam conſolari poteſt, nec domeſticum reſp. Quo magis te exſpecto, tee videre quam primum cupio. Major mihi levatio afferi nulla poteſt quam conjunctio conſuetudinis ſermonumue noſtrorum: quanquam ſperabam tuum adventum (ſic im audiebam) appropinquare. Ego autem cum multis caulſis te exopto quam primum videre, tum etiam ut te commentemur inter nos, qua ratione nobis traducenim ſit hoc tempus: quod eſt totum ad unius voluntatem Cæſaris. commodandum, & prudentis, & liberalis, & (ut perſpeſſe videor) nec a me alieni, & tibi amiciſſimi. Quod cum a ſit, magnae eſt tamen deliberationis, quae ratio ſit innda nobis, non agendi aliquid, ſed illius conceſſu & beeficio quieſcendi. Vale.

EPI-

orum. ſec. *ut eorum ipſorum.* tert. *ut eo-m tamen ipſorum dignitas.* quart. ac tut. *ut eorum cum ipſorum dignitas.* vul- *ut eos ipſorum dign.* ſed ut edidi, rertum quoque in codice Vaticanæ Biiothecæ. *Gebhardus.* Et totidem litris extat hæc lectio, quam probarunt ctorius & Gebhardus, in primo rævii libro.

Quæ conſenuiſſe videbantur] Nos ſcripſius cum antiquis exemplaribus *conſaiſſe*, quæ omnino elegantior eſt locu-), ut maneat in tranſlatione *vulnerum*, uod facit etiam in verbo *recrudeſcunt*. *ctor. Conſenuiſſe*] Legitur etiam *conſaiſſe*. Corrad. *Quæ conſanuiſſe videbanr, recrudeſcunt*] Ita ex Mediceo Victous: neque aliter quoque Politiani ber, & Vat. omnes tamen Pall. ſicut Grut. *conſenuiſſe*, quod quantus eſt efendit Manutius. Mihi tamen, pa ejus, vetuſtiſſimis libris adhæreere & bonis rationibus præferre hanc libuit. Vetuſtiora enim vulnera pejoris conditionis ſunt, atque adeo deſperatæ ſalutis. Giſanius in Obſervationibus ſuis Linguæ Latinæ citat *conſanaviſſe.* poſitumque vult pro ſimplici. *Gebhard.*

Domo abſum] In prædiis manens. *Corrad.*

Major mihi levatio afferri nulla poteſt] Princeps hujus lectionis auctor eſt Egnatius, qui eam oræ primæ editionis adjecit; potuit tamen eadem optimo Victorio in mentem fuiſſe: imo eam quoque eſſe codicis Vaticani, video ex excerptis And. Schotti. ſed Pall. omn. ſicut & Grut. & Stewech. *ratio.* niſi quod præterea Pal. pr. *ratio affore nulla poteſt.* quod non diſpiciendum videbitur, ſi quis ſagacius indaget. *Gebhardus.* Amſtelodam. *ratio fore nulla.* ſed Græv. primus, *majus mihi ſolatium afferre ratio nulla poteſt.* non inepte.

Unius] Cæſaris. *Corradus.*

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

Victis in Theſſalia Pompeii partibus, diverſum a reliquis Pompeianis M. Marcellus conſilium cepit. nam neque ad Caeſarem victorem ſupplex voluit accedere; quod fortis animi fuit: neque ſe ad eos adjunxit qui bellum in Africa renovandum putarunt: arbitratus, cum integri pares non fuiſſent, fractos ſuperiores eſſe non poſſe. quod ab eo factum ſapienter, belli exitus declaravit. locum igitur bello vacuum Marcellus delegit, ubi, tanquam in exſulio, procul a patria ſerviente (in qua nihil jam leges, nihil mos majorum valeret), procul ab armis (in quibus victoriae ſpes nulla, exitium eſſet exploratum) ſibi ipſe viveret. quod conſilium in hac epiſtola nec probat Cicero, cum ipſe, profligatis Pompeii partibus, in Italiam ſtatim redierit; neque reprehendit, ne virum gravem, hominem ſibi amiciſſimum, imprudentiae damnare videatur. Vtitur igitur via quadam, & ita Marcelli factum laudat ut modum in eo requirat. ad perſuadendum colligit haec: poſſe Marcellum, ſi Romam redeat, nullo negotio fortunas ſuas obtinere: ſe quoque cum in eadem eſſet cauſſa, ad Caeſaris clementiam confugiſſe veniamque impetraſſe: inimico Caeſare, Marcellum nuſquam fore tutum; amico, debere illum Rhodo & Mitylenis Romam anteponere: idem omnes qui eum diligant ſentire: habendam etiam rei familiaris rationem, quae ut ipſo praeſente facile conſervari, ſic abſente diripi ac diſſipari poſſit. Commemorat Marcelli fratris lacrumas, & dolorem ſuum: gratia ſe non abundare, ſed ad omnia quae poſſit, paratum eſſe demonſtrat. Tota moralis eſt epiſtola. C. Caeſare III. M. Lepido Coss. poſt bellum Africanum.

M.T.C. M.MARCELLO S.D.

C. Iulio Caesare III. M. Aemilio Lepido Coss. A.V.C. 707.

ETſi eo te adhuc conſilio uſum intelligo ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipſe diſſentiam, ſed quod ea te ſapientia eſſe judicem ut meum conſilium non anteponam tuo: tamen & amicitiae noſtrae vetuſtas, & tua

ta ſumma erga me benevolentia, quae mihi jam a pueritia ta cognita eſt, me hortata eſt ut ea ſcriberem ad te quae ſaluti tuae conducere arbitrarer, & non aliena eſſe ducem a dignitate. Ego eum te eſſe qui horum malorum ini- n multo ante videris, conſulatum magnificentiſſime atque ptime geſſeris, praeclare memini: ſed idem etiam illa vi- , neque te conſilium civilis belli ita gerendi, neque co- as Cn. Pompeii, nec genus exercitus probare, ſemperque mme diffidere. Qua in ſententia me quoque fuiſſe, me- oria tenere te arbitror. Itaque neque tu multum inter- iſti rebus gerendis: & ego id ſemper egi ne intereſſem. on enim iis rebus pugnabamus quibus valere poteramus, onſilio, auctoritate, cauſſa, quae erant in nobis ſuperiora: d lacertis & viribus, quibus pares non eramus. Victi ſu- us igitur: aut, ſi vinci dignitas non poteſt, fracti certe abjecti. In quo tuum conſilium nemo poteſt non maxi- e laudare, quod cum ſpe vincendi ſimul abjeciſti certan- i etiam cupiditatem: oſtendiſtique, ſapientem & bonum ivem initia belli civilis invitum ſuſcipere, extrema libenter on perſequi. Qui non idem conſilium quod tu ſecuti unt, eos video in duo genera eſſe diſtractos. Aut enim re- ovare bellum conati ſunt, ii qui ſe in Africam contule- runt:

G *Eſſenis*] Cum Servio Sulpitio. *Corradus.*

Neque te conſilium civilis belli ita ge- endi] Qui bellum ducendum cenſe- as. *Idem.* Vide Manut.

Copias Cn. Pompeii] Neque magnas, eque bellicoſas. *Idem.*

Nec genus exercitus] Collectitii. *Idem.*

Semperque ſumme diffidere] Deſperan- em victoriam. *Idem.* *Semperque ſumme iffidere*] Parum abfuit, quin reciperem onjecturam Jani Guilielmii & Gru- eri noſtri *ſummæ*, quandoquidem & am ex vetuſto cod. notarit ad oram rimæ editionum Baptiſta Egnatius. *Gebhardus.* Nihil hic loci conjecturis ſt, nec τῷ *ſummæ.* Recte veteres libri omnes quos docti viri conſuluerunt, excepto Vaticano, habent *ſumme diffidere.* ſicut alibi *ſumma diffidentia.*

Me quoque fuiſſe] Epiſt. 3 lib. VII. *Corradus.*

Ne intereſſem] Epiſt. 18 lib. IX. *Idem.*

Tuum conſilium] Mitylenas ſecedendi. *Idem.*

Extrema libenter non perſequi] Secutus hic ſum fidem quatuor antiquorum librorum, quibus uſus ſum, ſubſcribentibus & aliis, quos eruditi viderunt, ut margines Lambinianæ docent, nec non editione Victoriana. Vulgati, *extrema non libenter perſequi.* Grævius.

Et hi ſe in Africam contulerunt] Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

runt: aut, quemadmodum nos, victori ſeſe crediderunt. Medium quoddam tuum conſilium fuit, qui hoc fortaſſe humilis animi duceres, illud pertinacis. Fateor, a pleriſque, vel dicam ab omnibus, ſapiens tuum conſilium, a multis, etiam magni ac fortis animi judicatum. Sed habet iſta ratio, ut mihi quidem videtur, quendam modum: praeſertim cum tibi nihil deeſſe arbitrer ad tuas fortunas omnis obtinendas, praeter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud eſſe quod dubitationem afferret ei penes quem eſt poteſtas, niſi quod vereretur, ne tu illud beneficium omnino non putares. De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere: cum appareat ipſe quid fecerim. Sed tamen ſi jam ita conſtituiſſes, ut abeſſe perpetuo malles quam ea quae nolles videre: tamen id cogitare deberes, ubicunque eſſes, te fore in ejus ipſius quem fugeres poteſtate: qui ſi facile paſſurus eſſet, te carentem patria & fortunis tuis, quiete & libere vivere: cogitandum tibi tamen eſſet, Romaene & domi tuae, cujuſmodi res eſſet, an Mytilenis aut Rhodi malles vivere.

Cato & Scipio. *Corradus.* Probo ſcripturam mei pervetuſti codicis, *ii qui ſe in Africam contulerunt*, cui & alii ſubſcribunt. vulg. *& hi.* Gebhard. *hique.* Grævius.

Se victos eſſe crediderunt] Nos legimus *victori ſeſe crediderunt*, alio verbi illius ſignificatu, & a Grammaticis notato, & ab optimis auctoribus uſurpato. *Eſt enim*, inquiunt, *credere, fidei ſe committere:* credunt enim ſe alicui qui in illius poteſtatem ſe tradunt, & in ea loca deveniunt ut in eorum arbitrio ſint: ſicut ii qui aut in Italiam redierant, aut in iis locis manſerant quæ Cæſaris præſidiis tenerentur. Simili vel eadem potius ſententia uſus eſt ad Marium ſcribens: quamvis ibi *committere*, non *credere* dixerit. *Certe nihil fuit præterea, ſi te victori nolles aut non auderes committere.* Nam eundem fere ſignificatum eſſe utriuſque verbi hoc præcipue Terentii loco in Eunuch. declaratur. Cum enim Pythias dixiſſet de virgine vitiata, *Quid facerem? ita ut juſti, ſoli credita eſt:* reſpondet Thais, *Sceleſta, ovem lupo commiſiſti.* Eſt autem hoc loco unius tantum litteræ peccatum in antiquis codicibus: *victore* enim, cum *victori* legi debeat, in illis eſt. Sæpe autem hæ vocales immutatæ in antiquis exemplaribus inveniuntur, ut nos alibi accuratius notabimus. *Victor.*

Se victos eſſe] Nonnulli legunt, *victori ſeſe.* Corradus. *Victori ſeſe crediderunt*] Ita ex ſuis Victorius: quod receperunt Lambinus ac Manutius: reſtatque item in Vaticano. nec longe abeunt Pal. quint. & Grut. qui *victores eſſe crediderunt*. ceteri omnes cum vulgatis, *ſe victos eſſe crediderunt*. Gebhardus.

Dubitation. afferret ei] Cæſari. *Corrad.*

Ne tu illud] Reſtitutionem. *Idem.*

Ipſe quid fecerim] Qui me victori commiſerim. *Idem.*

Tamen ſi] Al. *ſed tametſi.* Idem.

Cujuſmodi] Alii reponunt, *cujuſcujuſmodi.* Idem. *Cujuſmodi res eſſet*]

Quid

re. Sed cum ita late pateat ejus poteſtas quem veremur, terrarum orbem complexa ſit: nonne mavis ſine pericu- domi tuae eſſe, quam cum periculo alienae? Equidem, iam ſi oppetenda mors eſſet, domi atque in patria mal- m, quam in externis atque alienis locis. Hoc idem omnes ii te diligunt, ſentiunt: quorum eſt magna, pro tuis ma- mis clariſſimiſque virtutibus, multitudo. Habemus et- m rationem rei familiaris tuae, quam diſſipari nolumus. am etſi nullam poteſt accipere injuriam quae futura per- etua ſit: propterea quod neque is qui tenet remp. patietur, eque ipſa reſp. tamen impetum praedonum in tuas fortu- as fieri nolo. Hi autem qui eſſent auderem ſcribere, niſi intelligere confiderem. Hic te unius ſollicitudines, unius tiam multae & aſſiduae lacrymae C. Marcelli, fratris opti- ii, deprecantur: nos cura & dolore proximi ſumus: preci- us tardiores, quod jus adeundi, cum ipſi deprecatione egue- imus, non habemus. Gratia tantum poſſumus quantum vi- ti. Sed tamen conſilio, ſtudio, Marcello non deſumus. A uis reliquis non adhibemur: ad omnia parati ſumus. Vale.

EPI-

Quid ſi, *cujuſcujuſmodi*, vel *cujuſcunque modi res eſſet?* nam alioqui nullus enſus. *Bern. Rutill.*

An Mitylenis] Ubi manes, a Crappo inſtructus omni copia. *Corrad.*

Quem veremur] Leges etiam *quam*, ut ad poteſtatem referas. *Idem.*

Ii autem qui eſſent] M. Antonius & lii Cæſariani. *Idem.*

Hic te unius ſollicitudines] Legendum eſſe *hic pro te unius ſollicitudines*, intelliget qui hæc attente leget. Hoc enim licit M. Tullius, C. Marcellum fratrem, & ſe, pro M. Marcello deprecai, non autem precibus a M. Marcello contendere ut aliquid agat. Quod ta eſſe, argumento id eſt quod proxime ſequitur, *Nos cura & dolore proximi ſumus, precibus tardiores: quod jus adeundi, cum ipſi deprecatore eguerimus, non habemus.* Lambinus. Sed vide Manut.

Nos cura & dolore proximi ſumus] C. Marcel. fratri, cui uni cedimus, prætere nemini. *Corradus.*

Adeundi] Ad Cæſarem. *Idem.*

Cum ipſi deprecatione eguerimus] Dolabellæ, Trebatii, Panſæ, Hirtii, Balbi & Oppii. Legitur & *deprecatore*. Idem.

Cum i. deprecatione e.] Sic eſt in omnibus Pall. Grut. Peck. editione omnium vetuſtiſſima: neque aliter edidit Victorius. vulgo *deprecatore*. Gebhardus.

A tuis reliquis non adhibemur] *Adhiberi* pro *conſulere* poni hic notavit Manutius, ſic & Græci χρῆσθαι uſurpant. vide ſi tanti, quæ notavi ad Luciani Pſeudoſophiſtam nota 40. *Grav.*

Virum

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

Partes hujus epiſtolae ſunt tres. In prima laudat Cicero Marcelli prudentiam & fortitudinem, ut ejus vel monendi vel confirmandi officium ideo videatur omittere, quia neceſſarium non putet: in ſecunda ſe paratum ad omnia pollicetur: in tertia ſtudet ei perſuadere ut omnino, quicunque ſtatus reipub. ſit, in patria vivat. Eodem anno.

M. T. C. M. MARCELLO S. D.

NEque monere te audeo praeſtanti prudentia virum, nec confirmare, maximi animi hominem unumque fortiſſimum, conſolari vero nullo modo. Nam ſi ea quae acciderunt ita fers ut audio, gratulari magis virtuti debeo, quam conſolari dolorem tuum. ſin te tanta mala reip. frangunt, non ita abundo ingenio ut te conſoler, cum ipſe me non poſſim. Reliquum eſt igitur, ut tibi me in omni re eum praebeam praeſtemque, ut ad omnia quae tui velint, ita adſim praeſto ut me non ſolum omnia debere tua cauſſa,

ſed

V*Irumque fortiſſimum*] P. Victorius edidit *unumque fortiſſimum*. nos *virum fortiſſimum* retinemus: quod hanc lectionem comprobent noſtri fere omnes libri manuſcr. *Lambin.* *Unumque fortiſſimum*] Ita Victorii editio, ita Pal. pr. idque item ex aliquo vet. cod. adnotat Guilielm. certe unico Palat. plus tribuo quam omnibus Lambinianis. vulgo *virumque fortiſſimum*. Gebhard. Amſtelodamenſis tuetur quoque *unum*.

Ut audio] Te a Cratippo inſtructum ferre. *Corrad.*

Ut me non ſolum omnia debere tua cauſſa, ſed ea quoque etiam quæ non poſſim putent] Pro *putent* etiam *putem* leges. *Corradus.* Cunctis in exemplaribus, quæ quidem ipſe viderim, verba quædam deſunt. Locum ſubjiciam, ut eſt in manuſcripto exemplari: *Ut ad omnia quæ tui velint, ita adſim præſto, ut me non ſolum omnia debere tua cauſſa quæ poſſum, ſed ea etiam quæ non poſſum, putent.* Ubi ſane perperam in recentioribus omiſſa ſunt illa verba *quæ poſſim:* ſine quibus ſententia minus apte cohæret. Et mehercle miror Aldum iſta hominem diligentiſſimum, non obſervaſſe cum hoſce Epiſtolarum libros ederet. Quanquam ne quid hic diſſimulem, multa ille quoque perperam (pace viri dixerim) cum in his tum in illis ad Atticum epiſtolis excudit: quale eſt, quod annotavimus, illud ad Plancum: *Ut hoc, quod te tua ſponte facturum eſſe certo ſcio, honoris noſtri cauſſa libenter, non prolixe, ſed celeriter facias.* Quum legen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſi ea quoque etiam quae non poſſim, putent. Illud tamen vel tu me monuiſſe vel cenſuiſſe puta, vel propter benevo-lntiam tacere non potuiſſe: ut quod ego facio, tu quo-que animum inducas: ſi ſit aliqua reſp. in ea te eſſe oporte-, judicio hominum reque principem, neceſſitate ceden-m tempori: ſin autem nulla ſit, hunc tamen aptiſſimum ſe etiam ad exſulandum locum. Si enim libertatem ſequi-ur: qui locus hoc dominatu vacat? ſin qualemcunque cum, quae eſt domeſtica ſede jucundior? Sed mihi cre-e, etiam is qui omnia tenet, favet ingeniis: nobilitatem ero & dignitates hominum, quantum ei res & ipſius cauſ-a concedit, amplectitur. Sed plura quam ſtatueram. Redeo ergo ad unum illud, me tuum eſſe, fore cum tuis, ſi

egendum ſit, *libenter, prolixe, celeriter* *icias.* Qua de re diligenter in caſtiga-ionibus noſtris. Tale illud quoque, *Nemo doctus unquam (multa autem de hoc enere ſcripta ſunt) mutationem conſilii in-onſtantiam dixit eſſe.* Hæc vera lectio. Sed quam ſit apud illum hic locus male diſtinctus conſtat. *Joan. Riv. Attend.* Secuti ſunt hujus exemplaris quod Rivius evolvit ſcripturam Paul-lus Manutius & Lambinus, aliique recentiores. Sed codices alii omnes Medic. Vatic. Palatini, Amſtelodam. Mentel. Grævii omittunt *quæ poſſim.* quos expreſſit cum antiquis editioni-bus Victorius & Gebhardus. Inſerue-runt iidem, *etiam*, quod vulgo omiſ-ſum. legendum etiam *putent* ex Men-tel. V.C. N.Scelſi, edd. Manut. Carol. Steph. male Gebhardus aliique *putem.* Græv. *Ut adſim præſto, ut me non ſolum omnia debere tua; ſed ea quoque etiam, quæ non poſſim, putem*] Emaculavi hunc lo-cum, in vulgatis male acceptum o-pe quinque Pall. Grut. editionum pri-mæ ac Victorianæ. nam *adſim* non *ſim* Pall. quatuor. prima editio *aſim.* dein-de *quæ poſſim* nullibi comparent, cum vulgo ſequi ament poſt *tua cauſſa.* de-nique ſuaſu eorundem omnium *etiam* immiſi, accedente quoque Stewechia-no; cum vulgo omiſſum ſit. *Gebhard.*

Illud tamen multum me monuiſſe, &c.] Ego non longe ab antiquis codicibus pro *multum*, *vel tu* ſcripſi. Non enim eſt ne in illis quidem integra & incor-rupta hæc lectio: in una enim littera lapſus eſt librarius, duoque mono-ſyllaba in unam dictionem conjunxit: *vultu* enim ſcripſit, cum *vel tu* foret ſcribendum. ſed hæc minuta; quæ ta-men reſtituta, in tanto ſcriptore non ingrata fore arbitror. *Victorius.* *Cenſuiſſe puta*] Quamvis ego non au-deam. *Corradus.* *Illud tamen multum me monuiſſe*] Vide num malis, *Illud ta-men unum me non monuiſſe, ſed cenſuiſſe puta.* quia dixit initio: *Neque monere te audeo, præſtanti prudentia virum.* Bern. Rutil. *Vel tu* notavit ex veteri quo-que libro Guilielmius. Amſtelod. Mentel. Græv. *multum.*

Me tuum eſſe, fore cum tuis] Eleganter ſic edidit Victorius, extatque ea lectio in Pall. omn. Grut. Vatic. Stewech. vulgo *me tuum fore cum tuis.* in Pal. ta-men quarto, *me tuum eſſe & fore.* ſed illud *&* eſt a ſequiore manu. *Gebhard.* Subſcribunt lectioni editæ Amſtelod. Mentel. Grævii libri.

ſi modo erunt tui: ſi minus, me certe in omnibus rebus ſatis noſtrae conjunctioni amorique facturum. Vale.

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

Et hic refellere omnia conatur quae reditum in patriam diſſuadere Marcello videbantur. Non libenter vides ea quae fiunt: at eadem audis quotidie, quae majora etiam videri ſolent. Acerbum putas, ſi cogaris vel dicere quod non ſentias, vel facere quod non probes. eſto: neceſſitas excuſat. verum nec loqui contra ſententiam ſuam quiſquam cogitur: & tacere plane licet. At unus omnia tenet. idem accidiſſet victore Pompeio; qui etiam crudelior fuiſſet; ut ex praeteritis intelligitur. Laudem ex conſilio tuo conſecutus es fateor. ſed hujus quidem laudis partem ſibi aliquam fortuna vindicat; cujus beneficio factum eſt, ut honeſto otio tenueris & ſtatum & famam dignitatis tuae. quod cum ita ſit, qui tibi ſecundam perpetuo fortunam praeſtare potes? habet igitur iſta ratio modum quendam. Si jucunditatem quaeris; qui locus domeſtica ſede jucundior aut dulcior? Adſpectum patriae fugis, quia deformior eſt. miſerere potius, nec auge miſeriam ejus abſentia tua. Magni animi laus te delectat: ideo ſupplex ad Caeſarem ire noluiſti. poteſt adſcribi ſuperbiae, ſi aſpernaris ejuſdem liberalitatem. Nec tam ſapientia videtur, carere patria ſerviente, quam inhumanitas quaedam, non ejus deſiderio teneri. Publica (inquis) re non fruar, cum ad unum delata omnia ſint. an ideo privatam quoque contemnas? Quae ſi te non movent, aut ſi tibi vita iſta videtur eſſe commodior, ſuſcipe curam ſalutis tuae, nec eadem quae commoda, ſimul tuta eſſe exiſtima. Moralis tota, iiſdem conſulibus.

M.T.C. M.MARCELLO S.D.

ETſi perpaucis ante diebus dederam Q. Mucio litteras ad te pluribus verbis ſcriptas, quibus declaraveram quo

Q. Mutio] Multi veteres libri habent *nuntio*. Corrad.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

o te animo cenſerem eſſe oportere, & quid tibi facien-m arbitrarer: tamen cum Theophilus, libertus tuus, pro-iſceretur, cujus ego fidem erga te benevolentiámque per-xeram, ſine meis litteris eum ad te venire nolui. Iiſdem tur de rebus etiam atque etiam hortor quibus ſuperiori-s litteris hortatus ſum, ut in ea rep. quaecunque eſt, quam imum velis eſſe. Multa videbis fortaſſe quae nolis; non ura tamen quam audis quotidie. Non eſt porro tuum no ſenſu ſolum oculorum moveri: cum idem illud auri-is percipias, quod etiam majus videri ſolet, minus labo-re. At tibi ipſi dicendum erit aliquid quod non ſentias, t faciendum quod non probes. Primum tempori cede-, id eſt, neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſt habitum. einde non habet, ut nunc quidem eſt, id vitii res. Dice-fortaſſe quae ſentias non licet: tacere plane licet. Omnia nim delata ad unum ſunt. Is utitur conſilio ne ſuorum uidem, ſed ſuo. Quod non multo ſecus fieret, ſi is remp. eneret quem ſecuti ſumus. An qui in bello, cum omnium noſtrum

Iſdem igitur de rebus] Cum in uno odice manuſcripto reperiſſem ſcri-um *Iiſdem igitur de te rebus*, ego *te de bus* legendum eſſe judicavi. Jam *iſ-m* pro *iiſdem* uſitatum fuiſſe veteri-us ſcriptoribus, non ſemel admo-uimus. *Lambinus.*

Non habet id vitii res] Ut dicendum t aliquid quod non ſentias, aut fa-iendum quod non probes. *Corrad.*

Ut nunc quidem eſt] Sic veteres ele-anter loquuntur, pro quo barbari odie dicunt, *rebus ſic ſtantibus*. exem-la vide apud Manut.

Is utitur conſilio] Cæſar. *Idem.*

Ne ſuorum quidem ſed ſuo] Sic legen-lum, *ne ſuorum quidem, ſed ſuo*, ut ha-ent omnes libri: non (ut olim edi-um eſt, *ne ſuo quidem, ſed ſuorum.* Quod utem ſic olim editum eſt, mea non-ulla culpa eſt, qui cum amici cujuſ-lam mei, viri docti, conjecturam dſcripſiſſem ad marginem exempli quod typographus ſecuturus eſſet, ope-ris anſam peccandi præbuerim. Docti quidam tamen hanc lectionem pro-bant, me diſſentiente. *Lambinus.*

Quod non multo ſecus fieret] In perve-tere lib. ſic legimus, *Quod multo ſecus fieret, ſecus autem fieret, quoniam Pom-peius, ſi Rempub. teneret, non ſuo, ut Cæſar, ſed certorum hominum, ut conſue-verat, conſilio uteretur.* Corrad.

Si is Rempublicam teneret] Pompeius. *Corradus.*

An qui in bello cum omnium noſtrum con-junctum eſſet periculum ſuo] Nonnul-li emendarunt, *conjunctum eſſe pericu-lum ſuo cerneret.* Nos quamvis hanc le-ctionem ſecuti ſimus, fatemur tamen, etſi quædam ejus veſtigia ſint in anti-quiſſimo & probatiſſimo illo codice, non tamen ſic omnino ibi legi. Ut au-tem eruditi poſſint, huic ne, an vulga-tæ magis credendum ſit, ſtatuere: hic cum fide antiquam exponemus. Sciant igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

noſtrum conjunctum eſſe periculum ſuo cerneret, cert
rum hominum minime prudentium conſilio uteretur, eu
magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſ
quam incertis rebus fuiſſet? & qui nec te conſule tuum ſ
pientiſ

igitur e duabus dictionibus quæ immutatæ ſunt, priorem *eſſe* inquam, ita in antiquis legi, poſteriorem autem *cerneret* non integram in illis eſſe, ſed ejus tantum poſtremam ſyllabam, ſcilicet *et*. debeatne igitur ex hac ſyllaba divinari totam illam dictionem deeſſe, an hanc particulam abundare exiſtimandum ſit, ſuum unuſquiſque judicium conſulat. Nos, etſi hanc magis probaverimus (nec enim illam recepiſſemus niſi meliorem crediſſemus) non tamen eam pertinaciter defendimus: in rebus enim incertis, nihil pro certo afferimus: quod autem in antiquis *eſſe* legitur, non *eſſet*, adjuvat hanc recentem lectionem. *Victorius.* Rivius ſic legendum cenſet, ex quodam codice MS. *cum omnium noſtrum conjunctum eſſet periculum, certorum hominum*, &c. Quo quidem modo ego in duobus etiam libris Memmianis ſcriptum vidi. *Lambin.* Meus primus liber plane reſpondet Mediceo, niſi quod pro *eſſe* habeat *eſſet*. Sic in illo ſcribitur, *cum omnium noſtrum conjunctum eſſet periculum ſuo et.* ſicut & is quo Rivius uſus eſt & Mentelianus. At Amſtelod. *cum omnium noſtrum conjunctum eſſet periculum ſuo cerneret.* Cenſeo ſcribendum eſſe, ut veteres præ ſe ferunt editiones, *cum omnium noſtrum conjunctum eſſet periculum ſuo.* Illud *cerneret* ortum ex ſequente vocabulo *certorum.* Grævius.

Certorum hominum minime prudentium conſilio] Libonis, L. Lucii & Theophanis, atque Labieni. *Corradus.*

Eum magis communem cenſemus in victoria futurum] *Comem* pro *communem* legebat amicus meus homo doctiſſimus, qui ſe hanc lectionem in antiquo libro repeiſſe affirmabat. *F. Urſinus.* Probat ex fide cujuſdam aſſ
rentis ex V. C. *eum magis comem cen*
mus in victoria f. f. Urſinus; quæ e
dem Guilielmii conjectura erat; ſ
homines non poterant ſcire quid eſſ
communem eſſe. Ego margaritum n
muto glarea. *Gebhardus.* Amic
iſte Urſini non eſt audiendus n
Guilielmius. *Communes* Latinis d
cuntur *comes*, aliter *civiles*, qui nih
ſingulare ac præcipuum ſibi tribuu
præ aliis, qui non ſupra alios cives
extollunt, qui ſunt populares, mod
ſti, patientes juris legumque com
munium, qui non ſuo in omnibu
utuntur conſilio, ſed & aliorum c
vium, hominumve. Sueton. Clau
21. *Nec ullo ſpectaculo communior aut r*
miſſior erat. C. Nep. Attic. 3. *Hic au*
tem ſic ſe gerebat, ut communis infimis, pa
principibus videretur. Plin. Paneg. c. 2
Enim vero quam commune, & ex æquo
quod felices felicem illum prædicamus? Ho
eſt, *civile* ut paullo ante idem loqui
tur, alienum a faſtu, populare. Iden
cap. 24. *Ante te Principes, faſtidio no*
ſtri & quodam æqualitatis metu, uſum pe
dum amiſerant: illos ergo humeri cervice
que ſervorum ſuper ora noſtra, te fama, t
gloria, te civium pietas, te libertas ſupe
ipſos principes vehunt: te ad ſidera tolli
humus, ita communia & confuſa principi
veſtigia. hoc eſt, incedis ut alii cive
pedibus nimirum, non equo, au
in lectica vectus. Terent. *Quenquamn*
animo tam communi eſſe aut leni putes
Grævius.

Incertis in rebus fuiſſet] *Cæteris in rebu*
habet vetus liber. *Corradus.* *Quam*
incertis in rebus fuiſſet] Sic emendavit
P. Victorius, cum antea vulgo legere-
tur *quam in cæteris rebus fuiſſet?* quæ tamen lectio reperitur in uno cod. Memmiano. Alii cum editione Flo-

ren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

entiſſimum conſilium ſecutus eſſet, nec fratre tuo conſu-
rum ex auctoritate tua gerente, vobis auctoribus uti vo-
erit, nunc omnia tenentem, noſtras ſententias deſidera-
rum cenſes fuiſſe? omnia ſunt miſera in bellis civilibus.
ıae majores noſtri ne ſemel quidem, noſtra aetas ſaepe
n ſenſit. ſed miſerius nihil quam ipſa victoria: quae et-
nſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores, impo-
ntioreſque reddit: ut etiamſi natura tales non ſint, ne-
ſſitate eſſe cogantur. Multa enim victori eorum arbitrio
r quos vicit, etiam invito facienda ſunt. An tu non vi-
bas mecum ſimul quam illa crudelis eſſet futura victoria?
tur tunc quoque patria careres, ne quae nolles, videres?
on, inquies. ego enim ipſe tenerem opes & dignitatem
eam. At erat tuae virtutis, in minimis tuas res ponere,
rep. vehementius laborare. Deinde, qui finis iſtius con-
ii eſt? nam adhuc & factum tuum probatur, &, ut in
li re, etiam fortuna laudatur: factum, quod & initium
belli

ıtina & Victoriana conſentiunt, ha-
ıtque *incertis in rebus*: niſi quod in
o hoc diſſimilitudinis ineſſe ani-
ıdverti, quod habet *ceteris in rebus*
ıus fuiſſet. Qua in ſcriptura, vocem
ıis, natam eſſe ex gloſſa, quam vo-
ıt, in promtu eſt. *Lambin.* *Quam*
ertis rebus fuiſſet] Ubi perperam alii
eris in rebus fuiſſet: cum eſſe debeat,
ertis, pro adhuc dubiis, videlicet
ndum parta atque explorata victo-
. Eſt enim ſenſus, Qui incerta vi-
ɔria nihil conſilia noſtra moratus
, quid eum dijudicata jam belli
rtuna facturum fuiſſe credimus? Fa-
nobiſcum exemplar in pergamenis
ſcriptum, cujus nobis copiam fecit
ıriſſ. Equ. Guntherus a Bunaw. Eſt
iam perperam hic locus in codicibus
is diſtinctus, non abſque perturba-
ıne ſenſus. *Jo. Riv. Attend.* *Quam*
ertis rebus fuiſſet] Hanc ſcripturam
ɛtuli ex Vaticano; cum Victorius
iderit, *quam incertis in rebus fuiſſet*.

Pall. vero pr. quart. *quam certis in rebus f.* reliqui *ceteris in rebus* Gebhardus.

Tum ſapientiſſimum conſilium ſecutus eſſet] Quando tibi Cos. finienti provincias Gallicas Kal. Mart. reſtitit. *Corradus.*

Fratre tuo] C. Marcello. *Idem.*

Gerente] Cum L. Lentulo Cruſcello, vel, ut alii volunt, cum L. Paullo. *Idem.*

Vobis auctoribus uti voluerit] Suadentibus vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferendam, & ob id Cæſari Ciſalpinam Galliam, Illyricumque, & ſex militum millia uſque ad ſecundi conſulatus petitionem concedenda. *Idem.*

Quam illa crudelis eſſet futura victoria] Jam tum in bello, Domitio, Scipione, Lentuloque Spintere de Cæſaris ſacerdotio contendentibus: aliis quoque domos, bonaque eorum qui in caſtris erant Cæſaris, petentibus. Lege etiam epiſt. 3 lib. VII. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

belli neceſſario ſecutus ſis, & extrema ſapienter perſequi nc lueris: fortuna, quod honeſto otio tenueris & ſtatum, & famam dignitatis tuae. Nunc vero nec locus tibi ullus dul cior eſſe debet patria: nec eam diligere minus debes quo deformior eſt, ſed misereri potius, nec eam multis clari viris orbatam, privare etiam adſpectu tuo. Denique, ſi fui magni animi non iſſe ſupplicem victori: vide ne ſuperbi ſit aſpernari ejuſdem liberalitatem: &, ſi ſapientis eſt carer patria, duri non deſiderare: & ſi rep. non poſſis frui, ſtul tum eſt nolle privata. Caput eſt illud, ut, ſi iſta vita tib commodior eſſe videatur, cogitandum tamen ſit, ne tutio non ſit. magna gladiorum eſt licentia: ſed in externis lo cis minor etiam ad facinus verecundia. Mihi ſalus tua tan tae curae eſt, ut Marcello fratri tuo aut par aut certe proxi mus ſim. Tuum eſt conſulere temporibus, & incolumita ti & vitae & fortunis tuis. Vale.

Extrema ſapienter perſequi nolueris] Non cum Catone & Scipione profectus ſis in Africam ad inſtaurandum bellum, ſed ſeceſſeris Mitylenas.

Honeſto otio] Mitylenis uſurpatione & renovatione doctrinæ. *Corradus.*

Non iſſe ſupplicem victori] Al. *fuiſſe.* Corrad. *Non iſſe ſupplicem victori*] Sic recte ex Mediceo Victorius (nam in eo ita eſſe, adnotat ad primam impreſſionem Egnatius) eumque ſecutus Lambin. ſicque reperitur in Vaticano. Propertius, *ecquando ire tibi libe ſum viſus?* Pall. omn. *eſſe*, præter ſec in quo *fuiſſe*. Gebhardus.

Et ſi rep. non poſſis frui, ſtultum e nolle privata] *Stulti ſit*, eſt in vetere libro; quæ lectio melius cum ſuperioribus conjungitur. *F. Urſin.*

Magna gladiorum eſt licentia] Ita omn. MSS. Vulgati tamen *gladiatorum* neſcio quibus fiduciis. *Gebhardus.* *Gladiatorum* tamen extat in primo Grævii & Menteliano. *gladiorum* in Amſtelodamenſi.

EPISTOLA X.

ARGUMENTUM.

Deſiderari aliquot ad Marcellum epiſtolas, vel unam certae quae reditum impetratum ſignificet, facile poſſum ſuſpicari. gratulatum enim Marcello Ciceronem, quod ei Caeſar ignoviſſet, atque oſtendiſſe quemadmodum acta res eſſet, indicat ipſius Marcelli quae proxime ſequitur, epiſtola. Hic hortatur ut reditum maturet;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

t; cum id ad rem ejus familiarem valde pertineat. Caeſare v Coſ. ſine collega.

M. T. C. M. MARCELLO S. D.

E Tſi nihil erat novi quod ad te ſcriberem, magiſque litteras tuas jam exſpectare incipiebam, vel te potius ſum: tamen cum Theophilus proficiſceretur, non potui ihil ei litterarum dare. Cura igitur ut quam primum veias. venies enim, mihi crede, exſpectatus, neque ſolum obis, id eſt, tuis, ſed prorſus omnibus. Venit enim mihi i mentem, ſubvereri interdum, ne te delectet tarda deceſo. Quod ſi nullum haberes ſenſum niſi oculorum, prorıs tibi ignoſcerem ſi quoſdam nolles videre. ſed cum leora non multo eſſent quae audirentur quam quae videntur, ſuſpicarer autem multum intereſſe rei familiaris ıae, te quam primum venire, idque in omnes partes valet; putavi ea de re te eſſe admonendum. Sed quoniam uod mihi placeret oſtendi, reliqua tu pro tua prudentia onſiderabis. Me tamen velim quod ad tempus te exſpectenus, certiorem facias. Vale.

Tſi nihil novi, quod ad te ſcriberem, habebam] In Mediceo, quæ extrea hic eſt dictio non legitur, nec alia o illa reſtituitur, quod vitio librarii tum eſt, qui in exſcribenda epiſto- omiſit quod ante in capite libri, m indicem faceret, poſuerat: ita im legendum eſt, *Etſi nihil erat no-, quod ad te ſcriberem, magiſque litte-tuas:* & quæ ſequuntur. *Victorius.* Sic clare Grævii primus liber, in aliis omittebatur *erat*.

Ne te delectet tarda diſceſſio] *Deceſſio* magis placet, ut in veteribus libris legitur. *Corradus.* *Ne te del. t. dec.*] Ut qui non libenter venias.

Si quoſdam nolles videre] Cæſarianos, in victoria nimis inſolentes. *Corradus.*

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

De ſuo reditu a Caeſare impetrato Marcellus e Ciceronis litteris gnoverat. nunc ſe commotum Ciceronis auctoritate, ad reditum agnopere cohortantis, exſulandi conſilium abjeciſſe demonſtrat:

 quando

quando tamen ſe daturus in viam ſit, non ſignificat. Videtur ha epiſtola ante ſuperiorem fuiſſe collocanda. in hac enim ſcribit Ma cellus, commotum ſe Ciceronis litteris in patriam eſſe rediturum in illa Cicero certiorem ſe de hoc Marcelli conſilio jam eſſe factun oſtendit.

M. MARCELLVS M. CICERONI S.D.

PLurimum valuiſſe apud me tuam ſemper auctoritatem cum in omni re tum in hoc maxime negotio potes ex ſtimare. Cum mihi C. Marcellus, frater amantiſſimus me non ſolum conſilium daret, ſed precibus quoque me obſ craret, non prius mihi perſuadere potuit quam tuis eſt eff ctum litteris, ut uterer veſtro potiſſimum conſilio. R quemadmodum ſit acta veſtrae litterae mihi declarant. Gr tulatio tua etſi eſt mihi probatiſſima, quod ab optimo f animo, tamen hoc mihi multo jucundius eſt & gratiu quod in ſumma paucitate amicorum, propinquorum ac ne ceſſariorum qui vere meae ſaluti faverent, te cupidiſſimu mei ſingularemque mihi benevolentiam praeſtitiſſe cogno vi. Reliqua ſunt ejuſmodi quibus ego, quoniam haec eran tempora, facile & aequo animo carebam. hoc vero eju modi eſſe ſtatuo, ut ſine talium virorum & amicorum be nevolentia, neque in adverſa neque in ſecunda fortuna qui quam vivere poſſit. Itaque in hoc ego mihi gratulor. T ver

SEd *precibus quoque me obſecraret*] Non contemnenda eſt lectio veteris codicis N. Scelſi, *ſed precibus quoque me oneraret*. eſt fatigaret. ſic *onerare promiſſis* Salluſt. *onerare laudibus*, Cic. 11 Philipp. *Grævius.*

Conſilio] Ut domum redirem. *Corradus.*

Res quemadmodum ſit acta] Epiſt. 4 hujus libri. *Idem.*

Quod optimo ſit animo] Libri veteres omnes habent, *quod ab optimo ſit animo*, &c. ex quo ſuſpicari poſſit aliquis legendum, *quod ab optimo proficiſcitur animo.* Lambin.

Hoc mihi gratulor] Libri MSS. habent, *in hoc mihi gratulor*. Lambinus Sic & omnes Palatini, & quibus ipſ uſus ſum quatuor libri. Eſt autem gratulari *in aliquo*, de aliqua re gratulari. Sic *accuſari* & *excuſari in aliquo* eſt de aliqua re. Cic. 11 ad Q. Fratr ep. 2. *Primum me tibi excuſo in eo ipſo in quo te accuſo.* Sic *qui in hac re diſputant* apud Terent. in prol. Andr. *Grævius.*

Ser

ro ut intelligas, homini amiciſſimo te tribuiſſe officium, tibi praeſtabo. Vale.

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Marcellum a Magio interfectum, ſuaque erga mortuum officia nificat.

SER. SVLPICIVS M. CICERONI S. D.

Tſi ſcio non jucundiſſimum nuntium me vobis allaturum, tamen quoniam caſus & natura in nobis dominatur,

Ervius Sulpitius M. Cic. S. D.] Inſcriptio poſterioris epiſtolæ Sulpi- hæc eſt in priſco illo codice: *Sers Ciceroni ſalutem pluribus verbis*, conerent eruditi & ingenioſi viri, vat ne hæc verba, quæ ipſi non accenus, & ut parvi omnino momenti, it ſuſpecta, qui in nullis aliis epilis hujuſcemodi aliquid vidimus: notavimus tamen, ut ſi quis ea proit, poſſit in ſuum codicem reſtire. *Victorius.*

Me vobis] Al. *me tibi*: quod mihi xime placet, niſi forte Servius pluus ſcribat, id quod judicari poteſt inſcriptione quæ eſt in veteribus lis hujuſmodi, *Servius Sulpitius S. D. ribus verbis.* Etſi ita perturbata eſt, difficilis ſit conjectura. *Corradus.*

Quoniam caſus & natura in bonis dominatur] *Caſus* in multis, ut nunc in rcello: *Natura*, in omnibus, quom hujus finem mortem eſſe dit. *In bonis*, imo etiam in malis. forte legendum ſit, *in nobis.* Corus. *Quoniam caſus & natura* (quæ recte habent verba, & fere in oibus impreſſis eodem modo legun) quia nonnulli labefactare & pertere auſi ſunt, non potuimus diſulare: hi enim pro *natura*, *fortuna* oſuerunt, & contra veterum codicum fidem facientes, & nulla neceſſitate receptam lectionem immutantes. Loquitur enim ex opinione illorum qui *naturam* non alicujus gratia, & certo propoſito ſibi fine, neque quod melius ita ſit, ſed temere & fortuito agere putabant: quam Ariſtoteles lib. II Naturalis auſcultationis diligenter oppugnat. Qui fuerint hujus opinionis auctores & defenſores, Simplicius eo loco his verbis docet, Ταύτης δὲ δοκοῦσι τῆς δόξης τῶν μὲν ἀρχαίων φυσικῶν ὅσοι τὴν ὑλικὴν ἀνάγκην αἰτίαν εἶναι τῶν γινομένων φασίν, καὶ τῶν ὕστερον οἱ Ἐπικούρειοι. Sic etiam loquitur auctor Rhetoricorum ad Herennium, quiſquis fuerit, libro tertio, *In vituperatione ſi erunt hæc corporis commoda, male his uſum dicemus, quæ caſu & natura tanquam quilibet gladiator habuerit.* Etſi illinc quoque eam dictionem delere conati ſunt, & in ejus locum *fortuna* ponere: veruntamen in antiquis, & in Aldinis etiam codicibus *natura* legas. *Victorius.* *In bonis dominatur*] Mediceus quoque liber *in bonis* habet. Nulla certa adferri poſſunt argumenta, quæ doceant hoc, aut illo modo neceſſario legi debere & utraque, quantum ego intelligo, lectio defendi poteſt. *Idem.* *Caſ. & nat. in bon. d.*] Ant. Auguſtin. *in natura bonis* legendum

O 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

natur, viſum eſt faciendum, quoquo modo res ſe haberet, vos certiores facere. A. d. x Kal. Iun. cum ab Epidauro Piraeeum navi advectus eſſem, ibi Marcellum, collegam noſtrum, conveni, eumque diem ibi conſumſi, ut cum eo eſſem. Poſtero die cum ab eo digreſſus eſſem, eo conſilio ut ab Athenis in Boeotiam irem, reliquamque juriſdictionem abſolverem, ille, uti ajebat, ſupra Majas in Italiam verſus navigaturus erat. Poſtridie ejus diei, cum ab Athenis proficiſci in animo haberem, circiter hora decima noctis P. Poſtumius, familiaris ejus, ad me venit, & mihi nun-

dum exiſtimat: mihi tamen *nobis* pro *bonis* magis placet, deleta ſcilicet macula, quæ ex tranſpoſitione (ut videtur) litterarum inhæſit. *F. Urſinus.* *In nobis*] Reperta eſt poſtea hæc lectio in antiquis libris, & recepta a Grutero, aliiſque. libri tamen Grævii, Amſtelod. & Mentel. omnes *in bonis.*

Vos certiores ut facerem] Secutus ſum libros pleroſque vulgatos. nam ſcripti omnes habent, *vos certiores facere*: quomodo edidit P. Victorius. Sed hoc loquendi genus ferri non poteſt, meo quidem judicio, *viſum eſt faciendum, vos facere certiores.* Itaque vel ita legendum ut habent illi vulgati libri, vel *ſi vos certiores facere* legi volumus, delenda vox *faciendum*: ut ita legatur, *viſum eſt, quoquo modo res ſe haberet, certiores vos facere.* Lambin.

Collegam noſtrum] In conſulatu. *Corradus.*

Reliquamque juriſdictionem abſolverem] Conventus agerem juris dicendi cauſſa in illis locis, in quibus nondum egeram.

Supra Majas] Varie legunt docti, *ſuprema æſtate*, *ſupremo Majo*, *ſupra Maleas*, ὑπὲρ Μαλέας. Eligat quiſque, quod magis probat, donec melius inveniatur. *Corrad.* *Supra Maleas*] Sic legendum eſſe, jampridem indicavit P. Victorius. eſt autem Μαλέα, ἄκρα πρὸς Πελοποννήσῳ, ut docet Stephanus. Itaque malim hic legi *ſupra Maleam*, &c. *Lambinus.* *Sub Kal. Junias* emendabat Octavius Pantagathus ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis, ut dicebat. *F. Urſinus.* *Supra Majas in Italiam verſus*] Sic omnes MSS. tam noſtri, quam aliorum. conjectura emendabat Victorius *ſupra Maleas.* Lambin. ne nihil novi ipſe inveniſſe videretur *Maleam.* Pantagathus ex veſtigiis veteris, ut refert Urſinus, ſcripturæ *ſub Kalend. Junias* quod mihi non placet. vulgo, nimis licenter, *ſupremo Majo.* Gebhardus. Grævii liber prim. *ſupra Kal. Majas.* Sed vide de hoc loco accuratam diſputationem P. Victorii, quæ quia longior erat quam ut hic commode poſſet legi, ſubjecimus eam commentario Manutii.

In Italiam verſus navigatur.] Eſt antiquum loquendi genus pro *in Italiam.* vid. Manut.

Circiter hora decima noctu] In XII horas more Romano omnibus anni temporibus diviſæ. *Corradus.* *Circiter hora decima noctis*] Ita edidit Victorius; ſicque exſtat in Vatic. alias *circiter horam decimam n.* Gebhardus. Grævii primus & ipſe tuetur ſcripturam Vaticani.

P. Poſtumius familiaris ejus] Nec in Lambinianis, nec in meis libris *P.* exſtat. in Amſtelodamenſ. *C. Poſtumius. P.* vitio librarii qui bis primam iſtam litteram in *Poſtumius* ſcripſerat, in libros irrepſit. *Gravius.*

A P.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

untiavit, M. Marcellum, collegam noſtrum, poſt cenae tempus, a P. Magio Cilone, familiare ejus, pugione perculſum eſſe, & duo vulnera accepiſſe, unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem: ſperare tamen eum vivere poſſe. Magium ſeipſum interfeciſſe: poſtea ſe a Marcello ad me miſſum eſſe, qui haec nuntiaret & rogaret uti cogerem medicos. Coegi, & e veſtigio eo ſum profectus prima luce. Cum non longe a Piraeeo abeſſem, puer Acidini obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat ſcriptum, paullo ante lucem Marcellum diem ſuum obiiſſe. Ita vir clariſſimus ab homine deterrimo acerbiſſima morte eſt affectus: & cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus eſt amicus qui ei mortem afferret. Ego tamen ad taberna-

A P. Magio Cilone famil.] Cliente ægre ferente, alios quoſdam amicos ſibi a Marcello præferri. *Corrad.* *Cilone familiare*] Sic omnes Pall. Grut. Leewech. [etiam Græv.] vulgo *Chilone familiari.* Gebhard.

Et rogaret uti cogerem medicos: coëgi, &c.] Mediceus & quique optimi codices *cogerem* non habent; quare cum hanc vocem retinuerim, viſum eſt mihi nunc antiquam lectionem notam facere, ſi forte ea melior eſſet, ut verbum illud potius intelligi bis deberat quam ſcribi. Animadverti enim aliis locis cum idem verbum repetitur, quemadmodum hic *coëgi*, ſemel tantum poni: & quamvis prior ſententia ſine verbo imperfecta videatur, tamen abſolutam eſſe: intelligi enim idem verbum quod ſequitur eo tempore & perſona conformatum, quod conveniat ſuperiorum nominum ſtructuræ. Hujus ſermonis elegantis, ut arbitror, & familiaris plura exempla appeterent, niſi ut deminutus, mancuſque a recentioribus improbatus eſſet, & addito quod deſiderari credebant, ſuppletus atque corruptus: niſi tamen veteres libri & hic, & aliis non paucis locis depravati ſunt, integer eſt ſermo & uſitatus. Nam ſi ipſis fides habenda eſt, ſic locus ille libri XVI epiſt. ad Atticum dictus fuit, *De duobus primis præclare diſſeruit, de tertio pollicetur ſe deinceps, ſed nihil ſcripſit.* Necnon ille etiam in lib. XIII. *Varroni ſcribis te, ſimulac venerit: dati igitur jam ſunt.* & non ut vulgo leguntur in excuſis: prior enim ita ſuppletus eſt: *De tertio pollicetur ſe deinceps ſcripturum, ſed nihil ſcripſit.* Alter vero ſic, *Simulac venerit, ei daturum: dati igitur jam ſunt.* Qui hunc modum dicendi probarint, poterunt otioſam illam vocem delere, & ad fidem veterum codicum hunc etiam locum revocare: qui recepta lectione contenti ſunt, eam etiam in noſtro codice invenient. *Victorius.* *Cogerem*] Hoc verbum libri veteres non habent. *Corradus.* Obſecutus fidæ ac doctæ monitioni optimi P. Victorii, delevique vocem *cogerem* cum Pall. pr. quint. Grut. videantur eruditiſſimæ in hunc locum ejuſdem Florentini caſtigationes. *Gebhardus.* Primus meus liber, *uti medicos ei mitterem*, quod ſi a pluribus firmaretur, non adſpernarer. ſed quia *cogerem* in quinque libris invenit Manutius, non auſim cum Gebhardo id delere. *Græv.*

Inimici] Cæſar. *Corrad.*

Qui ei mortem afferret] Meus liber pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bernaculum ejus perrexi. inveni duos libertos, & pauculos ſervos. reliquos ajebant profugiſſe, metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus eſſet. Coactus ſum in eadem illa lectica qua ipſe delatus eram, meiſque lecticariis in urbem eum referre: ibique pro ea copia quae Athenis erat, funus ei ſatis amplum faciendum curavi. Ab Athenienſibus locum ſepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione ſe impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam conceſſerant. Quod proximum fuit, uti in quo vellemus eum gymnaſio ſepeliremus, nobis permiſerunt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiae, locum delegimus, ibique eum combuſſimus: poſteaque curavimus, ut iidem Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Ita quae noſtra officia fuerunt, pro collegio & propinquitate, & vivo & mortuo omnia ei praeſtitimus. Vale. D. pr. Kal. Iun. Athenis.

primus, *qui ei mortem offerret.* quod & in aliis libris vetuſtis inveniri teſtatur margo Lambinianæ. Sic & Cic. loquitur Orat. in Vatin. *Mortem Cn. Pompeio ſummo & clariſſimo civi ſuis manibus offerre voluiſſe.* Nam & ſic ibi legi in antiquis membranis Giffanius auctor eſt, cum in vulgatis extet *afferre.* Grævius.

Metu perterritos] Ne quæſtioni traderentur. *Corrad.* Vid. Manut.

In urbem] Athenas. *Corrad.*

Religione ſe impediri] Nam lex XII tabularum, de Solonis legibus tranſlata ita habet, *In urbe ne ſepelito, neve urito.* Idem.

In nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio] Propter Platonem. *Idem.*

Pro collegio] Conſulatus. *Idem.*

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

Primum cauſſas exponit, cur antea non ſcripſerit: ſecundo loco finem ei pollicetur exſulii ſui, ducta conjectura e Caeſaris animo, ex eorum ſermone & ſenſu qui apud ipſum plurimum valent, ex vulgi voluntate, ex ipſa repub. vehementer ad ejus ſalutem propenſa: tum ad officii partem quam vetus amicitia mutuaeque benevolentiae jura poſtulant, converſus, voluntatem ſuam duplici promiſſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſſo oſtendit, in reditu primum ei conficiendo, deinde in re ſua fa- liari communicanda. Poſtremo, ut ſecundam fortunam ſpe- t, adverſam aequo animo ferat & hortatur & obſecrat. Tota oralis epiſtola, ſcripta C. Caeſare III, & M. AElio Lepido Coss. no DCCVII.

M. T. C. P. NIGIDIO FIGVLO S. D.

QVaerenti mihi jamdiu quid ad te potiſſimum ſcriberem, non modo certa res nulla ſed ne genus quidem tterarum uſitatum veniebat in mentem. Vnam enim par- em & conſuetudinem earum epiſtolarum quibus ſecundis ebus uti ſolebamus, tempus eripuerat: perfeceratque for- una, ne quid tale ſcribere poſſem aut omnino cogitare. Re- nquebatur triſte quoddam & miſerum & his temporibus onſentaneum genus litterarum. id quoque deficiebat me: n quo debebat eſſe aut promiſſio auxilii alicujus, aut con- olatio doloris tui. Quod pollicerer, non erat. ipſe enim pari

ſcripta C. Iulio Cæſare IIII & M. Æmilio Lepido Coſs. A. V. C. 707.

Nigidio Figulo] De *Nigidio* ipſo, quæ legendo animadvertimus, æc ſunt. Scripſit libros de Animali- us, ut oſtendit lib. III Macrobius: c Plinius bis lib. XXIX, cap. 4 & 6 jus utitur teſtimonio: librum de Ex- is, ut in Gellio lib. XVI, cap. 6 legi- nus: commentarios Grammaticos, it idem Gellius lib. XIX, cap. 14 & Nonius prodidere: interpretatus eſt omœdias Terentii, teſte Donato. vi- detur etiam ſcripſiſſe de Deis, quan- um ex Arnobio licet conjicere: qui jus teſtimonio in mentione Matris deum, Neptuni, Apollinis & Jovis u- itur lib. III. Hæc de ſcriptis: de do- ctrina ſubjungam. Gellius Varronem & Nigidium *doctrinarum culmina* lib. XIX, c. 14 appellat, & idem lib. XIII, cap. 24 *in diſciplinis doctrinarum omnium præcellentem* nominat; & lib. IV, c. 9 *hominem juxta M. Varronem doctiſſimum:* Macrobius autem *maximum rerum na- turalium indagatorem*, libro III. idem libro VI, *hominem omnium bonarum ar- tium diſciplinis egregium.* Servius quo- que Honoratus hæc de eo tradidit, *Ni- gidius Figulus ſolus poſt Varronem: licet Varro præcellat in theologia, hic in com- munibus litteris: nam uterque utrumque ſcripſerunt.* Nonius quoque, *Nigidius*, inquit, *ſtudiis bonarum artium præclariſ- ſimus.* Nemo tamen illud melioribus extulit laudibus quam Cicero ipſe idem ejus amiciſſimus. nam in pro- œmio libri de Univerſitate, *Fuit*, in- quit, *vir ille cum cæteris artibus, quæ qui- dem dignæ libero eſſent, ornatus omnibus, tum acer inveſtigator & diligens earum re- rum quæ a natura involutæ videntur. deni- que ſic judico, poſt illos nobiles Pythagoreos, quorum diſciplina exſtincta eſt quodam mo- do, hunc exſtitiſſe qui illam renovaret.* Suetonius ait illum, cognita hora qua natus erat Auguſtus, affirmaſſe, do- minum terrarum orbi natum. *P. Ma- nutius in Argum. ep.* Vide quæ de hoc *Nigidio Figulo* notavit Jan. Rutgerſius Var. Lect. III, 16. ubi Fragmenta ejus collegit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

pari fortuna abjectus, aliorum opibus caſus meos ſuſtentabam, ſaepiuſque mihi veniebat in mentem queri quod ita viverem, quam gaudere, quod viverem. Quanquam enim nulla meipſum privatim pepulit inſignis injuria: nec mihi quidquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultro mihi Caeſar detulerit: tamen nihilominus eis conficior curis ut ipſum quod maneam in vita, peccare me exiſtimem. careo enim cum familiariſſimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut diſtraxit fuga: tum omnibus amicis quorum benevolentiam nobis conciliarat per me quondam, te ſocio, defenſa reſp. verſorque in eorum naufragiis & bonorum direptionibus: nec audio ſolum, quod ipſum eſſet miſerum, ſed etiam video, quo nihil eſt acerbius, eorum fortunas diſſipari, quibus nos olim adjutoribus illud incendium exſtinximus: & in qua urbe modo gratia, auctoritate, gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus. Obtinemus ipſius Caeſaris ſummam erga nos humanitatem. ſed ea plus non poteſt quam vis & mutatio omnium rerum atque temporum. Itaque orbus iis rebus omnibus quibus & natura me & voluntas & conſuetudo aſſuefecerat cum ceteris, ut quidem videor, tum mihi ipſe diſpli-

Pari fortuna abjectus] Alii *afflictus*. Gruterianus codex *abictus*, quaſi eſſet quodam *ictu* depreſſus ac proſtratus. Pal. quint. *adjectus*. Quid ſi *addictus*? nam illi plane ſuis exuti, ab alienis pendent opibus. *Gebhard.*

Tamen nihilominus eis conficior curis] Dictio illa *nihilominus* in antiquis diminuta eſt: pro *nihilominus eis* ibi *nihil eis* ſcriptum. Unde ridicule nonnulli *Achilleis* legi debere putarunt. Nos communem & receptam lectionem ſecuti ſumus, quia meliorem ipſi ex illis verbis excogitare non potuimus: rem tamen notare placuit, ut ſi quis velit, laboret in veritate requirenda, nec miretur, quare hic locus diverſis modis legatur. *Victorius.* In prim. Grævii eodem modo ſcribitur ut in Mediceo *nihil eis*. Amſtelodam. vero *nihilominus*. Mentel. *nihil minus*.

Te ſocio defenſa reſp.] Quippe qui indicum dicta, interrogata, reſponſa perſcripſeris. *Corradus.*

Nec audio ſolum quod ipſum eſſet miſerum, ſed etiam id ipſum video] *Id ipſum* ſuſpicor abundare. *F. Urſin.* *Sed etiam video*] Sic eſt in Stewech. ac Pal. tert. Gruteriano. vulgo *ſed etiam id ipſum video*. Vatic. *ſed etiam id video*. reliqui *id* tantummodo amittunt. *Gebhard.*

Eorum fortunas diſſipari] A M. Antonio & reliquis Cæſarianis. *Corrad.*

Ea plus non poteſt] Quoniam multa victori, eorum arbitrio per quos vicit, etiam invito facienda ſunt. *Idem.*

Facul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

iſpliceo. Natus enim ad agendum ſemper aliquid dignum iro, nunc non modo agendi rationem nullam habeo, ſed e cogitandi quidem: & qui antea aut obſcuris hominius, aut etiam ſontibus opitulari poteram, nunc P. Nigiio, uni omnium doctiſſimo & ſanctiſſimo, & maxima uondam gratia, & mihi certe amiciſſimo, ne benigne quiem polliceri poſſum. Ergo hoc ereptum eſt litterarum geius. Reliquum eſt ut conſoler, & afferam rationes quibus e a moleſtiis coner abducere. At ea quidem facultas vel tui el alterius conſolandi, in te ſumma eſt, ſi unquam in ulo fuit. Itaque eam partem quae ab exquiſita quadam raione & doctrina proficiſcitur, non attingam, tibi totam elinquam. Quid ſit forti & ſapienti homine dignum, quid gravitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid ſtudia, quid artes, quibus a pueritia floruiſti, a te flagitent, tu videbis. Ego quod intelligere & ſentire, quia ſum Romae & quia curo attendoque, poſſum, id tibi affirmo, te in iſtis moleſtiis in quibus es hoc tempore, non diutius futurum: in iis autem in quibus etiam nos ſumus, fortaſſe ſemper fore. Videor mihi perſpicere primum ipſius animum qui plurimum poteſt, propenſum ad ſalutem tuam. Non ſcribo hoc temere. Quo minus familiaris ſum hoc ſum ad inveſtigandum curioſior. Quo facilius quibus eſt iratior reſpondere triſtius poſſit, hoc eſt adhuc tardior ad te moleſtia liberandum. Familiares vero ejus, & ii quidem qui illi jucundiſſimi ſunt, mirabiliter de te & loquuntur & ſentiunt. Accedit eodem vulgi voluntas, vel potius conſenſus omnium. etiam illa, quae minimum nunc quidem poteſt, ſed

Facultas vel tui, vel alterius conſolandi in te ſumma eſt] Qui nobilium Pythagoreorum diſciplinam quodammodo extinctam renovaſti. *Idem.*

Fortaſſe ſemper fore] Al. *fortaſſe non ſemper fore*, ut ſit quaſi prognoſticon de Cæſaris morte; ut illud ad Atticum, *Nullo modo poſſe video ſtare iſtum diutius, quin ipſe per ſe, etiam languentibus nobis, concidat.* Corradus. In uno cod. manuſcr. reperi ſcriptum *fortaſſe non ſemper fore.* Quod ſi quis probabit, intelligemus, M. Tullium divinare & prædicere interitum Cæſaris. *Lambinus.*

Familiares vero ejus] Balbus, Oppius, Hirtius & reliqui. *Corrad.*

Quaſ-

ſed poſſit neceſſe eſt, reſp. quaſcunque vires habebit, ab iis ipſis quibus tenetur, de te propediem (mihi crede) impetrabit. Redeo igitur ad id, ut jam tibi etiam pollicear aliquid, quod primo omiſeram: nam & complectar ejus familiariſſimos, qui me admodum diligunt multumque mecum ſunt, & in ipſius conſuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo: & certe omnes vias perſequar quibus putabo ad id quod volumus, pervenire poſſe. In hoc toto genere plura faciam quam ſcribere audeo. Cetera quae tibi a multis promta eſſe certo ſcio, a me ſunt paratiſſima. nihil in re familiari mea eſt quod ego meum malim eſſe quam tuum. Hac de re & de hoc genere toto, hoc ſcribo parcius, quod te, id quod ipſe confido, ſperare malo eſſe uſurum tuis. Extremum illud eſt, ut te orem & obſecrem animo ut maximo ſis: nec ea ſolum memineris quae ab aliis magnis viris accepiſti, ſed illa etiam quae ipſe ingenio ſtudioque peperiſti. quae ſi colliges, & ſperabis omnia optime, & quae accident, qualiacunque erunt, ſapienter feres. Sed haec tu melius, vel optime omnium. Ego quae pertinere ad te intelligam, ſtudioſiſſime

Quaſcunque vires habebit] Sic melius priſca editio ac Victorii, Vatic. Pall. omn. Grut. alias *quoſcunque viros*. Gebhard. Subſcribunt Victorio, & quos ille ſequitur libris, Græv. Amſtelod. Mentel.

In ipſius conſuetudinem inſinuabo] Subaudiendum *me*. Hac ellipſi veteres ſæpe uſi ſunt. Vid. Manut.

Extrem. eſt ut te horter & obſecrem] Nos emendavimus *orem & obſecrem*, ſic enim fere eſt in antiquis exemplaribus, & eſt hæc Ciceronis familiaris locutio. *Victor.* Ea eſt in Mediceo libro ſcriptura, ut inde utraque lectio duci poſſit: neutram enim ille integram habet, & utriuſque non parva veſtigia retinet: ita enim habet, *ut te hortem & obſecrem.* quam olim veriorem eſſe cenſuerimus, quibuſque argumentis uſi, omnibus notum: nihil tamen decerno. *Idem.* *Horter*] Alii legunt *Orem.* Corrad. *Ut te horter & obſecrem*] Victorius mavult legi *ut te orem & obſecrem*: cujus lectionis nullum reperi in noſtris libris MSS. veſtigium. Eam tamen magis quam vulgatam probo. *Lambin.* *Ut te orem & obſecrem*] Ita Vaticanus, ut quoque Victorius ex ſuis antiquis. in Pall. omn. eſt *horter*, ut vulgo. niſi quod Grut. & tert. omittant *te*. Gebhard. In meo tamen optimo & fidiſſimo libro, qui raro a Mediceo diſcedit, clare ſcribitur, *ut te orem & obſecrem*, ut poſthac nullus dubitandi locus ſit.

Quæ ipſe ingenio ſtudioque tuo peperiſti] Quæ multa quidem fuerunt, ſed propter obſcuritatem ſubtilitatemque in vulgus non proinde exierunt, ut ſcribit Gellius lib. XIX, cap. 14. *Corradus.* Pro *peperiſti* alii leg. *reperiſti*. Pall. duo poſtremi *percepiſti* non inſuaviter. *Gebh.*

Tri-

e omnia diligentiſſimeque curabo: tuorumque triſtiſſio meo tempore meritorum erga me memoriam conſerbo. Vale.

Triſtiſſimo meo tempore] Exilii. *Corr.* *Memoriam conſervabo*] Pal. primus, caſtigatiſſimæ membranæ legunt *reſervabo*. Gebhard.

EPISTOLA XIV.

ARGVMENTVM.

Victo in Pharſalia Pompeio, Cicero, deſperata reip. cauſſa, in taliam revertit, veniaque a Caeſare impetrata, non illam quidem riſtinam dignitatem ac libertatem loquendi recuperavit, ſed humaiſſime tamen ac liberaliſſime cum ab ipſo Caeſare, tum vero ab ejus naxime amicis ac familiaribus tractatus eſt. eo tempore, dimiſſa Terentia, Publiam Virginem uxorem duxit. utrumque igitur biis litteris gratulatus erat Plancius, de dignitate recuperata, deque novis nuptiis. iis litteris Cicero reſpondens nullam ſibi priſtinae dignitatis relictam eſſe partem oſtendit, eoque redactam eſſe rempub. ut vel ſervitus impendeat, ſi Caeſar in Africa Pompeianos vincat, vel caedes, ſi vincatur. De nuptiis autem, quod abſente ſe rem domeſticam Terentia male curaſſet, ſibique a ſuis inſidiae tenderentur, ideo ſe cogitaſſe ait ut novae neceſſitudinis fidelitatem quaſi praeſidium haberet contra veterum perfidiam. Tertio loco, ut exſulantem conſoletur, nihil ei praeter communem fortunam timendum confirmat: ſe quidem opera, conſilio, ſtudio, ejus rei, famae, ſaluti praeſto futurum. Poſtulat in extremo, ut de ſuo ſtatu ſuiſque conſiliis diligentiſſime ſignificet. Moralis epiſtola, ſcripta Caeſare III, M. Lepido Coss. cum in Africa bellum gereretur.

M.T.C. CN. PLANCIO S.D.

BInas a te accepi litteras Corcyrae datas: quarum alteris mihi gratulabare, qúod audiſſes me meam priſtinam dignitatem obtinere, alteris dicebas te velle quae egiſſem, bene

CN. *Plancio*] Pro quo extat oratio. *Corrad.* *Dignitatem obtinere*] Poſt impetratam a Cæſare veniam. *Idem.* *Quæ egiſſem*] De novo matrimonio. *Idem.*

Si

bene & feliciter evenire. Ego autem ſi dignitas eſt bene de repub. ſentire & bonis viris probare quod ſentias, obtineo dignitatem meam. ſin autem in eo dignitas eſt, ſi quod ſentias aut re efficere poſſis, aut denique libera oratione defendere, ne veſtigium quidem ullum eſt reliquum nobis dignitatis: agiturque praeclare ſi noſmetipſos regere poſſumus, ut ea quae partim jam adſunt, partim impendent, moderate feramus: quod eſt difficile in ejuſmodi bello cujus exitus ex altera parte caedem oſtentat, ex altera ſervitutem. Quo in periculo nonnihil me conſolatur, cum recordor, haec me tum vidiſſe cum ſecundas etiam res noſtras non modo adverſas pertimeſcebam: videbamque quanto periculo de jure publico diſceptaretur armis. Quibus ſi viciſſent ii ad quos ego pacis ſpe, non belli cupiditate adductus acceſſeram, tamen intelligebam, & iratorum hominum & cupidorum & inſolentium quam crudelis eſſet futura victoria: ſin autem victi eſſent, quantus interitus eſſet futurus civium, partim ampliſſimorum, partim etiam optimorum. qui me haec praedicentem atque optime conſulentem ſaluti ſuae, malebant nimium timidum quam ſatis prudentem exiſtimari. Quod autem mihi de eo quod egerim, gratularis: te ita velle certe ſcio: ſed ego tam miſero tempore nihil novi conſilii cepiſ-

Si quod ſentias aut re efficere poſſis] Secutus ſum in hoc loco reſtituendo veterem meum codicem, in quo ſic legitur. vulgo, ſuffragantibus duobus Palatinis, *quod ſentias aut re efficere, ſi poſſis.* in Amſtelodam. Mentel. & Stewech. eſt, *ſi quod ſentias aut re efficere poſſe.* quæ lectio non minus commoda eſt ac illa altera, ſi τὸ *ſi* deleatur. Grævius.

Ex altera parte] Pompeiana. *Corradus.*

Cædem oſtentat] Sic omnes quidem habent libri & vulg. & ſcripti manu: ſed tamen nihilominus legendum videtur *intentat*. Lambin.

Ex altera] Cæſariana. *Corrad.*

Et iratorum] Cæſari & omnibus qui cum Cæſare erant. *Idem.*

Et cupidorum] Quippe qui jam tum bello vix dum cœpto, honores, domos, bonaque eorum qui in caſtris erant Cæſaris, peterent. *Idem.* Aliter Manutius exponit, nimirum cupidorum bellandi. vid. ejus not.

Et inſolentium] Qui ne de pace quidem quenquam loqui paterentur. *Corradus.*

De eo quod egerim gratularis] Accepta uxore Publia: quam tamen Popiliam vocat Quintil. lib. VI, c. 4. *Idem.*

Novi conſilii] De accipienda uxore. *Idem.*

In

piſſem, niſi in reditu meo nihilo meliores res domeſticas uam remp. offendiſſem. Quibus enim, pro meis immortabus beneficiis, cariſſima mea ſalus & meae fortunae eſſe debant: cum propter eorum ſcelus nihil mihi intra meos paetes tutum, nihil inſidiis vacuum viderem, novarum me eceſſitudinum fidelitate contra veterum perfidiam muendum putavi. Sed de noſtris rebus ſatis, etiam nimium ulta. De tuis velim ut eo ſis animo quo debes eſſe, id eſt, t ne quid tibi praecipue timendum putes. Si enim ſtatus it aliquis civitatis, quicunque erit, te omnium periculorum ideo expertem fore. Nam alteros tibi jam placatos eſſe inelligo, alteros nunquam iratos fuiſſe. De mea autem in te oluntate ſic velim judices, me, quibuſcunque rebus opus ſſe intelligam, quanquam videam qui ſim hoc tempore & uid poſſim, opera tamen & conſilio, ſtudio quidem certe, ei, famae, ſaluti tuae praeſto futurum. Tu velim & quid gas & quid acturum te putes, facias me quam diligentiſſime certiorem. Vale.

In reditu meo] Ex caſtris Pompeiais. *Corrad.*

Eorum ſcelus] Terentiæ. *Idem.*

Veterum] Neceſſitudinum. *Idem.*

Rei, famæ, ſaluti] Guilielm. ex veigiis codicis Stewech. conjectabat *rei familiari ac ſaluti*: ut ſupra ep. 7. *habemus etiam rationem rei familiaris tuæ.* ſed non video cauſſam, cur vulgata omnibus MSS. patrocinantibus ejici debeat. *Gebhard.* *Præſto eſſe* eſt *adeſſe*, *ſupereſſe*, tueri, opem ferre.

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

Hortatur ut communem fortunam fortiter ferat, petit ut veterem benevolentiam conſervet, & quod petit idem de ſe ipſo pollicetur. Moralis. eodem anno.

M.T.C. CN. PLANCIO S.D.

ACcepi perbreves tuas litteras, quibus id quod ſcire cupiebam cognoſcere non potui: cognovi autem id quod mihi dubium non fuit. nam quam fortiter ferres communes

nes miſerias, non intellexi, quam me amares facile perſpexi: ſed hoc ſcieram. illud ſi ſciſſem, ad id meas litteras accommodaviſſem. Sed tamen etſi antea ſcripſi quae exiſtimavi ſcribi oportere, tamen hoc tempore breviter commonendum putavi, ne quo periculo te proprio exiſtimares eſſe: in magno omnes ſed tamen in communi ſumus. Quare non debes aut propriam fortunam & praecipuam poſtulare, aut communem recuſare. Quapropter eo animo ſimus inter nos quo ſemper fuimus. Quod de te ſperare, de me praeſtare poſſum. Vale.

S*Ed hoc ſcieram*] Vulgo *ſciebam*. ſed illud omn. Pall. Grut. Stewech. priſca editio ac Victorii. *Gebhard*. Sic & libri quos Grævius vidit.

Quæ exiſtimavi ſcribi oportere] Ita edidit Victorius, neque aliter eſt in editione principe, Pall. omn. Gruter. Lambinus ne videatur a Victorio accepiſſe, inſevit *tibi ſcribi*. vulgo *te ſcire*. Gebhard.

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD Q. METELLVM, ET CETEROS,

LIBER V.

EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

Queritur Metellus Celer, qui praetor anno ſuperiore fuerat Cicerone conſule, & in Galliam ex praetura proconſul iverat, Metellum Nepotem, fratrem ſuum, a Cicerone in ſenatu oppugnatum. Moralis eſt epiſtola. D. Iunio Silano, M. Licinio Murena Coss.

Q. METELLVS, Q. F. CELER PROCOS. M. T. CICERONI S. D.

SI vales, bene eſt. Exiſtimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia, nec abſentem ludibrio laeſum iri, nec Metellum fratrem ob dictum, capite ac fortunis per te oppugnatum

PRocos.] *Propræt.* quibuſdam magis placet, quod hic Metellus eo tempore nondum fuiſſet Cos. Sed tamen [sc]imus eos etiam qui provincias con[sul]ares regerent, *Procoss.* appellatos, [qua]mvis nondum Cos. fuiſſent. Hic [erg]o Metellus tunc Galliam provin[ciam] conſularem regebat, quam Cicero in concione depoſuerat. Sunt tamen qui Præt. in Hiſpania ulteriore fuiſſe volunt. *Corrad.*

Nec abſentem ludibrio læſum iri] Galliam adminiſtrantem. *Idem.* *Nec abſ. lud.*] Ita priſca editio ac Victorii: neque aliter quinque Pall. Gruterianus. vulgo *neque me abſentem lud.* Gebhard. Sub-

ſcri-

gnatum iri. quem ſi parum pudor ipſius defendebat debebat vel familiae noſtrae dignitas, vel meum ſtudium erga vos remque publicam, ſatis ſublevare. Nunc video illum circumventum, me deſertum, a quibus minime conveniebat. Itaque in luctu & ſqualore ſum, qui provinciae, qui exercitui praeſum, qui bellum gero. quae quoniam nec ratione nec majorum noſtrum clementia adminiſtraſtis, non erit mirandum ſi vos poenitebit. Te tam mobili in me meoſque eſſe animo non ſperabam. Me interea nec domeſticus dolor nec cujuſquam injuria a repub. abducet. Vale.

ſcribunt Pall. libri tres quibus Grævius eſt uſus.

Nec Metellum fratrem] Q. Metellum Nepotem Trib. pleb. *Corrad.*

Ob dictum] Non licuiſſe cives Romanos indicta cauſſa condemnari: vel, quod non ita placet, ex Aſia Pompeium cum exercitu revocandum, qui diſſenſiones urbanas componeret. *Idem.*

Meum ſtudium erga vos] Tempore conjurationis Catilinæ, quum Prætor eſſem. *Idem.*

Nec majorum noſtrum clementia adminiſt.] Sic tres Guilielm. libri: ſic Pall. pr. tert. Grut. Vatican. quorum conſenſum non ſequi irreligioſum eſſet. Vulgo *noſtrorum*. Gebhard.

Te tam] In omnibus fere libris legitur *etiam*: ut magis Ciceronem mordeat. quaſi dicat, ſicut es in alios. *Corradus.*

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

Reſpondet ad Metelli querelam de Nepote fratre ejus oppugnato, ac primum ſua in eum officia commemorat, ut ſe amicitiae ſatisfeciſſe oſtendat: deinde his officiis non mutuo Metellum reſpondiſſe ſignificat: nec vero a ſe fratrem ejus Nepotem oppugnatum, ſed oppugnanti ſe reſtitiſſe. Poſtremo excuſat atque etiam laudat ejus dolorem, ſuamque in tuenda amicitia conſtantiam pollicetur.

M. T. M. F. C. Q. METELLO Q. F. CELERI PROCOS. S. D.

SI tu exercituſque valetis, bene eſt. Scribis ad me te exiſtimaſſe, pro mutuo inter nos animo & pro reconciliata gratia, nunquam te a me ludibrio laeſum iri. Quod cujuſmodi

odi ſit, ſatis intelligere non poſſum: ſed tamen ſuſpicor
a te eſſe allatum, me, in ſenatu cum diſputarem permultos
e qui rempub. a me conſervatam dolerent, dixiſſe: a te
opinquos tuos, quibus negare non potuiſſes, impetraſſe
t ea quae ſtatuiſſes tibi in ſenatu de mea laude eſſe dicenda,
iceres. Quod cum dicerem, illud adjunxi, mihi tecum
i diſpertitum officium fuiſſe in reip. ſalute retinenda, ut
o urbem a domeſticis inſidiis & ab inteſtino ſcelere, tu
liam & ab armatis hoſtibus & ab occulta conjuratione de-
nderes: atque hanc noſtram tanti & tam praeclari mune-
ı ſocietatem, a tuis propinquis labefactatam: qui, cum tu
me rebus ampliſſimis atque honorificentiſſimis ornatus
es, timuiſſent nequa mihi pars abs te voluntatis mutuae
bueretur. Hoc in ſermone cum a me exponeretur quae
ea exſpectatio fuiſſet orationis tuae, quantoque in errore
rſatus eſſem, viſa eſt oratio non injucunda, & mediocris
iidam eſt riſus conſecutus, non in te, ſed magis in erro-
rem

missus enim erat in agrum Picenum, Sall. in bell. Catil. cap. 30.

te propinquos tuos] Metellum Nepotem fratrem. *Corradus.*

Ab occulta conjuratione defenderes] ctor a me Cos. in agrum Gallicam Picenumque ad habendum detum præmiſſus. *Idem.*

In errore verſatus eſſem] Fruſtra exſpeıns a te laudari. *In mœrore verſatus eſs*, hic, & paulo poſt, *in mœrorem um*, in omnibus fere libris paulvetuſtioribus leges. *Idem.* *Quanue mœrore verſatus eſſem*] Ita habent anes Pall. Gruter. Stewech. Victois tamen, *quantoque in errore verſa-*. & paullo poſt, *ſed magis in errorem um.* Gebhard. *Quantoque in errore rſatus eſſem*] Rectiſſime ſic emendat P. Victorius, idque confirmat meus timus & fidiſſimus codex, qui clahoc præ ſe fert, nec non alius cox, quem laudant margines editios Lambinianæ. Mox idem meus cox, *ſed magis in errorem.* Scriptum quim erat *honorem*, ſed eadem manus hanc voculam induxerat & ſuperſcripſerat, *errorem.* Verum licet aliter in his codicibus legeretur, ipſa tamen loci ſententia poſtulat ſic legendum eſſe. Hic enim erat error Ciceronis, quod fruſtra ſperarit laudari a Metello. Ipſum loquendi genus occurrit cum alibi, tum in Orat. Cic. pro Muræn. *Quoniam mihi videris iſtam ſcientiam juris, tanquam filiolam oſculari tuam, non patiar te in tanto errore verſari.* Vulgata lectio *mœrore*, quam propter Palatinorum omnium, aliorumque quibus uſus eſt, librorum conſenſum probat Gebhardus, nata eſt ex vera illa; *in* enim in *m* coaluerat & ſequenti poſtea vocabulo adhæſerat, unde pro *in errore* factum eſt *merrore* & *merore*, ſicut ita habetur in Stewech. cod. quæ cum eſſet vox nihili, poſtea mutata eſt a correctoribus in *mœrore*. Grævius.

Non jucunda, & mediocris] Al. *non jucunda, ſed mediocris.* Corradus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rem meum, & quod me abs te cupiſſe laudari aperte atque ingenue confitebar. Iam hoc non poteſt in te non honorifice eſſe dictum, me in clariſſimis meis atque ampliſſimis rebus tamen aliquod teſtimonium tuae vocis habere voluiſſe. Quod autem ita ſcribis *pro mutuo inter nos animo*, quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum neſcio. equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur & redditur. Ego ſi hoc dicam me tua cauſſa praetermiſiſſe provinciam, tibi ipſe levior videar eſſe. meae enim rationes ita tulerunt, atque ejus mei conſilii majorem in dies ſingulos fructum voluptatemque capio. Illud dico, me ut primum in concione provinciam depoſuerim, ſtatim quemadmodum eam tibi traderem cogitare coepiſſe. Nihil dico de ſortitione veſtra, tantum te ſuſpicari volo, nihil in ea re per collegam meum me inſciente eſſe factum. Recordare cetera: quam cito ſenatum illo die, facta ſortitione, coegerim, quam multa de te verba fecerim, cum tu ipſe mihi dixiſti, orationem meam non ſolum in te honorificam, ſed etiam in collegas tuos contumelioſam fuiſſe. Iam illud S. C. quod eo die factum eſt, ea praeſcriptione eſt ut, dum id exſtabit, officium meum in te obſcurum eſſe non poſſit. Poſtea vero quam profectus es, velim recordere quae ego de te in ſenatu egerim, quae in concionibus dixerim, quas ad te litteras miſerim. Quae cum omnia collegeris, tu ipſe velim judices, ſatiſne videatur

Prætermiſiſſe provinciam] Galliam. *Corrad.*

Meæ enim rationes ita tulerunt] Ut urbem defenderem. *Idem.*

Nihil dico de ſortitione veſtra] Legitur *& noſtra*, hoc eſt, mea & C. Antonii: in qua primo mihi Macedonia, & illi evenit Gallia. *Idem.* *Veſtra*] Quidam libri veteres habent *noſtra*, & paullo poſt *nolo*, ubi alii *volo*. ego nihil mutandum cenſeo. *Lambin.*

Tantum te ſuſpicari volo, nihil in ea re per collegam meum] Forte, *Tantum te ſuſpicari nolo, aliquid in ea re per collegam meum.* Lamb. *Per collegam meum*] In conſulatu C. Antonium.

Me inſciente] Imo permittente, ut hac indulgentia illum a ſuſpicione conjurationis revocarem. *Corradus.*

In collegas tuos] Q. Pompeium Rufum, C. Pontinum, L. Valerium Flaccum & C. Coſconium. *Idem.*

Ea perſcriptione eſt] Al. *ea præſcriptione eſt.* Idem. Habuit tot illuſtrium ſenatorum nomina præſcripta. vid. P. Manut.

Tu ipſe velim judices] Forte, *tum ipſe velim judices.* Lamb.

Mutue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

his omnibus rebus tuus adventus cum proxime Romam iſti, mutue reſpondiſſe. Quod ſcribis de reconciliata tra gratia, non intelligo cur reconciliatam eſſe dicas quae quam imminuta eſt. Quod ſcribis non oportuiſſe Me- um fratrem tuum ob dictum a me oppugnari: primum : velim exiſtimes, animum mihi iſtum tuum vehemen- probari & fraternam plenam humanitatis ac pietatis vo- tatem: deinde, ſi qua ego in re fratri tuo reip. cauſſa iterim, ut mihi ignoſcas. tam enim ſum amicus reip. m qui maxime. Si vero meam ſalutem contra illius im- um in me crudeliſſimum defenderim, ſatis habeas nihil etiam tecum de tui fratris injuria conqueri. Quem ego n comperiſſem omnem ſui tribunatus conatum in meam niciem parare atque meditari, egi cum Claudia, uxore tua,

utue reſpondiſſe] Hanc lectionem prætuli ex Pall. ſec. quart. quint. c. editione Victorii [quibus acce- rimus Græv. liber]. Vulgo inter- titie *mutuo*: ſic quoque ex Stew. c.& Pall. emendandum infr.ep.7. *ando non mutue reſpondetur*. ubi et- *mutuo* vulgatur. *Gebhard.*

uæ nunquam immutata eſt] Nos *im- ta eſt*.vetuſtus enim codex *imminu-* : & hic enim & multis locis pri- ittera hujus monoſyllabi *eſt* voca- æcedente eliditur, ut in hac ipſa ola infra, *Si humanitas appellan-* , *in acerviſſima injuria*. Ubi etiam o *b* ſcriptum eſt, quod ex multis quorum monimentis colligitur priſcos uſurpaſſe. & paullo poſt, *a'ſt a me unquam ſententia*. Victor.

nunquam imminuta eſt] Sic nunc imus, codicis Florentini auctori- n ſecuti: neque tamen lectionem ptam *immutata eſt* (quam etiam in uſdam libris MSS. reperimus) namus. *Lamb.* *Quæ n.immin. e.*] iceus (ut adnotat Egnatius) *im- ta ſt* & hic & multis paſſim locis li exemplo colliſis vocalibus, pro- metro. quod admiſit Lambinus, utinam non novitatis ſtudio! ſed ut edendum curavimus, eſt in omn.Pall. (niſi quod quartus primorem ſylla- bam truncet, *minuta eſt*) Grut. Stew. Vatic. editionibus melioribus, ac o- mnium principe Veneta. ſicque ipſe Cicero ep. ſeq. 5 ad C. Antonium, *ali- quid de noſtra conjunctione imminutum eſſe oſtenderem*. vulgo male, *quæ nunquam im- mutata eſt*. Gebhard. *Imminuta* etiam reperitur in Grævii primo deficiente *eſt*.

Si qua ego in re fratri tuo reip. cauſſa re- ſtiterim] Nam dum me apud populum de conjuratorum morte accuſabat, to- tum Senatum, qui cenſuit, accuſa- bat. *Corradus.* *Reip. cauſſa reſtiterim, ut mihi ignoſcas*] Iterum intruſerunt cor- rectores ſeu pædagogi illi fuerunt, *re- ſtiterim, peto, ut mihi ign.* quod abeſt ab editione primaria, Victorii, Pall.omn. Grut. Peck. Vaticano. *Gebhard.*

Si vero meam ſalutem] Quoniam me reum faciebat. *Corrad.*

Egi cum Claudia uxore tua] Hæc eſt *Clodia* illa P. Clodii ſoror, quam in oratione pro Cœlio Cicero vexat mul- tis contumeliis. Impudica enim fuit, & exiſtimata eſt cum P. fratre ſtupri con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

uxori Cn. Pompeii Magni.

tua, & cum veſtra ſorore Mucia, cujus erga me ſtudium pro Cn. Pompeii neceſſitudine multis in rebus perſpexeram, ut eum ab illa injuria deterrerent. Atque ille, quod te audiſſe certo ſcio, pridie Kal. Ianuar. qua injuria nemo unquam in aliquo magiſtratu improbiſſimus civis affectus eſt ea me con-

conſuetudinem habuiſſe. Appellabant ipſam vulgo *Quadrantariam*, quod cum amatorem ſuum grandem pecuniam illa popoſciſſet, callidi ingenii adoleſcens, qui ſine damno rei familiaris vellet libidinem ſuam explere, *quadrantes*, abjectiſſimam pecuniam, ex ære ut argenteos nummos in loculos ei immiſit: qua re cognita, & fabula pervulgata, illa poſtea ita appellata ſemper eſt. Tangit hanc rem obſcure Cicero pro Cœlio, cum inquit: *niſi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.* & toto illo loco: *Audita & pervulgata & percelebrata ſermonibus res eſt.* nam quod in fine inquit, *Niſi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrare apte viderentur*, alluſit illo verbo ad hoc nomen *Quadrantariam*. Plutarchus totam hiſtoriam narrat in Cicerone. Et ut obſcuriſſimum Quintiliani locum interpretari conemur, arbitramur nos *Quadrantariam Clytæmneſtram* Clodiam hanc eſſe, quam *Quadrantariam* appellaverit Cœlius ex fabula ſupra expoſita. *Clytæmneſtram* autem, quia illa conjugi ſuo Q. Metello mortem attuliſſe credita eſt, quemadmodum Clytæmneſtra Agamemnoni, quamvis hæc ferro, illa veneno graſſata in maritum ſit. Agit de hac ſuſpicione Cicero in Oratione pro M. Cœl. cum inquit: *Proh Dii immortales, cur interdum in hominum ſceleribus maximis, aut connivetis*, &c. Nam in fine hujus loci apertius adhuc: *Ex hac igitur domo progreſſa iſta mulier de veneni celeritate dicere audebit? nonne ipſam domum metuet ne quam vocem ejiciat? non parietes conſcios? non noctem illam funeſtam ac luctuoſam perhorreſcet?* Verba Quintiliani ſunt hæc in VIII libro, cap. de Tropis, cum de ænigmatibus loqueretur: *Et oratores nonnunquam, ut Cœlius, Quadrantariam Clytæmneſtram.* ita enim legi debet, non ut in vulgatis *Cæcilius*. Cæcilius enim poeta Comicus fuit, non orator. Sed aliis etiam in locis apud Ciceronem, ut quondam oſtendimus, hæc nomina inter ſe commutata fuerant. Ex verbis quoque Ciceronis paullo ante citatis magnum mendum ſuſtulimus. *Victorius.* *Claudia uxore tua*] Quadrante, P. Clodii ſorore. *Corrad.*

Veſtra ſorore Mutia] Pompeii uxore. *Idem.*

Ab injuria deterrerent] Sic plerique Pall. Grut. Stewech. Vatic. niſi quod in Pal. ſec. & editione principe *deterrerent*, qualiter & in quint. fuiſſe appareret, aut *detinerent*, ad marginem *provocarent*. vulgo *detraherent*. Gebhardus. *Ab inj. deterr.*] Ita MSS. hoc eſt precibus & rationibus expugnarent, ut deſiſteret ab injuria mihi inferenda. vid. Manut.

Atque ille quod te audiſſe credo, prid. Kal. Jan. qua injuria nemo unq. in annuo magiſtratu] Nonnulli *in aliquo magiſtratu* legunt. Nos cum meliores codices hoc loco corruptos invenerimus, vulgatam lectionem immutare, etſi nobis parum probatam, noluimus. Quid enim prodeſt, ſi non ſinceriorem & clariorem reponas, receptam quamvis parum firmam repudiare? Vetus ille codex quem omnium longe optimum cognovimus *in animo* habet, quam ſcripturam volui hic notare, etſi proculdubio depravatam, ut poſſint ex his veſtigiis ſtudioſi veram lectionem indagare, & ſuo loco inventam reponere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

onſulem affecit, cum remp. conſervaſſem, atque abeun-
m magiſtratu concionis habendae poteſtate privavit: cu-
s injuria mihi tamen honori ſummo fuit. Nam cum ille
ihi nihil niſi ut jurarem permitteret, magna voce juravi
eriſſimum pulcherrimumque jusjurandum: quod popu-
s idem magna voce me vere juraſſe juravit. Hac accepta
tam

Unuſquiſque igitur nunc in veri-
te perveſtiganda ſe exerceat. In eo-
m etiam codice & altero pari fere
nitate, paullo ante hunc locum, di-
io illa *credo* variata eſt, & fortaſſe
rrupta: illic enim *quod te audiſſe cer-*
legitur. Quare niſi deſit *ſcio* aut alia
x, quæ ſenſum ejus loci perficiat,
oculdubio peccatum fuiſſe librarii
cendum eſt: etſi ille quomodocun-
ue negligens fuit, aut aliquam di-
ionem omittendo, aut *certo* pro *credo*
ribendo. *Victorius.* *In annuo magi-
ratu*] Ut quondam docui. Mediceus
odex *in animo magiſtratu* habet: alio-
um judicium non reprehendo: ſed
uia unicuique licet quid ipſe ſen-
iat proferre, ſuſpicor legendum eſſe,
nani magiſtratu, deleta poſteriore parte
nediæ vocis, priore autem cum primo
nonoſyllabo copulata: ita enim &
ntitheton erit, & parva immutatio
iet. Natum hic eſſe mendum arbitror
x principio conſequentis dictionis.
Idem. *In aliquo magiſtr.*] Leges *in annuo,
n animo, in minimo.* Corrad. *Quod te
audiſſe credo*] Sic legendum *quod te au-
diſſe credo*, ut habent omnes noſtri li-
bri veteres: & ita olim excudi juſſe-
ram. Nam altera & vulgata *quod te au-
diſſe certo ſcio*, ſuppoſititia eſt. *Lambin.*
In minimo magiſtr.] Paull. Manutius,
ſeu Ubaldinus Bandinellus, legen-
dum putat *in minimo magiſtratu*: & re-
cte. quamvis nonnulli ex noſtris ha-
beant *in aliquo magiſtratu*: quomodo
olim edendum curavi. *Idem.* *Atque
ille quod te audiſſe credo*] *At ille*, ex inge-
nio Ant. Auguſtinus. pro *credo* autem
legebat Pantagathus *certo.* & paullo
poſt pro *in aliquo magiſtratu*, vetus liber
habet *annuo magiſtratu.* ſed ſententiæ
aptius eſſet *minimo*, ut ſit ἀντίθετον vocis
quæ ſequitur *conſulem.* Urſin. Omnes
MSS. tam Pall. quam Guilielmio con-
ſulti *unq. in aliquo mag.* Gebh. Quibus
accedunt Mentel. Amſtelod. meus ſec.
at prim. *in animo mag.* Non poſſum ve-
ro aſſentiri Lambino legere jubenti
Quod te audiſſe credo. Nam cum anti-
quiſſimi codices Mediceus & ei perſi-
milis alius legant, *quod te audiſſe certo*:
meus vero liber pervetuſtus, qui raro a
Mediceo diſcedit, liquido præ ſe ferat,
ut legendum conjecerat P. Victorius,
quod te audiſſe certo ſcio, nullus dubita-
vi hanc lectionem tanquam certiſſi-
mam, reponere. Sic ſtatim idem meus
liber eandem ſcripturam habet, quam
in Mediceo invenerunt viri docti, *ne-
mo unquam in animo magiſtratu.* unde re-
cte conjeciſſe Bandinellum exiſtimo:
nemo unquam in minimo magiſtratu. Sic
magiſtratus maximus apud Salluſt. Ca-
til. eſt Conſul: *Ea poteſtas*, inquit, *mo-
re Romano magiſtratui maximo permittit
exercitum parare, bellum gerere, coërcere
omnibus modis ſocios, atque civis: domi mi-
litiaque imperium atque judicium ſummum
habere: aliter ſine populi juſſu, nulli earum
rerum conſuli jus eſt.* Sic iſte locus legen-
dus, & interpungendus, qui vulgo
circumfertur corruptiſſimus, ut alias
oſtendemus. *Certo* etiam probavit Pan-
tagathus, & pro *aliquo* mallet quoque
F. Urſinus *minimo.* Grævius.

Niſi ut jurarem] De more, juſte me
Conſulatum geſſiſſe. *Corrad.*

*Magna voce juravi veriſſimum pulcher-
rimumque jusjurandum*] Rempublicam
atque hanc urbem mea unius opera
eſſe ſalvam. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tam inſigni injuria, tamen illo ipſo die miſi ad Metellum communes amicos, qui agerent cum eo ut de illa mente deſiſteret. quibus ille reſpondit, ſibi non eſſe integrum. etenim paullo ante in concione dixerat, ei qui in alios animadvertiſſet indicta cauſſa, dicendi ipſi poteſtatem fieri non oportere. Hominem gravem & civem egregium, qui qua poena ſenatus, conſenſu bonorum omnium, eos affecerat qui urbem incendere & magiſtratus ac ſenatum trucidare, bellum maximum conflare voluiſſent, eadem dignum judicaret eum qui curiam caede, urbem incendiis, Italiam bello liberaſſet. Itaque ego Metello, fratri tuo, praeſenti reſtiti. Nam in ſenatu Kal. Ian. ſic cum eo de rep. diſputavi, ut ſentiret ſibi cum viro forti & conſtanti eſſe pugnandum. A. d. tertium Non. Ianuar. cum agere coepiſſet, tertio quoque verbo orationis ſuae me appellabat, mihi minabatur: neque illi quidquam deliberatius fuit quam me, quacunque ratione poſſet, non judicio neque diſceptatione ſed vi atque impreſſione evertere. Hujus ego temeritati ſi virtute atque animo non reſtitiſſem, quis eſſet qui me in conſulatu non caſu potius exiſtimaret quam conſilio fortem fuiſſe? Haec ſi tu Metellum cogitare de me neſciſti, debes exiſtimare te maximis de rebus a fratre eſſe celatum: ſin autem aliquid impertivit tibi ſui conſilii, lenis a te & facilis exiſtimari debeo, qui nihil tecum de his ipſis rebus expoſtulem.

Dicendi ipſi poteſtatem fieri non oportere] Pal. tert. *ad dicendum ipſi*, quo vergunt prim & Grut. *ad dicendi*. Pal. ſec. *abiciendi*. quart. quint. *adiciendi* & *adjiciendi*. Nihil hic innovo. *Gebhardus*.

Præſenti reſtiti] Nam poſtea victus a me, abiit in Aſiam ad Pompeium. *Corr.* *Itaque ego Metello fratri tuo præſenti reſtiti*] Orationem ſuam Metellinam nominat libro ad Atticum primo, ſed & Plutarchus orationem Ciceronis in Metellum. *Bern. Rutil.*

Neque illi quidquam deliberatius fuit] Hoc eſt nihil illi fuit prius & antiquius, hoc plane decreverat & conſtituerat. Cic. XV ad Att. ep. 5. *Mihi vero deliberatum eſt, ut nunc quidem eſt, abeſſe ex ea urbe.*

Neque diſceptatione, ſed vi] Cic. I de Off. *duo genera ſunt decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim; quorum illud eſt hominis, hoc belluarum.*

Sed vi atque impreſſione evertere] Quidam legendum putant, *vi atque oppreſſione evertere*. Lambin.

Sedens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſtlem. Et, ſi intelligis, non me dicto Metelli, ut ſcribis, ſe conſilio ejus animoque in me inimiciſſimo eſſe commo- n, cognoſce nunc humanitatem meam, ſi humanitas ap- landa eſt in acerbiſſima injuria remiſſio animi ac diſſolu- . Nulla eſt a me unquam ſententia dicta in fratrem tuum; oticſcunque aliquid eſt actum, ſedens iis aſſenſi qui mihi iiſſime ſentire viſi ſunt. Addam & illud etiam, quod n ego curare non debui, ſed tamen fieri non moleſte tu- l, atque etiam ut ita fieret pro mea parte adjuvi, ut ſenatuſ- nſulto meus inimicus, quia tuus frater erat, ſublevaretur. uare non ego oppugnavi fratrem tuum, ſed fratri tuo re- ignavi: nec in te, ut ſcribis, animo fui mobili, ſed ita ſta- li ut in mea erga te voluntate etiam deſertus ab officiis tuis rmanerem. Atque hoc ipſo tempore tibi paene minitanti bis per litteras hoc reſcribo atque reſpondeo: Ego dolo- tuo non ſolum ignoſco, ſed ſummam etiam laudem tri- 1o. meus enim me ſenſus quanta vis fraterni ſit amoris lmonet. A te peto ut tu quoque aequum te judicem do- ri meo praebeas: ſi acerbe, ſi crudeliter, ſi ſine cauſſa m a tuis oppugnatus, ut ſtatuas, mihi non modo non ce- endum ſed etiam tuo atque exercitus tui auxilio in ejuſ- modi

Sedens iis aſſenſi] Ut M. Catoni, qui enatum retinuit, ne Metellum igno- inia afficeret. *Corrad.*

Nec in te, ut ſcribis, animo fui mobili, d ita ſtabili] Omnes ſciunt ſtabilem nimum mobili oppoſitum eſſe, quod ſtimonio etiam hoc Ciceronis con- rmatur: non tamen omnes *ſpondeos abiles mobilibus trimetris* oppoſuiſſe Ho- atium in libello de Arte poetica no- erunt. Corruptus enim locus ille eſt, c pro mobilibus, in cunctis impreſſis odicibus *nobilibus* legitur, cum qui- am manuſcripti *mobilibus* retineant. uam veram eſſe illius loci lectionem ui attente eum legent, facile anim- dvertent: tradit enim non multo nte cœptum eſſe inſeri trimetris pondeum, cum apud antiquos poetas in eo genere carminis raro reperiretur. Appellat autem *mobilia trimetra* quæ ex iambis ac pedibus qui ſyllabas breves habent conſtarent. labuntur enim il- la & miram celeritatem in ſe conti- nent. Siquis lente hanc caſtigationem probaret & vulgata lectione teneretur, auctoritate Ariſtotelis victus ſenten- tiam mutare debebit: qui in primo libro περὶ ποιητικῆς iambica & tetra- metra κινητικὰ, id eſt, mobilia appel- lavit, cum antea heroicum metrum στασιμώτατον, id eſt, maxime ſtabile appellaſſet, quod multos in ſe ſpon- deos recipit. *Victorius.*

Deſertus ab officiis tuis] Quæ erant, ut tu fratris conſilii conſcius vel illum inhiberes, vel me ut caverem mone- res. *Corradus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

modi cauſſa utendum fuiſſe. Ego te mihi ſemper amicum eſſe volui: me ut tibi amiciſſimum eſſe intelligeres laboravi. maneo in voluntate & quoad voles tu permanebo, citiuſque amore tui fratrem tuum odiſſe deſinam quam illius odio quidquam de noſtra benevolentia detraham. Vale.

In ejuſmodi cauſſa utendum fuiſſe] Et hic nihil muto, licet Pall. quatuor, Grut. Stewech. Peckian. ſicut XII libri Manutii habeant *tuendum*. Pal. quint. *tenendum*. Gebhardus. Merito nihil mutatur. Nam & Grævii liber ille optimus *utendum* legit.

Me ut tibi amiciſſimum eſſe intelligeres] Non placet, quod eſt in Stewech. Grut. Pal. tert. *me autem tibi amiciſſimum eſſe laboravi*. Gebhard.

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

Libri veteres hanc epiſtolam Nepotis nomine inſcribunt: quod ſi credimus ex Hiſpania miſſam, cui poſt conſulatum Nepos praefuit, ſimul credere neceſſe eſt. Scribit haec: a ſe fratrem ſuum, aſſidue Ciceroni obtrectantem, deſpici; Ciceronem autem, qui ſuam in eum benevolentiam officiis declararet, fratris loco diligi: de provinciae rationibus ad Lollium ſe litteras dediſſe. Amoris conſervationem petit in extremo. Moralis epiſtola: quibus conſulibus, incertum: cum Nepos Hiſpaniae triennium praefuerit, ut ex Pediano in commentario orationis pro Scauro colligitur.

Q. METELLVS NEP. M.T.C. S.D.

P. Clodij Ciceronis inimici.

HOminis importuniſſimi contumeliae, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur: &, ut ſunt leves ab ejuſmodi homine, a me deſpiciuntur:

Q. *Metellus Nepos*] Qui poſt Conſulatum in Hiſpaniam Procos. eſt profectus. *Corradus*.

Hominis importuniſſimi] P. Clodii. *Idem*.

Crebris concionibus] Romæ quidem habitis, ſed ad me in Hiſpaniam perlatis. *Idem*.

Me onerat] Quod te revocarim. *Idem*.

Ut ſunt leves ab ejuſmodi homine] Sic ex Mediceo codice edidit Victorius, ſicque eſt in Vaticano: [Aſſentit & hic Grævii liber primus Mediceo & Vatic.] alias *ut ſunt leves ejuſmodi homines*. porro paullo ſtatim τὸ *bis* inficiantur Pall. tert. quart. quint. Grut. Stewech.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tu: libenterque, commutata perſona, te mihi fratris loco et duco. De illo ne meminiſſe quidem volo, tametſi bis em invitum ſervavi. De meis rebus, ne vobis multitudi- n litterarum moleſtior eſſem, ad Lollium perſcripſi: de r ionibus provinciae quid vellem fieri, ut is vos doceret & c mmonefaceret. Si poteris, velim priſtinam tuam erga n voluntatem conſerves. Vale.

ch. [ut & Græv. prim. Amſtelod. ntel. Grævii tamen ſecundus *bis* bet.] *Gebhard.*

Te mihi fratris loco] P. Clodii, qui us eſt frater. id nos in Quæſtura bavimus. *Corradus.*

Tametſi bis invitum eum ſervavi] um illum Ædilem faciendum cu- i, ut judicium de vi vitaret: ad od illum bis Milo vocavit. Nec me : temporis ratio movet, quoniam ſtolæ per tempora non ſunt digeſtæ: ne miretur quiſpiam hanc ſequenti eſſe præpoſitam. *Idem.*

De meis rebus --.- ad Lollium perſcripſi] Extat in omnibus noſtris MSS. item editione Victorii *de meis rebus*. alii *de me meiſque rebus*. paullo poſt, *ad Lollium præſcripſi* legunt Pall. pr. tert. Stewech. unde ſuſpicatur verum eſſe poſſe Guilielmius, *ad Lollium prætorem ſcripſi*. & expreſſe ſecundus *ſcripſi*. Gebhard. *Ad Loll. perſcripſi*] Sic Grævii liber, aliique.

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Exul opem implorat conſulis Nepotis: ſeque non immemorem eneficii futurum confirmat. P. Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote Coss.

M. C. Q. METELLO NEPOTI COS. S. D.

Litterae Q. fratris, & T. Pomponii, neceſſarii mei, tantum ſpei dederant ut in te non minus auxilii quam n tuo collega mihi conſtitutum fuerit. Itaque ad te litteras tatim miſi: per quas, ut fortuna poſtulabat, & gratias tibi gi & de reliquo tempore auxilium petii. Poſtea mihi non tam

Q. *Metello Nepoti Cos.*] Sic enim legendum eſt ex omnibus fere ibris veteribus. Nam conſuli Cicero xul ſcribit. *Corradus.*

Litteræ Q. fratris] Sic ad Atticum: *De Metello ſcripſit ad me frater, quantum ſperaret perfectum eſſe per te.* Idem.

T. Pomponii] Attici: ad quem lib. III ſic ſcribit: *Accepi a te epiſtolam, in qua de Lentuli ſtudio, de Metelli voluntate, de tota Pompeii ratione perſcribis.* Idem.

In tuo collega] P. Lentulo. *Idem.*

Qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tam meorum litterae quam ſermones eorum qui hac iter faciebant, animum tuum immutatum ſignificabant: quae res fecit ut tibi litteris obſtrepere non auderem. Nunc mihi Quintus frater meus mitiſſimam tuam orationem quam in ſenatu habuiſſes perſcripſit: qua inductus ad te ſcribere ſum conatus, & abs te, quantum tua fert voluntas, peto quaeſoque, ut tuos mecum ſerves potius quam propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes. Tu tuas inimicitias ut reipublicae donares te viciſti, alienas ut contra rempub. confirmes adduceris? Quod ſi mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua poteſtate tibi

Qua inductus, ad te ſcribere ſum conatus] Cum olim in libris manuſcr. pro *ſum coactus* (quod eſt in vulgatis) ſcriptum reperiſſem *ſum commotus*, in uno neque *coactus*, neque *commotus*: ſuſpicatus ſum, utramque vocem eſſe alienam & ſubdititiam. Omnino duo illa participia ſic poſita ut leguntur in libris vulg. *qua inductus, coactus ſum*, aures noſtræ reſpuebant. Ea res me olim induxit ut ita ederem, *qua, ut ad te ſcriberem, ſum inductus*. Nunc quia plerique libri veteres habent participium *commotus*, ex eoque facile fieri poteſt *conatus*: ſic edidi, *qua inductus, ad te ſcribere ſum conatus*. Paullo poſt, ubi omnes libri habent, *Tu tuas inimicitias ut reip. donares, te viciſti*: quidam viri docti legi volunt, *ut reip. condonares*, &c. *Lambinus*. *Ad te ſcribere ſum conatus*] Ita reperi in Pall. pr. quint. Vatic. editione Victorii. [ſic & Græv. prim. & Amſtelod.] Stewech. tamen, *qua ad te ſcribere ſum coactus*. Paullo ante Pall. pr. tert. quint. Grut. Stewech. *in ſenatum habuiſſes* familiare jam, ex notatione Doctorum, Ciceroni: quod tamen huc non introduxi: contentus animadvertiſſe. *Gebhardus*. Grævii tamen uterque, Amſtelod. Ment. ſtant pro vulgata.

Ut tuos mecum ſerves potius] Ita reperi præter Victorianam ac Manutianam editionem in quinque Pall. Grut. Stewech. [hanc lectionem etiam quatuor codd. quos Grævius evolvit, tuentur.] vulgo, *ut tu me conſerves potius*. Gebhard.

Arrogantem crudelitatem tuorum] P. Clodii fratris. *Corrad.*

Tuas inimicitias ut reipublicæ donares] Quas mecum in tuo tribunatu ex Reip. diſſenſione ſuſceptas, in templo Jovis Opt. Max. dixiſti te & temporibus & Reip. permiſſurum. *Idem*. Aliter tamen Manut. quem vide. *donare* autem *inimicitias reipublicæ* venuſtiſſime dicitur propter rempublicam, ſive boni publici cauſſa exuere inimicitias, & deponere ſimultates. Juſtin. lib. XXXII, 2. *donare filio patrem* eſt ignoſcere patri, & culpam pœnamve remittere propter filium. Id. XXXVIII, 6. *Ne victum quidem memoriæ patris donarent*. Apud eund. *donari uxori & liberis*. Petron. *Quicquid ergo eſt, dono vobis*. hoc eſt, illi condono propter vos, veſtram interceſſionem. Hæc in illorum gratiam qui hic voluerunt ſubſtituere *condonare*. Grævius.

Alienas] P. Clodii. *Corrad.*

Omnibus in rebus me fore in tua poteſtate] Hoc eſt, me omnia facturum, quæ imperas, me ætatem tibi obnoxium fore, nunquam a tuis rationibus & voluntate diſcrepaturum. Eſt loquendi genus elegans, & Ciceroni perfamiliare.

I ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ni confirmo. ſin mihi neque magiſtratum, neque ſena-
tn, neque populum auxiliari, propter eam vim quae me
cm rep. vicit, licuerit: vide ne cum velis revocare tempus
cmnium reſervandorum, cum qui ſervetur non erit, non
pſſis. Vale.

d Att. ep. 11. *Ac ne illud mirere, cum antea ſignificarem tibi per litteras, me are, illum in noſtra poteſtate fore.* hoc eſt, turum quæ volumus. ſic alias ſæpe.

Propter eam vim] Tribunitiam Clodii, & conſularem Piſonis & Gabinii: qualis erat tua, ſi impedias. *Corradus.*

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

Omnia benevoli animi ſigna in C. Antonium a ſe eſſe profecta, llam ab illo relatam gratiam, oſtendit: quod ſi gratum cognove-, ſe non eſſe ei defuturum. Commendat in extremo Atticum. Eſt tem hic Antonius, qui collega Ciceronis fuerat in conſulatu, filius . Antonii ſummi oratoris, patruus M. Antonii, qui poſtea remp. opeſſit. Macedoniam hoc tempore Proconſul adminiſtrabat, Silano Murena Coss.

M.C. C. ANTONIO, M. F. IMPERATORI S.D.

Etſi ſtatueram nullas ad te litteras mittere niſi commendatitias; non quo eas intelligerem ſatis apud te valere, ed ne iis qui me rogarent, aliquid de noſtra conjunctione mminutum eſſe oſtenderem: tamen, cum T. Pomponius, omo omnium meorum in te ſtudiorum & officiorum maime conſcius, tui cupidus, noſtri amantiſſimus, ad te proiciſceretur, aliquid mihi ſcribendum putavi: praeſertim um aliter ipſi Pomponio ſatisfacere non poſſem. Ego ſi abs

C. *Antonio*] In conſulatu collegæ, nunc in Macedonia Procos. *Corradus.*

Non quo eas intelligerem] Sic Pall. pr. ec. quart. quint. ſic duo Guilielmini: alias *quod.* non ſperno, ſed hoc potius duxi ob tantum conſenſum. *Gebhardus.* *Quo* extat etiam in Amſtelod. & Mentel.

T. Pomponius] Atticus. *Corrad.*

Omnia

abs te ſumma officia deſiderem, mirum nemini videri debeat. omnia enim a me in te profecta ſunt quae ad tuum commodum, quae ad honorem, quae ad dignitatem pertinerent. Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam tu es optimus teſtis. Contra etiam eſſe aliquid abs te profectum ex multis audivi. nam comperiſſe me, non audeo dicere, ne forte id ipſum verbum ponam quod abs te ajunt falſo in me ſolere conferri. Sed ea quae ad me delata ſunt malo te ex Pomponio, cui non minus moleſta fuerunt, quam ex meis litteris cognoſcere. Meus in te animus quam ſingulari officio fuerit & ſenatus & populus R. teſtis eſt. Tu

Omnia enim a me in te profecta ſunt] Conceſſio Macedoniæ, provinciæ ſorte meæ: communicatio Galliæ, jam pactione quoque meæ: & defenſio contra ſuſpicionem, quæ fuit, te cum Catilina conjuraſſe. *Idem.*

Nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam] Pal. pr. Grut. *relictam*: ſed cauſſa quod ſcriptum erat, ſicut in Pal. ſec. *relactam*, hujus mutationis: illud me mirum habet, præferre quartum *redditam*. Gebhard.

Nam comperiſſe me] Cic. Philipp. *me omnia comperiſſe criminabatur.*

Quod ajunt falſo a me ſolere proferri] Libri vulgati ſic habent, *quod abs te ajunt falſo in me ſolere conferri.* a quibus non diſcrepant antiqui: niſi quod nonnulli pro *conferri* habent *confiteri.* unus & alter *profiteri*, plane mendoſe. Siquis locus eſt in epiſtolarum libris difficilis & obſcurus, & meo quidem judicio, corruptus, hic eſt. Difficultas autem eſt in verbo *comperiſſe*, & in his verbis, *quod abs te ajunt*, &c. quæ plane depravata ſunt. Quod igitur ad verbum *comperiſſe* attinet, conſtat ſæpe objectum fuiſſe Ciceroni, juratum dixiſſe, ſe comperiſſe & patefeciſſe conſpirationem conjurationemque illam Catilinariam. libro I epiſtolarum ad Atticum, epiſt. cujus initium eſt, *Vereor ne putidum*, &c. ſic Cicero, *Clodius conciones miſeras habebat, in quibus Lucullum, Hortenſium, C. Piſonem, Meſſallam Cos. contumelioſe lædebat: me tantum comperiſſe omnia criminabatur.* Salluſtius, aut quiſquis auctor fuit illius oratiunculæ in M. Tull. *Qui vero nihil poterat, is erat calumniæ proximus: is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut inſidias ſenatui fecerat: denique de eo tibi compertum erat.* Huc pertinet etiam illud quod eſt in Lucullo, *An tu cum res occultiſſimas aperueris in lucemque protuleris, juratuſque dixeris eas te comperiſſe*, &c. Et quod eſt in Orat. pro Sylla, *Excluſus hac criminatione Torquatus, rurſus in me irruit, me accuſat: ait me, aliter ac dictum eſt, in tabulas publicas retuliſſe.* Ex his igitur & ſimilibus locis, & ex verbo *profiteri* (ne longior ſim) puto hunc locum primum eſſe corruptum, deinde ſic emendandum, *nam comperiſſe me, non audeo dicere. ne forte id verbum ponam, quod ajunt falſo a me ſolere proferri.* Lambinus. Mirum qui hæc viro doctiſſimo potuerint in mentem venire, cum Cicero ſæpe hoc loquendi genere utatur, quod optimi libri præ ſe ferunt. Superius l. III, ep. 10. *Quod ſi eſſem ea perfidia, qua ſunt ii qui in nos hæc conferunt, tamen ea ſtultitia certe non fuiſſem, ut in obſcuro odio apertas inimicitias oſtenderem.* Et VII, epiſt. 22. *Ais enim omnia omnium dicta in his etiam Sextiana in me conferri.* Grævius.

quam gratus erga me fueris ipſe exiſtimare potes: quan- mihi debeas ceteri exiſtimant. ego quae tua cauſſa an- eci, voluntate ſum adductus poſteaque conſtantia. Sed qua, mihi crede, multo majus meum ſtudium majorem- gravitatem & laborem deſiderant. Quae ego ſi non fundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſ- bo. ſin autem ingrata eſſe ſentiam, non committam ibi ipſe inſanire videar. Ea quae ſint & cujuſmodi pote- x Pomponio cognoſcere. atque ipſum tibi Pomponium commendo, ut quanquam ipſius cauſſa confido te factu- n eſſe omnia, tamen abs te hoc petam, ut ſi quid in te re- et amoris erga me id omne in Pomponii negotio oſten- . Hoc mihi nihil gratius facere potes. Vale.

a quæ ad me delata ſunt] Valerio in- rete nuntiante, Thylioque ſcriben- ſe audiſſe, te in pecuniis cogendis itare, partem mihi quæri, & a me odem communis quæſtus Hila- n libertum eſſe miſſum. *Corradus.*

Singulari officio] In iis, quæ paullo te diximus. Hoc ipſum in oratio- pro P. Seſtio *indulgentiam* vocat. *m.*

Reliqua, mihi crede, multo majus meum dium, &c.] Quæ imminent, ut ac- cuſatio conjurationis: & quod Pom- peiani prodromi nuntiant aperte, Pompeium acturum, tibi ſuccedi o- portere: eodemque tempore ager prætor ad populum, quod contra Dar- danos avare & ob id infeliciter rem geſſeris. *Idem.*

Non committam ut tibi ipſe inſanire vi- dear] Sic fere Terentius in Hecyra:
Nam qui amat cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte dico, Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert. Lambin.

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Exponit ſuam diligentiam in eo adhibitam, ne Sextio qui cum . Antonio Proconſule Quaeſtor in Macedoniam iverat, ſuccedere- ur. addit de domo a ſe empta, non ſine joco: de Sextii quae aedi- cabantur aedibus: de C. Antonio a ſe in ſenatu defenſo. M. Meſ- lla, M. Piſone Coſs.

M.C. P. SESTIO, L.F. PROQVAESTORI S.D.

CVm ad me Decius, librarius, veniſſet, egiſſetque me- cum, ut operam darem ne tibi hoc tempore ſuccede- retur,

P. *Seſtio L. F.*] Vel hic, P. F. vel in epiſtola 18 hujus libri L. F. legen- dum videtur, quum idem ſit Seſtius. *Corrad.*

Procos.]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

retur, quanquam illum hominem frugi & tibi amicum exiſtimabam, tamen, quod memoria tenebam cujuſmodi ad me litteras antea miſiſſes, non ſatis credidi homini prudenti tam valde eſſe mutatam voluntatem tuam. ſed poſtea quam & Cornelia tua Terentiam convenit, & ego cum Q. Cornelio locutus ſum, adhibui diligentiam, quotieſcunque ſenatus fuit ut adeſſem, plurimumque in eo negotii habui ut Q. Fuſium, tribunum plebis, & ceteros ad quos tu ſcripſeras, cogerem potius mihi credere quam tuis litteris. Omnino res tota in menſem Ianuarium rejecta erat, ſed facile obtinebatur. Ego tua gratulatione commotus, quód ad me pridem ſcripſeras velle te bene evenire quod de Craſſo domum emiſſem, emi eam ipſam domum XXXV, aliquanto poſt tuam gratulationem. Itaque nunc me ſcito tantum habere aeris alieni ut cupiam conjurare ſi quiſquam recipiat. ſed partim odio inducti me excludunt, & aperte vindicem conjurationis oderunt; partim non credunt, & a me inſidias metuunt: nec putant ei nummos deeſſe poſſe qui

Procos.] Memini me alibi legere *Quæſt.* & ſane P. Seſtius C. Antonii in Italia Conſulis & in Macedonia Proconſulis Quæſtor fuit. Sed in Macedonia revocato Antonio fortaſſe relictus, hic a Cicerone *Procos.* dicitur. *Idem.* A recentioribus tamen emendatum fuit *Proquæſt.*

Libertus tuus] Al. *librarius tuus.* Corr.

Cornelia tua] C. Scipionis filia. *Idem.*

Q. Fuſium Trib. pleb.] M. Piſone & M. Meſſala Coss. *Idem.*

Facile obtinebatur] Ne tibi hoc tempore ſuccederetur. *Idem.*

Emi eam ipſam domum millibus nummum XXXV] *Diebus* XXXV in pervetere libro legimus. *Idem.* *Emi eam ipſam domum* XXXV] Sic voluit prudentiſſimus Victorius, ſic nos, quia ſic ſcriptum reperimus in quinque Pall. in primo ac tert. ante numerum nonnihil ſpatii erat relictum, ſignificando aliquid deeſſe. Lambin. ex voluntate Budæi edidit *emi eam ipſam domum tricies quinquies* LLS. porro, *ipſam*, expungitur in Pal. tert. Grut. Stew. *Gebhardus.* In Amſtelodam. cod. ſpatium quoque id ipſum conſpicitur, quod in antiquo libro bibliothecæ Divi Marci reperit P. Victorius. In Grævii vero duobus libris ſine ullo interſtitio vacuo ſcribitur XXXV. quamvis in recentiore pro V ſcribatur II. In illo inani ſpatio, ſi quid deſideratur, eſt nota Seſtert. HS. Eſt autem *tricies quinquies ſeſtertium* octoginta ſeptem & quinquaginta millia coronatorum:

Si quiſquam recipiat] Hoc eſt in quatuor Pall. Grut. Stewech. [nec non in omnibus quatuor libris, quibus Grævius uſus eſt.] nam Pal. quint. *ſi qui recipiat*, non abſone: Vatican. *ſi quiſquam me recipiat*. omnes melius quam vulgo, *ſi quis me recip.* Gebhard.

Qui

...i ex obſidione foeneratores exemerit. Omnino ſemiſſi-
...s magna copia eſt. ego autem meis rebus geſtis hoc ſum
...ecutus ut bonum nomen exiſtimer. Domum tuam atque
...dificationem omnem perſpexi, & vehementer probavi.
...ntonium, etſi ejus in me officia omnes deſiderant, tamen
in

Qui ex obſidione fœneratores exemerit] ...c eſt, qui homines divites, qui pecu-...m locant fœnori, liberaverim præ-...iſſimo periculo, quod eis a Catili-...n imminebat. Cic. or. ad Quirites: ...*ſe fuiſſe miſerum cum careret patria* ...*n obſidione liberaſſet*. Plin. Paneg. de ...atione, *nec mediocre pacis decus ha-* ...*tur ſubmota campis irruptio ferarum, &* ...*lione quadam liberatur agreſtium labor.* ...*eratores* autem ſunt cives opulen-... qui civilibus & licitis uſuris num-...s aliis locant. Cic. VII ad Attic. ...t. 7. *Quos tu bonos eſſe dicas, ſi ordines* ...*ulorum quærimus, non intelligo. Senatum* ...*um putas, per quem ſine imperio provin-* ...*ſunt?* &c. *an fœneratores? an agri-* ...*s?* ſic in multis aliis locis. Nobis ...lie *renteniers*.

...mnino ſemiſſibus magna copia eſt] Et ...locus diligenter etiam conſideran-... eſt. Alii legunt *omnino ſemiſſium*, ve-...i codices *omni ſemiſſibus*. Nos lectio-...n eam ſecuti ſumus quæ parum a ...cis exemplaribus diſcederet, & ſen-...iam eandem retineret. In *ſemiſſi-* ...enim clari ſunt & certi vetuſti co-...s. Vox illa *omnino* quam reſtitui-...s, non integra in illis legitur, ut ...nihil ſcrupuli etiam reſtet. Men-...em facit hujus loci Hermolaus in ...editione Plinianarum caſtigatio-...n lib. XIV, cap. 4. qui eandem fe-...quam nos emendationem probat. ...e ſit in veteribus exemplaribus ...tura, voluimus nos notum face-... cum videamus adhuc hunc locum ...bare. *Victor.* Varie legitur, *omni* ...*ſibus*, *homini ſemiſſis*, *omnino ſemiſ-* ..., *omnino e meſſibus*, *homini ſemiſſi*. & ...ique in vetuſtiſſimo libro *Ennii* ...*ſibus*: ut forte interpretandum ſit, ...viris, quos Ennius & veteres *ſe-* *miſſis* appellarint, ſicut & Vatinius in epiſt. 9 hujus libri. *Corradus.* *Omnino ſemiſſibus magna copia eſt*] Sic Victorius, quia erat in ſuis, quemadmodum eſt in Pall. quatuor. Grut. *omni ſemiſſibus*. quod probavit Hermolaus Barbarus & ſecutus eſt. Jam quia eam ſic reperit Manutius in Thomæ Leonici libro, viſaturque in Vaticano, omnis dubitationis alea tollenda eſt. vulgo *homini ſemiſſis m. c. e.* Gebhard. In Menteliano quoque clare ſcribitur, *omnino ſemiſſibus*. In Amſtelodam. *omni ſemiſſibus*. Sunt autem *ſemiſſes* uſuræ, cum in centum denarios quot menſibus uſuræ nomine penditur ſemis denarius, ſive octo aſſes, qui in anno faciunt ſex denarios. *Centeſimæ* uſuræ eſt denarius menſtruus in denarios centum, quæ in annum generant duodecim denarios. dicuntur & *aſſes uſuræ*. *twaelf van hondert in't jaer.* Contra *unciarium fœnus*, cum pro centum denariis menſtrua uſura ſolvitur uncia centeſimæ, hoc eſt, as cum triente: hi annui ſunt duodecim trientes, hoc eſt, denarius unus ſeptendecim aſſium. *een van hondert in't jaer.* ſententiam P. Manutii, ejuſque argumenta pluribus ſolide refellit ὁ πάνυ Gronovius, cum in libro de Pecun. vet. III, cap. 13. tum in prima & ſecunda Ἀντεξηγήσει, quas vide.

Ego autem] Quaſi dicat, non ſemiſſis homo. *Corradus.*

Bonum nomen exiſtimer] Cui homines pecunias credere poſſint: ſed id duntaxat, quum illi interim pecunias habeant. *Idem.* *Bonum nomen* eſt debitor qui ſolvendo eſt. *Ut bonum nomen exiſtimer*] Qui hoc non ceperunt, inculcarunt *nomen adeptus*, contra omn. MSS. ac libros. *Gebhard.*

Antonium] Collegam meum, Cos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

in ſenatu graviſſime ac diligentiſſime defendi, ſenatumque vehementer oratione mea atque auctoritate commovi. Tu ad me velim litteras crebrius mittas. Vale.

& Procos. tuum reum conjurationis. *Corrad.*

Graviſſime ac diligentiſſime defendi] Illo ipſo die quo Clodius eſt adoptatus. *Idem.*

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Pompeio de Mithridate victo: deinde carpit eum ut gratiae referendae parum ſtudioſum, quia ſibi de Catilinae conjuratione extincta frigide gratulatus erat: ſe tamen ei tum in republ. tum in amicitia conjunctum fore ſignificat. ſcripta Silano & Murena Coss. ante ceteras omnes quae hoc volumine continentur.

M. T. M. F. CICERO, CN. POMPEIO CN. F. MAGNO, IMPERATORI S. D.

S. T. E. Q. V. B. E. E. V. Ex litteris tuis quas publice miſiſti, cepi una cum omnibus incredibilem voluptatem. tantam enim ſpem otii oſtendiſti quantam ego ſemper omnibus, te uno fretus, pollicebar. Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtis, novos amicos, vehementer litteris percuſſos atque

S. *T. E. Q. V. B. E. E. V.*] Iſtud malui cum Victorio ac Lambin. quam expreſſis verbis. Sed quod mireris, Pall. pr. quart. quint. repræſentant, *Si tibi eſt, quomodo vis, bene eſt:* ex ignoratione ac falſa interpretatione litterarum Capitalium; quippe vult, *ſi tu exercituſque valetis, bene eſt: ego valeo.* Gebhardus. Notas etiam referunt meus primus & Amſtelodam. ſed tamen illæ ultimæ duæ litteræ *E. V.* in iis non leguntur. nec fuerunt in Palatinis illis qui has notas iſtis verbis expreſſerunt, *ſi tibi eſt, quomodo vis, bene eſt*: quibus accedit Mentelianus: nec in meo ſecundo, in quo ſic explicantur hæ litteræ, *ſi tu exercituſque valetis, bene eſt.* non addito, *ego valeo.* cui adſtipulantur editiones fere omnes. Et ipſe eas expunxiſſem, niſi me retineret auctoritas codicis Medicei. *Grævius.*

Quas publice miſiſti] Ex Aſia de Mithridatico bello confecto. *Corrad.* *Litteras publice mittere* eſt ad ſenatum populumque Romanum ſcribere de rebus geſtis.

Tuos veteres hoſtes novos amicos] Cæſarem intelligere poſſumus, etſi difficilis eſt conjectura. *Corradus.* Manutius intelligit M. Craſſum, & L. Lucullum. quem vide. Sed ne Lucul-

luni

ique ex magna ſpe deturbatos jacere. Ad me autem litte-
r; quas miſiſti, quanquam exiguam ſignificationem tuae
e ga me voluntatis habebant tamen mihi ſcito jucundas fuiſ-
ſ. nulla enim re tam laetari ſoleo quam meorum officio-
r m conſcientia: quibus ſi quando non mutue reſponde-
t r, apud me plus officii reſidere facillime patior. Illud
n n dubito quin ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi
a junxerint, reſp. nos inter nos conciliatura conjunctura-
q e ſit. Ac ne ignores quid ego in tuis litteris deſiderarim,
ſ ibam aperte, ſicut & mea natura & noſtra amicitia po-
ſ ılat. Res eas geſſi quarum aliquam in tuis litteris, & no-
ſ ae neceſſitudinis & reipub. cauſſa, gratulationem exſpe-
c avi: quam ego abs te praetermiſſam eſſe arbitror, quod
v rerere ne cujus animum offenderes. ſed ſcito ea quae nos
p o ſalute patriae geſſimus, orbis terrae judicio ac teſtimo-
n o comprobari. Quae, cum veneris, tanto conſilio tan-
t que animi magnitudine a me geſta eſſe cognoſces, ut tibi
m ulto majori quam Africanus fuit, me non multo mino-
rem

n Craſſumque intelligam, movet, quod Lucullum non ita multo an- nimicum ſibi comparavit: ſed illa a cauſſa, quod ei ſucceſſiſſet in pro- ıcia, qualique gloriam laborum ripuiſſet, ut ſcribit in utriuſque vi- Plutarchus. Craſſum vero non ante i conciliavit quam Romam rever- a bello Mithridatico, idque Cæſa- opera. idem, Appianuſque aucto- . Ut potius veteres amici novi ho- s appellandi fuerint. Nam & alio- i Craſſus quoque, ut Pompeius, llanus denique in primo conſulatu llega, ſimultates veteres depoſue- nt, quæ tamen poſtea revixerunt, que ad eam Cæſaris reconciliatio- m: teſte in vitis eorum Plutarcho. ec eſt tamen alter quem innui ſuſpi- r, niſi Cæſarem forte. Nam & a- qui cum Craſſo ſimultate potius at- e æmulatione quam odio inimici- tiiſque certavit, ut ait Plutarchus. *Bernard. Rutil.*

Res eas geſſi] In conſulatu. *Corrad.*

Africanus] Minor, Scipio Æmylia- nus dictus. *Idem.*

Quod vererere, ne cujus animum off.] Ita Victorii editio, Pall. pr. ſec. Grut. Vatic. nam Pal. tert. Stewech. *verere.* vulgo *verebare*. Gebhard..

Fuit, tamen non multo minorem, quam Lælium facile & in Rep.] Scripſi ſic au- ctoritate Victorii ac Vatic. codicis, nam in omnibus Pall. & Grut. *me*, non *ta- men*; ſed *Lælium* non *Lælius* iidem o- mnes: ceterum *tibi* ex eorundem o- mnium conſenſu ejeci. *Gebhardus.*

Me non multo minorem quam Lælium] Sic recte Amſtelod. & omnes Pall. *Tamen,* quod Victorius hic pro *me* ſubſtituit, adverſatur & loci hujus ſententiæ, & omnibus aliis codd. hinc ei non au- ſus ſum adſtipulari, ut Gebhardus fe- cerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rem quam Laelium, facile & in rep. & in amicitia adjunctum eſſe patiare. Vale.

cerat. *Tibi* vero recte ejecerunt. Nam id nulli habent libri paullo vetuſtiores. *Gravius*. *Lælius*] Cognomento Sapiens, qui de amicitia apud Ciceronem diſputat. *Corrad.*

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

M. Licinius Craſſus, ejus P. Craſſi filius qui ſeipſum ne in manus incideret inimicorum occidit, ut eſt in orationibus pro Scauro & pro Sextio, Romanorum opulentiſſimus, poſtremis diebus ſecundi conſulatus ſui, contra diras & obnunciationes Atei tribuni plebis, de quibus Appianus, Plutarchus, Dio, in Syriam provinciam profectus eſt; cum apud Ciceronem in ejus generi Craſſipedis hortis coenaſſet, ut legimus in epiſtola 9 libro I. Ad eum Cicero in provinciam ſcribit, quam ſtudioſe dignitatem ejus in ſenatu defenderit: excuſat ſuperiorum temporum ſimultatem; conſtantiam & fidem poſt gratiae reconciliationem pollicetur, affirmans ejus honeſtati & gloriae nullo unquam ſe loco defuturum: quiddam etiam de ſuo in filium ejus P. Craſſum amore ejuſque in ſe obſervantia interponit. Negotialis & moralis epiſtola: nam & actam in ſenatu rem narrat; & de reliquo tempore omnia ſtudia ſine ulla exceptione promittit. Scripta L. Domitio Ahenobarbo, Ap. Claudio Pulchro Coſs. qui Pompeio & Craſſo proxime ſucceſſerunt.

M. T. C. M. LICINIO P. F. CRASSO S. D.

Scripta L. Domitio Ahenobarbo Ap. Claudio Pulchro Coſs. A.V.C. 699.

QVantum meum ſtudium exſtiterit dignitatis tuae vel tuendae vel etiam augendae, non dubito quin ad te omnis tui ſcripſerint. Non enim fuit aut mediocre aut obſcurum aut ejuſmodi quod ſilentio poſſet praeteriri. Nam & cum conſulibus & cum multis conſularibus tanta contentione

VEl tuendæ] Contra Atteium Trib. pleb. & reliquos adverſarios, ep. 8 lib. I. *Corrad.*

Cum Conſulibus] L. Domitio Ænobarbo & Appio Claudio Pulchro. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tiae decertavi quanta nunquam antea ulla in cauſſa, ſuſcepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis, veterique noſtrae neceſſitudini jamdiu debitum ſed multa varietate temporum interruptum officium cumulate reddidi. Neque mehercule unquam mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas defuit: ſed quaedam peſtes hominum, laude aliena dolentium, & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Sed extitit tempus optatum mihi magis quam ſperatum, ut, florentiſſimis tuis rebus, mea perſpici poſſet & memoria noſtrae voluntatis & amicitiae fides. Sum enim conſecutus, non modo ut domus tua tota ſed ut cuncta civitas me tibi amiciſſimum eſſe cognoſceret. Itaque & praeſtantiſſima omnium foeminarum uxor tua, & eximia pietate, virtute, gratia tui Craſſi meis conſiliis, monitis, ſtudiis actionibuſque nituntur: & ſenatus populuſque R. intelligit, tibi abſenti nihil eſſe tam promtum, aut tam paratum, quam in omnibus rebus quae ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam. Quae ſint acta, quaeque agantur, domeſticorum tibi litteris declarari puto. De me ſic exiſtimes ac tibi perſuadeas vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidiſſe, ſed ut primum forum attigerim ſpectaſſe ſemper ut tibi poſſem quam maxime

Veterique noſtræ neceſſitudini] Quæ ante conjurationem Catilinæ fuerat. *Idem.*

Interruptum officium] Maxime tempore conjurationis. *Idem.*

Quaedam peſtes hominum] Catonis & aliorum. *Idem.*

Uxor tua] Tertulla. *Idem.*

Tui Craſſi] Marcus & Publius Junior qui a Cæſare e Gallia cum mille equitibus remiſſus, nondum patrem fuerat ſecutus. *Idem.*

Ut primum forum attigerim] Eloquentiam auſpicaturus, *die* (ut vocant) *tyrocinii.* Idem. *Ut pr. for. att.*] Hoc eſt, ab ineunte adoleſcentia, ſimul ac indui togam virilem depoſita prætexta, ab amicis deductus in forum, ut transſcriberer in viros. Cic. lib. xv, epiſt. 16. *Qui poſtquam forum attigiſti, nihil feciſti, niſi pleniſſimum ampliſſimæ dignitatis.* pro quo in lib. xiii, ep. 10 dicit *in forum venire.* Suet. eſt *in forum deduci.* Solebant enim tum ab amicis deduci in forum atque in templa ſacrificandi cauſſa. Ipſe dies, quo togam virilem capiebant, dicebatur *dies tyrocinii*, & annus ille, *annus tyrocinii:*

xime eſſe conjunctus. Quo quidem ex tempore memoria teneo neque meam tibi obſervantiam, neque mihi tuam ſummam benevolentiam ac liberalitatem defuiſſe. Si quae interciderunt, non tam re quam ſuſpicione violata, ea cum fuerint & falſa & inania, ſint evulſa ex omni memoria vitaque noſtra. Is enim tu vir es, & eum me eſſe cupio, ut quoniam in eadem reip. tempora incidimus, conjunctionem amicitiamque noſtram utrique noſtrum laudi ſperem fore. Quamobrem tu quantum tuo judicio tribuendum eſſe nobis putes, ſtatues ipſe: &, ut ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate. Ego vero tibi profiteor atque polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium in omni genere officii, quod ad honeſtatem & gloriam tuam ſpectet. in quo etiamſi multi mecum contendent, tamen cum reliquis omnibus tum Craſſis tuis judicibus omnis facile ſuperabo: quos quidem ego ambo unice diligo, ſed in Marco benevolentia impari. hoc magis ſum Publio deditus, quod me quan-

qui pro captu adoleſcentum nonnunquam erat annus quartus, quintus, aut ſextus decimus. Certum enim non fuiſſe ſat multis argumentis oſtenderunt viri docti. Plerumque tamen fuiſſe quartum decimum ſatis apparet ex Servio, qui ad VII Æn. notat, tirones anno quarto decimo exeunte togam virilem ſumſiſſe, quinto decimo armis ſe exercuiſſe in campo Martio, ſexto decimo exeunte ſtipendia mereri cœpiſſe.

Neque mihi tuam ſummam benevolentiam ac liberalitatem defuiſſe] Erat Craſſus in amicos liberalis adeo ut omnibus ſemper ejus domus pateret, pecunias inſuper ſine ullo fœnore mutuo traderet: & quum ſe militari gloria inferiorem animadverteret Pompeio, civilibus ſtudiis quam maximam poſſet auctoritatem & potentiam comparare nitebatur. Itaque petentibus omnibus præſto aderat officiis, patrociniis, pecuniarum etiam mutuis dationibus. Exiſtimo autem in ſupplicationibus ei decernendis laboraſſe Ciceronem. Idem certe Plutarchus eſt auctor, initio multas Meſopotamiæ civitates ſe ei ſponte dedentes, a Craſſo in fidem ditionemque receptas, Xenodotiam etiam vi captam. Quamobrem quum ſe Imperatorem appellatum iri putaſſet a militibus, ſpe ſua fruſtratus ſit. *Bern. Rutil.*

Non tam re quam ſuſpicione violata] Nam a P. Clodio infeſtiſſimus eſſe meis fortunis prædicabaris. *Corradus.*
Si quæ interciderunt non tam re, quam ſuſpicione violata] Sic Pall. pr. quart. quint. Vatic. Victorii editio. vulgo, *ſi qua interc. n. t. re q. ſuſp. violenta.* Gebhard.

Hoc magis ſum Publio deditus, quod me, quanquam a pueritia ſemper, tamen hoc tempore maxime, ſicut alterum parentem & obſervat & diligit] Non alienum puto Plutarchi verba apponere, quibus & origo inimicitiarum cum Craſſo & conſuetudo cum filio continentur. *Conjurationis* (inquit in Craſſo) *ejus quæ* Cati-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

uanquam a pueritia ſua ſemper tamen hoc tempore maxi-
ıe, ſicut alterum parentem, & obſervat & diligit. Has lit-
eras velim exiſtimes foederis habituras eſſe vim, non epi-
olae, meque ea quae tibi promitto ac recipio, ſanctiſſime
ſſe obſervaturum diligentiſſimeque eſſe facturum. Quae
me ſuſcepta defenſio eſt, te abſente, dignitatis tuae, in ea
m ego non ſolum amicitiae noſtrae ſed etiam conſtantiae
neae cauſſa permanebo. Quamobrem ſatis eſſe hoc tem-
ore arbitratus ſum hoc ad te ſcribere: me ſi quid ipſe in-
elligerem aut ad voluntatem aut ad commodum aut ad
mplitudinem tuam pertinere, mea ſponte id eſſe factu-
um: ſin autem quippiam aut a te eſſem admonitus, aut a
ıis, effecturum ut intelligeres, nihil neque te ſcripſiſſe ne-
ue quenquam tuorum fruſtra ad me detuliſſe. Quamob-
em velim ita & ipſe ad me ſcribas de omnibus minimis, ma-
imis, mediocribuſque rebus ut ad hominem amiciſſimum:
 tuis praecipias ut opera, conſilio, auctoritate, gratia mea
c utantur in omnibus, publicis, privatis, forenſibus, do-
ıeſticis, tuis, amicorum, hoſpitum, clientium tuorum ne-
otiis, ut, quoad ejus fieri poſſit, praeſentiae tuae deſide-
um meo labore minuatur. Vale.

EPI-

*ıtilina auctore cœpta omnem pene fundi-
s evertit Rempub. conſcium atque partici-
m fuiſſe Craſſum, non parva ſuſpicio fuit.
am ex conjuratis quidam magna voce
aſſum compellans auditus eſt. Attamen
s verbis nemo fidem habuit. Et M. Cice-
conjurationis vindex aperte ſatis in ora-
ne quadam in Craſſum & Cæſarem conju-
tionis illius non minima ex parte cauſſam
ert. Eam tamen orationem nunquam niſi
ſt utriuſque mortem edere auſus eſt. In illa
ro quam de ſuo conſulatu habuit, Craſſum
 ſe noctu veniſſe refert, epiſtolam a Cati-
a miſſam tenentem, qua illum quaſi con-
ium ad firmandam conjurationem horta-
r. Atque hac cauſſa ſemper in poſterum
ceronis inimicus Craſſus eſt habitus. Quod
ro palam illum non inſectaretur, filius im-
dimento fuit: qui quum ſtudiorum ac di-
ſciplinæ amantiſſimus eſſet, vehementer Ci-
ceronem diligebat, ejuſque congreſſu ac fa-
miliaritate plurimum utebatur, adeo ut
quum exilio damnatus eſſet Cicero, P. Craſſi
filius una cum eo veſtem mutaverit, atque
alios adoleſcentes complures idem facere com-
pulerit: tandem vero patrem etiam Cicero-
ni conciliavit.* Bern. Rutil.

A pueritia ſua ſemper] Tanquam ma-
giſtrum. *Corrad.*

*Sanctiſſime eſſe obſervaturum, diligen-
tiſſimeque eſſe facturum*] Sic Pall. pr. ſec.
quint. Vatic. Grut. editio Victorii: nec
tamen diſplicet Pal. quart. & Stewech.
ſcriptura, *ſanctiſſime obſervaturum dili-
gentiſſimeque eſſe fact.* Gebhardus.

*Aut ad voluntatem, aut ad commo-
dum*] Sic Cic. lib. I. epiſt. 3, 4 & 6. &
epiſt. 5 hujus libri. & ep. 9 lib. VI.

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

P. Vatinius, qui tribunatum pl. geſſerat Caeſare conſule, omniaque ex ejus libidine adminiſtraverat, poſt conſulatum in Illyricum a Caeſare dictatore miſſus, ut Appianus & Dio ſignificant, commendat ſuam dignitatem Ciceroni contra malevolorum atque invidorum obtrectationes. rebus enim proſpere geſtis, ſupplicationes, miſſis ad ſenatum litteris, petebat. Caeſare IV Conſule, ſine collega.

VATINIVS IMP. CICERONI SVO S.D.

S. V. B. E. E. V. Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſervas, P. Vatinius cliens advenit qui pro ſe cauſſam dicier vult. Non, puto, repudiabis in honore quem in periculo recepiſti. Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quam illum quo defendente vincere didici? An verear, ne, qui potentiſſimorum hominum conſpirationem neglexerit pro mea ſalute, is pro honore meo puſillorum ac malevolorum obtrectationes & invidias non proſternat atque obterat? Quare, ſi me, ſicut ſoles, amas, ſuſcipe me totum: atque hoc quidquid eſt oneris

ac

VATINIVS IMP. CICERONI SVO] Ita concipitur inſcriptio in Pall. ſec. tert. quart. Gruteriano, Stewech. nam Pall. pr. quint. etiam illud IMP. exſtinguunt. vulgo prænominibus augent P. VATINIUS IMP. M. CICERONI. *Gebhard.*

P. Vatinius] A Cæſare in Illyricum cum tribus legionibus miſſus, ut tributa imponeret, & obſides acciperet. *Corradus.*

Cliens advenit] Sic eſt in editione Victorii, Pall. quatuor, Grut. Stew. [quibus accedunt Græv. prim. & Amſtelod.] at quint. ſimplicius *cliens venit.* vulgo *ad te venit.* paullo poſt Lambinus legit *qui pro ſe cauſſam dicere vult,* quam lectionem in Pal. quart. reperi. vulgata ſe omnium ceterorum auctoritate tuetur; & ipſa ratione; quidquid dicat Dionyſius aut alii pro illo. *Gebhard.*

Qui pro ſe cauſſam] De ſupplicationibus obtinendis. *Corrad.*

Repudiabis in honore] Imperatorem appellatum. *Idem.*

Quem in periculo recepiſti] Reum factum anno decimo fere ante epiſt. 8 lib. I. *Idem.*

Qui potentiſſimorum hominum] Catonis, Favonii & aliorum. *Idem.*

Suſcipe me totum] Non eſt ut hic vitio

tio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac ſuſtinendum ita. Scis meam fortunam, neſcio quomodo, facile obtrectatores invenire, non meo quidem mehercules merito: d quanti id refert, ſi tamen fato neſcio quo accidit? Si ui forte fuerit qui noſtrae dignitati obeſſe velit, peto a te tuam conſuetudinem & liberalitatem in me abſente dendendo mihi praeſtes. Litteras ad ſenatum de rebus noris geſtis quo exemplo miſeram, infra tibi perſcripſi. Dicur mihi tuus ſervus anagnoſtes fugitivus cum Vardaeis ſe: de quo tu mihi nihil mandaſti: ego tamen terra maque ut conquireretur praemandavi: & profecto tibi illum periam, niſi ſi in Dalmatiam aufugerit: & inde tamen aliuando eruam. Tu nos fac ames. Vale. A. d. v Idus uintiles, ex caſtris, Narona.

EPI-

librarii repetitum perperam *me* ſois Vaticani cod. auctoritate gemimus. Nam & meus & alii libri lgatam tuentur. *Græv.*

Liberalitatem] Eſt ſtudium de aliis ne merendi. ut lib. 1, epiſt. 9. & epiſt. 3.

Quo exemplo miſeram, infra tibi ſcripſi] oc eſt, exemplum, ſive, ut barbari quuntur, copiam epiſtolæ meæ ad natum de rebus geſtis ſcriptæ, hiſce teris ſubjeci.

Tuus ſervus] Dionyſius epiſt. 77 lib. II. *Corrad.* *Tuus ſerv. anagnoſtes fugitivus*] Eruditi & opulenti homines inalia miniſteria habebant quoque, i ipſis cœnantibus, lavantibus, aut gilantibus noctu aut alio tempore ros vel aliorum, vel ſuos legerent, s *anagnoſtas* Græco vocabulo, ut Cic. d Att. ep. 9 *lectores* Latino appelunt. Plinius lib. III, epiſt. 5. de unculo ſuo, *Studebat in cœnæ tempus: er hanc liber legebatur, adnotabatur, & dem curſim. Memini quendam ex ami-, cum lector quædam perperam pronunſſet, revocaſſe & repeti coegiſſe.* Huc tinet, quod paullo poſt ibidem ſubjicit: *dum deſtringitur* (in balneo) *tergiturque audiebat aliquid aut dictabat.* Quod & Carolum Magnum tenuiſſe Eginhardus in vita ejus auctor eſt: *Inter cœnandum*, inquit, *aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat. legebantur ei Hiſtoriæ & antiquorum Regum geſta.* Severus Imperator ipſe legebat in menſa, & Poetas quidem, ut Lampridius in ejus vita auctor eſt. *A. Buchnerus.*

Cum Vardæis eſſe] Sic recte emendavit Manut. adſtipulante Vatic. & Grævii libro primo, in quo, *cum Vardæi ſe eſſe*, nec non Victor. ed. aliiſque libris melioribus. *Vardæi* Dalmatiæ populus. poſteri Ἀρδιαίους *Ardiæos* dixerunt. in Gloſſario ſunt *Bardei.* dicuntur & *Varalii.* Hos a mari in mediterranea Romani abegerunt, oram enim Dalmatiæ tenebant, coegeruntque agriculturæ vacare, teſte Strab. *Abrah. Ortelius.*

Narona] Liburniæ civitas, poſtea colonia facta, ad fluvium Naronem. Ptolemæo & *Narbona* dicitur, ſicut & in hac & ſeq. epiſt. in antiquo Grævii libro. hodie *Narenta* dicitur.

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

Scribit de Dionyſio ſervo, de Catilio pirata, de rebus a ſe in Dalmatia geſtis, pro quibus ſupplicationes ſibi decerni poſtulat. Eodem anno, cum in urbem rediiſſet Caeſar.

P. VATINIVS CICERONI SVO S. D.

S. V. B. E. E. Q. V. De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico: & eo minus quod me frigus Dalmaticum quod illinc ejecit, etiam hic refrigeravit. Sed tamen non deſiſtam quin illum aliquando eruam. Sed tamen omnia mihi dura imperas. De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſſimae. Apage te cum noſtro Sexto Servilio. nam mehercule ego illum quoque amo. ſed hujuſmodi vos clientes, hujuſmodi cauſſas recipitis? hominem unum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuos, matresfamilias, civis R. occidit, arripuit, diſperdidit, regiones vaſtavit? Simius non ſemiſſis homo contra me arma tulit,

DE *Dionyſio tuo adhuc nihil extrico*] Hoc eſt, de Dionyſio tuo nihil adhuc audivi, ubi lateat.

De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti] De Catilia familia non memini me apud ſcriptores quidquam legiſſe; quo fit ut ſuſpicer legendum eſſe *C. Atilio.* F. Urſinus. Sed neque hic dicitur Romanum fuiſſe *Catilium*, ſed piratam ex Dalmatia.

Qui tot ingenuas matres familias, civis R. occidit] Vetus omnino codex elegantiorem & ſinceriorem lectionem habet, quam nos accepimus. Non enim *ingenuas matresfamilias* appellat. Matres enim familias & probatas mulieres, & nobiles intelligimus, ſed *ingenuos, matresfamilias* ſeparatim de diverſis generibus: ut Orat. VI in Verrem, *Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamilias violatas.* Pueros enim ingenuos & honeſto loco natos nefas erat ſtuprare. Nam in mancipiis, & libertinis quaſi impune libidinem ſuam exercebant. Quod autem addit *cives Romanos*, tribuſque verbis tria hæc nefaria ſcelera exaggerat, oratorie eſt & graviſſime dictum. Cujus tam elegantis locutionis nullum in vulgatis codicibus veſtigium inerat. *Victorius.*

Simul vero ſemiſſis homo] Longe alia eſt in antiquis codicibus lectio, quam libenter arripuimus: *Simius non ſemiſſis. Simiolum* etiam Cicero, quem irridet, appellat, & qui ſuis inimicitiis propter humilitatem ejus & ſordes indignus eſſet. Græci quoque quos contemnunt, ita vocant, ut Ariſtophanes in Ranis, οὐδ' ὁ πίθηκος οὗτος ὁ νῦν ἐνο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

& eum bello cepi. Sed tamen, mi Cicero, quid facere ...ſum ? Omnia mehercule cupio quae tu mi imperas. ...eam animadverſionem & ſupplicium, quo uſurus eram ...eum quem cepiſſem, remitto tibi & condono. Quid il... reſpondere poſſum qui ſua bona direpta, naves expugna..., fratres, liberos, parentes occiſos, actiones expoſtulant ? ... mehercules Appii os haberem, in cujus locum ſuffectus ...n, tamen hoc ſuſtinere non poſſem. Quid ergo eſt ? Fa...m omnia ſedulo quae te ſciam velle. Defenditur a Q. Voluſio,

...λῶν κλειγλύνης ὁ μικρὸς, ut duobus modis Catilium ignominioſe ap...et, & vocando ipſum *ſimium*, & ne ...ſſimo quidem pretio illum di...um eſſe dicendo. *Idem.* *Semiſſis*] ...*ivir.* Sed hic locus ſic etiam legitur, ...*ius, non ſemiſſis homo.* Corr. *Simius ſemiſſis homo*] Sic Victorius & eum ...atus Lamb. reperiturque in Vatica...; nec divortit longius Pal. pr. *Simus ſemiſſis homo.* reliqui vel *ſi minus non ...us ſit*; vel *ſi minus non ſervus ſit ho...*; vel etiam aliter, quod non ope...pretium eſt adnotare. vulgo, *ſimul ... ſemiſſis homo.* paullo ante Pall. o...nes, Grut. Stewech. *qui tot ingenuas,* ... Gebhardus.

Actione expoſtulant] Victorius edi..., *actiones expoſtulant*, quomodo & ...nnulli cod. Memm. habent. Ego ...tionem receptam retinui, quæ & ...aliis quibuſdam manuſcriptis libris ...eritur. *Actionem* autem interpre...t, actionem legis: qualis eſt actio ...ti, actio ſervi corrupti & ſimiles. ...*mbinus.* Sed *actiones* conſtanter le...nt Mediceus, & fidus ejus comes ...tiquus ille meus codex, Amſtelo...m. Mentel. quatuor Pall. pluresque ...i quos viderunt Manutius & Lam...nus: quod cur repudiemus cauſſa ...lla eſt. Nam *expoſtulare actionem* eſt ...tere a prætore in urbe, aut propræ...e in provincia agendi contra hunc ...illum copiam, ſicuti *dare actionem* ...ebatur prætor quos admittebat ad agendum, hoc eſt, jus ſuum perſequendum in judicio. ſic *intendere actionem*, & *inſtruere actionem*, ſæpe legitur. Pro vulgata tamen *actione expoſtulare* ſtant Vaticanus & princeps Palat. forſan ſcripſit Vatinius, *actione poſtulare.* illud *ex* natum eſt ex vitioſa repetitione litteræ *e. actione* autem *poſtulare* dicitur ut *actione experiri. Poſtulare* eſſe accuſare tritum eſt & pervulgatum. Suet. Jul. 23. *Mox ipſe a L. Antiſtio Trib. pleb. poſtulatus, appellato demum collegio, obtinuit, cum reip. cauſſa abeſſet, reus ne fieret.* Sic *poſtulationes* ſunt accuſationes, actiones, apud eundem in Ner. 7. *celeberrimis patronis non tranſlatitias, ut aſſolet, & breves, ſed maximas plurimaſque poſtulationes certatim ingerentibus.* Et *poſtulator.* ibid. cap. 14. eſt accuſator: *In juriſdictione poſtulatoribus niſi ſequenti die, ac per libellos non temere reſpondit.* Grævius.

Appii os] Audaciam, impudentiam. *Corrad.* *Si me hercule Appii os haberem*] Hoc eſt, ſi eſſem tam impudens, ut eſt Appius, ore ſcilicet duriſſimo. *Os* ſæpe dicitur impudentia, homo impudens. Ovid. epiſt. Helen. ad Paridem:

Nec tibi plus cordis, ſed minus oris adeſt.

Vid. Manut. ad hunc locum & Caſaub. ad Suet. Ner. 2.

In cujus] Jampridem apud Euboïcum ſinum mortui. *Corrad.*

Locum] In auguratu: niſi me conjectura fallit. Nam provinciam qui ſignificare poſſit, non video. *Idem.*

Ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

luſio, tuo diſcipulo, ſi forte ea res poterit adverſarios fugare. in eo maxima ſpes eſt. Nos ſi quid erit iſtic opus, defendes. Caeſar adhuc mihi injuriam facit de meis ſupplicationibus & rebus geſtis Dalmaticis adhuc non refert: quaſi vero non juſtiſſimi triumphi in Dalmatia res geſſerim. Nam ſi hoc exſpectandum eſt dum totum bellum conficiam, viginti oppida ſunt Dalmatiae antiqua, quae ipſi ſibi aſciverunt amplius ſexaginta: haec niſi omnia expugno ſi mihi ſupplicationes non decernuntur, longe alia conditione ego ſum ac ceteri imperatores. Ego poſt ſupplicationes mihi decretas in Dalmatiam profectus ſum: ſex oppida vi oppugnando cepi: unum hoc quòd erat maximum, quater a me jam captum. quattuor enim turris & quattuor muros cepi, & arcem eorum totam: ex qua me nives, frigora, imbres detruſerunt: indigneque, mi Cicero, oppidum captum & bellum jam confectum relinquere ſum coactus. Quare te rogo, ſi opus erit, ad Caeſarem meam cauſſam agas, meque tibi in omnis partes defendendum putes: hoc exiſtimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. D. N. Decembribus, Narona.

Ego poſt ſupplicationes mihi decretas] In quibuſdam libris ab hoc loco naſcitur epiſtolæ novæ principium, ita ut ex hac x fiant duæ, x & xi. Nos unam facimus, ut probabilius eſt. *Lambin.* Vide & not. P. Manut.

Ad Cæſarem meam cauſſam agas] Apud Cæſarem Dictatorem. quo paullo poſt interfecto, Vatinius ab Illyriis ſuperatus, Dyrrachium confugit, & poſtea venienti M. Bruto portas aperuit, & exercitum tradidit. *Corrad.*

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

Reſpondens Vatinii litteris, quae non exſtant, ornat eum grati animi laude: ſua ſtudia pollicetur: uxori praeſto futurum in omni re, ſignificat. In extrema epiſtola rogat de Dionyſio ſervo: Dalmatis imprecatur. Eodem anno, aut qui proxime ſecutus eſt.

M. T.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M.T.C. P. VATINIO IMPERATORI S.D.

GRata tibi mea eſſe officia non miror. cognovi enim te gratiſſimum omnium: idque nunquam deſtiti praedicare. nec enim tu mihi habuiſti modo gratiam, verum etiam cumulatiſſime retuliſti. Quamobrem reliquis tuis rebus omnibus pari me ſtudio erga te & eadem voluntate cognoſces. Quod mihi foeminam primariam, Pompeiam, uxorem tuam commendas: cum Sura noſtro ſtatim tuis litteris lectis locutus ſum, ut ei meis verbis diceret, ut, quidquid opus eſſet mihi denuntiaret: me omnia quae ea vellet, ſummo ſtudio curaque facturum: itaque faciam, eamque, ſi opus eſſe videbitur, ipſe conveniam. Tu tamen ei velim ſcribas, ut nullam rem neque tam magnam neque tam parvam putet, quae mihi aut difficilis aut parum me digna videatur. Omnia quae in tuis rebus agam, & non laborioſa mihi & honeſta videbuntur. De Dionyſio, ſi me amas, confice. quamcunque ei fidem dederis praeſtabo. Si vero improbus fuerit, ut eſt, duces eum captivum in triumpho. Dalmatis dii male faciant, qui tibi moleſti ſunt. Sed, ut ſcribis, brevi capientur, & illuſtrabunt res tuas geſtas: ſemper enim habiti ſunt bellicoſi. Vale.

EPI-

TU mihi habuiſti modo gratiam] Pro defenſione & laudatione. *Corradus.*

Ut, quicquid opus eſſet, mihi denuntiaret] Hoc eſt, quacunque in re mea opera & conſilio indigerent, me arceſſerent. *Denuntiare* enim conciſe interdum ſignificat, *jubere ut adſit & ad veniat, arceſſere.* Brutus & Caſſius ad Anton. lib. XI, epiſt. 2. *Illud valde leve eſt ac nugatorium, ea re denuntiatum eſſe veteranis, quod de commodis eorum menſe Junio laturus eſſes.* hoc eſt, ideo veteranos fuiſſe arceſſitos in urbem. Idem lib. XIII, epiſt. 77. *Atque ut hoc tui neceſſarii ſciant, hoc me animo erga te eſſe, velim facias eos certiores, ut ſi quid tibi opus ſit, ne dubitent mihi jure ſuo denuntiare.* ſic *denuntiare teſtimonium alicui.* in orat. pro Sext. Roſc. & ſæpe apud JCtos eſt jubere aliquem præſto eſſe in judicio ad dicendum teſtimonium. Sic & Græcis παραγγέλλειν hoc ſenſu accipitur. *Giffanius.*

Quamcunque ei fidem dederis præſtabo] Hoc eſt, quicquid ei meo nomine de impunitate promiſeris ſervabo.

Duces eum captivum in triumpho] Quis non animadverſione dignam deputet ſcripturam Pall. pr. quint. *duces eum in triumpho captum.* interim quoque Pall. ſec. tert. Grut. Stewech. *captum* non ut vulgatum *captivum.* Gebhardus.

Habiti ſunt bellicoſi] Et ideo magis illuſtrabunt res tuas, qui illos viceris. *Corradus.*

M. T.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Petit a Lucceio, hiſtoriarum ſcriptore, ut res a ſe in conſulatu geſtas litteris mandet, ut ſeparato volumine, ut ſtatim, ut majore cum laude quam hiſtoriae leges aut veritas ipſa patiatur. Argumentum proponit, a principio conjurationis Catilinae ad reditum ſuum ab exſulio: in qua temporum varietate ſummam ineſſe delectationem, tum rationibus ad probandum aptis, tum etiam Epaminondae ac Themiſtoclis docet exemplo. Et, ut impetret facilius, aucupatur ejus gratiam laudationis artificio. Denique, ſi non impetret, ipſum de ſe, licet invitum, ſcripturum eſſe ſignificat. Eſt autem, ſi nimiam laudis cupiditatem excipias, quo vitio nonnihil Cicero noſter laboravit, egregie ſcripta epiſtola, ut ſaepiſſime lecta ſatietatem tamen nunquam afferat. ideoque cum ad Atticum ſcriberet epiſtola 6 lib. IV. Epiſtolam, *inquit*, Lucceio quam miſi, qua res meas ut ſcribat rogo, fac ut ab eo ſumas: valde bella eſt. *Lucceii reſponſio deſideratur: reſpondiſſe tamen ac pollicitum, velle ſe roganti morem gerere, ex eadem ad Atticum epiſtola conſtat. ex qua etiam intelligitur hanc eſſe ſcriptam Marcellino & Philippo Coſſ.*

M.C. L.LVCCEIO Q.F. S.D.

Coſſ. Cn. Cornelio Lentulo Marcellino L. Marcio Philippo. A.V.C. 697. bellam hanc epiſtolam ipſe Cicero lib. 4 ep. 6 ad Att: appellat [illegible] bella eſt.

CORam me tecum eadem haec agere ſaepe conantem deterruit pudor quidam paene ſubruſticus, quae nunc expro-

M. *C. S. D. L. LVCCEIO Q. F.*] Quod in Mediceo codice conſtanter ſervatum animadvertimus id ipſi quoque cuſtodivimus, *Lucceius* ſc. eſſe illius nomen, non Luceius. Quod quamvis parvi momenti eſſe videatur, non multi quoque laboris eſt retinere, poſtquam antiquis monimentis fidem habere volumus, præterquam quod ſemper hic per duo *C C* ſcribitur, vidimus etiam Romæ in antiquo lapide hoc nomen ita ſcriptum eſſe:

D. M.
LVCCEIAE
SECVNDINAE
TI. CLAV.
PRISCVS VITRICVS
VIX. AN. II. MEN. V.

Sed alium etiam Arretii eſſe ſcimus, in quo idem nomen eodem pacto ſcriptum ſit. *Victorius.* *L. Lucceio*] De hac

…promam abſens audacius. Epiſtola enim non erubeſcit. …deo cupiditate incredibili, neque, ut ego arbitror, repre…ndenda, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebre…r tuis, quod etſi mihi ſaepe oſtendis te eſſe facturum, ta…en ignoſcas velim huic feſtinationi meae. Genus enim …iptorum tuorum etſi erat ſemper a me vehementer exſpe…ctum, tamen vicit opinionem meam, meque ita vel ce…:, vel incendit, ut cuperem quam celerrime res noſtras …onumentis commendari tuis. Neque enim me ſolum …mmemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortali…tis rapit: ſed etiam illa cupiditas, vel ut auctoritate te…monii tui, vel indicio benevolentiae, vel ſuavitate in…nii, vivi perfruamur. Neque tamen haec cum ſcribe…m eram neſcius, quantis oneribus premerere ſuſcepta…m rerum & jam inſtitutarum: ſed quia videbam Italici …lli & civilis hiſtoriam jam a te paene eſſe perfectam, di…ras autem mihi te reliquas res ordiri, deeſſe mihi nolui …in te admonerem ut cogitares conjunctene malles cum …liquis rebus noſtra contexere, an, ut multi Graeci fece…nt, Calliſthenes Troicum bellum, Timaeus Pyrrhi, …lybius Numantinum: qui omnes a perpetuis ſuis hiſto-riis

[Handwritten marginal notes:] quod populus Romanus post mortem Livij Drusi cum sociis Italiae gessit vid: Flor: lib: 3 cap: 18 & Appian: lib: 1 de bellis civ: intelligit autem Cicero hic bellum civile inter Syllam & Marium, quod post bellum sociale conflatum. de quo auctores passim.

de Historicis his vide Voss: de Historicis Graecis.

…c epiſtola ſic ad Atticum ſcribit: …*iſtolam, Lucceio quam miſi, qua res* …*as ut ſcribat rogo, fac ut ab eo ſu…us: valde bella eſt: eumque ut appro…et, adhorteris, & quod mihi ſe ita …turum reſcripſit, agas gratias.* Cor…dus.

Quæ nunc expromam abſens audacius] …c omn. Pall. Grut. Stewech. Peck. …itio princeps ac Victorii [ſic & Am…lod. Mentel. & Græv. duo, niſi …od in primo *exprobam*, in ſec. *expri…um*]: ſubſtituerunt *exponam*, cauſ…m addidiſſe debebant. *Gebhardus.*

Italici belli] De hoc vide Flor. III, …. Appian. I de Bell. civ. & epit. Liv. … & ſequent.

Civilis] Nimirum Mariani, de quo …d. Flor. III, 21. Liv. ep. 77 & ſeq. Appian. lib. I de Bell. civ. & Plutarch. in vit. Marii.

Cum reliquis rebus noſtra contexere] Malim legi *noſtras*. Lambin.

Calliſthenes Troicum bellum] Vide de hoc Calliſthene & ejus ſcriptis Gerard. Voſſ. I de hiſt. Græc. cap. 9. De hoc bello vero vide Homerum & Dictyn Cretenſem, alioſque.

Timæus Pyrrhi] Fuit domo Siculus, Tauromenita, vixit tempore Agathoclis cum bellum Tarentinum a Pyrrho gereretur in Italia. vide de ejus vita & ſcriptis G. Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. I, cap. 12. De hoc bello vero vide Flor. lib. I, cap. 18. Liv. ep. lib. XII & ſeqq. Plutarchus in vita Pyrrhi.

Polybius Numantinum] Vixit temporibus Ptolemæi Philometoris. De quo vid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

riis ea quae dixi bella ſeparaverunt: tu quoque item civilem conjurationem ab hoſtilibus externiſque bellis ſejunges. Equidem ad noſtram laudem non multum video intereſſe: ſed ad properationem meam quiddam intereſt non te exſpectare dum ad locum venias ac ſtatim cauſſam illam totam & tempus arripere. Et ſimul ſi uno in argumento unaque in perſona mens tua tota verſabitur, cerno jam animo, quanto omnia uberiora atque ornatiora futura ſint. Neque tamen ignoro quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam (poteſt enim mihi denegare occupatio tua,) deinde etiam, ut ornes me, poſtulem. Quid ſi illa tibi non tantopere videntur ornanda? Sed tamen, qui ſemel verecundiae finis tranſierit, eum bene & naviter oportet eſſe impudentem. Itaque te plane etiam atque etiam rogo, ut & ornes ea vehementius etiam quam fortaſſe ſentis, & in eo leges hiſtoriae negligas: gratiamque illam de qua ſuaviſſime quodam in prooemio ſcripſiſti, a qua te deflecti non magis potuiſſe demonſtras quam Her-

vid. Gerh. Voſſ. lib. 1 de Hiſt. Græc. cap. 19. de bello vero Numantino vid. Flor. II, 18. epit. Liv. 57 & ſeq. Vell. II, 4.

Ut ornes me poſtulem] Legendum cenſeo, *ut ornes mea.* quam lectionem adjuvat id quod ſequitur, *quid ſi illa tibi*, &c. & illud aliquanto remotius, *ut & ornes ea vehem.* &c. *Lambin.*

In eo leges hiſtoriæ negligas] Quæ ſunt, ne quid falſi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat. ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. *Corradus.*

A qua te affici non magis potuiſſe] Quidam pro *affici allici* legunt, quæ varietates oriuntur ex ambigua & corrupta antiqua lectione: in melioribus enim codicibus *affecti* ſcriptum eſt: quam vocem nos etiam diligenter conſideravimus, cenſuimuſque tutius legi poſſe *flecti* non omnino nimis longe a priſcorum exemplariorum veſtigiis, & fortaſſe ſententia non inepta. Exiſtimamus enim ut ferme colligitur ex verbis Cic. Lucceium de gratia in quodam prooemio ſuarum hiſtoriarum ſcripſiſſe, ut ſe diceret libere & vere hiſtoriam explicaturum: nec unquam potuiſſe tantum alicujus in ſe gratiam, ut a veritate & fide rerum geſtarum diſcederet. Quamvis enim ſæpe gratia hortata eſſet, ut amicorum rationem haberet in rebus exponendis, ad ſeque vocaſſet, ſe ut dixerit non magis potuiſſe flecti & de via recta deduci quam Hercules a voluptatis illecebris ſibi oſtenſis & propoſitis flecti & arripi potuerit. Si cui noſtra lectio minus placebit, ipſe meliorem excogitet. ideo antiquæ lectionis omnibus copiam fecimus, ut quivis judicet, an nos conjectura fefellerit, & ſi queat, ipſe meliorem inde eliciat. *Victor.* *A qua te affici non magis potuiſſe demonſtras*] P. Victorius edidit,

a qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rculem Xenophontium illum a voluptate: ea ſi me tibi
ementius commendabit, ne aſpernere: amorique no-
plusculum etiam quam concedet veritas, largiare. Quod
adducemus ut hoc ſuſcipias, erit, ut mihi perſuadeo,
teries digna facultate & copia tua. A principio enim
juratioms uſque ad reditum noſtrum videtur mihi mo-
um quoddam corpus confici poſſe: in quo & illa pote-
uti civilium commutationum ſcientia, vel in explican-
cauſſis rerum novarum, vel in remediis incommodo-
n, cum & reprehendes ea quae vituperanda duces, &
e placebunt exponendis rationibus comprobabis, & ſi
erius, ut conſueſti, agendum putabis, multorum in nos
fidiam, inſidias, proditionem notabis. Multam etiam
us noſtri tibi varietatem in ſcribendo ſuppeditabunt, ple-
n cujuſdam voluptatis, quae vehementer animos homi-
m in legendo ſcripto retinere poſſit. Nihil eſt enim
aptius

a te flecti. Ego vulgatam lectionem,
i eam aliquot veterum librorum
oritate confirmatam animadver-
i ferri ac retineri poſſe exiſtimavi.
bin. *A qua te affici non magis po-*
demonſtras] Eſt ita in omnibus ſe-
bris tam calamo exaratis, quam
reſſis, niſi quod in Pall. tert. quint.
ua te affici. Victorius ex conjectura
i, unde alii *deflecti*. ante omnes, E-
ius *allici*. nos tot librorum conſen-
i conjecturæ prætulimus: quam-
m eandem confirmet Vaticanus.
ardus. Quam præſtans ſit ille
r meus toties laudatus hic quoque
s argumento eſt. Nam quod in
diceo corrupte ſcribebatur *affecti*,
le colligit P. Victorius legendum
, *flecti*, quamvis nulli auctor ſit
c lectionem pro vera, quippe quæ
i ex libris, ſed conjectura nata ſit,
piendi; id in meis membranis e-
ndate ſcribitur, tantum duabus lit-
s auctius, *a qua te deflecti*. Et ſic
que in alio quodam vetere codice
margines Lambinianæ editionis
ent; in Vaticano vero *flecti*. Re-
poſuimus itaque veram lectionem. nec in poſterum quiſquam de ea, credo, dubitabit, præcipue cum *deflectere* ſæpe a Cic. uſurpetur. ſic dixit alibi, *ut declinet a propoſito deflectatque ſententia.* Grævius.

Quam Herculem Xenophontium illum] Dicente tamen Prodico, ut ſcribit Cicero lib. I de Officiis. *Corrad.*

Reditum noſtrum] Ab exilio. *Idem.*

Modicum corpus] Hoc eſt, librum, volumen. In II ad Q. Fratrem, ep. 12. *Sed utros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utroſque neſcio.* Vitruv. *Cum corpus architecturæ ſcriberem.* Eodem modo Græcis σῶμα dicitur, & σωμάτιον. Cic. VI ad Att. ep. I. *Hoc tuum σῶμα curabo ut habeas.* Heſych. Ἰλιὰς τοῦ Ὁμήρου σωμάτιον. Sic & *Corpus Juris.* Eodem ſenſu.

Illa poteris uti civilium commutationum ſcientia] Quum ſcias quare civiles commutationes fiant, ea ſcientia uti poteris, & ita ad rem accedere: quod poſtea fecit Salluſtius. *Corradus.*

Quæ vehementer animos hominum in legendo ſcripto retinere poſſit] Codex meus,

R quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

aptius ad delectationem lectoris quam temporum varietates, fortunaeque viciſſitudines: quae etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt jucundae. Habet enim praeteriti doloris ſecura recordatio delectationem. Ceteris vero nulla perfunctis propria moleſtia, caſus autem alienos ſine ullo dolore intuentibus, etiam ipſa miſericordia eſt jucunda. Quem enim noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miſeratione delectat? qui tum denique ſibi avelli jubet ſpiculum, poſtea quam ei percontanti dictum eſt, clypeum eſſe ſalvum: ut etiam in vulneris dolore aequo animo cum laude moreretur. Cujus ſtudium in legendo non erectum Themiſtocli fuga redituque retinetur? Etenim ordo ipſe annalium

quem primum ſoleo nominare, & ſane bonitate, ſi diſceſſerimus a Mediceo, primus eſt omnium eorum quos viri docti viderunt, aperit vitioſam hujus loci ſcripturam. In illo enim ſic exaratum inveni, *quæ vehementer animos hominum in legendo te ſcriptore tenere poſſit*. Primus quoque Palatinus, *in legendo te ſcripto*. Hinc conjicio Ciceronem ſcripſiſſe, *animos hominum in legendo te tenere poſſit*. *ſcriptore* eſt interpretatio τοῦ *te*, quæ margini addita ab interprete, aut voci ſuperſcripta in contextum irrepſit, poſtea cum valde abſurdum aut nullum potius ſenſum pareret ea vox, cum *te* conjuncta & ultima ſyllaba diviſa eſt; *re* adhæſit voci ſequenti, *te* vero plane exolevit. *Te legere*, ut *me legere* apud Ovid.

Si quis in hoc artem populo non novit amandi,
Me legat: & lecto carmine doctus amet.

Et ep. Sapphus, v. 41. *At me cum legeres.* ut recte emendavit Vir Illuſtris, ac ſummi ingenii & eruditionis Nicolaus Heinſius, & de patria ſua, & de litterarum ſtudiis, & de me præclare, ſi quiſquam, meritus. *Tenere* autem ſæpiſſime eſt delectare, voluptate afficere. Cic. IV Acad. *Adhibita vero exercitatione & arte, ut oculi pictura teneantur, aures cantibus, quis eſt, qui cernat, quanta vis eſt in ſenſibus.* Id. V de Fin. *Ut pompa ludis, atque ejuſmodi ſpectaculis teneantur.* Plin. IV, ep. 13. *Quo genere ſpectaculi ne leviſſime quidem teneor.* Cic. VII ad fam. ep. ult. *Caſſius tuus & Dolabella noſter, vel potius uterque noſter, ſtudiis iiſdem tenentur.* Ovid. IV Metam.

—— verſum cum ſmilace flores
Prætereo, dulcique animos novitate tenebo.

Sed videtur ad Ciceronis genium magis conformata oratio: ſi *ſcripto* deleatur, legaturque, *vehementer animos hominum in legendo retinere poſſit.* Grævius.

Epaminondas] Lege Probum in vita. *Corradus.*

Themiſtoclis fuga red. ret.] Vetera exemplaria *Themiſtocli* ratione veteris declinationis, qua dandi caſum in hujuſcemodi nominibus pro generandi ponebant, ut *Ulyſſi* pro *Ulyſſis*, *Achilli* pro *Achillis*: ſic etiam in noſtro probatiore codice epiſt. ad Att. lib. XIII. *Non vides ipſum illum Ariſtoteli diſcipulum*, pro *Ariſtotelis*. Item ad Att. lib. IX. *Et L. conſilia, ac Theophani perſequamur.* Et eodem lib. etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

n mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſto-
1. At viri ſaepe excellentis ancipites variique caſus ha-
t admirationem, exſpectationem, laetitiam, moleſtiam,
n, timorem. ſi vero exitu notabili concluduntur, exple-
animus jucundiſſima lectionis voluptate. Quo mihi ac-
erit optatius, ſi in hac ſententia fueris ut a continenti-
tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hi-
riam complecteris, ſecernas hanc quaſi fabulam rerum
ntorumque noſtrorum. Habet enim varios actus mul-
que actiones & conſiliorum & temporum. Ac non ve-
r ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam vi-
r, cum hoc demonſtrem, me a te potiſſimum ornari ce-
arique velle. Neque enim tu is es qui quid ſis, neſcias;
qui non eos magis qui te non admirentur, invidos, quam
qui laudent, aſſentatores arbitrere. Neque autem ego
ſum

n in vulgatis, *Ariarathes Ariobar-* *filius*, pro *Ariobarzanis*. Hanc rem i & recentiores Grammatici adrunt, plurimis ex Vergilio, & ratoribus etiam, & Hiſtoricis eplis adductis. *Victorius*. *Reditu- retinetur*] Quamvis non redierit miſtocles, ut ſcribit Plutarch. in : tamen qui legunt de fuga, ita ientur, quaſi is rediturus ſit. Sunt en qui hoc loco legant, *exitu-* Corradus. *Redituque retinetur*] nulli legunt *obituque* pro *reditu-* alii *exituque*: alii hoc totum *redi- e* delent, neque quidquam in ejus um ſubſtituunt. *Lambin*. *Erectum miſtocli fuga redituque retinetur*] Non ent *Themiſtoclis* Pall. ſec. tert. quart. diceus, Vatic. editio Victorii. pro *um* vero Pall. ſec. quart. *ereptum*: nt. *rectum*. Stewech. *erecta*. unde ilielm. *Erechtei*, quod non probo: ide *tenetur* non *retinetur* agnoſcit n Stewech. ac Pal. quint. Grut. *ard*. *Themiſtocli* habet etiam Græ- prim. vid. Gerard. Voſſ. lib. 11 de l. cap. 9.

Ut a continentibus tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris] Forte, *Ut a continentibus tuis ſcriptis, quibus perpetuam rerum geſtarum gloriam complecteris*.

Qui quid ſis neſcias] Sic habent omnes libri vulgati: & ita edidit P. Victorius. Nonnulli libri MSS. habent, *qui, qui ſis, neſcias*. quos ſequor potius. *Lambinus*. *Qui quid ſis neſcias*] Commendat hanc lectionem ipſa veritas, quam ſecuti quoque ſunt Victorius ac Manutius. Lambinus tamen ait in omnibus editis haberi *quicquid ſcis neſcias*, adſtructumque eam ibat Guilielmius ex Milite Plautina. ſequi tamen ſe malle teſtatur Lambin. quod in nonnullis MSS. reperiſſet *qui qui ſis neſcias*. Pall. prim. ſec. quart. quint. item prima editio præferunt, *tu is es, qui ſis neſcius*. Pal. tert. Grut. *qui ſcis neſcius*. in Mediceo fuiſſe notat Egnatius, *neque enim tu es is qui id neſcias*: architectetur quod cuilibet optimum videtur, mihi edita eſt omnium integerrima. *Gebhardus*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſum ita demens ut me ſempiternae gloriae per eum commendari velim, qui non ipſe quoque in me commendando propriam ingenii gloriam conſequatur. Neque enim Alexander ille gratiae cauſſa ab Apelle potiſſimum pingi & a Lyſippo fingi volebat: ſed quod illorum artem cum ipſis tum etiam ſibi gloriae fore putabat. Atque illi artifices, corporis ſimulacra ignotis nota faciebant: quae vel ſi nulla ſint, nihilo ſint tamen obſcuriores clari viri. Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe, quam qui in eo genere laborarunt. unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnis imagines omnium, ſtatuaſque ſuperavit. Atque hoc praeſtantius mihi fuerit & ad laetitiam animi & ad memoriae dignitatem, ſi in tua ſcripta pervenero quam ſi in ceterorum, quod non ingenium mihi

solum

Nihilo ſint tamen obſcuriores clari viri] Puſilla (fateor) emendatio, ſed tamen magnam & vim & claritatem tali ſententiæ refundens. Alii libri omn. *ſunt* præter Pall. prim. quint. Vatic. editionem Victorii [quibus accedit Grævii primus]. Paullo ante legebat Henricus Stephanus *ſimulacra ex ignotis nota faciebant*, male, ſi non peſſime; nam omnes illius emendationes abſque libris tales ſunt: ita mihi nulla unquam palatum commovit. Paullo poſt, *nec minus eſt Spartiates*, legunt omnes MSS. & Victorii editio. Prima tamen & Pal. tert. *Nec minus enim eſt Spartiates.* at Pal. quart. *prohibendus* vitioſe pro *perhibendus.* Iterum paucis interjacentibus verbis recepi probatiſſimam lectionem ex Palatino primo, nunquam ſatis deprædicandæ bonitatis, *omnes imagines omnium ſtatuaſque ſuperavit*; cum eam quoque ex ſuis aſſeruerit Victorius, reperiaturque in Vaticano, nec alieni ſint Pall. tert. quint. *omnes imagines hominum omneſque ſtatuas ſuperavit.* Vulgo pro *omnium* agnoſcunt *hominum*, nimis languide ad noſtra. *Gebhard,*

Quam qui in eo genere laborarunt] Lambinus legit *elaborarunt.*

Xenophontis libellus in eo rege laudando] De Ageſilao ſermo eſt, & intelligit laudationem ipſius a Xenophonte confectam & appellatam Ageſilaum, quæ ad noſtra etiam tempora pervenit. Neque tamen ea eſt, ut quidam crediderunt, quæ inter vitas Plutarchi legitur, & mores, reſque ab eo geſtas continet: liber enim ille a Plutarcho ſcriptus eſt, qui & ipſe Ageſilai vitam quemadmodum multorum clariſſimorum virorum edidit: ſed una cum aliis Xenophontis commentariis legitur. Veneti tamen Plutarchi codices, illam ut non veram Plutarchi nota illi adpoſita habent, qui error ab eo ortus eſt, qui epiſtolam confecit, qua divinum illud Plutarchi opus commendavit: in hac enim re falſus eſt. Multa quæ in ea vita leguntur, manifeſto arguunt, illam Chæronei eſſe, & longe aliam ab ea quam monimentis litterarum Xenophon prodidit. *Victorius.*

A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...um ſuppeditatum fuerit tuum, ſicut Timoleonti a Ti-
...eo, aut ab Herodoto Themiſtocli, ſed etiam auctoritas ...iſſimi & ſpectatiſſimi viri, & in reipub. maximis graviſ-...iſque cauſſis cogniti, atque in primis probati: ut mihi ...ſolum praeconium, quod cum in Sigaeum veniſſet A...xander, ab Homero Achilli tributum eſſe dixit; ſed et-...grave teſtimonium impertitum clari hominis magni-...videatur. Placet enim Hector ille mihi Naevianus, qui ...tantum laudari ſe laetatur, ſed addit etiam, a laudato ...o. Quod ſi a te non impetro, hoc eſt, ſi quae te res im-...ierit (neque enim fas eſſe arbitror, quidquam me ro-...tem abs te non impetrare) cogar fortaſſe facere quod ...nulli ſaepe reprehendunt: ſcribam ipſe de me: multo-...n tamen exemplo & clarorum virorum. Sed, quod te ...fugit, haec ſunt in hoc genere vitia. & verecundius ...de ſeſe ſcribant neceſſe eſt ſi quid eſt laudandum, & ...etereant ſi quid reprehendendum eſt. Accedit etiam ut ...nor ſit fides, minor auctoritas, multi denique reprehen-...t, & dicant, verecundiores eſſe praecones ludorum gy-...icorum, qui cum ceteris coronas impoſuerint victoribus ...umque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipſi an-...udorum miſſionem corona donentur alium praeconem ...ibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe praedicent. Haec ...vitare cupimus, & ſi recipis cauſſam noſtram, vitabi-...s, idque ut facias rogamus. Ac, ne forte mirere, cur, cum

...ab Homero *Achilli tributum eſſe dixit*] ...modo, *O fortunate adoleſcens, qui ...virtutis Homerum præconem inveneris.* ...radus.

...*erecundiores eſſe præcones ludorum gy-...orum, qui &c.*] Elegantiſſima ſen-...ia, qua etiam uſus eſt doctiſſimus ...Plutarchus in commentario quo ...t, quomodo quis poſſit ſui ipſius ...es citra invidiam prædicare: nec ...en a Cicerone minus eleganter ...copioſe expoſita eſt. Græci au-...s verba hæc ſunt, quæ cum Latinis conferre inutile non erit, ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφανουμένους ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἕτεροι νικῶντας ἀναγορεύουσιν, τὴν ἀηδίαν τῆς περιαυτολογίας ἀφαιροῦντες. Victorius.

Alium præconem adhibent] Aliter tamen Nero, qui in his ſacris certaminibus *victorem ſe ipſe pronuntiabat. qua de cauſſa & præconio ubique contendit*, ut Suet. notat in ejus vita, cap. 26. Solebant enim in illis ludis, ut pulchre hic notavit Manutius, præcones etiam de victoria contendere. *Gravius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cum mihi ſaepe oſtenderis te accuratiſſime noſtrorum temporum conſilia atque eventus litteris mandaturum, a te id nunc tanto opere & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio ſcripſi, feſtinationis, quod alacres animo ſumus: ut & ceteri viventibus nobis ex litteris tuis nos cognoſcant, & noſmetipſi vivi gloriola noſtra perfruamur. His de rebus quid acturus ſis, ſi tibi non eſt moleſtum, reſcribas mihi velim. Si enim ſuſcipis cauſſam, conficiam commentarios rerum omnium. Sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. tu interea non ceſſabis, & ea quae habes inſtituta perpolies, noſque diliges. Vale.

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

Ciceronem in obitu filiae Lucceius litteris conſolatus erat. eae litterae quantum profecerint, & ſimul quam omnis recuperandae reip. ſpes amiſſa ſit, haec epiſtola demonſtrat. Caeſare IV Conſule ſine collega.

Scripta C. Iulio Caesare IV Cos. ſine collega.

propter obitum Tulliae filiae quam Cicero deperibat ad ipſum conſcripta.

M. C. L. LVCCEIO Q. F. S. D.

QVanquam ipſa conſolatio litterarum tuarum mihi gratiſſima eſt: declarat enim ſummam benevolentiam conjunctam pari prudentia: tamen illum fructum ex iis litteris vel maximum cepi, quod te praeclare res humanas contemnentem & optime contra fortunam paratum armatumque cognovi. Quam quidem laudem ſapientiae ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendere, nec extrinſecus aut bene

QVam quidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam] Palat. prim. *quam equidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam.* Meus vero primus, *quam quidem laudem ſapientiæ autumo eſſe maximam.* Scripſiſſe Ciceronem cenſeo, *quam equidem laudem ſapientiæ autumo eſſe maximam.* Uſus hoc etiam vocabulo eſt in Topicis: *Bene quam meritam eſſe autumas, dicis male mereri.* Plauto aliiſque perquam frequens eſt. *Grævius.*

Non aliunde pendere] Vid. Epicteti Enchiridion cap. 1, 2, 3 & ſeq.

b ne aut male vivendi ſuſpenſas habere rationes. Quae co-
g itio cum mihi non omnino excidiſſet (etenim penitus in-
ſe erat,) vi tamen tempeſtatum & concurſu calamitatum
e t aliquantum labefactata atque convulſa: cui te opitula-
ri e video, & id feciſſe etiam proximis litteris, multumque
p feciſſe ſentio. Itaque hoc ſaepius dicendum, tibique non
ſi nificandum ſolum, ſed etiam declarandum arbitror, nihil
m hi eſſe potuiſſe tuis litteris gratius. Ad conſolandum au-
t n cum illa valent quae eleganter copioſeque collegiſti,
t n nihil plus quam quod firmitudinem gravitatemque a-
ni tui perſpexi, quam non imitari turpiſſimum exiſtimo.
I que hoc etiam fortiorem me puto quam teipſum praece-
p rem fortitudinis, quod tu mihi videre ſpem nonnullam
h bere, haec aliquando futura meliora. Caſus enim gladia-
t rii, ſimilitudineſque eae, tum rationes in ea diſputatione
e collectae, vetabant me reipub. penitus diffidere. Ita-
q e alterum minus mirum, fortiorem te eſſe, cum aliquid
ſ eres: alterum mirum, ſpe ulla teneri. Quid eſt enim
n n ita affectum ut id non deletum extinctumque eſſe fa-
t are? Circumſpice omnia membra reipub. quae notiſſima
ſ nt tibi, nullum reperies profecto quod non fractum de-
b itatumve ſit. quae perſequerer, ſi aut melius ea viderem
am tu vides, aut commemorare poſſem ſine dolore, quan-
am tuis monitis praeceptiſque omnis eſt abjiciendus do-
r. Ergo & domeſtica feremus, ut cenſes, & publica paul-
etiam fortius fortaſſe quam tu ipſe qui praecipis. Te enim
es aliqua conſolatur, ut ſcribis: nos autem erimus etiam
in

Itaque hoc etiam fortiorem me puto] vetere libro ſcriptum eſt, *atque hoc tiorem:* quæ lectio multo quam lgata videtur melior. *F. Urſinus.*

ique hoc etiam fortiorem me puto] Urſi- is ex aliquo vetere malebat, *atque fortiorem:* quod in nullo noſtrorum mparet, & habet ille mirabiles li- os, ut omnino cum Grutero noſtro iſtimem eum plurima domi confin- xiſſe quæ deinde alii, ipſo ignaro, nobis obtruſerunt tanquam veterum exemplarium variantes lectiones. *Gebhard.*

Fortiorem te eſſe] Me ipſo, qui nihil ſperem. *Corrad.*

Ergo & domeſtica feremus] Fratris & ejus filii injurias, uxoris divortium & filiæ mortem. *Idem.*

Erimus etiam in omnibus deſperatione fortes]

in omnibus deſperatione fortes, ut tu tamen idem & hortaris & praecipis. Das enim mihi jucundas recordationes conſcientiae noſtrae, rerumque earum quas, te in primis auctore, geſſimus. Praeſtitimus enim patriae non minus certe quam debuimus: plus profecto quam eſt ab animo cujuſquam aut conſilio hominis poſtulatum. Ignoſces mihi de meipſo aliquid praedicanti. quarum enim tu rerum cogitatione nos levare aegritudine voluiſti, earum etiam commemoratione lenimur. Itaque, ut mones, quantum potero me ab omnibus moleſtiis & angoribus abducam: transferamque animum ad ea quibus ſecundae res ornantur, adverſae adjuvantur: tecumque & ero tantum quantum patietur utriuſque aetas & valitudo: & ſi eſſe una minus poterimus quam volumus, animorum tamen conjunctione, iiſdem ſtudiis ita fruemur ut nunquam non una eſſe videamur.

fortes] Vulg, *in omni deſperatione f.* cum alius codex præ ſe ferat, *in omnium rerum deſperatione f.* ſed noſtra omnino melior, quam accepimus ex Pall. pr. tert. quint. Gruter. Vatic. videturque ideo hæc lectio immutata, quia non cuivis puero plana & obvia: ſed non ſic *itur in alta*. Gebhardus. Accedit his etiam Grævii primus liber.

Præſtitimus enim patriæ non minus certe quam debuimus] Forte, *non plus certe quam debuimus*. Lambin.

Transferam animum ad ea, quibus ſecundæ res ornantur, adverſæ adjuvantur] Hoc eſt, ſtudia litterarum. *Corradus*.

EPISTOLA XIV.

ARGVMENTVM.

Duas ad Ciceronem Lucceius conſolatorias miſit epiſtolas; & utrique Cicero reſpondit. Lucceii prior deſideratur; Ciceronis utraque exſtat. In hac quaerit primum cauſſam Lucceius, cur ab urbe Cicero abſit; laudat, ſi ſolitudinem ſequitur ut otio ad ſcribendum abundet; non probat, ſi moeroris cauſſa ob filiae mortem ſuſcepti: deinde rationes cur dolori finem facere debeat ſubjungit. Ad rationes poſtremo preces addit, ſibi ut hoc tribuat roganti ne diutius angatur. Claudit epiſtolam amoris & modeſtiae ſignificatio. Eodem anno ſcripta.

L. LVC-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

L. LVCCEIVS Q.F. M.T.C. M.F. S.D.

S. V.B.E.V. ſicut ſoleo, paullulo tamen etiam deterius quam ſoleo. Te requiſivi ſaepius ut viderem: Romae a poſtea non fuiſti quam diſceſſerat miratus ſum, quod n nunc miror. Non habeo certum quae te res hinc ma- ne retrahat. Si ſolitudine delectare, cum ſcribas & ali- id agas eorum quorum conſueſti, gaudeo, neque repre- hendo

valet bene eſt, valeo ſicut ſoleo] Re- poſui hic Notas, quas præ ſe ferunt margines Lambinianæ editionis, & us primus, nec non Amſteloda- nſis codex, *S.V.B.E.V. ſicut ſo- l.* Grævius.

Romæ quia poſtea non fuiſti quam a me eſſeras] Sic omnes vulgati codices lla mendi ſuſpicione. Ipſi antiquam tionem ſecuti ſumus, quam & ge- inam & probam putamus, ut intel- at poſtquam Roma *diſceſſerat*, Cæ- ſc. quanquam nomen Cæſaris non nit. Nihil autem mirum videri de- : de magnis enim & principibus is ſic loquimur. Dicit igitur Luc- us Ciceronem Roma exiſſe cum ſar diſceſſit, nec poſtea rediiſſe dum ſar abeſſet. Poſſemus infinita ex- pla ex epiſtolis ad Atticum citare, æ nunc prætermittemus. Speramus nen rem claram tot exemplorum acervatione fore. In epiſtolis ad Var- nem: *Eſt igitur adventus in expecta- ne.* Sic enim olim locum illum ſo- um eſſe legi eo loco docebimus. A- qui autem dum rem clariorem face- ſtudent, conſuetum dicendi mo- m corrumpunt: cum enim hanc quendi rationem non alibi in vete- bus auctoribus adnotaſſent, & no- is etiam temporibus communem ſe non cogitarent, locum Ciceronis pravarunt. In eandemque culpam ciderunt, eodem errore decepti, qui per has epiſtolas Venetiis edide- nt. Cum enim ante in vulgatis o- nibus libris recte hic locus legeretur in epiſtolis ad Pætum, *Cum eſſem otio- ſus in Tuſculano, propterea quod diſcipulos obviam miſeram, ut ii me quam maxime conciliarent familiari ſuo* (ſermo enim proculdubio eſt de Cæſare: nec tamen nominatur, ſicque legitur in cunctis & antiquis, & ante hunc impreſſis co- dicibus:) hi hic etiam *Cæſari* repoſue- runt. Nos cunctis his locis antiquam, & meliorem lectionem conſervavi- mus. *Victorius. Diſceſſeras*] In tua præ- dia, non multo poſt Tulliæ mortem. Alii legunt, *quam diſceſſerat*, ſcilicet Cæſar in Hiſpaniam contra Pompeii filios profectus. *Corradus. Quam a me diſceſſeras*] Secutus ſum cod. vulgatos, quibuſcum conſentiunt duo MSS. Et ita P. Manutius edidit. P. Victorius autem, *quam diſceſſerat.* ut ſubintelli- gatur Cæſar. *Lambinus. Diſceſſerat*] Adſtipulantur quidem omnes Pall. vulgatæ lectioni *quam a me diſceſſeras*; ſed tamen verior omnino eſt noſtra, quam acceptam referimus Victorio ac Vaticano; ſubintelligitur (ut etiam recte notavit Lambinus) Cæſar, cujus nomen ſubticeri ſolebat, conſulantur epiſtolæ ad T. Pomponium; ſic lib. IX, ep. 6 & 17. *Gebhardus.* Retinet etiam hic Grævii primus liber veſtigia veræ lectionis, in quo ſic ſcribitur, *te requi- ſivi ſæpius ut vidi, Romæ quod poſtea non fuiſti quam diſceſſeram miratus ſum.*

Eorum quorum conſueſti] Genus lo- quendi Græcis uſitatum: apud quos relativum, quod appellant, congruit cum eo quod antecedens nominant. *Lambin.*

hendo tuum conſilium. nam nihil iſto poteſt eſſe jucundius, non modo miſeris his temporibus & luctuoſis, ſed etiam tranquillis & optatis, praeſertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requietem quaerat ex magnis occupationibus, vel erudito, qui ſemper aliquid ex ſe promat quod alios delectet, ipſum laudibus illuſtret. Sin autem, ſicut hic dum eras, lacrymis ac triſtitiae te tradidiſti, doleo, quia doles & angere: non poſſum te non, ſi concedis quod ſentimus ut liberius dicamus, accuſare. Quid enim? tu ſolus aperta non videbis qui propter acumen occultiſſima perſpicis? tu non intelliges te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges duplicari ſollicitudines, quas elevare tua te prudentia poſtulat? Quod ſi non poſſumus aliquid proficere ſuadendo, gratia contendimus & rogando, ſi quid noſtra cauſſa vis, ut iſtis te moleſtiis laxes, & ad convictum noſtrum redeas, & ad conſuetudinem, vel noſtram communem, vel tuam ſolius ac propriam. Cupio non obtundere te, ſi non delectare noſtro ſtudio: cupio deterrere, ne per-

Qui nunc requietem quærit] Sic edidit ex Mediceo Victorius: neque diſſentit Vaticanus. in noſtris omnibus reſidet vulgaris lectio *requiem*. Gebhard.

Qui nunc requietem quærat] *Requietem* ex Mediceo Victorius repoſuit, adſtipulante Vaticano & Gebhardo, quamvis diſſentiant omnes Palatini, & quos ego & Guilielmius vidimus codices: *quærat* autem ego reſcripſi ex meo primo. ſic enim ſcribendum eſſe ſequens *promat* oſtendit. *Græv.*

Sicut hic dum eras] Romæ, antequam ad Aſturam proficiſcereris. *Corradus.*

Sin autem, ſicut hic dum eras, lacrymis & triſtitiæ te tradidiſti] Amſtelodam. *ſin autem ſicut hic diſceſſeras.* Pal. prim. *ſin autem ſicut hinc dicas ſeras, lacrymis.* Meus codex videtur melius quam alii omnes ſcribere, *ſin autem, ſicut indicas, lacrymis ac triſtitiæ te tradidiſti.* Sane videntur innuere ſequentia, Ciceronem ſcripſiſſe ſe in luctu & mœrore jacere. *Grævius.*

Non poſſum te non, ſi concedis, ut liberius dicamus, accuſare] Sic ex Pall. pr. quint. Vatic. lego. ceteri corrupti fere ſunt, ſtabiliuntque nonnihil hanc noſtram, ſi erroris cauſſam altius perſequaris. vulgo *nec poſſum te, ſi conc. ut l. d. non accuſare.* paullo poſt pro *elevare* Guilielmius in duobus ſuis libris invenit *alleviare.* ſequentibus non longo intervallo, ex Pal. ſec. antiquiſſimo codice lubenter legerim, *& convictum noſtrum reddas, & conſuetudinem vel n.* unica enim littera minus (quod ei familiare cum duplicantur eædem) *redas*: non inconcinne, & puto verius quam eſt in vulgatis. *Gebhard.*

Ut iſtis te moleſtiis laxes] MS. meus primus, *ut iſtis te tuis moleſtiis laxes.* quod non diſplicet. *Grævius.*

Neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

penaneas in incepto, cum duae res iſtae contrariae me cc turbent: ex quibus aut in altera mihi velim, ſi potes, al emperes, aut in altera non offendas. Vale.

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

Quaerenti Lucceio, cur ab urbe abſit, ejuſque ſollicitudines mi- re conanti, ad utrumque reſpondet: lugere ſe non tam filiae obi- quam reip. tempora; in urbe non eſſe, quod in ea nihil jucun- n, odioſa omnia.

M. CICERO L. LVCCEIO Q.F. S.

OMnis amor tuus ex omnibus partibus ſe oſtendit in his litteris quas a te proxime accepi: non ille quidem mi- h ignotus, ſed tamen gratus & optatus. dicerem, jucun- dz, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem. neque c eam unam cauſſam quam tu ſuſpicaris, & in qua me le- ſſimis & amantiſſimis verbis utens, re graviter accuſas: ſd quod illius tanti vulneris quae remedia eſſe debebant, e nulla ſunt. Quid enim? ad amicoſne confugiam? quam ulti ſunt? habuimus enim fere communis, quorum alii ciderunt, alii neſcio quo pacto obduruerunt. Tecum vivere

N[*Eque ob eam unam cauſſam quam tu ſuſpicaris*] Quemadmodum & alii, reip. tempora & aliorum victo- n lugere. *Corrad.* Sed rectius Ma- . quem vide.

Illius tanti vulneris] Ex morte filiæ epti. *Corradus.*

Ea nulla ſunt] Quoniam domo mœ- s ad Remp.confugere non poſſum, in ejus bonis, quæ nulla ſunt, ac- ieſcam. *Idem.*

Alii, neſcio quo pacto obduruerunt] Ad nia, ut neque Reip. neque ſui i- is, neque amicorum meminiſſe vi- ntur, ut Marcellus & alii. *Bern. Aul.*

Tecum vivere poſſem, equidem & maxime vellem] Paullo aliter habent codi- ces Memmiani: nempe hoc modo *tecum equidem vivere poſſem, & maxime vellem.* Quæ ſcriptura mihi videtur facilior: quanquam non admodum diſcrepat a vulgata, quam ſecutus ſum: cum qua congruit Florentina editio- nis poſtremæ: quæ talis eſt, *tecum vivere poſſem, equidem & maxime vellem.* Si mi- hi tamen quod ſentio dicere liceat, neutram harum lectionum rectam eſſe puto. Videtur autem mihi ſic legen- dum, *tecum vivere poſſe equidem maxi- me vellem.* Lambinus. *Tecum vivere poſſem, equidem & maxime vellem*] Hunc locum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

vivere poſſem, equidem & maxime vellem: vetuſtas, amor, conſuetudo, ſtudia paria, quod vinclum quaſi eſt noſtrae conjunctionis. Poſſumuſne igitur eſſe una? nec mehercule intelligo, quid impediat. ſed certe adhuc non fuimus, cum eſſemus vicini in Tuſculano, in Puteolano. Nam quid dicam in urbe? in qua, cum forum commune ſit, vicinitas non requiritur. Sed caſu neſcio quo in ea tempora noſtra aetas incidit, ut cum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet. Quod enim mihi poterat eſſe perfugium, ſpoliato & domeſticis & forenſibus ornamentis atque

locum, pæne ſolus intellexit Victorius, ut ex ipſius diſtinctione apparet, quam & nos expreſſimus. Deeſt enim particula *ſi* vel *utinam* & ſic eſt in Pall. prim. & tertio [nec non in Amſtelod. & primo Grævii]. nam Pal. ſec. *tecum equidem vivere poſſem, & max. v.* Lambinus has ſcripturas vitioſas proclamat, mavultque ex ſuo ingenio, *tecum vivere poſſe equidem maxime vellem*; in quem tamen propendet Pal. quart. liber dubiæ fidei, *tecum vivere poſſem, equidem velle.* Canterus tamen correctum ibat, *tecum vivere poſſem, equidem maxime vellem.* Pal. quint. *Tecum vivere poſſem, & maxime quidem vellem.* Catullus: *Tecum ludere ſic ut ipſa poſſem.* nam & ibi deeſt, εὐκτικόν. Gebhard.

Vetuſtus eſt amor conſuetudo, ſtudia paria] In antiquis exemplaribus *vetuſtas, amor* ut nos etiam ſcripſimus. Hæc enim eſt vera hujus loci lectio, & ſic ipſe etiam alibi loquitur, ut in epiſt. ad D. Brutum de L. Lamia loquens, *magna vetuſtas, magna conſuetudo intercedit.* Victorius.

Quod vinculum quaſi deeſt noſtræ conjunctionis. Poſſumuſne igitur eſſe una? nec mehercule intelligo &c.] Forte, *poſſumus ne igitur eſſe una? poſſumus. nec me hercule intelligo quid impediat.* Lambin. *Quod vinclum quaſi deeſt noſtræ conjunctionis*] Sic eſt in Pal. pr. ac Vatic. denique editione Victorii: niſi quod ille *conjunctioni.* Vulgati libri, *quod vinculum, quæ res deeſt.* ſed Pal. ſec. Grut. *id eſt.* ex utraque parte mendoſi. paullo poſt Pall. pr. ſec. tert. *ne mehercule.* quart. *nunc mehercule*, non *nec meherc.* & Pall. ſec. tert. Stewech. *impeditat.* legerem ergo, *næ mehercule intelligo, quid impeditat!* uſitatum enim in re confirmanda ſeveriore, geminare aſſeverationem. Omnino antecedentia ac ſequentia hanc lectionem deſiderant. *Gebh.* *Quod vinculum quaſi deeſt noſtræ conjunctionis*] Sic edidit Victorius ex Mediceo, cui adſtipulantur Vatic. & Pal. pr. Sed quis ſenſus eſt hujus ſcripturæ? ſane quomodo conveniant præcedentibus non video. Vulgatæ editiones & libri recentiores, *quod vinculum, quæ res deeſt noſtræ conjunctioni.* Secundus Pal. Grut. Amſtelod. *quod vinculum quæ res id eſt noſtræ conjunctionis.* Sed rurſus hic mihi ſuppetias fert liber meus optimus, ex quo ſcribendum, *quod vinculum quaſi eſt noſtræ conjunctionis.* nimirum paria ſtudia ſunt vinculum conjunctionis. *Deeſt* omnino hic debet deeſſe. *Grævius.*

Tum vivere etiam puderet] Ne dum ſimul vivere, & una eſſe. *Corr.* *Sed caſu neſcio quo in ea tempora noſtra ætas incidit, ut cum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet*] Hæc eſt cauſſa, cur nondum una fuerint: quaſi ſcilicet alterius alter conſpectum pudore vitaret, qui in tantas miſerias tamque turpem ſervitutem recidiſſent: non culpa Lucceii, ut voluit Clericus. *Bern. Rutil.*

Exclu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ue ſolatiis? litterae, credo, quibus utor aſſidue. Quid m aliud facere poſſum? ſed neſcio quomodo ipſae illae ludere me a portu & perfugio videntur, & quaſi exprore, quod in ea vita maneam in qua nihil inſit niſi propaio miſerrimi temporis. Hic tu ea me abeſſe urbe miraris qua domus nihil delectare poſſit? ſummum ſit odium nporum, hominum, fori, curiae? Itaque ſic litteris ur, in quibus conſumo omne tempus, non ut ab his meinam perpetuam, ſed ut exiguam doloris oblivionem tam. Quod ſi id egiſſemus, ego atque tu, quod ne in entem quidem nobis veniebat propter quotidianos mes, omne tempus una fuiſſemus: neque me valitudo tua fenderet, neque te moeror meus: quod quantum fieri terit conſequamur. Quid enim eſt utrique noſtrum aius? Propediem te igitur videbo.

Excludere me a portu, & perfugio vitur] Eadem metaphora uſus eſt itarchus, & eadem verba conjun-, cum de domo Trib. pleb. loqueur, cujus fores claudi leges non ſibant, ſed & noctu ac die patebant, quilibet omni tempore præſidio ius uti poſſet, in explicatione rerum 252. ὅθεν ἐδὲ οἰκίας αὐτοῦ κλείεσθαι ὑμιςαι θύραν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἀνέῳγε, μεθ' ἡμέραν ὥσπερ λιμὴν καὶ καταφυγὴ ῖς δεομένοις. *Tanquam*, inquit, *porquidam, ac perfugium cunctis, qui ope illorum indigerent.* Victorius.

Niſi propagatio miſerrimi temporis] Non intelligo ſcripturam Pal. ſec. *properatio.* quarti item *propugnatio.* Alii dicant curioſiores, ſemper novare parati: quibus adnotavi. *Gebhardus.* *Propagatio miſerrimi temporis*] Eſt productio, ſive, ut barbari loquuntur, prolongatio. Suet. Jul. 24. *Ut in quinquennium ſibi imperium propagaret.* Calig. 29. *Propagari ſibi commeatum ſæpius deſiderantem.*

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

Moerentem Titium interitu filii conſolatur. Orditur autem prium a dolore ſuo; quia communicatio doloris quaſi quaedam conſotio eſt: deinde ſuam commemorat benevolentiam, qua commotus l conſolandum aggreditur: poſtremo, languentem amicum ſpe conmat, cum opem afflicto aliquam pollicetur. Tres igitur partes tanuam prooemii loco ſunt: Conſolatio autem multiplex eſt & copioſa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſa, ab ingenii doctrinaeque fontibus derivata. Angeris interitu filii. Quid? tibine ſoli ante diem eripiuntur filii? naſcimur omnes ea lege plurimis ut afficiamur incommodis; itaque non debes aut propriam & praecipuam conditionem poſtulare, aut communem recuſare. quis porro quod nullo vitare conſilio poteſt id cum evenerit, angatur? haec ſi ratio parum ad minuendam ſollicitudinem proficit, adde exempla, quaeque aliis eadem aut ſimilia contigerint, animadverte; ne nimium iſto caſu, quaſi proprium tibi fortuna vulnus inflixerit, ingemiſcas. Haec atque hujus generis alia, ut ad leniendum dolorem vehementer apta, litterarum monimentis mandanda ſapientiſſimi homines cenſuerunt: eaque nos in ore ſemper atque in animo habere debemus. Sed nulla magis conſolatio proficiet quam ſi miſerias horum temporum & ſtatum noſtrae civitatis tibi ante oculos propones. quis enim, cum probitati aut bonis artibus atque adeo libertati & ſaluti nihil jam relictum ſit loci, filios habere cupiat, ac non potius beatum ſe quia nullos omnino ſuſceperit, exiſtimet? ſin aliquis eos amiſit, non ille quidem propterea beatus eſt (nec enim gaudere debemus liberorum interitu, neque id natura patitur), ſed certe minus miſer quam ſi eoſdem ſtante aut ſaltem non penitus everſa republica perdidiſſet. Age, concedis haec eſſe vera, nec infeliciter cum iis eſſe actum qui tam miſeris temporibus a vita diſceſſerunt: ſed incommodo tuo moeres liberorum ſuavitate privatus. Fateor id quidem acerbum eſſe: verumtamen eum te antea ſemper & privatis in rebus & publicis praeſtitiſti tuenda tibi ut ſit gravitas, & conſtantiae ſerviendum. Venit etiam in mentem, ideo te fortaſſe cruciari quod eos qui mortui ſunt verſari in miſeria putes. Mihi vero, quod ſaepiſſime legi & audivi, vel miſeria nulla videtur eſſe in morte, ſi caret ſenſu; vel ſi reſidet in ea ſenſus, immortalitas potius appellanda quam mors. Verum finge miſeros eſſe qui occiderunt. nihil in morte gravius eſſe poteſt quam quae reipublicae impendent. Poſtremo, cum omnes luctus vetuſtate tollantur, impetret ſtatim ratio quod impetratura aliquando dies eſt. Quo anno ſcripta, non liquet: mihi tamen poſt Pharſalicum ſcripta proelium videtur ex iis verbis, Bona aut denique aliqua republica, *quod ante victum Pompeium, ut opinor, non diceret. eodem illud ſpectat,* Hoc graviſſimo

(miſerri)mo & peſtilentiſſimo anno. *& illud*, Quid eſt enim (in ha)c non modo pudori, probitati, virtuti, ſed omnino libertati ac ſaluti, loci?

M. T. CICERO TITIO S.D.

Etſi unus ex omnibus minime ſum ad te conſolandum accommodatus, quod tantum ex tuis moleſtiis cepi doloris ut conſolatione ipſe egerem: tamen cum longius ab ſummi luctus acerbitate meus abeſſet dolor quam tuus, ſtatui noſtrae neceſſitudinis eſſe meaeque in te benevolentiae, non tacere tanto in tuo moerore tamdiu: ſed adhibere aliquam modicam conſolationem, quae levare dolorem tuum poſſet, ſi minus ſanare potuiſſet. Eſt autem conſolatio pervulgata quidem illa maxime, quam ſemper in ore atque in animo habere debemus, Homines nos ut eſſe meminerimus, ea lege natos ut omnibus telis fortunae propoſita ſit vita noſtra: neque eſſe recuſandum, quominus ea qua nati ſumus conditione vivamus: neve tam graviter eos caſus feramus quos nullo conſilio vitare poſſimus. eventiſque aliorum memoria repetendis, nihil accidiſſe nobis novi cogitemus. Neque hae neque ceterae conſolationes, quae ſunt a ſapientiſſimis viris uſurpatae memoriaeque litteris proditae, tantum videntur proficere debere quantum ſtatus ipſe noſtrae civitatis, & haec prolatio temporum perditorum:

D. TITIO] P. Titio Trib. pleb. interfecto Cæſare: etſi hoc ipſum eſſe conjicimus potius, quam affirmamus. *Corradus.*

Non tacere tanto in tuo mærore tam diu] Hæc omnia habet pro gloſſa Gruterus alter, ſicut & illud paullo poſt *potuiſſet*: item *modicam conſulationem*, malletque ſolum legi, *me tacere, ſed adhibere aliqua, quæ levare dolorem tuum poſſent, ſi minus ſanare.* quæ tamen præferunt MS. omnes. *Gebhard.*

Memoriæque litteris proditæ] Male vulgo & inſerunt ante *litteris*: nam litteris res memoriæ produntur, beneficio litterarum & ſcientia aut ope. ſic autem legunt omn. Pall. Grut. Stewech. [nec non Græv. prim. Amſtelod. Mentel.] Victorii editio. *Idem.*

Hæc perturbatio temporum perditorum] Pall. pr. ſec. tert. quint. ſuperne *probatio*. quod & in Gruteriano erat, ſed correctum poſtea *exprobatio*. Gebhardus. Varie ſcribitur in antiquis libris hic locus. Amſtelodamenſis & Gruterian. *exprobatio*. Pall. quatuor

proba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

torum: cum beatiſſimi ſint qui liberos non ſuſceperunt; minus autem miſeri qui his temporibus amiſerunt quam ſi eoſdem bona aut denique aliqua rep. perdidiſſent. Quod ſi tuum te deſiderium movet, aut ſi tuarum rerum cogitatione moeres, non facile exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe univerſum puto. ſin illa te res cruciat, quae magis amoris eſt, ut eorum qui occiderunt miſerias lugeas: ut ea non dicam, quae ſaepiſſime & legi & audivi, nihil mali eſſe in morte, in qua ſi reſideat ſenſus, immortalitas illa potius, quam mors ducenda ſit: ſin ſit amiſſus, nulla videri miſeria debeat quae non ſentiatur: hoc tamen non dubitans confirmare poſſum, ea miſceri, parari, impendere reip. quae qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus eſſe videatur. Quid eſt enim jam non modo pudori, probitati, virtuti, rectis ſtudiis, bonis artibus, ſed omnino libertati ac ſaluti loci? non, mehercule, quemquam audivi hoc graviſſimo & peſtilentiſſimo anno adoleſcentulum aut puerum mortuum, qui mihi non a diis immortalibus ereptus ex his

mi-

probatio. proxime verum, ſcribendum enim eſt ex meo primo, *prolatio temporum perditorum.* ſic enim in eo hæc vox eſt exarata ꝑ[l]*patio.* Nihil certius. in præcedente epiſtola dixit, *propagatio miſerrimi temporis.* quia nullus finis eſt harum civilium turbarum, quia mala hæc tempora, quibus dominantur impotentes homines, qui libertatem, bonos, & remp. oppreſſerunt, proferuntur, extenduntur. ſic *prolatio judicii* in Orat. pro Rab. *Grævius.*

In qua ſi reſideat ſenſus] MS. prim. Græv. Amſtelod. tres Pall. Grut. *& quaſi reſideat ſenſus.* quod propter librorum conſenſum notandum.

Ea miſceri] M. Antonio omnia perturbante. *Corrad.*

Nullo modo mihi quidem deceptus eſſe videatur] *Direptus*, vel *ereptus* alii. *F. Urſinus.* Nihil mutandum: nam in permutatione dicitur *decipi*, cum deterius acceperit, meliore amiſſo. videatur Plauti Trinummus. quod obſervavit Guilielmius. Sic habent omnes Pall. Grut. [nec non Græv. prim. Amſtelod. & Mentel.] niſi quod in ſec. *decepto.* frivolum ergo aliorum *direptus* aut *ereptus.* Gebhard.

Graviſſimo & peſtilentiſſimo hoc anno] Poſt Cæſaris mortem, ut omnia ad ſuperiorem conjecturam accommodemus. *Corradus.*

A diis immortalibus exceptus ex his miſeriis] Elegantiſſima eſt hæc Victorii lectio, quem & hic (ut in omnibus) ſequuti ſumus. Noſtri fere omnes *ereptus*, quod gloſſam reſipit. tert. *eruptus.* & videtur Pal. quint. habuiſſe quid ſimile, nam raſuram excepit. Paullo poſt pro *ſejunctus*, Pal. quint. *miſeria maloque dejunctus.* puto reponendum *dijunctus* ut ſupra aliquoties. *Gebhardus.*

Non a diis immortalibus exceptus ex his miſeriis] Hæc lectio eſt a Victorio, quam probavit Gebhardus. Aliæ tamen editiones

miſeriis atque ex iniquiſſima conditione vitae videretur. Quare, ſi tibi unum hoc detrahi poteſt, nequid iis quos amaſti mali putes contigiſſe, permultum erit ex moerore diminutum. Relinquetur enim ſimplex illa jam cura doloris tui, quae non cum illis communicabitur, ſed ad te ipſum proprie referetur: in qua non eſt jam gravitatis ac ſapientiae tuae, quam tu a puero praeſtitiſti, ferre immoderatius caſum incommodorum tuorum, qui ſit ab eorum quos dilexeris miſeria maloque ſejunctus. Etenim eum ſemper te & privatis in rebus & publicis praeſtitiſti, tuenda tibi ut ſit gravitas & conſtantiae ſerviendum. Nam quod allatura eſt ipſa diurnitas, quae maximos luctus vetuſtate tollit, id nos praecipere conſilio prudentiaque debemus. Etenim ſi nulla unquam fuit liberis amiſſis tam imbecillo mulier animo, quae non aliquando lugendi modum fecerit: certe nos quod eſt dies allatura, id conſilio anteferre debemus: neque exſpectare temporis medicinam, quam repraeſentare ratione poſſimus. His ego litteris ſi quid profeciſſem, exiſtimabam optandum quiddam me eſſe aſſecutum:

...s omnes, nec non vetuſti codices quibus ego ſum uſus, quibuſque ...nt Gebhardus, Guilielmius, Ma...us, legunt *ereptus.* quod ſane mu...am non fuit. Hoc enim, cum de ...e loquitur Cicero, verbo perpetuo ...utitur. Qui putant *excipi* poſſe & defendi ex illo fragmento Ci...nis, quod legitur apud Nonium, ...r de Rep. *Quod inſepultos reliquiſ...os, quos ex mari, propter vim tempe... , excipere non potuiſſent*, hi ſane ...verbi non intelligunt. *Grævius.*

...*e quid iis quos amaſti mali putes conti...*] *Amiſiſti* magis placet, quam ...*i*, veteribus libris præſertim con...antibus. *F. Urſin.*

... *nos præripere conſilio, prudentiaque ...mus*] Quiddam in his verbis eſt, ...cum mutari juſſiſſemus, in no... etiam codices incuria librariorum irrepſit: *præcipere* enim, non *præripere*, legendum eſt, ex auctoritate & fide priſcorum exemplariorum, & ratione ipſa id confirmante. *Præcipere* enim *antecapere*: ut nos infinita exempla prætereamus hujus ipſius auctoris, pulcherrimum eſt in elegantiſſima illa M. Antonii epiſtola, quam Cicero in Philippicis exagitat, *Sin autem aliud me fatum manet, præcipio gaudia ſuppliciorum veſtrorum*, &c. *Victorius.* *Id nos præcipere conſilio*] Sic eſt in editione prima, admonuitque Victorius: invenique hoc verbi in Pall. pr. quint. [ſic etiam legitur in Grævii primo] quorum hic gloſſam habet ad interiorem oram *anticipare.* Hoc verbum & aliis ſcriptoribus reſtituimus in crepundiorum noſtrorum veſtibulo. ceterum ſtatim ante Pal. ſec. legit, *quæ maximos luctus tollit*, omiſſo τῷ *vetuſtate*, quod

tum: ſin minus forte valuiſſent, officio tamen eſſe functurum benevolentiſſimi atque amiciſſimi: quem me tibi & fuiſſe ſemper exiſtimes velim & futurum eſſe confidas.

ut gloſſam recte etiam advertit Henricus Stephanus lib. II Schediaſmatum. *Gebhard.*

Officio tamen eſſe functurum] Sic eſt in Pall. prope omnibus, Grut. Stewech. Peck. alias *functum*, quod Pal. ſec. ſuo loco ignorat plane. ceterum τὸ *optandum*, ſicut & τὰ *forte valuiſſent* pro gloſſematibus oboluerunt Grutero noſtro. *Idem.* *Functurum* extat etiam in Grævii primo librisque aliis veteribus quos vidit.

EPISTOLA XVII.

ARGVMENTVM.

Excuſat tarditatem litterarum ſuarum: hortatur Sextium ut exulii caſum ſapienter fortiterque ferat. idque ut ei perſuadeat & ut afflictum conſoletur, argumenta ſumit a communi omnium hominum conditione, ab ipſius Sextii virtute, ab exemplis, a ſtatu reipublicae, a Sextii filio, a judicio amicorum, ab ipſius conſcientia. poſtremo, quod ipſum ad moerorem minuendum pertinet, ſua ſtudia & officia vel ad conſolandum, vel ad levandum ejus fortunam pollicetur omnia. Moralis eſt, ſcripta, ut opinor, Caeſare & Lepido Coss. anno V. C. DCCVI.

M. C. P. SEXTIO P. F. S. D.

Scripta C. Iulio Caesare III M. Æmilio Lepido Cos. A.V.C. 707.

NOn oblivione amicitiae noſtrae, neque intermiſſione conſuetudinis meae, ſuperioribus temporibus ad te nullas litteras miſi, ſed quod priora tempora in ruinis reip. noſtriſque jacuerunt: poſteriora autem me a ſcribendo tuis injuſtiſſimis atque acerbiſſimis incommodis retardarunt. Cum vero & intervallum jam ſatis longum fuiſſet, & tuam virtutem animique magnitudinem diligentius eſſem me-cum

PRiora tempora] Statim poſt te præt. deſ. ambitus, accuſante T. Junio, damnatum, & me paulo ante ab exilio revocatum. *Corradus.* Vide tamen Manut. qui hæc de alio Sextio intelligit & interpretatur, omniaque quæ ab aliis notata ſunt, refellit.

In ruinis reip. noſtriſque jacuerunt] P. Clodio remp. & meam privatam ſæpius diſturbante. *Corrad.*

Poſteriora autem me a ſcribendo] Te jam multo ante expulſo. *Idem.*

Quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cum recordatus, non putavi eſſe alienum inſtitutis meis haec ad te ſcribere. Ego te, P. Sexti, & primis temporibus illis, quibus in invidiam abſens, & in crimen vocabare, defendi: & cum in tui familiariſſimi judicio ac periculo tuum crimen conjungeretur, ut potui accuratiſſime te tuamque cauſſam tutatus ſum: & proxime, recenti adventu meo, cum rem aliter inſtitutam offendiſſem ac mihi placuiſſet ſi affuiſſem, tamen nulla re ſaluti tuae defui: cumque eo tempore invidia annonae, inimici non ſolum tui, verum etiam amicorum tuorum, iniquitas totius judicii, multaque alia reip. vitia, plus quam cauſſa ipſa veritaſque valuiſſent, Publio tuo neque opera, neque conſilio, neque labore, neque gratia, neque teſtimonio defui. Quamobrem, omnibus officiis amicitiae diligenter a me ſanċteque ſervatis, ne hoc quidem praetermittendum eſſe duxi, te ut hortarer rogaremque, ut & hominem te & virum eſſe meminiſſes, id eſt, ut communem incertumque caſum, quem neque vitare quiſquam noſtrum nec praeſtare ullo pacto poteſt, ſapienter ferres, & dolori fortiter ac fortunae reſiſteres: cogitareſque, & in noſtra civitate & in ceteris quae rerum potitae ſunt, multis fortiſſimis atque optimis viris injuſtis judiciis talis caſus incidiſſe.

Quibus in invidiam abſens & in crimen vocabare] Quibus accuſabaris invidioſo gravi crimine, & quidem abſens in Macedonia quæſtor. *Corrad.*

Tui familiariſſimi] C. Antonii: quicquid a nobis alibi ſit dictum. *Idem.*

Periculo tuum crimen conjungeretur, ut potui] Sic habent codices Memmiani, & ut edidit P. Victorius. Quidam tamen habent, *tuum nomen conjungeretur*, ut *Lambinus.* *Tuum crimen conjungeretur, ut potui*] Sic omnes MSS. ac Victorius: alii tamen *tuum nomen conj. ut potui.* verum τὸ *crimen* irreptitium eſſe Guilielmius: neque ego diffiteor ratio. *Gebhard.*

Cauſſam tutatus ſum] Ante meum exilium. *Corradus.*

Proxime recenti adventu meo] Ab exilio. *Idem.*

Invidia annonæ] Quum homines quidam impulſu Clodii, mea opera frumenti inopiam eſſe clamarent. *Idem.*

Inimici non ſolum tui] Clodiani. *Idem.*

Iniquitas totius judicii] De ambitu. Nam de vi, Cicerone defendente, abſolutus fuit. *Idem.*

Vt & communem incertumque caſum] Meus antiquus codex, aſſentientibus Stewech. Peck. & tert. Palat. *&* ignorat, & merito. expungendum enim eſt. *Grævius.*

Talis caſus incidiſſe] *Taleis caſus accidiſſe* ſcriptum reperi in uno cod. MS. ceteris omnibus diſſentientibus: in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cidiſſe. Illud utinam ne vere ſcriberem, ea te rep. carere in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet. De tuo autem filio vereor ne ſi nihil ad te ſcripſerim, debitum ejus virtuti videar teſtimonium non cepiſſe: ſin autem omnia quae ſentio perſcripſerim, ne refricem meis litteris deſiderium ac dolorem tuum. Sed tamen prudentiſſime facies, ſi illius pietatem, virtutem, induſtriam, ubicunque eris, tuam eſſe, tecum eſſe duces. Nec enim minus noſtra ſunt quae animo complectimur, quam quae oculis intuemur. Quamobrem & illius eximia virtus ſummuſque in te amor, magnae tibi conſolationi debet eſſe, & nos ceterique qui te non ex fortuna ſed ex virtute tua pendimus ſemperque pendemus: & maxime, animi tui conſcientiae, cum tibi

quibus eſt *incidiſſe*, quod minus probo. *Lambin.* Mediceus tamen, Græyii primus, omneſque alii libri ſtant pro vulgata.

Prudentem hominem res ulla delectet] Hoc modo emendarunt docti, cum eſſet in Med. *defectet*, taliſque error & noſtros contigit MSS. *deferret* ingerentes. *Gebhardus.* Sed recte emendaſſe viros doctos teſtis eſt Grævii liber vetus, in quo clare *delectet*. Amſtelod. vero, Mentel. *deferret*.

Debitum ejus virtuti videar teſtimonium non cepiſſe] Libris omnibus veteribus invitis, edendum curavi, *debitum ejus virtuti videar teſtimonium non dediſſe*. Nam quod illi habent *cepiſſe*, natum ex *dediſſe*, cum pro eo *depiſſe* eſſet ſcriptum, oberrante librario, deinde ab alio ex *depiſſe*, factum cepiſſe. *Lamb.* *Cepiſſe*] Non erat Lambini, jus ac majeſtatem omnibus antiquis codicibus eripere, illiſque proculcatis ſuum *dediſſe* reponere: tenemus firmiter hoc, ex quinque Pall. Gruteriano duobus Guilielmii, editionibus omnibus. *Gebhardus.* Meus primus liber, *teſtimonium non accepiſſe*. Sed eadem manus ſic ~~ac~~ induxerat. Melior tamen eſt lectio hæc, quæ in meo libro reperitur quam vulgata. ſic enim poteſt exponi: ne videar non audiviſſe præconium & laudes ejus virtutum, quas alii ad me pertulerunt. *Accipere* enim Ciceroni & aliis ſcriptoribus infinitis in locis eſt audire, intelligere. *Græv.*

Et maxime animi tui conſcientia] *Et maxime ſi animi tui conſcientiæ, cum tibi* &c. Hæc eſt vera hujus loci lectio, ex antiquis & manuſcr. libris petita. cujus hæc ſententia eſt, *Et maxime* (ſubintellige, *magnæ tibi conſolationi debet eſſe,*) *ſi adjunges animi conſcientiæ*, per quam *nihil tibi merito accidiſſe reputabis: ſi adjunges* (inquam) illud quod ſequitur, *homines ſapienteis*, &c. *Lambinus.* *Et maxime animi tui conſcientiæ*] Sic emendavit primus hunc locum Bapt. Egnatius, cum in Mediceo reperiſſet, *& maxime amici tui conſcientiæ*, quod eſt in omnibus noſtris, recepit poſtea Victorius, ſicque exſtat in MSS. Antwerpienſi ac Vaticano. vulgo *pendemus: maxime etiamſi tuæ conſcientiæ*. Gebhard. Cum omnes libri quos Manutius, Gebhardus, Lambinus & ego quoque conſului, habeant *conſcientiæ*. ſane non auſim hoc reſpuere. ſed *amici*, quod & ipſum in omnibus libris extat, ſine dubio corruptum eſt, recteque emendatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nihil merito accidiſſe reputabis, ſi & illud adjunges, ines ſapientes turpitudine, non caſu & delicto ſuo, non um injuria commoveri. Ego & memoria noſtrae veamicitiae, & virtute atque obſervantia filii tui moninullo loco deero neque ad conſolandum, neque ad lelum fortunam tuam. Tu ſi quid ad me forte ſcripſeris, ciam ne te fruſtra ſcripſiſſe arbitrere.

a ab Egnatio. *ſi* vero eum in lopoſui, quo collocatum inveni in meo vetuſto codice. *Græv.*

EPISTOLA XVIII.

ARGVMENTVM.

onſolatoria eſt. valet autem ad conſolandum ſocietas aegritu- : index enim benevolentiae dolor eſt. itaque Cicero orditur a ficatione doloris ſui quem ex Fabii ceperat incommodo. ſic ad um epiſt. 16. ſic Sulpicius epiſt. 5 lib. IV. & Cicero in ea qua ndit, levatum ſe aliqua fatetur luctus parte non ſolum oratio- ulpicii & auctoritate, verum etiam ſocietate paene aegritudi- Hoc igitur initio ad conſolandum Fabium aggreſſus, ſubjungit quae ad minuendam moleſtiam valeant; primum eam eſſe um hominum conditionem ut adverſa ſaepe accidant. qua de ad Titium: Eſt autem conſolatio pervulgata quidem maxime, quam ſemper in ore atque in animo habere deus, homines nos ut eſſe meminerimus, ea lege natos ut nibus fortunae telis propoſita ſit vita noſtra; neque eſſe uſandum, quo minus ea qua nati ſumus conditione viius. *Alterum, perdita eſſe tempora mutato reip. ſtatu; quod idcit, ut eam conditionem, quae bonis quoque temporibus, tamen ium communis eſt, & eodem loco in eadem ad Titium epiſtola. cum de communi conditione poſuiſſet ea quae proxime recitavi, nxit hoc de ratione temporum:* Neque haec neque ceterae ſolationes, quae a ſapientiſſimis viris uſurpatae memoque litteris proditae, tantum videntur proficere debere

 quan-

quantum ſtatus ipſe noſtrae civitatis, & haec perturbatio temporum perditorum. *Tertio loco, bona virtute parta cum fortunae damnis comparavit: quae cogitatio maxime luctum levat. cui enim plus quam abſtulit fortuna, virtus dedit, is niſi de ſuo ſtatu laetatur potius quam angitur, imperitus rerum ſuarum ratiocinator eſt; & ea ipſa quam poſſidet virtute videtur indignus. Quarta ratio eſt, deſperatio rerum communium. dixerat jam de praeſenti temporum ſtatu: nunc de imminenti ſubjungit: ne acerbum* Fabio *videatur ea rep. carere in qua legum, judiciorum, bonarum omnium rerum timeatur interitus; praeſertim cum ab ea diſceſſerit quam leviſſima poena, relictis ei fortunis, liberis, amicis. Conſolatio concluditur opinione hominum de illius innocentia & iniquitate judicii. Extrema officii promiſſio: quod ipſum conſolandi quoddam genus videtur: itaque ſimiliter clauduntur duae ſuperiores quae conſolantur epiſtolae. Conſolationis cauſſam non opinor fuiſſe quod repulſam in petitione magiſtratus* Fabius *tuliſſet, verum quod judicio damnatus eſſet. non enim ob ejus repulſam ſe eſſe conſolandum Cicero diceret; nec eam, ut puto,* incommodum *vocaret; nec argumentaretur a communi conditione; nec ad repulſam illud ſpectat,* Fortuna abſtulit; *nec illud,* quam leviſſima poena: *repulſa enim neque poena eſt, neque nominatur. mentio vero judicii & ſententiae unius potentiae condonatae, non video qui referri ad repulſam poſſit. Annum epiſtolae plane non definio: ſed omnino videtur ſcripta ante civile bellum, atque etiam ante quam Cicero iret in provinciam, cum opes Pompeii maximae eſſent. Caeſare in Gallia res gerente: quod illa verba demonſtrant:* Ea videtur conditio impendere legum, judiciorum. *& illa:* Potentiae alicujus condonatum.

ſcripta ante civile bellum.

M. CICERO T. FADIO S.D.

ETſi egomet, qui te conſolari cupio, conſolandus ipſe ſum: propterea quod nullam rem gravius jamdiu tuli quam

T. *FABIO*] Is eſſe videtur T. Fabius qui Ciceronis fuit Quæſtor, & poſtea cum P. Seſtio Trib. pl. ut quos idem honorum curſus, & fortaſſe etiam idem caſus eodem tempore conjunxit, eos epiſtolæ quoque conjungant. *Corrad.* T. *FADIO*] Sic eſt in Pall. quint. Vaticano. ſicque edi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quam incommodum tuum: tamen te magnopere non hortor ſolum, ſed etiam, pro amore noſtro, rogo atque oro, te colligas, virumque praebeas, & qua conditione omnes homines & quibus temporibus nati ſimus cogites. Plus tibi virtus tua dedit quam fortuna abſtulit: Propterea quod adeptus es quod non multi homines novi: amiſiſti quae plurimi homines nobiliſſimi. Ea denique videtur conditio impendere legum, judiciorum, temporum ut optime actum cum eo videatur eſſe qui quam leviſſima poena ab hac re. diſceſſerit. Tu vero, qui & fortunas & liberos habeas, & nos ceteroſque neceſſitudine & benevolentia tecum conjunctiſſimos, quumque magnam facultatem ſis habiturus nobiſcum & cum omnibus tuis vivendi; & cum unum ſit judicium, ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod una ſententia, eaque dubia, potentiae alicujus condonatum exiſtimetur: omnibus his de cauſſis debes iſtam moleſtiam quam leniſſime ferre. Meus animus erit in te liberoſque tuos ſemper quem tu eſſe vis, & qui eſſe debet.

…ere Victorius & Lambinus. vulgo *Fabio*, male. Fabii enim nobiliſſimi: hic autem fuit homo novus, ut fuit ipſe Cicero. *Gebhard.*

Plus tibi virtus tua dedit] Ut Quæſturam & Tribunatum. *Corradus.*

Quam fortuna abſtulit] Spem fortaſſe præturæ. *Idem.* Sed melius Manutius. quem vide.

Ut quod una ſententia, &c.] Sic edidit Manutius. Alii fere omnes libri vulgati habent *idque una ſententia*, &c. cum quibus conſentiunt quidam lib. MSS. Unde quidam docti legi volunt *quodque una ſententia*, &c. Ego *idque una ſententia* improbare non poſſum. *Lambinus.*

Et qui eſſe debet] Beneficiis a te Tribuno plebis in me collatis. *Corradus.*

EPISTOLA XIX.

ARGVMENTVM.

Cum Pompeius, Italia pulſus a Caeſare, in Graeciam magno cum bonorum civium comitatu, in quibus uterque conſul fuit, gerendi belli cauſſa navigaſſet: Rufus ad eum officii cauſſa, quod ibi reip. caſtra eſſe videbantur, tranſire cogitabat. ejus conſilium probat Cicero; idemque ſibi jamdiu ait eſſe conſtitutum. Pompeii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cauſſam meliorem judicat: de belli exitu non minus adverſa timere quam ſperare videtur ſecunda, ad extremum tacite petit, non modo ut reipublicae, verum etiam amicitiae ſuae cauſſa in ſententia maneat. Scripta eſt poſt ſequentem, profecto jam in Graeciam Pompeio, C. Marcello, L. Lentulo Coſs.

Scripta L. Claudio Marcello, L. Cornelio Lentulo Crure Coſs. A.V.C. 704.

CICERO RVFO.

ETſi mihi nunquam dubium fuit quin tibi eſſem cariſſimus, tamen quotidie magis id perſpicio, exſtatque id quod

CICERO RVFO] Hos titulos epiſtolarum quemadmodum in antiquis exemplaribus invenimus, ita ſcripſimus: id alii poſtea facere neglexerunt. Quod ſi res magni ponderis non eſt, non eſt fortaſſe tam levis quam quiſpiam exiſtimaret. Ita frequenter ſcribere ſolitos eſſe veteres duobus in locis, quod nunc meminerim, teſtatur Cicero: in quibus etiam non parum referre docet, prænomina ponantur, & tituli honorumque gradus, an nominibus tantum, qui ſcribit, utatur: alter eſt in epiſtola ad Volumnium 5. *Quod ſine prænomine, familiariter ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti*, &c. alter in Oratione pro domo ſua: *Litteras in concione recitaſti, quas tibi a C. Cæſare miſſas diceres: CÆSAR PVLCHRO. Cum etiam es argumentatus amoris eſſe hoc ſignum, cum nominibus tantum uteretur: neque adſcriberet Proconſul, aut Trib. pl.* ita enim legendus ille locus eſt, non Proconſuli: pertinet enim ad Cæſarem vox illa, quemadmodum alia ad *Pulchro*. Tertium exemplum eſſe poteſt, ſi quis his contentus non ſit, titulus epiſtolæ M. Antonii, quæ in XIII Philipp. incluſa eſt. Hujus autem & ſequentis epiſtolæ nomina nuda ſunt in priſcis & bonis libris. *Victor.* RVFO] L. Meſcinius Rufus fuit Ciceronis in Cilicia Quæſtor, unde paullo poſt Ciceronem deceſſit, & Romam venit, Cicerone jam oræ maritimæ præfecto. *Corradus.* In vetere quodam libro *Meſcinio Rufo* hæc epiſtola inſcribitur, & recte: eſt enim *Rufus* Meſciniæ familiæ cognomen. *L.* autem hujus *Meſcinii Rufi*, ſive ejus, ut ego puto, filii mentio eſt in Auguſti denariis, quos cum eſſet Triumvir monetæ cudendæ ſignavit cum titulo L. MESCINIVS L. F. RVFVS III VIR. *F. Urſin.*

Etſi mihi nunquam dubium fuit] Si temporum ordo ſervatus eſſet ab eo qui has Cic. epiſtolas retulit in volumina, quædam (ut arbitror) nobis magis plana eſſent, neque in multis locis tantopere hæſitaremus. Hæc, niſi fallor, illam ſequi debebat cujus initium eſt, *Quoquo modo potuiſſem*, non præcedere. Obſcurum eſt totum negotium, de quo hic agit: quid tamen ſentiamus, libere pronuntiabimus, freti æquitate lectorum. Cum illa non multo poſt quam e provincia Cicero rediit, ſcripta ſit: hæc jam ſuſcepto civili bello, & pulſo ex Italia Pompeio, ſcripta eſt. Exornabat jam Tullius fugam, & in caſtra Pompeiana proficiſci cogitabat, cupiebatque comitem habere illius conſilii & itineris Rufum: de quo ipſe Rufus in epiſtola ſua ſpem aliquam Ciceroni dederat: quod tamen cum cupide Cicero optaret, modeſte cauteque rogat: quia res multum periculi, ſi emanaſſet, habebat: ideo obſcure loquitur, ne ſi forte litteræ in alienas manus incidiſſent, aliquid mali moleſtiæque ex ea re ſuſciperet. *Victorius.*

Quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quod mihi oſtenderas quibuſdam litteris, hoc te ſtudioſiorem in me colendo fore quam in provincia fuiſſes (etſi, meo judicio, nihil ad tuum provinciale officium addi poteſt,) quo liberius judicium eſſe poſſet tuum. Itaque me & ſuperiores litterae tuae admodum delectaverunt, quibus & exſpectatum meum adventum abs te amanter videbam, &, cum aliter res cecidiſſet ac putaſſes, te meo conſilio magnopere eſſe laetatum: & his proximis litteris magnum cepi fructum & judicii & officii tui: judicii, quod intelligo, te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debent, nihil putare utile eſſe niſi quod rectum honeſtumque ſit: officii, quod te mecum, quodcunque cepiſſem conſilii, polliceris fore: quo neque mihi gratius, neque, ut ego arbitror, tibi honeſtius eſſe quidquam poteſt. Mihi conſilium captum jam diu eſt: de quo ad te, non quo celandus eſſes, nihil ſcripſi antea, ſed quia communicatio conſilii, tali tempore, quaſi quaedam admonitio videtur eſſe officii, vel potius efflagitatio ad coeundam ſocietatem vel periculi vel laboris. Cum vero ea tua ſit voluntas, humanitas, benevolentia erga me, libenter amplector talem animum: ſed ita (non enim dimittam pudorem in rogando meum) ſi feceris id, quod oſtendis, magnam habebo gratiam: ſi non feceris, ignoſcam: & alterum timori, alterum mihi te negare non poſſe arbitrabor. Eſt enim res profecto maxima. quid rectum ſit, apparet, quid expediat, obſcurum eſt: ita tamen, ut ſi nos ii ſumus qui eſſe debemus, id eſt, ſtudio digni & litteris

Quibus & exſpectatum meum adventum] Ex ora maritima & Capua ad urbem. *Corradus.*

Cum aliter res cecidiſſet ac putaſſes] Non veniſſem. *Idem.*

Te meo conſilio magnopere eſſe lætatum] Quod cepiſſem, in ora maritima manendi, & poſtea Pompeium ſequendi. *Idem.*

Nihil putare utile eſſe, niſi quod rectum honeſtumque ſit] Utile enim videbatur, Cæſarem ſequi: honeſtum vero, Pompeium: ſed ſapientes utile ab honeſto non ſeparant. *Idem.*

Mihi conſilium captum jam diu eſt] Eundi ad Pompeium. *Idem.*

Si feceris id quod oſtendis] Te mecum fore. *Idem.*

Alterum timori] Si non feceris. *Timori* nimirum qui impendet a Cæſare. *Idem.*

Alterum mihi] Si feceris. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

litteris noſtris, dubitare non poſſimus quin ea maxime conducant quae ſunt rectiſſima. Quare tu, ſi ſimul placebit, ſtatim ad me venies. ſin idem placebit, atque eodem, nec continuo poteris, omnia tibi ut nota ſint faciam. Quidquid ſtatueris, te mihi amicum, ſin id quod opto, etiam amiciſſimum judicabo.

Quare tu] Pene eandem ſcripturam habet Mediceus liber cum illa quam Manutius in omnibus ſuis manuſcriptis inveniſſe ſe tradit: *quæ* enim in eo legitur, non *que*, quod minus a recepta lectione diſcrepat. Nam ſi forte ex *que*, *quare* fieri debet duas litteras addere neceſſe erit; ſi ex ea ſcriptura quam nos invenimus, unam. Quid tamen facere oporteat, doctiores cogitabunt. *Victorius.* Sic & Amſtelod. & Grævii primus, *quæ tu.* Mentelianus vero, *quare tu.*

Atque eodem modo, nec] Al. *atque eodem nec.* Quidam vero legunt, *ſed neque eodem modo, nec.* Corrad.

Nec continuo poteris] Meus primus, *nec continuo poterit*, ſcilicet fieri ut viæ te des mecum. *Grævius.*

Sin id quod opto] Ad me venire. *Corr.*

EPISTOLA XX.

ARGVMENTVM.

Purgat ſe Rufo, querenti per litteras, quod rationes provinciae ad aerarium, eo non exſpectato, Cicero deferre properaſſet; cum ipſe vel addita vel immutata quaedam in iis cuperet. Haec argumenti ſumma eſt: partes autem ſingulae, ob ignorationem hiſtoriae fortaſſe non ſatis apertae. nos in tollenda obſcuritate pro viribus enitemur. Annus epiſtolae videtur eſſe, Marcello & Lentulo Coſs. exorto jam civili bello: quod is maxime locus indicat: Pro ea ſpe facultatum, quam tum habebamus. *tempus autem anni poſt hiemem, id eſt, aliquanto poſt relatas rationes, ut infra demonſtrabitur. nam rationes quas Rufus cum ipſo ad urbem non collocatas, referri ad aerarium noluerat, unde argumentum epiſtolae manavit, quis dubitet, continuo poſt reditum Ciceronis relatas eſſe? quod ipſe juſtis de cauſſis a ſe factum dicit.*

CICERO RVFO.

eodem anno.

QVo modo potuiſſem te conveniſſem, ſi eo quo conſtitueras venire voluiſſes. Quare etſi mei commodi cauſſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

c..ſſa commovere me noluiſti, tamen ita exiſtimes velim m.. antelaturum fuiſſe ſi ad me miſiſſes, voluntatem tuam c..nmodo meo. Ad ea quae ſcripſiſti, commodius equid..m poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi M. Tullius, ſ..iba meus, adeſſet: a quo mihi exploratum eſt, in ration..us duntaxat referendis (de ceteris rebus affirmare non p..ſſum,) nihil eum feciſſe ſcientem quod eſſet contra aut r..n aut exiſtimationem tuam. dein, ſi rationum referend..rum jus vetus & mos antiquus maneret, me relaturum r..iones niſi tecum pro conjunctione noſtrae neceſſitudinis c..ntuliſſem confeciſſemque non fuiſſe. Quod igitur feciſſ..n ad urbem, ſi conſuetudo priſtina maneret, id, quum leg.. Iulia relinquere rationes in provincia neceſſe erat, eaſd..mque totidem verbis referre ad aerarium, feci in provinc... Neque ita feci ut te ad meum arbitrium adducerem: ſe.. tribui tibi tantum quantum me tribuiſſe nunquam me penitebit. totum enim ſcribam meum, quem tibi video nunc

.. *ad me veniſſes*] Quis non videat, ſi ..iligenter conſideret, legendum e.. cum antiquis codicibus, *ſi ad me* *..ſſes?* id eſt, ſi mihi notum feciſſes, ..iſiſſes qui mihi id nunciarent. Ad ..Brutum, *Mitte ad Lupum noſtrum,* *.. eas centurias conficiat.* Et hujus ſi..nificationis hujus verbi plurima ſunt a..d Ciceronem exempla, quæ nunc ..e clara non proferemus. Terentius ..un. *Miſit porro orare, ut venirem ſe-* .. Si enim Rufus ad Ciceronem ve..et, morem geſſiſſet ei Cicero nul..ſuo incommodo. Dicit autem ſe ..e laturum fuiſſe illius voluntatem .. commodo. Quare penitus convi.. vulgata lectio explodatur. *Victor.* ..um ex libris noſtris manuſcriptis ..qui habent *ſi ad me miſiſſes:* quo mo..ſcriptum eſſe in ſuis Manutius te..us eſt: pro quo vulgati habent, *ſi* *..e veniſſes,* &c. Hanc præterea diſſ..ilitudinem reperi in nonnullis ..nuſc. qui habent, *ſi ammonuiſſes,* pro *.. me veniſſes,* ſeu *ſi ad me miſiſſes,* &c. *Lambin.* *Si ad me miſiſſes*] Ita eſt in Pal. quinto, Vaticano, Victorii editione: fuiſſetque credo in reliquis, niſi tota hæc epiſtola deeſſet Pal. ſecundo, tertio, Gruteriano, Stewechiano. vulgo *veniſſes.* Principio Epiſtolæ ſcripſi *quomodo,* non *quoquo modo:* auctoritate Pall. prim. quart. quint. Vatic. editionum primæ ac Victorianæ. *Gebhard.*

Si rationum referendarum jus vetus] Mos vetus erat ut ad urbem is, qui proconſul erat, cum quæſtore ſuo rationes conferret, priuſquam ad ærarium referret. Jus autem vetus eſt, quod fuit ante legem Juliam.

Id, cum lege Julia relinquere rationes] De lege Julia idem dicit in oratione in Piſonem. quo loco inducit ipſum cum genero ſuo Julio Cæſare ita loquentem: *Rationes ad ærarium retuli continuo, ſicut tua lex jubebat. neque ulla alia in re legi tuæ parui.* Victorius.

Id feci in provincia] Contuli eas rationes tecum in provincia ex Cæſaris lege. vid. ep. 17 lib. 11.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nunc eſſe ſuſpectum, tibi tradidi. tu ei M. Mindium, fratrem tuum, adjunxiſti. Rationes confectae me abſente ſunt tecum, ad quas ego nihil adhibui praeter lectionem. Ita accepi librum a meo ſervo ſcriba, ut eundem acceperim a fratre tuo. Si honos is fuit, majorem tibi habere non potui: ſi fides, majorem tibi habui quam paene ipſi mihi. ſi providendum fuit, ne quid aliter ac tibi & honeſtum & utile eſſet referretur: non habui cui potius id negotii darem quam

Sed tribui tibi tantum, quantum me tribuiſſe nunquam me pœnitebit] Auctiores ſunt provocabulo *tibi* Pall. pr. quart. quintus, editioque Victorii: & poſteriore *me*, Vatic. Mediceus atque editio Victoriana. *Gebhard.*

M. Mindium] Epiſt. 26 & 28 lib. XIII. *Corradus.*

Ad quas ego nihil adhibui præter lectionem] Hoc eſt, confectas a ſcriba meo & fratre tuo legi.

Non habui cui potius id negotii darem quam Tullio ſcribæ] Sic omnes vulgati, & impreſſi. Antiqui vero cuncti codices hoc loco corrupti & diminuti aliqua dictione ſunt. Nos autem & hic, & aliis multis locis rectius eſſe putavimus mutila & imperfecta multa relinquere, ut in antiquis exemplaribus inveniuntur, quam ut a nonnullis ſuppleta & reſtituta ſunt, legere: pauca autem admodum, & fortaſſe nomen Tullii tantum deſideratur. *Victorius.* *Quam darem*] Cum fide olim antiquam lectionem repoſuimus: quid autem noſtri judicii eſſet, non valde aperuimus: alii quid ipſi conjicerent expoſuerunt: quos qui probabunt, ſequi poterunt: ea nobis nimis dura & violenta videntur. *Idem.* *Darem, quam ſcribæ meo*] Hæc verba (poſt *ſcribæ meo*) *M. Tullio Laureæ*, nulli codices MSS. habent: quemadmodum nec illa quæ reperiuntur in aliis vulgatis, *quam ſcribæ meo*: niſi quod hæc quæ olim edenda curavi, ad unius libri veteris oram adſcripta reperi, idque aliena manu. Et vero licet illa tollamus. nam his deletis ſententia eſt integra & aperta. facile enim ſubintelliguntur. Et credibile eſt, ex annotatiuncula eſſe nata, vel ab aliquo conjectore, qui deeſſe putaret, addita. Quare ſic legendum puto, ab illo loco, *ſi providendum fuit nequid aliter ac tibi & honeſtum & utile eſſet, referretur: non habui cui potius id negotii darem. Illud q.* Lambin. *Non habui cui potius id negotii darem quam ſcribæ meo*] Pantagathus aliter legit, *non habui cui potius id negotii darem quom darem illud* &c. *F. Urſinus.* *Cui potius id negotii darem * quam darem*] Per nos vacua potius ſit hæc Ciceroni lacuna, quam ut impleatur aliorum pluvia ac ſordida aqua; ſic autem eſt in Pal. pr. ac Vaticano. nam Pal. quartus ac prima editio, *cui potius id negotii darem quam tibi*, ſic & Pal. quint. niſi quod *id negotium.* Lambinus tamen emendat *non habui cui potius id negotii darem. illud q.* vulgo, *cui potius id negotii darem, quam ſcribæ meo.* Unde faciebat H. Stephanus *commendarem* quod non dicam quale ſit. Pantagathus vero referente Urſino, *non habui cui potius id negotii darem quom darem illud* &c. *Gebhardus.* Amſtelod. & Mentel. æque ut alii, *cui potius id negotii darem quam darem.* Sed ille meus primus hic quoque ad veram lectionem reſtituendam plus opis fert, quam quos homines eruditi evolverunt, ipſeque Mediceus. In hoc autem legitur *potius id negotii darem, quam dedi.* Non longe abit Pal. quart. & edit. prima, qui pro *dedi* legunt *tibi*. Cicero ſcripſit, *cui potius id*

negotii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

uam cui dedi. Illud quidem certe factum eſt, quod lex ıbebat, ut apud duas civitates, Laodicenſem & Apameıſem, quae nobis maximae videbantur, quoniam ita neeſſe erat, rationes confectas & conſolidatas deponeremus. taque huic loco primum reſpondeo, me quanquam juſtis e cauſſis rationes deferre properarim, tamen te exſpectaurum fuiſſe, niſi in provincia relictas rationes pro latis haerem. Quamobrem de Voluſio quod ſcribis, non eſt id ratio-

gotii darem, quam cui dedi. Hæc iſtius erditi loci emendatio tam liquida eſt c certa, ut ne Carneades quidem de la poſſit dubitare. *Grævius.*

Quod lex jubebat] Lex Julia. *Corrad.*

Rationes confectas & conſolidatas] Nos t in antiquis *conſolutas* legimus. *Victor.* *onſolidatas*] Cur non mendum tollam x divinatione in Verrem, nactus aliuam hujus rei occaſionem? Cupio nim omni tempore omnique in neotio ſtudioſos litterarum adjuvare. cias igitur locum illum mendoſe lei, *At enim ſolum id eſt, ut me Siculi aaxime velint.* alterum illud credo obcurum eſt: legendum enim eſt *ſolium*, hoc intellectu. Cum enim plaum feciſſet antea ſe patronum fortuarum ſuarum Siculos maxime optae, idque ita confirmaſſet ut labefactari on poſſet, incipit de altero capite iſſerere. *Solidum* id ſit, id eſt, firmum, tabile, quod de gradu & ſede ſua deci non poſſit. Quemadmodum etam nos eleganter ſermone noſtro faniliari dicimus: retinemus enim pee Latinam vocem, eaque cum idem ignificare volumus, paſſim utimur. *Idem.* *Rationes confectas & conſolidatas*] Sic habent omnes libri veteres, & ita didit P. Victorius. Vulgati, alii *conſinatas*, alii *conſolutas.* Lambin. *Rationes confectas & conſolidatas deponeremus*] Sic Pal. quint. unus Maffei, omnes denique Lambini. Quid ſit autem *conſolidare rationes*, ſuggeſſerit Aconius in III Verrinam, ad verbum *uadrarint.* Victorius *conſolutas*, ex Med. Pal. pr. *ſolutas.* quart. *conſolatas*, alii *conlatas* vel *conſignatas* habent. *Gebhard.* Oppugnat Manutius lectionem vulgarem *conſolidatas.* ſed male. *Conſolidatæ* enim *rationes* ſunt liquidæ, cum expenſis reſpondent accepta. Docet hoc inſignis locus Aſconii Pediani, ad illa verba Orat. Cic. in Verr. de præt. urbana, *Quomodo de eodem quadrarint.*] *Solida facta ſint ut neque plus quicquam, neque minus inveniatur in ſumma. ubi enim ratio ſine fraude eſt, difficile eſt ſexcenta, detractis quadringentis, quadrare, & ſolidari, vel ſolida fieri, quin aut minus, aut plus aliquid reperiatur.* Hæc Aſconius. Unde patet *ſolidari rationes*, aut, ut hic Cicero loquitur, *conſolidari* dici, cum quadrant.

Juſtis de cauſſis] Inſtante bello civili. *Corradus.*

Rationes deferre properarim] Querebatur Rufus, quod rationes deferre ad ærarium nimis properaſſet: quædam enim corrigi cupiebat.

Te expectaturum fuiſſe] Qui nondum de provincia deceſſeras. *Corradus.*

Pro latis] Alii legunt *pro relatis*, vel *delatis.* Idem.

Quamobrem de Voluſio quod ſcribis] Duos Voluſios ſecum habuit Cicero in provincia, Cn. quem Attici quæſtorem ipſe appellat, & Q. quem in Cyprum miſit, ut ibi jus diceret. Sed utrum hic intelligat, eſt conſiderandum. *Idem.* Vid. Manut. *De Voluſio quod ſcribis*] Vocem, ſeu tres voces, *quam ob rem*, aliunde huc illatas, & ex verbo *haberem*, quod proxime antecedit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rationum. docuerunt enim me periti homines, in his cum omnium peritiſſimus tum mihi amiciſſimus C. Camillus, ad Voluſium transferri nomen a Valerio non potuiſſe: ſed praedes Valerianos teneri: neque id erat HS XXX, ut ſcribis, ſed XIX. Erat enim nobis curata pecunia Valerii mancipis nomine: ex qua reliquum quod erat in rationibus retuli. Sed ſic me & liberalitatis fructu privas & diligentiae & (quod minime tamen laboro) mediocris etiam prudentiae. Liberalitatis, quod mavis ſcribae mei beneficio quam meo legatum meum praefectumque maxima calami-

cedit, natas, ſuſtuli. *Lambin.* Retinent *quamobrem* omnes Pall. Græ vii pr. Amſtelodam. aliique.

Ad Voluſium transferri nomen a Valerio] Quod Rufus petierat. vid. Manut. Veteres codices hic *traferri*. Qua ratione ad Atticum lib. XVI. *tralatum. Hunc tu tralatum in Macrocolum:* nec tamen ſic in noſtro ſcripſimus, ne omnia velle immutare videremur: tantum rem notaſſe antiquitatis cauſſa placuit. Ille etiam locus in 4 epiſtola ad Lentulum in veteribus codicibus ita ſcriptus eſt, *Cauſſam enim frequenti Senatu non magna varietate, magnaque invidia eorum qui a te cauſſam regiam alio traferebant, obtinebamus.* Quod etiam aliis non paucis locis obſervavimus. Nam *tralatio* pro *tranſlatio* boni codices ſemper habent in libris oratoriis. Donatus etiam accuratiſſimus Terentii interpres ſic veteres dixiſſe teſtatur, cum locum hunc in prologo Phormionis exponeret, *Et tranſdere hominem in otium.* ſic enim inquit, *Tranſdere* veteres ſonantius quod nos lenius dicimus *tradere*, ut *tralatum*, quod nos *tranſlatum* e contrario. Conſuetudinem autem ita pronunciandi ad ætatem uſque M. Tullii productam eſſe veriſimile eſt: cum in vetuſtioribus cunctis ejus libris ita fere ſemper ſcriptum ſit. Nam Ciceronem inter veteres a Donato poni non mirum videri debet, qui tot ſeculis poſt eum fuit. Retinuiſſe etiam quædam liben-ter Ciceronem ab antiquioribus uſurpata notiſſimum eſt. ut poſtquam ita fere ubique in integrioribus exemplaribus ſcriptum invenitur, ita legendum omnino cenſeam: ſi auctoribus ſermo, qui eorum ætate vigebat, conſervandus eſt, & non ad poſteriorum normam & conſuetudinem conformandus. *Victor.*

Neque id erat HS XXX, *ut ſcribis*] Repoſita eſt nota, quam habent MSS. in quibus & meus primus & Amſtelodam. legendumque videtur non *ſeſtertius*, ſed *ſeſtertium tricies*, hoc eſt, ſeptuaginta quinque millia ſcutatorum. XIX, ſunt ſepties quadragies mille, quingenti ſcutati. *Grævius.*

In rationibus retuli] Hoc eſt, in ærarium retuli cum aliis rationibus. vid. Manut.

Legatum meum præfectumque Q. Leptam] Nihil ab ea quæ in noſtris impreſſis eſt lectione diſcedendum puto: nec duas illas dictiones ullo pacto delendas cenſeo. Nam quod Manutii argumentum primum eſt, qui eas inducit, in antiquo libro illas non eſſe, Mediceus codex eas habet, & nos olim illi voci nominique, illius exemplaris auctoritatem ſecuti, prænomen addidimus. Alia item ejuſdem argumenta nullo negotio tentari refellique poſſunt. *Victor.* Argumenta tamen Manutii non video qui poſſint labefactari, ſunt enim firmiſſima. Accedit aucto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nitate levatos, cum praeſertim non deberent eſſe obliga- diligentiae, quod exiſtimas de tanto officio meo, tanto am periculo nec ſciſſe me quidquam nec cogitaviſſe: ſcri- m, quidquid voluiſſet, cum id mihi ne recitaviſſet qui- m, retuliſſe: prudentiae, cum rem a me non inſipien- excogitatam, ne cogitatam quidem putes. Nam & Voluſii

toritas veterum codicum, inter os etiam meus optimus eſt, qui non noſcit *Q. Leptam*, quod merito cum nutio rejecimus. *Grævius.*

Legatum] Voluſium. *Corrad.*

Præfectum] Fabrum. *Idem.*

Diligentiæ, quod exiſtimas] Pal. pr. Amſtelod. *diligentiæque qui exiſti-* .

Cum rem a me non inſipienter actam, ne tatam quidem putes] Lacera aliquanum ſunt in his verbis antiqua explaria. Quare vulgatam receptam- lectionem ſecutus ſum. Hic ta- n viſum eſt diligentius hanc rem ſiderare, videreque an ex vetere ptura quamvis mutila & decurtata itima lectio conjectura elici poſſit: xime cum alii etiam qui Manutio- nomine has epiſtolas nuper Ve- iis caſtigarunt, id facere tentave- . Eam igitur primo cum fide pro- am. Sic autem in melioribus cun- legitur, *cum rem a me non inſipienter gitatam quidem putes*, manifeſto de- u. Quod ſi licet libere ſententiam m proferre, ſic ego hunc locum ituendum putarim, *cum rem a me inſipienter excogitatam, ne cogitatam lem putes.* Ut ſimilitudine duarum rum pene earundem vocum dece- s librarius, incuria alteram cum noſyllabo, quod eam præcedebat, iſerit: qui lapſus frequens eſt, & ndoque totius clauſulæ damno ſte- Senſus, ſi ita legas meo judicio o- nus erit, ut queratur Cicero, mire- que Rufum illam rem quæ non ſo- a ſe cogitata ſit, ſed etiam acute apienter excogitata, in mentem non veniſſe, neque a ſe cogitatam eſſe crediſiſſe. *Excogitare* autem eſſe cogitando quod quærebatur invenire, notiſſimum eſt. Sic autem caſtigarunt Veneti, *cum rem a me ne inſipienter quidem cogitatam putes*, antiqua ſcriptura in duobus verbis contaminata, & frigidiore ſane ſenſu, niſi intelligas voluiſſe Ciceronem oſtendere rem illam a ſe non tantum cogitatam ſed perſpectam & animadverſam fuiſſe. Quare magis judicium Ruffi reprehendit, qui ab ipſo illam ne cogitatam quidem eſſe exiſtimaverit. Oſtendit autem infra ſuo conſilio geſta eſſe omnia, & a ſe initam rationem eſſe quomodo ea recte fieri poſſet. Quam etiam ſententiam recepta lectio continet, quamvis a vetere ſcriptura recedat, & (ut puto) ab aliquo ſuppleta ſit, qui ex ſuo arbitrio locum hunc reſtituere voluerit. *Victorius.* *Non inſipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putes*] Secutus eram initio libros quoſdam vulgatos, qui ſic habent, *non inſipienter actam, ne cogitatam quidem putes.* Sed Victorio malui tandem aſſentiri, qui ſequitur optimum illum codicem Florentinum manuſcriptum: cum quo præſertim nonnulli ex noſtris congruunt. Nam manuſcriptorum noſtrorum alii habent, *cum rem a me non inſipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putes* (quomodo edidit P. Victorius: quam ſcripturam nos ſecuti ſumus), alii, *cum rem a me non inſipienter excogitatam quidem putes*, plane mendoſe. Ego Florentinam editionem ſolam veram & rectam judico: vulgatam tamen, tolerabilem & probabilem eſſe puto. *Lambinus.* *Cum rem a me n. inſip. excog. ne cog. q. p.*] Libuit am-

luſii liberandi meum fuit conſilium; & ut multa tam gravis Valerianis praedibus ipſique T. Mario depelleretur, a me inita ratio eſt: quam quidem omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant: &, ſi verum ſcire vis, hoc uni ſcribae meo intellexi non nimium placere. Sed ego putavi eſſe viri boni, cum populus ſuum ſervaret, conſulere fortunis tot vel amicorum vel civium. Nam de Lucceio eſt ita actum
ut

amplecti emendationem Victorii tanto opere laudatam ac probatam Lambino, eo magis, quod cum Mediceo codice congruant Pall. tres. *Gebhard.*

Et ut multa tam gravis Valer. pr. ipſique T. Mario] Videtur legendum *& ut multa tam grav. a Valerianis prædibus ipſoque T. Mario depelleretur,* &c. *Lambinus.* *Multam* non mancipum ſed prædum fuiſſe hic notat Manutius. Sed utique & mancipum fuit & prædum. Mancipes enim & prædibus & prædiis cavebant publico. Si non præſtitiſſent fidem, & prædia ſive poſſeſſiones quas Reipublicæ obligaverant mancipes ipſi ſive redemtores, & prædum quoque facultates vendebantur. Neque hoc probo, quod paullo ante ſcribit idem Manutius, Valerium multam a Voluſio debitam in ſe ſuſcepiſſe exigendam, & prædes dediſſe. Sed quis unquam audivit ad exactionem multæ prædes requiri, aut exactores multæ mancipes appellari? Cui multa irrogabatur, is quoque prædes dare cogebatur. Gell. VII, 19. *L. Scipioni Aſiatico P. Scipionis Africani ſuperioris fratri C. Minutius tribunus pl. multam irrogavit, eumque ob eam cauſſam prædes poſcebat.* Si itaque in re obſcura licet divinare, cenſeo Voluſium quendam fuiſſe publicanum, & reipublicæ debuiſſe XXX ſeſtertium. In ejus locum poſtea ſucceſſiſſe Valerium, & non ſolum conduxiſſe vectigal illud, ſed & reliqua Voluſii ſolvenda in ſe ſuſcepiſſe, & hoc nomine prædibus prædiiſque reipublicæ caviſſe. ideoque prædes ejus tenebantur, quos liberare cupiebat Cicero. *Multa* vero dicitur hic pecunia quæ & a mancipe Voluſio, & ejus prædibus ſolvenda erat. Hæc mea de hoc loco ſententia eſt: modo ſit ſanus, ſic dubito Prim. Pal. Amſtelodam. Mentel. meus uterque, *multi tam gravis* legunt. Sed meus primus, *& ut multi tam gravibus Valeriani prædibus, ipſique T. Mario depelleretur.* Videant acutiores num inde lectio melior poſſit elici. Mearum ego partium eſſe duxi veterem ſcripturam indicare. *Græv.*

Cum populus ſuum ſervaret] Alii emendarunt *populis.* Nos ut in antiquis libris invenimus, & ut ratio ipſa docet, *populus.* hac ſententia, Putavi eſſe boni viri cum poſſem, nullo populi damno, commodare civibus, & eorum fortunas ſuſtentare. *Victorius.*

Nam de Lucceio eſt ita actum] Locus non nimium certus, & ſane tota epiſtola obſcurior, & fortaſſe mendoſior: parum enim conſtans eſt ſcriptura etiam in melioribus exemplaribus. Nos, ut in antiquo illo probatiore codice invenimus, ſcripſimus. *Lucceii* autem nomen in illo ſemper per duo *c* ſcriptum eſt: hoc loco alii *Luceo* repoſuerunt, neſcio quam recte. *Idem.* Sic & MS. prim. Græv. *Lucceio.* *De Lucceio*] L. Luceio, quamvis *Lyceo*, vel *Logeo* nonnulli ſcribant: & in vetere libro *De lucro* legatur. *Corradus.* *De Lucceio*] Scaliger ad Catullum *lucello,* quod nullibi reperio, & puto verum non eſſe. alii *Lucretio,* alii *Logeo.* Gebhardus. Scaliger ad Catullum emendat, *nam de lucello eſt ita actum.*
Satis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ctore Cn. Pompeio iſta pecunia in fano poneretur: id gnovi meo juſſu eſſe factum. qua pecunia Pompeius us, ut tua, quam tu depoſueras, Seſtius. Sed haec ad nil intelligo pertinere. Illud me non animadvertiſſe ſte ferrem, ut adſcriberem, te in fano pecuniam juſſu depoſuiſſe, niſi iſta pecunia graviſſimis eſſet certiſſimiſ- monumentis teſtata, cui data, quo ſenatuſconſulto, us tuis, quibus meis litteris P. Seſtio tradita eſſet. Quae viderem tot veſtigiis impreſſa ut in his errari non poſ- non adſcripſi id quod tua nihil referebat. Ego tamen ipſiſſe mallem, quum id te video deſiderare. Sicut s tibi id eſſe referendum, idem ipſe ſentio: neque in eo

onſtat vitioſum eſſe τὸ *Luceio*: lto conſtat magis alieniſſimum *ello*, quod ille ſubſtituit. *Vides*, , *privatum amicorum ac civium lucellum*. Ego vero non video. o genera diverſiſſima ſunt, hoc *fano poſitum* eſt, & iſtæ *fortunæ m vel civium*. Fortunæ iſtæ ſunt patrimonium vel bona Volu- rædium Valerianorum & Ma- illa pecuniæ publicæ pars: neu- m lucelli hujus, quo de agi- bet imaginem. Nam cur po- : in foro, ſi diſtribuenda erat æ cohorti? Gronovius III de . cap. 17.

ecunia in fano poneretur] Quam no poſuiſti meo juſſu, quam uereris a me eſſe in rationibus dis prætermiſſam. Veteres in blicas privataſve pecunias ſo- deponere. Cæſar III de bell. *heſi a fano Dianæ depoſitas antiqui- ias Scipio tolli jubebat*. vid. Cic. II, 16. & Brod. Miſcell. IV, 17.

n tamen depoſuerat Sextius] In s codicibus ſic fere ut nos : ſcripſimus, locus hic legitur, *unia Pompeius eſt uſus, ut tua, depoſueras ex tuis*. Etſi noſtri li- o *tu*, *tum* perverſe, ut eſt ne- hominum genus, ſcripſerunt. ane pro *ex tuis* habet ille vetus codex, ſed puto eandem litteram, ultimam ſcilicet antecedentis dictionis & primam hujus, ut ſæpe accidit, bis inutiliter eſſe repetitam. Nam *Seſtius* nomen vix unquam per *x* ſcriptum invenies in antiquis exemplaribus, de quo paullo poſt. Sed tamen etſi nos antiquæ viciniorem, & noſtro judicio meliorem lectionem ſecuti ſumus, non adeo certa hæc eſſe judicamus ut non velimus totam rem in arbitrio eruditorum relinquere. *Victorius*.

Ut tua quam tu depoſueras Seſtius] Sic etiam legitur, ne minima quidem varietate, in Mediceo: quod olim quomodo nos præterierit, neſcio: certe ſi id animadvertiſſemus, non tantopere laboraſſemus. *Idem*.

Quam tum depoſuerat Sextius] Nonnulli ita corrigunt, *quam tu depoſueras ex tuis*. Corradus.

Ut tua, quam tum depoſuerat Sextus] Sic habet caſtigatiſſimus Pal. prim. quart. *quam tua tamen quam depoſ. Sext.* quint. *tua tamen quam diſpoſuerat Sextius*. alii, *quam tum depoſueras ex tuis*. Gebhard. Medicei codicis ſcripturæ cum conſentiat meus primus, non dubitavi eam reponere, quamvis Gebhardus ex Palatino primo receperit, *ut tua, quam tum depoſuerat Seſtius*. Grævius.

Non adſcripſi id] Non ſcripſi in rationibus meo juſſu a te eſſe poſitam.

eo quidquam a meis rationibus diſcrepabunt tuae. Addes enim tu meo juſſu, quod ego quidem non addidi: nec cauſſa eſt cur negem: nec, ſi eſſet, & tu nolles, negarem. Nam de HS nongentis millibus, certe ita relatum eſt ut tu ſive frater tuus referri voluit. Sed, ſi quid eſt quod de legato parum * gaviſum eſt, quod ego in rationibus referendis etiam

nunc

Quod ego nunquam addidi] Suſpecta mihi hæc lectio ſemper fuit, præſertim cum in melioribus exemplaribus aliter ſcriptum ſit, & tota etiam epiſtola non parvam obſcuritatem in ſe habeat. Mediceus ita legit, *quod ego qui non addidi*, quod diligenter conſiderandum eſt: nihil tamen adhuc certi ex vetere ſcriptura elicere potui, nam per ſe etiam vox illa *nunquam* hoc in loco mihi parum probatur: etſi conjecturam noſtram non contemnendam putamus, qui olim particulam *qui* ſupervacaneam judicavimus, eamque ſuſtulimus, *non* autem retinuimus. Nunc tamen, ut unuſquiſque quid ſui conſilii ſit ſequi poſſit, antiquam ſcripturam omnibus propoſuimus. *Victorius.*

Quod e. nunq. a.] Anton. Auguſtinus *quod ego tunc non addidi.* alii *quod ego quidem non addidi*, ſed nimis longe a vulgata ſcriptura, quamvis veteres libros ſe auctores habere dicant. *F. Urſinus.*

Quod ego quidem non addidi] Eſt e Palat. quinto, Vaticano, editione Victorii; nec longe abeunt reliqui duo, repræſentantes, *quod ego qui non addidi.* Ant. Auguſtinus, *quod ego tunc non addidi.* noſtra omnino melior ac Cicerone dignior. vulgo, *quod ego nunquam addidi.* Gebhard.

Nongentis] Al. *nunc centum.* Corrad.

De HS *nongentis millibus*] Hoc eſt XXII millibus & quingentis ſcutatis ſive Philippeis noſtratibus, non XVII millibus, ut vult Manutius.

Cum de logio parum gratioſum eſt] Videndum an locus hic reſpondeat ſuperiori, *Nam de Lucceio eſt ita actum.* Fortaſſe enim λογεῖον appellat locum, ubi rationes deponuntur. Quod ſi ita ſit, dubito an illic etiam *de logeio* ſcribendum ſit, nihil tamen in dubia re certi aſſerimus: ſuſpiciones noſtras proponimus quæ nobis ex parum firma ſcriptura oriuntur, quas cupimus eadem animi ſinceritate qua proferimus accipi, & examinari: totamque rem accuratius a peritioribus perpendi & judicari. Nam quod in poſteriore loco quidam legunt *de Luceio parum proviſum eſt. Logeio* habent omnes præter hunc nuper Venetiis impreſſum excuſi codices: & vulgata lectio in voce illa *proviſum*, quam ipſi reſtituerunt, magis mihi placet, etſi in ea etiam dictione titubat antiquus codex. Totus enim locus ſic eſt in illo melioris notæ, ne amplius lectorem ſuſpenſum teneam, & is noſtræ hæſitationi veniam det, cum videat quot difficultatibus premamur, *quom de logæo parum graviſum eſt.* ſed & antiqua ſcriptura, & ſententia etiam magis convenire mihi videtur communi & vulgatæ lectioni quam huic novæ, & ab aliquo pro ſuo ingenio excogitatæ. Nos nihil quod in medium afferamus certius habemus. *Victor.*

Proviſum] Al. *gratioſum* vel *graviſum* legas: ut forte legendum ſit *gratum viſum.* Corr.

Quando de logeo parum gratum eſt] Ego quam proxime potui, acceſſi ad ſcripturam antiquam. nam libri manuſcripti hoc loco ſunt corrupti: ſed tamen partim ſic habent *quando de logeo parum gratioſum eſt*, partim, *graviſſimum eſt.* Vulgati autem, *parum proviſum eſt*, quæ lectio tolerabilis eſt: nec eam damnamus. Præterea quod ad vocem *logeum* pertinet, nos putavimus utrobique, & ſupra, ibi, *nam de logeo ita eſt actum*, &c.

&

...c corrigere poſſim, de eo mihi, cum ſenatuſconſulto non ...uſus, quid per leges liceat conſiderandum eſt. te certe ...ecuniae exactu *ita efferre ex meis rationibus relatis non opor-

..., *quando de logeo*, &c. eandem rem
...deoque idem nomen poni opor-
... *Logium*, autem, ſeu *logeum*, vox
...a eſt, quæ ſignificat, præter alia,
...ı ubi rationes referuntur, & ubi
...untur. *Lamb.* *Quando de Luc-*
...rum proviſum eſt] Pantagathus
...*le Logæo*, vel *quom de Lucceio pa-*
...atioſum eſt. F. Urſinus. *Cum de*
...arum gratioſum eſt] Mirum agita-
...cus, quem compoſitum ivit Sca-
... & in eo mire aliis ſatisfecit, *lu-*
...o *logio* reponendo. Nos ut in his
...ıeriis nihil poſt alios cernere
...nus, ita nihil cupide, nihil te-
...ie feciſſe videri volumus. habe-
...ediceus, *quom de Logæo parum gra-*
...eſt. Ex quo emendarat Egnatius,
... *de Luceio parum proviſum eſt.* Pal.
...s, quem non inferiorem boni-
...edic. experimur, *quomodo de lo-*
...um gaviſum eſt : alii, *quando de lo-*
...um gratum eſt. Alii, *quando de lo-*
...um ratum viſum eſt. Eligat inde
...uiſque velit: Ego cum Claudia-
...abo operam, ne *eximium ſtimu-*
...ulnus acerbem. Gebhard. Quam
...ıic locus in veteribus libris ſcri-
...el ex Lambini nota patet. Meus
...s liber ab aliorum omnium
...ra recedit. Sic in illo habetur,
...ſt quod de legato parum graviſſime,
...o in rationibus referendis, &c. Am-
...ım. Mentel. Pal. prim. *quomodo*
...parum gaviſum eſt, æque fere ut
...eus qui ſcribit, *cum de logæo pa-*
...viſum eſt. Forte ſcripſit Cicero,
...ſt, quod de legato parum gratum vi-
... Nimirum de legato, quem
...æfecto maxima calamitate le-
...piebat, ut ſupra oſtendit. *Græ-*

...erte in pecunia exacta ita efferre]
...quoque olim ſcribi volebamus
...ioribus codicibus, in quo ta-
...a in littera noſtri librarii pec-
carunt: priſca certe ſcriptura hæc eſt, *in pecuniæ exactæ ita efferre.* ut facile inde hæc lectio concinnari poſſit: rectum tamen eſſe judicavimus, in re obſcura lectori omnia indicare. *Victorius.* *In pecunia exacta iſta*] Al. *in ſumma pecuniæ exactæ ita.* Corradus. *Te certe pecuniæ abs te exactæ rationem referre*] Etiam hoc loco ſcripturæ veteris veſtigia ſecutus ſum. nam cum in veteribus libris partim hoc modo ſcriptum reperiſſem, *te certe in pecunia exacta iſta referre, ex meis*, &c. partim ſic, *te certe pecuniæ exactionem iſta referre*, &c. ego ex voce *exactionem*, feci *exactæ rationem*, ex *iſta* feci *abs te :* quas voculas operæ per imprudentiam omiſerunt. Cetera integra & immota ſervavi. *Lambinus.* *Te certe in pecunia exacta ita afferre*] Nullum mihi fore periculum judicavi ſi ſequerer Victorii editionem; & a vulgata una littera diſcederem; illa enim *efferre.* Ceterum Politiani liber, *te pecuniæ exactæ iſta.* cum in Pall. quarto ac quinto reſtet, *te certe in pecuniæ exactæ iſta referre*; nec multum diſſentiant Lambiniani ac Medic. ut notat Egnat. *te certe in pecunia exacta iſta referre.* unde Dionyſius ille nimis libere fecit, *te certe pecuniæ abs te exactæ rationem referre.* Gebhardus. *In pecuniæ exactæ* habent præter Mediceum Amſtelodam. Mentel. Palat. prim. aliique plerique omnes libri vetuſtiores. Sed in meo libro ſcriptum eſt, *te certe in pecuniæ exactu ita efferre.* Videre hinc eſt unde *pecuniæ* in omnes propagatum ſit membranas. *exactu* vero quoniam non intelligebant ſcioli, hinc formarunt alii *exactæ*, alii *exacta*, unde & neceſſario *pecuniæ* in *pecunia* fuit refingendum: alii vero *exactione.* Recte vero in meo libro ſcribitur, *in pecuniæ exactu.* Cur non veteres *exactus* ut *abactus* dixerint. Et ſane ab hoc verbo eos non abhor-

oportuit, niſi quid me fallit, ſunt enim alii peritiores. Illud cave dubites quin ego omnia faciam quae intereſſe tua aut etiam velle te exiſtimem, ſi ullo facere modo poſſim. Quod ſcribis de beneficiis, ſcito a me & tribunos militares, & praefectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe. In quo quidem ratio me fefellit. liberum enim mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari. poſtea certior ſum factus, triginta diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſem. Sane moleſte tuli, non illa beneficia tuae potius ambitioni reſervata eſſe quam meae, qui ambitione nihil uterer. De cen-

ruiſſe oſtendit etiam Quintil. declamat. 19. *Sacroſanctus mercator opportunum mercis exactum puto invenit.* Pro *ita efferre* nonnulli libri legunt, *iſta referre.* Hinc Ciceronis hæc fuiſſe verba colligo, *te certe in pecuniæ exactu iſta referre ex meis rationibus relatis non oportuit.* hoc eſt, te non oportuit in rationes pecuniæ a te exactæ referre, quod ego in meas rationes ad ærarium relatas jam ante aliter retuleram. Videtur enim Cicero HS nongenta millia in rationes ſuas retuliſſe, quæ poſtea in pecuniam a ſe forte poſt Ciceronis deceſſum exactam quoque retulit Rufus. Sed viderint acutiores. Nihil in re tam obſcura definio, nec mihi ipſe ſatisfacio. *Græv.*

Quod ſcribis de beneficiis, ſcito a me & tribunos militares, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe] Comites & contubernales magiſtratuum & adjutores publicorum negotiorum deferebantur in beneficiis ad ærarium a Procoss. & Propræt. & Quæſtoribus, cum redirent ex provinciis. Non hoc erat emolumentum, ut Scaliger ad Catull. notat, ſed merus honor & commendatio illarum perſonarum apud populum Romanum, profutura illis, vel ad majora emolumenta ab rep. conſequenda, vel ad pericula, ſi quæ extitiſſent, ſublevanda, tanquam olim meritis, ut judicio & beneficio principum honeſtarentur. Sic Archiam *in beneficiis ad ærarium delatum* ab Lucullo Prætore & Conſule, ſic L. Cornelium Balbum a Pompeio in illorum defenſione jactat Cicero. Male Scaliger hoc dicit *nomen in ærarium referri*, & *vocari in beneficiariis.* omni antiquitati ignoratur hoc loquendi genus, quæ dicebat *deferri in beneficiis ad ærarium.* Gronov. III de Pec. Vet. c. 17.

Sane moleſte tuli non illa beneficia tua potius ambitioni reſervata eſſe, quam mea, qui ambitione nihil uterer] *Ambitionem* non recte interpretatur Manutius, quaſi oſtendere voluerint cohortem apud ſe fuiſſe lectiſſimorum hominum, qui beneficia in rem publicam contuliſſent. Non quidem de nihilo eſt, & potuerunt hoc quoque nonnulli reſpicere: ſed non id intelligit Cicero, cui *ambitio* eſt gratia & demonſtratio ſtudii in clientes. Significat ſe facile pati potuiſſe, ut hanc apud delatos gratiam iniret Rufus, quum ipſe deferendo non ſit ſecutus gratiam, ſed morem & veritatem, & merita. Illud haud protritum, *qui ambitione nihil uterer.* Plaut. Trinum, *Apage a te amor, non places, nihil te utor.* Cæſar III Civ. *Si vero alteri paullum modo tribuiſſet fortuna, non eſſe uſurum conditionibus pacis eum, qui ſuperior videretur, neque fore æqua parte contentum, qui ſe omnia habiturum confideret.* Liv. IX. *tum pacem petentes, quod uti ea, cum daretur, noluiſſent, aſpernatus.* Gronovius III de Pecun. vet. cap. 17.

D

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

centurionibus tamen & de tribunorum militarium contubernalibus, res eſt in integro. genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquum eſt de HS centum millibus, de quibus memini mihi a te Myrina litteras eſſe allatas, non mei errati, ſed tui: in quo peccatum videatur eſſe, ſi modo erat, fratris tui & Tullii. Sed cum id corrigi non poſſet, quod jam depoſitis rationibus ex provincia deceſſimus, credo me quidem tibi pro animi mei voluntate, proque ea ſpe facultatum quam tum habebamus, quam humaniſſime potuerim reſcripſiſſe. Sed neque tum me humanitate litterarum mearum obligatum puto, neque tuam hodie epiſtolam de HS centum ſic accepiſſe ut ii accipiunt quibus epiſtolae per haec tempora moleſtae ſunt. Simul illud cogitare debes, me omnem pecuniam, quae ad me ſalvis legibus perveniſſet, Epheſi apud publicanos depoſuiſſe: id fuiſſe HS XXII. eam omnem pecuniam Pompeium abſtuliſſe: quod ego ſive aequo animo ſive iniquo fero, tu de HS centum aequo animo ferre debes, & exiſtimare eo minus ad te vel de tuis cibariis vel de mea liberalitate perveniſſe. Quod ſi mihi expenſa iſta HS centum tuliſſes,

De HS centum millibus] Hoc eſt, viginti quinque millibus ſcutatorum, non tribus millibus, ut vult Manutius.

Smyrna literas eſſe allatas] Vetuſti codices omnes *Myrina*, quod nos rectum judicamus: eſt autem *Myrina* urbs in inſula Lemno, Stephano, Ptolemæo, & Strabone lib. XIII, auctoribus. Plinius etiam lib. IV, in deſcriptione Lemni, *Oppida*, inquit, *habet Epheſtiam & Myrinam, in cujus forum ſolſtitio Athos ejaculatur umbras.* Victorius. *Myrina litteras eſſe allatas*] Sic prim. Græv. & Amſtelod. & Ment. niſi quod in omnibus his libris ſcribatur *Mirina.* Eſt autem *Myrina* urbs Æoliæ, de qua Vell. I, I.

Fratris tui & Tullii] Qui rationes me abſente confecerant.

Pro animi mei voluntate] Hoc eſt, pro animi mei ſenſu, ut eram animatus. vid. Manut.

Id fuiſſe HS XXII] Ut conjecerat Manutius, ſic legitur in meo primo, Amſtelodamenſi & Menteliano, quos ſecutus ſum. In vulgatis ſic habetur: HS XXII *millia.* Bis vicies autem ſeſtertium ſunt 55000 ſcutati, non 66000, ut Manutius vult. *Græv.*

De HS *centum*] Hoc eſt, bis mille, quingentis ſcutatis.

Quod ſi mihi expenſa iſta HS *centum tuliſſes*] Hoc eſt, ſi mihi ea credidiſſes, dediſſes mutua. lib. X ad Att. ep. 17. *Debet mihi multos nummos, nec habetur locuples: nunc ait ſe daturum, cui expenſum tulerit, morari.* Sic & IX ad fam. 10. & XV ad Att. ep. 20.

liſſes, tamen, quae tua eſt ſuavitas quique in me amor, nolles a me hoc tempore aeſtimationem accipere. nam numeratum ſi cuperem, non erat. Sed haec jocatum me putato, ut ego te exiſtimo. Ego tamen cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te, ſi quid ad rem putabis pertinere. Hanc epiſtolam cur non ſcindi velim cauſſa nulla eſt. Vale.

Æſtimationem accipere] Poſſeſſionem lege Cæſaris æſtimatam pro pecunia commodata. Vid. Manut.

EPISTOLA XXI.

ARGVMENTVM.

Meſcinio, ſui videndi cupido, mutua ſe teneri cupiditate ſignificat. ſubjungit haec: frequentari domum ſuam a Caeſaris familiaribus; eorum tamen ſermonibus ita ſe non delectari, ut ſolitudinem, ſi ea uti poſſit, praeponat: itaque litteras colere, & ab iis & ab optimorum conſiliorum conſcientia conſolationem eam petere, quam Meſcinio quoque petendam cenſeat: Africani belli exitum appropinquare: utra pars vincat, crudelem fore victoriam: everſam funditus eſſe publicam fortunam: nihil tamen iis qui culpa careant horribile eſſe aut pertimeſcendum. De congreſſu, neque ſpem affert, neque adimit. valetudini ut ſerviat animoque tranquillo ſit hortatur. Index benevolentiae, ac negotialis omnino epiſtola, licet major ejus pars officii potius quam negotii ſit. dixi enim a principio, ſpectandam eſſe cauſſam cur ſcribatur epiſtola, & ab ea ſive negotialem epiſtolam ſive moralem vocandam. nam quae adduntur praeterea, declarandi amoris gratia, licet ad officium pertineant, quia tamen argumenti propria non ſunt, nomen epiſtolae non tribuunt. Scripta eſt Caeſare tertium, & M. Lepido Coſs. cum Caeſar in Africa adverſus Pompeii ſocerum Scipionem & Iubam regem bellum gereret.

M. T.

M. T. C. L. MESCINIO S. D.

GRatae mihi tuae litterae fuerunt, ex quibus intellexi, quod etiam ſine litteris arbitrabar, te ſumma cupiditate affectum eſſe videndi mei: quod ego ita libenter accipi, ut tamen tibi non concedam. nam tecum eſſe mihi communia omnia, ita quae opto contingant, ut vehementer velim. Vt enim cum eſſet major & virorum & civium bono-

MESCINIO] Ita Pall. prim. quint. & alius vetus codex: nec ge abit Victorius cum ſuo *Meſcino*. ;o *Meſcinio*. Gebhardus.

ta mihi omnia, quæ opto, contingant] diceus liber, & alii veteres *commu- mnia:* in quibus verbis vitium in- manifeſtum eſt: quomodo illud endari poſſe arbitrati ſimus, ſpe- i poteſt: & fortaſſe non inelegan- quam alii qui caſtigarunt *commoda ia:* magna enim vis eſt illorum orum, *ita mihi omnia, quæ opto, ingant.* Cupimus enim ſæpe, pre- urque a Diis immortalibus non is tantum commoda, ſed amicis m & aliis qui nobis chari ſunt: parvamque ex ea re, ſi impetra- s, voluptatem capimus. Hone- s enim eſt amicis ſuiſque commo- quam ſibi ipſi optare. Hæc ratio fe- , & alia etiam argumenta, ut prio- vocem deleremus: arbitramur m cum *omnia* ſcribere vellet perpe- librarium *communia* ſcripſiſſe: nque erratum ſuum cognoviſſet, *ia* poſtea ſcripſiſſe, nec priorem cem inducere curaſſe, quod multis is facit. *Victorius*. *Ita mihi omnia . c.*] Secutus ſum & hic editionem torii, præeunte tamen Lambino eandem in ſuam admittente. vul- , *ita mihi commoda omnia, quæ opto, tingant:* cum Pall. pr. ſec. quart. int. habet Stewech. & Gruterianus ec non Amſtelodam. & Mentel.] *mihi communia* (quart. quint. *com- mia mihi*) *omnia quæ opto*. His omnibus puto melius Pal. tert. *ita mihi coram omnia, quæ opto, contingant.* Nam inde ſcaturiit illud *communia*. Nam & *commoda* & *communia* additamen. eſt, ut etiam poſt ep. 3. fin. τὸ *omnia* additum eſt in 5. *Gebhardus*. Primus Grævii, *Nam tecum ita eſſe communia omnia quæ opto contingant, ut vehementer velim.* τὸ *communia* delere invitis omnibus codicibus temerarium eſt. Sed hic locus ex veſtigiis veterum codicum ſic reſcribendus eſt, *nam tecum eſſe mihi communia omnia, ita quæ opto contingant, ut vehementer velim.* Vides nihil hic tolli, nihil immutari plane; tranſponi tantum voculam *ita*, quæ ſuo loco vitio librariorum fuit deturbata. Senſus autem eſt clariſſimus, & quæ ſequuntur clamant Ciceronem ita ſcripſiſſe. *Gravius*.

Vt enim cum eſſet major] Hæc eſt Medicei codicis & aliorum etiam veterum lectio, quam tamen nonnulli damnant, qui olim & ipſi eam valde amaverant, etſi ut omnia componerent, infra ſuo ex ingenio lectionem mutaverant. Quam reſtituerunt lectionem, nullo modo probo. neque hoc facio concertationis ſtudio, ſed quod ita verum eſſe exiſtimo. Siquis acute perſpiciet, ſi *etenim* (quemadmodum illi volunt) legatur, videbit multo minus verba inter ſe cohærere, quam ſi priſca lectio conſervetur. Quare peccaſſe nobis non videmur, qui, ſi aliquis error eſt, una cum antiquis libris peccare voluimus. Potius animadvertendum eſt, an ſit e genere co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bonorum & jucundorum hominum, & amantium mei copia, tamen erat nemo quicum eſſem libentius quam tecum, & pauci quibuſcum eſſem aeque libenter. hoc vero tempore, cum alii interierint, alii abſint, alii mutati voluntate ſint, unum, medius fidius, tecum diem libentius poſuerim, quam hoc omne tempus cum pleriſque eorum quibuſcum vivo neceſſario. Noli enim exiſtimare, mihi ſolitudinem non jucundiorem eſſe, qua tamen ipſa uti non licet, quam ſermones eorum qui frequentant domum meam, excepto uno aut ſummum altero. Itaque utor eodem perfugio quo tibi utendum cenſeo, litterulis noſtris; praeterea conſcientia etiam conſiliorum meorum. Ego enim is ſum, quemadmodum tu facillime potes exiſtimare, qui nihil unquam mea potius, quam meorum civium cauſſa fecerim: cui niſi invidiſſet is, quem tu nunquam amaſti, (me

rum quæ ſpeciem ſolœciſmi habere videntur, de quibus nos aliis in locis locuti accurate ſumus, & Paullus etiam in ſuis Scholiis ad hunc locum agit. *Victorius.* *Ita en. cum eſſ. maj.*] Sic autem habent Pall. omn. Grut. editio prima ac Victorii. Alii *etenim.* Gebhard. Palatinis ſubſcribunt Amſtelodamenſis & Mentelianus. Sed nondum locus eſt perpurgatus. recte vidit Manutius nihil eſt quod ad *ut* referatur; recte quoque vidit Victorius æque male cohærere verba licet legatur *etenim.* Vide quid meus primus ſuggerat, in quo ſcribitur: *tu enim cum eſſes.* Ciceronem ſcripſiſſe crediderim, *Tu enim mecum cum eſſes major erat & virorum, & civium bonorum, & jucundorum hominum, & amantium mei copia, tamen erat nemo, qui cum eſſem libentius, quam tecum. mecum* abſorpſit ſequens particula *cum*; τὸ *erat* vero ultima ſyllaba τȣ̃ *major* ac ſequens vocalis *&*: quod ſæpe factum eſſe, norunt qui non hoſpites ſunt in veteribus libris: ſic autem omnes ſalebræ ſunt ſublatæ. *Grævius.*

Tecum diem libentius poſuerim] Hoc eſt, tecum tranſegerim. Cic. VI ad Attic. 2. *Nonis Maii in Ciliciam cogitabam: ibi cum Junium menſem conſumſiſſem, atque utinam in pace (magnum enim bellum impendet a Parthis) Quintilem in reditu ponere.* hoc eſt, tranſigere.

Cum pleriſque eorum] Cæſarianorum. *Corrad.*

Uti non licet] Ne offendam Cæſarem, ſi abſim. *Idem.*

Eorum qui frequentant domum meam] Cæſaris familiarium.

Summum] Sic primus Grævii aliique, pro quo vulgatius dicitur *ad ſummum.* vid. Manut.

Cui niſi invidiſſet is] Vel Pompeius, ut quibuſdam placet: vel M. Cato, quem Cicero ſibi invidiſſe ſæpe teſtatur. *Corrad.* Quid ſi Pompeium intelligat? qui fœdus cum Craſſo Cæſareque inierit, ut reſiſtere Ciceronis Catoniſque factioni, nimium, ut ipſis videbatur, libertatis cupidæ poſſet. Nota eſt enim illa M. Tullii ſuſpiratio, *Utinam, Cn. Pompei, ſocietatem cum Cæſare aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes.* Bern. Rutil.

Ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

(tu enim amabas) & ipſe beatus eſſet, & omnis boni. Ego ſum, qui nullius vim plus valere volui quam honeſtum otium: idemque, cum illa ipſa arma, quae ſemper timueram, plus poſſe ſenſi quam illum conſenſum bonorum, quem ego idem effeceram, quavis tuta conditione pacem accipere malui quam viribus cum valentiore pugnare. Sed & haec & multa alia coram brevi tempore licebit. Neque me tamen ulla res alia Romae tenet, niſi exſpectatio rerum Africanarum. videtur enim mihi res in propinquum adducta diſcrimen. Puto autem mea nonnihil intereſſe (quanquam id ipſum, quid interſit, non ſane intelligo): verumtamen, quidquid illinc nuntiatum ſit, non longe abeſſe a conſiliis amicorum. Eſt enim res jam in eum locum adducta ut quanquam multum interſit inter eorum cauſſas qui dimicant, tamen inter victorias non multum interfuturum putem. Sed plane animus, qui dubiis rebus forſitan fuerit infirmior, deſperatis confirmatus eſt multum, quem etiam tuae ſuperiores litterae confirmarunt, quibus intellexi quam fortiter injuriam ferres: juvitque me, tibi cum ſummam humani-

[Marginal handwritten notes: Cæſaris. — profectus enim erat Cæſar contra Scipionem Catonemque cum Iuba Mauritaniae rege reliquias Pompeianarum partium in Africa reſervatas.]

Ego ſum qui nullius vim] Lege, *Ego ſum is, qui nullius vim.* Lambin. *Qui nullius vim plus valere volui*] Si penes me ſtaret abjicerem cum Pal. ſec. illud *plus* ut minime neceſſarium, ſua quippe abſentia plus elegantiæ relictura eſſet. Quod autem legit Lambinus *ego ſum is, qui* &c. in nullo Palatinorum codicum reperi, niſi quod eandem lectionem ex Stewech. notet Guilielmus. *Gebhard.*

Cum illa ipſa arma] Cæſariana.

Effeceram] In conſulatu. *Corradus.*

Quavis tuta] In veteribus libris ferme ſemper ſcribitur *quamvis tota.* Corradus. *Quavis tuta conditione*] Etſi minus honeſta.

Videtur enim mihi res in propinquum adducta diſcrimen] Hoc eſt, videtur mihi inſtare tempus, quo de ſumma rerum Cæſar cum Scipione & Juba certaturus eſt. lib. VI, epiſt. 13. *Cum recordarer tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina incidiſſe ſalutis fortunarumque communium.*

Non longe abeſſe velim a conſiliis amicorum] Vox *velim* abeſt a libris noſtris MSS. & vero tollatur licet. nam ſententia pendet ab illo loco, *puto autem nonnihil mea intereſſe:* ſequitur deinde interpoſitio (*quanquam id ipſum*, &c.) Licet etiam retinere, ut intelligamus, propter illam interpoſitionem, mutatam eſſe orationis formam, & de integro additum verbum *velim.* Lambinus. At ego verbulum *velim* Stoica conſtantia tollo, ex Pall. omnibus, Gruteriano, Vaticano; editione Victorii, ſicut & paullo ſtatim provocabulum *ipſa.* Gebhardus.

Tamen inter victoriam non multum interfuturum putem] Utriuſque victoriam fore crudelem putat. vid. epiſt. 9 & 14 lib. XIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

manitatem tum etiam tuas litteras profuiſſe. Verum enim ſcribam, teneriore mihi animo videbare, ſicut omnes fere qui vita ingenua in beata civitate & in libera viximus. Sed ut illa ſecunda moderate tulimus, ſic hanc non ſolum adverſam ſed funditus everſam fortunam fortiter ferre debemus: ut hoc ſaltem in maximis malis boni conſequamur, ut mortem, quam etiam beati contemnere debeamus, propterea quod nullum ſenſum eſſet habitura, nunc ſic affecti, non modo contemnere debeamus, ſed etiam optare. Tu, ſi me diligis, fruere iſto otio, tibique perſuade, praeter culpam ac peccatum, qua ſemper caruiſti & carebis, homini accidere nihil poſſe quod ſit horribile aut pertimeſcendum. Ego, ſi videbitur recte fieri poſſe, ad te veniam brevi: ſi quid acciderit, ut mutandum conſilium ſit, te certiorem faciam ſtatim. Tu ita fac cupidus mei videndi ſis, ut iſtinc te ne moveas tam infirma valetudine, niſi ex me prius quaeſieris per litteras quid te velim facere. Me velim, ut facis, diligas, valetudinique tuae & tranquillitati animi ſervias.

M. TVL-

Qui vita ingenua, in beata civitate & in libera viximus] Pal. ſec. *Quia in vita ingenua & in beata civitate viximus.* Forte ſcripſit Cicero, *qui in vita ingenua, & in libera civitate viximus.* Ut ſit genus loquendi, quale apud Senecam Conſol. ad Helv. cap. 10. *Quaſi in ultima fame victurus, ſi in ſeſtertio centies vixiſſet, veneno vitam finivit.* & apud C. Nep. in Pomp. Att. *neque in ſeſtertio centies adfluentius vixerit, quam inſtituerat*, de quo pluribus agit Gronov. lib. de Pec. Vet. cap. 1. *Gravius.*

Ut illa ſecunda moderate tulimus] Cum reſp. floreret.

Funditus everſam fortunam] Cum Cæſari ſerviamus.

Propterea quod nullum ſenſum eſſet habitura] Rerum mortalium.

Non modo contemnere debeamus, ſed] Leg. *non modo contemnere audeamus, ſed.* Lambin.

Præter culpam ac peccatum qua ſemper caruiſti] Sic eſt in Pall. quatuor, Grut. Vat. editione prima ac Victorii. Pal. tert. *culpam ac pœnam qua*, male. vulgo, *quo.* Gebhard. Grævii primus, Amſtelod. Mentel. *qua* habent etiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD A. TORQVATVM, ET CETEROS

LIBER VI.

EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

ATHenis exſulantem Torquatum, qui contra Caeſarem a Pompeio ſteterat, revocare ſtudet a ſollicitudine ac moerore animi ad tranquillitatem; in quam ſententiam colligit haec quae ad conſolandum valeant: primum, ita perturbata eſſe omnia, ut ſua fortuna contentus nemo vivat: deinde, conditionem eorum qui Romae ſint, & ea cernant quae quotidie fiunt, deteriorem eſſe quam eorum qui abſint: quare non eſſe ei moleſte ferendum, quod urbe careat: quod ſi ſuos ſuaque deſideret, ne hoc quidem nomine dolendum; quando illa nullo ſint in proprio periculo, nec ut meliore ſtatu fruantur, ipſum praeſentem praeſtare poſſe: quod vero ad ejus fortunam pertineat, nec deſperandum eſſe, nec timendum aut a Caeſare aut a Pompeianis, ſi acciderit ut vincant; ſi ob commune reipub. periculum angatur, ſolatio eſſe debere conſcientiam optimorum conſiliorum: ut virtus licet rebus omnibus deſtituta, ſe tamen ipſa ſuſtentet: nec vero eum, qui alios olim excitaverit, abjectiore eſſe animo debere: propterea, cur non aliquam ab ipſa Athenarum urbe, rationis ac moderationis parente atque altrice,

ce, doloris medicinam petat? cur non Servii Sulpicii amiciſſimi hominis ac ſapientiſſimi conſuetudine recreetur? extremum illud, quaſi extra conſolationem, ſubjungitur; quod mihi tamen ad leniendum dolorem vim habere aliquam videtur; de ſua in eum ejuſque liberos voluntate, & de ſpe proficiendi aliquid in ejus cauſſa; quod aſſiduitas uni rei dedita, vel ſi abſit auctoritas, nonnihil tamen praeſtare poſſe videatur. Suſpicor interdum ſcriptam eſſe hanc epiſtolam non Africani belli tempore, ſed Hiſpanienſis. quia quarta hujus libri ſine dubio ſcripta videtur Caeſare *in Hiſpaniis rem gerente: ſignificat enim Sulpicium Athenis diſceſſiſſe. qui cum in Graecia fuerit quo tempore M. Marcellus interfectus eſt, ut ex epiſtola* 12 *lib.* IV *intelligitur; Marcellus autem, Caeſare in Hiſpaniis contra Pompeii liberos pugnante, obierit; quod indicant epiſtolae quaedam ad Att. lib.* XIII. *non videtur Sulpicius ante bellum Hiſpanienſe Athenis diſcedere potuiſſe. praeterea, Tullia, Ciceronis filia, bello Hiſpanienſi periit: Caeſarque ex Hiſpaniis, & Sulpicius e Graecia conſolatorias ad Ciceronem litteras miſerunt: cum Sulpicius brevi diſceſſurus eſſet: quod indicat epiſtola* 6 *lib.* IV. *in qua eſt:* Sperabam tuum adventum (ſic enim audiebam) jam appropinquare. *quo patet, diſceſſum Sulpicii in Hiſpanienſe bellum cadere. Nec putetur illa quarta, Hiſpanienſi bello, haec vero prima, Africano ſcripta. nam in quarta, in qua de Sulpicii diſceſſu mentio fit, appellatur haec prima, in eo loco:* Vt antea ad te ſcripſi, tempus eſt hujuſmodi, ut ſuam quiſque conditionem miſerrimam putet; *& ibi quiſque ſit, ubi eſſe minime velit. Quod, opinor, Cicero non diceret de litteris ante tot menſes conſcriptis, quot inter Africanum & Hiſpanienſe bellum interſunt.*

M. CICERO A. TORQVATO S.D.

ETſi ea perturbatio eſt omnium rerum ut ſuae quemque fortunae maxime poeniteat, nemoque ſit quin ubivis, quam ibi ubi eſt, eſſe malit: tamen mihi dubium non eſt quin hoc tempore bono

A. *TORQVATO*] Is in cauſſa Milonis quæſitor fuit. *Corrad.*

Etſi ea perturbatio eſt omnium rerum Conſolatur a communi hominum con

bono viro Romae eſſe miſerrimum ſit. Nam, etſi, quo-
cunque in loco quiſquis eſt, idem eſt ei ſenſus & eadem a-
cerbitas ex interitu rerum & publicarum & ſuarum, tamen
oculi augent dolorem, qui ea, quae ceteri audiunt, intueri
coguntur, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt. Qua-
re etſi multarum rerum deſiderio te angi neceſſe eſt, tamen
illo dolore, quo maxime te confici audio, quod Romae
non ſis, animum tuum libera. Etſi enim cum magna mo-
leſtia tuos tuaque deſideras, tamen illa quidem, quae requi-
r, ſuum ſtatum tenent, nec melius, ſi tu adeſſes, tenerent,
nec ſunt ullo in proprio periculo. Nec debes tu, cum de tuis
cogitas, aut praecipuam aliquam fortunam poſtulare, aut
communem recuſare. De te autem ipſo, Torquate, eſt
tuum ſic agitare animo, ut non adhibeas in conſilium co-
gitationum tuarum deſperationem, aut timorem. Nec e-
nim is qui in te adhuc injuſtior, quam tua dignitas poſtula-
bat, fuit, non magna ſigna dedit animi erga te mitigati. Nec
tamen is ipſe, a quo ſalus petitur, habet explicatam aut ex-
ploratam rationem ſalutis ſuae. Cumque omnium bellorum
exitus incerti ſint, ab altera victoria tibi periculum nullum
eſſe perſpicio, quod quidem ſejunctum ſit ab omnium in-
teritu: ab altera te ipſum nunquam timuiſſe certe ſcio. Re-
liquum

nditione, & adverte in principio hu-
s epiſtolæ quater eſſe repetitum *etſi*
men, quod in nobis vitio ducere-
r.

Quin ubivis, quam ibi ubi eſt, eſſe ma-
] Concinnior foret hic orationis
mplexus ſi obtemperes Pall. quart.
uint. illud *ibi* longum relegantibus.
ullo poſt refert Pal. tert. Grut. *quin*
c tempore bono Romæ eſſe miſerrimum ſit:
cuſſo illo *viro*. Gebhard.

Quocunque in loco quiſquis eſt] Sic ha-
ent omnes libri MSS. *Quiſquis* au-
m poſitum pro *quiſque*, ut *quicquid*
epe ab eodem & Lucretio, Terentio,
lauto, pro *quidque* uſurpatum eſſe a-
as docuimus. *Lambin.*

Tamen oculi augent dolorem] Lib. IV, epiſt. 4 & 13. & VII, 30. Aurium autem ſenſum plus doloris afferre quam oculorum dixit ſupra ad Marcellum IV, 9. Oratoris hoc eſt eiſdem rebus, ſi res poſtulet, vel contrariis uti.

Ut non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem] Ut non cogites de deſperando.

Nec enim is] C. Julius Cæſar. *Corrad.*

Habet explicatam aut exploratam rationem ſalutis ſuæ] Ipſe non ſatis tutus eſt, nec ſatis novit quomodo ſalutem ſuam contra hoſtium inſidias poſſit tueri.

Ab altera victoria tibi periculum nullum eſſe] Nimirum Cæſaris.

Ab altera te ipſum] Pompeianorum.

Certe ſcio] Sic reſcripſi ex meo pri-
mo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

liquum eſt ut te id ipſum, quod ego quaſi conſolationis loco pono, maxime excruciet, commune periculum reip. cujus tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri, praeter illam, quae tanta eſt quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum. Si enim bene ſentire, recteque facere, ſatis eſt ad bene beateque vivendum, vereor ne eum qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſit, miſerum eſſe nefas ſit dicere. Nec enim nos arbitror victoriae praemiis ductos, patriam olim & liberos & fortunas reliquiſſe, ſed quoddam nobis officium juſtum & pium & debitum reip. noſtraeque dignitati videbamur ſequi: nec cum id faciebamus,

mo & Stewechiano. vulgo *certo ſcio.* alii MSS. *certum ſcio.* Grævius.

Reliquum eſt, ut te ipſum] Cum jam oſtenderim tibi de te ipſo nihil eſſe timendum.

Vereor ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri] Sic legendum eſt, vel (ut quidam alii libri habent) *vereor ut ulla conſolatio*, &c. quorum verborum eadem ſententia eſt, atque eorum quæ in hac editione poſita ſunt. *Lambinus.* Non ſolum omnes libri Manutiani, ſed & quos Grævius conſuluit, habent *vereor ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri.* Grammaticorum decreta de *vereor ne*, quod affirmare volunt, & *vereor ut*, quod negare tradunt, dudum exploſit Franc. Sanctius in Minerva, lib. IV, cap. de Homonymis.

Non vereor ne eum qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſit] Negativam particulam ante *vereor*, vetus ille codex non habet. Quæ tamen ſi non ſit, ſententiam non corrumpit. Poteſt enim cum interrogatione locus legi, quaſi dixerit, vereri debeo? &c. Nos nihil immutavimus: ſiquis vetere lectione magis delectatur eam reponat. *Victorius. Vereor ne eum qui ſe opt. conſ. conſc. ſuſt. poſſ. miſ. eſſe, nef. ſit d.*] Sic legendum eſt: & ita ſcriptum eſt in noſtris libr. omnibus veteribus, & in pleriſque editionibus impreſſum. Neque vero legendum cum interrogatione (ut putat Victorius,) ſed contra: & ſic declarandum, *vereor ne nefas ſit*, &c. Id eſt, *fortaſſe nefas eſt.* vel, *fieri poteſt ut nefas ſit*, &c. *Lambinus. Non vereor, ne eum*] Solus Pal. quint. ignorat τὸ *non*; reliqui quatuor, ut & Gruterianus, tres Guilielmiani, prima editio ac Victorii præ ſe ferunt: nos majori conſenſui ſocios met præbuimus. *Gebhardus.* In primo Grævii & Amſtelodamenſi non extat particula negandi *non*: extat tamen in Mentel. aliiſque ſcriptis & editis. ſed præſtat ſequi veterrimos codices, quorum ſcripturam egregie tuetur Manutius.

Nefas ſit dicere] Videtur deeſſe *non*, ut legatur *nefas non ſit dicere.* F. Urſin.

Fortunas reliquiſſe] Pompeium ſequentes. *Corradus.*

Debitum reip. noſtræque dignitati videbatur, qui neque cum id faciebamus] In vetere quodam libro aliter hic locus ſcriptus reperitur, nihilo tamen meliore ſententia, *debitum reip. noſtræque dignitati videbamur ſequi, neque cum id faciebamus.* F. Urſinus. *Debitumque reip. noſtræque dignitati videbamur ſequi: nec cum id fac*] Ita edidit Victorius eumque ſequutus Lambin. neque aliter in Vaticano. MSS. hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…;, tam eramus amentes ut explorata nobis eſſet victoria. Qare ſi id evenit, quod ingredientibus nobis in cauſſam …poſitum fuit accidere poſſe, non debemus ita cadere ani… m, quaſi aliquid evenerit quod fieri poſſe nunquam pu… mus. Simus igitur ea mente quam ratio & veritas prae… bit, ut nihil in vita nobis praeſtandum praeter culpam …emus: eaque cum careamus, omnia humana placate & …derate feramus. Atque haec eo pertinet oratio, ut, per… s rebus omnibus, tamen ipſa virtus ſe ſuſtentare poſſe vi… tur. Sed, ſi eſt ſpes aliqua rebus communibus, ea tu, qui… ique ſtatus eſt futurus, carere non debes. Atque haec …i ſcribenti veniebant in mentem, me eum eſſe cujus tu …perationem accuſare ſolitus eſſes, quemque auctoritate … cunctantem & diffidentem excitare. Quo quidem tem… e non ego cauſſam noſtram ſed conſilium improbabam. …o enim nos iis armis adverſari videbam quae multo ante con-

…orrupti ſunt. quorum Pall. prim. … quint. Grut. *videbatur; ſed qui nec.* & Græv. prim. Amſtelod. & Men… prima editio, Pal. ſec. Peck. *ſed nec.* quart. *ſed quid nec.* vulgo, *vi… ur: qui neque cum id fac.* Gebhar…

…uam rat. & veritas præſcribit] *Virtus …ribit*, in omnibus fere libris legitur. … *id. Quam ratio & veritas præſcr.*] Q…dam libri veteres habent *& rei veri…* …nonnulli *ratio & virtus*, &c. *Lam… Simus igitur ea mente, qua ratio & …s præſcribit*] Sic Pal. ſec. Gruterianus …que ad oram *virtus*. tertius vero *qua* non *quam*. vulgo. *quam ratio …eritas præſc.* quid agat hic *veritas* non …ogito: eſt ex compendio nata vox. …*ardus. Simus igitur ea mente, quam & veritas præſcribit*] Sic veteres li… inter quos & meus primus & Am…odam. Male Gruterus & Gebhar… ex Palatino & margine Gruteria… IS. hanc ſcripturam immutarunt, …ixeruntque in iſtam, *quæ ratio & …s præſcribit.* Quid agat hic *veritas*, inquit Gebhardus, non excogito: eſt ex compendio nata vox. Imo *ratio & veritas* eſt, per ἓν διὰ δυοῖν *vera ratio*: quam dictat ſana ratio, quam ſapientes homines ſequuntur. Sic inferius in hac epiſtola, *in ea urbe es, ubi nata & alta eſt ratio ac moderatio vitæ.* eſt ratio moderandæ vitæ. Juſtinus lib. 11, *lanæ iis uſus ac veſtium ignotus.* hoc eſt, lanearum veſtium uſus ignotus eſt. Exempla paſſim occurrunt, & multa viri docti pridem congeſſerunt. *Grævius.*

Ut nihil in vita præſtandum præter culpam putemus] Ut omnia nobis ſuſtinenda & ferenda ſint, quæcunque nobis imponuntur, præter culpam, ſi modo culpa abſit. Lib. IX, ep. 7. *Video philoſophis placuiſſe, nihil eſſe ſapientis præſtare præter culpam.*

Conſilium improbabam] Relinquendi Italiam & pugnandi. *Corrad.*

Iis armis adverſari] Cæſaris. *Idem.*

Quæ multo ante confirmata per noſmet ipſos erant] Pompeio provinciæ Cæſaris propagatore. *Idem.*

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

confirmata per noſmetipſos erant: dolebamque, pilis & gladiis, non conſiliis neque auctoritatibus noſtris de jure publico diſceptari. Neque ego ea quae facta ſunt, fore cum dicebam, divinabam futura: ſed quod & fieri poſſe, & exitioſum fore ſi eveniſſet, videbam: id ne accideret, timebam, praeſertim cum, ſi mihi alterumutrum de eventu atque exitu rerum promittendum eſſet, id futurum, quod evenit, exploratius poſſem promittere. Iis enim rebus praeſtabamus quae non prodeunt in aciem, uſu autem armorum & militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe, quaeſo, quo me tum eſſe oportere cenſebas. Haec eo ſcripſi, quod mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti, fideliſſimo animo (ut mihi quidem viſus eſt) narravit, te interdum ſollicitum ſolere eſſe vehementius: quod facere non debes, nec dubitare, quin aut aliqua rep. ſis futurus qui eſſe debes; aut perdita, non afflictiore conditione quam ceteri. Hoc vero tempus, quo exanimati omnes & ſuſpenſi ſumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quod & in urbe ea es ubi nata & alta eſt ratio ac moderatio vitae: & habes Ser. Sulpicium, quem ſemper unice dilexiſti, qui te profecto & benevolentia & ſapientia conſolatur. cujus ſi eſſemus & auctoritatem & conſilium ſecuti, togati potius potentiam quam armati victoriam ſubiſſemus. Sed haec longiora fortaſſe fuerunt quam neceſſe fuit, illa quae majora

Cum ſi mihi alterutrum] In Vaticano & Mediceo extat *alterumutrum*, quod receperunt Victorius & Gebhardus. Sicut & in epiſtola tertia hujus libri *alterum utrum* ſcribitur in primo Græviano.

Iis enim rebus] Dignitate & auctoritate. *Corradus.*

Philargyrus tuus] In eburnea quadam apud me tabella, quæ CN. POMPEII & M. CRASSI COS. nomina habet inſcripta, PILARGVRVS LVCILI libertus notatus eſt. *F. Urſin.*

Te interdum ſollicitum ſolere eſſe vehementius] Rectius meus primus, *te interdum ſollicitum eſſe vehementius.* poteſt commodiſſime abeſſe τὸ *ſolere.* Grævius.

Suſpenſi ſumus] Expectatione belli Africani. *Corrad.*

In ea urbe] Athenis. *Idem.*

Ser. Sulpicium] Achaiæ præfectum. *Idem.*

Cujus ſi eſſemus auctoritatem & conſilium ſecuti] Epiſt. 3 lib. IV. *Idem.*

Togati] Cæſaris, quoniam depoſitis armis Cos. eſſet factus. *Idem.*

Armati] Cæſaris. *Idem.*

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...raunt, brevius exponam. Ego habeo, cui plus quam ...lebeam neminem: quibus tantum debebam, quan...u intelligis, eos mihi hujus belli caſus eripuit. Qui ...utem hoc tempore intelligo. ſed quia nemo eſt tam ...us qui, ſi nihil aliud ſtudeat niſi id quod agit, non ... navare aliquid & efficere: omne meum conſilium, ...m, ſtudium certe velim exiſtimes tibi tuiſque liberis ...ebitum.

...lus quam tibi debeam] *Cujus, quan-...lium & quam inſigne fuerit erga me ...us illis, quæ nota ſunt omnibus, ...eſſe eſt*, inquit lib. II de Fini-...lem.*

... *ſi nihil aliud ſtudeat niſi id quod ...oſſit navare*] Sic edidit ex Med. ...us, ſpernuntque omnes Pall. ...te *poſſit*. neque ſecus eſt in Va-... tamen ſec. pro *agit eget*. tert. Gruter. Stewech. *agit*. Miram tamen oſtendunt ſcripturam, *quod agit, poſſit novare aliquid & reficere*. Gebhardus. Grævii quoque libri, & Amſtelodam. Mentel. non agnoſcunt τὸ *non*, quod tamen omnino ſenſus poſtulat.

Tibi tuiſque liberis eſſe debitum] Forte, *tibi tuiſque liberis eſſe deditum*. Guilielmius.

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

...cuſat ſe, quia rarius antea ſcripſerit: ſpem aliquam affert de ...iliato Caeſaris animo: nihil ei praecipue timendum ſignificat. ...a videtur eodem anno.

M.T.C. A. TORQVATO S.D.

...to a te ne me putes oblivione tui rarius ad te ſcribere ...uam ſolebam, ſed aut gravitate valetudinis, qua tamen ...aullum videor levari, aut quod abſim ab urbe, ut qui ...proficiſcantur ſcire non poſſim. Quare velim ita ſta...habeas, me tui memoriam cum ſumma benevolen...here, tuaſque omnis res non minori mihi curae quam ...eſſe. Quod majore in varietate verſata eſt adhuc tua ... quam homines aut volebant aut opinabantur, mihi ..., non eſt pro malis temporum quod moleſte feras. Ne-

...*abſim ab urbe*] In meis prædiis. *Corradus.*

Neceſſe eſt enim aut armis urgeri remp. ſempiternis, aut his poſitis recreari aliquando, aut funditus interire. Si arma valebunt, nec eos a quibus reciperis vereri debes, nec eos quos adjuviſti. Si armis aut conditione poſitis, aut defatigatione abjectis, aut victoria detractis, civitas reſpiraverit, & dignitate frui tibi & fortunis licebit. Sin omnino interierint omnia, fueritque is exitus quem vir prudentiſſimus M. Antonius jam tum timebat, cum tantum inſtare malorum

Si arma valebunt, nec eos a quibus receſſeris vereri debes, nec eos quos adjuviſti] Etſi hic vulgatam lectionem conſervaverimus, magis tamen antiquam probamus: quæ neſcio quomodo tunc nos ſubterfugit, pro *receſſeris* enim, *reciperis* legendum eſt, ut intelligat nunc Cæſarianas partes. Si enim *receſſeris* legas, Pompeianas intelligas oportet: ab illis enim diſceſſerat poſt adverſam eorum pugnam, quod ſententiæ nullo modo quadrabit. Eædem autem erant quas adjuverat, & a quibus receſſerat, cum hic de ambabus loquatur. Aut enim armis, inquit, urgebitur Reſp. ſempiternis, quo caſu nulla tua præcipua calamitas erit, ſed ut in malis res tuæ in tuto ſunt: nec enim Cæſarianos timere debes, a quibus *reciperis* (præſenti autem tempore utitur, quia nondum res confecta erat: nam, ut ſupra inquit, *in magna varietate ejus cauſſa verſata eſt*, de qua tamen bene ſperare licebat, propter animum Cæſaris mitigatum): nec eos quos adjuviſti, hi autem erant Pompeiani. Durante igitur bello, inquit, malum a neutra parte expectare debes. Illi enim quibus faviſti, & cum quibus in rebus gerendis fuiſti, propter priſtinam ſocietatem te incolumem volent: hi autem te recipiunt, & ſuum jam numerant. Sæpe autem veteres codices propter variam, & aliquantulum inquinatam ſcripturam primo ita perturbant, ut non mirum ſit, ſi quæ quandoque prætereunt. Nec enim facile eſt ſi quid boni lateat perſpicere. Nam parva quæque illuſio & labes, optimam lectionem occulere poteſt. *Receperis* autem in illis ſcriptum eſt, cum *reciperis* eſſe deberet. Quod ſi ita ſcriptum fuiſſet, non alii fortaſſe, dum verbum illud corrigere vellent, mendoſum eſſe arbitrantes, nec ſatis ſententiam hujus loci intelligentes, deterius multo feciſſent. Eſt autem pro *i* ſæpe poſitum *e* in priſcis exemplaribus, & *i* pro *e*. Quin etiam hoc ipſum verbum eadem ratione in iiſdem codicibus ſcriptum eſt in epiſtola ad Brutum, *non recepi a Lepido Antonium*, pro *recipi*. Præterea in his verbis eſt *audiviſti*, Mediceus codex *adiviſti*, facili in aliam vocem lapſu, niſi obſervatum eſſet hoc verbum per unum tantum *u* in eo exemplari ſemper legi, & aliis etiam quos vidi vetuſtis codicibus. *Victorius*. *Nec eos*] Cæſarianos. *Corrad*. *A quibus reciperis*] Cæſare tibi jam fere reconciliato. al. *receſſeris*. Idem. *Nec eos*] Pompeianos. *Idem*. *Nec eos, a quibus reciperis, vereri debes*] Hæc eſt codicis Vaticani lectio: cum exſtet in Mediceo, Pall. tribus, Grut. Stewech. [nec non Græv. primo & Amſtelodam.] *receperis*: in quart. *recepere*: in quint. *acceperas*: ſicque emendavit ad oram primæ editionis Baptiſta Egnatius Venetus, poſt eumque P. Victorius, quos ſecuti Manutius ac Lambinus. vulgo *a quibus receſſeris*. Gebhardus.

Is exitus] Reipubl. everſio. *Corrad*.

M. Antonius] Orator. *Idem*.

Quod

futurum ſuſpicabatur, miſera eſt illa quidem conſolatio, tali præſertim civi & viro, ſed tamen neceſſaria, nihil eſſe praecipue cuiquam dolendum in eo quod accidit univerſis. Quae vis inſit in his paucis verbis (plura enim committenda epiſtolae non erant) ſi attendes, quod facis, profecto etiam ſine meis litteris intelliges te aliquid habere quod ſperes, nihil quod aut hoc aut aliquo reip. ſtatu timeas: omnia ſi interierint, cum ſuperſtitem te eſſe reip. ne ſi liceat quidem, velis, ferendam eſſe fortunam, praeſertim quae abſit a culpa. Sed haec hactenus. Tu velim ſcribas ad me quid agas & ubi futurus ſis, ut aut quo ſcribam aut quo veniam ſcire poſſim.

Quod accidit univerſis] Sic reſcripſi ex primo Palatino, Amſtelod. Mentel. & duobus meis. vulgo, *accidat*. Grævius.

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

Quatuor utitur rationibus ad conſolandum: primum, quia maxime ad timorem mors proponitur, miſerrimum eſſe oſtendit ita vivere ut non ſit vivendum: quod malum impendeat, utracunque pars vicerit. deinde, conſolatur a communi conditione, tum, a vita innocenter traducta: poſtremo, ab ipſa etiam morte, quae malorum ſenſum adimit. Scripta eſt paucis diebus poſt primam, quam ſignificari primis verbis videmus. itaque reſtituenda videtur in ſuum locum, unde retruſa eſt in tertium.

M. T. C. A. TORQVATO S. D.

Superioribus litteris benevolentia magis adductus quam quo res ita poſtularet, fui longior. Neque enim confirma-

Superioribus litteris] Hujus libri primi. *Corrad.*

Quam quo res ita poſtularet] Sic ex Palatinis primo, quarto, quinto: Vaticano, quibus accedunt Amſtelodam. Mentel. & Græv. prim.] reſcripſimus, non *quod*, ut vulgo, quomodo & lib. II emendaſſe me recordor. ſicque legitur epiſt. ſeq. & lib. X, ep. 3. Lib. XI. Lib. XII. *Gebhardus.*

matione noſtra egebat virtus tua : neque erat ea mea cauſſa atque fortuna , ut , cui ipſi omnia deeſſent , alterum confirmarem. Hoc item tempore brevior eſſe debeo. ſive enim nihil tum opus fuit tam multis verbis , nihilo magis nunc opus eſt : ſive tum opus fuit , illud ſatis eſt , praeſertim cum acceſſerit nihil novi. Nam etſi quotidie aliquid audimus earum rerum , quas ad te perferri exiſtimo , ſumma tamen eadem eſt,& idem exitus, quem ego tam video animo quam ea quae oculis cernimus. nec vero quidquam video quod non idem te videre certo ſcio. Nam etſi quem exitum acies habitura ſit divinare nemo poteſt , tamen & belli exitum video , &, ſi id minus , hoc quidem certe , cum ſit neceſſe alterumutrum vincere, qualis futura ſit vel haec vel illa victoria. Idque cum optime perſpexi , tale video , nihil ut mali videatur futurum , ſi id vel ante acciderit , quod vel maximum ad timorem proponitur. Ita enim vivere , ut tum ſit vivendum , miſerrimum eſt. mori autem nemo ſapiens miſerum dixit , ne beato quidem. Sed in ea es urbe in qua haec,

Egebat virtus tua] Virtus eſt in adverſis fortiter ferendis.

Alterum confirmarem] Forte, *ego alterum confirmarem.* Lambin.

Earum rerum] Hiſpanienſium.

Acies] Al. *hæc res.* Corrad.

Si id] Mors. *Idem.*

Alterutrum vincere] Utriuſque victoriam video crudelem, lib. IV, ep. 9 & 14. & prim. & ſeq. hujus libri.

Nihil ut mali videatur futurum , ſi id vel ante acciderit] Ita eſt in omnib. Pall. Grut. Stewech. (niſi quod in his eiſdem binis *occiderit* ſolemni mutatione *o* pro *a*) item editione Victorii. vulgo, *eſſe futurum ſi id vel ante cecid.* Gebhardus.

Quod vel maximum ad timorem proponitur] Hoc eſt , mors , quæ Ariſtoteli τῶν φοβερῶν φοβερώτατον.

Ita enim vivere ut non ſit vivendum] Manuſcripti codices *ut tum ſit vivendum* habent : quantum autem intelligo , ex utraque lectione idoneus ſenſus elicitur : ex recepta, ut opinor, hic : Vivere amiſſa dignitate miſerrimum eſt : docti enim & graves viri rectum non eſſe judicabant vivere illi qui dignitatem perdidiſſet. Quod etiam vetere proverbio declarabatur , quo Cicero ipſe uſus eſt in epiſtola tertia ad Marium , *ubi non ſis qui fueris , non eſſe cur velis vivere.* Ex antiqua vero ſic : vivere ut vivendum tum eſſet , ſi Cæſar, aut Pompeiani Rempub. oppreſſerint. quod omnino eventurum Cicero arbitrabatur miſerrimum. Eam unuſquiſque lectionem ſequatur , quam veriorem putat. *Victorius.* Cum omnes libri quatuor , quos ego conſului , habeant, *ut tum ſit vivendum* , nec non quatuor Pall. & tres alii quos inſpexit Guilielmius , non dubitavi hanc lectionem hic reponere , quam recte Victorius expoſuit. *Grævius.*

hæc, vel plura, & ornatiora parietes ipſi loqui poſſe videntur. Ego tibi hoc confirmo, etſi levis eſt conſolatio ex miſeriis aliorum, nihilo te nunc majore in diſcrimine eſſe, quam quemvis aut eorum qui diſceſſerint, * *aut eorum qui remanſerint*. alteri dimicant, alteri victorem timent. ſed haec conſolatio levis eſt, illa gravior, qua te uti ſpero, ego certe utor: nec enim, dum ero, angar ulla re, cum omni vacem culpa: et ſi non ero, ſenſu omnino carebo. ſed rurſus γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, qui ad te haec. Mihi tu, tui, tua omnia maximae curae ſunt, &, dum vivam, erunt.

EPI-

…*ut eorum qui diſceſſerint*] Quia …n membro deminuti hic ſunt o…s non ſolum veteres, ſed etiam …tiores manuſcripti codices, ipſe …m eſſe arbitratus ſum rem no… facere, lectoreſque admonere …a eſſe hæc verba (niſi fallor) & ſuppoſititia. Sic enim in melioribus …tis nulla varietate legitur, *aut eo… ui diſceſſerint alteri dimicant*. Puto …n librarium in particula *aut* dece… eſſe, totumque ſuperius mem…n reliquiſſe. Ego vulgatam lectio…ne removere nolui, ſi quis illa de…ur. mihi non dubium eſt quin …quo ſuppleta ſit eorum qui ſem… quæ deſiderari credunt, pro ſuo …rio reponunt: quantum diſſen… ab his, alibi dixi. Eſt autem & …quenti epiſtola alter locus, quem …r mancum cum invenerim, eo… judicio ductus, eadem nota ſi…. Sic autem ille proculdubio la… decurtatus in antiquis codici…gitur, *equidem cum hæc ſcribebam, …d jam actum putabam: non quo, ſed …difficilis erat conjectura*. Quot au… …verbis additis reſtitutus ſit, & quam aptis, quivis nunc videt. itaque ſuam ſententiam ſequatur: nos in his plane divulſis & fractis locis, nihil habemus quod melius afferamus. *Victorius*. *Quam quemvis*, &c.] Al. *quam quemvis eorum qui diſceſſerunt. alteri*, &c. *Corradus*. *Quam quemvis eorum qui diſceſſerint alteri dimicant*] Ita Pantagathus. *F. Urſinus*. Nec in iis codicibus, quos Grævius vidit, nec ullo Palatino hæc verba, *aut eorum qui remanſerint*, exſtant. Vid. Manut.

Sed hæc conſolatio levis eſt, illa gravior] In meo primo, *ſed hæc levis eſt, illa gravior*. Commodius ſane poteſt *conſolatio* ex præcedentibus verbis repeti animo, quam hic iterari. *Græv.*

Dum ero, angar ulla re] Pall. pr. tert. Grut. *tangar ulla re:* de qua quid ſentiam, differam dicere. paullo poſt, duo poſtremi Pall. legunt, *quia hæc te:* quæ lectio ut non abſurda, ita inde nata eſt vulgata, *qui ad te hac*. Gebhard.

Γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας] Noctuam Athenas. Et proverbium eſt loco maxime accommodatum. nam Torquatus Athenis erat. *Corradus*.

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Tres partes habet haec epiſtola: prima eſt de propinquo belli exitu, altera ad conſolandum pertinet, tertia ſtudium ac diligentiam pollicetur in iis rebus quae ad Torquatum pertineant. Scripta eſt paullo poſt ſuperiorem proximam: nam in illa dixit, videre ſe exitum belli: in hac idem ſignificat, cum ait: Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum: *& in illa, nihil acceſſiſſe novi; in hac, novi nihil eſſe quod ſcriberet.*

M. T. C. A. TORQVATO S. D.

NOvi, quod ad te ſcriberem nihil erat: & tamen ſi quid eſſet, ſciebam te a tuis certiorem fieri ſolere. De futuris autem rebus etſi ſemper difficile eſt dicere, tamen interdum conjectura poſſis propius accedere, cum eſt res ejuſmodi cujus exitus provideri poſſit. Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum: etſi id ipſum nonnullis videatur ſecus. Equidem cum haec ſcribebam, aliquid jam actum putabam: non quo * *ego certo ſciam*, ſed quod *haud* difficilis erat conjectura. Nam cum omnis belli Mars communis, & cum ſemper incerti exitus proeliorum ſunt: tum

NOn *diuturnum bellum*] Hiſpanienſe. Egnatius vero & Lambinus cenſuerunt legendum, *non diuturnum bellum fore.*

Non quo ego certo ſcirem, ſed quod non difficilis erat conjectura] Al. *non quo ſed quod difficilis erat conjectura:* unde ſuſpicantur multi hunc locum eſſe mendoſum. *Corrad.* *Non quo ego certo ſciam*] Sic Victorii editio: at Pall. pr. tert. Grut. prima editio *aliquid jam actum putabam non quo ſed quod difficilis erat conjectura.* Verum ad primam editionem notat Egnatius alias legi, *non quo ſcirem, ſed quod non difficilis erat conjectura.* Alii tamen putant legendum, *ſed quod facilis erat conjectura.* Mihi præſtant Victoriana. *Gebhardus.* *Quo* extat in MSS. etiam iis quos Grævius conſuluit, non *quod.* ſed hæc verba, *ego certo ſciam* infarcta ſunt a primis editoribus. In nullo enim ne recentiſſimis quidem extant codicibus, in quibus ſic diſtinguitur, *non quo: ſed quod difficilis conjectura. haut* etiam intruſerunt, qui omnes lacunas ex ingenio ſupplere in animum induxerunt ſuum. Pantagathus, *non quorſum, quod difficilis erat conjectura.*

Cum omnis belli Mars communis] Cum victoria in omnibus bellis ſit anceps & incerta. Vid. Manut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

n hoc tempore ita magnae utrinque copiae, ita paratae depugnandum eſſe dicuntur, ut utercunque vicerit non mirum futurum. Illa in dies ſingulos magis magiſque nio hominum confirmatur, etiam ſi inter cauſſas armo- n aliquantum interſit, tamen inter victorias non mul- n interfuturum. Alteros propemodum jam ſumus ex- ti; de altero nemo eſt quin cogitet, cum ſit metuendus us victor armatus. Hoc loco ſi videor augere dolorem um, quem conſolando levare debeam, fateor me com- nium malorum conſolationem nullam invenire, praeter m: quae tamen, ſi poſſis eam ſuſcipere, maxima eſt, aque ego quotidie magis utor: conſcientiam rectae vo- ntatis, maximam conſolationem eſſe rerum incommoda- n: nec eſſe ullum magnum malum, praeter culpam. A qua um tantum abſumus ut etiam optime ſenſerimus, even- que magis noſtri conſilii quam conſilium reprehendatur, quum praeſtitimus quod debuimus, moderate quod e- it feramus. Sed hoc mihi tamen non ſumo ut te conſo- de communibus miſeriis, quae ad conſolandum majoris enii & ad ferendum ſingularis virtutis indigent. Illud vis facile eſt docere, cur praecipue tu dolere nihil de- s. Ejus enim, qui tardior in te levando fuit quam fore taremus, non eſt mihi dubia de tua ſalute ſententia. de s autem non arbitror te exſpectare quid ſentiam. Reli-
quum

a paratæ ad depugnandum] Sic vete- codices *depugnandum*, quos ſecuti us. Eſt autem *depugnare*, una pu- unoque prœlio de tota re, & toto o decernere. Ad Atticum lib. VII. *adhuc fere inveni, qui non conceden- putaret Cæſari quod poſtularet, potius n depugnandum.* In eodem lib. *De- es oportet, niſi concedis.* Sæpe & ali- ic. ne longiores ſimus in re aper- hac utitur voce. *Victor.*

Alteros] Pompeianos. *Corrad.*

umus experti] Lib. IV, ep. 9. *Idem.*

De altero] Cæſare. *Idem.*

Cum ſit metuendus iratus victor armatus] Vulgo *quam ſit metuendus.* annotat quoque Egnatius legi *ut ſit met.* ſed noſtrum traximus longe accommodatius ex Victorii editione, Pall. pr. tert. Gruteriano. *Gebhard.* Quibus adſtipulantur Amſtelod. Mentel. & duo Græviani.

Eventuſque magis noſtri conſilii] Sequendi Pompeium. *Corrad.*

Cur præcipue tu dolere nihil debeas] Cur tibi ſingulariter magis dolendum ſit quam aliis.

Ejus enim] Cæſaris. *Corrad.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quum eſt, ut te angat quod abſis a tuis tamdiu. Res moleſta, praeſertim ab iis pueris quibus nihil poteſt eſſe feſtivius. Sed, ut ad te ſcripſi antea, tempus eſt hujuſmodi ut ſuam quiſque conditionem miſerrimam putet, & ubi quiſque ſit ibi eſſe minime velit. Equidem nos quod Romae ſumus miſerrimum eſſe duco, non ſolum quod in malis omnibus acerbius eſt videre quam audire, ſed etiam quod ad omnis caſus ſubitorum periculorum magis objecti ſumus quam

Ad te ſcripſi] Epiſt. 1 hujus lib. *Idem.*

Ad omnes caſus ſubitorum periculorum] Sic etiam locutus eſt doctiſſimus & politiſſimus poeta Catullus in Hendecaſyllabo ad Furium, *Nec caſus alios periculorum.* Totum autem carmen & elegans eſt & ſummo artificio confectum: ludit enim Furium mendicum hominem, & qui omnibus bonis fortunæ carebat, quem tamen jocans fortunatum eſſe ac beatum hominem oſtendit, cum ea ipſe quoque haberet quæ vitam beatam conſtituere exiſtimantur. Nam valentem eſſe, bene concoquere, non metuere fures, non alia incommoda, quæ opulentos homines continue angere ac ſollicitare ſolent: omnibus denique hujuſcemodi malis carere, eſt fortunatum eſſe: & quibuſcunque hæc ſunt, illis bene ac beate eſt, ut poeta ipſe loquitur. Eſt autem captioſa oratio: quamvis enim beati homines ipſi quoque hæc, quæ videntur commoda, habeant, non tamen neceſſario, qui ea habent, ſtatim beati ſunt: nam qui nihil, quod amittant, habent, ii quoque non metuunt fures: & qui propter egeſtatem, famem explere nequeunt, pulchre cibum concoquunt, nec cruditate unquam laborant. Hæc fallax ratio concludendi ab Ariſtotele exagitata eſt, & vitium illius accurate expoſitum in II libro de Arte dicendi, & in commentario, quem appellavit Σοφιστικοὺς ἐλέγχους, ac tota denique res elegantiſſimis exemplis explicata. Late autem patet hoc vitium, quemadmodum ipſe in Elenchis oſtendit, & multos hæc captio in fraudem inducere conſuevit. Nam in Rhetorice docet eum qui cum Alexandrum Priami regis filium laudibus ornaret, argumentatus erat illum magnanimum eſſe, quod ſpreta conſuetudine multorum in Idæ montis ſolitudine degeret, hac captiuncula uſum eſſe. Quamvis enim magni animi viri multitudinem fugiant, ac ſola deſertaque loca libenter frequentent: non tamen neceſſario quicunque in ſilvis deſertiſque locis morantur, magnanimi ſunt. Inde autem error ducitur, quod putant totam rem converti, & ut Dialectici loquuntur, τὴν ἀκολούθησιν ἀντιστρέφειν, quod falſum eſt. Eadem ratio erat ejus qui exules beatos eſſe prædicabat, quod poſſent ſedem ac domicilia ſua ponere ubicunque terrarum ipſis viſum eſſet: quia (inquit Ariſt.) hæc illis qui beati exiſtimantur, adſunt, omnes quibus hæc ſunt, beati videri poſſunt. Si quis tamen acute perſpexerit, intelliget rem magnum diſcrimen habere: aliterque (ut in exemplo Catulliano permaneamus) mendicos non metuere fures, & aliter divites: nam auget etiam vitam beatam, habere res ſuas ita clauſas & cuſtoditas ut fur damnum afferre non poſſit. Quare quum hæc captio appellatur παρὰ τὸ ἑπόμενον, deduci etiam poſſe Ariſtoteles adfirmat ad aliam quæ παρ' ἔλλειψιν vocata eſt, quod quædam deſiderentur, nec ſermo plenus & abſolutus ſit. *Victor.*

Vidiſſe

qam ſi abeſſemus. etſi meipſum, conſolatorem tuum, non tetum litterae, quibus ſemper ſtudui, quantum longinqitas temporis mitigavit. Quanto fuerim dolore, meminti. In quo prima illa conſolatio eſt, vidiſſe me plus quam ceros, cum cupiebam quamvis iniqua conditione pacem. ιod etſi caſu, non divinatione mea factum eſt, tamen in h inani prudentiae laude delector. Deinde, quod mihi a conſolationem commune tecum eſt, ſi jam vocer ad exitn vitae, non ab ea republ. avellar qua carendum eſſe cleam, praeſertim cum id ſine ullo ſenſu futurum ſit. Adjvat etiam aetas, & acta jam vita, quae cum curſu ſuo ben confecto delectatur, tum vetat in eo vim timere quo s jam natura ipſa paene perduxerit. Poſtremo, is vir vel eam ii viri hoc bello occiderunt, ut impudentia videatur eadem fortunam, ſi res cogat, recuſare. Equidem mihi cnia propono, nec ullum eſt tantum malum quod non ptem impendere. Sed cum plus in metuendo mali ſit, cam in ipſo illo quod timetur, deſino: praeſertim cum ipendeat in quo non modo dolor nullus, verum finis etin doloris futurus ſit. Sed haec ſatis multa, vel plura potıs quam neceſſe fuit. facit autem non loquacitas mea, ſed bene-

Vidiſſe me prius quam ceteros] Sic prir editio, Pall. pr. tert. Grut. Vatican. (m ceteros conſulere hic deſino, tpori conſulens meo) alias omnes, *iſſe me plus*. paullo poſt, ex iiſdem clicibus, item editione Victorii, ejque compilatore Lambino repoſui, *cupiebam quamvis iniqua conditione pm*. Aliter quam ſupra lib. v, ep. 21. *vis tuta conditione pacem accipere*: ſed alia quoque res erat. *Gebhardus*. *iſſe me plus*] Hanc lectionem optirum editionum tuetur primus us codex, reliqui habent *prius*, od temere recepit Gebhardus. *Viplus* Ciceroni eſt magis ſapere, reıs conſulere. Philipp. 11. *Cum me iſſe plus fateretur, ſe ſperaviſſe meliora*. pro leg. Manilia, *Sin autem plus tum in republica vidiſtis*. Terent. Heaut. III, 2.

Ita comparatam eſſe hominum naturam omnium
Aliena ut melius videant, & dijudicent
Quam ſua. Grævius.

Tamen in hac inani prudentiæ laude delector] Sic Pal. tert. Grut. Vatic. editio prima ac Victorii. [nec non Mentel. Amſtelod. & Grævii duo] vulgo *in* abeſt, non bono exemplo. *Gebhardus*.

Poſtremo is vir] Pompeius. *Corrad.*

Vel etiam ii viri] L. Domitius, L. Lentulus & alii. *Corradus*.

Ut impudentia videatur] Videtur legendum, *ut impudentis videatur*. Lambin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

benevolentia longiores epiſtolas. Servium diſceſſiſſe Athenis moleſte tuli: non enim dubito quin magnae tibi levationi ſolitus ſit eſſe quotidianus congreſſus, & ſermo cum familiariſſimi hominis tum optimi & prudentiſſimi viri. Tu velim te, ut debes & ſoles, tua virtute ſuſtentes. Ego, quae te velle, quaeque ad te, & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſe diligenterque curabo: quae cum faciam, benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non aſſequar. Vale.

Tu velim te te ut deb.] Ita Palat. tert. Grut. Stewechianus. vulgo *te velim te, ut debes.* illud efficacius. *Gebhardus.* *Tu velim te, ut debes*] Sic meus primus. & Mentel. Amſtelodam. vero, *te te,* ut & tres alii quos inſpexit Gebhardus, ſed male ſequitur. *Gravius.*

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

A. Caecinam, qui non modo contra Caeſarem pro Pompeio pugnaverat, verum etiam illi, edito libro, maledixerat, patria carentem conſolatur, beneque ſperare jubet de fortunis ſuis ac de ſeipſo. In extrema epiſtola pollicetur officia ſua, tanquam Caecinae meritis & vetuſtae debita neceſſitudini. Scripta videtur paullo ante quam Caeſar in Hiſpaniam contra Pompeii liberos iret. nam de vivo Marcello & reſtituto, in ſequentibus litteris mentio fit; Marcellus autem reſtitutus eſt poſt bellum Africanum; interfectus, cum in Hiſpania pugnaretur: quod ſuo loco jam probavimus.

M.T.C. A. CAECINAE S.D.

Scripta, ut videtur, C. Julio Caesare III. M. Aemilio Lepido Coss. A.V.C. 707.

QVotieſcunque filium tuum video (video autem fere quotidie) polliceor ei ſtudium quidem meum & operam, ſine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem, atque auctoritatem, cum hac exceptione, quantum valeam, quantumque poſſim. Liber tuus & lectus eſt, & legitur a me diligenter, & cuſtoditur diligentiſſime. Res & fortunae tuae mihi maximae curae

Liber tuus] Epiſt. 7 hujus libri. *Corradus.*

Quo

rae ſunt, quae quidem quotidie faciliores mihi & melio- videntur, multiſque video magnae eſſe curae, quorum ſtudio & de ſua ſpe filium ad te perſcripſiſſe certo ſcio. is autem de rebus quas conjectura conſequi poſſumus, n mihi ſumo ut plus ipſe proſpiciam quam te videre at- e intelligere mihi perſuaſerim: ſed tamen quia fieri po- t ut tu ea perturbatiore animo cogites, puto eſſe meum id ſentiam exponere. Ea natura rerum eſt, & is tempo- m curſus, ut non poſſit iſta aut tibi, aut ceteris fortuna e diuturna, neque haerere in tam bona cauſſa, & in tam nis civibus tam acerba injuria. Quare ad eam ſpem, iam extra ordinem de te ipſo habemus, non ſolum pro- er dignitatem & virtutem tuam (haec enim ornamenta nt tibi etiam cum aliis communia), accedunt tua praeci- ia propter eximium ingenium ſummamque virtutem. cui, ehercules, hic, cujus in poteſtate ſumus, multum tribuit. aque ne punctum quidem temporis in iſta fortuna fuiſſes, ſi eo ipſo bono tuo, quo delectatur, ſe violatum putaſſet. iod ipſum lenitur quotidie, ſignificaturque nobis ab iis i ſimul cum eo vivunt, tibi hanc ipſam opinionem inge- i apud ipſum plurimum profuturam. Quapropter pri- um fac animo forti atque magno ſis. ita enim natus, ita luctus, ita doctus es, ita etiam cognitus, ut tibi id facien- dum

Quæ quidem quotidie faciliores mihi & liores videntur] Hoc eſt, lætiores. Liv. III, cap. 11. *Tum ſi ita faxitis Ro- ni, veſtræ res meliores facilioreſque erunt.* oque loco male nonnulli ſubſti- erunt *feliciores.* vide ad hunc Livii um notas Gronovii.

Ea natura rerum eſt] Epiſt. ſeq. *Cor- l.*

Ut non poſſit iſta aut tibi aut cæteris for- a eſſe diuturna] Ep. 13 lib. IV. *Idem.*

Quare ad eam ſpem quam extra ordi- n] Hic locus plane mendoſus & in- plicabilis eſt in libris omnibus & eribus & manuſcr. ſic enim in illis iptum eſt, *Quapropter ad eam ſpem quam de te ipſo habemus, non ſolum propter dignitatem & virtutem tuam, (hæc enim* &c.) *ſed etiam accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium, ſummamque virtutem,* &c. *Lambinus.* *Quare ad eam ſpem, quam extra ordinem*] Hic locus, ut edidimus, eſt in editione Victorii & Palatino primo. [quibus accedunt Grævii primus & Amſtelod.] Tertius vero, *quam ex ordine*: & poſt ſicut quoque Grut. *per* non *propter.* Stephan. leg. contendebat *quare adi eam ſpem*, & *ipſi*, non *ipſo*. Gebhard.

Significatur nobis ab iis] Balbo & Oppio. *Corradus.*

Ita educatus, ita doctus es] Sic habent omnes

dum ſit: deinde ſpem quoque habeas firmiſſimam propter eas cauſſas quas ſcripſi. A me vero tibi omnia liberiſque tuis paratiſſima eſſe confidas velim. Id enim & vetuſtas noſtri amoris, & mea conſuetudo in meos, & tua multa erga me officia poſtulant.

omnes libri vulgati: nec aliter edidit P. Victorius. Sed cod. Memmiani tres, & alii nonnulli habent, *ita eductus:* quod probo. *Lambin.* *Ita eductus, ita doctus*] Sic recte ex Memmianis Lambinus: vulgo *educatus.* in editione antiqua eſt *ducatus.* Gebhardus. Alii tamen codices Græv. prim. Amſtelod. Mentel. Pall. omnes habent *educatus.*

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

Excuſat litterarum tarditatem: tum inducit divinationem quandam e Caeſare ipſo, & rerum temporumque natura ſumptam: poſtremo conſolatur eum propoſita fortitudinis laude, conſcientia recte factorum, delectatione litterarum, calamitate ducum vel recentium vel veterum, perturbatione reip. Eodem anno, atque etiam ante proximam ſuperiorem.

M. T. C. A. CAECINAE S. D.

iiſdem Coſs.

VEreor ne deſideres officium meum quod tibi pro noſtra & meritorum multorum & ſtudiorum & partium conjunctione deeſſe non debet: ſed tamen vereor ne litterarum a me officium requiras, quas tibi & jam pridem & ſaepe

VEreor ne deſideres] Sic legendum, *non*, ut vulgo *non vereor.* Lambin.

Quas tibi & jam pridem & ſæpe miſiſſem] Mutilatus locus, cui tamen nihil curant libri veteres. Pal. pr. *quas tibi etiam pridem eſſe dimiſiſſem.* [ſic & Græv. prim. & Mentel.] Pal. tert. Stewech. [ut & Amſtelodam.] *etiam pridem Eſedi miſiſſem:* ſic quoque Grut. unica littera auctius *eſedis.* videndum ne loci nomen deſit. vulgata autem lectio debita eſt Egnatio, cujus emendationem ad oram primæ editionis poſitam exſcribo fidei cauſſa, *quas tibi jam pridem eſſedi miſiſſem:* Ita repoſitum eſt in libris recentioribus omnibus. Et non video quo ſenſu, quo ad *eſſedum.* Is vetus (Mediceum intelligit) corruptus quidem eſt; habet enim, *quas tibi & jam pridem & ſe demiſiſſem.* Ego (ait porro Egnatius) una tantum littera *d* in *p* mutata, fuit enim inverſa, ſic lego collimans ut puto ad ſcopum, *quas tibi & jam pridem & ſæpe miſiſſem.* Veneta editio antiquiſſima, *pridem e ſedi miſiſſem.* In ea ſtatim altera ab initio, *& ſtudio-*

pe niſiſſem, niſi quotidie melius exſpectans, gratulatione quam confirmationem animi tui complecti litteris malu em. Nunc, ut ſpero, brevi gratulabimur. Itaque in ali d tempus id argumentum epiſtolae differo. His autem lit ris animum tuum, quem minime imbecillum eſſe & audi & ſpero, etſi non ſapientiſſimi at amiciſſimi hominis au toritate confirmandum etiam atque etiam puto: nec iis q dem verbis quibus te conſoler ut afflictum & jam omni ſp ſalutis orbatum, ſed ut eum de cujus incolumitate non pl s dubitem quam te memini dubitare de mea. Nam cum m ex rep. expuliſſent ii qui illam cadere poſſe ſtante me n n putarunt, memini me ex multis hoſpitibus, qui ad me e Aſia, in qua tu eras, venerant, audire, te de glorioſo & celeri reditu meo confirmare. Si te ratio quaedam Tuſc disciplinae, quam a patre, nobiliſſimo atque optimo v o, acceperas, non fefellit, ne nos quidem noſtra divinati fallet, quam cum ſapientiſſimorum virorum monu m ntis atque praeceptis, plurimoque, ut tu ſcis, doctrinae ſt dio, tum magno etiam uſu tractandae reip. magnaque noſtro-

ſt orum & partium conjunctione, legunt c . Victorio vulgatæ. ſed Pal. pr. tert. G t. Stewech. [nec non Græv. prim. & Mentel.] poſteriorem copulam o- m tunt *&*. Pal. quoque tertius [& pr. G v.] *partum*. Mihi libuit hic mirari v emeritatem vel credulitatem Ma- n anam *ſtudiorum parium* admitten- ri Gebhard.

d argumentum epiſtolæ differo] Sic Vi- G . & Vatic. [Græv. prim. Mentel.] c ex, & Grut. a ſecunda manu. Pal. v pr. & Gruterianus a prima manu, *ar gumentum epiſtolæ differet*. cum alias P tert. *in argumentum epiſtolæ differre-* *t* Stewech. *differret*, vulgo *differetur*. G bhard.

Quem minime imbecillem eſſe] Vulgo *im ecillum*: ſed noſtram accepi ex edi ci um antiquiſſima ac prima, Pal. t . Grut. Stewech. *Gebhard.*

et omni ſpe ſalutis orbatum] Sic meus primus, Stewech. aliique. vulgo, *& jam omni ſpe ſalutis orbatum*. Græv.

Cum me ex republica expuliſſent ii] Clodius, Piſo & Gabinius. *Corradus*. Tum Cæſar, Pompeius, Craſſus.

Ad me] Exulem. *Corrad.*

In qua tu eras] Negotiabaris.

Ratio quadam Etruſcæ diſciplinæ] Duo Pall. Grut. Peck. Amſtelod. Mentel. Græv. ſec. *ratio quadam vetuſtæ diſciplinæ*. Propius abſunt a ſcriptura vera duo Guilielmii codd. *ratio quadam hujuſce diſciplinæ*. legendum enim, ut in meo primo habetur, *ratio quadam Tuſcæ diſciplinæ*. Eſt autem *Tuſca diſciplina* ars divinandi, ut notum. Sic *Tuſci libelli* Juven. Sat. 13. *Et Tuſcis digna libellis*. & *Tuſcus augur*. Græviùs.

A patre] Qui fortaſſe originem habuerit ab eo Cæcinna Volaterrano qui augurum princeps fuit. *Corrad.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

noſtrorum temporum varietate conſecuti ſumus. Cui quidem divinationi hoc plus confidimus, quod ea nos nihil in his tam obſcuris rebus tamque perturbatis unquam omnino fefellit. Dicerem, quae ante futura dixiſſem, ni vererer ne ex eventis fingere viderer. Sed tamen plurimi ſunt teſtes, me & initio ne conjungeret ſe cum Caeſare, monuiſſe Pompeium, & poſtea, ne ſejungeret. conjunctione frangi ſenatus opes: dijunctione civile bellum excitari videbam. Atque utebar familiariſſime Caeſare, Pompeium faciebam plurimi, ſed erat meum conſilium cum fidele Pompeio tum ſalutare utrique. Quae praeterea providerim praetereo. Nolo enim hunc de me optime meritum exiſtimare, ea me ſuaſiſſe Pompeio, quibus ille ſi paruiſſet, eſſet hic quidem clarus in toga & princeps; ſed tantas opes, quantas nunc habet, non haberet. Eundum in Hiſpaniam cenſui; quod ſi feciſſet, civile bellum nullum omnino fuiſſet. Rationem haberi abſentis non tam pugnavi ut liceret, quam ut quum, ipſo conſule pugnante, populus juſſerat, haberetur. Cauſ-

ſa orta

Ne conjungeret ſe cum Cæſare monuiſſe Pompeium, & poſtea ne ſejungeret] Nota eſt vox illa, *Utinam Cn. Pompeii cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes.* Corrad. Mei libri primi ſcripturam & hic ſaniorem puto, quæ præ ſe fert, *Ne conjungeret ſecum Cæſarem monuiſſe Pompeium.* Orat. pro Quinct. *is quicum te aut voluntas congregavit, aut fortuna conjunxit.* Græv.

Nolo enim hunc] Cæſarem. *Corrad.*

Ea me ſuaſiſſe Pompeio] Duo: unum, ne quinquennii imperium Cæſari prorogaretur: alterum, ne pateretur fieri ut abſentis ejus ratio haberetur. *Idem.*

Eundum in Hiſpaniam cenſui] Pompeio in ſuam provinciam, quæ in quinquennium ei data erat.

Civile bellum nullum omnino fuiſſet] Nam Cæſar dimiſſo exercitu, ad comitia veniſſet. *Corradus.*

Rationem haberi abſentis] Hoc eſt, ut abſens inter candidatos conſulatus reciperetur. *Ratio illius* dicitur *haberi* qui in numerum candidatorum recipitur, cui licet petere magiſtratum. Eſt proprium in hac re loquendi genus. Liv. XXVII. *Si ſuum nomen dictator acciperet, comitiis interceſſurum, ſi aliorum præterquam ipſius ratio haberetur comitiis ſe moram non facere.* Flor. IV, 2. *Nec ille abnuebat ſi ratio ſui proximis comitiis haberetur.* Suet. Cæſ. 18. *Sed cum edictis jam comitiis, ratio ejus haberi non poſſet.* Utitur & Cicero ſæpe in aliis locis. vid. Briſſon. de Form. lib. II.

Ipſo conſule] Pompeio ſolo. *Corrad.*

Populus juſſerat] Decem trib. pleb. ferentibus. *Idem.* Populus proprie dicitur *jubere* cum aliquid in comitiis ſuis ſuffragiis comprobat. Hinc ſollemnis formula ferentium aliquid ad populum, *velitis jubeatis Quirites.* Vide Briſſon. lib. II de Formulis.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…rta belli eſt. quid ego praetermiſi aut monitorum aut qu…elarum, cum vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello an…ferrem? Victa eſt auctoritas mea, non tam a Pompeio (…n is movebatur) quam ab iis qui duce Pompeio freti …pportunam & rebus domeſticis & cupiditatibus ſuis il… belli victoriam fore putabant. Suſceptum bellum eſt, …ſcente me: depulſum ex Italia, manente me, quoad …ii: ſed valuit apud me plus pudor meus quam timor. …tus ſum deeſſe Pompeii ſaluti, cum ille aliquando non …uiſſet meae. Itaque vel officio vel fama bonorum vel …ore victus, ut in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens …iens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus. Quo …ello nihil adverſi accidit non praedicente me. Quare …m ut augures & aſtrologi ſolent, ego quoque augur …licus ex meis ſuperioribus praedictis conſtitui apud te …oritatem augurii & divinationis meae, debebit habere …m noſtra praedictio. Non igitur ex alitis involatu, nec …ntu ſiniſtro oſcinis, ut in noſtra diſciplina eſt, nec ex tripu-

…m *vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo* …*nteferrem*] Lib. IV, ep. 9. *Corrad.*

…*anente me*] In ora maritima. *Idem.*

…*m ille aliquando non defuiſſet meæ*] …*liquando defuiſſet*: quum nos ſibi …dam ad pedes ſtratos ne ſubleva…uidem. *Idem.* *Cum ille aliquando* …*fuiſſet meæ*] Ex loco ſimili in epi… ad Atticum, puto legendum eſ…*um ille aliquando defuiſſet meæ.* Ur…. Omnes libri, *cum ille aliquando* …*fuiſſet meæ.* quod moneo, ne quis … accedat Urſino, negationem te… ejicienti. *Gebhardus.*

…*fabulis Amphiaraus*] Sciens ſe ter…atu abſumptum iri, ad bellum …anum profectus. *Corrad.*

… *meis ſuperioribus prædictis*] Hoc eſt, …niis. Plin. II Hiſt. Nat. cap. 27. …*cta augurum.* Juſt. XII, 13. *Ibi ab* …*xarcho Philoſopho compulſus eſt rurſum* …*rum prædicta contemnere.* Perſ. Sat. V. …*ſſere Deos inflantes corpora, ſi non* …*lictum ter mane caput guſtaveris alli.* hoc eſt, quod ſuperſtitionis cauſſa guſtandum erat. *Grævius*

Debebit habere fidem noſtra prædictio] Hoc melius ex Pal. pr. Vaticano atque editione Victorii: vulgo *debet.* Gebhardus. *Debebit*] Sic MSS. etiam Grævii primus. Eſt autem elegans idiotiſmus, cujus hæc eſt ſententia, quantum certis conjecturis aſſequi poſſum, vera ſunt quæ tibi prædico. nemini, cui ſana mens eſt, dubitandum eſt aut dubitare poteſt de noſtris prædictionibus, cum earum fidem tot documentis aſſeruimus. Petron. *Hic boni neſcio quid debet eſſe.* Græv.

Ex alitis] *Aves quaſdam* (inquit alibi) *& alites & oſcines, ut noſtri augures appellant, rerum augurandarum cauſſa eſſe natas putamus.* Corrad.

Volatu] *Præpetis omina pennæ*, dixit Poeta. *Idem.*

Ex cantu] *Et volucrum linguas*, dixit idem. *Idem.*

Siniſtro] Proſpero. Nam Latinis ſiniſtra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tripudiis ſoliſtimis, aut ſoniviis tibi auguror: ſed habeo alia ſigna, quae obſervem, quae etſi non ſunt certiora illis, minus tamen habent vel obſcuritatis vel erroris. Notantur autem mihi ad divinandum ſigna duplici quadam via: quarum alteram duco a Caeſare ipſo, alteram e temporum civilium natura atque ratione. In Caeſare haec ſunt: mitis clemenſque natura, qualis exprimitur praeclaro illo libro Que-

niſtra videntur, Grajis & barbaris dextra meliora. *Idem.*

In noſtra diſciplina] Augurali. *Idem.*

Ex tripudiis ſoliſtimis] Quæ fiunt, quum quid ex ore pulli in ſolum cecidit: quæ tamen hic, & lib. II de Divinatione, ab augurali diſciplina excludere videtur. *Idem.*

Aut ſoniviis] Ipſe priſcam, quam reſtitui, vocem ex priſcis erui exemplaribus. Poſſe autem fieri arbitror, ut in Augurali diſciplina quædam *tripudia ſonivia* appellata ſint: ſed hæc tam obſoleta ſunt propter vetuſtatem, & diverſos ritus, ut penitus incognita ſint. Vocem certe hanc Sex. Pompeius exponit, *Sonivio* inquiens *ſonanti*. Nam vulgata lectio proculdubio falſa, & inepta eſt: nec enim hic de divinatione per *ſomnia* agit, quæ etſi ſit (de ea enim Artemidorus Græce copioſe ſcripſit), non tamen de hac intelligit: loquitur enim de Augurali diſciplina, & ut ipſe augur, & ut ad Hetruſcum hominem, & Hetruſcæ diſciplinæ peritum ſcribens. Ego alibi hanc vocem non inveni, nec mirum eſt rerum tam priſcarum, ac ne unquam quidem vulgatarum & communium vocabula penitus ignorari. Quod ſi etiam apud alios auctores hoc nomen fuit, fortaſſe quia non intellectum, ut depravatum deletum eſt: nonnullæ enim hujuſmodi voces niſi e veteribus, & non contaminatis exemplaribus reſtituantur, obliteratæ ſunt, & e finibus Latinæ linguæ ejectæ & expulſæ. Videndum tamen accuratius, an hujus vocis certior ulla ratio, & ſignificatio haberi poſſit. Nam quod paullo ſupra nos ſcripſimus *involatu* pro *volatu* ex antiquo etiam codice accepimus. *Victor.*

Aut ſomniis] Excubabant antiqui in templis ſomniandi cauſſa, quia vera quietis oracula ducebant. Etſi quidam hoc loco *ſoniviis* legunt. *Corr.*

Aut ſoniviis] Recte ſic Mediceus codex modo committas *ſoni viis*: neque aliter Vaticanus: quod optimus P. Victorius obſervavit primus; cupideque, ſed tamen diſſimulato auctore, ſuſtulit Lambinus. vulgo *ſomniis*: ſed quid *ſomnia* cum Auguribus. videatur Feſtus ejuſque Caſtigator Scaliger. Ego puto profecto mutum fuiſſe Manutium, aut qui ad tam bona nullum habere ſenſum potuerit; aut adeo livore cæcum, ut noluerit. *Gebhardus.*

Feſtus: *Sonivio ſignificat in carmine, item in commentario augurali ſonanti.* Idem: *Sonivium tripudium dicitur, ut ait App. Pulcher, quod ſonet, ut cum pullo excidit puls, quadrupedive aliquid ex ore.* Plinius de nucibus juglandibus: *Quæ cauſſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis fœtu munito, quod eſt veroſimilius, quam quia cadendo tripudium ſonivium faciant.* Manifeſto errore legitur in vulgatis Plinianis, *ſonumve faciant.* Servius Danielis in illud, *tremere omnia viſa repente. Hoc augurium*, inquit, *juxta auguralem diſciplinam dictum eſt, quod appellatur tripudium ſonivium: id eſt, a ſono. Ad quod pertinet ſi arbor ſponte radicibus cadat, ſi terra tremat, quod hic Æneæ factum oſtendit, antequam voce divina reſponſa perciperet.* Joſ. Scaliger.

Præ-

relarum tuarum. Accedit, quod mirifice ingeniis ex- itibus, quale eſt tuum, delectatur. praeterea cedit orum juſtis & officio incenſis, non inanibus aut ambi- o voluntatibus. In quo vehementer eum conſentiens ria movebit. Cur haec igitur adhuc parum profece- ? Quia non putat ſe ſuſtinere cauſſas poſſe multorum, i, cui juſtius videtur iraſci poſſe, conceſſerit. Quae eſt r, inquies, ſpes ab irato? Eodem fonte ſe hauſturum igit laudes ſuas, e quo ſit leviter adſperſus. Poſtremo o valde eſt acutus & multum providens: intelligit te inem in parte Italiae minime contemnenda facile o- ım nobiliſſimum, & in communi rep. cuivis ſummo- tuae aetatis vel ingenio, vel gratia, vel fama, populi R. n, non poſſe prohiberi rep. diutius. Nollet hoc tem- potius eſſe aliquando beneficium, quam jam ſuum. de Caeſare. nunc dicam de temporum rerumque na- Nemo eſt tam inimicus ei cauſſae quam Pompeius a- ıtus melius quam paratus ſuſceperat, qui nos malos ci- icere aut homines improbos audeat. In quo admirari gravitatem & juſtitiam & ſapientiam Caeſaris. Nun- n niſi honorificentiſſime Pompeium appellat. at in ejus onam multa fecit aſperius. Armorum iſta & victoriae facta, non Caeſaris. At nos quemadmodum eſt com- us? Caſſium ſibi legavit, Brutum Galliae praefecit, Sul-

claro illo libro] Sic Pall. pr. tert. r. editio prima. vulgo *praclare.* ard.

it multorum juſtis & officio incenſis, anibus aut ambi ioſis voluntatibus] ſt, facile patitur Cæſar ſe exora- iis, quos juſtæ cauſſæ & officii pro parentibus, cognatis, patro- amicis intercedere compellit, ero ab iis, qui nulla inducti ra- , aut ſaltem favoris aucupandi pro aliis ſupplicant.

ſentiens Etruria] Pro te, qui Vo- anus es, rogans. *Corradus.*

parte Italiæ minime contemnenda] Etruria. *Idem.*

Non poſſe prohibere repub. diutius] Sic eſt in Pal. prim. Grut. Vatic. editione Victorii. Lambinus ne non nihil novaret *prohiberi* edidit. Stewech. *prohiberi rep.* vulgo *prohibere a rep.* Gebhardus. *Non poſſe prohiberi republica*] Sic optimus meus liber, ut & Stewechianus, & quos Lambinus vidit. *Grævius.*

At nos] Pompeianos quidem, ſed jam reſtitutos. *Corradus.*

Caſſium] C. Caſſium. *Idem.*

Brutum] M. Brutum, qui poſtea conſpiravit cum Caſſio contra Cæſa-

X rem,

Sulpicium Graeciae, Marcellum, cui maxime ſuccenſebat, cum ſumma illius dignitate reſtituit. Quo igitur haec ſpectant? (ep: lib: 4. ep: 4.) Rerum hoc natura & civilium temporum non patietur, nec manens nec mutata ratio feret, primum ut non in cauſſa pari eadem ſit & conditio & fortuna omnium: deinde, ut in eam civitatem boni viri & boni cives nulla ignominia notati non revertantur, in quam tot nefariorum ſcelerum condemnati reverterunt. Habes augurium meum, quo, ſi quid addubitarem, non potius uterer quam illa conſolatione qua facile fortem virum ſuſtentarem: te, ſi explorata victoria arma ſumſiſſes pro rep. (ita enim tum putabas) non nimis eſſe laudandum: ſin, propter incertos exitus eventuſque bellorum, poſſe accidere ut vinceremur putaſſes, non debere te ad ſecundam fortunam bene paratum fuiſſe, adverſam ferre nullo modo poſſe. Diſputarem etiam, quanto ſolatio tibi conſcientia tui facti, quantaeve delectationi in rebus adverſis litterae eſſe deberent. Commemorarem non ſolum veterum, ſed horum etiam recentium vel ducum vel comitum tuorum graviſſimos caſus. Etiam externos multos claros viros nominarem. Levat enim dolorem communis quaſi legis & humanae conditionis recordatio. Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba quantaque in confuſione rerum omnium viveremus. neceſſe eſt enim minore deſiderio perdita rep. carere quam bona. Sed hoc genere nihil opus eſt. incolumem te cito, ut ſpero, vel potius, ut perſpicio, videbimus. interea tibi abſenti, & huic qui adeſt, imagini

animi

rem, lib. XIII, epiſt. 10. illum autem præfecit Galliæ Ciſalpinæ, cum ad bellum Africanum profecturus eſſet. *Idem.*

Sulpitium] Serv. Sulpitium. *Idem.*

Græciæ] Achaiæ. *Idem.*

Marcellum] Lib. IV, ep. 4. *Idem.*

Rerum hoc natura, &c.] Videtur legendum, *rerum hoc natura non patietur: civilium temporum nec manens nec mutata ratio feret*, &c. Lambin. *Nec manens nec mutata ratio feret*] Amicus meus legebat, *nec communis vitæ ratio feret.* nimis a vulgata ſcriptura recedens. *Urſinus.*

Ita enim putabas] Scilicet te bellum gerere pro republica contra tyrannum.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mi & corporis tui, conſtantiſſimo atque optimo filio, ſtudium, officium, operam, laborem meum jampri-n & pollicitus ſum & detuli: nunc hoc amplius, quod amiciſſime quotidie magis Caeſar amplectitur: familia- quidem ejus, ſicuti neminem. Apud quem quidquid lebo vel auctoritate vel gratia, valebo tibi. Tu cura, cum firmitudine te animi tum etiam ſpe optima ſuſ-tes.

um firmitudine te animi, tum etiam ptima ſuſtentes] Sic optimus codex primus; [ut & Græv. prim.] ſic-e edidit accuratiſſimus P. Victorius. . tert. Grut. [nec non Amſtelod.] tio prima paucis immutatis, *tum firmitudine animi te, tum etiam.* Sic quo-que edendum eſſe dudum cenſuit Joannes Rivius. vulgo interpolatitie, *ut cum fortitudine animi tui te, tum etiam ſpe optimorum ſuſtentes.* Gebhardus.

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

Excuſat Caecina filium, quia Ciceroni librum ſero reddiderit. ueritur, ſibi Caeſarem iraſci, quod in eum ſcripſerit, cum igno-rit omnibus qui deos venerati ſint contra ejus ſalutem. Rurſus, iſſam repetit libri ſui mentionem: & quam parce quamque timi- tum de ipſo Cicerone tum etiam de Caeſare ſcripſerit, diligenter endit. Non iturum in Aſiam, ſuadente Cicerone ut in Sicilia mmoretur, confirmat. Petit ut ſibi venia poteſtaſque redeundi a eſare impetretur. Librum cuſtodiri cupit, aut ita emendari, ne, xeat, ejus rationibus obeſſe poſſit.

A. CAECINA M. CICERONI S.D.

QVod tibi non tam celeriter liber eſt redditus, ignoſce timori noſtro, & miſerere temporis. Filius, ut au-o, pertimuit (neque injuria) ſi liber exiſſet, quum non m intereſt quo animo ſcribatur quam quo accipiatur, ne res inepte mihi noceret, cum praeſertim adhuc ſtili poe-s dem. Qua quidem in re ſingulari ſum fato; nam cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mendum ſcripturae litura tollatur, ſtultitia fama multetur, meus error exſilio corrigitur: cujus ſumma criminis eſt, quod armatus adverſario maledixi. Nemo noſtrum eſt, ut opinor, quin vota victoriae ſuae fecerit, nemo quin etiam cum de alia re immolaret tamen eo quidem ipſo tempore ut quam primum Caeſar ſuperaretur optaret. Hoc ſi non cogitat, omnibus rebus felix eſt. ſi ſcit & perſuaſus eſt, quid iraſcitur ei qui aliquid ſcripſit contra ſuam voluntatem, cum ignorit omnibus qui multa deos venerati ſint contra ejus ſalutem? Sed, ut eodem revertar, cauſſa haec fuit timoris. ſcripſi de te parce medius fidius & timide, non revocans me ipſe, ſed paene refugiens. Genus autem hoc ſcripturae, non modo liberum, ſed incitatum atque elatum eſſe debere, quis ignorat? Solutum exiſtimatur eſſe alteri maledicere, tamen cavendum eſt ne in petulantiam incidas.

impe-

STultitia fama multetur] Meus optimus liber, *ſtultitiam fama mulcet.* legendum videtur, *ſtultitiam fama multet.* Grævius.

Qui multa Deos venerati ſunt contra ejus ſalutem] Hoc eſt, qui ſæpe Deos precati ſunt ut ipſum perderent. *Venerari Deos* frequens eſt, præſertim comicis pro *precari*. F. Urſinus in libro manuſcripto ſe reperiſſe ait, *qui multa Deos venerati, multa precati ſint contra ejus ſalutem.*

Non revocans me ipſe, ſed pœne refugiens] Hoc eſt, non quod priſtinam meam de te ſententiam mutarim, ſed quod pœne invitus mihi vim intulerim in tam parce ſcribendo de te contra animi mei ſententiam metu ſubactus. In Grævii primo libro legitur *ſed fugiens.*

Incitatum atque elatum eſſe debere] Sic etiam in Mediceo legitur, quare hanc prorſus lectionem ſequendam cenſeo. *Victorius.* *Incitatum atque latum eſſe*] Sic editiones, primæ & Victorii, exſtatque hæc lectio in Pall. primo, tertio, Grut. qui hanc non ceperunt, *elatum* intruſerunt. *Gebhardus.* Mediceo codici ſubſcribit meus primus & Amſtelod. *elatum*, ut optime jam olim emendarat ex Bernardini Maffei codice Manutius. quod miror rejeciſſe Gebhardum. Cum facile videre ſit primam litteram hujus vocis abſorptam eſſe ab ultima præcedentis. Quid vero eſt *latum dicendi* genus? quis ſic loquitur? *Elatum* vero *dicendi* genus qui ignorat? Cic. de clar. Orat. *Horum ſententiis officit Theopompus elatione atque altitudine orationis ſuæ.* ſic alibi ſæpe. *Grævius.*

Solutum exiſtimatur alteri maledicere] Hoc eſt, libere licere in adverſarium invehi, eumque atro ſale defricare. *Soluto* opponitur *impeditum*: cum non licet nobis ſcribere ut volumus, cum refrænatur impetus cogitationum ſive ipſa materia, ſive alia quadam ratione. Sic Mela prooem. deſcriptionem ſitus orbis vocat *impeditum opus & facundiæ minime capax*, Cicero vero 11 ad Att. ep. 6. *res difficiles ad explicandum &* ὁμοειδεῖς, *quæ non poſſunt* ἀνθηρογραφεῖσθαι. Grævius.

Ne in petulantiam incidas] *Petulantia* Latinis ſignificat ſæpe maledicentiam, linguæ effuſam procacitatem,

effræ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…editum ſe ipſum laudare, ne vitium arrogantiae ſubſe-…tur. ſolum vero liberum, alterum laudare, de quo quid-…l detrahas, neceſſe eſt aut infirmitati aut invidiae aſſi-…tur. Ac neſcio an tibi gratius opportuniuſque acciderit. … quod praeclare facere non poteram, primum erat non …gere: ſecundum beneficium quam parciſſime facere. …tamen ego quidem me ſuſtinui. multa minui, multa …uli, complura ne poſui quidem. Quemadmodum igi-… ſcalarum gradus ſi alios tollas, alios incidas, nonnullos …e haerentis relinquas, ruinae periculum ſtruas, non ad-…ſum pares: ſic tot malis cum vinctum tum fractum …lium ſcribendi, quid dignum auribus aut probabile …eſt afferre? Cum vero ad ipſius Caeſaris nomen veni, …o corpore contremiſco, non poenae metu ſed illius judi-…i totum enim Caeſarem non novi. Quem putas animum … ubi ſecum loquitur? hoc probabit: hoc verbum ſuſpi-…iſum eſt. quid ſi hoc muto? at vereor ne pejus ſit. Age …o laudo aliquem, num offendo? cum porro offendam, quid

…nem aliis obtrectandi, & acerbis …eriis ac conviciis proſcindendi libi-…m. Tacit. Hiſt. II, 27. *Poſtremo …ns e petulantia, etiam perfidiam ſpe-…it.* Illam petulantiam non niſi …uæ procacitatem fuiſſe, & contu-…ioſa illa militum dicta, quæ jacta-…t: *coercitos a ſe quartadecimanos, ab-…m Neroni Italiam, atque omnem belli …nam in ipſorum manu ſitam*, præce-…tia declarant. Cic. pro Cœl. *Ma-…tio ſi jactatur petulantius, convicium …inatur.* In II ad Att. ep. 19. *Ludis …ollinaribus Diphilus tragœdus in no-…n Pompeium petulanter invectus eſt.* C…it. pro Muræn. *Nullum ejus petulans …um in vita profertur.* Id. de Orat. *…quis mihi maledicit, petulans & plane …nus videtur.* Perſ. Sat. I.

…uid faciam? ſed ſum petulanti ſplene cachinno.

…i *petulans ſplen* non eſt qui juſto …jus ſpatium petat & occupat, ut exponit vir ſummus, ſed qui proclivis eſt ad aliorum vitia irridenda & ſalſis dicteriis, quæ riſum pleriſque maxime movent, traducenda. *Grævius.*

Aut infirmitati aſſignetur] Aſcribatur infantiæ, aut ingenii imbecillitati.

Secundum beneficium quam parciſſime facere] Vocem *beneficium*, quæ huc in alienum locum irrepſit, delendam cenſeo. *Lambin.*

Sic tot malis cum vinctum, tum fractum ſtudium] Elegantiſſime ſic edidit P. Victorius, habetque Vaticanus codex; cum in Pall. prim. tert. Grut. editione prima, unica tantum abhorreat littera, *tum vinctum*. in vulgatis vero deformatum ſit, *tum victum, tum fractum.* Gebhardus.

Dignum auribus aut probabile] *Probabile* eſt hic quod probent aures terſæ & limatæ.

Laudo aliquem. num offendo? cum porro offen-

quid ſi non vult? armati ſtilum perſequitur: victi & nondum reſtituti quid faciet? Auges etiam tu mihi timorem, qui in oratore tuo caves tibi per Brutum, & ad excuſationem ſocium quaeris. Vbi hoc omnium patronus facis, quid me, veterem tuum, nunc omnium clientem ſentire oportet? In hac igitur calumnia timoris & caecae ſuſpicionis tormento, cum plurima ad alieni ſenſus conjecturam, non ad ſuum judicium ſcribantur, quam difficile ſit evadere, ſi minus expertus es, quod te ad omnia ſummum atque excellens ingenium armavit, nos ſentimus. Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret, & auferret: aut ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum, hoc eſt, ſi totum alium faceres. De Aſiatico itinere, quanquam ſum-

offendam, quid ſi non vult?] Legendum eſſe, *cum porro non offendam*, &c. Intelligent qui & attente legent, & non erunt tardiſſimi. Hoc enim ſentit M. Tullius, Age, laudo aliquem: ſic mecum cogito: num offendo Cæſarem illius laudatione? Sed finge me non offendere: quid ſi non vult illum laudari? Fieri enim poteſt ut facto aliquo aliquis non offendatur neque lædatur: id factum tamen non probet, aut id factum nolit. *Lambin.* Sic *cum porro non offendam* Lambinus contra omnes MSS. niſi quod in Gruter. a manu interpolatrice, *non offendo? cum.* Gebhard. Meus primus codex, *laudo aliquem. Non offendo. Cum potero offendam. quid ſi enim vult?* Mentel. *laudo aliquem non offendere. Cum porro offendam.* Ab alia manu ſuper *offendere* ſcriptum *offendo.* Eſt locus procul dubio corruptus. Medicina vero anceps. Legebam ex veſtigiis mei & Menteliani libri, *laudo aliquem. Non offendo. At potero offendere. quid ſi enim non vult?* ſcilicet illum laudari. Hæc mea de hoc loco conjectura eſt. Cogitent acutiores. Ceterum Lambinus memoria lapſus male hæc tribuit Tullio, cum ſint a Cæcina ſcripta. *Græv.*

In oratore tuo caves tibi per Brutum] Quem te Bruto petenti negare non potuiſſe ſcribis, niſi malimus illum librum intelligere, qui Brutus, ſive de Claris oratoribus inſcribitur: in quo & major de temporibus querela eſt, & Brutus ipſe loquitur. *Corradus.*

Vbi hoc omnium patronus facit] Secutus ſum libros vulg. qui legunt *ubi hoc omn. p. facis.* Nam MSS. habent *ubi hoc omnium patronus facit:* & ita edidit P. Victorius. *Lambinus.* *Facis* habent Amſtelod. & Mentel. nec dubito mutatum hoc eſſe in *facit* ab iis, qui crediderunt non niſi tertias, ut vulgo loquuntur, perſonas addi nominibus. Sed hoc vulgarium Grammaticorum præceptum dudum a viris doctis eſt exploſum. Liv. *Hannibal peto pacem.* Grævius.

Me veterem tuum clientem] Pro quo extat oratio. *Corrad.*

Sentire oportet] Lege, *ſentis oportere.* Guilielm.

Calumnia timoris] Hoc falſo metu. dum modo hoc modo illud metuo, & forte falſo.

Quanquam ſumma neceſſitas premebat] Ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcerer. *Corradus*

Vt imperaſti] Ut cenſuiſti in Sicilia commorandum. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

necesſitas premebat, ut imperaſti feci. Te pro me quid
er? vides tempus veniſſe quo neceſſe ſit de nobis con-
i. Nihil eſt, mi Cicero, quod filium meum exſpectes.
eſcens eſt, omnia excogitare vel ſtudio vel aetate vel me-
on poteſt. Totum negotium tu ſuſtineas oportet:
e mihi omnis ſpes eſt. Tu, pro tua prudentia, qui-
rebus gaudeat, quibus capiatur Caeſar, tenes: a te
ia proficiſcantur, & per te ad exitum perducantur ne-
e eſt. apud ipſum multum, apud ejus omnis pluri-
m potes. unum tibi ſi perſuaſeris, non hoc eſſe tui
neris ſi quid rogatus fueris ut facias (quanquam id
gnum & amplum eſt) ſed totum tuum eſſe onus,
icies. niſi forte aut in miſeria nimis ſtulte aut in ami-
nimis impudenter tibi onus impono. Sed utrique rei
uſationem tuae vitae conſuetudo dat. nam quod ita
ſueris pro amicis laborare, non jam ſic ſperant abs te,
etiam ſic imperant tibi familiares. Quod ad librum at-
t quem tibi filius dabit, peto a te ne exeat, aut ita
rigas, ne mihi noceat.

EPI-

el ſtudio] Hoc eſt, nimio amore , vel nimio impetu meam reſtitu- em conficiendi.

Apud ejus omnis plurimum potes] P. Fa- Toloſan. putat legendum, *apud hominess:* a quo diſſentio. Ita enim e loquitur M. Tull. *Mei omnes*, *Tui es:* ubi ſubintelligitur familiares, domeſtici, ſeu comites. *Lambi-*.

Sed totum tuum eſſe onus perficies] In vetere libro ſcriptum eſt, *ſed totum tuum eſſe omne onus perficies*; ut fortaſſe legendum ſit, *ſed totum tuum eſſe, omnia unus perficies.* Urſinus.

Nam quod ita conſuevisti] Meus liber vetuſtiſſimus, *quod ita cenſuerus.* leg. *quod ita conſuerus.* paullo ante idem codex, *aut inimicitia nimis imprudenter tibi onus impono.* Grævius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

Datum ſibi a Balbo & Oppio ſcribit ut Caecinae liceret eſſe in Sicilia, ibique ut commoretur ſuadet.

M. C. A. CAECINAE S. D.

CVm eſſet mecum Largus, homo tui ſtudioſus, locutus Kalendas Ian. tibi praefinitas eſſe: quod omnibus rebus perſpexeram, quae Balbus & Oppius abſente Caeſare egiſſent, ea ſolere illi rata eſſe, egi vehementer cum his, ut hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quoad vellemus, eſſe uti liceret. Qui mihi conſueſſent aut libenter polliceri, ſi quid eſſet ejuſmodi quod eorum animos non offenderet, aut etiam negare, & afferre rationem cur negarent, huic meae rogationi potius non continuo reſponderunt: eodem die tamen ad me reverterunt, mihi hoc dederunt ut eſſes in Sicilia quoad velles, ſe praeſtaturos, nihil ex eo te offenſionis habiturum. Quando quid tibi permittatur cognoviſti, quid mihi placeat puto te ſcire oportere. Actis his rebus litterae a te mihi redditae ſunt, quibus a me conſilium petis quid ſim tibi auctor, in Siciliane ſubſidas, an ad reliquias

HVic meæ actioni ſeu rogationi potius non continuo reſponderunt] Sic legendum eſt, quamvis aliter ediderit P. Victorius.. *Lambinus.* *Huic meæ rogationi pot.*] Pro hac Victorii lectione ſtant Pall. pr. tert. Gruter. editio princeps. vulgata quam defendit Lambinus, *Huic meæ actioni vel rogationi potius.* Gebhard. Sed ex hac lectione, quam mei quoque libri afferunt, nullus commodus ſenſus elicitur. nec fert Latina lingua expoſitionem Manutii. Fallor an Cicero ſcripſit, *huic meæ rogationi protinus non reſponderunt.* τὸ *continuo* eſt τοῦ *protinus* explicatio a magiſtro margini adſcripta, aut *protinus* ſuperpoſita, quæ inde in contextum irrepſit, & monſtroſam hanc produxit lectionem. Bernhard. Rutil. mallet ſcribi, *huic meæ petitioni vel rogationi potius.* ſed hoc nihil eſt. Turbas has dedit *potius* perperam ſcriptum pro *protinus.* Grævius.

Vt eſſes in Sicilia] In omnibus fere libris legitur *Gallia:* quam bene, nihil nunc ad me. *Corradus.*

Nihil ex eo te offenſionis habiturum] Docti quidam legi volunt, *offenſionis aditurum.* Lambin.

Quid ſim tibi auctor] Quid tibi ſuadeam.

Ro

quis Aſiaticae negotiationis proficiſcare. Haec tua delibe- rat non mihi convenire viſa eſt cum oratione Largi. Ille eni mecum quaſi tibi non liceret in Sicilia diutius com- mo ari ita locutus erat, tu autem quaſi conceſſum ſit ita de eras. Sed ego, ſive hoc ſive illud eſt, in Sicilia cen- ſeo ommorandum. Propinquitas locorum vel ad impe- re dum adjuvat crebris litteris & nuntiis, vel ad reditus ce ritatem re aut impetrata, quod ſpero, aut aliqua ratio- ne confecta. Quamobrem cenſeo magno opere commo- ra lum. T. Furſano Poſtumo, familiari meo, legatiſque eju , item meis familiaribus, diligentiſſime te commenda- bo cum venerint. erant enim omnes Mutinae. viri ſunt op imi, & tui ſimilium ſtudioſi, & mei neceſſarii. Quae mi i venient in mentem quae ad te pertinere arbitrabor, ea nea ſponte faciam. Si quid ignorabo, de eo admonitus o nium ſtudia vincam. Ego etſi coram de te cum Furſano it loquar ut tibi litteris meis ad eum nihil opus ſit, tamen q um tuis placuit te habere meas litteras, quas ei redderes, m rem his geſſi. earum litterarum exemplum infra ſcri- p um eſt.

EPI-

e aut impetrata, quod ſpero] Librum v rem, in quo ſic legatur, poſtulat o ferri Manutius, ſe tum facile & li nter aſſenſurum. En tibi veterem n um codicem illum tam bonæ notæ & pectatæ fidei, in quo ſcribitur: *re impetranda* (vitioſe pro *impetrata*) q *d ſpero, aut aliqua ratione confecta.* G evius.

T. Furſano Poſtumo] Is videtur Al- l o ſucceſſiſſe, qui tempore belli ricani Prætor in Sicilia fuit. *Corr.* *fanio* legendum hic eſſe, & in epi- ſtola quæ proxime ſequitur, conſtat cum ex veteribus libris, tum ex hac inſcriptione, quæ Romæ reperta eſt ad portam Capenam,

Q. FVRFANIO. C. F.
NIGRINO
PROC. FABRORVM &c.

F. Urſin. *T. Furſano Poſtumo* habent Pal. pr. [ut & Grævii primus] Victorii editio, ac codex Vatican. *Gebhardus.* In Inſcriptionibus tamen perpetuo ſcribitur *Furſanius.* vide Gruter. in- ſcript.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

Brevis eſt epiſtola, ſed perfectae commendationis exemplum.

M. T. C. T. FVRFANO PROCOS. S. D.

CVm A. Caecina tanta mihi familiaritas conſuetudoque ſemper fuit, ut nulla major eſſe poſſit. Nam & patre ejus, claro homine & forti viro, plurimum uſi ſumus: & hunc a puero, quod & ſpem magnam mihi afferebat ſummae probitatis ſummaeque eloquentiae, & vivebat mecum conjunctiſſime, non ſolum officiis amicitiae, ſed etiam ſtudiis communibus, ſic ſemper dilexi ut non ullo cum homine conjunctius viverem. Nihil attinet me plura ſcribere, quam mihi neceſſe eſt; ejus ſalutem & fortunas, quibuſcunque rebus poſſim, tueri vides. reliquum eſt, ut, cum cognorim pluribus rebus quid tu & de bonorum fortuna & de reipub. calamitatibus ſentires, nihil a te petam niſi ut ad eam voluntatem quam tua ſponte erga Caecinam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat commendatione mea quanti me a te fieri intelligo. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

EPI-

T. *FVRFANO PROCOS.*] Al. *Prætori.* id quod nihil refert. Nam diximus alibi, Prætorem Procos. & Procos. quandoque Prætorem appellari. *Corradus.*

Quam mihi neceſſe ſit ejus ſalutem, & fortunas, quibuſcunque rebus poſſim, tueri vides] Sic hic locus legitur in Menteliano & aliis recentibus. Omnes vetuſtiores, ſicut & meus primus, & qui ex vetuſto deſcriptus, Amſtelodamenſis, legunt *quam mihi neceſſe eſt.* & pro *vides. ut des.* Duo vero Guilielm. *quam quid mihi neceſſe.* Stew. cod. *quam quod mihi neceſſe eſt.* Scribendum, *Nihil attinet me plura ſcribere, quam quod mihi neceſſe eſt ejus ſalutem & fortunas, quibuſcunque rebus poſſim, tueri, ut vides.* In aliquot libris *ut* abſorptum eſt a *vides,* in aliis *vi* ab *ut*, hinc diverſitas iſta eſt orta. *Grævius.*

TRE-

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

Hujus epiſtolæ neque conſolatio argumentum eſt, neque auxilii ijus promiſſio: niſi ſi amoris quaedam ſignificatio, & conſolatio- oco eſt, & promittere etiam aliquid videtur. certe, cum Tre- ius poſt pugnam Pharſalicam ab armis non diſceſſerit, quod epi- declarat, juſtam iraſcendi cauſſam Caeſar habuit. unde illud t. 13. Africanae cauſſae iratior, diutius velle videtur eos ɔere ſollicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe mo- iis conflictatum. *Quare nil mirum eſt, ſi Cicero ſpem ei per- quam affert incolumitatis. parce enim & exſiliter pollicetur in oco:* Si quis mihi erit aditus. *Scripta eſt poſt bellum Africa- n: quod ex iis verbis conjicio,* Conſilium tuum, vel caſus tius, diutius in armis civilibus commorandi. *Deinde excu- onem affert, quod antea non ſcripſerit: tum hortatur eum, ut ſcientia ſe ſuſtentet factorum & conſiliorum ſuorum: ſperare et- a jubet, exſulem non diu futurum: eam porro ſpem ſumit a Cae- is clementia, a ſtatu reipub. jam reviviſcentis, a ſuo ſtudio, ab icorum Trebiani copia. Quibus cauſſis ut forti magnoque animo hortatur. Scripta videtur ante ſuperiorem proximam: nam pri- illa verba;* Antea miſiſſem ad te litteras, ſi genus ſcriben- invenirem; *nullas antea Ciceronem litteras ad eum miſiſſe, per- cue demonſtrant. Eodem anno. Quod ad hujus Trebiani fami- m aut vitam pertinet, eruere ex hiſtoria nihil potui. Caeſare* III. *pido Coss.*

M. T. C. TREBIANO S. D.

EGo quanti te faciam ſemperque fecerim, quanti mea te fieri intellexerim, ſum mihi ipſe teſtis. Nam & con- ſilium

REBIANO] Al. *Trebatio.* Sed videndum eſt, an *Torquato* ſit le- ndum. nos certe ad *L. Torquatum* ba accommodabimus, donec ali- quis melius inveniat. *Corradus. Tre- biano*] Antea legebatur *Trebatio*: poſt- ea Paullus Manutius veterum libro- rum ſecutus ſcripturam, reſtituit *Tre- biano:*

ſilium tuum, vel caſus potius diutius in armis civilibus commorandi, ſemper mihi magno dolori fuit: & hic eventus, quod tardius quam eſt aequum & quam ego vellem recuperas fortunam & dignitatem tuam, mihi non minori curae eſt quam tibi ſemper fuerunt caſus mei. Itaque & Poſtumuleno, & Seſtio, & ſaepiſſime Attico noſtro, proximeque Theudae, liberto tuo, totum me patefeci, & haec his ſingulis ſaepe dixi, quacunque re poſſem, me tibi & liberis tuis ſatisfacere cupere: idque tu ad tuos velim ſcribas: haec quidem certe, quae in poteſtate mea ſunt, ut operam, conſilium, rem, fidem meam ſibi ad omnis res parata putent. Si auctoritate & gratia tantum poſſem quantum in ea repub. de qua ita meritus ſum, poſſe deberem, tu quoque is eſſes qui fuiſti, cum omni gradu ampliſſimo digniſſimus, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed quum eodem tempore eademque de cauſſa noſtrum uterque cecidit, tibi & illa polliceor,

biano: atque ita plane eſt in manuſcripto apud me codice. ego tamen *Trebanio* legendum puto ex auctoritate argentei nummi, & item ærei, in quibus *L. Trebani* inciſum eſt. errorem autem ex tranſpoſitione litterarum fluxiſſe arbitror ab imperitis librariis facta, qui *Trebiano* ſcripſerint pro *Trebanio.* Urſinus. *M. T. C. Trebiano*] Sic edidit Victorius, & ſic eſt in Pall. prim. tert. Vaticano, editione principe. [ſic & Grævii primus & Amſtelod.] vulgo *Trebatio.* Gebhardus.

Quod tardius quam eſt æquum & quam ego vellem receperis fortunam & dignitatem tuam] Nos *recuperas:* vetus codex *reciperas* per *i*, quod fortaſſe fecit ut *receperis* jam ſcriberetur. Eſt ſane & hic & ſequenti epiſtola hoc verbum in Mediceo codice per *i* ſcriptum, *quid reciperaris cogitare:* & ſæpe eodem modo. Quandoque tamen, quod etiam in Pandectis Florentinis animadvertas, *recuperare* legas, quod hodie in uſu eſt, ſed tamen multo rarius quam *reciperare.* Victor. *Recuperas fort.*] Quia Mediceus *reciperas* habet, ego olim ſcripſi *recuperas*, quemadmodum tunc adnotavi. Alii *recuperes* malunt, res ſane parvi ponderis: ſed mea ut arbitror lectio verior. *Idem.* *Reciperas fortunam & dignitatem*] Sic ſcripſi, quum eſſet in MSS. tribus noſtris, & Stewech. *reciperas* ſicut in Mediceo, vel *reciperes.* Victorius ac Vatic. *recuperas.* vulgo male *receperis.* Gebhard. *Recuperas* habet Grævii primus, tres Pall. & Stewech. *reciperas.*

Attico noſtro] Ad quem ut ad Epicureum, de te Epicureo, & condiſcipulo ſæpe etiam ſcripſi, libro XIII. *Corradus.*

Proximeque Theudæ lib. t. totum me pat. & hæc his ſing.] Vulgo *Teudo* contra omnes libros, qua calamo exaratos, qua impreſſos: provocabulum quoque *hæc* ſpernunt ſeu ignorant vulgati. immiſi id ex Pal. pr. ac Victorii edit. *Gebhard.*

Cum omni gradu ampliſſimo digniſſimus] *Dignitatis* pro *digniſſimus* eſt in veteribus libris. *Vrſinus.*

Caſu

licor, quae ſupra ſcripſi, quae ſunt adhuc mea: & ea quae pr terea videor mihi ex aliqua parte retinere, tanquam ex re quiis priſtinae dignitatis. Neque enim ipſe Caeſar, ut m tis rebus intelligere potui, eſt alienus a nobis, & omnes fe familiariſſimi ejus caſu devincti magnis meis veteribus of ciis me diligenter obſervant & colunt. Itaque ſi qui mihi rit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate, in qua ſunt omnia, agendi, quod quidem quotidie magis ex orum ſermonibus adducor ut ſperem, agam per me ipſe & noliar. ſingula perſequi non eſt neceſſe. univerſum ſtudi m meum & benevolentiam ad te defero. Sed magni mea in tereſt, hoc tuos omnis ſcire, quod tuis litteris fieri pote :, ut intelligant omnia Ciceronis patere Trebiano. Hoc e pertinet, ut nihil exiſtiment eſſe tam difficile quod non p te mihi ſuſceptum jucundum ſit futurum. Antea miſiem ad te litteras ſi genus ſcribendi invenirem. tali enim te npore aut conſolari amicorum eſt, aut polliceri. Conſ atione non utebar, quod ex multis audiebam quam fort er ſapienterque ferres injuriam temporum, quamque te v hementer conſolaretur conſcientia factorum & conſiliorum tuorum: quod quidem ſi facis, magnum fructum ſtu-

aſu devincti] Sane *caſus* quidam [illegible] ſe videtur ut Cæſaris familiares Ceroni devincti eſſent. *Corr. De-*ti] Ut Dolabella, Balbus, Rabi-s,P.Sylla & alii quos defendi. *Idem.* C. *dev.*] Vulgo *quaſi devincti:* ſed il-l recepi ex Pal. prim. Grut. Vatic. [uibus accedit Græv. prim.] editio- Victorii. *Gebhardus.*

Antea miſiſſem ad te litteras] In non-llis editionibus hinc naſcitur novæ ſtolæ initium: ſed non debet. nam od ſequitur, pars eſt hujus 10 epi-lx. *Lambinus.* In meis libris ſane ori annectitur epiſtolæ. In aliis ta-en initium eſt novæ epiſtolæ, quos utus eſt Manutius, qui & eam ſcri-m putavit ante ſuperiorem proxi-am, quia prima illa verba, *antea miſiſſem ad te litteras*, *ſi genus ſcribendi invenirem*, nullas antea Ciceronem litteras ad eum miſiſſe perſpicue demonſtrent. Hæc quidem ille in argumento hujus epiſtolæ declaravit, quæ cum mihi præcidenda fuerint, duxi de iis hic eſſe monendum. Nam quamvis mei libri adſtipulentur vulgatis editionibus, has epiſtolas conjungentibus, & pro una habentibus, tamen ſententia Manutii mihi videtur potior. Nam verba quæ hæc præcedunt plane oſtendunt eis finiri epiſtolam: Iſta vero *antea miſiſſem*, &c. initium novæ epiſtolæ arguunt. Sed ſine libris nihil auſus ſum immutare. *Grævius.*

Tali enim tempore] In adverſa fortuna.

At

ſtudiorum optimorum capis, in quibus te ſemper ſcio eſſe verſatum, idque ut facias, etiam atque etiam te hortor. Simul & illud tibi, homini peritiſſimo rerum & exemplorum & omnis vetuſtatis, ne ipſe quidem rudis, ſed in ſtudio minus fortaſſe quam vellem, & in rebus atque uſu plus etiam quam vellem, verſatus ſpondeo, tibi iſtam acerbitatem & injuriam non diuturne fore. Nam & ipſe qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi ad aequitatem & ad rerum naturam videtur: & ipſa cauſſa ea eſt ut jam ſimul cum rep. quae in perpetuum jacere non poteſt, neceſſario reviviſcat atque recreetur: quotidieque aliquid fit lenius & liberalius quam timebamus. Quae quoniam in temporum inclinationibus ſaepe parvis poſita ſunt, omnia momenta obſervabimus, neque ullum praetermittemus tui juvandi & levandi locum. Itaque illud alterum, quod dixi, litterarum genus quotidie mihi, ut ſpero, fiet proclivius, ut etiam polliceri poſſim. id re quam verbis faciam libentius. Tu velim exiſtimes, & pluris te amicos habere quam qui in iſto caſu ſint ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim, & me concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas & magnum, quod eſt in uno te. quae ſunt in fortuna temporibus regentur, & conſiliis noſtris providebuntur.

EPI-

At in rebus atque uſu] MSS. optimi. Pal. prim. tert. Grut. Græv. pr. Amſtelodam. Mentel. *& in rebus atque uſu.* quod non fuit mutandum, quamvis *at* videatur deſiderare vulgaris uſus. *Gravius.*

Tibi iſtam acerbitatem & injuriam non diuturne fore] Sic Pall. pr. tert. Grut. Stewech. Vatic. prima editio ac Victorii [ſic & Græv. prim. Amſtelod. vero *diuturnas*]. vulgo *acerbitatem iſtam & injuriam non diuturnam fore.* Gebhard.

Dola-

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

...editum in patriam Dolabellae maxime beneficio impetratum ...iat. gratulationem ab ipſo expoſcit: gratiarum actionem re...at. jacturam fortunarum ut aequiore animo ferat, hortatur: ...ndo nec rei familiaris damnum cum acquiſitae dignitatis lucro ...erri debeat; nec privata res, cum publica ſit amiſſa, magnope-re ...randa videatur. Praedicationem ſuorum in illum officiorum ...i non ingratam eſſe confitetur. Eodem anno.

M.C. TREBIANO S.D.

Caeſare III & M. Aemilio Lepido Coſs.

D Olabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram. nec enim acciderat mihi opus eſſe, & ille ...i debebat, quod non defueram ejus periculis. Nunc ...to ſum devinctus ejus beneficio, quod & antea in re, & ... tempore in ſalute tua cumulatiſſime mihi ſatisfecit, ut ...ini plus debeam. Qua in re tibi gratulor ita vehemen-...e, ut te quoque mihi gratulari quam gratias agere malim. ...rum omnino non deſidero, alterum vere facere poteris. ...od reliquum eſt, quando tibi virtus & dignitas tua red-...n ad tuos aperuit, eſt tuae ſapientiae, magnitudiniſ-...e animi, quid amiſeris oblviſci, quid recuperaris cogi-...e. Vives cum tuis, vives nobiſcum. plus acquiſiſti di-...tatis quam amiſiſti rei familiaris: quae ipſa tum eſſet ju-...ndior ſi ulla res eſſet publica. Veſtorius noſter familiaris ...me ſcripſit, te mihi maximas gratias agere. Haec prae-dica-

...Olabellam antea tantummodo dilige-bam] Sic ad Atticum, *Quid poſſum ...rquato, niſi aliquid a Dolabella, quod ...ac, continuo ſcietis.* Corrad. *Do-...a* gener Ciceronis, 11, epiſt. 16. ...I, 12.

...*ius periculis*] Duobus capitis judi-...i. *Corradus.*

Veſtorius noſter] Sic recte meus liber primus. Fuit Puteolanus, cujus ſæpe in epiſtolis ad Atticum mentionem facit. Amſtelodamenſis, Mentel. pr. Pal. aliique perperam *Neſtorius*, quos temere Gebhardus ſequitur. *Grævius.*

Gratias agere] Hinc ad Atticum, *Torquato noſtra officia grata eſſe facile patior,*

eaque

dicatio tua mihi valde grata eſt, eaque te uti facile patior, cum apud alios tum mehercule apud Syronem, noſtrum amicum. Quae enim facimus, ea prudentiſſimo cuique maxime probata eſſe volumus. Te cupio videre quam primum.

eaque augere non deſinam. Corradus. *Syronem*] Epicureum: quem ſuum familiarem L. Torquatus lib. II de Finib. vocat. *Idem.*

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Gratulatur Balbo de reditu impetrato: nec amplius conſolationem eſſe neceſſariam confirmat, re jam confecta. qua in parte dum verſatur, quaedam colligit ad laudem. remp. tamen plane perditam ſignificat, nec ſe medicinam ullam, praeter litteras, invenire. Eodem anno.

M. T. C. AMPIO S.D.

GRatulor tibi, mi Balbe, vereque gratulor. nec ſum tam ſtultus ut te uſura falſi gaudii frui velim, deinde frangi repente, atque ita cadere ut nulla res ad aequitatem te animi poſſit poſtea extollere. Egi tuam cauſſam apertius quam mea tempora ferebant. Vincebatur enim fortuna ipſa de-

M. *T.C. AMPIO S.D.*] T. Ampio Balbo, epiſt. 70 lib. 13. *Corradus.* *M. T. C. Ampio S. D.*] Vulgo *T. Ampio Balbo*, contra libros. Victorii editio recte ſolum medium nomen agnoſcit, ut & Vatic. & Grut. [nec non Amſtelodam.] codices. Pal. pr. [ut & Græv. prim. & Mentel.] hic in vitio leviter hæret: præſignat enim *Cicero Appio ſalutem plurimam.* Gebhard.

Quam mea tempora ferebant] Paullum a Pall. pr. tert. Grut. Stewech. Vatic. [Mentel. Græv. prim.] editione Victorii diſcedit prima editio, *quam tempora mea f.* unde credo prorepſit vulgata lectio, *quam tempora noſtra ferebant.* Gebhard. *Quam mea temp. fer.*] Hoc eſt, conditio, fortuna mea, ſtatus iſte miſer meus permittebat, quo omni gratia, omnique auctoritate ſum exutus.

Vincebatur fortuna ipſa debilitatæ gratiæ noſtræ] Sic olim hunc locum emendaram, *fortuna ipſa, debilitaſque gratiæ noſtræ.* nam vulgata lectio (a qua non admodum diſcrepat antiqua) ſic habet, *vincebatur enim fortuna ipſa debilitate gratiæ noſtræ,*&c. plane mendoſe. Sed cum in uno codice manuſc. reperiſſem ſcriptum *debilitaſce:* in alio *debilitare*, in ceteris *debilitate*, ut in vulgatis, ex *debilitaſce*, feceram *debilitaſque.* Neque tamen tacueram, in nonnullis editionibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...tatae gratiae noſtrae tui caritate, & meo perpetuo er-
...nore, culto a te diligentiſſime. Omnia promiſſa,
...mata, certa & rata ſunt quae ad reditum & ad ſalu-
...am pertinent. vidi, cognovi, interfui. Etenim o-
...Caeſaris familiaris ſatis opportune habeo implicatos
...tudine & benevolentia, ſic ut cum ab illo diſceſſe-
...e habeant proximum. Hoc Panſa, Hirtius, Balbus,
...s, Matius, Poſtumius plane ita faciunt, ut me uni-
...gant. Quod ſi mihi per me efficiendum fuiſſet, non
...eniteret pro ratione temporum ita eſſe molitum. Sed
...ſt a me inſervitum temporis cauſſa. veteres mihi ne-
...dines cum his omnibus intercedunt, quibuſcum ego
...de te non deſtiti. Principem tamen habuimus Pan-
...ui ſtudioſiſſimum, mei cupidum, qui valeret apud
...non minus auctoritate quam gratia. Cimber autem Til-

...preſſum eſſe, *debilitatæ gratiæ* ...ed eam lectionem, quamvis ...erabilis videretur, non æque ...mihi placere ſcripſeram, atque ...*ebilitaſque gratiæ noſtræ*. Nunc ... mutata, hanc amplector, ...*ſa debilitatæ gratiæ noſtræ*, quod ...antiqua & recepta minus lon-... videatur. *Lambin.* *Vinceba-*...*a ipſa debilitatæ gratiæ noſtræ, tui* ...Amor tui me coegit plura præ-...uam nunc videbatur pati hic ...tus afflictus, cum gratia, qua ...ui, imminuta valde eſt & fe-...ta. In omnibus libris tam ...am quos Grævius excuſſit eſt ...

...*Cæſaris familiaris ſatis opportune* ...*plicitos*] Meus optimus liber ...oſcit *ſatis opportune*. & commo-...t abeſſe. *Grævius.*

...*b illo diſceſſerint*] Hoc eſt, illo ... vide Manut.

...*s*] C. Matius, epiſt. 27 lib. 11. ... Ita Pal. pr. Vat. Victor. vul-...*us*, male. Codex Mediceus ... inde peccatum. ſed *Matius* ...ius, cujus meminit Tranquil-lus. *Gebhardus.*

Poſtumius] Curtius, vel Fulvius. *Corradus.*

Quod ſi mihi pro me effic.] Pall. prim. tert. Grut. Stewech. Peck. *quod ſi mihi per me efficiendum:* non *pro me:* quod & habet prima editionum: quamvis non diſplicet, tamen nihil audeo mutare. *Gebhardus.* *Quod ſi mihi per me efficiendum*] Sic omnes veteres libri, quos inſpexit Manutius, ſic & duo mei, Amſtelod. Mentel. Pall. duo, prima edit. Quid ergo eſt, cur veterem lectionem hic reſpuamus, quam rectiſſime Manutius expoſuit. Locutiones tales occurrunt frequentes. Suet. Jul. 56. *Cum Cæſar pleraque & quæ per alios erant geſta, temere crediderit, & quæ per ſe, vel conſulto, vel etiam memoria lapſus perperam ediderit.* Id. Aug. cap. 20. *Externa bella duo omnino per ſe geſſit.* Id. cap. 64. *Nepotes & litteras, & natare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuit.* Recentiores quidam libri, & vulgatæ editiones, *pro me*. Sed perperam. Ignorantia illius locutionis peperit hanc, quam vulgatæ præ ſe ferunt. *Grævius.*

Cimber autem Tullius] Hic paullo poſt in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Tillius mihi plane ſatisfecit. Valent tamen apud Caeſarem non tam ambitioſae rogationes quam neceſſariae, quam quia Cimber habebat, plus valuit quam pro ullo alio valere potuiſſet. Diploma ſtatim non eſt datum, quod mirifica eſt improbitas in quibuſdam, qui tuliſſent acerbius veniam tibi dari, quem illi appellant tubam belli civilis: multaque ita dicunt, quaſi non gaudeant id bellum incidiſſe. Quare viſum eſt occultius agendum, neque ullo modo divulgandum, de te jam eſſe perfectum. ſed id erit perbrevi: nec dubito quin legente te has litteras confecta jam res futura ſit. Panſa quidem mihi, gravis homo & certus, non ſolum confirmavit, verum etiam recepit, perceleriter ſe ablaturum diploma. Mihi tamen placuit haec ad te perſcribi. minus

in Cæſarem conjuravit, etſi illum fuerat ſecutus. *Corrad.* Cenſet Manutius reſcribendum *Tillius*. Et videtur ei ſuffragari meus liber vetuſtus, in quo ſcribitur mendoſe quidem, ſed ut veſtigia veteris lectionis ſatis appareant: *Cimber autem illius mihi plane ſatisfacit.* quam ſcripturam etiam inveni in Menteliano. Τίλλιος etiam appellatur a Plutarcho & Appiano, ut merito videantur omnes codices Suetonii ac Senecæ corrupti eſſe, in quibus inſolentius nomen *Tillius*, mutarunt in *Tullius*. Nam non in omnibus Latinis codicibus *Tullium* appellari Cimbrum, ut ſenſit vir magnus ad Suetonium, teſtis eſt iſte meus Ciceronis liber, quo hic ſum uſus. *Grævius.*

Quam quia Cimber habeb.] Sic ſcripſi ex omnibus noſtris, *quam quia Cimber hab.* cum vulgo feratur, *quas quia* nimis pædagogice. *Gebhard.*

Diploma ſtatim non eſt datum] *Diplomata* ſunt litteræ indices ac teſtes conceſſi beneficii ab eo qui præeſt reipublicæ; proprie & per excellentiam diplomata dicebantur litteræ, quibus dabatur a ſummo reipublicæ rectore curſus publicus. Sunt ſic a forma appellata: nam formabantur in modum tabularum duplicum, ut docet Caſaubonus ad Sueton. Aug. c. 51, quem vide.

Quam illi appellant tubam belli civilis] Unica ſyllaba auctiores ſunt codices Pall. pr. tert. Grut. Stewech. Peck. editio prima, *& quam illi appellant tubam.* vulgo *quem illi appellabant.* Gebhard. *Quem illi app. tub. b. civ.*] Sic Grævii primus & meliores. Victorius & Gebhard. mutarunt in *quam illi appellant*, perperam. *Quam illi*] Sunt multi veteres libri, in quibus ſcribitur, *& quam illi appellant tubam.* unde legendum fortaſſe, *veniam dari ei, quem illi appellant.* aut *veniam darier, quam illi appellant*, ut in Vatinii ad Ciceronem epiſtola. *Guilielm.*

Id bellum incidiſſe] Ex quo potentes ſunt facti. *Corrad.*

Ablaturum diploma] Impetraturum. Cic. in epiſtola ad Plancum quæ eſt in XVI ad Attic. ep. 14. *Adivimus Cæſarem, verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus, quod eſt obſignatum ab ampliſſimis viris.* Plaut. Moſtell. IV. 1.

bene merens
Hoc pretium inde abſtuli.

Hora

…s enim te firmum ſermo Epuliae tuae, lacrymaeque …piae declarabant, quam ſignificant tuae litterae: atque … arbitrabantur, cum a te abeſſent ipſae, multo in gra… te cura futurum. Quare magno opere putavi, ango… doloris tui levandi cauſſa, pro certis ad te ea quae eſ… certa perſcribi. Scis, me antea ſic ſolitum eſſe ſcribere …, magis ut conſolarer fortem virum atque ſapientem, … n ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, niſi quam … ſa rep. cum hic ardor reſtinctus eſſet, ſperari oportere cen-

…. lib. II, ep. I.

—— *aufert*

… vius docti famam ſenis, Atticus alti. Grævius.

… *no Eppuleiæ tuæ*] Ita Victorius e… : exſtatque in Pal. prim. ac Grut. … Græv. prim. & Amſtelodam.] … *æ.* vulgo *Appuleiæ.* editio prin… *Apuliæ.* Gebhardus.

… *gno opere putavi*] Sic paſſim Victo… tio ac Vatican. codex, & hoc loco … r. Guilielmius tamen legendum … it *magnopere e re*, non abſurde, ita … 1, ut ei hanc non invideam ὀυςο-. Verbum *oportere* expungunt om. … poſt *perſcribi*. Idem. *Perſcribi opor-*. Verbum *oportere* abeſt a pleriſque … MSS: quod tamen neceſſarium … ur. *Lambinus.* Recte Lambinus … dit neceſſarium eſſe ut τοῦ *per-* … adjiciatur *oportere:* pendet enim … s ſine hoc verbo. Immo iſtam lo… nem plane repudiat Latina lin… quæ poſtulat, *magnopere putavi …erſcribendum eſſe*; aut *perſcribi opor-* … ut habent editiones multæ. In … optimo totus locus ſic legitur & … guitur: *Minus enim te firmum ſer… uleiæ tuæ, lacrymæque ampiæ declara… quam ſignificant tuæ litteræ, atque … bitrabantur, cum ad te adeſſent. Ipſe … in graviore te cura futurum quia ma… e putavi angoris & doloris tui levan… ſſa pro certis ad te ea, quæ eſſent certa, … pſi.* Videtur mihi nunc ſic reſti… dus, *Ipſe multo in graviore te cura futurum quia putavi, magnopere angoris & doloris tui levandi cauſſa pro certis ad te ea quæ eſſent certa perſcripſi.* tranſpoſito ſolum *magnopere:* quod me tamen adhuc ſollicitum habet, ut vix dubitem quin Cicero aliter ſcripſerit. Videre hinc etiam licet unde illud *perſcribi* manaverit. *Grævius.*

Quam ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, niſi ejus quam, &c.] Sic emendavi. nam quis non videt, hunc eſſe verborum ordinem, hancque ſententiam? Magis ut conſolarer fortem virum atque ſapientem, quam ut exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, *niſi ejus* ſalutis *quam* ſperari, &c. Hæc eo ſcripſi quod libri vulgati habent, *niſi eam*, &c. Hoc præterea diſſimilitudinis in libris antiquis reperi, quod alii habent *exploratam*, alii *exploratæ.* Ego *exploratam* magis probo. *Lambin.*

Niſi quam, &c.] Sic ſcripſi ex editione principe, Grut. Pal. tert. Stewech. Peck. *niſi quam ab ipſa rep.* cum vulgetur, *niſi eam, quam* &c. Lambinus pertentat, *niſi ejus, quam* &c. Denique ex omnibus MSS. *reſtinctus:* pro quo exſtat *exſtinctus.* Gebhard. Cui ſubſcribunt Græv. prim. Amſtelod. Mentel. Victor. edit. male ex quibuſdam recentibus recepit Gebhardus, *exploratæ.* Recte tamen ex edit. prima Grut. Pal. tert. Stewech. Peck. repoſuit, *niſi quam ab ipſa rep.* quamvis Grævii primus, *niſi ea quam ab ipſa rep.* Amſtelod. vero *niſi eam quam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cenſerem. Recordare tuas litteras, quibus & magnum animum mihi ſemper oſtendiſti, & ad omnes caſus ferendos conſtantem ac paratum: quod ego non mirabar, cum recordarer, te & a primis temporibus aetatis in rep. eſſe verſatum, & tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina incidiſſe ſalutis fortunarumque communium: & in hoc ipſum bellum eſſe ingreſſum, non ſolum uti victor, beatus, ſed etiam ut ſi ita accidiſſet, victus, ut ſapiens eſſes. Deinde, cum ſtudium tuum conſumas in virorum fortium factis memoriae prodendis, conſiderare debes, nihil tibi eſſe committendum quamobrem eorum quos laudas te non ſimillimum praebeas. Sed haec oratio magis eſſet apta ad illa tempora quae jam effugiſti. Nunc vero tantum te para ad haec nobiſcum ferenda: quibus ego ſi quam medicinam inveniſrem, tibi quoque eandem traderem. Sed eſt unum perfugium, doctrina ac litterae, quibus ſemper uſi ſumus: quae ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam ſalutem. Sed, ut ad initium revertar, cave dubites quin omnia de ſalute ac reditu tuo perfecta ſint.

Victus ut ſapiens eſſes] Sic MSS. & Græv. prim. al. *victus & ſapiens eſſes.* Et abundat ſenſumque dehoneſtat: Bernhard. Rutil.

Fortium factis] Nam & de Cæſare ſcripſit: ſi modo *T. Ampius*, apud Tranquillum in Cæſare, ut volunt docti, legatur. *Corradus.*

Te non ſimillimum præbeas] Unanimo conſenſu hanc lectionem præſtant Pall. pr. tert. Grut. Vatic. editio princeps ac Victorii. Lambinus tamen, ne nihil poſt Victorium novi addidiſſe putetur, legit *te non quam ſimillimum præbeas.* quam tamen video exſtare in V. C. ut hic ei ignoſcam. vulgo *non te ſimilem præbeas.* Gebhardus.

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

Bene ſperare Ligarium jubet: hortaturque ut interea fortem animum habeat. Scripta eſt poſt Africanum bellum, eodem fere tempore, quo M. Marcellus reſtitutus eſt. quod intelligitur ex oratione pro ipſo habita, quae exſtat. Eodem anno.

CICERO LIGARIO.

ETſi tali tuo tempore me aut conſolandi aut juvandi tui cauſſa ſcribere ad te aliquid pro noſtra amicitia oportebat, tamen adhuc id non feceram: quia neque leniri videbar oratione neque levare poſſe dolorem tuum. Poſtea vero quam magnam ſpem habere coepi, fore ut te brevi tempore incolumem haberemus, facere non potui quin tibi ſententiam & voluntatem declararem meam. Primum igitur ſcribam, quod intelligo & perſpicio, non fore in te Cæſarem duriorem. nam & res eum quotidie, & dies, & opinio hominum, &, ut mihi videtur, etiam ſua natura mitiorem facit: idque cum de reliquis ſentio, tum de te etiam audio ex familiariſſimis ejus, quibus ego ex eo tempore quo primum ex Africa nuntius venit, ſupplicare una cum fratribus tuis non deſtiti. quorum quidem & virtus & pietas & amor in te ſingularis, & aſſidua & perpetua cura ſalutis tuae tantum proficit, ut nihil ſit quod non ipſum Cæſarem tributurum exiſtimem. Sed ſi tardius fit quam volumus, magnis occupationibus ejus, a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt: & ſimul Africanae cauſſae iratior, diutius velle videtur eos habere ſollicitos a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtiis conflictatum. ſed hoc ipſum intelligimus eum quotidie leniſius & placatius ferre. Quare mihi crede, & memoriae manda, me tibi id affirmaſſe te in iſtis moleſtiis diutius non

ARIO] Pro quo extat oratio. revocatus, in Cæſarem paullo Appiano auctore) conjuravit. *us.*

uc id non feceram] Sic Medic. co- c ex eo Victorius, neque variat ıt Pall. prim. tert. Grut. *fecerim.* Græv. prim. & Amſtelod.] vul- Gebhard.

tius venit] Victoriæ Cæſaris, vel re a te miſſus. *Corradus.*

Fratribus tuis] Duobus, quorum alter T. Ligarius dicebatur. *Idem.*

Et amor in te] Meus. Nam *amor* & cura, ad Ciceronem: virtus & pietas, ad fratres eſt referenda. *Idem.*

Quod non ipſum Cæſarem tributurum exiſtimem] Sine cujuſquam interceſſione.

Africanæ cauſſæ] In qua tu fuiſti. *Corrad.* *Iratior*] Quia bellum renovaverant: lib. IV, ep. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

non futurum. Quum quid ſentirem expoſui, quid vellem tua cauſſa, re potius declarabo quam oratione: &, ſi tantum poſſem quantum in ea rep. de qua ita ſum meritus, ut tu exiſtimas, poſſe debebam, ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes. eadem enim cauſſa opes meas fregit quae tuam ſalutem in diſcrimen adduxit. Sed tamen, quidquid imago veteris meae dignitatis, quidquid reliquiae gratiae valebunt ſtudium, conſilium, opera, gratia, fides mea, nullo loco deerit tuis optimis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem ſemper habuiſti, primum ob eas cauſſas quas ſcripſi; deinde, quod ea de rep. ſemper voluiſti atque ſenſiſti, ut non modo nunc ſecunda ſperare debeas, ſed etiam ſi omnia adverſa eſſent, tamen conſcientia & factorum & conſiliorum tuorum, quaecunque acciderent fortiſſimo & maximo animo ferre deberes.

Ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes] Cum in manuſcripto libro ante verbum *eſſes*, legatur *non*, videtur pro *ne* ſcribendum eſſe *næ*, ut ſit, *næ tu quidem in iſtis incommodis non eſſes*, elegantiore, ut videtur, ſententia. *Urſin.* Omnes tamen alii libri ſtant pro vulgata.

Ut non modo cum ſecunda ſperare debeas] In aliis editionibus eſt, *ut non modo nunc ſecunda ſperare debeas*. Meus optimus codex, *ut non modo non ſecunda ſperare debeas*. Cauſſas mutationis, cur *nunc* in *cum* refinxerit Gebhardus nullas reddit. Vulgata ſcriptura non eſt abolenda. Senſus enim hic eſt, quia tam bene de rep. ſemper voluiſti & ſenſiſti, debes nunc ſperare ſecunda, tanquam bonæ hujus tuæ voluntatis & ſenſus præmia: non poterit enim ferre reſpublica, de qua tam bene ſenſiſti, te diutius in exilio agere: ſed etſi fortuna tibi adverſaretur, ut nunquam in patriam tibi redire liceret, non debes tamen inique hanc injuriam fortunæ ferre, ſed ut ſolent viri ſapientes & fortes in conſcientia tuorum factorum & conſiliorum conquieſcere. *Græv.*

EPISTOLA XIV.

ARGVMENTVM.

xordii loco ſignificatio officii & amoris eſt; narratio, quid actum Caeſare ſit de Ligarii incolumitate, demonſtrat: concludit epi- m cohortatio ad laetitiam, & conſtantis in eo juvando animi iſſio. Eodem anno.

CICERO LIGARIO.

Eodem anno.

ME ſcito omnem laborem, omnem operam, curam, ſtudium in tua ſalute conſumere. nam cum te ſem- maxime dilexi, tum fratrum tuorum, quos aeque at- te ſumma benevolentia ſum complexus, ſingularis pie- amorque fraternus, nullum me patitur officii erga te, liique munus aut tempus praetermittere. Sed quae fa- n fecerimque pro te, ex illorum te litteris quam ex s malo cognoſcere. Quid autem ſperem aut confidam xploratum habeam de ſalute tua, id tibi a me declarari o. Nam ſi quiſquam eſt timidus in magnis periculoſiſ- rebus, ſemperque magis adverſos rerum exitus me- s quam ſperans ſecundos, is ego ſum: & ſi hoc vi- n eſt, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen n ad v Kal. intercalares priores, rogatu fratrum tuorum ve-

E *ſcito omnem meum laborem*] In meo primo & Peck. abeſt, *meum*, ix credo id eſſe a manu Tullii. *ius.*

am ſi quis eſt timidus] Ita fidenter o ex Pal. tert. Gruter. Stewech. l ita meminerim loqui Plautum tellaria de hac re, *qui homo timidus n rebus dubiis, nauci non erit.* Vulgo *uam.* Gebhardus. Perinde qui- eſt ſcribaturne *quiſquam* an *quis.* quoniam meus primus liber, ut mſtelod. & Mentel. nec non Pal. . Medic. Vatican. ac vetuſtiſſimi quique ſtant pro *quiſquam*, id loco mu- tare auſus non ſum. Plauti locus, quem Guilielmius margini adſcripſe- rat, nihil ad rem facit, is ſententiæ cauſſa annotatus fuerat. *Græv.*

Cum ad II *Kal. intercalares priores*] *Ad* II *Kal.* hoc eſt, *ad pridie Ka- lendas.* Sic enim ſæpe loquitur ad At- ticum ſcribens. Hic ultimum diem menſis Novembris ſignificari, Ambro- ſius noſter Regienſis ſcribit. Sunt ta- men, qui VI *Kalendas* non II *Kalen- das* deſcribant. Nos ut de menſe Fe- bruario accipiamus, facit, quod Liga-

veniſſem mane ad Caeſarem atque omnem adeundi & conveniendi illius indignitatem & moleſtiam pertuliſſem: cum fratres & propinqui tui jacerent ad pedes, & ego eſſem locutus, quae cauſſa, quae tuum tempus poſtulabat: non ſolum

rium non multo poſt Marcellum legimus abſolutum, & Marcellum non ita multo poſt abſolutionem circiter x Kalend. Junii a Chilone interfectum. *Priores*, Quoniam ſi VI *Kalendas*, legamus, bis eodem anno VI *Kalendas* dicamus, & *priores intercalares* appellemus neceſſe eſt: ſin II *Kalendas* tueare, ita erit exponendum: *priores intercalares*, prioris menſis ex duobus menſibus inter Novembrem & Decembrem intercalatis. *Corr.* *Cum ad* V *k.i.pr.*] Numa Pompilius talem annum inſtituerat ut alternis annis; ſive poſt biennium quodque, modo dierum viginti duorum, modo viginti trium menſis interkalaretur. Hic menſis dicebatur *Merkedonius*, & *intercalaris*. Cujus meminit Cic. in oratione pro Quinctio, cum ait, *pridie Kalendas interkalares.* quo loco vigeſimum tertium Februarii diem, qui proximus intercedit primum interkalatis menſis diem, ſignificari non dubito. nam qui dies ſequebantur idus Febr. ii ſignabantur nomine *Kalendarum interkalarium*, ſi modo annus erat interkalaris. Ipſi vero dies ſic appellabantur, primus *Kalendæ intercalares*: alter, *quarto Nonas intercalares*. (nam quatuor tantum, non ſex Nonæ in menſibus erant interkalaribus, ut major eſt Kalendarum numerus, quam reliquorum dierum: quod in ordinariis quoque menſibus obſervatum:) tertius, *tertio Nonas interkalares*: & ſic deinceps uſque ad menſis interkalaris idus, id eſt, diem interkalarem decimum tertium. deinde ſingulis diebus nominabantur *Kalendæ Martiæ*. Nam primus dies poſt Idus intercalares dicebatur, ſi dies viginti duo interkalabantur, X V *Kal. Martias*, ſubductis hac ratione quinque poſtremis Februarii diebus, qui ſequebantur poſt intercalares, eodemque modo reliqui dies interkalares, & quinque prædicti dies Februarii, a Kalendis Martiis nomen accipiebant, deminuto numero uſque ad Kalendas Martias. Fiebat alternis annis hæc interkalatio, non poſt ultimum Februarii diem, ſed poſt vigeſimum tertium, id eſt, poſt Terminalia. Sed quia vitio Pontificum per intercalandi licentiam turbatus erat hic annus, ut eum rurſus corrigeret, inſtituit annum 365 dierum, & illi anno, quo faſtos emendabat, inter Novembrem & Decembrem menſem interjecit duos alios, fuitque is annus quindecim menſium, cum interkalario, qui in eum annum inciderat. Eo anno dies illi omnes Novembris menſis, qui *Kalendarum Decembrium* nomine ſignari ſolebant, appellari cœpti ſunt, omiſſa Decembris mentione, *Kalendarum interkalarium priorum* nomine, hoc modo, *quartus decimus Novembris dies* dicebatur XVII *Kal. intercalares priores*, & ſic deinceps uſque ad ultimum Novembris diem, qui vocabatur II *Kal. interkalares*, qui eſt hic dies in hac epiſtola. Quo loco legit vir doctus V Kal. Ald. Manut. de Quæſitis per Epiſtol. ep. 3. cent. prim. liber Amſtelodam. & Mentel. legunt *ad* II *Kal. Interkalares priores*, Grævii vero primus *ad* V *Kal. interkalares priores*, ut & Vatic. & Vict. ac Gebh. edd.

Propinqui tui] Tullius Brochus avunculus, ejus filius, Lucius Martius, Cajus Ceſetius & Lucius Cornificius. *Corradus.*

Quæ tuum tempus poſtulabat] Omn. MSS. melius, quam vulgo *quæ tempus tum poſtulabat*. paullo poſt, *& vultu; ex multis præterea ſignis* habent cum omn. MSS. editiones Victorii ac prima. Lam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſol[m] ex oratione Caeſaris, quae ſane mollis & liberalis fui[t]; ſed etiam ex oculis & vultu; ex multis praeterea ſi-gn[is], quae facilius perſpicere potui quam ſcribere, hanc in op[in]ionem diſceſſi,ut mihi tua ſalus dubia non eſſet. Quam-ob[re]m fac animo magno fortique ſis: &, ſi turbidiſſi-m[a] ſapienter ferebas, tranquilliora laete feras. Ego ta-m[en] tuis rebus ſic adero, ut difficillimis: neque Caeſari ſo[lu]m, ſed etiam amicis ejus omnibus, quos mihi amiciſ-ſim[o]s eſſe cognovi, pro te, ſicut adhuc feci, libentiſſime ſu[p]plicabo. Vale.

...binus tamen & *vultu & ex multis.* ...o *& vultu & multis præt.* Gebhar-du.

Hanc in opinionem diſceſſi] Eſt veni in hanc opinionem. Dicitur ut *diſcedere in ſententiam.*

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

[E]piſtolae brevitas argumentum non deſiderat. quis enim ea con-...ri non videt gratulationem, benevolentiam, officium?

CICERO BASILIO S.

[T]Ibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor. a te amari, & quid agas, quidque agatur, certior fieri volo.

[C]ICERO BASILIO] Is eſſe videtur qui quum Cæſarianus ..., in Cæſarem tamen conjuravit, & poſtea a ſervis eſt interfectus. quem L. Minutium Baſilium vocant hiſtorici. *Corrad.* Vid. ad Att. 11, 16.

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

Mutui amoris commemoratione quaſi viam ſibi ad petendum mu-...: petit autem ut abſentem ſe tueatur: ſiquidem gratum fore non [d]ubitet. Scripta quo anno interfectus eſt Caeſar: ſi modo hic Bi-th[y]nicus ille eſt quem Siciliae praetorem poſt Caeſaris necem prae-[fu]iſſe narrat Appianus. Antonio & Dolabella Coss.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Scripta C. Iulio Caesare V M. Antonio Coss. A.V.C. 709. Caesar initio consulatus sibi substituit consulem Dolabellam.

BITHYNICVS CICERONI S.

SI mihi tecum non & multae & juſtae cauſſae amicitiae privatim eſſent, repeterem initia amicitiae ex parentibus noſtris; quod faciendum iis exiſtimo qui paternam amicitiam nullis ipſi officiis proſecuti ſunt. Itaque contentus ero noſtra ipſorum amicitia, cujus fiducia peto a te, ut abſentem me, quibuſcunque in rebus opus fuerit, tueare, ſi nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas. Vale.

BITHYNICVS CICERONI S.] Videant docti, an is ſit Bithynicus, quem Prætorem in Sicilia fuiſſe poſt Cæſaris mortem ſcribit Appianus. *Corradus.*

EPISTOLA XVII.

ARGVMENTVM.

Scribenti Bithynico, cupere ſe remp. conſtitutam ut cum Cicerone ducere vitam poſſet, reſpondet ſe quoque eadem teneri cupiditate. deinde confirmat; ſi beneficia ſpectentur, conjunctiores ei, quam ſe, alios eſſe; ſi neceſſitudo, neminem.

M. CICERO BITHYNICO S.

CVm ceterarum rerum cauſſa cupio eſſe aliquando remp. conſtitutam, tum velim mihi credas accidere id etiam quo magis expetam promiſſum tuum quo in litteris uteris. Scribis enim, ſi ita ſit, te mecum eſſe victurum. Gratiſſima mihi tua voluntas eſt, faciſque nihil alienum ne-

CVm cæterarum rerum cauſſa] Non reſpondet hæc Ciceronis epiſtola, quemadmodum ego exiſtimo, ſuperiori Bithynici: id autem, qui attente ambas legerit, facile animadvertet. Scripſerat alias litteras Bithynicus ad Ciceronem, quibus cupere ſe oſtenderat cum eo vivere. Quæ aut poſtea periere, aut in hæc volumina relatæ non ſunt. *Victorius.*

Accedere id etiam] Rectius meus liber primus, & nonnullæ veteres editiones, *accidere id etiam.* Melius tum cohærent ſequentia. Hiat alioquin oratio. Velim, inquit, mihi credas hoc, quod conſtitutam velim rempublicam, mihi etiam accidere. *Grævius.*

Patriæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ne…ſſitudine noſtra, judiciiſque patris tui de me, ſummi vi… Nam ſic habeto, beneficiorum magnitudine eos qui te…poribus valuerunt, aut valeant, conjunctiores tecum eſ… quam me, neceſſitudine neminem. Quamobrem gra… …ihi eſt & memoria tua noſtrae conjunctionis, & ejus etia… augendae voluntas.

…ris tui] Q. Pompeii Bithynici. …ne conjectura fallit. *Corrad.*
…*ut valeant*] Prim. meus & Palat. *ut valeant*. Sed puto hæc verba eſſe delenda, aut legendum *aut valent*. Grævius.

EPISTOLA XVIII.

ARGVMENTVM.

…udierat Lepta ſcriptam eſſe legem a Caeſare, quam ferre pro… …em cogitaret, cum aliis de rebus, tum de creandis municipio… …decurionibus. &, quoniam familiares quoſdam ſuos, qui prae… …um fecerant, fieri decuriones volebat; ideo quaeſivit a Cicero… …per litteras, ut ea de re quid in lege nondum promulgata ſcri… …n eſſet, ex Balbo, Caeſaris familiariſſimo, cognoſceret. Re…ndit Cicero, quod ex Balbi codicillis cognoverat, licere iis qui …econium feciſſent, in decurionibus eſſe; qui facerent, vetari. Re…bit etiam de bello Hiſpanienſi, de Leptae negotio, de Oratore ſuo, …nanſione urbana. Praeceptum in extremo dat Leptae filio, ut …iodum ediſcat, ac ſaepe recitet ejus verſus de virtute per ſudorem …paranda. Scripta eſt eo anno cum Caeſar quartum conſul ſine …ega, contra Pompeii liberos in Hiſpania pugnaret.

CICERO LEPTAE.

SImul accepi a Seleuco tuo litteras, ſtatim quaeſivi e Balbo per codicillos, quid eſſet in lege. Reſcripſit, Eos qui

…*ICERO LEPTÆ*] Qui Præfectus fabrum cum Cicerone in …cia fuit. *Corrad.*
…*imul accepi a Seleuco*] In antiquis …mplaribus *ſimul*, ſine *ac*, quod alibi …d Ciceronem legimus, ſi vetuſtis codicibus fides habeatur. Ad Atticum libro VIII. *Simul aliquid audiero ſcribam ad te.* Non, ut vulgati, *ſimulatque*. Item libro IX in epiſtola Balbi & Oppii ad Ciceronem, *Ut ſimul Romam venerit, agat de reconciliatione gratiæ ſuæ*

qui facerent praeconium, vetari eſſe in decurionibus, qui feciſſent, non vetari. Quare bono animo ſint & tui & mei familiares. neque enim erat ferendum, cum qui hodie haruſpicinam facerent in ſenatu Romae legerentur, eos qui aliquando praeconium feciſſent, in municipiis decuriones eſſe non licere. De Hiſpaniis novi nihil. magnum tamen exercitum Pompeium habere conſtat. Nam Caeſar ipſe ad nos miſit exemplum Paciaeci litterarum, in quo erat, illi undecim eſſe legiones. ſcripſerat etiam Meſſala Q. Salaſſo, P. Curtium fratrem ejus, juſſu Pompeii, inſpectante exercitu, interfectum, quod conſenſiſſet cum Hiſpanis quibuſ-

& Pompeii. Quamvis hic etiam impreſſi omnes *ſimulac.* Videnda res diligentius: cum enim tot probati libri ſæpe eandem diverſis locis locutionem habeant, non facile exiſtimandum eſt corruptos eſſe. Rem fortaſſe aliquorum judicio parvi momenti non neglleximus. Nihil enim in hoc auctore non accurate, quod ad ornatum ſermonis faciat, conſiderandum eſt. *Victorius.* *Simul accepi a Seleuco*] Rectiſſime & elegantiſſime ſic Pall. pr. tert. Gruter. Peck. & Medic. vulgo *ſimul ut accepi.* Alii *ſimulac acc.* alii *ſimul atque acc.* Memini ſic loqui ſæpiſſime optimos auctores & in illis Curtium meum. Videantur tamen ad hunc locum Manutiana; nam eum vix linguæ Latinæ elegantiis aſperſum dixerim, qui diffiteatur aut ignoret talia. *Gebhard.* *Simul accepi* agnoſcit quoque Amſtelod. Grævii tamen primus, æque ut index Mediceus, *ſimul atque accepi.*

Qui hodie haruſpicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur] Jocus (niſi fallor) in Cæſarem, qui in eum ordinem indigniſſimos legerat: ſupplevit enim ille Senatum: nam multi civilibus bellis Senatores defecerant. *Victorius.* *Aruſpicinam*] Forte propter Spurinam. *Corrad.* *In ſenatu legerentur*] Forte, *in ſenatum.* Lambinus.

Pompeium] Cn. Pompeium Magni filium. *Corrad.*

Ipſe ad vos miſit exemplum Paciæci litt. ---- illi undec. eſſe leg.] Sic, *ad vos*, Victor. ex Mediceo, quem ſequitur prim. Palat. & Amſtelodam. At Græv. prim. & Mentel. hic conſentit vulgatis editionibus, in quibus *nos* ſcribitur. Et vero ſimilius eſt *nos* legendum. Cicero enim Leptæ ſignificat, quid ex Paciæci litteris ad ſe miſſis cognoviſſent. *Paciæci*] L. Junii Paciæci, quem Cæſar ad ferendum ſubſidium Ullæ oppido præmiſerat. *Corradus.* *Ad vos miſit exemplum Paciæci*] Sic Pal. pr. Victorius ac Vatican. nec longe divertit Grut. in quo viſitur *paciaci.* ceterum *vos* non *nos* ingerunt Pal. pr. Grut. Vatic. editio Victorii. Statim modo: *in quo erat, illi undecim eſſe legiones.* Pall. prim. tert. Grut. *illas undecim eſſe leg.* non male, non præhabenda videbitur ſcriptura Stewech. *ipſas undecim eſſe leg.* hoc eſt, expletas, integras. Peck. *in quo erit illas* XI. unde Guilielm. conjectabat, *erat illus*, neſcio quo ſenſu. *Gebhard.* *Illi undecim eſſe legiones*] XIII ſcribit Hirtius. *Corrad.* Multi libri vetuſtiſſimi, inter quos prim. Pal. & prim. Græv. hic legunt *illas* XI *eſſe legiones.* Non male. Sed elegantius Stewech. *ipſas undecim eſſe legiones*, hoc eſt, integras, expletas, ut bene exponit Gebhardus.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…ſam, ſi in oppidum neſcio quod Pompeius rei frumentari[æ] cauſſa veniſſet, eum comprehendere, ad Caeſaremque deducere. De negotio tuo, quod ſponſor es pro Pompei[o], ſi Galba conſponſor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non deſinam cum illo communicare, ſi quid expediri poſſit: quod videbatur mihi ille confidere. Oratorem meum tantopere a te probari vehementer gaudeo. Mihi quidem ſic perſuadeo, me quidquid habuerim judicii de dicendo, in illum librum contuliſſe. Qui ſi eſt talis, qualem tibi videri ſcribis, ego quoque aliquid ſum: ſin aliter, non recuſo quin quantum de illo libro tantundem de mei judicii fama detrahatur. Leptam [no]ſtrum cupio delectari jam talibus ſcriptis. etſi abeſt maturitas aetatis, jam tamen perſonare auris ejus hujuſmodi vocibus non eſt inutile. Me Romae tenuit omnino Tulliae meae partus. Sed cum ea, quemadmodum ſpero, ſatis firma ſit, teneor tamen, dum a Dolabellae procuratoribus exigam primam penſionem: &, mehercule, non tam ſum peregrinator jam quam ſolebam. aedificia mea me delectabant: & otium. domus eſt quae nulli villarum mearum cedat, otium omni deſertiſſima regione majus. Itaque ne litterae quidem meae impediuntur, in quibus ſine ulla interpellatione verſor. Quare, ut arbitror, prius hic te nos quam

Galba conſponſor tuus] Forte is eſt … lib. x, epiſtola extat ad Ciceronem, quæ numero in illo libro eſt …x.

[Or]atorem meum tantopere a te probari] … M. Brutum, de quo lib. II de Divinatione ſic ſcribit, *Libri tres erunt de [Orat]ore, quartus Brutus, quintus Orator.* [Gr]adus.

[P]artus] Ex quo deceſſit. *Idem.*

Ædificia mea me delectant] Nos ut in … quis *delectabant* ſcripſimus, longe di[ve]rſo ſenſu quam ſi præſenti tempore legas. Adfert enim rationem cur … ſit tam peregrinator quam antea. ob id (inquit) peregrinabar libenter, quia ædificia mea me delectabant & otium. Magnificas enim villas & ſumptuoſe ædificatas habebat, quas ipſe *ocellos Italiæ* ad Atticum ſcribens appellat. Nunc ea quæ quærebam in villis, domi habeo. Infert enim, *Domus eſt quæ nulli mearum villarum cedat, otium omni deſertiſſima regione majus.* Victorius.

In quibus ſine ulla interpellatione verſor] Vulgatur, *ſine ullo interpellatore verſor*: ſed noſtram repoſui ex Pall. pr. tert. Grut. Vatican, editione Victorii. *Gebhard.*

Tūc

quam iſtic tu nos videbis. Lepta ſuaviſſimus ediſcat Heſiodum: & habeat in ore,

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα] Quod non quatuor integros Heſiodi verſus, ſed primi partem ſcripſimus, in hoc etiam antiquorum codicum auctoritatem ſecuti ſumus. Scimus præterea ſemper in his allegationibus Ciceronem brevem & conciſum admodum eſſe, ut trium etiam dictionum proverbium non integrum quandoque adducat, nedum quatuor totos verſus celebres & vulgatiſſimos recitaret. *Victorius.*

EPISTOLA XIX.

ARGVMENTVM.

Lepta ſignificaverat, diverſatum ſe eſſe apud Maculam, beneque ab eo acceptum. deinde petierat a Cicerone, ut a Balbo curam ſibi eorum ludorum impetraret quos Caeſar devictis jam in Hiſpania Pompeii liberis, per ſingulas regiones dare cogitabat; eaque jam de re ad Balbum & Oppium ſcripſerat. De Macula reſpondet Cicero gaudere ſe quod officio functus eſſet amicitiae humanitatique debito, ejuſque Falernum laudat. Ludorum curationem non probat. Scripta eſt revertente ad urbem Caeſare poſt Hiſpanienſe bellum.

CICERO LEPTAE S. D.

MAculam officio functum eſſe gaudeo. ejus Falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt diverſorio, ſi modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. Ceteroqui mihi locus non diſplicet, nec ea re Petrinum tuum deſeram. Nam & villa, & amoenitas illa, commorationis eſt, non diverſorii. De curatione aliqua munerum regionum,

M*Aculam*] Pompeium Maculam: de quo meminit Macrobius. *Corradus.*

Officio functum eſſe gaudeo] Parando nobis (ſic enim interpretandum videtur) hoſpitio. *Idem.*

Ad comitatum noſtrum] Qui Cæſari ex Hiſpaniis redeunti ire obviam cogitamus. *Idem.*

Munerum regiorum] Sciebam ſane nonnullos *regionum* in ſuo codice ſcripſiſſe, contra impreſſorum & meliorum omnium codicum fidem: in quo quod illos imitarer, non fuit. Hiſtoriam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

, cum Oppio locutus ſum. nam Balbum poſtea quam profectus non vidi; tantis pedum doloribus afficitur ut nveniri nolit. Omnino de tota re, ut mihi videtur, ntius faceres ſi non curares: quod enim eo labore aſſevis, nullo modo aſſequere. tanta eſt enim intimorum titudo, ut ex his aliquis potius effluat quam novo ſit us, praeſertim qui nihil afferat praeter operam, in qua e dediſſe beneficium putabit (ſi modo ipſum ſciet) non ac-

hujus loci paullo poſt explica-. Cur *regia* appellaret *munera*, paucis exponam, quæ Cæſar dictator : quem *regem* vocat multis in (ut etiam *regiam* domum ejus, *ane viſum in regia non reprehendo,* *ginam* uxorem) quod regiam Ro-oteſtatem haberet, & cuncta pro rio ſuo adminiſtraret. Cum ſex- alia exempla hujus nominis af- poſſem, uno contentus ero, quod rei docendæ mirifice accommo-m eſt: agitur enim in eo quoque ratione ludorum, etſi diverſi lu-erint quos curaverat Matius ab quos Lepta curare cupiebat. In ola ad Matium 170. *Sed te homi- doctiſſimum non fugit, ſi Cæſar rex t, quod mihi quidem videtur,* & quæ untur. Quamvis autem munera ſingulas urbis regiones Cæſar edi-t, nemo unquam *munera regionum* appellaret, niſi omnia me fallunt. aſſe autem *regem* quandoque Ci-nem, quem Græci *τύραννον* di-t, perſpicuum eſt: unde libet lo- in Oratione prima contra Catili- emendare: *Si in hunc animadver-n, crudeliter, non egregie factum eſſe ent.* Legendum enim eſt, *& regie,* ſt, *τυραννικῶς*. Hanc ſcripturam, ſponte planam, confirmat aucto-s optimi codicis: vidi enim librum ris Longobardis exaratum, qui tinebat hiſtoriam Salluſtii, & quæ Ciceronis, in quibus erant ora-es hæ in L. Catilinam, in quibus legebatur. *Victor.* *Munerum regio-*] Ludorum qui a Tarquinio rege inſtituti, modo Romani, modo Magni, modo etiam Circenſes ſunt appellati: ſed nunc *regii* a Cicerone in Cæſaris invidiam dicuntur. Legitur tamen etiam *regionum*, ut cum Suetonio exponas, regionatim faciendorum. *Corradus.* Omnes libri manuſcripti, quos quidem viderim, etiam is quo uſus eſt P. Victorius habent *regiorum*: præterquam quod in uno eſt *munerum regionis*: cujus auctoritate defendi poteſt Manutii conjectura, qui vult legi *munerum regionum.* Lambinus. *De curatione aliqua munerum regionum*] Ita optimus codex Palat. primus: ſed ante ita legendum conjecerat Paullus Manutius, non improbante Lambino, quandoquidem in aliquo ſuorum repererat *regionis*, vulgo *regiorum*. Gebh. *Mun. regionum*] Non poſſum in animum inducere Ciceronem apud Cæſaris amicum auſum fuiſſe Cæſarem appellare *Regem*, præſertim cum id nomen tam invidioſum eſſet. Epiſtola ad Matium ſcripta eſt poſt Cæſaris cædem. Itaque non poſſum non aſſentiri Manutio & Gebhardo, præſertim cum & primus Palatinus, & primus meus, & Amſtelodam. libri præſtantiſſimi, legant *regionum*. Græv.

Quod enim eo labore] Muneribus curandis. *Corrad.*

Nullo modo aſſequere] Ut ſis inter Cæſaris domeſticos. *Idem.*

Præter operam] Qualis eſſet tua, quam velles illi navare curandis muneribus. *Idem.*

Si modo hoc ipſum ſciet] Adeo non curat hæc minima. *Idem.*

Ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

accepiſſe. Sed tamen aliquid videbimus in quo ſit ſpecies. aliter

in quo ſit aliquis ſplendor ex apparatu exter-nis. Phædr.: De perſona tragica: O quanta ſpecies cerebrum non habet

Aliquid videbimus, in quo ſit ſpes] Nos cum antiquis exemplaribus *ſpecies* legimus, id eſt, dignitas & honeſtas aliqua: ut ad Lentulum, *Hic meæ vitæ curſus offendit eos fortaſſe qui ſplendorem & ſpeciem hujus vitæ intuentur*, &c. Hujus vocis hoc ſignificatu plurima exempla adjungerem, niſi tam obvia eſſent ut quivis per ſe facile invenire poſſet. Potius conabor hiſtoriam hujus epiſtolæ ex nonnullis locis ad Atticum collectam explanare. Inſtabant hoc tempore Ludi Romani, qui magnifice ſemper edi ſoliti erant. Jamque Cæſar e bello contra liberos Cn. Pompeii geſto revertebatur, ſcripſeratque ad Lamiam ſe ante diem ludorum Romæ futurum: nonnihilque ſe properaturum ut ludis ipſis intereſſet, mandaratque ut ad ludos omnia pararent. Deſiderabat igitur Lepta ſibi horum ludorum aliquam curationem tradi: cum Oppioque & Balbo de ea re Ciceronem agere volebat: jamque domum ad Balbum propter hoc negotium eum perduxerat. Rem totam ſibi diſplicere Cicero hac epiſtola ad Leptam ſcribit, nec laborandum eſſe in ea re docet: ſe tamen, quoniam tam valde ille cuperet, ei non defuturum pollicetur operamque daturum, ut ſi aliquid in ea curatione quod aliquem ſplendorem habeat, inveniri poſſit, ab illis impetret, ut Leptæ committatur. Quod autem hic de hoſpitio loquitur: cogitabat obviam ire Cæſari, & hoſpitia ſibi parabat. Nam etiam libro XIII ad Atticum, dicit ſe ad Murænam de hoſpitio ſcripſiſſe, ſed tunc Romæ erat: nunc fortaſſe jam exierat: dicit enim *ſe arbitrari Aſturæ ſibi diutius commorandum eſſe, quoad ille quandoque veniat: ille* autem Cæſar, κατ' ἐξοχήν· ſic enim de magnis & claris viris loqui mos eſt, ut nos ſupra adnotavimus. *ille* enim, & *ipſe* pro nominibus propriis ſumuntur, ut etiam Ariſtophanis interpres docet in Nubibus, eo loco, ἀλλ' εἴσιθ' ἵνα μὴ κεῖνος ἡμῖν ἐπιτύχῃ. ſic etiam loquitur Thetis apud Homerum, τίπτε με κεῖνος ἄνωγε μέγας θεός· & apud Pythagoricos αὐτὸς ἔφη, id eſt, Pythagoras, dicebatur. *Victorius.* *In quo ſit ſpecies*] Si rem ſemel de qua hic agit, nonnulli intelligere voluiſſent (poterant autem ex epiſtolis ad Attic. omnia accipere. his enim, quæ a me pro hujus loci declaratione ſcripta ſunt, fortaſſe parum fidebant) non tam multa peccaſſent, & veterem lectionem, quæ in Mediceo eſt, a me reſtitutam, veriorem eſſe cognoſſent. Sententia hujus loci, & vis illius nominis, copioſe a me in meis caſtigationibus explicata eſt, addam tamen hujus nominis eodem ſignificatu exemplum, e primo de Oratore ad Q. Fratrem: *Et quanquam in utroque noſtrum ſummum eſſe ingenium ſtudiumque perſpexi: tamen hæc quæ ſunt in ſpecie poſita*, &c. Sed magis adhuc ſimile huic loco eſt illud in L. Piſonem, *At fuit pompa, fuit ſpecies, fuit inceſſus.* nam locus ille ad Atticum non parum lucis rei de qua hic agit, adfert, *Balbum conveni. Lepta enim de ſua vi in curatione laborans, me ad eum perduxerat.* Idem. *In quo ſit ſpes*] Libros vulgatos ſecuti ſumus, quibuſcum conſentiunt tres manuſcripti. P. Victorius mavult legi *in quo ſit ſpecies:* quo modo dicit eſſe ſcriptum in cod. manuſcripto antiquiſſimo. Ego *ſpes* probo: *ſpecies* nullo modo probare poſſum. neque me exempla, quæ collegit Victorius, movent. non enim aut ignoramus, aut negamus, in illis locis *ſpecies* & legendum eſſe, & locum habere: ſed ſcimus illa exempla nihil ad rem pertinere. *Lambinus.* *Species*] Quandoquidem in omnibus non ſequi tantum, ſed etiam exprimere Victorianam editionem ſtatuimus: lectionem quoque ejuſdem ex Medic. libro aſcitam, & eruditiſſime explicatam; fruſtra tamen ab ejuſdem æmulis impugnatam prætulimus vulgatæ: quum illam quoque codex Va-

ticanus

quidem non modo non appetendum, ſed etiam fugi... um puto. Ego me Aſturae diutius arbitror commo... um, quoad ille quandoque veniat. Vale.

... agnoſcat. Vulgo *ſpes*: ex com... nata. *Gebhard.* Hanc lectio... *ecies* agnoſcit etiam Vaticanus, ...vii primus: in quo ſcriptum *ſpe͂s*, quo exprimitur *ſpecies*. Nota vero illa omiſſa in aliis libris hanc peperit mendam, quam pulchre ſuſtulit P. Victorius.

EPISTOLA XX.

ARGVMENTVM.

...curate multa colligit ut Toranio exſulanti perſuadeat, ne ſe ...oveat. Conſolationem unam illam affert, qua etiam uſus eſt ...eſt. 4 ad Torquatum, nihil iis horribile aut extimeſcendum ... qui tum recte vixerint, tum aetate etiam eo jam pervene... ut vitae non multum ſupereſſe videatur. Scripta belli Hiſpa... tempore.

CICERO TORANIO S.

...Ederam triduo ante pueris Cn. Plancii litteras ad te: ... eo nunc ero brevior, teque, ut antea conſolabar, hoc ...pore monebo. Nihil puto tibi eſſe utilius quam ibidem ...priri, quoad ſcire poſſis quid tibi agendum ſit. Nam ...er navigationis longae & hiemalis & minime portuo... ...ericulum, quod vitaveris, ne illud quidem non quantivis,

...*CERO TORANIO*] Tora...us vir prætorius, paullo ante Ci...em a Triumviris interfectus fuit. ... exulabat. *Corradus.*

...*Plancii*] Epiſtola 14 libri IV. *Id.*

...*em opperiri*] Fortaſſe Corcyræ.

...*illud quidem negligendum quamvis*] ...*endum* in antiquis codicibus non ...ed ejus loco negativa eſt particu... Ipſi legimus *non quantivis*, hoc ...: Præter pericula & moleſtias quæ vitaris, commodum illud non parvum habendum eſt, ſed tale ut magnifaciendum ſit, ſubito cum certi aliquid audieris te iſthinc poſſe proficiſci. *Victor.* *Ne illud quidem non quantivis, quamvis ſubito*] Secutus fueram olim libros vulgatos, in quibus ita legitur, *ne illud quidem negligendum quamvis ſubito*, &c. nam manuſcripti Memmiani habent *ne illud quidem non negligendum*, &c. plane mendoſe. Unde in hanc opinionem veni, verbum *negli-*

 gendum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tivis, ſubito cum certi aliquid audieris, te iſtinc poſſe proficiſci. Nihil eſt cur adventibus te offerre geſtias. multa praeterea metuo, quae cum Cilone noſtro communicavi. Quid

gendum, eſſe alienum, & foris profectum: eamque ſolam eſſe rectam & veram ſcripturam, quam P. Victorius ex illo optimo codice hauſit, *ne illud quidem non quantivis, ſubito cum certi aliquid*, &c. *Ne illud quidem non quantivis*, id eſt, illud eſt plurimi faciendum, Illud eſt quantivis æſtimandum, *poſſe ſubito*, &c. Vulgata tamen lectio tolerabilis eſt, & ſententiam continet planam & facilem. Verum quid tum poſtea, ſi non eſt Ciceronis oratio, ſed aliena? Omnino igitur Florentinam ſcripturam cenſeo eſſe amplectendam, & vulgatam reſpuendam. Sed ſcripturæ Florentinæ addendum cenſeo *quamvis*, poſt *quantivis*, ut ſit, *ne illud quidem non quantivis, quamvis ſubito, cum certi aliquid*, &c. *Quamvis ſubito* autem, id eſt, quantumvis ſubito. *Lambinus*. *Ne illud quidem non quantivis ſubito*] Pall. primus, tertius, Gruterianus, *ne illud quidem non quamvis ſubito* [ſic & Amſtelodam. Græv. vero prim. *ne illud quidem non ſubito quamvis*]: ut liqueat vel cæco illud *quantivis* degeneraſſe in *quamvis*, quod adſtruit Vatic. Vulgo, *ne illud quidem negligendum quamvis*. Gebhard.

Te iſtinc poſſe proficiſci] Hic veteres codices & in fine hujus epiſtolæ iterum pro *iſtinc*, *iſtim* habent, neque hac epiſtola ſolum, ſed multis etiam aliis locis, etſi nos nunquam ita ſcripſimus, ne antiquitatis nimis cupidi & affectatores videremur, rem tamen quin adnotaremus facere non potuimus. Sic etiam eſt in hoc codice locus ille ad Plancum: *Ita erant omnia, quæ iſtim adferebantur, incerta.* & illud ad Tironem, *Iis enim ventis iſtim navigatur.* Et alibi etiam, idem adverbium multis locis eſt in illo codice epiſtolarum ad Atticum, quem nos omnium optimum atque integerrimum vidimus, ut ille locus in VII. *De malis noſtris tu prius audis, quam ego: iſtim enim emanant.* item ille, *Quæ mihi iſtim adferuntur? quæ hic video?* item ille in II. *Valde ego te iſtim excitarem.* Nam II Æneidos, *Illi mea triſtia facta: illi* pro *ibi* adverbium eſſe vult Donatus Terentii interpres. Et etiam alibi, *Patet iſti janua læto*, pro *iſtic* quidam intelligunt: nam Petrus Bembus in ſuo illo diſertiſſimo & elegantiſſimo de Terentianis fabulis dialogo, ſic hunc verſum legit in Phormione, *Interea ſedemus illi, intervenit.* & illum item in Hecyra, *Itaque ineptus hodie dum illi ſedeo, ut quiſque venerat.* Hæc igitur quæ rara admodum, & abſurda videntur, videmus ab optimis auctoribus crebro eſſe uſurpata, & frequentius etiam inveniremus, niſi a junioribus quibuſdam caſtigatoribus tanquam menda, & errata librariorum ex omnibus fere libris ſublata eſſent. *Victorius*.

Cur adventibus te offerre geſtias] Ita Pal. prim. Vaticanus, Victorii editio. vulgo *advenientibus*. Scio Magiſtellos, qui pueris ſuis has epiſtolas interpretabuntur, non aſſecuturos emendationes noſtras; ſed per me illis in linguæ Latinæ arcana penitus ſe penetrare licet: non vacat ſingula nec lubet eviſcerare, & commentarios πολλῶν Ἡμιόνων ἄχθος exaggerare & undequaque coacervare: qui ſapit, ſapiat. Paullo ſtatim ſcripſi *quæ cum Cilone noſtro communicavi* ex auctoritate Pal. pr. Victorius *Chilone*. vulgo *Milone*. Gebhardus. *Adventibus*] Lectionem Victorii meus quoque veterrimus confirmat. Non eſt, inquit, ut velis in illis verſari locis, in quibus ſolent advenire qui Cæſaris partes ſequuntur. Sic & alibi loquitur. Orat. in Piſon. *Quid dicam adventus meos? quid effuſiones hominum ex oppidis?* Græv.

Quæ cum Milone] Nos *Chilone*, ut ſit liberti nomen, Milo enim jam perierat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

multa? Loco opportuniore in his malis nullo eſſe ...ti, ex quo te, quocunque opus erit, facillime & ex-...ſſime conferas. Quod ſi recipiet ille ſe, ad tempus ad-...in (quum multa accidere poſſunt) aliqua res eum vel ...iet, vel morabitur, tu ibi eris, ubi omnia ſcire poſ-...oc mihi prorſus valde placet. De reliquo, ut te ſaepe ...teras hortatus ſum, ita velim tibi perſuadeas, te in ...uſſa nihil habere quod tibi timendum ſit praeter com-...m caſum civitatis: qui etſi eſt graviſſimus, tamen ita ...us, & id aetatis jam ſumus, ut omnia, quae non no-...lpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Hic tui ...s valent, ſummaque pietate te deſiderant & diligunt ...unt. Tu & cura ut valeas, & te iſtinc ne temere com-...as.

...us ſane codex *Cilone* ſine aſpi-..., ut etiam in epiſtola Sulpitii, ...*agio Cilone*. Videndum igitur ...gi debeat ut eſt in antiquo co-...*ilo* enim ſine aſpiratione au-...xto Pompeio appellabatur, cui ...et eminentior, ac dextera, ſi-...e velut reciſa videretur: ſive ...ui a magnitudine labiorum ſic ...batur. Alibi etiam nomina ...a quæ aſpirationem exigunt, ...in illo ſcribuntur, ut in epi-... Lucceium *Herculem Xenopon-*... ad Petum, *Pileros tabellarius*, ...*ophontium*, & *Phileros*. Victo-rius. *Milone*] Non T. Annio Milone, qui jampridem in agro Turino a Q. Pedio interfectus fuerat: ſed altero. Niſi *Chilone*, vel *Cilone*, ut quibuſdam placet, legas: ut ſit liberti, vel Clientis nomen, vel potius ſervi, de quo lib. III ad Q. Fratrem fit mentio. *Corradus*. *Cilone* habet etiam Pal. prim. & Græv. prim.

Ille] Cæſar. *Corrad.*

Quam multa accidere poſſunt] Ita Victorius: malim tamen adminiculante Pal. primo, *quum vel multa acc.* vulgo *quoniam multo acc.* Gebhard.

EPISTOLA XXI.

Argvmentvm.

...nſolationis loco praeterita colligit: & quid ipſe amiſſa reip. ...ſentiat, quaſi exemplum ad imitandum proponit. plurimum ...n ad levandum dolorem valere mentis optimae conſcientiam, ...it: Toranio autem, praeter communem caſum civitatis, nihil ...lum: ſe quidem pro virili curaturum omnia quae ad ſalutem ... liberos pertinere videbuntur. Eodem anno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

CICERO TORANIO S.

ETſi, cum haec ad te ſcribebam, aut appropinquare exitus hujus calamitoſiſſimi belli, aut jam aliquid actum, & confectum videbatur, tamen quotidie commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, & me tibi: ſoloſque nos vidiſſe, quantum eſſet in eo bello mali, in quo, ſpe pacis excluſa, ipſa victoria futura eſſet acerbiſſima, quae aut interitum allatura eſſet, ſi victus eſſes, aut ſi viciſſes, ſervitutem. Itaque ego, quem tum fortes illi viri & ſapientes, Domitii & Lentuli, timidum eſſe dicebant (eram plane: timebam enim, ne evenirent ea quae acciderunt), idem nunc nihil timeo, & ad omnem eventum paratus ſum. Cum aliquid videbatur caveri poſſe, tum id negligi dolebam. nunc vero, everſis omnibus rebus, cum conſilio profici nihil poſſit, una ratio videtur, quicquid evenerit, ferre moderate: praeſertim cum omnium rerum mors ſit extremum: & mihi ſim conſcius, me, quoad licuerit, dignitati reipub. conſuluiſſe: &, hac amiſſa, ſalutem retinere voluiſſe. Haec ſcripſi, non ut de me ipſe dicerem, ſed ut tu, qui conjunctiſſima fuiſti mecum & ſententia & voluntate, eadem cogitares. Magna enim conſolatio eſt, cum recordare, etiam ſi ſecus acciderit, te tamen recte vereque ſenſiſſe. Atque utinam liceat aliquando aliquo reip. ſtatu nos frui, inter noſque conferre ſollicitudines noſtras, quas pertulimus tum cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura quae facta ſunt. De tuis rebus nihil eſſe quod timeas, praeter univerſae reip. interitum, tibi confirmo. De me autem ſic velim judices, quantum ego poſſim, me tibi, ſaluti tuae liberiſque tuis ſummo cum ſtudio praeſto ſemper futurum. Vale.

EPI-

HUjus calamitoſiſſimi belli] Civilis & Hiſpanienſis. *Corradus.*

Commemorabam] Memoria repetebam.

Te unum] Forte, *& te unum.* Lambinus.

In tanto exercitu] Pompeiano. *Corradus.*

Domitii] L. Domitius pater, & Cn. Domitius filius. *Idem.*

Lentuli] L. Lentulus, & P. Lentulus. *Idem.*

DO-

EPISTOLA XXII.

ARGVMENTVM.

...to in Theſſalia Pompeio, boni cives multi ab armis diſceſſe-... quorum alii ſpe veniae a Caeſare impetrandae, in Italiam re-...ſunt, ut Cicero, & hic Domitius: alii eodem conſilio in Aſiam ...t, aut in Achaia remanſerunt, ituri obviam Caeſari ex Ale-...rino bello redeunti: alii vero vel quia victori ſupplicare nol-... vel quod ei ſe committere non auderent, in opida libera, bello ...t, ſucceſſerunt, ut M. Marcellus qui Rhodi vel Mitylenis ali-...diu maluit vivere quam Romae. Sed in Italiam primi Cicero . Laelius venere: unde illud epiſt. 7 lib. 11 ad Attic. Edixit ut me exciperet & Laelium nominatim. *Domitii ſerior ...itus fuit: quod & ex hac epiſtola, & ex ea ad Atticum ſcri-... quam appellavi proxime, cognoſcitur. Excuſat igitur Cicero ...m ſuum, quia litteras ad eum antea non miſerit: oratque & ...atur, ut, cum reip. jam ſatisfecerit, incolumitati ſuae con-..., amicorumque, quos belli caſus eripuit, deſiderium aequo ani-... ut forti ſaltem ferat. In extremo pollicetur ſe omnia facturum ...ſiſſime, quae ſaluti illius & dignitati conducere arbitrabitur. ...re III, & Lepido Coss.*

scripta C. Iulio Caesare III. M. Aemilio Lepido Coss. A.V.C. 707.

CICERO DOMITIO.

...On ea res me deterruit, quo minus, poſtea quam in ... Italiam veniſti, litteras ad te mitterem, quod tu ad ...ullas miſeras: ſed quia nec quid tibi pollicerer, ipſe ...s rebus omnibus, nec quid ſuaderem, cum mihimet- ...conſilium deeſſet, nec quid conſolationis afferrem in ...s malis, reperiebam. Haec quanquam nihilo meliora ..., nunc etiam atque etiam multo deſperatiora, tamen inanis

...MITIO] Cn. Domitio Æno-...arbo L. F. *Corrad.*

...*taliam veniſti*] Ex prœlio Phar-...*Idem.*

Nihilo meliora ſunt nunc etiam, atque etiam multo deſperatiora] Leg. *nihilo meliora ſunt nunc, atque etiam multo deſperatiora.* Lambin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

inanis eſſe meas litteras, quam nullas malui. Ego ſi te intelligerem plus conatum eſſe ſuſcipere reip. cauſſa muneris quam quantum praeſtare potuiſſes, tamen, quibuſcunque rebus poſſem, ad eam conditionem te vivendi quae daretur quaeque eſſet hortarer. Sed cum conſilii tui bene fortiterque ſuſcepti, eum tibi finem ſtatueris quem ipſa fortuna terminum noſtrarum contentionum eſſe voluiſſet, oro obteſtorque te pro vetere noſtra conjunctione ac neceſſitudine, proque ſumma mea in te benevolentia, & tua in me pari, te ut nobis, parenti, conjugi, tuiſque omnibus, quibus es fuiſtique ſemper cariſſimus, ſalvum conſerves, incolumitati tuae tuorumque, qui ex te pendent, conſulas: quae didiciſti, quaeque ab adoleſcentia pulcherrime a ſapientiſſimis viris tradita, memoria & ſcientia comprehendiſti, his hoc tempore utare: quos conjunctos ſumma benevolentia plurimiſque officiis amiſiſti, eorum deſiderium ſi non aequo animo at forti feras. Ego quid poſſim neſcio, vel potius me parum poſſe ſentio: illud tamen tibi polliceor, me quaecunque ſaluti dignitatique tuae conducere arbitrabor, tanto ſtudio eſſe facturum quanto ſemper tu & ſtudio & officio in meis rebus fuiſti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam foeminam tuique amantiſſimam, detuli. Si quid ad me ſcripſeris, ita faciam ut te velle intellexero. Sin autem tu minus ſcripſeris, ego tamen omnia quae tibi utilia eſſe arbitrabor, ſummo ſtudio diligenterque curabo. Vale.

Parenti] Portiæ, M. Catonis ſorori. *Corradus.*

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM AD M. MARIVM, ET CETEROS

LIBER VII.

EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

CNeus Pompeius Magnus, iterum conſul, in theatri a ſe exſtructi conſecratione, ut Pedianus, Plinius lib. VII, *cap.* 48. *Plutarchus, Dio ſcriptum reliquerunt, ludos dedit. Sed idem Plinius lib.* VIII, *cap.*7. *datos ait in dedicatione templi Veneris Victricis: at Gellius lib.* X, *cap.* I. *in aede Victoriae dedicanda. quae controverſia ita ſedatur, ſi templum Veneris Victricis cum theatro dedicatum putemus. nam etſi de templo Veneris Plutarchus, ubi de theatro & ludis loquitur, mentionem nullam facit; idem tamen infra Pompeium ait, in campis Philippicis nocte, quae proelium proxima anteceſſit, ſomniaſſe, ire ſe ad theatrum, & Veneris Victricis templum ſpoliis exornare. Quod autem Gellius Victoriam, non Venerem, appellat: non differre, opinor, ...navit victoriam a Venere Victrice; quoniam utrique cognomen ... eſſet, Coeligenae. Itaque Varro lib.* IV *de ling. Lat.* Hinc, inquit, comicus: Victrix Venus videſne haec? non quod vincere velit Venus, ſed quod vincire & vinciri ipſa. Victoria ab eo quod ſuperati vinciuntur. utrique teſtis poeſis, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

& Victoria & Venus dicitur Coeligena. *Ludorum igitur duo genera Pompeius dedit, unum in theatro ipſo, alterum in circo. Graeci* ἀγῶνας, *id eſt, certamina, vocaverunt. Certamen autem in theatro vel ſcenicum erat, vel gymnicum. ſcenicum Pompeii fuit actione duarum tragoediarum, Clytaemneſtrae Attii poetae, & equi Trojani Livii Andronici, additis Graecis Oſciſque ludis: gymnicum athletae. In Circo, qui & Hippodromus & Stadium dictus eſt, equorum curſus, venationes binae per dies quinque, in quibus leones quingenti caeſi ſunt, pugna elephantorum* XX, *ut ait Plinius, vel* XVIII, *ut Dio. Nec vero diſſentire quiſquam putet aut a Cicerone Plutarchum & Dionem, quod neque de duabus tragoediis, neque de ludis Graecis & Oſcis, a Cicerone nominatis, mentionem ullam faciunt; aut Ciceronem ipſum a Plutarcho & Dione, quod muſicum certamen, ab ipſis nominatum non appellat. nam & tragoediae & Graeci Oſcique ludi in ſcena dabantur: ſcenicos autem ludos Graeci ſcriptores in Muſicum certamen incluſerunt: qua de re Pollux libro* III, Τῶν ἀγώνων οἱ μὲν γυμναστικοὶ, οἱ δὲ καλούμενοι σκηνικοὶ, ὀνομασθεῖεν ἂν Διονυσιακοί τε καὶ μουσικοί. *Latine ſic*, Certaminum alia quidem gymnaſtica, alia vero ſcenica vocata, Dionyſiaca, & muſica nominari poſſint. *Obſcurene docet, ſcenica & muſica idem eſſe? ſequitur:* οἱ δ᾽ Ἀττικοὶ οὐ ῥᾳδίως λέγουσιν, ἀγῶνας μουσικοὺς, ἀλλὰ μουσικῆς. *id eſt*, Attici autem non facile dicunt, certamina muſica, ſed muſices. *Non igitur Attice locutus eſt Plutarchus, cum dixit,* ἀγῶνας μουσικούς. *nec mirum: natus enim Chaeroneae, Boeotiae vico. at Dio Attice,* θέαν καὶ μουσικῆς, καὶ ἀγῶνος γυμνικοῦ. *Idem Pollux paulo poſt:* χωρία δὲ, τῶν μὲν στάδιον, τῶν δὲ θέατρον. *id eſt*, Loca vero, *inquit*, aliorum quidem ſtadium, aliorum autem theatrum. *Ludos enim dari ſolitos vel in ſtadio, id eſt, Circo, vel in theatro, ſignificat etiam Varro in prooemio lib.* II *rei ruſt.*: Manus (*ait*) movere maluerunt in theatro ac circo patresfamiliae, quam in ſegetibus ac vineis. *Partes epiſtolae quatuor praecipuae ſunt. Prima, gratulatio, quod ludos Marius, omnis leporis expertes, non ſpectaverit; ſecunda, ludorum deſcriptio; tertia, Caninii defenſio, ejuſque tanquam appendix, cupiditas diſcedendi a judiciis. Poſtremus excuſationis locus eſt*

…rolixior ludorum narratio fuerit. Annum epiſtolae conſtat eſſe …ompeius & Craſſus alterum conſulatum geſſerunt.

M. CICERO M. MARIO S.D.

SI te dolor aliqui corporis, aut infirmitas valetudinis tuae tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunae magis tribuo quam ſapientiae tuae. Sin haec, quae ceteri mirantur, contemnenda du…, & cum per valetudinem poſſes, venire tamen nolui… utrumque laetor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & ani… valuiſſe, cum ea, quae ſine cauſſa mirantur alii, negle…s: modo ut tibi conſtiterit fructus otii tui, quo qui… tibi perfrui mirifice licuit, cum eſſes in iſta amoenita… aene ſolus relictus. Neque tamen dubito quin tu ex illo …iculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforaſti, & patefe… Seianum, per eos dies matutina tempora lectiunculis …ſumſeris: cum illi interea qui te iſtic reliquerunt, ſpectarent

…MARIO] Conjicimus hunc eſſe M. Marium Gratidium, qui Q. Fratris in Aſia legatus, quique Ciceronibus cognatione erat con…tus. *Corradus.*

…te dolor aliquis corporis] Ut poda… epiſt. 4 hujus libri. *Idem.* *Dolor …ui*] Sic Victorius & Vatic. & alibi …ſſime reſtituimus *qui*, pro quo vul…atur *quis*. [Grævii tamen primus …*eis*] Gebhard.

Ad ludos] Factos a Pompeio in ſe…do Conſulatu. *Corradus.*

Mirantur alii] Vulgus. *Idem.*

Ex quo tibi Stabianum perforaſti, & pa…ciſti Seianum] Quidam legunt *Scia…*: nos nihil immutavimus, etſi …eres codices *Senum*. Puto autem no…na eſſe locorum. Nam *Stabiæ* col… celebris in agro Campano, lauda… etiam a Galeno in Therapeutica …pter caſei bonitatem. *Stabias* autem …pidum fuiſſe dicit Plinius, poſteaque …etum in villas abiiſſe. Colum. et… de eo agit in Hortulo, *Stabiæque vetuſtæ*. Victorius. *Patefeciſti Scianum*] Quæ ſcriptura eſſet in Mediceo, olim expoſuimus. quamvis autem multi multa dicant, a recepta lectione diſcedendum non puto, niſi aliquid firmius veriuſque reperiatur. Exiſtimavi ſemper nomina eſſe locorum: nam de *Stabiis* dubitari non poteſt. Columella etiam in Hortulo mentionem illarum facit, *Fontibus & Stabiæ celebres.* De *Seiano* obſcurius eſt: poteſt tamen oppidi ignobilis, vel montis nomen eſſe, a quo etiam Seianus fortaſſe vocatus ſit, qui tantam potentiam apud Tiberium Imp. conſecutus eſt. Nihil tamen nedum certi, quod ſine culpa temeritatis affirmari poſſit: nam ille Seianus a Seio poſſeſſore appellatus eſt. Qui autem *ſcenam* putant legi debere, meo judicio falluntur: quod facile intelliget, qui σκοπὸν Ciceronis hujus epiſtolæ ſcribendæ acute ſpectabit. *Idem.* *Et patefeciſti Miſenum*] Alii legunt, *patefeciſti ſcenam.* alii, ut Turnebus, *ſinum*, alii *Seia-*

ctarent communis mimos ſemiſomni. Reliquas vero partes diei tu conſumebas his delectationibus quas tibi ipſe ad arbitrium tuum compararas: nobis autem erant ea perpetienda quae ſcilicet Sp. Maecius probaviſſet. Omnino, ſi quaeris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi. conjecturam enim facio de meo. Nam primum honoris cauſſa in ſcenam redierant ii quos ego honoris cauſſa de ſcena deceſſiſſe arbitrabar. Deliciae vero tuae noſter AEſopus ejuſmodi fuit ut ei deſinere per omnis homines liceret. is jurare cum coepiſſet, vox eum defecit in illo loco, Si ſciens fallo. Quid tibi ego alia narrem? noſti enim reliquos ludos. Quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod ſolent mediocres ludi. Appa-

num, ut eſt impreſſum in libris vulgatis: alii *Scianum*, alii aliter. ego *Miſenum*, non longe diſcedens ab antiqua ſcriptura *ſenum*. Lambinus. *Pateſeciſti Seianum*] Prima editio, *ſenium*: Gruterianus, Medic. Palat. *ſenum*: & hic præterea ad oram, *ſemnium*. Pal. alter, *ſeni nuper eos dies*. Lambinus, *Miſenum*, quod ſi a libris eſt, valide probo. *Gebhardus*.

Quas tibi ipſe ad arbitrium tuum] Sic reperi ſcriptum in codicibus Memmianis, cum vulgati habeant, *quas tibi ipſi*. Lambin. *Tibi ipſe* volumen in membrana deſcriptum, ubi recentiores codices, *quas tibi ipſi*. Quin autem prior lectio magis ſit Tulliana, nemo, opinor, negarit, qui ſit diligenter in ſcriptis Ciceronianis verſatus. Nam ſic fere Cicero, *me ipſe*, *mihi ipſe*, *a me ipſe*, *te ipſe*, *tibi ipſe*, *a te ipſe*, *ſe ipſe*, *ſibi ipſe*, *a ſe ipſe*. Ac Feneſtellam quoque tale apud Ciceronem quiddam obſervaſſe, teſtatur alicubi Seneca. Sic primo de Divinatione: *In templo Herculis valvæ clauſa repagulis, ſubito ſe ipſæ aperuerunt*. Et ſecundo: *Dubitans plerunque, & mihi ipſe diffidens*. Ibidem: *Alter mortem ſibi ipſe conſcivit*. Rurſus: *A conſtantia atque a mente, atque a ſe ipſe diſceſſit*. Primo de Oratore, *Ita in judicio capitis pro ſe ipſe dixit*. Secundo: *Virtus autem, quæ eſt per ſe ipſa laudabilis*. Et tertio: *ut vita ſe ipſe privaret*. Jo. Rivius.

Sp. Mæcius] Tarpa. fuit cenſor fabularum & poematum. Vid. Manut.

Æſopus] Tragœdus. *Corrad*. Vid. Manut.

Vox eum defecit] Jam ſenem, qui juvenis non ſæpe Aiacem eligebat, in qua magna voce erat utendum. *Corradus*.

Si ſciens fallo] *Si ſciens fallo, qui me deſpicit, ſalva urbe, arceque, bonis ejiciat, ut hunc lapidem*. Hoc enim erat carmen jurantis per Jovem lapidem. *Idem*.

Quid? ne id quidem leporis habuerunt] *Quid? quod ne id quidem leporis habuerunt*, emendavit Rivius multos abhinc annos: cujus judicium probamus. nam libri vulgati habent, *quid? ne id quidem*, &c. *Lambinus*. Videtur ſcribendum, *qui ne id quidem leporis habuerunt*. Urſinus. Lambinus obſecutus judicio Rivii introduxit, *quid, quod ne id quidem leporis hab.* quam quidem ſcripturam in nullo noſtrorum offendi. Guilielmius ex conjectura ſanandum ſumebat hoc modo, *qui ne id quidem*. Sagacior omnino mihi Rivius. *Gebhardus*. Sed omnes vetuſti codices huic lectioni adverſantur. Guilielm. conjiciebat, *qui ne id quidem*. quæ & Fulvii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

atus enim ſpectatio tollebat omnem hilaritatem : quo n apparatu non dubito quin animo aequiſſimo carue- quid enim delectationis habent ſexcenti muli in Cly- eſtra ? aut in Equo Trojano craterarum tria millia ? natura varia peditatus & equitatus in aliqua pugna ? opularem admirationem habuerunt, delectationem illam attuliſſent. Quod ſi tu per eos dies operam de- Protogeni tuo, dummodo is tibi quidvis potius quam nes meas legerit, nae tu haud paullo plus quam quiſ- noſtrum delectationis habuiſti. Non enim te puto cos aut Oſcos ludos deſideraſſe : praeſertim cum Oſcos ludos

Urſini ſententia eſt. quam ſu- em confirmat meus primus, in ribitur, *qui ne quidem leporis ha-*, *quod ſolent mediocres ludi.* Non o vulgatam, præſertim cum uoque ſtabiliat Amſtelodam. & l. Ex veſtigiis tamen mei libri iqui non abſurde colligas Cice- ſcripſiſſe, *qui ne quidem leporis* *int, quos ſolent mediocres ludi. lepo-* iqua ſcribendi ratione, ut *omnis.* cum alii acceperunt pro ſecundo interſerunt illud *id*, & *quos* mu- in *quod.* Grævius.

Scenti muli] Agamemnonis, vel- pta Troja redeuntis. *Corrad.*

Equo Trojano] Tragœdia Livii onici.

Craterarum tria millia] Joſephus Sca- , vir ingenio & doctrina excel- pro *craterarum t. m.* reſtituit *arce- t. m. Arcera* autem, genus eſt uli, ut docent Varro & Nonius, i. *Lambinus. Craterarum*] Quid æ in equo Trojano ? Forte ut he- Achivi in iſto carcere lætius ſe vitarent, aut, ne capta Troja, diis eſſet libandum, crateras de- arent ? Nugæ. Præterea equus anus nulla præda fuit onuſtus. Jo- us Scaliger legi volebat *arcerarum* : i laudat Lambinus. Sed quis cre- arrus equo fuiſſe incluſos ? Prim. *r. creterarum*, Amſtelodam. *create- rarum*, lege, *cetrarum.* Cetræ ſunt cly- pei exſecti ex corio elephantino, qui- bus variæ gentes utebantur, Hiſpani, præcipue & Afri, aliique. Hinc *ce- tratæ cohortes* apud Cæſ. cetris armatæ. Hæ *cetræ* quoniam tum temporis ra- ræ erant Romæ, tantam vim earum ſecum advexit Pompeius, ut omnes ex equo Trojano Livii Andronici prod- euntes tali clypeo fuerint inſtructi, quod magnificentiam fabulæ auxit. Sic Suetonius narrat de novo atque inaudito ſpectaculi genere, quod ex- cogitavit Caligula, in ejus vita c. 12. *Per hunc pontem ultro citroque commeavit, biduo continenti. Primo die phalerato equo, inſigniſque quercica corona, & ſecuri, & cetra, & gladio, aureaque chlamyde.* Curt. lib. III de Amazonibus, *Armati bi- pennibus levibuſque ſcutis, cetræ maxime ſpeciem reddentibus.* In Suetonii libris vulgo ſcribitur *& cœtera.* Ignoratio vo- cis rarioris has mendas peperit. Hæc mea de hoc loco eſt ſententia, quam ſpero doctis & acutis viris me probatu- rum. *Gravius.*

Equitatus in aliqua pugna] Scrib. *equi- tatus ut in aliqua pugna.* Lambin. Pro *aliqua* videtur legendum *Iliaca*, vel *At- tica* vel aliquid tale, ut recte Anton. Auguſtinus conjecit. *Urſinus.*

Cum Oſcos ludos vel in ſenatu veſtro ſpe- ctare poſſis] Ita eſt in Pal. pr. Vaticano, editione Victorii : *veſtro* quidem, pro quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ludos vel in ſenatu noſtro ſpectare poſſis: Graecos ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Graeca ire ſoleas. Nam quid ego te athletas putem deſiderare, qui gladiatores contemſeris? in quibus ipſe Pompeius confitetur ſe & operam & oleum perdidiſſe. Reliquae ſunt venationes binae per dies quinque, magnificae, nemo negat. ſed quae poteſt homini eſſe polito delectatio, cum aut homo imbecillus

quo vulgo *noſtro* Grut. & alter Pal. poſtrema vero ita concipiunt, *Græcos vero ita ames.* vulgo *Græcos vero ita non ames.* Gebhardus. *Oſcos ludos vel in ſen. noſtro ſp. p.*] Non videtur hic Cicero jocari in Senatorum Arpinatium linguam Oſca miſtam quæ Manutii eſt ſententia: ſed in ſenatum Romanum, qui inconſtantia, levitate, de qua tot locis Cicero conqueritur, adulatione Pompeii & Cæſaris, ſæpe prudentibus viris riſum excitabat, aut æque ſe ridiculum præbebat ac exodiarii, ſive Oſcorum ludorum hiſtriones. *Oſci* enim *ludi*, qui & *Atellanæ* dicuntur, ut dudum oſtenderunt viri docti, unice comparati erant ad riſum ciendum. Unde Juvenal. Sat. VI.

Urbicus exodio riſum movet Atellanæ.

Ubi vetus interpres, *Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret, ut quicquid lacrymarum atque triſtitiæ coegiſſent ex tragicis affectibus, hujus ſpectaculi riſus detergeret.* Nimirum *Oſci ludi*, ſive *Atellanæ* Belgis *eene klucht*, Gallis *une farſe.* Meus optimus liber legit *in ſenatu* ſine *noſtro.* alii vero ſcribunt *in ſenatu veſtro.* & ſic quidem etiam Amſtelodam. Utrumque infarctum eſt. Scriptura mei libri eſt antiquiſſima. poteſt tamen etiam *noſtro* ferri. *Grævius.*

Græcos vero ita ames] Sic omnes vulgati, quaſi ironice dictum ſit, ſed elegantius in antiquis, *ita non ames*, id eſt, tam infenſo odio proſequare, tam longe ſis ut φιλέλλην jure dicaris. Qua & alibi locutione utitur, ut in II de Fin. *Atqui reperiemus aſotos, primum ita religioſos, ut edant de patella: deinde mortem ita non timentes, ut illud in ore habeant*, &c. Tantum, inquit, longe es ut *Græcos* ames, ut omnia quæ ejus gentis nomine appellantur ferre non poſſis, adeo ut ne ad villam quidem tuam Græca via ire velis. *Victorius.*

Qui gladiatores contemſeris] Non intelligit gladiatorios ludos: ſed & hic jocus eſt Cicerone dignus. Tu qui contemſiſti Clodium cum ſuis gladiatoribus, & mihi ſemper contra illius vim præſto fuiſti, nunc delecteris athletis. *Gladiatores* etiam Ciceroni nonnunquam dicuntur homines audaces ac feroces, quorum opera male cives utebantur ad bonos vexandos & exagitandos, ſi nollent eorum obſequi cupiditatibus. *Grævius.*

Oleum] Uſurpatum loco proverbium. Nam athletæ *oleo* perungebant corpora. *Corrad.*

Venationes] Leonum CCCCC. *Idem.*

Sed quæ poteſt homini eſſe politico delectatio] Vetuſti omnes codices, ut nos ſcripſimus, *homini eſſe polito* Latina voce habent. Frequens autem eſt apud hunc auctorem hæc elegantes homines ſignificans elegans dictio, ut etiam apud Lucretium candidiſſimum & facundiſſimum Romanæ linguæ ſcriptorem:

—— *quamvis doctrina politos*
Conſtituat pariter quoſdam, tamen &c.

Victor. *Homini eſſe polito*] Mediceus ſane liber, & Petrarchæ manu (ut putant) ſcriptus, hanc lectionem retinent, quæ non video cur rejici debeat: eſt enim elegans & huic loco valde accom-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

alentiſſima beſtia laniatur, aut praeclara beſtia vena-
ranſverberatur? quae tamen, ſi videnda ſunt, ſaepe
: neque nos, qui haec ſpectavimus, quidquam novi
us. Extremus elefantorum dies fuit, in quo admira-
gna vulgi atque turbae, delectatio nulla exſtitit. quin
miſericordia quaedam conſecuta eſt atque opinio
odi, eſſe quandam illi beluae cum genere humano ſo-
em. His ego tamen diebus, ludis ſcenicis, ne forte vi-
dear

nodata. Tantæ autem hi apud toritatis ſunt, &, niſi fallor, lios propter fidelitatem erunt, monio duorum illorum magis quam reliquorum omnium. m de Orat. 194. Cicero hac us eſt: vel quod ipſum orato- *litum* eſſe hominem ſignificat, ruditum, quod urbanum. Græ- opinor, hujuſmodi homines *ας* appellant. Ariſtot. lib. 1 de moribus, ubi de vita beata diſ- nquit, τίω ἢ εὐδαιμονίαν, ἢ οἱ ἢ οἱ χαρίεντες λέγουσι. Idem. *olitico*] Vetuſtus liber habet *po-* em Græci vocant χαρίεντα. Ur-

Quæ poteſt homini eſſe polito dele- Ita Victorii editio, ac Vatica- dex. Pal. alter *policto*. reliqui, rimus & Grut. *politico:* quod hic one ſcriptum eſſe, decem Ma- uratis non accredam. *Gebhard.* etiam in meo fidiſſimo codice ur.

hæc ſpectavimus] Liber pr. Græv. Amſtelod. & Stewech. *qui hæc us.* non fruſtra.

remus elephantorum dies] Dion lib. . magnificentiam & apparatum ludorum copioſiſſime narra- multaque de *elephantis*, & de cordia, quæ in animis vulgi ex- t diſputavit. Quod autem Cice- uit, *venationes binæ per dies quin-* Dion tradit, quingentos leones ue diebus ferro abſumptos eſſe.

ctatio nulla exſtitit] Grut. *adſti- tit:* Pal. alter *extit:* ut apud Naſonem in Fabula Alcyones, *quæ pars admonet abſtit.* Gebhard.

Quin etiam miſericordia quadam conſe- cuta eſt] Elephantis oculos ad cœlum tollentibus, & quaſi cum Diis que- rentibus, fidem ſibi in Africa datam non ſervari. Si modo vera ſunt quæ ſcribit Dion. *Corradus.*

His ego tamen diebus, ludis ſcenicis, ne forte] Nullam varietatem inveni in priſcis codicibus, quid tamen repente, dum hæc ſcriberem, in mentem ve- nerit, libet exponere: lectores ipſi an penitus explodendum ſit, judica- bunt. Vereor ne duæ illæ dictiones *lu- dis ſcenicis* vacent, & Ciceronis non ſint, ſed declaratio quondam fuerint prio- ris illius partis, quæ poſtea ab imperi- tis librariis temere huc inculcata ſit, neque Ciceroni ad Marium ſcribenti id ſignificare neceſſe erat: non enim ille ignorare poterat qui illi dies eſ- ſent. Verum, quemadmodum dixi- mus, tenuis hæc ſuſpicio, nec aliquid immutandum, niſi ita doctioribus vi- ſum fuerit, cenſeo: potuit enim hoc addere, adhuc magis ſignificare vo- lens infelicem conditionem ſuam: qui dum alii ludis oblectarentur, & a curis ſollicitudinibuſque animum re- ficerent, in rebus moleſtis odioſiſque implicatus eſſet. Mentionem fecit ho- rum ludorum Cicero in Orat. contra L. Piſonem: *Inſtant poſt hominum me- moriam apparatiſſimi magnificentiſſimique ludi: quales non modo nunquam fuerunt, ſed ne quomodo fieri quidem poſthac poſſint,*

poſſum

dear tibi non modo beatus ſed liber omnino fuiſſe, dirupi me paene in judicio Galli Caninii, familiaris tui. Quod ſi tam facilem populum haberem quam AEſopus habuit, libenter mehercule artem deſinerem, tecumque & cum ſimilibus noſtri viverem. Nam me cum antea taedebat, cum & aetas & ambitio me hortabantur, & licebat denique quem nolebam non defendere, tum vero hoc tempore vita nulla eſt. Neque enim fructum ullum laboris ex his exſpecto: & cogor nonnunquam homines non optime de me meritos, rogatu eorum qui bene meriti ſunt, defendere. Itaque quaero cauſſas omnis aliquando vivendi arbitratu meo, teque & iſtam rationem otii tui & laudo vehementer & probo: quodque nos minus interviſis, hoc fero animo aequiore, quod, ſi Romae eſſes, tamen neque nos lepore tuo, neque

que

poſſum ullo pacto ſuſpicari. Quem locum ſic interpretatus eſt Pædianus: *Cn. Pompeii ludos ſignificat, quibus theatrum a ſe factum dedicavit, quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in circo.* Victorius.

Sed nec liber omnino fuiſſe] Sic legendum, non ut vulgo, *ſed ne liber*, &c. niſi quis malit ita legi, *ſed ne liber quidem omnino fuiſſe.* vel ſic, *ſed liber omnino non fuiſſe.* ſed hic operæ omiſerant olim particulam *nec.* Non celabo lectorem tamen, in pleriſq; libr. MSS. ita legi, *ſed liber omnino fuiſſe.* quæ ſcriptura fortaſſe nihil habet vitii, ut ita hic locus explicetur. Ne videar tibi non modo fuiſſe beatus, ſed vel liber omnino fuiſſe. ſubintellige, ne videar. Id eſt, Ut ſcias me non modo beatum non fuiſſe, ſed ne liberum quidem. Judicent eruditi. *Lamb.* *Sed liber omnino fuiſſe, dirupi me pæne*] Rectiſſime ſic Pall. duo, Grut. Stewech. editio Victorii. Ego quidem hujus lectionis longe aliam ſententiam video, quam non potuiſſe venire in mentem Lambino, demiror. vulgatum eſt, *ſed ne liber omnino fuiſſe, dirupi pæne me.* Gebhardus.

Artem deſinerem] Sueton. Tib. 36. *Sed deprecantibus ac ſe artem deſituros promittentibus veniam dedit.* Gell. XV, c. 16. *cum jam natu grandis artem athleticam deſiiſſet.*

Neque enim fructum laboris ex his exſpecto] Non affirmarim cujus culpa mendum hoc natum ſit: incuria certe commiſſum eſt, & pro *expecto* Mediceus codex vetere ſcriptura fere habet *exſpecto* (quamvis hoc in loco *exiſpecto* mendoſe habeat) quemadmodum non multo poſt *exolvam*, & in epiſtolis Q. Ciceronis ad M. Fratrem *exſilui* gaudio, & a me jampridem ex meo codice ſublatum erat, quemadmodum aliud etiam ſeptimo ab hoc verſu: deleri enim debet vox illa *id.* Victorius. *Neque enim fructum ullum laboris ex his exſpecto*] Ita Victorius, & Vaticanus codex: Pall. tamen bini, Grut. prima editio, quinque Guilielmio ſuper hoc loco conſulti, *fructum ullum laboris ex his peto.* vulgo *laboris exſpecto.* Gebhard.

Nonnunquam homines] Ut Vatinium. *Corrad.*

Rogatu eorum] Ut Cæſaris & Pompeii. *Idem.*

Et

que (ſi qui eſt in me) meo frui liceret, propter moleſtiſſimas occupationes meas: quibus ſi me relaxaro (nam ut plane exſolvam, non poſtulo) te ipſum qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profecto, quid ſit humaniter vivere. Tu modo iſtam imbecillitatem valitudinis tuae ſuſtenta & tuere, ut facis, ut noſtras villas obire & mecum ſimul lecticula concurſare poſſis. Haec ad te pluribus verbis ſcripſi, quam ſoleo, non otii abundantia, ſed amoris erga te, quod me quadam epiſtola ſubinvitaras, ſi memoria tenes, ut ad te aliquid hujuſmodi ſcriberem, quo minus te praetermiſiſſe ludos poeniteret. Quod ſi aſſecutus ſum gaudeo: ſin minus, hoc me tamen conſolor, quod poſthac ad ludos venies, noſque viſes, neque in epiſtolis relinques meam ſpem aliquam delectationis tuae. Vale.

EPI-

te ipſum quidem, qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo] Sic legitur in ..., *Id ipſum, quod multos annos nihil aliud commentor, re docebo,* &c. nam ... hic legitur. *Corradus.* *Non po... te ipſum qui id multos annos nihil ... commentaris docebo*] Accepi hanc lectionem ex editione Victorii & cod. Vaticano, utpote rectiſſimam & elegantiſſimam. Pall. duo, Gruter. tres ... ielm. *& te ipſum quidem, quod multos annos,* &c. ceterum primus, ac Gruter. *commentares.* Pal. alter *commentere,* manu ſecunda. vulgatum eſt, *non poſtulo) te ipſum quidem qui multos,* &c. *Gebhardus.* Victorius tamen jubet delere *id.* neque ſane in ullo librorum, quos ego evolvi, conſpicitur; & turbat ſenſum & omnino debet abeſſe. ...is prim. & Amſtelod. *& ipſum quod multos annos nihil commentares.* Si *id* tantum deleatur, meo quidem judicio ... ſe omnia habent. *Graevius.*

Quid ſit humaniter vivere] Hoc eſt, vivere ut decet hominem elegantem, & litteris humanioribus deditum. Plauto eſt, *Muſice aetatem agere.* Maximus Tyrius *μȣσικȣ̀ς λόγȣς,* & ...nes *μȣσικȣ̀ς* vocat, qui Latinis ſunt politi, elegantes.

Tu mihi imbecillitatem valitudinis tuae ſuſtenta] Sic melius ex Gruteriano & Stewech. nam Pal. tert. ac vulgo, *tu modo iſtam* &c. Paullo ſtatim poſt edidi, *& mecum ſimul lecticula concurſare,* cum vulgo exſtet *circuncurſare* ex Pall. duob. Gruter. editione Victorii ac omnium antiquiſſima Veneta. Pal. tamen alter ſtabilit talem lectionem, *& mecum noſtra ſimul lecticula concurſare.* Gebhardus. *Tu modo iſtam imbecillitatem*] Cum hanc lectionem vulgatam tueantur non commodior ſolum ſenſus, ſed & omnes mei aliorumque libri, non auſus ſum eam immutare cum Gebhardo, auctoritate tantum duorum codicum, non antiquiſſimorum, Gruteriani & Stewechiani. *Graevius.*

Et mecum ſimul lecticula concurſare] Ad Q. Fratrem, *Marium autem noſtrum in lecticam mehercule conjeciſſem.* Sed etiam quod hic Cicero inquit, *Tu modo iſtam imbecillitatem valetudinis tuae.* eodem loco ad Quintum idem traditur, *Sed hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc, invitare nolui.* Victorius.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA II.

ARGUMENTUM.

Emere M. Marius neſcio quae bona cupiebat, quae Cicero & alii, haereditate relicta poſſidebant. eam curam Ciceroni per litteras dederat; & ſimul condemnato Planco Burſa, ejus inimico gratulatus erat. De Marii negotio primum jocatur Cicero, deinde ſe diligenter curaturum confirmat. De Burſa, rem non mediocri gratulatione dignam eſſe ſignificat: praeterea, calere judicia, novas leges ferri: utriſque ſe vehementer diſtineri. Scripta Ser. Sulpicio, M. Marcello Coss. nam T. Munacium Plancum Burſam, de cujus damnatione in hac epiſtola fit mentio, damnatum ait Dio cum primum exiit magiſtratu, id eſt, tribunatu pleb. quem geſſit Pompeio Magno tertium conſule: quem ſecuti conſules ſunt Sulpicius & Marcellus. neque vero hoc ſolum conſtat, ſcriptam eſſe hanc epiſtolam Sulpicio & Marcello Coss. ſed illud etiam, primis fere diebus ejus anni ante quam ſenatus Ciceroni Ciliciam provinciam decreviſſet. nam extremo Aprili menſe, aut ineunte Maio, ab urbe diſceſſit ut in provinciam iret: quod indicant epiſtolae ad Attic. lib. v. at, cum has ad Marium dedit litteras, nondum ei decreta provincia fuerat: nec tamen ea decreta ſtatim diſceſſit. quo argumento, & magis etiam damnatione Burſae, quam Dio, ut dixi, confert in primos anni dies, videor poſſe confirmare ſcriptam epiſtolam paucis diebus poſt initum a Sulpicio & Marcello conſulatum.

M. T. C. M. MARIO S. D.

MAndatum tuum curabo diligenter. Sed homo acutus, ei mandaſti potiſſimum cui expediret illud venire quam plurimo. Sed eo vidiſti multum, quod praefiniſti quo ne pluris emerem. Quod ſi mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, confeciſſem cum coheredibus. nunc, quum tuum pretium novi, licitatorem potius apponam quam illud

SEd eo vidiſti multum] Hoc eſt, in eo magis ſapuiſti. Vid. Manut.

Licitatorem] In vetere libro legimus *illicitatorem*: ut fortaſſe legendum ſit,

illi

minoris vaeneat. ſed de joco ſatis eſt. Tuum negotium agam, ſicuti debeo, diligenter. De Burſa te gaudere ſcio. ſed nimis verecunde mihi gratularis. Putas e- ut ſcribis, propter hominis ſordes minus me magnam laetitiam putare. Credas mihi velim, magis me judi- oc quam morte inimici laetatum. Primum enim judi- ıalo, quam gladio, deinde gloria potius amici, quam ıitate. In primiſque me delectavit, tantum ſtudium rum in me exſtitiſſe contra incredibilem contentio- clariſſimi & potentiſſimi viri. Poſtremo, vix veriſimi- taſſe videatur, oderam multo pejus hunc quam illum n Clodium. Illum enim oppugnaram, hunc defende- : Et ille, cum omnis reſp. in meo capite diſcrimen eſ- ıbitura, magnum quiddam ſpectavit: nec ſua ſponte, orum auxilio qui me ſtante ſtare non poterant: hic olus, animi cauſſa, me in quem inveheretur delege- perſuaſeratque nonnullis invidis meis, ſe in me emiſ- ſarium

tatorem. Corrad. *In licitatorem onam*] Sic Pal. pr. atque editio ii. alter vero, *in licitatore potius* Gruterianus, *in licitationem ponam:* ſicut & editio priſca. Edi- ſt, *licitatorem potius apponam.* Geb- *Licitatorem potius apponam*] O- hæc eſt lectio veterum editio- Subornabo, inquit jocans, po- ntorem fictitium, qui pretium tione extendat, ne vilius ven- , quam tu præfiniiſti. Lib. III ſic. *Tollendum eſt igitur in rebus con- dis omne mendacium, non licitatorem or, nec qui contra ſe liceatur, emptor t.* Lib. III in Verr. *Appoſitus nuleius quidam qui emeret: is lice- deſtitit.* Sic & in aliis locis dixit *re accuſatorem, apponere prævarica-* , pro immittere, ſubornare. ut in n. *Jam vereor P. C. ne, quod eſt tur- um, prævaricatorem mihi appoſuiſſe* . MSS. corrupte, *inlicitatorem ponam*, quos ſequuti ſunt per- Victorius & Gebhardus. Corradus conjiciebat, *illi licitatorem potius apponam.* Bernard. Rutil. *mihi licitatorem potius apponam.*

De Burſa te gaudere certo ſcio] T. Munatio Planco Burſa, epiſt. 18 lib. XII. *Corrad.*

Quam calamitate] Ut Milonis exilio. *Idem.*

Clariſſimi & potentiſſimi viri] Pompeii. Nam Craſſus multo ante contra Parthos erat profectus. *Idem.*

Cum omnis reſpublica in meo capite diſcrimen eſſet habitura] Lambinus legit, *aditura.* & ſic extare in vetere codice margo ejus editionis affirmat. alii tamen libri omnes, quos Victorius, Manutius, Gebhardus, ego conſului, præ ſe ferunt *habitura.* Præſtaret tamen *aditura* ſi veteres libri ſubſcriberent. *Grævius.*

Eorum auxilio] Gabinii, Piſonis & aliorum. *Corradus.*

Emiſſarium] Nam Ciceroni diem ſe dicturum oſtenderat. *Idem.* *Se in me emiſſarium ſemper fore*] Se ſubornatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſarium ſemper fore. Quamobrem valde jubeo gaudere te. magna res geſta eſt. nunquam ulli fortiores cives fuerunt quam qui auſi ſunt eum contra tantas opes ejus a quo ipſi lecti judices erant, condemnare. Quod feciſſent nunquam niſi iis dolori meus fuiſſet dolor. Nos hic in multitudine, & celebritate judiciorum, & novis legibus ita diſtinemur, ut quotidie vota faciamus ne intercaletur, ut quam primum te videre poſſimus.

tum eſſe ut ſemper me infeſtaret, & injuriis afficeret. lib. VIII, ep. 8. *Et præterea de vi reus a quodam emiſſario Titii factus eſt.*

Nos hic multitudine & celebritate] Legendum fortaſſe eſt, *Nos hic multit. & crebritate*, &c. *Lambin.* *Nos hic in mult. & celebritate judic.*] Ita emendavit & edidit Victorius, aſſentitur Vaticanus [& Græv. prim.] Vulgo *in* omittitur. *Gebhard.*

Et novis legibus] A Pompeio tertium Cos. latis. *Corrad.*

Ne intercaletur] Menſis & tempus prorogetur. *Corrad.*

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

Vituperatorum quorundam voces, diſceſſum ejus a civili bello reprehendentium, iniquo animo ferebat, cauſſam igitur exponit, cur devicto acie Pharſalica Pompeio in patriam redire maluerit, quam vel bellum renovare, vel capere tanquam exſulio locum, vel mortem ſibi conſciſcere voluntariam. Scripta poſt bellum Africanum, ut Iubae regis mentio declarat, Caeſare III, & Lepido Coſs.

M. CICERO M. MARIO S.D.

C. Iulio Caesare III M. Aemilio Lepido Coss. A.V.C. 707.

PErſaepe mihi cogitanti de communibus miſeriis, in quibus tot annos verſamur, & (ut video) verſabimur, ſolet in mentem venire illius temporis quo proxime fuimus una: quin etiam ipſum diem memoria teneo. Nam a. d. III Idus Maias, Lentulo, & Marcello conſulibus, cum in Pom-

A.V.C. 704.

Lentulo & Marcello conſulibus] Qui temporibus his per notas *Conſulibus* ſcribunt, duobus *ſs* uti conſueverunt, atque ita ſcribere *Coſs.* quos non reprehendo: ſcio enim hunc morem ſcribendi veterem eſſe. In veteribus tamen codicibus, & in lapidibus priſcis, qui ſuperioribus ſeculis ſcripti ſint,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

eianum veſperi veniſſem, tu mihi ſollicito animo o fuiſti. Sollicitum autem te habebat cogitatio cum tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, vere e officio deeſſem: ſi proficiſcerer ad bellum, pericu- meum commovebat. Quo tempore vidiſti profecto ioque ita conturbatum, ut non explicarem quid eſſet ium factu. pudori tamen malui famaeque cedere ſalutis meae rationem ducere. Cujus me mei facti tuit, non tam propter periculum meum quam pro- itia multa quae ibi offendi quo veneram. Primum magnas copias, neque bellicoſas: deinde, extra du- paucoſque praeterea (de principibus loquor), reliqui um in ipſo bello rapaces: deinde in oratione ita crudeles

os. ſæpe legi. Mediceus codex habet. Antiquus Florentiæ la- e, in quo hoc nomen eodem pa- ptum invenitur,

AESARE TERT. GER-
ANICO CAESARE
ITER. COS.

net autem quædam quæ ad hi- n pertinent, & ſane cognitu in- non ſunt. De quo eo libentius onem feci, quod qui ea quæ in bus leguntur in volumen rede- , & Epigrammata antiquæ ur- ſcripſerunt, truncum illud, la- ique adpoſuere: in privata au- lomo parieti adfixum eſt, non a porta quam Divi Galli vulgo lant. Quod autem ita in multis bus ac vetuſtis libris ſcriptum ulpa fabrorum librariorumque m eſt: nam veram illam incor- mque antiquitatem melius no- omines reddunt, ſi Quintiliano mus, qui primo libro inquit, *Et les geminata eadem litera ſ ſ legimus.* iiam autem ea quæ ſequuntur tiliani verba mendum conti- , non patiemur ipſum amplius locum inquinare, præſertim n poſſimus ſatis tuto (niſi fallor) delere. In cunctis codicibus legitur, *Et Suburra cum tribus litteris notatur* b, *tertiam oſtendit:* quum legi debeat, *c tertiam*. Qui, inquit doctiſſimus rhetor, per notas *Suburra* ſcribunt, cum tribus primis litteris totum nomen intelligi velint, non *b* tertiam, ſed *c* ſcribunt. Quod ſane mirum, cum *c* in hac voce *Suburra* non ſit. Differit autem de illis quæ ſcribuntur aliter atque enuntiantur. Ita autem, ut nos caſtigavimus, legi debere oſtendit doctiſſimus Varro lib. v de lingua Latina ad Ciceronem, *Sed ego a pago potius Succuſano dictam puto Succuſam: nunc ſcribitur tertia littera* c, *non* b. Qui etiam hujus rei rationem reddit, quod antiquitus *Succuſa* appellata ſit: quamvis autem poſtea nomen variatum eſſet, ratio tamen illud ſcribendi permanſerit. *Victorius.*

Ne officio deeſſem] Erga Pompeium & optimates.

In oratione ita crudeles] Sic ad Atticum, *Me diſceſſiſſe ab armis nunquam pœnituit. Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum Barbaris gentibus conjunctio, ut non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata: ut jam omnium judicio conſtitutum eſſet, omnium veſtrum bona prædam eſſe illius victoriæ.* Epiſt. 9 lib. IV. *Corradus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

les ut ipſam victoriam horrerem: maximum autem aes alienum ampliſſimorum virorum. Quid quaeris? nihil boni praeter cauſſam. Quae cum vidiſſem, deſperans victoriam, primum coepi ſuadere pacem, cujus fueram ſemper auctor; deinde, cum ab ea ſententia Pompeius valde abhorreret, ſuadere inſtitui ut bellum duceret. Hoc interdum probabat, & in ea ſententia videbatur fore, & fuiſſet fortaſſe, niſi quadam ex pugna coepiſſet ſuis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille ſummus nullus imperator fuit. Signa tirone & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit. victus turpiſſime, amiſſis etiam caſtris, ſolus fugit. Hunc ego belli mihi finem feci, nec putavi cum integri pares non fuiſſemus, fractos ſuperiores fore. Diſceſſi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas inſidias incidendum, aut deveniendum in victoris manus, aut ad Iubam confugiendum, aut capiendus tanquam exſilio locus, aut conſciſcenda mors voluntaria. Certe nihil fuit praeterea, ſi te victori nolles aut non auderes committere. Ex omnibus autem iis quae dixi incommodis nihil tolerabilius exſilio, praeſertim innocenti, ubi nulla adjuncta eſt turpitudo: addo etiam, cum ea urbe careas in qua nihil ſit quod videre poſſis ſine dolore. Ego cum meis (ſi quidquam nunc cujuſquam eſt,) etiam in meis eſſe malui. Quae acciderunt, omnia dixi futura. Veni domum,

Æs alienum ampliſſimorum virorum] Ut Lentuli. *Idem.*

Cœpi ſuadere] Et quidem cum capitis periculo. *Idem.*

Niſi quadam ex pugna cœpiſſet ſuis militibus confidere] Ad Dyrrachium facta, in qua Pompeius ipſe Imperator fuit appellatus. *Idem.*

Nullus imperator fuit] Hoc eſt, nullius pretii imperator, nihil geſſit dignum imperatore. Sic contra *imperator unicus* ap. Suet. eſt præſtantiſſimus, optimus Imperator.

Signa contulit] In Theſſalia ad Pharſalum. *Corradus.*

Solus fugit] Lariſſam. *Idem.*

Cadendum fuit] Ut L. Domitio. *Idem.*

In aliquas inſidias incidendum] Ut Pompeio. *Idem.*

Deveniendum in victoris manus] Ut Caſſio. *Idem.*

Ad Jubam confugiendum] Ut Scipioni. *Idem.*

Capiendus tanquam exilio locus] Ut Marcello. *Idem.*

Conſciſcenda mors voluntaria] Ut Catoni. *Idem.*

Si

mum, non quo optima vivendi conditio eſſet: ſed tamen, ſi eſſet aliqua forma reipub. tanquam in patria ut eſſem: ſi nulla, tanquam in exſilio. Mortem mihi cur conſciſcerem, cauſa nulla viſa eſt, cur optarem, multae cauſſae. Vetus eſt enim, *Vbi non ſis qui fueris, non eſſe cur velis vivere.* Sed tamen vacare culpa magnum eſt ſolatium: praeſertim cum habeam duas res quibus me ſuſtentem, optimarum artium ſcientiam, & maximam rerum gloriam: quarum altera mihi vivo nunquam eripietur, altera ne mortuo quidem. Haec ad te ſcripſi verboſius, & tibi moleſtus fui, quod te cum mei tum reipub. cognovi amantiſſimum. Notum tibi omne meum conſilium eſſe volui, ut primum ſcires, me nunquam voluiſſe plus quenquam poſſe quam univerſam rempub. Poſtea autem quam alicujus culpa tantum valeret unus ut obſiſti non poſſet, me voluiſſe pacem. amiſſo exercitu & eo duce in quo ſpes fuerat uno, me voluiſſe etiam reliquis omnibus, poſtquam non potuerim, mihi ipſi finem

[Si eſ]ſet aliqua forma reip.] Sic Victo-[…]io, cui accedit item antiquiſſi-[…]all. duo, Grut. [quibus ſubſcri-[…]Græv. primus & Amſtelodam.] *fortuna.* paullo poſt eidem o-[…]libri, *cur optarem, multæ cauſæ.* […] abeſt *cauſæ*; & meo animo ab-[…]ectius. ſed an ideo libros & i-[…]Ciceronem in ordinem rediga-[…] quod non ſcripſit interdum ut […]us. *Gebhardus.*

[…] ad te ſcripſi verboſius & tibi mole-[…]] Prim. Græv. *& tibi moleſtius* […]on male vetus codex Nic. Scelſ. *[…] te ſcripſi verboſius & tibi moleſtius.*

[…] cujus culpa] Pompeii. *Corradus.* […] enim Pompeii culpa tantam […]tiam eſt conſecutus, ut plus po-[…] unus quam univerſa reſpublica.

[…]obſiſti non poſſet] Nullam contro-[…]m huic lectioni moveo, ſilenti-[…]SS. Vix tamen abeſt, quin ſcri-[…] Ciceronem crediderim, *ut ſiſti* […]*ſet*, hoc eſt, ut reſpublica non poſſet ſervari, ut actum de ea eſſet. Sic enim loquebantur veteres. Liv. lib. II. *totam plebem ære alieno demerſam eſſe, nec ſiſti poſſe, niſi omnibus conſulatur.* Vide quæ de hoc loquendi genere notavit Gronovius ὁ πάνυ ad Liv. IV, cap. 12. *Græv.*

Eo duce] Pompeio. *Corrad.*

Me voluiſſe etiam reliquis omnibus: poſtquam non potuerim] Sic interpungendum. nam vulgata interpunctio, *me voluiſſe etiam, reliquis omnibus poſtquam,* &c. vitioſa eſt: eamque jam in priore editione damnaveramus, & poſtea a P. Manutio emendatam eſſe cognovimus. In iis verbis autem, *me voluiſſe etiam reliquis omnibus*, ſubintelligendum, finem belli facere. *Lambinus.* *Me voluiſſe etiam, reliquis omnibus poſtquam non potuerim, mihi ipſe finem feciſſe belli*] Hæc vera ac recta eſt diſtinctio lectioque hujus loci. Lambin. cum Manutio edixere diſtinguendum atque interpungendum, *me voluiſſe etiam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

finem feciſſe belli: nunc autem, ſi haec civitas eſt, civem eſſe me; ſi non, exulem eſſe non incommodiore loco quam ſi Rhodum, aut Mitylenas contuliſſem. Haec tecum coram malueram, ſed quia longius fiebat volui per litteras eadem: ut haberes quid diceres, ſi quando in vituperatores meos incidiſſes. Sunt enim qui, cum meus interitus nihil fuerit reip. profuturus, criminis loco putent eſſe quod vivam. Quibus ego certo ſcio non videri ſatis multos periiſſe: quid ſi me audiſſent, quamvis iniqua pace honeſte tamen viverent. Armis enim inferiores, non cauſſa fuiſſent. Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quam velles: quod tibi ita videri putabo, niſi mihi longiorem remiſeris. Ego, ſi quae volo expediero, brevi tempore te, ut ſpero, videbo.

reliquis omnibus: poſtquam non potuerim, mihi &c. qua totam ſententiæ elegantiam perire vel puer viderit. ceterum *ipſe* non *ipſi* ingerunt omn. MSS. editiones, priſca, ac Victorii. *Gebhardus.* Temere hic contradicitur Lambino & Manutio. quo illud *etiam* referendum, niſi ſic diſtinguatur, uti diſtinguendum viderunt, & meus præcipit liber primus, quamvis corrupte in illo pro *me voluiſſe* ſit exaratum *melius ſe.* Deinde *ipſi* legendum eſt, ut habet Amſtelodam. Mentel. *ipſe* non fert ſyntaxeos ratio. dicendum enim *ipſum* eſſet. *Græv.*

Mitylenas contuliſſem] Ut Marcellus. *Corrad.* Supra lib. IV, ep. 7.

Non videri ſatis multos periiſſe] Vid. lib. VI, epiſt. 6.

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Praemonet Marium de adventu ſuo in Pompeianum. Eodem anno.

M. T. C. M. MARIO S. D.

A. D. IX Kal. in Cumanum veni cum Libone tuo, vel noſtro potius. in Pompeianum ſtatim cogito. Sed faciam ante te certiorem. Te cum ſemper valere cupio, tum certe dum hic ſumus. Quare ſi quod conſtitutum cum podagra

DUm hic ſumus. Vides enim quanto poſt una futuri ſimus. Quare ſi] Hæc verba *Vid. en. qu. poſt un. fut. ſim.* nec ſcio quid ad rem faciant, nec an ſatis Latina

...a habes, fac ut in alium diem differas. Cura igitur ut ...is: & me hoc biduo aut triduo exſpecta.

...nt. Si Latina ſunt longe aliud ...cant quam quod Cicero voluit, & Manutius vidit. Nec in Pala...rimo, nec in meo optimo libro ...guntur. Delenda ſunt omnino, ...etiam in hac editione feci ſecu... ...ctoritatem veterrimarum mem...rum. *Græv.*

...*quod conſtitutum cum podagra habes*] ...dignus ingenio Tullii. Viri do...iolio ſuo oſtendunt, ſe eum non ...exiſſe, cum ſignificant intelligi ...ſitum de podagra curanda. Qui ...aliquem valere, quomodo au...eſt in morbo curationis differendæ? Immo, ſi amica tua & familiaris, inquit, podagra patitur conſtitui ſibi, & bona fide ante conſtitutum non appellat, differ eam in aliam diem, & fac ea çareas, dum nobiſcum eris. *Conſtituere alicui* & *cum aliquo eſt* convenire cum aliquo de loco & tempore coeundi. Juven.

Hic ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.

ſic *venire ad conſtitutum* Varroni, Cic. pro Cæcina, Petronio. Gronov. lib. 1 Obſerv. cap. 1. quem vide pluribus ibi de hoc verbo agentem.

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

...C. Trebatium Teſtam, juriſconſultum familiarem ſuum, com...mendat C. Caeſari, Galliarum proconſuli. Scripta Domitio & Ap...pi Coss. quod ex epiſt. 14 lib. 11 ad Q. Fratrem intelligitur.

CICERO CAESARI IMPER. S.D.

L. Domitio Ahenobarbo App. Claudio Pulchro Coss. A.V.C. 699.

VIde, quam mihi perſuaſerim, te me eſſe alterum, non modo in his rebus quae ad me ipſum, ſed etiam in iis ...ae ad meos pertinent. C. Trebatium cogitaram quocun...que exirem mecum ducere, ut eum meis omnibus ſtudiis, ...neficiis quam ornatiſſimum domum reducerem. Sed ...ſtea quam & Pompeii commoratio diuturnior erat quam ...taram, & mea quaedam tibi non ignota dubitatio, aut im-

...*Vocunque exirem*] Legatus Pom...peii ad rem frumentariam. *Cor...s.*

...*t eum meis omnibus ſtudiis, beneficiis ...n orn.*] Sic Gruterianus, & Victorii ...io ex Mediceo codice: [ſic & Græv. ...] ita ut non diſpliceat lectio Vaticani, *ut eum meis ſtudiis, beneficiis omnibus quam orn.* vulgo, *meis communibus ſtudiis & beneficiis*, &c. *Gebhardus.*

Mea quædam tibi non ignota dubitatio] Qui & morem illi gerere, & in oculis civium eſſe vellem. *Corrad*

impedire profectionem meam videbatur, aut certe tardare, vide, quid mihi ſumſerim. Coepi velle, ea Trebatium exſpectare a te, quae ſperaſſet a me. Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promiſi, quam eram ſolitus de mea polliceri. Caſus vero mirificus quidam intervenit, quaſi vel teſtis opinionis meae, vel ſponſor humanitatis tuae. Nam cum de hoc ipſo Trebatio cum Balbo noſtro loquerer accuratius domi meae, litterae mihi dantur a te, quibus in extremis ſcriptum erat, *M. ORFIVM, quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel hunc Leptae delega. ſi vis tu, ad me alium mitte quem ornem.* Suſtulimus manus

Vide quid mihi ſumſerim] Gruterianus, *quid mihi viderim ſumpſ.* quid ſi legamus *quid mihi interim ſumpſ.* Paullo poſt retinui vulgatam lectionem ſtabilitam a Medic. Pal. pr. editione Victorii, *quæ ſperaſſet a me.* cum præferant prima editio, Pal. alter, Grut. Guilielmiani quatuor, *quæ exſpectaſſet.* Gebhardus.

M. FVRIVM quem mihi commendas] Ego caſtigavi *M. Orſium.* vetus codex in hoc nomine nonnihil mendi continet: potius enim *Urſivium* ibi legas. Nos & ex his veſtigiis, & ex loco in epiſtola ad Quintum Fratrem *Orſium* legendum eſſe cenſuimus: nam hunc eſſe apparet quem cum litteris ad Fratrem miſit, & quem illi commendat, & Tribunum militum eſſe dicit in Cæſaris exercitu. Verba autem hæc Cæſaris ita leguntur in omnibus antiquis exemplaribus, ut nos majoribus litteris (ut facilius diſtinguantur) ſcripſimus. *Victorius.* Nonnulli conantur oſtendere diverſum hunc eſſe, de quo hic agit Cæſar, ab eo quem Cicero commendat Quinto Fratri in epiſtola quæ eſt 287. potuit tamen fieri ut domeſtici negotii cauſſa ab exercitu diſceſſerit & Romam venerit, vel ab Imperatore miſſus fuerit, cum autem in Gallias rediret epiſtolam ei dederit Marcus Cicero qua illum fratri conciliaret: nam tunc primo eum ad Cæſarem profectum non eſſe, illud aperit, quod inquit de hoc ad Fratrem ſcribens, *Eſt Tribunus militum in exercitu veſtro.* Si enim tunc primum illum ad Cæſarem miſiſſet, ita locutus non eſſet, nec affirmaſſet eum Trib. eſſe: neſciebat enim an id a Cæſare impetraturus eſſet. *Orſium* autem ipſum litteras Ciceronis ad Cæſarem attuliſſe quæ peterent ab eo ut ipſum Tribunum militum faceret, Cæſaris verbis intelligitur. *Idem.* *M. Furium*] Varie leges *M. Ruffum, Ircium, Leſinum, Ithium, Uſicium, Urſivium:* ex quibus verbis colliget legendum *M. Curtium,* quicunque epiſtolas ad Q. Fratrem viderit: etſi *M. Orſium* nonnulli legunt. *Corrad.* *M. Orſium*] Sic edidit Victorius, ſic quoque eſt in Vaticano. Pal. pr. *M. Itſinum* [in Græv. primo eſt *M. Id. funum*]: ſec. *Muſium.* Grut. *Itſium.* vulgo *M. Furium.* alii, ut priſca editio, *M. Rufum.* Gebhardus.

Vel hunc Leptæ delega] Vereor ſane ne in his verbis mendum ſit, nihil tamen auſim immutare: alii vulgatæ lectionis veſtigiis hærentes, hunc locum emendare conantur, quod prorſus faciendum non fuit: veriſimile enim eſt, in vetere ſcriptura minorem (ſi ulla eſt) labem eſſe: peritiores hoc diligenter conſiderabunt. Ad Atticum Cicero eundem modum loquendi uſurpavit, qui hic eſt in priſcis exempla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...is & ego & Balbus: tanta fuit opportunitas, ut illud ...o quod non fortuitum, ſed divinum videretur. Mit...tur ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea ...te, poſt autem invitatu tuo mittendum duxerim. Hunc, ...aeſar, ſic velim omni tua comitate complectare, ut o...quae per me poſſis adduci ut in meos conferre velis, in ...n hunc conferas: de quo tibi homine haec ſpondeo ...illo vetere verbo meo, quod, cum ad te de Milone ...ſiſſem, jure luſiſti: ſed more Romano, quo modo ...ines non inepti loquuntur: probiorem hominem, me...m virum, pudentiorem eſſe neminem. Accedit etiam, ...d familiam ducit, in jure civili ſingularis memoria, ſum-

...aribus, 504. *Quinto delegabo, ſi ...ri meo ſuperabit, & emptionibus.* Sed ...aliis in locis. Quare videndum ...omnis obſcuritas naſcatur ex rei ...s ignoratione. Quod ſi hiſtoriam ...s negotii teneremus, omnia pla...ſſent & in verbis nullam macu...eſſe intelligeretur. *Victorius.* *Vel ...æ legatum*] Ita diſcrepant hoc loco ...: ſe exemplaria vetuſta, & ea ipſa ...ris vulgatis, ut putem mihi lice...l unam aliquam ſcripturam pro..., vel unam fingere. Cum igitur ...anuſcriptis alii habeant *vel Leptæ ...em*, alii *delegam*, alii *delega:* vul... partim *vel certe legatum*, partim *vel ...æ legatum:* ego *vel Leptæ delegabo*, ...nendum putaverim, hoc ſenſu, ...tæ delegabo qui eum ornet & lo...letet: non pugnaturus, ſi quis a...ior meliorem lectionem reperiat. ...idam docti volunt legi *vel certe pro...m.* Manutius, *vel tertiæ legionis le...um.* Turnebus ſcripturam in uno ...l. vetere repertam, integram reti...s, legit *vel Leptæ delega*, libro XII ...verſar. cap. 18. quam minus probo. ...*mbinus.* *Vel regem Galliæ faciam, vel ...tæ legatum*] Octavius Pantagathus ...ſtimabat hunc locum non vacare ...ndo, atque ita corrigebat ex anti...æ ſcripturæ veſtigiis, *ut me regem Galliæ faciam Leptæ delegabo.* quid ſi legas? *vel leg.* III *legatum*, pro *Leptæ legatum.* Urſinus. *Vel hunc Leptæ delega*] Sic quoque editio priſca, Victorii, Pal. pr. Grut. Vatican. Stewech. Peck. vulgo *vel Leptæ legatum.* Lambin. *delegabo.* Liber Politiani *delegatum*, quibus omnibus nihil opus eſt ad noſtram. *Gebhardus.* *Leptæ delega* bono ſenſu mihi ſcriptum videtur, ut dicat jocans, tam divitem fore propediem eum hominem ipſum, ut creditori ſuo Leptæ Cicero qui ſolvat delegare poſſit: id enim eſt delegatione ſolvere. Nam is qui tua cauſſa a me ditatus fuerit, tibi debebit, ut tuum æs alienum ſolvere debeat; aut dicit, niſi hoc faciam, eum delega & commenda non mihi Imperatori, ſed Leptæ. Turnebus.

Pudentiorem eſſe neminem] Hanc lectionem ex v. c. oræ primæ editionis adſcripſit Egnatius, conſpiciturque in Pal. pr. libro aurum contra non caro ac probato; Vatic. [nec non Amſtelodam.] recepit denique Lambinus. vulgo *prudentiorem.* Gebhardus.

Quod familiaritatem inducit] Sic omnes vulgati codices, omnino male. Ego veterem lectionem reſtitui, *familiam ducit.* Dicitur enim familia juriſconſultorum, familia gladiatorum, familia philoſophorum, id eſt, ſecta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſumma ſcientia. Huic ego neque tribunatum, neque praefecturam, neque ullius beneficii certum nomen peto: benevolentiam tuam & liberalitatem peto: neque impedio, quo minus, ſi tibi ita placuerit, etiam hiſce eum ornes gloriolae inſignibus. totum denique hominem tibi ita trado de manu (ut ajunt) in manum tuam iſtam, & victoria & fide praeſtantem. Simus enim putidiuſculi, quam per te vix licet: verum, ut video, licebit. Cura, ut valeas, & me, ut amas, ama.

EPI-

Ad Attic. lib. II. *Puto enim me Dicæarcho affatim ſatisfeciſſe: reſpicio nunc ad hanc familiam quæ mihi non modo ut requieſcam permittit, ſed reprehendit, quia non ſemper quieverim.* Ille autem *familiam ducere* dicitur, quem cæteri ejuſdem generis ſequuntur ut auctorem & ducem, ut in v Philippica, *L. quidem frater ejus, utpote qui peregre depugnaverit, familiam ducit.* In IV de Finib. dicit *ſententiam ducere familiam*, quæ majorem vim habet & majoris eſt ponderis, & quaſi caput aliarum: *Sed primum illud vide graviſſimam illam veſtram ſententiam, quæ familiam ducit, Honeſtum quod ſit, id eſſe ſolum bonum, honeſteque vivere bonorum finem: communem fore vobis cum omnibus*, &c. Non parvæ igitur auctoritatis eſſe dicit Trebatium in jure civili, habereque ſuos ſectatores. Nam quod paullo ſupra erat *prudentiorem eſſe neminem:* ego *pudentiorem*, ut in melioribus libris inveni, ſcripſi: loquitur autem & in ſecunda poſt hanc epiſtola de pudore Trebatii. Nam & in alia ſic ait, *Sæpe autem etiam, quod a te alieniſſimum eſt, ſubimpudens videbare.* Victorius. *Quod familiam ducit*] Quaſi diſcipulorum. *Corradus.* *Familiam ducit in jure civili*] Sic Victorii editio, Pal. alter ac Vatican. nam unica littera diſpeſſa peccant Pal. pr. Gruter. prima editio, *familia inducit.* vulgatur ineptiſſime, *quod familiaritatem inducit, in jure civili ſingularis memoria, ſumma ſcientia.* Gebhardus. Sed recte vidit Manutius hunc locum male diſtingui, & explicari a Victorio, quem vide. Male Gebhardus ſequitur Victorium, qui tamen in notis poſterioribus ſe ipſe pœne retexit. In Grævii primo libro & duobus aliis, quos vidit Guil. legitur, *in jure civili ſingulari memoria, ſumma ſcientia.* ſcilicet *eſt.*

Sumus enim impudentiuſculi] Al. *pudentiuſculi, blandiuſculi, putidiuſculi.* Corradus. *Simus enim putidiuſculi*] Mihi hæc placuit codicis Vaticani ſcriptura quam gaudeo quoque probatam Victorio & receptam. [ſic etiam codex prim. Græv. niſi quod in illo ſcribatur, *ſimus enim putiduiſculis* ſed addita nota ſ delendum eſſe] vulgo *ſumus.* ceterum alii *blandiuſculi*, alii *impudentiuſculi* utrique gloſſa decepti. *Gebhardus.*

Quaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

ebatium deſiderium urbis vix ferentem hortatur, ut urbis ur- itiſque curam & memoriam, quaſi quaſdam ineptias, abji- operamque det, ut quod ei ab urbe diſcedenti propoſitum fue- l aſſiduitate & virtute conſequatur. Eodem anno.

CICERO TREBATIO S.D.

omnibus meis epiſtolis quas ad Caeſarem aut ad Bal- ım mitto, legitima quaedam eſt acceſſio commenda- is tuae, nec ea vulgaris, ſed cum aliquo inſigni indicio e erga te benevolentiae. Tu modo ineptias iſtas, & de- ia urbis & urbanitatis depone: & quo conſilio profe- es, id aſſiduitate & virtute conſequere. Hoc tibi tam ſcemus nos amici quam ignoverunt Medeae, quae Co- ıum arcem altam habebant matronae opulentae, opti- es: quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi ɔ illae verterent, quod abeſſet a patria.

Nam

Vam ignoverunt Medeæ] Vid. Polit. Miſcell. cap. 27. *Corrad.*

æ Corinthum arcem altam habebant] ıeliores editiones omnes ac MSS. amen *Corinthu.* editum tamen eſt, *hi.* Gebhard.

anibus gypſatiſſimis] Hic notavit ɔctus ad editionem principem ta- gloſſam, id eſt, *fugitivis, improbiſſi-* Gypſati enim de cataſta venalicii. ; & Medea fugitiva erat patris & æ proditrix. quod & ex Politiani ce iiſdem verbis exſcripſit Joannes ius Pontanus. Victorii editio ac primus ſcribunt *cypſatiſſimis.* Pal. ad marginem *citatiſſimis.* Geb- us. Per *gypſatas manus* barbaram ıierem ſignificari puto: nam bar- mulieres manus ſibi pingere ſo- nt, ut Valer. Flaccus ſcribit, &, ut opinor, ad candorem gypſare. Turneb. Adverſ. XII, 18. quem vide. *Medea gypſatis manibus* eſt Ennio, fraudu- lenta, quæ dolos ſuos prætextu exor- nat, & illis aliquam bonam cauſſam prætendit, puta leges & jura, aut ſimi- le: quas fraudes εὐπροσώπους εὐπροφασίστους Græci vocant. Apud Plaut. ii- dem homines dicuntur *creta ſe occulta- re.* Et *albo rete aliena oppugnare bona.* Yvo Villiomarus.

Nam multi ſuam rem bene geſſere] Ita hos verſus diſpoſuit Victorius:

Nam multi ſuam rem bene geſſere & po-
plicam, patria procul.
Multi qui domi ætatem egerunt, propterea
ſunt improbati.

Alii aliter. vide Manutium. Ego præ- terquam quod in horum verſuum diſ- poſitione ab iis diſſentio, longe plu- ra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Nam multi ſuam rem bene geſſere, & poplicam, patria procul.
Multi, quei domi aetatem agerent, propterea ſunt improbati.

Quo in numero tu certe fuiſſes, niſi te extruſiſſemus. Sed plura ſcribemus alias. Tu qui ceteris cavere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedariis decipiaris caveto: &, quando Medeam

ra Enniana in verbis Ciceronis latere puto. Tales autem Ennii fuiſſe ſuſpicor:

Matronæ opulentæ, optumates,
Quæ Corinthi arcem altam habetis,
Ignoſcite: quæſo ne mihi vitio vertite
Quod abſim a patria mea.
Nam moltei ſuam rem bene geſſeront,
Et poplicam, patria procul.
Moltei quei domi ætatem egeront,
Propterea ſont inprobati.

Primus, ſecundus, quintus, & poſtremus ſunt Anacreontici. Sed in primo poſtremam vocem, in poſtremo primam in ſcandendo contrahe; hoc modo, *Optmates*, & *Proptera* ut apud Lucret. *unverſus*, apud hunc *Aſpra*. apud Lucill. *Frigdaria*. apud alios alia. Tertius, quartus, ſextus & penultimus Iambici: tertius quidem trimeter, reliqui vero dimetri. Ac, ut quatuor poſtremos verſus apud Cic. eo quo ſcripſi modo diſponendos puto: ita priores quatuor ſuo more immutavit ac diſſolvit. Jan. Rutgerſ. Var. Lect. VI, cap. I.

In Britannia] Ubi illum jam eſſe credebat Cicero. *Corradus.*

Ne ab eſſedariis] Militibus Britannicis, ex eſſedis pugnantibus. *Idem.*

Et quando Medeam agere cœpi, illud ſemp. mem. Qui ipſe ſibi &c.] Ita loquitur Cicero, ut aperte oſtendat, hæc verba e Medea fabula ſumpta eſſe: verſiculum autem Græcum, unde expreſſa ſunt, poſuit in epiſtola ad C. Cæſarem, qua commendavit Præcilium, & illum Euripidis eſſe docet: *Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta Εὐριπίδου,*

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Eundem etiam Plutarchus in commentario, quo diſſeruit ſi honeſte utiliterque pronunciatum eſt τὸ λάθε βιώσας. nec tamen in Græca Euripidis Medea hic ſenarius invenitur: quomodo hic nodus diſſolvi poſſit, fateor me ignorare. Nonius Marcellus cum Ennii teſtimonium e Medea adduceret, fabulæ illius nomen *Medea exul* eſſe voluit, atque id duobus in locis, in *Eliminare ſemper*: ſic enim eum locum aliquantulum deformatum legendum arbitrantur: Ennius Medea exule,

Antiqua herilis fida cuſtos corporis,
Quid ſic ante ædes exanimata eliminas?

Quin autem intelligat Medeam fabulam, quam hodie habemus, Euripidis, dubium eſſe non poteſt: nam ſententia illa ex his verſibus, qui a cuſtode liberorum Medeæ cum ejuſdem nutrice loquente pronuntiantur, accepta eſt,

Παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,
Τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν,
Ἕστηκας, αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;

Tertio adhuc loco in *cernere* Nonius *Medeam exulem* hanc fabulam vocat. *Ennius Medea exule,*

Nam te ſub armis malim vitam cernere.

Eſſe autem hanc ſententiam in Græca quam habemus, notiſſimum eſt. Inde autem quiſpiam ſuſpicari poſſet duas Medeas ſcripſiſſe Euripidem, ambaſque Ennium expreſſiſſe, in Græco poeta tituli illius veſtigium nullum, quemadmodum Iphigeniæ, de qua cum duas fabulas confeciſſet, nominibus quoque ipſas ſeparavit. Docti viri totam hanc rem accurate cogitabunt, ego ſcrupulum, qui me diu ſollicitum habuit, aliis notum facere volui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

agere coepi, illud ſemper memento, *Qui ipſe ſibi ſa- rodeſſe non quit, nequidquam ſapit.* Cura ut valeas.

or. *Qui ipſe ſibi*, &c.] Car- ripidis vide in ep. 15 lib. XIII. unde hoc Ennius tranſtulit. *Corradus.*

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

udium ſuum in commendando Trebatio ſignificat: monet ut am Caeſari operam navet, ab ejus liberalitate exſpectet omnia. n anno.

CICERO TREBATIO.

Go te commendare non deſiſto: ſed quid proficiam ex te ſcire cupio. Spem maximam habeo in Balbo: ad n de te diligentiſſime & ſaepiſſime ſcribo. Illud ſoleo iri, non me toties accipere tuas litteras quoties a Q. mihi e afferantur. In Britannia nihil eſſe audio neque auri ue argenti. Id ſi ita eſt, eſſedum aliquod ſuadeo capias, d nos quam primum recurras. Sin autem ſine Britannia en aſſequi quod volumus poſſumus; perfice ut ſis in iliaribus Caeſaris. multum te in eo frater adjuvabit is, multum Balbus: ſed mihi crede, tuus pudor & la- plurimum. Imperatorem liberaliſſimum, aetatem op- por-

Voties a Q. mihi fratre afferantur] Sic tranſponit Pal. pr. Grut. edi- rima. ceterum *afferantur* Pal. ſec. c. Victorii editio. Pal. vero pr. *ef- tur.* vulgo *a Quinto Fratre mihi af- tur.* Pal. alter *fratreo meo aff.* ſedeat, d primo propoſui. *Gebhard.* Quam onem firmat etiam primus Græ- & Amſtelod. niſi quod *afferuntur* ɔræ ſe fert.

Britannia nihil eſſe audio neque auri, e argenti] Sic ad Atticum, *Etiam jam cognitum eſt, neque argenti ſcru- m eſſe ullum in illa inſula, neque ullam ſpem prædæ.* Corrad.

Eſſedum aliquod ſuadeo capias] Ita habet editio Victorii, Pall. duo. vulgo nimis importune *rapias.* paullo poſt ex Pall. duobus, Gruteriano, editione Victorii ac Vaticano edidi, *aſſequi quod volumus* deleto τῷ *id*, quod vulgo male hic uberat: ſic τὸ *enim* paullo poſt. ideo & ibidem auctoribus omnibus libris noſtris ſcripſi *multum te in eo frater adjuvab.* cum Pal. alter tamen ſufficiat novam plane lectionem, *multa te adjuvabit in eo frater meus.* Gebhard.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

portuniſſimam, commendatione certe ſingularem habes: ut tibi unum timendum ſit, ne ipſe tibi defuiſſe videare.

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

Quid Caeſar ad ſe de Trebatio ſcripſerit, quid ipſe Caeſari reſponderit, officioſe ſignificat. deinde Trebatium quaſi molli brachio reprehendit, quia delatum a Caeſare tribunatum mil. recuſaverit: hortaturque ut in occaſione & facultate optima ſibi ne deſit. Eodem *anno.*

CICERO TREBATIO.

SCripſit ad me Caeſar perhumaniter, nondum te ſibi ſatis eſſe familiarem propter occupationes ſuas, ſed certe fore: cui quidem ego reſcripſi, quam mihi gratum eſſet futurum, ſi quam plurimum in te ſtudii, officii, liberalitatis ſuae contuliſſet. Sed ex tuis litteris cognovi praeproperam quandam feſtinationem tuam, & ſimul ſum admiratus, cur tribunatus commoda, demto praeſertim labore militiae, contemſeris. Querar cum Vacerra & Manilio: nam Cornelio nihil audeo dicere, cujus tu periculo ſtultus es, quum te ab eo ſapere didiciſſe profiteris. Quin tu urges iſtam occaſionem & facultatem, qua melior nunquam reperietur? Quod ſcribis de illo Preciano jureconſulto, ego te ei non deſino commendare. ſcribit enim ipſe mihi,

te

QVam mihi gratum eſſet futurum] Pal. alter, Stew. ſollemni errore *eſſe:* unde tamen velit Guilielm. *perquam m. gratum eſſe futurum.* Ego nolim quicquam mutari. *Gebhardus.*

Cur tribunatus commoda, demto præſertim labore militiæ, contemſeris] Hoc eſt, cur nolueris frui ſtipendio tribuni legionis, quod ſine ullo onere tibi volebat aſſignare. *Commoda* proprie dicuntur de ſtipendio & præmiis militaribus. Ovid. 1 de Arte,

Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus.

Suet. Cal. 44. *Commoda emeritæ militiæ ad ſex millium ſummam recidit.* Id. Galb. 12. *Germanorum cohortem a Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, multiſque experimentis fideliſſimam diſſolvit, ac ſine ullo commodo remiſit in patriam.*

Manlio] Torquato, ad quem ſcribit Catulus, niſi fallimur. *Corrad.*

Cornelio] Epiſtola ſequenti. *Idem.*

Lit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

gratias agere debere. De eo quid ſit, cura ut ſciam. eſtras litteras Britannicas exſpecto. Vale.

as Britannicas] Credebat Cicebatium cum Cæſare in Britanniam profectum. *Idem.*

EPISTOLA IX.

ARGVMENTVM.

terarum officium a Trebatio requirit: monet, ne reditum in praepropere cupiat.

MARCVS CICERO TREBATIO.

ndiu ignoro, quid agas. nihil enim ſcribis: neque ego te his duobus menſibus ſcripſeram: quia cum Q. Fratre non eras. quo mitterem, aut cui darem, neſciebam. io ſcire quid agas, & ubi ſis hiematurus. Equidem veum Caeſare: ſed ad eum propter ejus * nihil ſum auſus ſcri-

diu ignoro quid agas] Victor. & a. edd. *Tam diu ignoro quid agas.* prim. *Quam diu ignoro quid agas.* nepte. ſed vulgatam non puto tandam.

ad eum propter ejus occupationes nin auſus ſcribere] Ipſe huic loco i notam adpoſui, quod fortaſſe mirati ſunt, cum ſententia loci lana & aperta ſit: reprehendetiam, niſi quid me hoc ut faceimpulerit, explicaſſem. Primo lebent omnes, me vocem illam *tiones* in nullis paullo antiquiolibris nedum vetuſtiſſimis legiſuod mihi originem attulit ſuſpis. Deinde cum accuratiſſime conaſſem, non mihi viſa eſt ſatis diauſſa eſſe quæ retraheret Ciceroa ſcribendo, occupationes Cæſa-Nam ſæpe ad eum Cicero ſcribecum ille mirifice Ciceronis litlelectaretur, & ipſas omni ratioliceret: nec ea tempeſtate ullo majore negotio impediebatur, ut cavere deberet, ne ob id illi moleſtus eſſet. Nec tamen tantum temporis in legendis amicorum litteris collocatur, ut non quivis occupatiſſimus ſe ab illis de omnibus rebus certiorem fieri velit. Majus igitur quiddam eſſe putavi quod Ciceronem ab inſtituto ſuo deduceret: & ut libere omnem meam ſuſpicionem proferam, ſi aliquando conjectari datum eſt, putarim *propter ejus luctum* legendum eſſe. Conſtat enim hoc tempore Cæſaris filiam mortuam eſſe, quæ Pompeio nupta erat, Juliam ſcilicet: quod etſi valde notum ſit, tamen verba Dionis hiſtorici de hac re ponemus: ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ ἡ τοῦ Πομπηίου γυνὴ θυγάτριόν τι τεκοῦσα ἀπέθανε, καὶ αὐτὴν εἴτε διαπραξαμένων τῶν τε ἐκείνου καὶ τῶν τοῦ Καίσαρος φίλων εἴτε καὶ ἄλλως πως χαρίσασθαί τινες αὐτοῖς ἐθελήσαντες συνήρπασαν, ἐπειδὴ τάχιστα τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐπαίνων ἔτυχε, καὶ ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ἔθαψαν, καίτοι τοῦ Δομιτίου ἀνθ-

ſcribere. ad Balbum tamen ſcripſi. Tu deeſſe tibi noli. ſerius potius ad nos, dum plenior. Quod huc properes, nihil eſt, praeſertim Battara mortuo. ſed tibi conſilium non deeſt. Quid conſtitueris, cupio ſcire. Cn. Octavius an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris, ſummo genere natus, ter-

ἀνθισταμένου καὶ λέγοντος ἄλλα τε καὶ ὅτι οὐχ ὁσίως ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ ἄνευ τινὸς ψηφίσματος θάπτοιτο. Dicit etiam lib. III ad Quintum, ſe ad Cæſarem non reſcripſiſſe propter ejus luctum, de obitu filiæ intelligens: *Ex Britannia Cæſar ad me Kal. Septemb. dedit litteras, quas ego accepi IV Kal. Octob. ſatis commodas de Britannicis rebus, quibus ne admirer, quod a te nullas acceperim ſcribit, ſe ſine te fuiſſe, cum ad mare acceſſerit. Ad eas ego ei litteras nihil reſcripſi, ne gratulandi quidem cauſſa, propter ejus luctum.* De hac eadem re intelligit etiam illo loco ad Quintum, de virtute & gravitate Cæſaris, quam in ſummo dolore adhibuiſſet: *Magnam ex epiſtola tua accepi voluptatem.* Nam & ipſe Cicero ad Dolabellam ſcribens de morte Tulliæ, nondum ſatis confirmatum ſe dicit ad ſcribendum, impedit enim officia mœror: & providi omnes homines, eos qui in dolore & luctu ſunt propter chariſſimarum perſonarum interitum nolunt afflictos & perturbatos amplius perturbare, & in ulla re illis moleſti eſſe. Hæc eſt cauſſa cur ſtellulam poſuerim, ut lector ſcilicet locum illum attentius accuratiuſque examinet: nec tamen conjecturis fretus receptam lectionem delere volui, etſi eam nullo modo probo. Si enim ulla reponenda eſt vox, ut defectum illum ſuppleat, noſtram potiorem judico. Sed tamen judicio eruditorum ſtare volo. *Victorius.* *Sed ad eum propter ejus * nihil ſum auſus ſcribere*] Indicio Victorii & hunc locum aſteriſco notavi, quia ſic quoque eum reperi in laudatiſſimo Pal. prim. & Gruteriano. Pal. alter ſic concipit, *ſed ad eum propterea nihil auſus ſum ſcribere.* Guilielm. talem affectabat medicinam, *ſed ad cum properius nihil ſum auſ. ſc.* Victorii tamen non abſurda conjectura injicientis, *propter ejus luctum.* Gebhard. Græv. quoque primus, & Amſtelod. non agnoſcunt *occupationes.* Sed in recentiore Menteliano id extat.

Præſertim Battara mortuo] Sic Pal. pr. [ut & Græv. pr. & Amſtelod.] editio Victorii, Pal. alter, Grut. Stewech. & alius, quo Guilielmius uſus eſt codex, *Baltera,* MS. Politiani *Bactra.* vulgo *Vacerra.* Gebhardus.

Cn. Octavius eſt tuus familiaris] Hæc verba addidimus ex vetuſtis codicibus, *an Cn. Cornelius quidem:* quæ ab Angelo olim Politiano dum hunc locum citaret, etiam reſtituta fuerant cap. 18 ſuorum Miſcellaneorum: habuimus enim & nos perveterem illum codicem, quem Philelphi fuiſſe dicit, qui etiam nunc in bibliotheca Medicea cum multis nobiliſſimiſque librorum voluminibus cuſtoditur: & illum item non adeo veterem, qui in Divi Marci bibliotheca adhuc manet. Quorum ille maxime auxilio nonnulla corrigit: & quibus nos quæcunque fere in his caſtigavimus, accepta referimus. Non ſunt autem otioſa hæc verba: oſtendunt enim illum ſibi adeo ignotum eſſe, ut ne nomen quidem hominis recordetur, ut ſi vellet eum proprio nomine appellare, neſciret utro, cum diverſa inter ſe ſint, nominaret. *Victorius.* Pall. duo, Grut. edit. prim. *Cn. Octavius an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris.* In Grævii primo & Amſtelodam. veſtigia ejuſdem lectionis manifeſta ſunt: quam merito probavit Gebhardus.

Terra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

filius, is me, quia ſcit tuum familiarem eſſe, crebro
…enam invitat. adhuc non potuit perducere: ſed mihi
…gratum eſt. Vale.

filius] Eſt homo obſcuriſſi-
…nobilis, Juv. Sat. IV.
——— *gigantum fraterculus.*
…t III.
Præſto eſt mihi Marcius hæres

Progenies terræ: quare ex me, quis mihi quartus
Sit pater, haut prompte dicam: tamen adde etiam unum
Unum etiam, terræ eſt jam filius.

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

…*jicit haec Trebatio vitia per jocum, ambitionem, inſcitiam, …rtatem, timiditatem: deinde petit ut quamprimum ſigni… …uid profecerint litterae ad Caeſarem de eo diligenter ſcri… & omnino de toto ſtatu ſuo conſiliiſque omnibus certiorem ſe …. Eodem anno.*

…ARCVS CICERO TREBATIO S.D.

…Egi tuas litteras, ex quibus intellexi te Caeſari noſtro valde jureconſultum videri. Eſt quod gaudeas te in …oca veniſſe ubi aliquid ſapere viderere. Quod ſi in Bri…iam quoque profectus eſſes, profecto nemo in illa tan…ſula peritior te fuiſſet. Verumtamen (rideamus, licet: …enim a te invitatus) ſubinvideo tibi, ultro te etiam ar…tum ab eo, ad quem ceteri non propter ſuperbiam ejus, …ropter occupationem adſpirare non poſſunt. Sed tu in …piſtola nihil mihi ſcripſiſti de tuis rebus, quae mehercule …non minori curae ſunt quam meae. Valde metuo ne …as in hibernis: quamobrem camino luculento utendum …eo. Idem Mucio & Manilio placebat, praeſertim qui ſagis

…i aliquid ſapere viderere] Grut. *vi…ar*, unde legendum fortaſſe …admodum eſt in Pal. altero *vi…* paullo poſt legunt duo Pall. Grut. *ultro etiam accerſit.* miſſo pro vocabulo *te*. Gebhard.

Valde metuo ne frigeas in hibernis] Nihil facias. *Corradus.*

ſagis non abundares: quanquam vos nunc iſtic ſatis calere audio. quo quidem nuntio valde mehercule de te timueram. Sed tu in re militari multo es cautior quam in advocationibus: qui neque in Oceano natare volueris, ſtudioſiſſimus homo natandi, neque ſpectare eſſedarios: quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus. Sed jam ſatis jocati ſumus. Ego de te ad Caeſarem quam diligenter ſcripſerim, tute ſcis, quam ſaepe, ego. Sed mehercule jam intermiſeram, ne viderer liberaliſſimi hominis meique amantiſſimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his litteris quas proxime dedi, putavi eſſe hominem commonendum.

id

Calere] Bello. *Idem.* *Satis calere*] Satis negotii habere. Lib. VII ad Att. ep. 19. & hic lib. VIII, ep. 6.

Neque ſpectare eſſedarios] Qui milites ſunt qui ex *eſſedis* pugnabant, & aurigæ, qui in ſpectaculis ſpectari ſolent, de quibus vid. Lipſ. II Saturn. 12.

Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus] Nos hic communem vulgatamque lectionem ſecuti ſumus, nulla re ab antiqua diverſam. alii *ne anabata quidem* legendum putant, permutato vocabulo & caſu. Nos tutius affirmare poſſumus de integritate hujus verbi, quam de ſignificatu reſpondere. Nonius certe ſæpe Varronem *Andabatis* citat. Eraſmus putat hic *Andabatam* vim proverbii habere, quo etiam ſæpe Divus Hieronymus uſus ſit, quos locos diligenter ille colligit, ut cum nihil amplius viderim, malim ea ab eo peti, quam hic nulla neceſſitate deſcribere. Nec tamen vir ille eruditiſſimus potuit originem hujus proverbii aperire, fuerint enim populi Anabatæ clauſis oculis pugnare ſoliti, an gladiatores quidam, qui ſic in adverſarium tenderent, ſeu potius luſus genus, ſe non compertum habere ingenue fatetur, etſi in ultimam ſententiam potius inclinat. *Victorius.* *Andabatam*] Vide Eraſmi proverbia. *Corrad.* *Quem antea ne antanabatam quidem*] *Antanabatæ* non populi fuerunt, ſed gladiatores, ſeu certatores, qui ex equis pugnabant: idque oculis clauſis, aut capite operto, ne cernere alter alterum poſſet. Dicti autem ſunt antanabatæ a præpoſitione ἀντὶ & ἀναβάτης· quæ vox ſignificat eum qui equum conſcendit: quive in equo ſedet. Ita antanabatæ ſunt qui ex equis inter ſe certant: ſeu qui in equis ſedentes inter ſe adverſantur & pugnant. Quod autem vulgo dicuntur *andabatæ*, vitium eſt temporum & chartarum. *Lambin.* *Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus*] Sic eſt in Pall. omnibus, editioneque Victorii. Grut. tamen *Andabatan*, unde forſan legendum *Andabata*: quaſi dicat; noluiſti adeſſe ſpectandis eſſedariis, quem novimus adeo cupidum fuiſſe ſpectandi Andabatas, ut nulla te ratione intervertere atque avertere ab eorundem ſpectaculo potuerimus: verum hoc quoque modo citat Lipſius lib. II Saturnal. ſermon. c. 12, quem vide. *Gebhard.* Male hic Lambinus. *Andabata* eſt ex Græco ἀναβάτης interpoſito *d* ut in multis aliis, id eſt, *adſcenſor*, quia in equis pugnabant, galea frontem oculoſque tecti. *Andabatam* agnoſcunt etiam Grævii primus, & Amſtelod.

Fra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quid profecerim, facias me velim certiorem: & ſi-
e toto ſtatu tuo conſiliiſque omnibus. Scire enim cu-
id agas, quid exſpectes, quam longum iſtum tuum
um a nobis futurum putes. Sic enim tibi perſuadeas
, unum mihi eſſe ſolatium quare facilius poſſim pati
ſine nobis, ſi tibi eſſe id emolumento ſciam. ſin au-
l non eſt, nihil duobus nobis eſt ſtultius: me, qui te
omam attraham: te, qui non huc advoles. Vna me-
e noſtra vel ſevera vel jocoſa congreſſio pluris erit,
non modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Haedui.
omnibus de rebus fac ut quam primum ſciam:
ut conſolando, aut conſilio, aut re juvero.

noſtri Hedui] Sic ad Atticum, *Hedui fratres noſtri pugnant*. Corrad.

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

num jocatur, ut ſolet, occaſione ſumpta ab interregnis: ſuadet, ut, ſi honeſtatem facultateſque ſuas auget, maneat aeſarem; ſin minus, Romam ſe recipiat. Anno urbis DCC. *regno.*

CICERO TREBATIO.

ſi ante Roma profectus eſſes, nunc eam certe relin-
queres. quis enim tot interregnis jureconſultum de-
:? Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilii dede-
rim,

gnis] Poſt M. Meſſalam & Cn. ium Coſs. *Corrad.* Interre-m tempore judicia jacebant. nut.

us unde petitur] Eſt propria ju-ltorum formula. Sic appella-er litigatorum, qui nimirum catus erat in judicio privato, , qui in jus vocabat, diceba-r, ſive *actor*, quoniam ab eo, intendebat, petebat aliquid plerumque dicere aut facere oportere. Cic. pro Mur. *Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille unde petebatur, non habebat.* Cato: *Si quid alter ab altero peteret, ſi ambo pares eſſent: ſive boni, ſive mali eſſent, quod duo res geſſiſſent, uti teſtes non intereſſent, illi, unde petitur potius credendum eſſe.* Terent. Prolog. Eunuch. v. 10.

Atque in theſauro ſcripſit, cauſſam dicere
Prius, unde petitur aurum, quare ſit ſuum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rim, ut a ſingulis interregibus binas advocationes poſtulent. Satiſne tibi videor abs te jus civile didiciſſe? Sed heus tu, quid agis? ecquid fit? video enim te jam jocari per litteras. Haec ſigna meliora ſunt, quam in meo Tuſculano. Sed quid ſit ſcire cupio. Conſuli quidem te a Caeſare ſcribis: ſed ego tibi ab illo conſuli mallem. quod ſi aut fit, aut futurum putas, perfer iſtam militiam, & permane. Ego enim deſiderium tui, ſpe tuorum commodorum conſolabor. ſin autem iſta ſunt inaniora, recipe te ad nos. Nam aut erit hic aliquid aliquando: aut ſi minus, una mehercule collocutio noſtra pluris erit quam omnes Samarobrivae. Denique ſi

Quam ille qui petit, unde is ſit theſaurus ſibi.

Unde petitur eſt *a quo, petitur.* Cic. III in Verr. *Ille autem, unde ablatum eſt, judicio ſuum recuperare nullo modo poſſit.* Liv. lib. v. *Unde minime quis crederet accepta calamitas.* Gronov. lib. IV Obſ. cap. 11.

Binas advocationes poſtulent] Eſt & hoc loquendi genus ex Juriſconſultorum ſchola. Proprie enim unde petitur *poſtulare advocationem* dicebatur, cum, poſtquam petitor actionem ediſſet, peteret a Prætore tempus deliberandi velitne ſtare judicio, an facere quod petitor poſtulabat. Hoc tempus ideo dicebatur *advocatio*, quia tum amicos ſuos convocabat, cum quibus deliberabat unde petitur, num velit cauſſam excipere ac jure experiri, nec ne. Hi dicebantur *advocati* proprie, & tempus *advocatio*. Senec. procem. lib. IV Controv. *Tanta illi perturbatio fuit, ut advocationem peteret.* Hinc *advocatio* pro quavis mora. Senec. Conſol. ad Marc. cap. 10. *Nihil de hodierna die promittitur: nimis magnam advocationem dedi: nihil de hora.* & *advocare* eſt moras nectere. Plinius lib. v, epiſt. 8, *Ideoque interim veniam, ne a forenſibus verbis recedam, advocandi peto.* hoc eſt, moras nectendi.

Satiſne tibi videor abs te jus civile didiciſſe?] Quia uſus erat Juriſconſultorum formulis, *unde petitur, advocationem poſtulare*, ideo jocans ſubjicit, *ſatiſne tibi videor abs te jus civile didiciſſe?*

Quid agis? ecquid fit?] Variæ ſcriptorum codicum lectiones indicio ſunt hic aliter olim ſcriptum fuiſſe ac nunc ſcribitur. Palat. prim. *quid agis hæc? quid fit?* Græv. prim. *quid agas? ħ ecquid fit?* Amſtelodam. *quid agis? hem & fit hæc?* Mentel. *quid agis, hoc quod fit.* Forſan Cicero ſcripſit, *quid agis? iſtic quid fit? Fieri* aliquid elegans eſt loquendi genus: Plaut. Truc. *Mane aliquid fiet, ne abi.* Terent. *Interea fiet aliquid.* pro hoc paullo poſt Cicero in hac ipſa epiſtola dicit, *Erit hic aliquid.* Cic. in ep. 18 hujus libri, *An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te?* Grævius.

Hæc ſigna meliora ſunt] Te jocari. Corrad. *Quam in meo Tuſculano*] Signa, hoc eſt, ſtatuæ, ſive imagines pictæ. *Id.*

Hæc ſigna meliora ſunt, quam in meo Tuſculano] Ludit in *ſignorum* ſignificatione duplici. Nam & ſignificationes notat & ſtatuas, quibus Tuſculanum ornaverat, & quarum emtio ei æs alienum conflaverat. vide epiſt. 23 hujus libri.

Conſuli quidem te a Cæſare] Tanquam Juriſconſultum, qui proprie dicuntur *conſuli*.

Sin autem iſta ſunt inaniora]. Si fruſtra hæc ſperas, ſi inanis eſt ſpes.

Quam omnes Samarobrinæ] In Gallia Bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

te retuleris, ſermo nullus erit. ſi diutius fruſtra afue-
on modo Laberium, ſed etiam ſodalem noſtrum Va-
1 pertimeſco. Mira enim perſona induci poteſt Bri-
i jureconſulti. Haec ego non rideo, quamvis tu ri-
ſed de re ſeveriſſima tecum, ut ſoleo, jocor. Remo-
o, tibi hoc amiciſſimo animo praecipio, ut, ſi iſtic
ommendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas
deſiderium, honeſtatem, & facultates tuas augeas.
tem iſta frigebunt, recipias te ad nos. Omnia tamen
vis, & tua virtute profecto & noſtro ſummo erga te
conſequere.

i, ubi Cæſar tribus hybernis hye- onſtituit. Hanc Cameracenſem quidam nunc vocant. *Corradus.* *briva* ſcribendum eſſe ex aucto- trabonis, & veterum librorum, in annotationibus in Cæſarem.

Quam omn. Samarobrivæ] In o *Samarobriga:* metropolis Am- im in Gallia Belgica. hodie *A-* ſic autem recte ſcribitur in me- s libris, *Briva* enim & *Briga* ntiqua vocabula Gallica quæ ſignificant, hinc *Samarobrivia* is Samaræ fluvii qui per illam tranſit. *Samara* eſt fluvius, qui æo Phrudis, in Notitia Imperii *Sombrica* dicitur, hodie *la Somme.*

Non modo Laberium] D. Laberium poetam, ſcribendis mimis clarum & mordacem. *Corradus.*

Valerium] Fortaſſe Catulum. *Idem.*

Valerium] Juriſconſultum. vide Manut. Sed puto ſcenicum intelligi, cujus meminit III de Oratore, *Valerius quotidie cantabat, erat enim ſcenicus. quid faceret aliud? At Numerius Furius, noſter familiaris, cum eſt commodum cantat. eſt enim pater familias, eſt eques Romanus.* Guilielm.

Pertimeſco] Ne in te ſcribant, vel dicant. *Corradus.*

Induci poteſt] A poetis. *Idem.*

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

catur more ſuo, & in joco reprehendit opiniones Epicureorum, que Trebatium; quem Epicureum eſſe factum, ex Panſa co- rat. Eodem anno in interregno.

CICERO TREBATIO.

Mirabar quid eſſet quod tu mihi litteras mittere intermiſiſſes. Indicavit mihi Panſa meus, Epicureum te factum. O caſtra praeclara! quid tu feciſſes, ſi te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Tarentum, & non Samarobrivam miſiſſem? Iam tum mihi non placebas, cum idem intuebare quod & Seius familiaris meus. Sed quonam modo jus civile defendes, cum omnia tua cauſſa facias, non civium? Vbi porro illa erit formula fiduciae, *Vt inter bonos bene agier oportet?* Quis enim eſt, qui facit nihil, niſi ſua cauſa? Quod jus ſtatues Communi dividundo, cum commune nihil poſſit eſſe apud eos qui omnia voluptate ſua metiuntur? Quomodo autem tibi placebit, Iovem Lapidem jurare, cum ſcias, Iovem ira-

SI te Tarentum] Quod *molle* dicitur, & molles homines reddit. *Corrad.*

Non Samarobr. miſiſſem] Ubi ſunt homines duri & feroces. *Idem.*

Jam tum mihi non placebas, cum idem intuebare &c.] Quid ſi legamus, *cum idem tuebare*, &c. *Lambin.*

Quod & Titius familiaris meus] Diverſa ab hac ſcriptura eſt in Mediceo codice: ita enim ibi legitur, *quod Zeius familiaris tuus.* Quare accurate videndum eſt an *Seius* legi debeat, quod ſane mihi non diſplicet: pro *ſ*, enim antiqui librarii ac fabri *z*, ſæpe ponebant, quod Romæ in multis lapidibus viſitur, & a doctis ac diligentibus viris adnotatum eſt. *Seius* autem Ciceroni familiaris erat, quod intelligitur his verbis ex epiſt. ad Varronem 122. *Cœnabam apud Seium, cum utrique noſtrum redditæ ſunt a te literæ.* 166. *Cognoſcere ex M. Seio arbitror, qui noſtro ſermoni interfuit.* Quia hoc nomen crebro legum interpretes uſurpant, & Trebatius juriſconſultus erat, ideo (ut opinor) aliqui, cum locum mendoſum putarent, *& Titio* repoſuerunt. *Victorius.* *Et Titius*] In antiquis libris varia eſt lectio, *Etheius*, *Ethicius*, *Canius.* Quare difficilis eſt conjectura, quo modo ſit legendum. *Catius* qui fuit Epicureus, fortaſſe reponi poſſet: niſi magis placeret *Atticus*, qui & Epicureus, & Ciceronis familiaris fuit: quod nemo eſt, qui neſciat. *Corradus.* Proxime a Mediceo abeſt primus Grævii, qui legit *quod Zeus familiaris.*

Tua cauſſa facias] Al. *facies*, ut Epicurei, qui dicunt ſapientes omnia ſua cauſſa facere. *Idem.*

Non civium] Hæc duo verba non ſunt in veteribus libris. *Idem.*

Formula fiduciæ ut inter bonos bene agier oportet] Conſentiunt priſci quos vidi, codices cum impreſſis. Et nobiliſſimus omnium Mediceus eandem quam vulgati libri lectionem ſervat: aliis doctioribus quid faciendum ſit, judicandum relinquo: ipſe contra tot exemplariorum conſenſum nihil auſim ſtatuere. *Victor.* Hanc lectionem confirmant Græv. prim. Amſtelod. Mentel. In Gruteriano autem & Stewechiano deeſt *ut*, & pro *oportet* Stewech. legit *oporteret.* *Int. bon. b. ag. op.*] *Inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione*, lib. III de Offic. *Corradus.* In vett. libris eſt, *inter bonos bene agier* ſine particula *ut*, & ſine verbo *oportet*; & ita videtur legendum. *Urſinus.*

Quis enim eſt, qui facit nihil niſi ſua cauſſa] Hæc verba ita concepta ſunt in Pal. in Grut. ad marginem, nam ſeriem ipſa deſtituunt in editionibus, prima ac Victoriana. [ut & Grævii prim. Amſtelod. & Mentel. niſi quod in Amſtelod. ſit *quid enim eſt*]. Ante edebatur, *Quis enim eſt bonus, qui facit nihil.* Gebhardus.

Communi dividundo] Rerum communium diviſioni: qua de in eo legis capite agitur. *Corradus.*

Jovem lapidem jurare] Vid. ſup. ad epiſt.

…eſſe nemini poſſe? Quid porro fiet populo Vlubra-… tu ſtatueris, πολιτεύεσθαι non oportere? Quare ſi …a nobis deficis, moleſte fero: ſin Panſae aſſentari …odum eſt, ignoſco: modo ſcribe aliquando ad nos …gas, & a nobis quid fieri aut curari velis.

… hujus libri. *Corradus.*

…*tias*] Ut Epicurei, qui nihil …ntur, quam ne dubitare ali… videantur. *Idem.*

…*iratum eſſe nemini poſſe*] Epicu… …dicebat: Deos nec ſibi fin… …m moleſtiam, nec alteri quæ… …*m.*

…*lubrano*] *Vlubræ* eſt oppidum …, frigidum, in ultima Italia. …tius:

…*gis petimus bene vivere; quod pe…us hic eſt,*
…bris, animus ſi te non deficit æ…uus. Philip. Melancht.

…ύεσθαι] Rempublicam admi… Dicebat Epicurus, Rempublicam capeſſere hominem bene ſanum oportere. *Corradus.*

A nobis] Academicis. *Idem.*

Sin Panſæ aſſentari] Qui & ipſe Epicureus eſt, & ἡδονὴν ſequitur. Epiſtola 19 lib. XV. *Idem.*

Modo ſcribe aliquando ad nos] Ita Pal. pr. Grut. Victorii editio, & omnium antiquiſſima, ſcribunt. vulgo *ſcribas.* Sicut & illud ſuccinctius, *a nobis quid fieri, aut curari velis*; cum edatur, *a nobis quid agi, quid fieri aut curari v.* Stewech. quoque illa duo non neceſſaria vocabula ſpernit. *Gebhardus.* Utramque ſcripturam firmant Græv. Amſtelod. & Mentel. codd.

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

…ermiſſionis litterarum cauſſam exponit: quam non agnoſcente …tio, inde occaſionem arripit liberius jocandi. Scripta eodem …no & in interregno: quia dies adſcripta, III *Non. Mart. Interre…num autem ſex menſibus hoc anno fuiſſe, jam diximus.*

M. CICERO TREBATIO S.D.

Data in interregno.

…Deone me injuſtum eſſe exiſtimaſti, ut tibi iraſcerer, quod parum mihi conſtans, & nimium cupidus dece-… viderere, ob eamque cauſſam me arbitrarere litteras jamdiu non miſiſſe? Mihi perturbatio animi tui, … primis litteris perſpiciebam, moleſtiam attulit. Ne-… …lia ulla fuit cauſſa intermiſſionis epiſtolarum, niſi quod,

…*ſa intermiſſionis epiſtolarum*] Lit…*rum* alias. ſed hoc eſt ex Pall. Gruter. Victorio. ſtatim poſt, tranſpoſui verba, ex Palatino (nam primum tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quod, ubi eſſes, plane neſciebam. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis. Audi, Teſta mi: Vtrum ſuperbiorem te pecunia facit, an quod te imperator conſulit? Moriar ni, quae tua gloria eſt, puto te malle a Caeſare conſuli, quam inaurari. Si vero utrumque eſt: quis te feret, praeter me, qui omnia ferre poſſum? Sed, ut ad rem redeam, te iſtic invitum non eſſe, vehementer gaudeo: &, ut illud erat moleſtum, ſic hoc eſt jucundum. Tantum metuo ne artificium tuum tibi parum proſit. Nam ut audio iſtic

Non ex jure manu conſertum, ſed magis ferro
Rem repetunt.

Et tu ſoles ad vim faciundam adhiberi? neque eſt, quod illam exceptionem in interdicto pertimeſcas, *Quod tu prior vi hominibus armatis non veneris.* Scio enim te non eſſe procacem

tantum, & Gruterianum perſequi decrevi, ex temporis anguſtiis, cum quis ceteri in rebus bonis fere concurrunt) & Victorii editione, *teſta mi:* licet paſſim feratur, *mi teſta.* Gebhardus.

Ne artificium tuum tibi parum proſit] Juris civilis prudentia. *Corradus.*

Non ex jure manu conſertum] Non totos duos hos Ennii verſus ſcripſimus. reliquum enim poſterioris in nullis antiquis legitur. Quidam minime neceſſariam partem repoſuerunt, eaque verba omiſerunt quæ & in antiquis leguntur, & ſententiam integriorem & concinniorem reddunt, cum ſtatim illum interroget an & ipſe ad vim faciendam adhiberi ſoleat. qui autem hæc viderant, ii quoque parum caſtigata ſcripſerunt: *non* enim incommode importuneque de ſuo addiderunt. Nollem tamen ea cum Ennii verbis conjuncta eſſe, quod vitio librariorum factum eſt in noſtris codicibus: ſeparentur igitur ab illis, cum verbiſque Ciceronis conjungantur. *Victor.*

Ex jure manu conſertum] Hæc verba ſunt loco Romani caſus. *Corradus.* *Ex jure manu conſertum petere* eſt rem ſuam petere actione forenſi, rei vindicatione. vid. Gell. XX, 9.

Et tu ſoles ad vim faciendam adhiberi] Legendum eſſe, *At tu non ſoles ad vim faciendam adhiberi* ſententia ipſa clamat. hoc enim ſignificat Cicero, Vereor ne artificium tuum tibi parum proſit: quia iſtic non eſt opus juriſconſulto, cum arma valeant. Nam tu quidem qui juriſconſultus es, non ſoles ad vim faciendam adhiberi. *Lambinus.* *Et tu ſoles ad vim facundiam adhibere*, eſt in manuſcripto apud me libro. *Vrſinus.* *Adhiberi* eſt in conſilio adhiberi, conſuli. vide ſup. ad lib. IV, cap. 2.

Illam exceptionem] Adjunctionem, quæ in interdicto addi ſolebat, ſine qua tamen fieri poterat. *Corrad.*

In interdicto] De vi hominibus armatis. ſive, Unde vi. *Idem.*

Quod tu prior vi hominibus armatis non veneris] De quo tot diverſæ ſententiæ, concertationeſque fuerunt: ſcripſimus ut in Mediceo eſt, nam lectionem ejus libri ſinceram & integram eſſe credi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

in laceſſendo. Sed ut ego quoque te aliquid admoneam de noſtris cautionibus: Treviros vites cenſeo. audio capitales eſſe. mallem auro, aere, argento eſſent. Sed alias

: ut qui immutare aliquid ve- potius corrumpant quam corri- nam verba eſſe interdicti patet, untur ea in oratione pro Cæcin- ltis locis, & in Pandectis ſæpius. autem eorum ſenſum eſſe exi- nus, ut dicat Cicero non eſſe io pertimeſcendam exceptio- llam, qua utuntur illi ad Præto- qui cum confeſſi ſint ſe dejeciſ- amant tamen ſe non interdicto , nec debere reſtituere: nam *us* ab adverſariis *vi hominibus ar-* dejectos eſſe. ſubjungit enim, *im te non eſſe procacem in laceſſendo,* uriarum origo a te orta eſſe poſ- m ut timidum & parvi animi ho- m taxat, & qui libenter pugnas ſque fugeret, & bello minime aptus: quibus enim valebat ar- in prœlio uti non poterat. quum n cum juriſconſulto ſermo ſit, s juris frequenter utitur Cicero, auſſa. *Victor.* Mediceo adſtipu- r Amſtelod. Mentel. Græv. pri- Pal. prim. editio prim. niſi quod i legat corrupte *in.* *Quod tu prior* *minibus armatis non veneris*] Si hæc exceptionis verba, negatio tol- neceſſe eſt: quoniam Prætor in dicto eum alloquebatur, qui de- ſet, qui ſine dubio prior venerat. Ciceronis ſunt ad Trebatium, ne- legi poteſt. *Corradus.* *Neque eſt* *illam exceptionem in interdicto perti-* *s, Quod tu prior* &c.] Id eſt, ne- te agentem, hac exceptione repel- Recte ageres, niſi *prior vi, homini-* *armatis* veniſſes. Nunquam enim cuiquam prior inferes, neque nquam hominibus armatis oppu- bis. At hæc exceptio convenit in qui priores alteri vim intulerunt, ui alterum laceſſiverunt. Sic pu- hunc locum & legendum eſſe & intelligendum. Negatio ſcilicet, quæ debebat locari ante verbum *ſoles*, fuerat in alienum locum tranſlata, & ante verbum *veneris*, collocata. *Lambin.* Ut Mediceus, ita quoque Pal. concepit, neque magnopere titubat Gruterianus, tantum *omnibus* pro *hominibus* referens. Vaticanus hæc omnia ita transformat *rem repetunt, & tu ſoles ad vim faciundam adhiberi? neque eſt, quod tu prior vi hominibus armatis.* Mihi quoque interjacentia vulgo verba pro commento ac gloſſemate oboleſcunt: quod auget ſuſpicionem, quodque neque in Grut. editione prima *in* conſpectui ſit. Alias cetera ſic circumferuntur, *quod tu prior cum hominibus armatis veneris.* prima editio ſinceram lectionem fere exhibet, ſi modo pro *in* emendes *vi.* Gebhardus.

De veſtris cautionibus] Sic edidit Victorius & Gebhardus. ſic & Pal. prim. Grut. Græv. prim. & Amſtelod. Senſus tamen poſtulat ut aliorum librorum lectioni ſubſcribamus, in quibus extat, *de noſtris cautionibus.* Et ſic in Menteliano. Non enim hæc, quam ſubjicit, juris prudentum cautio erat, ſed Ciceronis. *Grævius.*

Treviros vites cenſeo] Hic jocatur Cic. nam *Treviri* ſunt inter Belgas populi, ſed & Romæ capitales, & monetarii. *Corrad.*

Capitales] In Gallia quidem bellicoſos & pernicioſos, ſed Romæ Treviri (*Treviri* enim dicebantur) *capitales* ii erant, qui carceris cuſtodiæ præerant, quos Soſia apud Plautum timet. *Idem.*

Auro, ære, argento eſſent] *Treviri*: qui ſic ab antiquis ſcribebantur, III. V. A. A. A. F. F. hoc eſt, triumviri, auro, argento, ære flando, feriundo. *Idem.* Hi erant præfecti monetæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

alias jocabimur. Tu ad me de iſtis rebus omnibus ſcribas velim quam diligentiſſime. A. d. IV Non. Mart.

EPISTOLA XIV.

ARGVMENTVM.

Familiariter & jocoſe Trebatium, qui litteras nullas miſerat, objurgat. Eodem fortaſſe anno.

CICERO TREBATIO.

CHryſippus Vettius, Cyri architecti libertus, fecit ut te non immemorem putarem mei. ſalutem enim verbis tuis mihi nuntiarat. Valde jam lautus es, qui gravere litteras ad me dare, homini praeſertim prope domeſtico. Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi jam te advocato cauſſa cadent. ſin noſtri oblitus es, dabo operam ut iſtuc veniam ante quam plane ex animo tuo effluo; ſin aeſtivorum timor te debilitat, aliquid excogita, ut feciſti de Britannia. Illud quidem perlibenter audivi ex eodem Chryſippo te eſſe Caeſari familiarem. Sed mehercule mallem, id quod erat aequius, de tuis rebus ex tuis litteris quam ſaepiſſime cognoſcerem. Quod certe ita fieret, ſi tu maluiſ-

ſes

V*Alde jam lautus es*] Hoc eſt, valde delicatus, faſtidioſus.

Quod ſi ſcribere oblitus es] Luſit in hoc verbo Cic. eleganter: nam *ſcribere* dicuntur juriſconſulti cum clientibus ſuis ſcripto cavent. Cum litteras ad ſe nullas Trebatius mitteret, aperit Cicero quod incommodum ex ea re oriturum ſit: tranſit tamen ad alium minus communem hujus verbi ſignificatum, *Minus multi jam te advocato cauſſa cadent*, paucos habebis clientes; nec multi ſuas cauſſas ad te deferent. In qua etiam re exponenda, carpit illum ut malum advocatum & defenſorem cauſſarum: quaſi omnes qui ad eum patronum confugerent, cauſſas amitterent, nec jus ſuum tueri poſſent. Utitur autem in ea re narranda vocibus peculiaribus juriſconſultorum. Vidi antiquum exemplar Topicorum, in quo locus ille ita ſcriptus eſſet, *Etenim cum tu mihi, meiſque, multa ſæpe ſcripſiſſes*, cum formis excuſi omnes *caviſſes*. Victorius.

Minus multi cauſſa cadent] Quam quum reſpondebas de ſcripto, & jocatur Cic. *Corradus.*

De Britannia] Quo ne ires, neſcio quid excogitaſti. *Idem.*

Si tu maluiſſes benevolentiæ quam litium jura perdiſcere] Melior juriſconſultus, quam amicus.

Iſtic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

benevolentiae quam litium jura perdiſcere. Sed haec jocati ſumus, & tuo more, & nonnihil etiam noſtro. Te valde amamus, noſque a te amari cum volumus tum etiam confidimus.

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

Declarat ſuum abſentis Trebatii deſiderium: gratulatur de Matii familiaritate. Eodem anno.

CICERO TREBATIO.

Qvam ſint moroſi qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt. moleſte ferebam antea te invitum iſtic eſſe: pungit me rurſus, quod ſcribis eſſe te iſtic libenter. neque enim mea commendatione te non delectari facile patiebar: & nunc angor, quidquam tibi ſine me eſſe jucundum. Sed hoc tamen malo, ferre nos deſiderium, quam te non ea quae ſpero conſequi. Quum vero in C. Matii, ſuaviſſimi doctiſſimique hominis familiaritatem veniſti, non dici poteſt quam valde gaudeam: qui fac ut te quam maxime diligat. mihi crede, nihil ex iſta provincia potes, quod jucundius ſit, deportare. Cura, ut valeas.

Donatus in Terent. Heaut. 4.2. Moroſi homines qui [illegible] dam moroſi ſunt.

Iſtic eſſe] In Gallia. *Corrad.*
In C. Matii] Hic eſt cujus epiſtola legitur 28 in lib. XI.

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

Laudare Trebatium videtur ut ſapientem, qui belli diſcrimina vitaret: ſed revera notat ut timidum: quod ſaepe facit. adſcribit quaedam per jocum, de Cn. Octavio, de futuris Trebatii divitiis, de ejuſdem ſuperbia. Scripta videtur eodem anno: quod ex eo cognoſcitur, quia ſcribit Cicero & in Britanniam ire Trebatium noluiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

noluiſſe, & adhuc quidem Samarobrinae eſſe; ubi eum fuiſſe cum interreges crearentur, indicat epiſt. 11.

M. CICERO TREBATIO S.D.

IN Equo Trojano ſcis eſſe in extremo, *Sero ſapiunt*. Tu tamen, mi vetule, non ſero, primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti: deinde, quod in Britannia non nimis φιλοθέωρον

IN *Equo Trojano*] Livii Andronici tragœdia. *Corradus*.

Sero ſapiunt] Phryges. *Idem*.

Tu tamen mi vetule, non ſero] Hæc & vulgata, & antiqua hujus loci lectio eſt: nos nihil mutavimus: etſi nonnullos ſcimus pro *vetule* βάκηλε emendare conatos. Cujus tamen Græcæ vocis nullo in antiquo exemplari veſtigium ullum vidimus: ſcimus & nos βακήλους antiquo proverbio appellatos eſſe languidos, & diſſoluto corpore homines, & potius mulieres, quam viros. Non tamen recte facere exiſtimamus, qui tam facile veterem ſcripturam tollunt. appellat autem hunc variis ſæpe cognominibus, ut *teſtam* etiam. quorum rationem ſi velis conerisque, fortaſſe non facile explicare poſſis. *Victorius*. *Mi vetule*] Conſilio & prudentia. Sed jocatur more ſuo. *Corradus*. *Mi vetule, non ſero: primas, illas rabioſulas*] Sic habetur in Pal. Grut. editione principe, ac Victorii. Alii βάκηλε intrudunt. Vulgo *primum illas rab.* Gebhardus.

Sat fatuas dediſti] Quando te iſtic invitum eſſe ſcripſiſti. ſed paullo poſt, quum ſapere incepiſſes, ſcripſiſti item, te eſſe iſtic libenter. Propterea tu non ſero ſapis. *Corrad*.

In Britannia] De Britannia: nam eo profectus non es. *Idem*.

Non minus Philocteten te præbuiſti] Magna eſt eruditorum hominum diſſenſio in hujus loci declaratione, & ſcriptura: nos tamen opinionem noſtram inter tantos auctores libere proferemus, & fortaſſe in quo illi decepti ſint demonſtrabimus. Et primo lectionem, quam Politianus reſtituit, uno tantum parum mutato verbo, comprobamus: eadem enim exemplaria ſequimur quibus ille adjutus commodiorem hunc locum fecit, *minus* tantum in *nimis* facili & frequenti admodum lapſu permutato. Nonnihil etiam ab eodem intellectu horum verborum diſſentimus: ni fallor enim, non parum peccat ille in hujus rei hiſtoria. Putat enim Trebatium in inſulam Britanniam acceſſiſſe, quod falſum eſt ex verbis his Ciceronis, *Qui neque in Oceano natare volueris, nec ſpectare Eſſedarios*. Item ex hoc loco confirmatur, *Sin æſtivorum timor te debilitat, aliquid excogita, ut feciſti de Britannia*. Quæ declarant ſcire jam Ciceronem eum in Britanniam non profectum, cum dicat illi, ut aliquam cauſſam quærat, ne faciat, quod non ſibi commodum ſit, ut fecerat de Britannia, quo ire noluerit excuſatione quapiam uſus. Nam primo crediderat Cicero illum eo cum Cæſare iſſe. Verba autem hæc *in Britannia*, &c. quæ (ut nos putamus) Politianum in errorem induxerunt, perſuaſeruntque illi, ut crederet eo profectum Trebatium, illicque valde *philotheorum* fuiſſe, non eam habent ſententiam quam ille exiſtimavit: ſed *in Britannia* ſic intelligo, in expeditione & negotio Britanniæ: quantum ad Britanniam, in navigatione illa, quæ in Britanniam facta eſt. Quo modo dicendi tam ſæpe utitur hic auctor, ut non millies obſervaſſe pudor ſit illis qui aliquando ipſum viderint: nam credere Trebatium etiamſi in Britanniam acceſſiſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

te praebuiſti, plane non reprehendo. nunc vero in [hiber]is injectus mihi videris. itaque te commovere non [...] Vſquequaque ſapere oportet. id erit telum acerrimum. [...] foris coenitarem, Cn. Octavio, familiari tuo, non [...]ſem. cui tamen dixi, cum me aliquoties invitaret: [Oro t]e, quis tu es? Sed mehercules, extra jocum, homo bellus

theatris verſatum, ſpectationi[...] operam dediſſe fugitantem [...]m, otioque ſe aſſerentem, ut [...]onit, nimis ineptum mihi vi[...] indignumque acerrimo homi[...]icio. Paucis enim diebus, qui[...] maximis periculis in inſula [...]runt, non locus erat ludis, de[...]ue. Nos hic φιλοθέωρον intelli[...] φιλοθεάμονα, φιλοθεωρητήν. Sic [...] Græci appellant illum, qui no[...]ras, novaque loca ſemper viſere [...] ſtudioque peregrinationis miri[...] ut ſitum orbis terrarum ſpectet, [...]ſque diverſarum gentium, & in[...] perdiſcat: quemadmodum Plu[...] in libello περὶ τῶν ἐκλελοιπότων [...]ίων dicit fuiſſe Cleombrotum [...]dam Lacedæmonium, his verbis: [...]βροτος δ' ὁ Λακεδαιμόνιος, πολλὰ [...] Αἰγύπτῳ καὶ περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν [...] ἐπλανημένος, πόῤῥω δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς [...]άσσης ἀναπεπλευκὼς οὐ κατ' ἐμπο[...]ἀλλ' ἀνὴρ φιλοθεάμων καὶ φιλομαθὴς, [...] δ' ἔχων ἱκανὴν, καὶ τὸ πλείονα τῶν [...]ῶν ἔχειν οὐκ ἄξιον πολλοῦ ποιούμενος, [...]το τῇ σχολῇ πρὸς τὰ τοιαῦτα. Et hanc [...]que ſententiam eſſe horum ver[...]m putamus, ut Cicero dicat ſe [...]are conſilium Trebatii, quod non [...]it ex hoc hominum genere, qui [...]ia viſere cupiunt: multos enim [...] ſtudio videndæ inſulæ, quæ tunc [...]uam novus orbis Romanis aperta [...], libenter acceſſiſſe veriſimile eſt, [...] navigatio illa multorum pericu[...]m & incommodorum plena eſſet. [...]apientius feciſſe viderentur, qui [...] lecta gloria, contemptaque etiam [...] ſpectatione, aliquam cauſſam [...]nerunt, quare illuc non ierint: quod feciſſe Trebatium lætatur: ſimulque ut parum militarem virum, nec bellicæ laudis avidum, clam taxat, quod etiam aliis locis joci gratia libenter facit. *Victorius.* *Non minus, quam Philocteten*] Qui vulnere impeditus, ire ad Bellum Trojanum non potuit, ſed in Lemno remanſit: ſic tu, ſimulato neſcio quo dolore, ne in Britanniam ires, in Gallia reſtitiſti, idque etiam fuit *non ſero ſapere*. Qui vero, *non nimis philotheoron*, ſcribunt, eum intelligi volunt, qui novas terras, & nova loca ſemper cupiat viſere. Ne quod de ſpectaculis quidam dicunt, referam. *Corradus.* *Non nimis φιλοθέωρον*] Firmat hanc lectionem Grævii primus. Sic enim in eo ſcribitur, *non minus philoteorum te præbuiſti*. Sed recte emendarunt viri docti, *non nimis φιλοθέωρον*.

Nunc vero in hibernis injectus mihi videris] Legendum eſt *vinctus*, non *injectus*. Sic autem repoſui ab uno codice manuſcripto adjutus, & quaſi manu ad hanc conjecturam ductus: in quo ſcriptum eſt *innectus*. ex qua ſcriptura tamen licet facilius & propius facere *innexus*. Omnino lectio vulg. *injectus* mendoſa eſt, neque ferri poteſt. Non enim dici poteſt Latine, *injectus in hibernis*: ſed *injectus in hiberna*, dicendum. Lambinus. *Nunc vero in hibernis injectus mihi videris*] Ita eſt in Pal. primo, Grut. editione prima, & Victorii. Lambinus quod in unico MS. repererat *innectus*, fecerat *innexus* vel potius *vinctus*; quaſi difficile fuiſſet, quod alii ante me viderunt, extricare *intectus*. Guilielm. tamen conjectat, *in lectis*. Gebh.

Oro te, quis tu es?] Eſt hæc formula qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bellus eſt. vellem eum tecum abduxiſſes. Quid agatis, & ecquid in Italiam venturi ſitis hac hieme, fac plane ſciam. Balbus mihi confirmavit, te divitem futurum. id utrum Romano more locutus ſit, bene nummatum te futurum, an, quomodo Stoici dicunt, Omnes eſſe divites, qui coelo & terra frui poſſint, poſtea videro. Qui iſtinc veniunt, ſuperbiam tuam accuſant, quod negent te percunctantibus reſpondere. ſed tamen eſt quod gaudeas. conſtat enim inter omnis, neminem te uno Samarobrivae juris peritiorem eſſe.

qua compellabant illos quos contemnebant præ ſe. Hinc ſuperius hunc Octavium appellavit *terræ filium*. Dux Myſorum ad Romanos apud Flor. IV, 12. *Qui vos*, inquit, *eſtis?* Et Arioviſtus apud eundem lib. III, cap. 10. *Quis eſt autem Cæſar?* Ovid. epiſt. Phyllidis:

Hei mihi; ſi quæ ſim Phyllis, & unde rogas. Græv.

Reſpondere] Idem de Valerio epiſt. 9 lib. I dixit. *Corrad.*

Conſtat enim inter omnes] Jureconſulti ſic loquuntur. *Idem.*

EPISTOLA XVII.

ARGUMENTUM.

Gratulatur Trebatio, quod urbis urbanarumque rerum deſiderium aliquando depoſuerit: eumque cohortatur ut Caeſaris amicitiam plurimi faciat: quam fore fructuoſam promittit, in ſeque ipſum recipit. Eodem anno.

CICERO TREBATIO S.D.

EX tuis litteris, & Quinto Fratri gratias egi, & te aliquando collaudare poſſum, quod jam videris certa aliqua in ſententia conſtitiſſe. Nam primorum menſum litteris tuis vehementer commovebar, quod mihi interdum (pace tua dixerim) levis in urbis urbanitatiſque deſiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, ſaepe autem etiam, quod a te alieniſſimus, & ſubimpudens videbare.

PRimorum menſium litteris] Plerique ex noſtris libris veteribus habent *menſum*, ubi libri vulgati, *menſium*. Lambin. Sic & Grævii & Pal. primus.

Quod a te alieniſſimus & ſubimpudens vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

. tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem, non ...am attuliſſes, ſic, pecunia ablata, domum redi...perabas: nec tibi in mentem veniebat, eos ipſos qui ...yngraphis veniſſent Alexandream, nummum adhuc ...n auferre potuiſſe. Ego, ſi mei commodi rationem ...em, te mecum eſſe maxime vellem. non enim me... afficiebar vel voluptate ex conſuetudine noſtra, vel ...te ex conſilio atque opera tua. Sed cum te ex adole...tia tua in amicitiam & fidem meam contuliſſes, ſemper ...non modo tuendum mihi, ſed etiam augendum atque ...dum putavi. Itaque quoad opinatus ſum me in pro...m exiturum, quae ad te ultro attulerim meminiſſe ...lo. poſtea quam mea mutata ratio eſt, cum viderem me

...] Revocavi hanc lectionem ex ...in. Gruteriano, editione pri...uibus ſubſcribunt Amſtelod. ... Grævii primus, niſi quod in ... *& ſubimpudens*, legatur *quam ſub-...*]: cujus acrimoniam facile ..., cui ſagaciores nares: neque ...oſſum me in explicationes un...effundere, quod forſan pleri...rerent ac querentur. Vulgo in...itie eſt editum, *quod a te alie-... eſt, ſubimpudens vid.* Paullo ...ipſi, *Alexandream* auctoritate ...i & editionis Victorianæ. vul...*andriam.* Ad rem quod atti...gnat decoctionem Ptolomæi ...um Rabirio Poſtumo & aliis ...ibus. Inepte ergo Lambinus ... introduxit. *Gebhardus.*

...ſos, qui cum ſyngraphis veniſſent ...lriam] *Eos*, C. Rabirium Poſt...n, & ejus amicos, ep. 1 lib. 1. ...*is*, in Albano Pompeii factis, ...nia regi Alexandrino a Rabi...peditata. *Corrad.* Exiſtimo ſi...i C. Rabirium Poſthumum cæ...e, qui Ptolemæo Alexandrino ...unias crediderant. Cicero pro Rab...: *Pulſus interea*, inquit, *regno ...us, doloſis conſiliis, ut dixit Sibylla, ...thumus, Romam venit: huic egenti & roganti hic infelix pecuniam credidit. Nec tum primum: nam regnanti crediderat abſens. nec temere ſe credere putabat. Quod erat nemini dubium, quin is in regnum reſtitueretur a S. P. Q. R.* Et infra: *Quanquam ad ſumptum itineris, ad illam magnificentiam apparatus comitatumque regium ſuppeditata pecunia a Poſthumo eſt, factæque ſyngraphæ ſunt in Albano Cn. Pompeii, quum ille Roma profectus eſſet*, &c. Ibidem: *Dominatus eſt enim*, inquit, *Alexandriæ. Immo vero in ſuperbiſſimo dominatu fuit, pertulit ipſe cuſtodiam, vidit in vinculis familiares ſuos: mors ob oculos ſæpe verſata eſt, nudus atque egens ad extremum fugit e regno.* Denique pluribus verbis contendit in ea Oratione Cicero, creditam pecuniam nunquam a rege exegiſſe Poſthumum, in quem hoc loco jucunde ludit, *Bernh. Rutil.*

Cum te ex adoleſcentia tua in amicitiam & fidem meam contuliſſes] Græv. prim. *cum te adoleſcentiam tuam.* Palat. prim. Grut. Amſtelodam. Mentel. multique alii libri, edit. prim. *cum te & adoleſcentiam tuam in amicitiam & fidem meam contuliſſes.* Sed vulgata non temere movenda loco.

Me in provinciam exiturum] Pompeii legatum, epiſt. 5 hujus libri. *Corradus.*

Quod

me a Caeſare honorificentiſſime tractari & unice diligi, hominiſque liberalitatem incredibilem & ſingularem fidem noſſem: ſic ei te commendavi & tradidi, ut graviſſime diligentiſſimeque potui. Quod ille ita & accepit, & mihi ſaepe litteris ſignificavit, & tibi & verbis & re oſtendit, mea commendatione ſeſe valde eſſe commotum. Hunc tu virum nactus, ſi me aut ſapere aliquid aut velle tua cauſſa putas, ne dimiſeris: &, ſi quae te forte res aliquando offenderit, cum ille aut occupatione aut difficultate tardior tibi erit viſus, perferto, & ultima exſpectato, quae ego tibi & jucunda & honeſta praeſtabo. Pluribus te hortari non debeo. tantum moneo, neque amicitiae confirmandae clariſſimi ac liberaliſſimi viri, neque uberioris provinciae, neque aetatis magis idoneum tempus ſi hoc amiſeris, te eſſe ullum unquam reperturum. Hoc, quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris, idem Q. Cornelio videbatur. In Britanniam te profectum non eſſe gaudeo, quod & labore caruiſti, & ego te de rebus illis non audiam. Vbi ſis hibernaturus, & qua ſpe, aut conditione, perſcribas ad me velim.

EPI-

Quod ille ita accepit, & mihi ſæpe litteris ſignificavit] Lege, *quod ille ita accepit, ut & mihi ſæpe litteris ſignificarit, & tibi verbis & re oſtenderit.* Lamb.

Et tibi verbis & re oſtendit] Ita elegantius Vaticanus, & Victorii editio. vulgo ſecundum ordine & negligitur. paullo ſtatim ex Vaticano ac Victorio ſcripſi, *& ſi quæ te forte res aliquando.* vulgo *ſi qua:* cum tamen omnes MSS. & editio prima contra eat, *& quæ te forte res.* Gebhard.

Hoc, quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris, idem Q. Cornelio videbatur] Ad veterem Juriſconſultorum conſuetudinem æqualium aut ſuperiorum auctoritatem ſententiis atque opinionibus ſuis adjungendi, adſpexiſſe Ciceronem certum eſt: quæ ad recentiores quoque Juriſconſultos, quorum in Pandectis reſponſa extant, permanavit atque retenta eſt, ut exemplis pene innumeris in eam rem prolatis confirmare poſſum. Celſus l. ſi cui ſimplicius. 9. D. de ſerv. *Verum conſtitit, ut qua primum viam direxiſſet, ea demum ire agere deberet, nec amplius mutandæ ejus poteſtatem habere, ſicut Sabino quoque videbatur.* P. Fab. Semeſtr. 1, 21. quem vide.

In Britanniam te profectum non eſſe] Ita Pal. pr. Grut. editio prima ac Victorii. Vulgatum antehac eſt, *in Britanniam te non eſſe profectum, vehementer gaudeo.* Gebhardus.

Te de rebus illis] Magnifice & inſolenter referentem, *non audiam*] cum faſtidio. ſed jocatur. *Corrad.*

Paulliſ-

EPISTOLA XVIII.

ARGVMENTVM.

Laudat Trebatium quod videretur certa aliquando in ſententia eſſe, & velle in militia permanere. Tum jocatur in ejus partem, quia ſcripſerat in palimpſeſto. Eodem anno.

CICERO TREBATIO S.D.

Accepi a te aliquot epiſtolas uno tempore, quas tu diverſis temporibus dederas, in quibus me cetera delectarunt. Significabant enim, te iſtam militiam jam firmo animo ferre, & eſſe fortem virum & conſtantem. Quae ego paulliſper in te ita deſideravi, non imbecillitate animi, ſed magis ut deſiderio noſtri te aeſtuare putarem. Quare perge, ut coepiſti: forti animo iſtam tolera militiam. Multa, mihi crede, aſſequere. ego enim renovabo commen-

…liſper a te] Al. *paulliſper in te.* …radus.

…*mbecillitate animi tui, ſed magis* …*rio noſtri te aſtuare putarem*] For-… *ut imbecillitate animi tui, ſed ma-*… Lambinus. Pro vulgata ta-…nt omnes veteres codices.

…*enim renovabo commendationem,* …*ore*] Nos quin hæc lectio & in-… incorrupta ſit, non dubita-…lumus tamen antiquam quan-…ripturam a nobis animadver-…tare, quæ fortaſſe aliquem, qui …n obſervaſſet, perturbaret, mo-…que ei non parvam exhiberet. …ant omnes non poſſe quemli-…era exemplaria tractare. Hoc …tuſtiſſimus ille Mediceus co-…c alter etiam non malus, non …men antiquus, pro *tempore* ha-…*n*, fractam omnino & parum …dam hoc loco vocem. Ipſi u-…teræ mendum ibi eſſe exiſti-…, deceptumque librarium *tam* ſcripſiſſe. Non ſemel autem in priſcis exemplaribus, ſic conciſam hanc vocem reperies: ut prima ad Atticum epiſtola in vetere illo noſtro codice ſic locus hic ſcriptus eſt, *Nos initium prenſandi facere cogitaramus eo ipſo tem. quo tuum puerum* &c. pro *tempore*, ubi vulgati codices *die* habebant, ab illis, ut putamus, repoſitum qui hanc ſcribendi rationem non animadverterant, & quid intelligi deberet ſuo ingenio ferme perſpexerant. Item ille lib. x. *Quod me mones, de vultu, & oratione, at tem. accommodanda*, pro *ad tempus*: qui locus etiam corrupte legebatur *ad rem.* cum enim non intelligerent poſteriores librarii, nimis temere & indocte *tem.* in *rem* converterunt. Harum minutarum, puſillarumque rerum inſcitia maximas perverſiones labeſque gignit in antiquis voluminibus deſcribendis. Nos tam tenuem notationem aſpernatos non eſſe neminem mirari volumus: ducti enim ſtudio juvandi pro imbecillis noſtris viribus hunc præclariſſimum au-

mendationem, ſed tempore. Sic habeto, non tibi majori eſſe curae, ut iſte tuus a me diſceſſus quam fructuoſiſſimus tibi ſit, quam mihi. Itaque, quando veſtrae cautiones infirmae ſunt, Graeculam tibi miſi cautionem chirographi mei. Tu me velim de ratione Gallici belli certiorem facias, ego enim ignaviſſimo cuique maximam fidem habeo. Sed, ut ad epiſtolas tuas redeam, cetera belle: illud miror: quis ſolet eodem exemplo pluris dare qui ſua manu ſcribit? Nam quod in palimpſeſto, laudo equidem parſimoniam: ſed miror, quid in illa chartula fuerit quod delere malueris quam haec ſcribere, niſi forte tuas formulas. Non enim puto

auctorem, ad omnia, dum deſiderium noſtrum expleamus, deſcendimus. Cupimus autem hanc noſtram diligentiam in bonam partem accipi: illos certe, qui quandoque in hoc negotio laborarunt, ſedulitatem noſtram non contempturos credimus & ſperamus. Eo autem loco, qui paullo poſt ſequitur, *quando veſtræ cautiones.* antiqui codices etiam illi probatiores & antiquiores, *cauſſationes* pro *cautiones* habent. Nos hoc erratum librarii putamus, ſed tamen non diſſimulavimus: peritiores rem ſubtilius conſiderabunt. *Victorius.* Prim. Grævii habet *ſed tempr.* Et ſtatim idem codex quoque habet *cauſationes*, & *Græculam cauſationem.*

Ut iſte tuus a me diſceſſus fructuoſiſſimus tibi ſit] Lego, *quam fructuoſiſſimus tibi ſit*: eſt enim in manuſcripto mendoſe, *tam fructuoſiſſimus.* Urſinus. *Diſceſſus quam fructuoſiſſimus tibi ſit quam mihi*] Ita edidit Vict. Pal. tamen, Grut. prima editio, Vatican. *tam fructuoſiſſimus.* Vulgo *diſceſſus fructuoſiſſimus tibi ſit, quam mihi.* [Grævii liber prim. *tam fructuoſius tibi ſit quam mihi.*] qui paullo poſt *Græculam*, expunctum, pro eoque *graviculam* ſubſtitutum iverunt; viderint an Græca fide egerint. nam mihi conſtat eos hoc cæco die vidiſſe. *Gebhardus.*

Græculam tibi miſi cautionem] Puto ſenſum eſſe, commendavi te Cæſari litteris Græce ſcriptis. *Victor.*

Qui ſua manu ſcribit?] Quum non habeat qui deſcribant. *Corradus.*

Quid in illa chartula fuerit] Unus Guilielmi codex, *quid in ima charta fuerit.* Optime meus primus, *quid in illa Cartula fuerit.* hoc enim magis facit ad deridendam ejus parcimoniam. *Grævius.*

Quam hæc ſcribere] Verane ſit nonnullorum conjectura, alii judicabunt: meliores certe libri, ac manuſcripti fere omnes a noſtris nihil diſcrepant. Ita quondam legebatur hic locus, ut non malus omnino ſenſus ex ea ſcriptura eliceretur, atque ille quidem ſatis planus: *Quam hæc non ſcribere*, ut dicat Cicero, ſe mirari, quidnam ibi ſcriptum ante fuerit, ut ſine culpa deleri poſſet, ut quæ ſcripſerat, poſtea reponerentur. Solemus enim inſulſa malaque delere, ut bona reponamus: nihil autem deterius iis frigidiuſque eſſe poterat. Quare oſtendit, ſe non probare conſilium ejus, & in hac re facetiſſime ludit. Veruntamen optima exemplaria diſſentiunt, unum tamen ex multis, quod negantem illam particulam haberet, ſtudio ac diligentia amicorum inventum eſt. *Vict.* *Q. hæc ſcrib.*] Suſpicor mendum ſubeſſe. Mihi enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

meas epiſtolas delere, ut reponas tuas. An hoc ſi-
, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem tibi
itare? Iam iſta tua culpa eſt, qui verecundiam te-
tuleris, & non hic nobiſcum reliqueris. Ego te Bal-
m ad vos proficiſcetur, more Romano commenda-
u, ſi intervallum longius erit mearum litterarum, ne
iratus. eram enim aſuturus menſe Aprili. Has lit-
ripſi in Pomptino, cum ad villam Metrilii Philemo-
nis

obſcurus eſt ſenſus, & ut li-
m quod ſentio, legendum
, *quam exſcribere*, nulla pro-
n mutatione facta. Deprava-
im origo, ut opinor, ea fuit:
dis libris ſæpe duos præfici-
i legat, & qui de legente ex-
ut ſcilicet celerius & certius
ris conficiatur. Cum autem
egeret, protuliſſet *exſcribere*;
criptor *ecſcribere*, dictum eſſe:
cit in libro. Alius deinde er-
uem per imprudentiam com-
debuit tollere, temeritate au-
dictione in duas diviſa, prio-
s litteris, & quas falſo deſi-
edidit, adſcriptis *h* & *a*, ut le-
æc, ſenſu fortaſſe commodo,
ixi, mihi perobſcuro. Quod
exſcribere, hoc dicet, video
ditéſcere, cui charta deſit, in
formulas aut aliud quidpiam
. Ea enim ſi ſuppeditaret,
m profecto ad nos in palim-
Infert enim, *an hoc ſignificas*,
, *frigere te*, *ne chartam quidem*
ditare? Dixit autem, *quod de-*
leris, *quam exſcribere*, per jo-
nificans, non habuiſſe Treba-
quo exſcriberet id quod dele-
aque ſe mirari quid fuerit in
tula, quaſi moleſte ferat id
: chartæ enim inopiam oſten-
ſcribat in palimpſeſto. Idem
3 epiſtolam VIII libri ad At-
repſerat: ubi enim antea le-
faſces laureatos hæc ferre ex Italia
on videt legendum eſſe *ecferre*,

ut ex vetuſtis codicibus Florentini re-poſuerunt. *Idem* in poſt. Hoc totum, ſive, *quam hæc ſcribere*, ſive *quam exſcribere*, ſive *quam hæc non ſcribere*, (nam varie in libris vulgatis legitur) delendum curavi. Eſt enim ex annotatione natum, & ex ora libri in contextum verborum Ciceronis invectum, quod & antea Mureto venit in mentem. *Lambinus*. Quod illa poſteriora verba *quam hæc ſcribere* inducit atque ejicit Lambinus; ſolens more ſuo ingenii facit, non ex veritate ſed ex libidine. reſtant illa in libris omnibus, atque adeo editione principe, niſi quod ad eandem notet Egnatius, legi alias (ut Manut. volebat poſtea, adnotatumque ad Politiani librum) *quam exſcribere*. Canterus tamen amplius malebat, *quam hæc exſcribere*. Gebhardus.

Cum ad villam Metrilii Philemonis] In cunctis antea impreſſis ita legebatur: manu etiam ſcripti quos vidi, neque inter ſe, neque ab impreſſis diſſentiunt. Scripſerunt tamen nonnulli, ſatis levi conjectura ducti, *M. Æmylii Philemonis*. quos, niſi aliquid certius invenerint, non ſequar. Non mirum autem videri debet, tenuis hominis ac libertini mentionem alibi non reperiri. *Victorius*. Cum in libris manuſcriptis varie legeretur: (quidam enim *Mevilii*, quidam *Metilli* habent) auſus ſum emendare *M. Æmylii*: procul enim dubio libertus fuit adoptatus in Romanam familiam, ut alii multi. Cum autem *Metriliorum* mentio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nis devertiſſem: ex qua jam audieram fremitum clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliaſti. Nam Vlubris honoris mei cauſſa vim maximam ranunculorum ſe commoſſe conſtabat. Cura ut valeas. VI Idus April. de Pomptino.

Epiſtolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio, conſcidi innocentem. nihil enim habebat quod non vel in concione recte legi poſſet. Sed & Arruntius ita te mandaſſe ajebat, & tu adſcripſeras. Verum illud eſto. nihil te ad me poſtea ſcripſiſſe demiror, praeſertim tam novis rebus.

EPI-

nem nondum invenerim: & codicum vetuſtorum varietate, in quibus veræ lectionis quaſi quædam veſtigia cernuntur: & Pediani verbis, qui ejuſdem (ut opinor) liberti meminit, adductus ſum ut *M. Æmylii* corrigerem. Libet autem ipſius Pediani locum recitare, ut ſtudioſis quærendi labor abſit. is igitur ita in argumento orationis pro Milone, *Munatius Plancus Tribunus pl. produxerat in concionem M. Æmylium Philemonem, notum hominem, libertum M. Lepidi.* Ita tamen hoc ſentimus, ut afferentibus aliis meliora, perlibenter de noſtra ſententia diſceſſuri ſimus. *Idem* in poſter. *Ad villam Metrilii Philemonis devertiſſem*] Sic Pal. primus, Vaticanus, editio Victorii. Vulgo *divertiſſem:* ſicut & *Philomena* pro *Philemona* ſubingerunt editiones. *Gebhardus.* Rutgerſius III Var. Lect. cap. 2, legit *Metilii.* quem vide.

Ranunculorum] Ulubranorum, qui in paludibus habitant. *Corr.* Vid. Manut.

Epiſtolam tuam quam accepimus ab L. Aruntio] Ante hæc verba titulus nullus eſt in manuſcriptis codicibus, quod nos quoque ſervavimus: nec nova epiſtola hæc eſt, ſed potius addita ſuperiori. Cum enim jam litteras ſcripſiſſet, diemque, quibus dari debebant, adpoſuiſſet, aliud in mentem rediit, quod prætermittere noluit, quemadmodum ſæpe in ſcribendo fit. Unde apud nos quoque pars illa epiſtolæ nomen inde accepit, quod poſt priora illa jam ſcripta confecta ſit. Ex indice, qui ante ſingulos libros in Mediceo exemplari eſt, hoc præclare etiam intelligi poteſt. cum enim ſingulis epiſtolis tituli addantur, nulli leguntur ante verba illa, *epiſtolam tuam, quam accepi.* Quia tamen novum hoc erat principium litterarum poſt primum illud verum initium, hujus etiam membri primæ voces adponuntur: ita enim ibi legitur,

CICERO TREBATIO SAL.
ACCEPI A TE ALIQVOT EPISTOLAS.
EPISTOLAM TVAM QVAM ACCEPI
AB L. ARVNTIO.

Adde quod dies adſcripta non eſt, quod in fine ſuperioris epiſtolæ jam adpoſita erat. *Victorius.* Hæc omnia firmat Grævii primus, qui Mediceo hic plane reſpondet.

Ab L. Arruntio] Quidam ſcribunt *Aruntio*, unico *r*, ſed male: extat enim apud me tabella ænea, in qua ita inciſum eſt:

SVB. L. ARRVNTIO
STELLA
NAVIS. HARENARIA
QVAE. SERVIT
IN. AEMILIANIS.

Urſinus.

Vide

EPISTOLA XIX.

ARGUMENTUM.

obitum Caeſaris, M. Antonio, P. Dolabella Coſs. cum civi- raſſe, & quaſi revixiſſe reſp. videretur; repente Kalendis ntonii conſulis culpa, ita mutata ſunt omnia, ut boni viri ſtatu reipubl. tum de ſua quiſque ſalute vehementer timere tur. quae cum Cicero vidiſſet, deſperata libertate, conſi- it in Graeciam proficiſcendi, diſceſſitque ea mente, ut ad- lendis Ian. quod initium cogendi ſenatus, Panſa & Hirtio tum ineuntibus, fore videbatur. hanc rem attingit Cicero lib. x. & epiſt. 25 lib. XII. & in Philippica I. & lib. III. Cum igitur in Graeciam proficiſcens Veliam perveniſſet; ab be, Trebatii amantiſſima, admonitus, Topicorum librum , de quo jam rogatus erat a Trebatio, cum in Tuſculano ſi- nt. id ſignificat in hac epiſtola: Topica vero ipſa obſcuriora t, nec legenda ſine interprete: exercitationem eſſe neceſſa- ſi expeditam in quaeſtionibus habere doctrinam velit. Hanc m poſt ſequentem ſcriptam eſſe, adſcripta utrique dies .

CICERO TREBATIO S.

de quanti apud me ſis, etſi jure id quidem. non enim e amore vinco. Verumtamen quod praeſenti tibi pro- negarem, non tribuerem certe, id abſenti debere non . Itaque, ut primum Velia navigare coepi, inſtitui Topi-

ſingra M. Antonio & P. Cornelio Dolabella Coſs. poſt necem Caeſaris. A.U.C. 709.

uanti apud me ſis] In meo pri- codice legitur, *vide ne quanti is.* Cicero forte ſcripſit *videſne pud me ſis.* quamvis vulgatum ehendam. Nam ſic ſæpe Tul- itur. Lib. XVI, epiſt. 5. *Vide te ſit ſuavitas. Duas horas Thy- is. Xenomenes hoſpes tam te dili- m ſi vixerit tecum.* Grævius.

amen quod præſenti tibi prope ſub-] Ex veteribus libris, & Topi- corum procemio ſic legendum cen- ſeo, *Veruntamen, quod præſenti tibi prope ſubnegaram, non tribuerem certe, id abſenti debere non potui.* Corradus. A vul- gata tamen lectione ſtant MSS. pr. Pal. Vatic. Græv. pr. & ſec. Amſtel. Mentel.

Id abſenti debere non potui] Hoc eſt, volui perſolvere. vid. Manut.

Velia] Ubi tua tuoſque vidi, & ad- monitus ſum hujus æris alieni. *Corradus.* *Velia* urbs fuit Lucaniæ ad Pæ- ſtanum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Topica Ariſtotelea conſcribere, ab ipſa urbe commonitus, amantiſſima tui. Eum librum tibi miſi Rhegio, ſcriptum quam pleniſſime res illa ſcribi potuit. Sin tibi quaedam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, Nullam artem litteris ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Non longe abieris. num jus civile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? qui quanquam plurimi ſunt, doctorem tamen unum quem deſiderant. Quanquam tu ſi attente leges,

ſtanum ſinum, ante *Elia*, *Elea*, *Hyela* dicta, ad quam eſt portus Velinus.

Navigare cœpi] In Græciam proficiſcens, quum opera mea nec Reſpub. nec amici uterentur: nec honeſte inter arma verſari poſſem, ne ſi tuto id quidem mihi liceret. *Corradus.*

Topica Ariſtotelea] Hoc edidit Victorius, ex Mediceo, & ſic quoque Vatican. Vulgo *Ariſtotelica.* poſt ſtatim, edidi *pleniſſime* ex Pal. prim. Grut. Stewech. editione prima atque Victorii. vulgo *planiſſime*. Gebhardus. Utramque lectionem firmat Grævii primus: ſecundam etiam Amſtelod.

Scriptum] In ipſa navigatione. *Corradus.*

Doctorem tamen unumque deſiderant] Nos cum fide in antiquis cunctis exemplaribus inventam lectionem reſtituimus, *unumque deſiderant*, nec enim vulgata lectio *lumenque deſid.* nobis valde ſatisfaciebat, & hanc non ineptum ſenſum habere judicavimus. Ipſi quoque hunc modum dicendi vulgo fere habemus, cum aliquid uno indigere dicimus qui regat & inſtituat: ut hoc in loco, qui lucem afferat rebus obſcuris. quamvis enim libri juriſconſultorum, qui jus civile continent, tot ſint, tamque explicati, non tamen ſine doctore & aliquo, qui aliquantum in illorum lectione exercitatus ſit, & quem rudes ejus diſciplinæ ſequantur, intelligi poſſunt. quaſi quivis, dum non omnino rudis ſit, poſſit hoc munus ſuſtinere. Non diſplicet tamen Paulli conjectura. nam & veſtigiis hæret priſcæ lectionis, & ſententiam idoneam habet. *Victorius.*

Lumenque] Al. varie legitur *unum*, *unumque*, *unumquodque*. Corrad. *Doct. tam. nonnunquam deſ.*] P. Victorius ſuum, nos noſtros (hoc eſt, Memmianos) codices ſecuti ſumus: in quibus omnibus (præterquam in uno, qui congruens cum vulgatis, habet *lumenque*) ſcriptum eſt plane *nonnunquam*: quod nobis videtur probabilius, quam quod Victorius repoſuit, *unumque*. Quod ſi conjecturæ locus daretur, ego magnopere probarem Manutii conjecturam, qui legit *doctorem uſumque deſiderant*. Interea hanc lectionem antiquam, quam repoſui, cenſeo retinendam, longeque illis, *lumenque* & *unumque*, anteponendam. nec tamen eos reprehenderim, qui lectionem illam, *doctorem uſumque deſiderant*, probaverint. nam eam & quæ antecedunt & quæ ſequuntur, confirmant. *Lamb.* *Doctorem tam. unumque deſiderant*] Ita eſt in Pal. Stewech. Peck. Vaticano: editione prima & Victorii: nec erat quod Manutius iſtam emendationem *uſumque* pro ſua nimis venditaret, cum eam adnotarit ad editionem primam, neſcio unde, Egnatius. Grut. habebat *nunquam*, fronti deinde diverſo calamo additum *no*: quod tamen glacie fragilius (licet a Lambino omni judicio præfertur) durare non poteſt. Vulgo, *Doctorem tamen lumenque deſiderant*. Gebhardus. Optime meus primus, *doctorem tamen unum quem deſiderant*. ſenſus eſt, quem vidit Victorius. Cicero 1 de

g, ſi ſaepius, per te omnia conſequere ut certe intelli-g. ut vero etiam ipſi tibi loci propoſita quaeſtione occur-rat, exercitatione conſequere. In qua quidem nos te con-tiebimus, ſi & ſalvi redierimus, & ſalva iſta offenderimus. v Kal. Sext. Rhegio.

Off. *Confugiunt ad unum aliquem vir-tu præſtantem.* Id. de Orat. *Vitia quæ ſi in aliquo judice uno, vel pluribus.* Cev.

Ipſi tibi loci] Inveniendorum argu-mentorum. *Corrad.*

Salva iſta] Remp. nunc a M. An-tonio vexatam. *Idem.*

v *Kal.*] Hoc docet, ſequentem epi-ſtolam huic præponi debere. *Idem.*

EPISTOLA XX.

ARGVMENTVM.

Scribit de amore Velienſium in Trebatium: & hortatur ne pa-ternas poſſeſſiones vendat, quae, tam miſeris temporibus, perfugium eſſe poſſint. Adſcripta dies indicat, ante ſuperiorem datam eſſe.

CICERO TREBATIO S.D.

AMabilior mihi Velia fuit, quod te ab ea ſenſi amari. Sed quid ego dicam te, quem quis non amat? Rufio, medius fidius, tuus ita deſiderabatur, ut ſi eſſet unus e nobis. Sed ego te non reprehendo, qui illum ad aedifica-tionem tuam traduxeris. Quanquam enim Velia non eſt vilior quam Lupercal, tamen iſthuc malo quam haec o-mnia. Tu, ſi me audies, quem ſoles, has paternas poſſeſ-ſiones tenebis (neſcio quid enim Velienſes verebantur,) ne-que Haletem nobilem amnem relinques, nec Papirianam do-

R*Vſio*] *Rufus*, *Rufius*, *Buſius* etiam legitur. *Corrad.*

Ut ſi eſſet unus e nobis] Vetus liber ha-bet, *ut ſi eſſet unus homo nobis*, melio-re, ut videtur, lectione. *Urſin.* Alii tamen codd. non agnoſcunt τὸ *homo*, & jure.

Neque Haletem nobilem amnem] *Hele-tem* legi debet. hujus fluvii mentio-nem fecit libro XVI epiſtolarum ad Atticum his verbis, *Erat enim cum ſuis navibus apud Haletem fluvium citra Ve-liam:* quo in loco noſtrum illud ex-emplar *Heletem* habet, Strabo in ini-tio VI libri ubi de omni illa ora agit, plures ſententias adducit, unde *Velia* a Græcis *Helea* appellata eſſe poſſit, non-nulloſque tradit ab *Helete* fluvio ei nomen inditum voluiſſe. Stephanus inde nomen illam accepiſſe affirmat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quae tibi vel haereditate vel emptione a Papirio obvenit. lotum. lotus arbor est Africae familiaris, fructus fert instar fabarum dulcissimi saporis.

domum deſeres. quanquam illa quidem habet lotum, a quo etiam advenae teneri ſolent: quem tamen ſi excideris, multum proſpexeris. Sed in primis opportunum videtur, his praeſertim temporibus, habere perfugium, primum eorum urbem quibus carus ſis: deinde tuam domum, tuoſque agros, eaque remoto, ſalubri, amoeno loco: idque etiam mea intereſſe, mi Trebati, arbitror. Sed valebis, meaque nego-

hæc ipſius verba ſunt, Ὠνομάσθη δ᾽ Ἐλέα ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ ἡ νῦν Βελία. *Victor.* *Hales* XXIV millia a Pæſto remotus, nunc vocatur *Halente.*

Quanquam illa quidem habet locum] Nos antiquos codices in hoc etiam ſecuti ſumus, quos incorruptos eſſe cenſemus. De *lotorum* nobilitate, & quam jucunda earum opacitas eſſet, quantique olim in domibus æſtimarentur, Plinius docet in libri XVII proœmio. Polybius a ſe viſam in Attica deſcribit lib. XII hiſtor. quem locum, quia nondum integer vulgatus eſt Polybius, leges apud Athenæum δειπνοσοφιστῶν lib. XII. qui totam verbis ipſius hujus arboris deſcriptionem perſequitur. nam qui *lucum* emendarunt, deceptos eſſe putamus. Impium enim Ciceronis conſilium fuiſſet, cum enim ſacri eſſent luci, non ſine ingenti piaculo & ſcelere incidi poterant: domuſque privata non luci erat capax, cum *loti* deliciarum cauſſa ſumma arte in domibus colerentur, advenæ autem raram arborem viſebant, & ejus jocundo aſpectu tenebantur: propter quam rem jocans (ut arbitror) jubet ipſum lotum illam exſcindere, quia ſibi eſſet ſumptus cauſſa, cum ſæpe hoſpitum domus plena eſſet. Nam in verbo illo *proſpexeris* ambiguum ſenſum eſſe puto. Videtur enim dicere, *ſi lotum excideris*, majus cœli ſpatium aſpicies: illa enim ſua capacitate proſpectum impedit & luminibus obſtruit: cum dicat, Rebus tuis conſules, minores enim ſumptus facies, non enim cauſſa erit advenis, cur domum tuam frequentent. Et omnia hæc facete & cum joco, ut conſuevit. fere enim ſemper cum eo jocatur. Adverſatur ſolum antiquæ lectioni, quod *lotum* fœminino genere alii auctores appellarunt, cum ipſe maſculino uſurpet: quare accurate conſiderandum eſt, vitiumne ea parte vetus habeat, ſive eo genere contra plurimorum morem, quod vix veriſimile eſt, Cicero appellare lotum voluerit. *Victor.* P. Victorius edidit *lotum:* Manutius *lucum*, ut habent omnes libri vulg. *Lambin.* *Habet lotum*] Nos quidem, qua licet, ne pilum a Victorio diſcedimus; quod & hic cavimus, quandoquidem illi ſecundas fert Vatic. licet hic diſſentiat Manutius, quod fere animadvertimus, eum facere animi morbo in Victorium; quem quidem poſt Politianum omnium maximi, ut debeo, facio. vulgo *locum*, alias *lucum*, quidam *lacum*. Canteri *terreri* locum non habet. *Gebhardus.* Quoniam luci ſublucantur, non inciduntur ſine ſcelere, ut pluribus docet in notis poſterioribus P. Victorius, quas vide inferius in Manutianis, & quoniam meus primus codex proxime accedit ad Medicei libri ſcripturam: in eo enim legitur *lutum*, nullus dubitavi cum Gebhardo hanc lectionem recipere. Nam ne genus obſtaculo nobis ſit ad hanc lectionem approbandam pluribus docet Sanctius in Minerva, quem conſule. *Grævius.*

Multum proſpexeris] Et longe videris, & rebus conſulueris tuis. *Corradus.*

Meaque

[ne]gotia videbis, meque diis juvantibus ante brumam ex[s]pectabis. Ego a Sext. Fadio, Niconis diſcipulo, librum [a]b[s]tuli, Νίκωνος περὶ πολυφαγίας. O medicum ſuavem, [m]eque docilem ad hanc diſciplinam! Sed Baſſus noſter me [de h]oc libro celavit, te quidem non videtur. Ventus incre[bu]it. Cura ut valeas. XIII Kal. Sext. Velia.

[Me]aque negotia, meque diis juvanti-[bus]] Ejeci τὸ *videbis* poſt *negotia* ſuaſu [P]al Grut. Stewech. & editionis pri[mæ] hoc verbi reduviam præciden[tis]. Præterea plurima in hac epiſto[la e]mendavi auctoritate librorum; ad [q]uorum ſingulorum rationes conſi[der]are & immorari cujus tandem otii [est]? *Gebh.* *Meaque negotia videbis*] [Pal]ini codices & Guilielmiani hic ſubleſtæ fidei ſunt. quid enim eſt, *mea negotia expectabis*? Itaque reponendum eſt τὸ *videbis* non ſolum ex iis libris, quos evolverunt Manutius & Victorius, ſed & ex iis, quibus ego ſum uſus, Amſtelodam. Mentel. & tam meo optimo, quam illo ſequioris ſæculi. *Videre negotia* eſt curare. *Græv.*

Niconis] Al. *Miconis*, de quo apud Plinium fit mentio. *Corradus.*

EPISTOLA XXI.

ARGVMENTVM.

Silii cauſſam, viri optimi, amici ſui Trebatio commendat. In[cert]us videtur annus epiſtolae: ego tamen ſuſpicor eſſe ſcriptam, quo [an]no Caeſar necatus eſt. Suſpicor autem ex mentione Q. Caepionis [pra]etoris: qui, niſi fallor, eſt M. Brutus, is, qui in Caeſarem conju[ra]vit. geſſit enim praeturam eo anno, ut ex hiſtoricorum libris, & [ep]iſt. 2 & 3 lib. II cognoſcitur; & Q. Caepio vocatur in Phil. X. [qu]od erat, ut arbitror, adoptatus ab avunculo Q. Servilio Caepio[ne]; quem nominat Plutarchus in Catone Vticenſi.

CICERO TREBATIO S.D.

[S]Ilii cauſſam te docui. is poſtea fuit apud me, cum ei dicerem, tibi videri ſponſionem illam nos ſine periculo facere

[S]Ilii] Is eſt ad quem lib. XIII ſcribit. *Corradus.*

Cauſſam te docui] *Docet cauſſam*, cujus agitur, cum pro ſe acturum [ven]it. *diſcit*, qui defenſurus eſt. Se[ne]ca in nobili fragmento apud Augu[ſt]inum lib. VI de Civ. Dei, cap. 10. *Sunt qui vadimonia ſua Deos advocent: ſunt qui libellos offerant, & illos cauſſam ſuam doceant.* Plin. III, ep. 9. *legatos interrogabam, docuiſſetne me aliquid, quod re probari poſſe confiderent.* Gronovius.

Sponſionem illam nos ſine periculo facere poſſe] Quæ fiebat interpoſita ſtipula-

facere poſſe, *Si bonorum Turpiliae poſſeſſionem, Q. Caepio Praetor ex edicto ſuo mihi dedit*, negare ajebat Servium, tabulas teſtamenti eſſe eas quas inſtituiſſet is qui factionem teſtamenti non habuerit; hoc idem Offilium dicere, tecum ſe locutum negabat: meque rogavit, ut ſe & cauſſam ſuam tibi commendarem. Nec vir melior, mi Teſta, nec mihi amicior P. Silio quiſquam eſt, te tamen excepto. Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi ad eum ultro veneris, eique pollicitus eris. ſed, ſi me amas, quam primum, hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

EPI-

tione certæ pecuniæ, quam perderet is qui ſponſione vinceretur. *Corradus.*

Si bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor ex edicto ſuo mihi dedit] Verba ſponſionis. & ſane *ni*, & *ſi*, particulæ fere erant ſponſionum principia. *Idem.*

Ni bonorum Turpiliæ poſſ.] Sic eſſe legendum declarat formula ſponſionum, quæ concipiebantur per *ni*. Hæc autem erat controverſia: *Turpilia* teſtamentum fecerat, eoque teſtamento Silium heredem, ſive ex aſſe, ſive ex aliqua parte, fecerat. *Silius* bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas ex edicto prætoris petiverat: ſeu potius prætor edixerat, ſe bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti Silio daturum. Silius, cum cognati bona ad ſe pertinere dicerent, quia Turpilia teſtamenti factionem non habuiſſet, & ita teſtamentum non eſſet jure factum: edicto prætoris fretus ſponſionem facere cum eis cogitabat, hujuſmodi, *Ni bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor ex edicto ſuo mihi dedit*, centum dare ſpondes? Sed Cicero Silii patronus, priuſquam hanc ſponſionem Silius faceret, Trebatium conſuluerat, poſſetne hanc ſponſionem facere ſine periculo. Reſponderat Trebatius, poſſe. *Servius* autem Sulpicius item conſultus, negabat: rationemque hanc afferebat, quia tabulæ teſtamenti non eſſent eæ quas inſtituiſſet is qui teſtamenti factionem non haberet. Omnino Trebatius bene reſponderat. ſatis erat enim eſſe tabulas teſtamenti, ſecundum quas bonorum poſſeſſio peteretur. Non enim quærebatur, teſtamentum eſſet ratum, an irritum: firmum, an infirmum: ſed eſſetne factum teſtamentum. Itaque ſine periculo poterat illa ſponſio fieri. *Lambin.*

Si bonorum Turpiliæ poſſ. capio, prætor] Verba ſponſionis ſunt. ubi tamen vereor ne legi oporteat, *quam prætor ex edicto ſuo mihi dedit.* Quum enim aut creditori forte hæreditario, aut alii cuipiam promittere vellet *Silius*, quæſivit ex Trebatio Cicero, nunquid fieri ea ſponſio ſine periculo poſſet. Sub ea conditione recte ac citra periculum ſponſurum reſpondit Trebatius, *Si bonorum Turpiliæ poſſeſſionem capio, quam prætor ex edicto ſuo mihi dedit.* Hoc enim magis probo, quam Manutii ſcripturam: etſi ne ipſa quidem ita abſurda eſt, quin ſenſum habeat. *B. Rutil.*

Tabulas teſtamenti eſſe eas] Hoc eſt, teſtamentum non eſſe ratum.

Qui factionem teſtamenti non hab.] Jus faciendi teſtamenti.

Offilium] Jureconſultum. *Corrad.*

Sex.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XXII.

ARGVMENTVM.

Probat auctoritate juriſconſultorum, quod dixerat dubitari, poſſetne heres, quod furtum antea factum eſſet, recte furti agere. Scripta opinor eodem anno, quo ſuperiorem proximam.

CICERO TREBATIO S.D.

Illuſeras heri inter ſcyphos: quod dixeram, controverſum eſſe, poſſetne heres, quod furtum antea factum eſſet furti recte agere. Itaque, etſi domum bene potus ſeroque redieram, tamen id caput, ubi haec controverſia eſt notavi, & deſcriptum tibi miſi: ut ſcires, id, quod tu neminem ſenſiſſe dicebas, Sex. AElium, M. Manilium, M. Brutum ſenſiſſe. Ego tamen Scaevolae & Teſtae aſſentio. Vale.

Sex. Ælium] Petum Jureconſultum, de quo in Quæſtura diximus. *Idem.*

M. Manilium] Jureconſultum, de quo libro primo de Oratore, & in Bruto meminit. *Idem.*

M. Brutum] Jureconſultum, qui tres libros de jure civili reliquit. *Idem.*

EPISTOLA XXIII.

ARGVMENTVM.

Signa quaedam Ciceroni, pictas potius tabellas cupienti, Gallus emerat. ex illis emptionibus nullam a ſe deſiderari, Cicero reſcribit. Tum ſubjungit ſibi eſſe vehementer gratum quod proximam domum cupiat conducere. Incertus epiſtolae annus. non enim ſcripta videri poteſt eodem tempore, quo illae ad Atticum libro primo, quibus item de ſignis agitur. nam illae ante conſulatum, quod probavimus olim in Commentariis, haec vero poſt conſulatum ſcriptae: quod (opinor) illa verba ſatis oſtendunt, Martis vero ſignum, quo mihi pacis auctori? *Praeterea, de Tulliola, tanquam nupta, in hac mentio fit: illae vero, nondum nupta, ſcriptae ſunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſunt. Accedit, quod in hac non de Xyſto, verum de particula ornanda cogitare ſe oſtendit: in illis de Xyſto, qui porticus amplior fuit, atque etiam de palaeſtra & gymnaſio.

CICERO FABIO GALLO S. D.

TAntum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te litterae redditae ſunt: ab eodemque accepi Avianii litteras:

T*Antum ex Arpinati veneram*] Nos ex veteribus exemplaribus *tantum quod* reſtituimus. Quod primo multos miraturos credimus, & fortaſſe non nimium probaturos: aliquos etiam (qui recepta lectione non ſolum magis delectentur, verum etiam hanc, etſi non novam (non enim nunc primum in impreſſos codices migravit), tamen ut ſæpius exploſam & ejectam, nec ſatis primo aſpectu elegantem, abhorreant) fore qui noſtro judicio damnato, hanc iterum ſua ſede indigne dejicere conentur. Quod ne accidat, conabimur antiquorum exemplariorum fidem auctoritatemque tueri, oſtendentes alibi etiam Ciceronem ſic locutum eſſe, ut libro XV epiſtolarum ad Atticum, epiſt. 527. quod etiam in vulgatis libris inviolatum permanſit: *Hæc cum ſcriberem tantum quod exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam: hui quam timeo, quid exiſtimes.* Exiſtimamus autem nos *tantum quod* idem fere ſignificare quod *commodum*, quo frequenter utitur Cicero. ut libro XIII ad Atticum, *Commodum diſceſſerat Hilarius librarius* IV *Kalen. cui dederam litteras ad te, cum venit tabellarius cum tuis litteris pridie datis.* & aliis infinitis locis: quod manifeſtum fit, ſi duo hæc loca diligenter conſideres. Sed habeo aliud etiam non parvum teſtimonium. Eſt apud me Terentius ille, quem olim Angelus Politianus cum venerandæ vetuſtatis codice (ut ſunt ejus verba) Petri Bembi contulit, ſuaque manu non tantum quæcunque in eo a vulgatis diſcrepabant, verum etiam doctas quaſdam interpretationes, quæ in ejus libri marginibus adſcriptæ erant, accurate perſcripſit, quæ & multæ ſunt, & eruditi prorſus viri, judicio etiam optimi & doctiſſimi viri Petri Bembi, qui libri illius dominus ſermonem elegantiſſimum de ipſius laudibus confecit, in quo declarationes etiam has & probat & amplexatur. Is igitur liber in Phormione, eo loco, *Tun' dixeras huic? facinus indignum, Chreme, ſic circuiri.* Dem. *id cum hoc agebam commodum:* ſupra dictionem illam *commodum* ſcriptum habet *tantum quod*, nota juxta appoſita qua Politianus ſignificabat ex antiquo exemplari ſe accepiſſe: ut nunc neque de integritate horum verborum, neque de ſententia dubitari amplius debeat. Credimus ſi vetera exemplaria haberemus omnium librorum M. Tullii, frequentius hujus etiam adverbii exempla reperturos nos fuiſſe: quod nunc tam raro invenimus, quia vulgati codices contaminati ſunt. quodque hoc loco auſus quiſpiam eſt ut probam lectionem perverteret, exiſtimare poſſumus aliis etiam plurimis accidiſſe. Donatus etiam Terentii interpres *commodum* ſemper per *tantum quod* declarat. *Victorius.* *Tantum*] Al. *tantum quod*, quod docti exponunt, commodum. *Corrad.* *Tantum quod ex Arpin.*] Sic legendum eſſe, & libri veteres evincunt, & P. Victorius, aliquot exemplis collectis, docet. Plurima autem collegimus in commentariis in Cornelium Nepotem. *Lambin.* *Tantum quod ex Arpinati veneram*] Ita Pall. Vatic. Peck. nam Gruteriano & Stewechiano tota deeſt: ita prima editio

ac

: in quibus hoc inerat liberaliſſimum, nomina ſe fa-
um, cum veniſſet, qua ego vellem die. Fac, quaeſo,
go ſum, eſſe te. eſtne aut tui pudoris, aut noſtri, pri-
n rogare de die, deinde plus annua poſtulare? Sed eſ-
, mi Galle, omnia facilia, ſi & ea mercatus eſſes quae
deſiderabam, & ad eam ſummam, quam volueram.
amen iſta ipſa quae te emiſſe ſcribis, non ſolum rata mi-
runt ſed etiam grata. plane enim intelligo, te non mo-
tudio ſed etiam amore uſum, quae te delectarint, ho-
em (ut ego ſemper judicavi) in omni judicio elegantiſ-
um, quae me digna putaris, coemiſſe. Sed velim ma-
Damaſippus in ſententia. prorſus enim ex iſtis emtio-
us nullam deſidero. Tu autem ignarus inſtituti mei,
nti ego genus omnino ſignorum omnium non aeſtimo,
tanti

ictorii, vulgo edicto pædagogo- τὸ *quod* exulat. Paullo ſtatim ex Vaticano, editione Victorii, ſcri- *accepi Avianii litteras: in quibus hoc* . cum vulgetur, *Aviani, in qui- oc erat*. Gebhard.

viani litteras] M. Æmilius Avia- & C. Avianus Flaccus, Ciceronis liares fuere: ſed horumne alter, eutter hic intelligatur, ſcire non imus. artifex certe is ſignorum, venditor eſſe videtur. *Corradus.* rævii primo, veteribuſque libris legitur *Aniani*.

omina ſe facturum] In codicem re- tum. *Corradus. Nomina ſe factu- cum veniſſet, qua ego vellem die*] Se abulas accepti & expenſi relatu- quæ deberem pro ſtatuis, ut ſol- m quandocunque mihi commo- n videretur. *Nomen facere* dicitur litor cum in tabulis accepti & ex- ſi nomen ejus cui pecuniam dabat ebat. Senec. 1 de Benef. *Nomina uri diligenter in patrimonium debituri irimus.* Debitor dicebatur *locare no-* . Phædrus lib. 1.

audator nomen cum locat ſponſu im- probo
m rem expedire, ſed malum dare ex- petit.

Plus annua poſtulare] Poſtulare ut ſummam, quam me illi debere in tabulas retulerat, intra annum non reſtituerem, ſed diutius retinerem, & ſolverem uſuras. *Annua die debere* eſt hac conditione & lege pecuniam mutuam accipere, ut poſt annum elapſum reſtituatur. Suet. Aug. cap. 101. *quibus ſolvendis annuum diem finit*. Senec. Suaſor. *Dicito illos tibi annua, bima, trima die debere*. hoc eſt, tribus æqualibus penſionibus intra tres annos ſolvenda eſſe.

Attamen iſta ipſa] Sic edidit Victorius, ſic quoque prima, & Vaticanus. Pal. tamen optimus, *hæc tamen iſta ipſa*. vulgo, *iſtæc ipſa*. puſilla hæc ſunt, ſed tamen exoneranda, quia non Ciceronis. *Gebhard.* *Ac tamen iſta ipſa*] Sic Græv. prim. aliique codd. vulgo, *attamen iſthæc ipſa*.

Maneat Damaſippus in ſententia] Emendi ſigna quæ tu mihi comparaveras. Damaſippus ſe forte empturum ea ſigna dixerat, ſi minus Ciceroni placuiſſent. *Bern. Rutil.*

Ex iſtis emtionibus] Ex iſtis quæ emiſti ſignis.

Genus omnino ſignorum omnium] Sic Pall. Græv. prim. Amſtelod. ed. prim. Vict.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tanti iſta quatuor aut quinque ſumſiſti. Bacchas iſtas cum Muſis Metelli comparas. Quid ſimile? primum, ipſas ego Muſas nunquam tanti putaſſem: atque id feciſſem Muſis omnibus approbantibus. ſed tamen erat aptum bibliothecae, ſtudiiſque noſtris congruens. Bacchis vero ubi eſt apud me locus? At pulchellae ſunt. Novi optime, & ſaepe vidi. nominatim tibi ſigna mihi nota mandaſſem, ſi probaſſem. Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quae ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornent mihi in palaeſtra locum. Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni ſignum fuiſſe. haec enim duo ſigna putarem mihi aes alienum attuliſſe. Mercurii mallem aliquod fuiſſet. felicius, puto, cum Aviano tranſigere poſſemus. Quod tibi deſtinaras trapezophoron, ſi te delectat, habebis: ſin autem ſententiam mutaſti, ego habebo ſcilicet. Iſta quidem ſumma nac ego multo libentius emerim diverſorium Tarracinae, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. Omnino liberti mei video eſſe culpam, cui plane res certas mandaram: item-

que

Vict. Gebh. vulgati, *genus omne ſignorum omnium.*

Tanti iſta quatuor aut quinque ſumſiſti] Indicanda eſt ſcriptura veterum codicum, num forſan acutioris ingenii homines poſſint eruere aliud, quam quod in vulgatis legitur. Illi enim habent, *tanti iſta quatuor aut quinque ſumpſiſſe.* Sic nimirum Palatinus prim. & Amſtelod. duo Græviani.

Bacchis vero ubi eſt apud me locus?] Quem nec Bacchus nec Venus delectat.

At pulchellæ ſunt] Prim. Græv. *At pulcherrimæ.*

Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori?] hoc eſt, quid mihi prodeſt, quid me juvat Martis ſimulacrum? Horat.

Quo mihi divitias, ſi non conceditur uti?

Gaudeo nullum Saturni ſignum fuiſſe] Mars & Saturnus infeſta ſigna, Mercurius boni Eventus index.

Felicius puto cum Aviano tranſigere poſſemus] Conjectura ductus arbitror legendum eſſe *facilius.* plura hoc mihi perſuadent, & quod uſitata perverſio eſt: multis enim locis has voces confuderunt librarii, ut ubi *felicior* legendum eſſet, *facilior* legeretur: & contra ubi *facilior*, *felicior.* Præterea ſupra inquit, *ſed eſſent, mi Galle, omnia facilia.* Senſus denique totus elegantior & verior: nulla enim felicitas in hoc negotio reperiri poterat: ſed cupiebat Cicero invenire quem illa capere & delectare poſſent: ſperabatque ſi illa quæ paullo ante expoſuit, Fabius emiſiſſet, facilius inventurum fuiſſe qui ſe omni jactura moleſtiaque liberarent. *Victorius.*

Ego habebo ſcilicet] Pall. prim. Amſtelodam. & Grævii duo, *ego habeo ſcilicet.*

Liberti mei video eſſe culpam] In emendis iſtis ſignis. *Corradus.*

Ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…nii, quem puto tibi notum eſſe, Aviani familiarem. …dria quaedam mihi nova ſunt inſtituta in porticula …ulani. ea volebam tabellis ornare. etenim, ſi quid ge… …iſtiuſmodi me delectat, pictura delectat. Sed tamen, … mihi ſunt habenda, certiorem velim me facias, ubi … quando arceſſantur, quo genere vecturae. Si enim …aſippus in ſententia non manebit, aliquem pſeudo…ſippum vel cum jactura reperiemus. Quod ad me de…o ſcribis iterum, jam id ego proficiſcens mandabam … Tulliae. Ea enim ipſa hora acceperam tuas litteras: …am etiam cum tuo Nicia, quod is utitur, ut ſcis, fami…er Caſſio. Vt redii autem, prius quam tuas legi has …imas litteras, quaeſivi de mea Tullia, quid egiſſet. per …niam ſe egiſſe dicebat. ſed opinor Caſſium uti non ita …um ſorore. eam porro negare ſe audere, cum vir ab… (eſt enim profectus in Hiſpaniam Dexius,) illo & ab… & inſciente migrare. Eſt mihi gratiſſimum, tanti …aeſtimatam conſuetudinem vitae victuſque noſtri: pri…n ut eam domum ſumeres, ut non modo prope me, ſed …e mecum habitare poſſes: deinde ut migrare tantopere feſti-

…hedria quaedam mihi nova ſunt*] Vi… v, 11. *Conſtituuntur autem in tri…rticibus exedræ ſpatioſæ, habentes ſe…n quibus Rhetores reliquique qui ſtu…lectantur, ſedere poſſunt.*

…porticula Tuſculani, ea volebam ta… ornare] *Porticulas* appellat, quas …i στοίδια· illas autem partes do… tabulis pictis veteres ornabant, …l ex Diogene quoque Laertio in…gitur, apud quem Theophraſti …ſſimi hominis, elegantiſſimique …ium philoſophorum in teſtamen…ſius hæc verba ſunt, εἶτα τὸ στοί-… οἰκοδομηθῆναι τὸ πρὸς τῷ μουσείῳ …ἱερὸν ἢ πρότερον, ἀναθεῖναι δὲ καὶ τὰς …κας ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοί εἰσιν εἰς τὴν …στοάν. In inferiore igitur porticu …cus homo, & ipſe tabulas collo… mandavit, ſed in quibus terræ ambitus deſcripti eſſent, non aliquid quod poſſet coloribus, aut artificio magiſtri delectare. *Victor.*

Egeram etiam cum tuo Nicia] Epiſt. 10 libro IX. niſi liberti nomen ſit hoc loco. *Corrad.*

Is utitur, ut ſcis, familiariter Caſſio] Opinor ego quoque *Craſſo* legi propter Liciniam ſororem oportere. *Idem.*

Per Liciniam ſe egiſſe dicebat] P. Victorius edidit *per Licinium:* quo modo ſcriptum eſt in omnibus libris manuſcriptis Memmianis. Idem Victorius edidit *Dexius*, pro quo noſtri libri habent *Decius*, & item vulgati. Ego *Decimus* legendum puto. *Lambinus.*

Eam porro negare] Sic Pall. pr. Græv. duo Amſtelodam. niſi quod in nonnullis legatur *meam.* vulgati *negat* legunt.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

feſtines. Sed ne vivam, ſi tibi concedo ut ejus rei tu cupidior ſis, quam ego ſum. Itaque omnia experiar. Video enim quid mea interſit, quid utriuſque noſtrum, ſi quid egero, faciam ut ſcias. Tu & ad omnia reſcribes, & quando te exſpectem, facies me, ſi tibi videtur, certiorem.

Si quid egero faciam ut ſcias. Tu & ad omnia reſcribes] Pal. prim. *ſi quid egre faciamus ſcias tu & ad omnia reſcribas.* Meus primus, *ſi quid ego faciamus ſcias tu, & ad omnia reſcribas.* Forte ſcripſit Cicero, *ſi quid egero faciam ut ſcias tu, & ad omnia reſcribas.* Grævius.

EPISTOLA XXIV.

ARGVMENTVM.

Exponit quam injuſte ſibi Tigellius iraſcatur. Caeſare quartum conſule ſine collega.

ſcripta C. Iulio Caeſare IV conſule ſine collega. A.V.C. 708.

CICERO M. FABIO GALLO S.D.

AMoris quidem tui, quoquo me verti, veſtigia: vel proxime de Tigellio. Senſi enim ex litteris tuis, valde te laboraſſe. Amo igitur voluntatem. Sed pauca de re. Capius (opinor) olim, non omnibus dormio: ſic ego non omni-

vid: ep: 47 lib: 13 ad Att:

vid: Feſtus.

VEl proxime de Tigellio] M. Tigellio Hermogene, Sardo cantore. *Corradus.*

Capius, ut opinor, olim] Ita ſcripſimus, ut ab aliis reſtitutum fuerat. Mediceus tamen *Citius.* Apud Feſtum Pompeium, a quo hoc proverbium explicatur, *Capius* legitur. Nec tamen eſt, quod teſtimonio huic firmiter credamus: ipſius enim commentarii ut improbe olim detruncati fuerunt, ita nunc multis maculis fœdati ſunt. Plutarchus in Erotico, qui totam hiſtoriam accurate exponit, nequam hunc hominem Cabbam, vel Calbam potius appellat: totus autem locus ab Eraſmo in Proverbiis expreſſus eſt. Animadvertendum tamen, quis fuerit ille Mecœnas, a quo uxorem ſuam ſubagitari tam æquo animo *Capius* hic, ſive Cabba paſſus ſit: non enim familiaris ille Auguſti Cæſaris eſſe potuit: nam antiquius ejus ætate hoc proverbium fuit: a Cicerone enim adducitur, & a Lucilio quoque, vetere poeta, celebratum fuit. Præterea in verbis Sex. Pompeii cogitandum, an παρέρεγχος legi debeat, quod puto: quem enim locum ibi *pararencho* hoc caſu habeat non video: quamvis docti viri mendum in illis eſſe ſuſpicati non ſint. *Victor.* *Capius*] Qui *Pararencho* dictus eſt, quod ſimularet dormientem, quo impunitius ejus uxor mœcharetur. *Corrad.* *Cipius (opinor) oliɱ, non omnibus, &c.*] Sic legendum cenſet Anton. Auguſtinus: non *Cepius,* neque *Capius:* quamvis ita ediderit P. Victorius. Noſtri quidem codices, (Memmianos dico) partim ſic habent, partim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…bus, mi Galle, ſervio. etſi quae eſt haec ſervitus? …, cum regnare exiſtimabamur, non tam ab ullis, quam …mpore obſervor a familiariſſimis Caeſaris omnibus, …r iſtum. Id ego in lucris pono non ferre hominem …ntiorem patria ſua: eumque addictum jam tum pu… Calvi Licinii Hipponacteo praeconio. At vide, quid …ſeat. Phameae cauſſam receperam, ipſius quidem cauſſa.

…*Citius*. Sed omnem dubitatio… lit Sex. Pompeius, in prover… *…m omnibus dormio:* ubi docet, …um videri natum a *Cipio* quo… i *pararenchon* dictus eſt, quod ſi… dormientem, quo impunius …s mœcharetur. Eundem com…at & Plutarchus ἐν ἐρωτικῷ, ubi Κάϐϐας nominatur, ſi locus …tus eſt. *Lambinus.* MSS. Pal. …ræviani bini, Amſtelod. *Cicius*, *…s* ſcribunt.

…omnibus dormio] Vide Eraſmi …ia. *Corradus.*

…regnare exiſtimabamur] Nam …tus in cauſſa P. Syllæ Cicero… *…gem* appellavit. *Idem.*

…iſtum] Tigellium. *Idem.*

…o in lucris pono - - - - patria - - - - Calvi Licinii Hippona…onio] *Patria ſua*, Sardinia, quæ …e peſtilens eſſe dicitur. *Calvi* … Cornelii Licinii Calvi poetæ.

…cteo præconio] Iambico ſcazon…b auctore appellato. quale eſt …

…li Tigelli putridum caput venit.

… autem dixit, quia præco Sar…ales pronuntiabat. *Idem.* *Id …cris pono non ferre hominem peſti… patria ſua: eumque addictum jam … eſſe Calvi Licinii Hipponacteo præ…*] …anutii interpretatio non poteſt … . Ego *Hipponacteum* carmen ab *Calvo* in ipſum *Tigellium* ſtri…iſſe cenſeo. Nam quid eſt ſtu… eſſe verſuum? num libenter …ere? Si quia docti & diſerti e… …ctoris ingenio, non odio ejus, in quem facti erant, placebant: ſin, quia Ciceronem oderat, & gaudebat ejus contumelia, alia gravior præceſſerat cauſſa ſimultatum, neque pro magno putaret Cicero non coli ab homine carmina in ipſum ſcripta legente. *Calvus* immo *Tigellium* olim probroſo carmine infamaverat, & meritis, opinor, inuſſerat turpitudinis notis. Hoc dicit ἀλληγορικῶς Cic. *addictum Hipponacteo præconio.* Præconum eſt proclamare venales, eorumque prædicare virtutes & artes, ut citius emptorem inveniant: iidem addicebant emptori, ſeu jubebant emptorem ducere emptum, ubi de pretio convenerat. Cic. pro Rab. Poſthumo repetundarum reo: *tua, Poſtume, nummo ſeſtertio a me addicuntur. O meum miſerum acerbumque præconium!* Ita proſcripſit proclamavitque Hipponacteo carmine Tigellium, & prædicavit publicavitque ejus ſcelera & vitia, & hominem duraturæ in æternum infamiæ quaſi addixit Calvus. Suſpicor autem ſupervacanea eſſe duo verba, *puto eſſe:* ut fuerit, *non ferre hominem peſtilentiorem patria ſua, eumque addictum jam tum Calvi Licinii Hipponacteo præconio.* Eum præſertim, inquit, quem jam ante tot annos prædicavit *Calvus* ut *Hipponax* Anthermum & Bupalum: quaſi præco venalem expoſuit cum ornamentis omnibus, tradiditque infamiæ velut proprium & addictum. *Gronovius.*

Phameæ cauſſam receperam] Contra pueros Octavii. *Corrad.*

Ipſius quidem cauſſa] Phameæ. *Idem.*

cauſſa. erat enim mihi ſane familiaris. Is ad me venit, dixitque, judicem ſibi operam dare conſtituiſſe eo ipſo die, quo de P. Seſtio in conſilium iri neceſſe erat. reſpondi nullo modo me facere poſſe, quum vellem: alium diem ſi ſumſiſſet, me ei non defuturum. Ille autem, qui ſciret ſe nepotem, bellum tibicinem habere, & ſat bonum unctorem, diſ-

Erat enim mihi ſane familiaris] *Phamea*, qui mihi in conſulatus petitione pollicitus erat, ſi quid opus eſſet. *Idem.*

De P. Seſtio] Epiſt. 18 lib. v. *Idem.*

In conſilium iri neceſſe erat] Magis placeret *ire*, ut ad Ciceronem referatur, ob ea quæ ſequuntur. Eſt autem antiqua formula, quæ in fragmento etiam Serviliæ legis reperitur, quod extat apud me in ære inciſum. *Verba. audeire in. conſilium. eire. iudicare. liceat. neive iudicium. dimittere. iubeto. niſei. quom ſenatus.* &c. *Vrſinus.* Vid. Manut.

Neceſſe erat] Lege Pompeia, qua dies judiciorum præſtituti fuerant. *Corradus.*

Reſpondi nullo modo me facere poſſe, quum vellem] Ita olim emendavi, imprimique juſſi: nam quemadmodum nunc oſtendam, in melioribus libris hæc fere ſcriptura invenitur quam Manutii probant, quamvis inſimulent me alium ſenſum ex iis verbis accepiſſe, quod culpa impreſſorum non bene interpunctionibus diſtincta ſint: quaſi ab ullo, qui penitus ſtultus non ſit, alius ullus ſenſus ex iis verbis elici poſſit. Ego autem impreſſioni non interfui, nec quæ iſtud hominum genus quotidie turbaret, corrigere potui: nam ſæpe me queſtum eſſe de iſtorum negligentia in meis ſcriptis, omnibus notum eſt. Sed his relictis: Mediceus codex hanc ſcripturam retinet, *Reſpondi me nullo modo facere poſſe, quem vellem alium diem ſi ſumpſiſſet.* & quæ ſequuntur. Non ſine aliqua omnino perverſione: aliquid enim neceſſario in ea vitii eſt, ſive prior illa, ſive poſterior lectio magis probetur. Quare ſæpe de hoc loco ſolliciti fuimus: ac quandoque veriti ſumus, ne peccaverimus, quod aliquid tunc immutarimus: nam ita peccatum eſſe potuit ab vetere librario a dictione illa *vellem*, ut in altera *quem*: peccatum enim omnino fuit. Aut enim legendum eſt *quum vellem*, ut nos tunc ſcripſimus, aut *quem vellet* quemadmodum antea in impreſſis libris legebatur: nam recepta lectio non malum intellectum habebat: declaratur enim magis per illam liberalitas Ciceronis, & cupiditas ſatisfaciendi Phameæ, quæ affirmat eum uno illo excepto omnibus aliis diebus in poteſtate ipſius fore. Hæc omnia accuratius acuti ac docti viri perpendent: & quid de tota hac re faciendum ſit ſtatuent. *Victorius.* *Cum vellem*] Libri vulgati & nonnulli ſcripti habent *quem vellet, alium diem ſi ſumſiſſet*, &c. Nos P. Victorii emendationem ſecuti ſumus. *Lambinus.* *Reſpondi nullo modo me facere poſſe cum vellem alium diem ſi ſumpſiſſet*] Vide num melius legatur, *reſpondi nullo modo me facere poſſe: quem vellet alium diem ſi ſumpſiſſet.* Urſin. *Quum vellem al. d. ſi ſump.*] Hæc eſt Vaticani codicis lectio, in Victoriana quoque editione conſpicua. vulgo *quem vellet.* Gebhardus. Lectionem, quam probarunt Victorius, Lambinus, Gebhardus, firmat meus fidiſſimus codex, ſed aliter diſtinguit, & meo judicio verius, *Reſpondi id nullo modo me facere poſſe cum vellem. alium diem ſi ſumſiſſet me ei non defuturum.* hanc ſcripturam ſecutus ſum, quam video & aliis probari. *Gravius.*

Nepotem bellum] Tigellium. *Corradus.*

Sat bonum unctorem] Alias *inſectorem*, al.

…it a me, ut mi videbatur, iratior. Habes Sardos vena-…um alio nequiorem. Cognoſti meam cauſſam,& iſtius …nis iniquitatem. Catonem tuum mihi mitte: cupio …legere. me adhuc non legiſſe, turpe utrique no-… eſt.

…rem. Corrad. *Unctorem*] Sic …etiam noſtri libri veteres, non …ntes a vulgatis. Quidam le-…ı putant *& ſat bonum cantorem.* …il muto. *Lambin.* *Et ſat bo-…torem*] Alii ex conjectura, *ſat …antorem:* ego miror, cur hoc …ıoque Manutius. Sic autem eſt …editione primaria, ac Victorii: …uilielmii *victorem:* unde ille fa-…*orem.* Gebhard. Grævii prim. …*n.* Amſtelod. *auctorem.*

…*os venales*] Eraſm. in proverbiis.

Habes Sardos venales, alium alio …m] Nempe Phameam,& M.Ti-…a Hermogenem, nepotem il-…ıodulatorem optimum, in Sar-…ıatum, ut notat Acron. Prover-… utebantur de hominibus im-…, nequitia & fraude inter ſe cer-…ıs, ut qui alteri præferendus ſit …cile poſſit intelligi. Proverbio …nt originem Sardiniæ captæ ve-… qui nequiter ſervierunt, & im-…ıtis ac nequitiæ palmam tule-…ıter mancipia: non vero a Ve-…ıs, qui quoniam Etruſci ſunt, …Coloni Lydorum, quorum ca-…erit Sardes, a quo *Sardi* dicti ſint, ut Feſtus & Plutarchus docent. Nam a *Sardes* eſt *Sardianus*, a *Sardinia* vero *Sardus*. Sic recte hoc proverbium exponit, & pluribus refellit Feſti & Plutarchi ſententiam Gronovius IV de Pec. Vet. c. 10, quod vide.

Salaconis] Cœlius lib. VII, cap. 16. *Corradus.* *Et iſtius Salaconis*] Utitur hac eadem voce epiſtola 18 libri XVI: ibi *Salaco nequiſſimus.* Σαλάκων (inquit Suidas) ὁ προσποιούμενος πλούσιος εἶναι, πένης ὤν. ἀλαζών. hoc eſt, *Salaco*, is qui ſimulat ſe divitem eſſe, cum pauper ſit. Arrogans. Alii *Salaconem* quendam, Autolyci patrem, mollem, & delicatum fuiſſe tradiderunt. ab eo molleis, & delicatos, & impudicos, *Salaconas* appellari: & Σαλακωνίζειν, τὸν πρωκτὸν αἰσχρῶς κινεῖν· quod Latini dicunt Cevere. Quanquam in epiſtola illa 18, alii legunt *helico*, alii *heluco*, alii *filico*. Eſt autem *Filico*, homo nullius uſus, ut docet Feſtus. *Heluco* vero, ſtupidum, hebetem, languidum ſignificat. *Lambinus.* *Salaconis*] Hominis mollis, aut in paupertate valde ſuperbi. Vid. Manut.

Catonem tuum] Librum a te de M. Catone ſcriptum. *Corradus.*

EPISTOLA XXV.

ARGVMENTVM.

…piſtolam Galli non conſciſſam ſignificat. Monenti, ut de Caeſa-…ute loquatur & ſcribat, gratias agit. Hortatur, ne ſcribendi …itationem intermittat. Eodem anno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

CICERO M. FABIO GALLO S.D.

QVod epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare. ſalva eſt, domo petes cum libebit. Quod autem me mones, valde gratum eſt, idque ut ſemper facias, rogo. Videris enim mihi vereri, ne, ſi iſtum habuerimus, rideamus

Salva eſt domi, petes cum libebit] Ita legitur in cunctis impreſſis, a quibus Mediceus diſſentit. *Domo* enim, non *domi*, habet, quæ ſcriptura ſi attente conſideretur, fortaſſe pejor inelegantiorque non erit: ita autem diſtingui debet. *Salva eſt, domo petes cum libebit.* Cum enim dixit *ſalva eſt*, eripuit illi errorem, in quo erat, qui arbitrabatur illam conſciſſam, & ex ea re dolorem capiebat: cum addidit *domo petes*, declaravit penes ſe illam eſſe, ſeque illius copiam ei facturum ſemper eſſe. *Domo petes*, dictum eſt, quemadmodum etiam *petere a Græcis*, *petere e macello*, aliis in locis Cicero dixit: eſt enim peculiaris ipſius locutio, non alia ratione quam *adſerre domo*, *depromere domo*. Qui vero receptam lectionem retinere volet, non magnopere me adverſum habebit: atque is tamen non moleſte feret, me ea occaſione alium locum manifeſte corruptum reſtituiſſe. *Victorius.* Hunc locum de Oratore, ut & alium quem in Oratione de aruſpicum reſponſis hac occaſione emendavit Victorius, quoniam prolixior eſt, rejicimus in calcem & notis Manutianis ſubnectimus. Ceterum quoniam & meus vetuſtus codex conſentit Mediceo, nullus dubitavi, eam lectionem recipere. *Gravius.*

Si iſtum habuerimus] Mediceus liber, *niſi iſtum habuerimus*. Semper mihi ſuſpectus hic locus, ac merito quidem fuit: & eſt ſane tota epiſtola obſcurior. Quid mihi in mentem non multo ante venerit, libet narrare. Arbitror legendum eſſe, *niſi iſtum caverimus*. Quibus autem argumentis ductus hoc faciam, cum expoſuero, qui non probat, totam opinionem meam rejiciat. Sententia, ut patet, egregia eſt: intelligit enim per *iſtum*, Cæſarem, cujus voluntatem lædebant, quod perpetuum inimicum ejus laudabant, quem Gallus putabat cavendum, ac pertimeſcendum, quod quibus vellet, incommoda multa conciliare poſſet. In dictione etiam illa immutanda, nulla aut parva licentia nos uſos nunc oſtendemus. Obſervavimus aliis in locis in Mediceo codice *h* pro *c*, poſitam eſſe, ut in epiſtola Lentuli ad Ciceronem locus ille ſic legitur, 179. *Præterea mihi promiſerunt Panſa & Hirtius horam.* In antiquis etiam lapidibus ita quandoque ſcriptum eſt, ut docti & diligentes viri adnotarunt: nam ſæpenumero veteres librarios pro *v*, *b* ſcripſiſſe, & contra, magis notum eſt quam ut exemplis confirmari oporteat. Addam (quanquam vereor ne hæc mea diligentia nimia nonnullis in re ſatis aperta videatur) aliis in locis in Mediceo me obſervaſſe duo *uu*, poſita eſſe, ubi unum ſatis erat, ut in epiſtola ad Cœlium ſic locus ille legitur, 28. *Præſertim contra euum, cui ſpero me ſatisfeciſſe.* Nam apte reſpondere hoc verbum ſuperiori perſpicuum eſt. Sic enim crebro Cicero locutus eſt. 2 Philip. *Et ſimul admonent quicquam, quod cavebimus.* 11. *A quo admoniti, diligentius & vigilantius caveamus Antonium.* Memini diſertum, nobiliſſimum virum, & ſumma ingenii laude florentem, cui ego & in ſecunda & in adverſa fortuna valde amicus fui, ſed magis in perditis ipſius rebus officii gratia familiaris, qui & ipſe hunc locum depravatum eſſe cenſebat, ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

λω̃τα σαρδόνιον. Sed heus tu, manum de tabula. mahendeſt citius quam putaramus. Vereor ne in Catonium Ca-

emendare ſolitum, *ne ſi ſty-*
imus. Nondum autem quæ a
a expoſita ſunt, excogitave-
videre potuerim, quid ipſe
ni ingenii vir de hac mea ſu-
ſentiret. Illum autem nomi-
m appellarem, ſi arbitrarer
n poſſe ei aliquam laudem af-
ictorius. Si iſtum] Tigellium,
neam potius, quam Cæſarem
t, propter proverbium quod
neſcio quam ſuſpicionem, de
XIII ad Atticum ſcribit. *Cor-*
liſi iſtum caverimus, &c.] Locus
curiſſimus & corruptiſſimus.
m fere habent libri manuſcri-
m diſcrepantes a vulgatis, *Vide-*
mihi vereri niſi iſtum habuerimus,
lgati autem ſic. *Vid. enim m. v.*
ſtum habuerimus, &c. P. Victorii
onjecturam, ut probabilem,
umus jam olim in priore edi-
neque hic mutavimus: ſed vi-
ihi longe acutior & ad ſenten-
commodatior ea quam ille re-
eque cujus ſit, adſcribit, *ne ſi ſti-*
erimus, &c. Itaque hanc liben-
lecteremur, ſi nobis per judi-
& aſſenſum eruditorum lice-
ambinus. Grævii liber primus
ſi, non *ne ſi.*
λα σαρδόνιον] Proverbium de
rpatum, qui riſu & jocis ſibi
m concitant periculum. vide
. in proverb.
num de tabula] De libro, in quo
one tu quoque ſcribis. *Corrad.*
giſter] Auctionis: vel potius Di-
; qui *Magiſter* populi dicebatur.

eſt citius] Ex bello Hiſpanienſi,
Pompeii filios geſto rediens.

or ne in Catonium Cato nos] Lo-
lde obſcurus, nec uno modo in
bus exemplaribus ſcriptus. Me-
& quique optimi libri pro *Cato*

nos Catoninos habent: quod non improbavi. Mendi autem notam hic appoſui, quia in priore quoque voce diverſos antiquos codices inveni: nec apud me conſtituere potui, quæ ſincerior lectio habenda eſſet. Quamvis autem certam ex tam dubio & contaminato loco ſententiam vix elici poſſe putem, tamen non veritus ſum quid ſentiam exponere. Per *magiſtrum* arbitror eum intelligere Cæſarem dictatorem. *Manum* autem *de tabula*, proverbium eſſe exiſtimo ſumptum a pueris pictorum, qui abſente magiſtro ſumpto penicillo aliquid & ipſi furtim in tabula pingere conantur. Quo repente ſuperveniente, admonentur a cæteris ut cito manum de tabula removeant, ne in illos magiſter animadvertat. Monet igitur Cic. Fabium, ut appropinquante Cæſare manum & ipſe de tabula cito auferat: ſcribebat enim Catonem, quæ ſcriptio parum Cæſari grata & jucunda eſſe poterat, & quæ inimiciſſimum illi hominem ſummis laudibus ornaret. Cum autem ſe quoque cogitaret, quia & ipſe etiam Catonem ſcripſerat, apud eum offendiſſe, ſubjungit, *vereor ne in Catonium Catoninos*, id eſt, timeo ne Cæſar commotus ira ad inferos demittat Catoni deditos, & Catonem amantes, id eſt, meipſum & te, qui Catonis laudes ſcripſimus. *Catoninos* autem pro *Catonianos* dictum videtur, quemadmodum ſæpe veteres loquutos paullo poſt oſtendam. Nam & Aulus Gellius videtur oſtendere *Catonium* pro inferis ſumi quandoque ſolitum. Sic enim lib. XVI Noctium Atticarum, cap. 7. quod contra Laberium ſcriptum eſt, inquit, poſtquam oſtendit illum multa verba licenter novaſſe, *neque non obſoleta quoque & maculantia ex ſordidiore vulgi uſu ponit, quale eſt in Staminariis,*

Tollet bona fide vos Orcus in Catonium.

 Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Catoninos. Mi Galle, cave putes quidquam melius quai epiſtolae tuae partem ab eo loco: *cetera labuntur*. Secret hoc audi, id tecum habeto, ne Apellae quidem liberto tu dixeris. praeter duo nos loquitur iſto modo nemo: ben malene videro: ſed quidquid eſt noſtrum eſt. Vrge ig tur, ne tranſverſum unguem (quod ajunt) a ſtilo. is enir eſt dicendi opifex. atque equidem aliquantum jam etiar noctis aſſumo. Vale.

EPI

Ubi unum adnotandum eſt, quod vidi priſcum ejus ſcriptoris & valde probatum exemplar, quod *Catomum* non *Catonium* in eo verſu habet, quemadmodum in hac epiſtola in melioribus exemplaribus ſcriptum eſt: & hæc cauſſa fuit, quod e regione ejus vocis aſteriſcum appoſui. Quis enim dijudicare poſſit impreſſiſne codicibus, an potius priſcis exemplaribus major fides habenda ſit in dictione jam pridem obſoleta, & cujus certam rationem nemo aſſignare poſſit? niſi illa a Græco adverbio κάτω originem ducat, quod & ipſum inferiora & ſubterranea loca ſignificat. *Victorius.* Mediceus codex *vereor ne in Catomum Catoninos.* Ita accurate olim de hoc loco diſſerui, ut neceſſarium eſſe non exiſtimem, verbum de hac re addere: omnino enim cenſeo *Catoninos* pro *Catonianos* ſcriptum fuiſſe, & intelligi debere Catonis ſtudioſos. Nam quin, ſive *Catomum*, ſive *Catonium* legendum ſit (nihil enim certi de hac voce afferre poſſum), ea dictione inferos & ſedem mortuorum intelligat, non dubito. *Idem.* *In Catonium Cato nos*] Al. *In Catonem Catonianos:* de quo loco multi multa ſcribunt, ſed de *Catonio* Gellius lib. XVI, cap. 7. *Corradus.* *Vereor ne in Catonium Catoninos*] Etiam hic locus valde eſt obſcurus, & fortaſſe corruptus. ego quidem antiquam ſcripturam religioſe ſecutus ſum. Videtur autem ſignificare, metuendum eſſe ne Cæſar, quem *magiſtrum* dicit, eos qui laudes Catonis ſcripſerunt, ad inferos præcipiteis agat. Vox *Catonium*, a Laberio uſurpata eſt, ut refert Gellius lib. XVI, c. 7.

Tollet bona fide vos Orcus nudas in Catonium. Quanquai doctiſſimi quidam viri legunt *Catomum*, & hic, & apud Laberium, interpretanturque catenam: & ita P. Victorius edidit. *Lambinus.* *Vereor ne Catonium Catoninos*] Ita Pal. editioq Victorii; nec longe abit impreſſio prima, *in Catonem Catoninos.* Malebat tamen Victorius, ſicut & apud A. Gellium *Catomum.* Alii tamen, *ne in Catonium Cato nos.* Muretus vero pro *Catonium* malebat *Charonium* ex Polluc Notat quoque Guilielmius ex ſuorur uno: *Catomum. Cato nos.* Vulgatur eſt, *ne in Catonem, Cato in nos:* quod li cet multis logis explicet Manutius cordatiorum tamen nemini probave rit. *Gebhardus.* Grævii primus, *Vereo ne in Catomum Catoninios.*

Cætera labuntur] Verba Fabianæ epiſtolæ. *Corrad.*

Secreto hoc audi, tecum habeto] Pal prim. *Secreto hoc audii, te cum habeto.* ſe optime meus vetuſtus, *ſecreto hoc audi id tecum habeto.* Grævius.

Vrge] Al. *urgeo:* & ſane his temporibus multa ſcripſit Cicero. *Corradus.*

Tranſverſum unguem] Eraſm. in proverbiis. *Idem.* *Nec tranſverſum unguem, quod ajunt, a ſtylo*] Pal. prim. *ne tranſverſum unguem quod ajunt, a ſtylo* ſcribe, uti in meo habetur, *ne tranſverſum unguem, quod ajunt, a ſtylo.* Græv

Is enim] Stylus. *Corradus.*

Atque equidem] Rectius legitur in manuſcripto, *atqui ego quidem.* Urſinus. Sed pro vulgata ſtant Grævi primus, Pal. prim. aliique complure libri.

GAL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Epistola XXVI.

Argvmentvm.

…cribit ſe in morbum incidiſſe, quia ſuaviter conditas herbas pa- …caute comediſſet: ſibi tamen jam eſſe melius, & manſurum in …ulano, quoad ſe reficiat. Scripta videtur epiſtola eo anno quo …entulus & Q. Metellus Nepos conſulatum geſſere. nam Lentuli …n, cujus auguris coena hic nominatur, eo anno augurem crea- …, oratio pro Sextio declarat his verbis: Video P. Lentulum …oc miſero ſqualore & ſordibus: cui ſuperior annus idem …irilem patris & praetextam populi judicio togam de- …t.

Scripta P. Cornelio Lentulo Spinthere Q. Caecilio Metello Nepote Coss. A.V.C. 696.

Cicero Gallo S. D.

C Vm decimum jam diem graviter ex inteſtinis laborarem: neque iis qui mea opera uti volebant, me pro- …em non valere, quia febrim non haberem, fugi in Tu- …lanum: cum quidem biduum ita jejunus fuiſſem, ut ne …iam quidem guſtarem. Itaque confectus languore & fa- …, magis tuum officium deſideravi quam abs te requiri …avi meum. Ego autem cum omnis morbos reformido, …n quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat,

…ALLO S. D.] Fortaſſe Q. Fabio Sangæ Gallo. nam in veteri… libris ſuperiores epiſtolæ, poſt li…m ad M. Varronem ſcriptum ſunt …itæ: hæc & ſequens, hoc loco: & … Gallus exulabat Cæſare Dictatore, … Romæ erat: hic Epicureus erat, … Academicus: hic neſcio quid ad …eronem detulit, quod Sangæ pro…r conjurationem convenit: ille ni…, quod ſciam. *Corrad.*

Ex inteſtinis laborarem] Id eſt, δυσεν- …ία.

Neque iis, qui mea opera uti volebant, …probarem non valere] Meus codex o…ttit *iis*, & elegantius intelligitur, ut in plurimis aliis locis. *Grævius.*

Tum in quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt] Sic Gebhardus edidit. vulgo, *tum in quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt.* Sed rectius veteres libri, prim. Pal. Amſtelodam. meus, Victor. & Ven. edd. *tum quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt.* Mallem tamen cum Manutio, *tum quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt.* ſententia ſane hanc lectionem poſtulat. *Grævius.*

Quia dicat δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη *ſibi moleſta eſſe*] Multis modis quidam peccant in hoc loco: tria enim verba nullorum antiquorum codicum teſtimonio citato, neque ullis etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cat, *δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη*, ſibi moleſta eſſe: quorum alterum, morbum edacitatis eſſe putant, alterum etiam turpioris intemperantiae. Sane *δυσεντερίαν* pertimueram. Sed viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe jam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe. Attamen, ne mirere, unde hoc acciderit, quomodove commiſerim: lex ſumtuaria, quae videtur *λιτότητα* attuliſſe, ea mihi fraudi fuit. Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quae lege excepta ſunt in honorem adducere, fungos,

etiam argumentis, quæ id ſaltem confirment, adlatis, contaminant, aut tollunt. Nam quod erat in omnibus & manuſcriptis, & impreſſis libris *quia dicat* commutant, & ex illis verbis *cui dicant*, faciunt: præterea *ſibi* ab ipſis etiam in priore ſua editione receptam vocem delent. Scriptura, quam ſecuti ſumus, in omnibus vetuſtis exemplaribus eſt. Sententia quam habet, diligenter a nobis in prioribus noſtris ſcriptis expoſita eſt, & auctoritatibus doctiſſimorum virorum confirmata. Quod in epiſtola ſua confeſſus eſt Epicurus, ſe torminibus ac ſtillicidio laborare, acerrimi ipſius adverſarii Stoici, occaſione ea arrepta, maledicebant illi, & affirmabant, merito id ipſi evenire, quod intemperantiſſimus eſſet, ac obſcœnis voluptatibus deditus, res tota a nobis tunc explicata. Indicavimus epiſtolam Epicuri, in qua verba illa erant, expreſſamque eſſe docuimus a Cicerone elegantiſſime: cujus tamen (ut quærendi labore alios liberemus) partem illam adducemus, quæ hoc narrat, *τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα τελευτῶντες ἡμέραν τοῦ βίου, ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτὶ, στραγγουρία τις τε παρηκολουθήκει καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν αὐτοῖς μεγέθους.* Ita autem a Cicerone reddita eſt, *Cum ageremus vitæ beatum, & eundem ſupremum diem, ſcribebamus hæc. Tanti autem morbi aderant veſicæ, & torminum, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſet accedere.* Victorius. Expoſitionem hanc habes mox not. 9. *Δυσουρ. καὶ δυσεντ. παθ.*] *Veſicæ & viſcerum morbos.* Sic enim ipſe interpretatur Cicero. *Corrad.* *Tibi moleſta eſſe*] Nam Stoici nihil eſſe dicunt malum, niſi quod turpe, aut vitioſum eſt. *Idem.* *Quia dicat*] Epicurus ad Idomeneum ſcribens, quam epiſtolam vide in Laertio.

Δυσεντερίαν] *Viſcerum morbum*, ſive *tormina*, ita enim quoque vertit Cicero. *Corradus.*

Lex ſumtuaria] Vide Plinium, Gellium & Macrobium. *Idem.* Gell. 11, 24.

Ea mihi fraudi fuit] Hoc eſt, nocuit, damno fuit. Vid. Manut.

Terra nata, quæ lege excepta ſunt] Etſi nihil mendi ſit in his verbis, volui tamen ut melius hic locus intelligatur, verba ex Athenæo legis Fanniæ ſumptuariæ adponere, quæ & ipſa, omnia quæ oriuntur e terra excipiebat. Cum enim aliis cibis & dapibus modum quendam ſtatueret, olera, leguminaque, & cuncta quæ terra fert, concedebat. ſunt autem lib. VI. *Δειπνοσοφιστῶν· ἐκέλευε δ' ὁ νόμος τριῶν μὲν πλείονας τῶν ἔξω τῆς οἰκίας μὴ ὑποδέχεσθαι. κατ' ἀγορὰν δὲ τῶν πέντε, τοῦτο δὲ τρὶς τοῦ μηνὸς ἐγίνετο, ὀψωνεῖν δὲ πλεῖον τῶν δυοῖν δραχμῶν καὶ ἡμίσους, οὐκ ἐπέτρεπε, κρέως δὲ καπνιστοῦ δέκα πέντε τάλαντα δαπανᾶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐπεχώρει καὶ ὅσα γῆ φέρει λάχανα καὶ ὀσπρίων ἑψήματα.* Quod autem Stoicos dicit male accipere ſolitos Epicurum, quod fateretur ſibi veſicæ

…os, heluellas, herbas omnis ita condiunt ut nihil poſ-…ſſe ſuavius. in eas cum incidiſſem in coena augurali …d Lentulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie pri-…n videatur coepiſſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis …uraenis facile abſtinebam, a beta & a malva deceptus … . Poſthac igitur erimus cautiores. Tu tamen cum au-…es ab Anicio (vidit enim me nauſeantem) non modo …tendi cauſſam juſtam habuiſti, ſed etiam viſendi. Ego …cogito commorari quoad me reficiam. nam & vires & …pus amiſi. Sed, ſi morbum depulero, facile, ut ſpero, …revocabo.

EPI-

…æ & torminum morbos valde mo-…s eſſe: narrat hoc ipſe de ſe in epi-…ad Idomeneum auctore Laertio: …mvis Cicero ad Hermachum miſ-… dicat lib. II de Finib. Ibi enim e-…ntiſſime illam interpretatur. Græ-… invenio apud Laertium in vi-…picuri, quam non inutile erit cum …na conferre. Erant autem infen-…mi Epicuro Stoici, & iniquo ani-… rationem & vitam illius exagita-…t: nam parciſſimi illum victus …ſe apud optimos auctores legimus. …deſtius ſe gerit Plutarchus, qui ne-…n ob hoc Epicurum maledictis in-…at, excuſat potius tueturque exem-… temperantium ſanctorumque vi-…um Pherecydis & Heracliti, qui …ma abſtinentia corporis, victuſque …deratione, moleſtiſſimis tamen æ-…udinibus impliciti & conflictati …t: atque hoc in libello facit, quem …tra illius decreta ſcripſit, cui titu-… eſt: Non poſſe jocunde vivi ſecun-…m Epicurum. *Victorius.*

Heluellas] Oluſcula minuta.

Apud Lentulum] Fortaſſe P. Lentulum, cujus filium in augurum collegium cooptatum fuiſſe eo anno quo Cicero eſt revocatus, auctor eſt Dion. *Corrad.*

Ut hodie primum videar cœpiſſe conſiſtere] Ita Pall. Grut. priſca editio, Stewechianus: alii *videatur*. Gebhardus. Non eſt ut recedamus a vulgata lectione, quam & Mediceus, & meus primus tuetur. Nam διάῤῥοια *conſiſtere* dicitur, ut alibi *alvus conſiſtere*. Græv.

A beta etiam & malva deceptus ſum] Delevi *etiam*, ſecutus auctoritatem mei libri vetuſtioris: in Amſtelodamenſi & omittitur. *Grævius.*

Corpus amiſi] Hoc eſt, carnem, maceſcere cœpi. Ovid. I Am. el. 16.

Aptaque ſubducto corpore membra dedi.

hoc eſt, poſtquam de pinguedine aliquid deceſſit. Contra *corpus facere* eſt pingueſcere Phædro lib. II.

Ut reſtiterunt: unde ſic quæſo nites?
Aut quo cibo feciſti tantum corporis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XXVII.

ARGVMENTVM.

Inique Gallus Ciceronem litteris accuſaverat. viciſſim igitur eum Cicero repungit. Incertus eſt hujus epiſtolae annus. id tantum conſtat, ſcriptam eſſe Caeſare dominante. quod illa verba demonſtrant: Et ais fore, ut te Caeſar reſtituat. *Quod ſi Gallus hic eſt P. Sextius, ut infra indicabitur: ſcripta videri poteſt vel quo anno Caeſar occiſus eſt; vel anno ſuperiore.*

CICERO GALLO S.D.

MIror cur me accuſes, cum tibi id facere non liceat, quod ſi liceret, tamen non debebas. *Ego enim te in conſulatu obſervaram.* & ais, fore, ut te Caeſar reſtituat. Multa tu quidem dicis, ſed tibi nemo credit. Tribunatum plebei dicis te mea cauſſa petiſſe. Vtinam ſemper eſſes tribunus, interceſſorem non quaereres. Negas me audere quod ſentiam dicere. Quaſi tibi, cum impudenter me rogares,

CICERO M. FABIO GALLO S.D.] Is non fuit M. Fabius Gallus, ſed M. Fadius Gallus. & ſic legendum eſſe contendit Steph. Pighius annal. XVI. quem vide. Sed vetuſtiſſimi libri, & inter hos Græviі primus, non legunt *M. Fabio*,, ideo & hic fuit expunctum.

Miror cur me accuſes] Annotationes duas prolixas P. Victorii, quibus diſputat de initio hujus epiſtolæ, & totius ſenſu vide in calce explanationis P. Manutii, ei enim illas ſubjecimus.

Ego enim te in conſulatu obſervaram] Volunt docti, hæc verba ex epiſtola Galli eſſe repetita, niſi *conſervaram* legatur. *Corrad.*

Tribunatum plebei dicis te mea cauſſa petiiſſe] Quum exularem: ſic enim exiſtimo. *Idem.* *Tribunatum plebei d. t. m. cauſſa pet.*] Sic eſt in Pall. Grut. Peck. editione principe, ſicque ex Mediceo notat Victorius [accedit his Grævii primus & Amſtelod.]. Illud tamen quoque notandum, in Vaticano & Gruteriano [nec non Græviano, in Amſtelodam. *tribuno*] haberi *tribunum.* Vulgatur autem, *tribunatum plebis dicis te mea cauſſa petiiſſe.* Gebhardus.

Interceſſorem non quæreres] Tribuni enim intercedebant. Gallus autem Ciceronem rogaverat, ut pro ſe intercederet apud Cæſarem. eſt igitur ὁμωνυμία.

Cum impudenter me rogares] Ita Pall. Vaticanus, Victorii editio [quibus ſubſcribit Grævii primus]. prima tamen & Grut. [nec non Amſtelod.] *cum parum impudenter* mendoſe. Editum eſt, *cum parum pudenter me rogares.* Illud vero miror Victorium edidiſſe, *quod ſi inhumaniter mecum queſtus eſſes*: Sphalma accuratiſſimi typographi non puto eſſe. *Gebhardus.*

Qua

...s, parum fortiter reſponderim. Haec tibi ſcripſi, ut ...ipſo in genere, in quo aliquid poſſe vis, te nihil eſſe ...noſceres. Quod ſi humaniter mecum queſtus eſſes, li...er tibi me & facile purgaſſem. Non enim ingrata mihi ... quae feciſti, ſed quae ſcripſiſti moleſta. Me autem, ...oter quem ceteri liberi ſunt, tibi liberum non viſum de...or. Nam ſi falſa fuerunt, quae tu ad me, ut ais, detuli... quid tibi ego debeo? ſi vera, tu es optimus teſtis, quid ...i populus R. debeat.

...æ feciſti] Mea cauſſa. *Corradus.* *...æ tu ad me, ut ais, detuliſti*] De C. Antonii Conſulis tui conſiliis. Vide Manut.

EPISTOLA XXVIII.

ARGVMENTVM.

Probat conſilium Curii, qui, rep. deſperata, in Graeciam ſe con...erit: & adjungit, ſe totum, poſtea quam libertatem amiſſam vi...it, litteris & ſcriptioni tradidiſſe. Scripta Caeſare dominante, ...o tamen incerto.

M. CICERO CVRIO S. D.

MEmini cum mihi deſipere videbare quod cum iſtis potius viveres, quam nobiſcum. Erat enim multo ...omicilium hujus urbis (cum quidem haec urbs,) aptius ...manitati & ſuavitati tuae, quam tota Peloponneſus, ne...m Patrae. Nunc contra & vidiſſe mihi multum videris, ...m, prope deſperatis his rebus, te in Graeciam contuliſti, ... hoc tempore non ſolum ſapiens, qui hinc abſis, ſed etiam beatus.

...VRIO] M. Curio, qui Trib. pl. ... fuit, quo tempore Cicero ab exi... eſt revocatus. *Corrad.*

Quod cum iſtis potius viveres] Ita me...s Pall. Grut. prima editio ac Victo... [nec non Græv. prim. & Amſtelo...m.]. vulgatum eſt *quod iſtic potius v.* ...ebhardus.

Nedum Patræ] Ubi negotiaris. *Corr.*

Vidiſſe mihi multum] Hoc eſt, ſapuiſſe, ut ſupra.

Te in Græciam contuliſti] Paullo ante bellum civile. nam Cicero ex Cilicia rediens, Tironem ægrum Patris, ubi erat Curius, reliquit. *Corradus.*

Hoc tempore] Quo in poteſtate unius ſunt omnia. *Idem.*

Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

beatus. quanquam quis, qui aliquid ſapiat, nunc eſſe beatus poteſt? Sed, quod tu, cui licebat, pedibus es conſecutus, ut ibi eſſes; ubi nec Pelopidarum, noſti cetera: nos idem propemodum conſequimur alia ratione. Cum enim ſalutationi nos dedimus amicorum: quae fit hoc etiam frequentius, quam ſolebat, quod, quaſi avem albam, videntur bene ſentientem civem videre: abdo me in bibliothecam. Itaque opera efficio tanta quanta fortaſſe tu ſenties. Intellexi enim ex tuo ſermone quodam, cum meam moeſtitiam & deſperationem accuſares domi tuae, dicere te, ex meis libris animum meum deſiderare. Sed mehercule & tum remp. lugebam, quae non ſolum ſuis erga me, ſed etiam meis

Vbi nec Pelopidarum] Subaudi, neque *facta audias*, *neque nomen:* epiſt. 30 hujus libri. *Pelopidæ* autem hic dicuntur mali cives, qui remp. oppreſſerunt.

Noſti cetera] Sic veteres loquuntur, pro quo vulgo dicunt *& cetera*. Cicero pro Plancio: *Hæc illi ſoleo præcipere, quæ ille a Jove ortus ſuis præcipit filiis:*

Vigilandum eſt ſemper: multæ inſidiæ ſunt bonis.

Noſtis cetera.

Idem de Senectute: *Non dubitavit dicere ille, quæ verſibus perſecutus Ennius:*

Quo vobis mentes rectæ quæ ſtare ſolebant
Antehac dementi ſe ſe traxere ruina:

ceteraque graviſſime. notum enim vobis eſt carmen. Plin. III, 9. *Juſſit equi caudam, reliqua noſti.* A. Buchnerus.

Cum ſalutationi nos dedimus] Cum mane ſalutavimus amicos. Moris enim Romæ mane ſalutare amicos. Martial.

Prima ſalutantes atque altera continet hora.

hoc dicebatur *ſalutationis officium*.

Quanta fortaſſe tu ſenties] Itidem tibi ut mihi probabuntur.

Dicere te ex meis libris animum meum deſiderare] Hæret hic ſenſus, & aut *te* hic inſerendum, aut ſubaudiendum: utrumque vero durum eſt: aut *dicere* delendum. Fateor in omnibus id extare codicibus, quos evolvi. Vide vero quam liquida omnia ſint & plana ſi expungatur: *Intellexi enim ex tuo ſermone quodam, cum meam mæſtitiam & deſperationem accuſares domi tuæ, te ex meis libris animum meum deſiderare.* Sed nihil auſim invitis libris mutare. *Gravius.*

Te ex meis libris animum meum deſiderare] Non eum me eſſe qui viderer in meis libris.

Quæ non ſolum ſuis erga me, ſed etiam] In cunctis quos vidimus manuſcriptis paullo antiquioribus codicibus locus hic mancus, decurtatuſque eſt. Nos tamen cum vulgata lectio commoda ſit, eam loco non movimus. ſic autem legitur in illis, *quæ non ſolum ſed etiam a meis erga ſe beneficiis*, &c. procul dubio cum deſiderio nonnullarum dictionum. *Victorius.* *Suis erga me*] Adnotavimus olim in antiquioribus libris hæc verba deſiderari, in Mediceo certe non leguntur: neque tamen cuique auctores fuimus ut ea deleret: propoſitum nobis fuit, vitia etiam illius codicis indicare. Alii poſtea in nonnullis ea ſe inveniſſe affirmant: qui codices utinam ſemper, quemadmodum hic fortaſſe ſunt, noſtris meliores eſſent. *Idem.* In Grævii primo, *quæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

erga ſe beneficiis erat mihi carior: & hoc tempore, quam me non ratio ſolum conſolatur, quae plurimum valere, ſed etiam dies, quae ſtultis quoque mederi : tamen doleo, ita rem communem eſſe dilapſam, ut es quidem melius aliquando fore relinquatur. Nec nunc quidem culpa in eo eſt in cujus poteſtate omnia (niſi forte id ipſum eſſe non debuit,) ſed alia caſu, alia nostra culpa ſic acciderunt, ut de praeteritis non ſit endum. Reliquam ſpem nullam video. quare ad pri- edeo. Sapienter haec reliquiſti, ſi conſilio: feliciter, u.

ſolum a me; ſed etiam a meis erga iciis. In Amſtelod. *quæ non ſolum* *me.*

eſt, in cujus poteſtate omnia ſunt] ſare. *Corradus.*

a etiam noſtra culpa ſic acciderunt] Guilielm. ex conjectura volebat, *alia etiam noſtra culpa ſic occiderunt.* Male, primo quia contra libros omnes; deinde avertit & invertit ſenſum totum: quem ſi attendiſſet, non tam temere ad emendandum profluxiſſet. *Gebhard.*

EPISTOLA XXIX.

ARGVMENTVM.

emoriam declarat accepti a Cicerone beneficii, & commenda- ab eo litteras petit ad Sulpicii ſucceſſorem. Scripta eo anno rimum Caeſar quartum conſul fuit ſine collega, deinde, Q. Fa- cum C. Trebonio, ut patet ex epiſtola ſequenti.

CVRIVS M. CICERONI SVO S.

[vales, bene eſt. Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri. ergo fructus eſt tuus, mancipium illius: od quidem ſi inter ſenes coemtionalis vaenale proſcripſerit,

m enim] Al. *ego ſum.* Corrad.

Mancipium illius] Eſt poſſeſſio, jus inii. Hinc *mancipio dare* apud t. in Curc. IV, 2. eſt ita dare ut tietas tranſeat ad alium. *mancipio* e. Moſtell. V, 1. *mancipio accipere* . II, 4. & Cic. I ad Att.

ter nos ſenes emptionales venale pro- ſcripſerit] Ipſi, *inter ſenes coemptionalis,* ut pene eſt in antiquo, ſcripſimus: ſcimus autem varie hunc locum legi, ſed tamen confutare omnia non neceſſe eſt, neque etiam tantopere otio abundamus, ut quæcunque cuivis in mentem venerint, referre poſſimus. Vetus ſane codex *comptionalis,* unius tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rit, egerit non multum. At illa noſtra praedicatio quanti eſt, nos, quod ſimus, quod habeamus, quod homines exiſti-

tantum defectu litteræ. Cum enim duæ vocales conjunguntur, ſæpe in hoc codice altera perit, ut *reliquis* pro *reliquiis*, & ſic multis aliis locis. Quæ autem ſint *coemptiones*, & qui *coemptionales ſenes*, verba propria juris, nunc pene obſoleta minute pertractare animus non eſt. Ciceronis tantum locum in Oratione pro Muræna ponemus: *Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio ſenes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſſa reperti ſunt.* Noſtrum potius conſilium eſt maculas, quas poſſumus delere, quam vocabula (niſi neceſſe fuerit) interpretari: cum autem opus fuerit, dabimus operam, ut illa etiam pro infirmitate noſtri ingenii declaremus. *Victorius.*

Si inter ſenes coemptionales venale proſcripſerit] Pal. prima editio: Stewech. Peckio excerpta, *ſi inter ſenes contionales.* Grut. *ſi inter nos ſenes contionales ven.* Hotomanus vero ad LL. XII Tabularum dicit legi in vet. libro, *inter vos concionales.* At Egnatius, ad oram priſcæ editionis, annotat perſcriptum alias eſſe in cod. vet. *inter vos ſenes*, ſicut non multum diverſe ex Gruter. indicavi. *Gebhardus.* Alii ſunt *ſenes ad coemptiones interimendorum ſacrorum cauſſa reperti*, alii *ſenes coemptionales.* De illis dicetur ad illum locum orationis pro Muræna. *Senes* autem *coemptionales*, ſunt mancipia rejicula & veterana, quæ, quod non ita facile emptorem invenirent aut minimo æſtimarentur, ſolebant vel plura in cumulum vendi, vel quaſi mantiſſa & appendix dari melioribus, ut qui bene habitum conciliare cuperet, imparem contubernalem ſimul acciperet. Unde *ſenes coemptionales* dicebantur, hoc eſt, ſimul venales. Plaut. Bacchid. IV, ſc. 9.

Nunc Priamo noſtro, ſi quis eſt emptor, coemptionalem ſenem
Vendam ego, venalem quem habeo, extemplo, ubi oppidum expugnavero.

Habeo venalem ſenem coemptionalem, hoc eſt, ex eo genere, in quibus ſingulis vix quiſquam facit pretium, ſed qui auctioni aliorum accedunt. Vendam, inquit, ubi oppidum expugnavero. Sic Curius hic dicit, ſi mihi inter rejicula iſtiuſmodi mancipia titulum in venalitio pinxerit, vendideritque me, parum rei fecerit: quia inutiles ſumus & nullius pretii. Curius ſe vix ait prodeſſe Attico, cujus ſit κλητῇ, poſſe, niſi proſcribatur ab eo venalis inter mancipia veterana, quæ plerumque in cumulum venduntur, aut aliis rebus vel mancipiis melioribus acceſſiones dantur: ſic quoque non multum. J. F. Gronovius IV de Pec. vet. cap. 8. quem vide pluribus id explicantem, & multis egregiis illuſtrantem exemplis, aliorumque opiniones refellentem. Ceterum in meo vetuſto libro, non legitur *venale*; corrupte autem in eo exaratur *perſcripſerit* pro *proſcripſerit.* Abeſſe poteſt ſine ullo ſenſus detrimento *venale.* Nam *proſcribere* eſt venale proponere adpoſito titulo, ſeu tabella appenſa, qua ſignificatur id venale eſſe. Cic. III de Off. *Itaque Calpurnius, cum demolitus eſſet cognoſſetque Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe.* & IV ad Att. ep. 2. *Tuſculanum proſcripſi*, hoc eſt, venale propoſui. & ſæpe aliis in locis. Nec obſtat quod venales κατ' ἐξοχὴν dicuntur mancipia venui. Nam hoc ſatis indicat locutio *proſcribere inter coemptianales ſenes.* Nemo enim proſcribebatur niſi ſervus. Itaque ſcribendum, *quod quidem ſi inter ſenes coemptionales proſcripſerit, egerit non multum.* Grævius.

Egerit non multum] Quoniam vile eſt mancipium. *Corrad.*

At illa, &c.] Exponit, qui ſit Ciceronis fructus. *Idem.*

Quod ſimus, quod habeamus, quod homines exiſtimemur] Poſt hæc verba, *quod ſimus*, in omnibus fere libris, ſcripta ſunt hæc, *quod habeamus.* quæ ſine dubio

memur, id omne abs te habere? Quare, Cicero mi, vera conſtanter nos conſervare, & Sulpicii ſucceſſori le meliore nota commenda, quo facilius tuis praece- obtemperare poſſimus, teque ad ver lubentes videre & ra defigere, deportareque tuto poſſimus. Sed, amice ne, noli hanc epiſtolam Attico oſtendere: ſine eum re, & putare, me virum bonum eſſe, nec ſolere duo etes de eadem fidelia dealbare. Ergo, patrone mi, bene , Tironemque meum ſaluta noſtris verbis. Dat. a. d. 1 Kal. Novemb.

EPI-

iena ſunt, non Ciceronis: idcir- lenda curavimus. *Lamb.* *Quod quod habeamus, quod homines exiſti- r*] Ita Pall. Stewech. & editio 1, ac Victorii. Gruterianus au- codex, *quod ſimus, habeamus, quod es exiſtimemur.* Neque erat Lam- ædilitio faſtu tam bonam mer- effundere: nam illa verba. *quod mus*, abjecit: recte ergo revocan- ræpoſtera importunitate pulſa in- e. *Gebhardus.* Merito nec Geb- us, nec alii Ciceronis editores Lambino obtemperarunt, contra rum omnium fidem expungenti: *habeamus. Habere* hoc loco poſi- puto ut ἔχειν apud Græcos pro idere bona: ſic ἔχοντες apud Ari- h. in Equitibus ſunt divites,

Φασὶ γὰρ αὐτὸν ἐρεπτόμενον
Τὰ τῶν ἐχόντων ἀνέρων.

nt illum devorare bona divitum. ἔχον- ἄνδρες ſunt divites. hinc *habentia* tiæ. Caſſius Hemina, *Habentia a- os eorum inflat.* Grævius.

ulpitii ſucceſſori] Epiſt. 50 lib. XIII. *Sulpitio ſucceſſori.* Corrad.

Tuis præceptis obtemperare poſſimus] *ceptis*, de meo reditu. *Idem.* To *mus* reſidet in Pall. edit. prim. ac Vi- ii, Manutiique: videturque adeo llo libro fuiſſe, ex quo Gruteria- transſcriptus eſt: nam priore hoc eptus, cum putaret ſe poſterius quo- ſcripſiſſe tota illa verba præteriit, *e ad ver lubentes videre, & noſtra de- figere, deportareque tuto poſſimus* Gebh.

Teque ad ver lubentes, &c.] Sic habent libri fere omnes manuſcripti, quibus uſi ſumus. *Lambin.*

Et noſtra defigere] Videtur legendum *& noſtra deferre*, vel potius, ut edidimus *refigere*, id eſt, auferre: non, ut eſt in libris vulg. *defigere.* Verumtamen judicent lectores. *Idem.*

Sed, amice magne] *Amicum magnum* appellat, quem Horatius *amicum potentem*, in epiſtolis, *-- tu cede potentis amici Lenibus imperiis.* & item alibi. Paulliſper in quibuſdam libris ſcriptum eſt, *Sulpicio ſucceſſori*: ubi alii habent *Sulpicii ſucceſſori*: quos ſecuti ſumus. *Idem.*

Sine eum errare & putare me bonum virum eſſe] Volebat enim Curius Attico & Ciceroni pariter videri ſummus, ac de ſe uno fructum quidem Ciceronis, mancipium autem Attici facere.

Duo parietes de eadem fidelia] Scripſi ex Victorii editione ac Vaticano [quibus adſtipulatur primus Græv.] *duo parietes de eadem fidelia dealbare*: ſicut ſupra epiſt. 25. ex Pall. atque iiſdem *præter duo nos loquitur iſto modo nemo.* cum edatur ad guſtum quidem pullatorum ac veterum pædagogorum *duos*: ſed qui contra dicunt, in lingua Latina barbari ſunt. *Gebhardus.* Significat autem hoc proverbium una eademque opera duas res conficere. *Fidelia* eſt fictilis urceus, in quo color habebatur tingendis parietibus. vid. Eraſm. Adag.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XXX.

ARGVMENTVM.

Improbat ea quae Caeſaris ex voluntate fiunt, contra leges moremque majorum: ſuam ab urbe diſcedendi cupiditatem ſignificat: Caninium, Q. Fabio pr. Kal. Ian. mortuo, conſulem in ejus locum eſſe ſurrogatum, ut in magiſtratu eſſet uſque ad Kal. Ian. Addit de litteris commendaticiis ad Acilium, Sulpicii ſucceſſorem, ſcriptis. Caeſare quinctum & M. Antonio Coss. quo anno, idibus Mart. Caeſar eſt interfectus.

CICERO CVRIO S.D.

EGo vero jam te nec hortor, nec rogo, ut domum redeas, quin hinc ipſe evolare cupio, & aliquo pervenire ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. Incredibile eſt quam turpiter mihi facere videar qui his rebus interſim. Nae tu videris multo ante providiſſe quid impenderet, tum cum hinc profugiſti. quanquam haec etiam auditu acerba ſunt, tamen Audire tolerabilius eſt quam videre. In campo certe non fuiſti, cum H. II. comitiis quaeſtoriis

IN *campo certe non fuiſti, cum* H. II *Comitiis Quæſtoriis inſtitutis*] Hiſtoria obſcurior, & quæ ſi ignoretur, magnas tenebras huic loco offundat. Dion hiſtoricus rerum Rom. non indiligens ſcriptor, totum negotium, quemadmodum geſtum ſit, exponit, & jocum etiam Ciceronis adducit, qui ab ipſo in hac epiſtola Curio narratur (nam Plutarchus & alii auctores breviores in hac re explicanda ſunt), tradit enim quemadmodum Cæſar abſens fieri voluit Cos. & antequam urbem ingrederetur magiſtratum cepit: nec tamen ad exitum anni tenuit, ſed poſteaquam Romæ fuit, repudiavit, & Quinto Fabio & Caio Trebonio tradidit. Verum cum Fabius poſtremo Conſulatus die mortuus eſſet, ſubito illius loco alium Caium inquam Caninium Conſulem fecit, qui reliquas horas conſulatum gereret. Vide Dionem lib. XLIII. Hunc etiam Ciceronis jocum in Caninium Rebilium celebravit Macrobius, qui oſtendit, non hunc tantum, ſed alios etiam illa occaſione a Cicerone, ut erat vir fœcundi ingenii, in Caninium dictos eſſe. Scrupulum alicui injicere poſſent verba illa Dionis, cum dicit, Cæſarem duos creaſſe Conſules, qui pro ſe magiſtratum eum gererent, qui hiſtoria cognita eximitur: factus enim Cos. Cæſar erat ſine collega, quod etiam

inſtitutis, ſella Q. Maximi, quem illi conſulem eſſe ... nt, poſita eſſet: quo mortuo nuntiato, ſella ſublata ... le autem, qui comitiis tributis eſſet auſpicatus, centuriata habuit: Cos. H. VII renuntiavit, qui uſque ad Kal. Ian. eſſet: quae erant futurae mane poſtridie. Ita ... io conſule ſcito neminem prandiſſe. nihil tamen eo ... e mali factum eſt. fuit enim mirifica vigilantia, qui ... to conſulatu ſomnum non viderit. Haec tibi ridicula ... tur. non enim ades. quae ſi videres, lacrymas non tene-

... x antiquo lapide intelligitur, ... in hortis Colotianis: ſic enim ... o,

... IVS CAESAR IIII. SINE
ONLEGA DICT.
Q. ABIVS MAXIM.
C. TREBONIVS.
C. F. V. F.
... CANINIVS. C. F.

... ifice utilis eſſe poteſt ad hanc ... is epiſtolam declarandam. Vi... im Caninium locum Fabii occupaſſe, & pro illo ſubſtitu... e, quamvis ſpatio H. XVII. ... tum geſſerit. *Victor.*

... aximi] Q. Fabii Maximi, qui ... exercitui in Hiſpania præfectus ... *Corrad.*

... Cæſariani. *Idem.*

... illi conſulem eſſe dicebant] Ita ... r Cicero, quia contra leges ... uta civitatis factus erat, ut vere ... vocari non poſſet: tunc enim ... nceptum eſt, quod poſtea ab ... om. qui totam Remp. occu... , frequenter uſurpatum fuit: ... iam habere magiſtratum quem ... vivus adhuc ſua ſponte, non a... coactus, reliquiſſet. Quam... n *Maximus* a Cæſare cum col... ius Trebonio Conſul factus eſ... ivente Cæſare, qui eo anno ... legibus creatus erat, magiſtra... um habere non poterat. *Victo-*

... onſulem eſſe dicebant] Quum ve... non eſſet, a Cæſare tantum in tres menſes ſuffectus, non a populo creatus. Hinc ſcribit Tranquillus, *conclamatum eſſe, eum non eſſe Cos.* Corradus.

Ille autem] Cæſarem intelligit, quem ſæpe ita appellat, quemadmodum docuimus in prioribus caſtigationibus, cum locum illum explicaremus, *Eſt igitur adventus in expectatione, neque tu id ignoras: ſed tamen cum ille ſcripſiſſet.* Quin hic certe per *ille* Cæſar intelligatur, negari non poteſt. *Victor.*

Comitiis tributis] Quibus plebeii, & minores magiſtratus, inter quos erat Quæſtura, dabantur. *Corrad.*

Eſſet auſpicatus.] Ut quæſtores crearet. *Idem.* Vid. Manut.

Centuriata] Quibus majores magiſtratus fiebant. *Corradus.*

Cos. H. VII renuntiavit] C. Caninium Rebilium. *Idem.*

Neminem prandiſſe] Quod fieri multo ante horam ſeptimam ſolebat. *Idem.* Joca ſunt in Caninium unius diei conſulem: quem ob eandem cauſſam λογοθεώρητον facete appellavit, cum ſignificare vellet, ita brevem, & tenuem, ut vix oculis cerni poſſet, ſed ratione tantum & intelligentia comprehenderetur. *Lambin.*

Qui ſuo toto conſulatu ſomnum non viderit] Reliquis quinque diei horis. Nam nox ſequens ad ejus conſulatum non pertinebat. *Corrad.* Sed vid. Manut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

teneres. Quid ſi cetera ſcribam? ſunt enim innumerabilia generis ejuſdem: quae quidem ego non ferrem, niſi me in philoſophiae portum contuliſſem, & niſi haberem ſocium ſtudiorum meorum Atticum noſtrum: cujus quum proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu: meum autem uſu & fructu, contentus iſto ſum. Id enim eſt cujuſque proprium quo quiſque fruitur atque utitur. Sed haec alias pluribus. Acilius, qui in Graeciam cum legionibus miſſus eſt, maximo meo beneficio eſt. bis enim eſt a me judicio capitis, rebus ſalvis, defenſus: & eſt homo non ingratus, meque vehementer obſervat. Ad eum de te diligentiſſime ſcripſi, eamque epiſtolam cum hac conjunxi: quam ille quomodo acceperit, & quid tibi pollicitus ſit, velim ad me ſcribas.

EPI-

Mancipio & nexu] Κτήσει ipſe dixit. lege Boethium in Topicis. *Corradus.*

Proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu] Cui ita ſis obſtrictus & devinctus ad omne ſtudium, obſervantiam & obſequium, ac res mancipio data, aut nexu tradita. *Mancipio dantur*, quorum jus dominii & poſſeſſio traditur. *Mancipio* dationem autem ſemper ſequebatur traditio *nexu*, qua tradens ſe dominum profitebatur, ſeque obligabat & nexum faciebat ad evictionem præſtandam. Cic. pro Muræn. *Quod ſi in rebus repetendis quæ mancipi ſunt, is periculum præſtare debet, qui ſe nexu obligavit.* Lex XII Tabb. *Cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupaſſit, ita jus eſto.* Vide Salmaſ. de Uſuris cap. 8.

Accilius] Al. *Attilius*: ſed niſi *Vatinius* legatur, res mihi in obſcuro eſt. *Corrad.*

Maximo meo beneficio affectus eſt] Sic omnes vulgati codices habebant: in antiquioribus dictio illa *affectus*, non eſt, quare eam delevimus: repoſitam autem ab aliquo arbitramur, qui ſine ea ſententiam horum verborum non perciperet, quam eſſe hanc exiſtimamus, *ut maximo meo beneficio eſt*, par ſit huic, *maximo meo beneficio vivit*, id eſt, quod ſit & vivat, mihi debet. qui enim bis erat judicio capitis defenſus, vitam conſervatori ſuo debebat. Non negamus Latine dici poſſe, affici beneficiis: ſcimus enim ab antiquis Grammaticis obſervatum eſſe dici hoc verbum de bonis & malis, hujuſque locutionis plura extare exempla, ſed illam lectionem concinniorem, venioremque judicamus. Nam & majorem vim habet: qui enim ſalutem ab aliquo accepit, potius dicetur eſſe & vivere beneficio illius qui ſalutem dedit, quam affectus eſſe beneficio illius, hoc enim nomen de minoribus commodis dici ſolet. Eandem quaſi vim habet (ut arbitramur) hoc verbum in epiſtola ad Quintum Fratrem libro III. cum inquit, *Cicero tuus, noſterque ſummo ſtudio eſt Pæonii ſui Rhetoris hominis opinor valde exercitati & boni.* Victor.

Maximo meo beneficio eſt] Manuſcriptus liber habet *M. m. beneficio affectuſt.* Urſinus.

Sul-

EPISTOLA XXXI.

ARGVMENTVM.

…itat eum ad officia mutua: & ad urbem ut redeat, veteris …atis tuendae cauſſa, rogat. Scripta eodem anno.

CICERO CVRIO S.D.

…cile perſpexi ex tuis litteris, quod ſemper ſtudui, & …e a te plurimi fieri, & te intelligere quam mihi carus …. Quod quum uterque noſtrum conſecutus eſt, reli… eſt ut officiis certemus inter nos, quibus aequo ani… …l vincam te, vel vincar abs te. Acilio non fuiſſe ne… …eas dari litteras facile patior. Sulpicii tibi operam in… … ex tuis litteris, non multum opus fuiſſe, propter …s ita contractas, ut, quemadmodum ſcribis, nec ca… …, nec pedes. Equidem vellem, uti pedes haberent, ut …ndo redires. Vides enim exaruiſſe jam veterem urba… …n: ut Pomponius noſter ſuo jure poſſit dicere, *niſi …ci retineamus gloriam antiquam Atticam.* Ergo is tibi, …ſuccedimus. Veni igitur, quaeſo, ne tamen ſemen …tatis una cum rep. intereat.

…*i tibi operam*] Epiſt. 17 lib. … *Corradus.*

…*r tuas res ita contractas*] Non da…tionem Stewech. & Grut. *per …ita contractas:* imo elegantior …letur ac verior. illa vero ver… *…nos pauci retineamus gloriam an… Atticam.* videntur ex aliquo …oeta huc traducta a Cicerone …r: ideoque juſſi diverſo cha…mprimenda, tanquam inte…mplexa Trochaicum. *Gebhar-*

…*des*] Habeant. *Corradus.*

…*nius*] Atticus. *Idem.*

…*tibi, nos ei ſuccedimus*] Secutus ſum editionem Florentinam poſtremam. Nam alii libri habent *nos ei ſuccedamus*, alii *ſuccedemus*. Lambinus.

Ne tamen ſemen urbanitatu cum Rep. intereat] Sic eleganter Pall. Vatic. Victorii editio: licet diſpliceat Manutio, quoniam hujus particulæ elegantiam capere non potuit. ſic Terent. Eunuch. *Perfice ut hæream aliqua in parte tamen apud Thaidem.* Plura notarunt ex Salluſtio, atque eodem Terentio ſuper hac particula docti. Quidam Guilielmii codex quoque refert, *una cum rep. in totum intereat:* ex gloſſa veriſſime. *Gebhardus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XXXII.

ARGUMENTUM.

Scripſit hanc epiſtolam cum proconſul Ciliciae praeeſſet, Marcello & Sulpicio Coſs. tribuno pl. deſignato Curione. Prima pars de dictis eſt, ſecunda de judiciis, tertia de rep. poſtrema de Dolabella, nondum genero. Sulpicio & Marcello Coſs.

Ser. Sulpicio Rufo, M. Claudio Marcello Coss. A.U.C. 702.

CICERO VOLUMNIO S.D.

QVod ſine praenomine familiariter, ut debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primum addubitavi, num a Volumnio ſenatore eſſet, quo cum mihi eſt magnus uſus: deinde εὐτραπελίᾳ litterarum fecit ut intelligerem tuas eſſe. Quibus in litteris omnia mihi perjucunda fuerunt, praeter illud, quod parum diligenter poſſeſſio ſalinarum mearum a te procura-

VOLUMNIO] P. Volumnio Eutrapelo. *Corradus.*

Deinde εὐτραπελίᾳ *litterarum fecit*] Quid *eutrapelia* ſit, notiſſimum eſt: utitur Ariſtoteles hac voce ſæpe lib. VIII Ἠθικῶν, in ſecundo autem de arte dicendi, quo loco de moribus ſingularum ætatum diſſerit, naturam, vimque hujus nominis expreſſit: quum enim adoleſcentes riſus ſtudioſos eſſe dixiſſet, addidit, διὸ καὶ εὐτράπελοι· ἡ γὰρ εὐτραπελία πεπαιδευμένη ὕβρις. nihil aliud eſt, inquit, εὐτραπελία, niſi eruditum & urbanum convicium. Mirifice igitur quadrabat cognomen hoc Volumnio (*Eutrapelus* enim ille dicebatur, ut oſtendit Cic. in epiſtolis ad Pætum: *Quæres ubi? apud Volumnium Eutrapelum*) ſi ex leporibus quibus uſus eſt in epiſtola & ſalibus a quo ſcripta erat, intelligi potuit, cum aliter ſciri vix poſſet. Erat enim Volumnius quidam ſenator temporibus iiſdem, Ciceroni valde familiaris. Hic Eutrapelus, de quo Cicero loquitur, eſt Volumnius ille (ut puto,) qui cum Antonium in caſtra ſecutus eſſet (delectabatur enim hujuſcemodi hominibus: neque in maximis etiam rebus has voluptates, quas mimi & ſcurræ præbent, ſpernebat) incidit in manus Bruti, & ab amicis ipſius trucidatus eſt, cum non bene illi vocem Imperatoris accepiſſent, & antea Volumnio huic irati eſſent, & alteri ejuſdem ſtudii homini Saculioni appellato, quod dicacitatem eorum, qui in ea etiam fortuna a ſcommatibus non abſtinerent, ferre non poſſent. Hæc tradit Plutarchus in M. Bruti vita his verbis: ἦν δέ τις Βολούμνιος μῖμος καὶ Σακκουλίων γελωτοποιὸς ἠλωκότες, οὐ δενὶ λόγῳ προσήκοντες τοῦ Βρούτου. & quæ ſequuntur. Nam fuiſſe illum Antonio familiarem, teſtimonio Ciceronis confirmatur, qui in XII Philip. inquit, *Addite Antonii colluſores, & ſodales, Eutrapelum, Melam, Cœlium.* Victorius.

Poſſeſſio ſalinarum mearum] Locorum

...re defenditur. Ais enim, ut ego diſceſſerim omnia ...m dicta, in his etiam Seſtiana, in me conferri. Quid? ...ateris? nonne defendis? non reſiſtis? equidem ſpe-... ita notata me reliquiſſe genera dictorum meorum, ut ...ſci ſua ſponte poſſent. Sed quando tanta faex eſt in ... ut nihil tam ſit ἀκύθηρον quod non alicui venuſtum ...deatur: pugna, ſi me amas, niſi acuta ἀμφιβολία, ...gans ὑπερβολὴ, niſi παράγραμμα bellum, niſi ridicu-... παρὰ προσδοκίαν, niſi cetera, quae ſunt a me in ſecun-...ro de Oratore per Antonii perſonam diſputata de ri-..., ἔντεχνα, & arguta apparebunt, ut ſacramento contendas

...us mei ſales & facetiæ conſi-... *...orradus.*

...o diſceſſerim] In Ciliciam pro-... *Idem.*

... etiam Seſtiana in me conferri] ...erit hic *Seſtius*, cujus dicta ita ...ſſent, ut proverbio locum fe-... quærendum. Suſpicor illum ... quem politiſſimus poeta Ca-... ipſe deridet, & ſecum peſſi-...m eſſe tradit quod ejus convi-...oluerit: cum in illius ſcripta ...t, quæ tantum morbum re-... conciliarent, ut vix in agel-...um confugiens, atque ibi ſe ...er curans, illum pellere po-...

...eſtianus dum volo eſſe conviva.

...im iiſdem temporibus Cice-... ...ulluſque vixerint, de iiſdem ...ominibus mentionem faciunt: *...eſtium* inſulſum hominem ... & ineptum ſcriptorem, ex lo-... ad Atticum perſpicuum eſt *... quo accuſavi mecum ipſe Pom-... qui cum ſcriptor luculentus eſſet, ...s atque eas quæ in omnium manus ...eſſent, Seſtio noſtro ſcribendas de-...aque nihil unquam legi ſcriptum* ...τερον, id eſt, inſulſius: quod ... probari poſſet ab illo ſcriptum ...od melius illum redderet: lu-... in Latina voce Cicero Græ-...nore illam conformans. *Victorius.* Vid. Manut.

Non reſiſtis?] Primus Græv. & Stewech. *nonne reſiſtis?*

Ut nihil tam ſit ἄκυρον] *Abrogatum* quidam, alii vero *alienum* interpretantur. Sed in vetere libro legitur ἀκύθηρον, & *invenuſtum* exponitur. *Corradus.* Ἀκύθηρον] Sic recte Lambin. quemadmodum quoque ipſe video expreſſiſſime in Pal. pr. & edit. prima manu Egnatii ex v. c. adnotatum. vulgo ἄκυρον inepte. *Gebhard.* Græv. primus: ΑΚΥΕΝΡΟΝ. Mentel. clare ἀκύθηρον, hoc eſt, invenuſtum.

Ἀμφιβολία] *Ambiguitas*, *ambiguum* frequentius Ciceroni. *Corrad.*

Ὑπερβολή] *Superlatio.* Idem.

Παράγραμμα] *Alliteratio* a Pontano interpretatur, ab aliis *annominatio.* Sed hæc a Cicerone alibi παρονομασία dicitur. *Idem.*

Per Antonii perſonam diſputata] Referente tamen Cæſare, ſed in eo libro in quo M. Antonius primas agit partes, ſicut Craſſus in tertio. *Idem.* Immo per *Julii* perſonam. Itaque vel μνημονικὸν ἁμάρτημα eſt: vel hoc totum non eſt Ciceronis, ſed ab aliquo parum attento aut memori huc illatum. Supra autem, eadem epiſtola, ἀκύθηρον edidimus, id eſt, invenuſtum, pro vulgato ἄκυρον, id eſt, improprium. *Lambin.*

Sacramento contendas] Depoſita pecu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tendas mea non eſſe. Nam de judiciis quod quereris, multo laboro minus, trahantur per me pedibus omnes rei, ſit vel Selius tam eloquens, ut poſſit probare ſe liberum, non laboro. Vrbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibuſvis interdictis defendamus: in qua te unum metuo, contemno ceteros. Derideri te putas. Nunc demum intelligo te ſapere. Sed mehercules extra jocum, valde mihi tuae litterae facetae eleganteſque viſae ſunt. illa quamvis ridicula eſſent, ſicut erant, mihi tamen riſum non moverunt. Cupio enim noſtrum illum amicum in tribunatu quam plurimum habere gravitatis: id cum ipſius cauſſa (eſt mihi, ut ſcis, in amoribus) tum mehercule etiam reip. quam quidem, quamvis in me ingrata ſit, amare non deſinam. Tu, mi Volumni, quum inſtituiſti, & mihi vides eſſe gratum, ſcribe ad me quam ſaepiſſime de rebus urbanis, de republ. Iucundus eſt mihi ſermo litterarum tuarum. Praeterea Dolabellam, quem ego perſpicio & judico cupidiſſimum eſſe atque amantiſſimum mei, cohortare & confirma, redde plane meum. Non mehercule quo quidquam deſit, ſed quia valde cupio, non videor nimium laborare.

EPI-

nia certes. Vid. Manut. *Sacramento*] Quingentis æris depoſitis. lege Varronem. *Corrad.*

Trahantur per me pedibus omnes rei] Maximis licet malis afficiantur rei, non curo. Vid. Manut. *Pedibus*] Eraſm. in proverb. *Corrad.*

Selius] Al. *Solius*, al. *Cœlius*, qui eo tempore ab Appio lege Scatinia poſtulatus eſt, epiſt. 12 lib. VIII. *Corradus.*

Quibuſvis interdictis] Omni cura & ſtudio, ope quaſi prætoris. Interdictis enim Prætorum tuebantur poſſeſſionem facultatum. Cic. 1 de Or. *Multis praeſſem qui aut interdicto tecum contenderent, aut ex jure manu conſertum vocarent*, hoc eſt, qui ope prætoris poſſeſſionem ſuam defendere vellent.

Noſtrum illum amicum] Curionem. *Corradus.*

Id cum ipſius cauſſa, eſt mihi, ut ſcis, in amoribus] Ita Pall. Vat. editio Victorii [ſic & Græv. prim.]. vulgo, *idque cum ipſius cauſſa (eſt enim mihi, ut ſcis, in majoribus)*. Gruterian. & Stewech. *id tum ipſius.* Prima editio, *id tamen in ipſius cauſſa.* ſtatim poſt, ſcripſi ex Pall. Gruter. editione Victorii ac Vatic. [quibus accedit Græv. prim.] *in me ingrata ſit, amare non deſinam:* deleta particula ſuperflua *tamen* ante *amare.* Gebhardus.

De rebus urbanis, de Rep.] Quidam putant ſcholium eſſe *de Rep.* abeſt enim a veteribus libris. *Vrſinus.*

Non videor] Al. *nunc videor.* Corrad.

Invi-

EPISTOLA XXXIII.

ARGVMENTVM.

fflicta rep. ſublata exercitatione forenſi, retulit ſe Cicero ad mationes, auditoribus Hirtio, Caſſio, Dolabella. quibus non intereſſet, angi ſe ſcripſerat Volumnius, & Hirtio produm invidere. Cicero Hirtii laudat eloquentiam, ſibi det potius quam arrogat. Volumnium vero invitat ad eadem a: deliberatum ſibi jam ſignificans, abdere ſe totum in litte- Caeſare permittente. Scripta videtur poſt bellum Africanum, ſare III, *& Lepido Coſs.*

M. CICERO VOLVMNIO S.D.

QVod declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Quod Hirtio invideres, niſi eum amares, non caussa invidendi: niſi forte ipſius eloquentiae maquam quod me audiret invideres. Nos enim plane, ſuaviſſime Volumni, aut nihil ſumus, aut nobis quin ipſis diſplicemus, gregalibus illis, quibus te plauite vigebamus, amiſſis: ut etiam, ſi quando aliquid num noſtro nomine emiſimus, ingemiſcamus, quod c *pinnigero, non armigero in corpore tela exerceantur*, ut ait

videres] Sic enim ſcribis. *Corraus.*

regalibus illis] Hortenſio, Marcel- Cœlio & reliquis. *Idem.*

Pinnigero, non armigero in corpore tela exerceantur] Quemadmodum in antis codicibus ſcriptum inveni, ita pſi: præcipue enim Medicei ſcriram animadverſione dignam judii: eadem enim eſt quæ in vetuſtis idibus. Nam paullo ſupra *ingemeſcamus*, in eo legitur, ut in epiſt. Cænæ *contremeſco*, & non multo ante Curium *avem alvam*, pro *albam.* c me latet veteres literatos viros de voce, quomodo ſcribenda eſſet inter ſe concertaſſe. Accurati quoque ac docti hominis verba ſunt ſuper illo Vergilii, *formidine pennæ. In Romano pinnæ more ſuo, contra Capri ſententiam.* Victor. *Pennigero corpore*] Pennigeris avibus, quas *Philoctetes configebat tardus celeres, ſtans volantes.* Niſi de *Philoctetæ corpore* dictum volumus, de quo idem Accius, *Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.* Cic. certe id dolet, ſe, qui veris in cauſſis ſolebat regnare, ſub Cæſare in declamationibus verſari: Philoctetæque dolorem ad ſuum accommodat. *Corradus.* MSS. vero, prim. Græv. prim. Pal. Medic. habent *pinnigero*, non *pennigero.*

ait Philoctetes apud Accium, abjecta gloria. Sed tamen omnia mihi erunt, ſi tu veneris, hilariora. quanquam venis, ut ipſe intelligis, in maximarum quaſi concurſum occupationum: quas ſi, ut volumus, exceperimus, ego vero multam ſalutem & foro dicam & curiae, vivamque tecum multum & cum communibus noſtris amatoribus. Nam & Caſſius tuus, & Dolabella noſter, vel potius uterque noſter, ſtudiis iiſdem tenentur, & meis aequiſſimis utuntur auribus. Opus eſt huc limatulo & polito tuo judicio, & illis interioribus litteris meis, quibus ſaepe verecundiorem me in loquendo facis. Mihi enim judicatum eſt, ſi modo hoc Caeſar aut patietur, aut volet, deponere illam jam perſonam, in qua me ſaepe illi ipſi probavi, ac me totum in litteras abdere, tecumque & cum ceteris earum ſtudioſis honeſtiſſimo otio perfrui. Tu vellem, ne veritus eſſes, ne perin-

vitus

Multam ſalutem & foro dicam & curiæ] Nec cauſſas agam in foro, nec in ſenatum veniam ad dicendam ſententiam.

Cum communibus noſtris amatoribus] Quidam legi volunt, *noſtri amatoribus*. ego nihil muto. *Lambinus.* *Cum communibus noſtris amatoribus*] Pall. prima editio, *cum omnibus noſtris amatoribus*. Gruterianus vero ac Stewech. ſuccinctius, *cum omnibus noſtris. Nam & Caſſius.* Nihil hic audeo mutare: quandoquidem pro vulgata ſtent Victorius, Lambinus, Manutius. *Gebhard.* Stat etiam pro vulgata Grævii primus.

Meis æquiſſ. utuntur auribus] Declamantes. *Corrad.*

Opus eſt hic limatulo &c.] Al. *opus eſt huc.* Idem. *Opus eſt huc limatulo & polito tuo judicio*] Ita Vaticanus codex, atque editio Victorii, nec ſecus liber Politiani, [in Grævii primo ſcribitur etiam *polito tuo*]. in Pal. primo erat *politulo*, ſed notæ additæ expunctionis duarum litterarum *ul*. Veneta, ſeu editio primaria, *opus eſt huc delimatulo & polito*: unde conjicio coaluiſſe lectionis monſtrum in Grut. *delimaculo & ſolito tuo judicio.* vulgabatur antehac *politulo*. Gebhard.

Illis interioribus litteris, eis quibus] Sic eſt legendum vel reclamantibus libris omnibus: in quibus legitur, *& illis interioribus litt. meis.* Lambinus. *Et illis interioribus litteris meis*] Antiquus codex habet, *& illis interioribus litterulis.* Urſinus. *Et illis interioribus litteris meis*] Ita Pall. Victorii editio, atque omnium prima Veneta [nec non Græv. primus & Amſtelodam.]. Stewech. tantum & Gruter. minima mutatione *meis litteris*, quemadmodum Lambinus emendat, præcepit Ferrarius. *Gebhardus.* *Illis interioribus litteris*] Philoſophia. *Corradus.* *Illis litteris meis*] Quas in te diligo, vel quibus maxime delector.

Verecundiorem] Ut Academicum, qui nihil affirmem. *Corradus.*

Facis] Quaſi inducis, ſive exiſtimas. *Idem.*

Ne pluribus legerem tuas litteras] Hæc

erat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

viri legerem tuas litteras, ſi mihi (quemadmodum ſcriſis) longiores forte miſiſſes: ac velim poſthac ſic ſtatuas, tuas mihi litteras longiſſimas quaſque, gratiſſima fore.

M.COE-

erat omnium impreſſorum & antiquorum codicum lectio, parum tamen ſincera, ni fallor. Quidam autem ſunt pro *pluribus*, *perinvitus* legere: quod non reprehendimus, quippe qui imitati ſimus: vulgata lectione cenſi, & nulla meliore excogitata, aut inventa. *Victorius.* In fine epiſtolæ retinui vulgatam ſcripturam, *ne perinvitus legerem*, quum ea exſtet in Vaticano, neque exceperit Victorius. in noſtris omnibus, ſicut & Stewech. atque editione principe eſt, *ne pluribus legerem.* Gebhardus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

M. COELII EPISTOLARVM AD M. TVLLIVM CICERONEM

LIBER VIII.

EPISTOLA I.

ARGVMENTVM.

EX duplici hac epiſtola conſtat argumento, morali & negotiali. quatenus enim excuſatione utitur Coelius, quod alteri curam & laborem colligendi ac perſcribendi res urbanas delegaverat, morale genus eſt: reliqua narratio negotialis. Primum igitur, ut arrogantiae culpam vitet, excuſat ſe, quod rerum urbanarum commentarium aliena opera conficiendum curaverit: deinde ſubjungit haec: de comitiis tranſpadanorum Romae rumorem nullum eſſe: de ſucceſſione Galliarum nihil relatum: de Pompeio cupere ſe aliquid cognoſcere: de Caeſare varia diſſipari: de Domitio, de Q. Pompeio, de Planco, de Politicis Ciceronis libris. Scripta eſt, quo anno in provinciam Cicero profectus eſt, Ser. Sulpicio & M. Marcello Coss. Reſpondit Cicero iis litteris quae lib. II *leguntur hoc initio,* Quid? tu me, *&c.*

M. COELIVS M. CICERONI S.D.

QVod tibi decedens pollicitus ſum, me omnis res urbanas diligentiſſime tibi perſcripturum, data opera paravi, qui ſic omnia perſequeretur, ut verear, ne tibi nimium arguta haec ſedulitas videatur.

Q*Vod tibi decedens pollicitus ſum*] Ita Pall. prim. quint. [ut & Græv. prim. in quo tranſpoſitis litteris legitur, *dedecens.*] (nam in Pall. ſec. tertio,

...r. Tametſi tu, ſcio, quam ſis curioſus, & quam omni-
...bus peregrinantibus gratum ſit, minimarum quoque rerum,
...domi gerantur, fieri certiores: tamen hoc deprecor,
...eum hoc officium arrogantiae condemnes, quod hunc
...em alteri delegavi: non quin mihi ſuaviſſimum ſit, & ...
...pato, & ad litteras ſcribendas, ut tu noſti, pigerrimo,
...memoriae dare operam. Sed id ipſum volumen, quod
...niſi, facile, ut ego arbitror, me excuſat. Neſcio quojus
...iſſet, non modo perſcribere haec, ſed omnino animad-
...re. Omnia enim ſunt ibi ſenatuſconſulta, edicta, fa-
...læ, rumores: quod exemplum ſi forte minus te dele-
...t, ne moleſtiam tibi cum impenſa mea exhibeam, fac
...ertiorem. Si quid in rep. majus actum erit, quod iſti
...arii minus commode perſequi poſſint, & quemadmo-
...n actum ſit, & quae exiſtimatio ſecuta, quaeque de eo
...eſt, diligenter tibi perſcribemus. Vt nunc eſt, nulla
...gnopere exſpectatio eſt. Nam & illi rumores de comi-
...Tranſpadanorum, Cumarum tenus caluerunt. Ro-
mam

...o [ut & Mentel.] 11 epiſtolæ de-
...antur) editio prima & Victorii:
...longius diſſentit quart. *decederes*
...i lapſu ſcribens. vulgo *decedenti.*
...nard.

...*e tibi nimium arguta*] Nimis dili-
..., & modum excedens. V.id. Ma-
...

...*amen in hoc te deprecor*] Longe me-
... meus optimus, *tamen hoc deprecor.*
...d redolet infelicium temporum
...pariem. *Grævius.*

Alteri delegavi] Hoc eſt, commiſi.
...*gare* enim eſt alii committere, quod
... ipſi faciendum erat, ſuum pen-
..., munus, officium, ſuas partes alii
...ndare. Vid. Manut.

...*ed ipſum volumen*] Meus codex pri-
...s, *ſed id ipſum volumen.* quem ſe-
...or. *Grævius.*

Neſcio quojus otii eſſet] Cum in Pal.
...rt. editione prima [& Amſtelo-
...n.] eſſet *quovis* in Pal. quint. *quevis*
...bendum duxi *quojus*, quemadmo-
dum erui ex Pal. prim. & Peckiano
[in Græv. prim. *nec ſi quid jus ocii*]:
paullo poſt ſcripſerunt tres Pall. [&
Græv. prim.] prim. editio, *ſenatuſcon-
ſulta, dictæ fabulæ, rumores:* quam bene
non diſcerno. *Gebhardus.*

Fabulæ] Non ſunt hoc loco ludi
ſcenici, ut vult Manutius, ſed ſermo-
nes de hoc vel illo. ut apud Suet. Δωδεκάθεος *cœna in fabulis fuit.* de ea in
omnibus circulis loquebantur. Ovid.

Fabula narratur toto lepidiſſima cœlo.

ſic *fabulam vulgi fieri.* Grævius.

Quæ exiſtimatio ſecuta] Quid homi-
nes judicarint. *Exiſtimatio* ſæpe eſt ju-
dicium, opinio.

Vt nunc eſt] Pro quo barbari, *rebus
ſic ſtantibus.*

*Illi rumores de comitiis Tranſpadano-
rum*] Quos rumor fuerat juſſu Cæſa-
ris Quatuorviros creare. *Corrad.*

Cumarum tenus caluerunt] *Cumas* uſ-
que quo te proſequens veneram, per-
lati ſunt, non ulterius pervenerunt.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mam cum veniſſem, ne tenuiſſimam quidem auditionem de ea re accepi. Praeterea Marcellus quod adhuc nihil retulit de ſucceſſione provinciarum Galliarum, & in Kalendas Iun. ut mihi ipſe dixit, eam diſtulit relationem, ſane quam eos ſermones expreſſit, qui de eo tum fuerant cum Romae nos eſſemus. Tu ſi Pompeium, ut volebas, offendiſti, qui tibi viſus ſit, & quam orationem habuerit tecum, quamque oſtenderit voluntatem (ſolet enim aliud ſentire & loqui, neque tantum valere ingenio ut non appareat quid cupiat,) fac mihi perſcribas. Quod ad Caeſarem, crebri & non belli de eo rumores: ſed ſuſurratores duntaxat veniunt: alius equitem perdidiſſe, * quod opinor certe factum eſt, alius ſeptimam legionem vapulaſſe: ipſum apud Bellovacos circumſederi, interclusum ab reliquo exercitu: neque adhuc certi quidquam eſt, neque haec incerta vulgo jactantur:

In Cumano, multi ad Ciceronem in Ciliciam proficiſcentem officii gratia convenerant, & in his, quod ſimile vero eſt, Cœlius. *Idem.*

Kalendas Junias] Al. *Kalend. Janua.* Idem.

Sane quam eos ſermones repreſſit] Al. *qua ſane meos ſermones expreſſit.* Idem. *Sane quam e. ſ. expreſſ.*] Ita Victorii editio, & Vatic. Pall. omnes hic leviter corrupti ſunt. Primus *ſaneque eos.* quart. *ſane quia meos* ſicut prima editio, *ſaneque meos ſerm.* quint. proxime ad verum, *ſane qua meos ſ. Expreſſit* autem habent unanimo conſenſu: non, ut vulgo, *repreſſit. Gebhardus. Expreſſit* extat etiam in Amſtelodam. & Grævii binis.

Cum Romæ nos eſſemus] Simul ego & tu ante tuum diſceſſum. Nam Cœlius hæc ſcribens, Romæ erat. *Corradus.*

Si Pompeium offendiſti] Si Pompeium inveniſti. Invenerat autem Tarenti.

Fac mihi perſcribas] Id fecit Cicero epiſt. 8 lib. II. *Corradus.*

Quod ad Cæſarem, crebri & non belli de eo rumores] Vulgo, *quod ad Cæſarem attinet; crebri.* ſed illud verbi ſuppoſitium removi a Cœlio auctoritate Pall. trium, editionum primæ ac Victorianæ. ſicut & ſtatim illud *ſuſurrationes,* cum iidem libri ſinguli, quemadmodum & excerpta Peckii & Vaticani codicis, *ſuſurratores.* Gebhard. Utramque lectionem firmant bini Græv. & Amſtelod.

Quod opinor certe factum eſt] Quidam legi volunt *fictum*, a quibus diſſentio. Nam videtur Cœlius ſignificare ſe exiſtimare, rumores illos de Cæſare, veros eſſe. Denique in omnibus libris manuſcriptis, quos vidi, ſcriptum eſt, aut *factum eſt*, aut *factum eſſe.* Lambinus.

Apud Bellovacos circumſederi] Vulgo *circumſideri:* illud malui, quia in his epiſtolis tales antiquitatis affectationes; deinde quia ſic reperi in Pall. primo, quinto, editione primaria & Vaticano. *Gebhard.* Sic & Græv. bini & Amſtelod. Bellovaci inter Pariſios & Ambianos hodie *du Dioceſe de Beauvais.*

Neque hæc incerta tamen, vulgo jactantur] Politiani codex expungit τὸ *tamen*, neque mihi neceſſarium magnopere videtur: cum de eo quoque ambi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

[tur], ſed inter paucos, quos tu noſti, palam ſecreto narr[a]ntur: at Domitius, cum manus ad os appoſuit. Te ad [x] Kal. Iun. ſubroſtrani (quod illorum capiti ſit) diſſipa[ru]nt periiſſe: & te urbe ac foro toto maximus rumor fuit [a] Q. Pompeio in itinere occiſum. Ego, qui ſcirem Q. Pompeium

...ere videam Pal. quart. *neque hæc quidem cum vulgo jact.* quintum, ...*æc incerta quidem, tamen vulgo ja*...r. Gebhardus. *Neque hæc incerta* ...*actantur*] Sic juxta Politian. li... etiam primus Græv. niſi quod ...te non habeat. vulgo, *neque hæc* ...*tamen vulgo jactantur.* Sed *tamen* ...alli rei eſt. *Grævius.*

...*am ſecreto narrantur*] Hoc eſt, in...ſos quidem, ſed palam, ut ab o...us fere audiri poſſint. *Corradus.*

...*tu noſti, palam ſecreto narrantur*] ...in tribus Pall. [quibus accedit ...ii prim.] editionibus prima ac ...ntina: ſunt tamen qui diſtin...*, quos tu noſti palam, ſecreto nar*... Vulgatum eſt, *quos tu noſti pla*... Gebhardus.

...*Domitius cum manus ad os appo*... In Pall. tribus, atque editione ...ogenita, *aut Domitius*, cum ad ...notet Egnatius ex v. c. legi, ſicut ...litiani liber agnoſcit, *apud Domi*... melius meo animo quam vul...*Idem.* Prim. Græv. *Addo micius* ...*ad eos appoſuit.* Puto Cœlium ſcri..., *At Domitius cum ad os appoſuit.* ...tur enim *digitum* aut *manus*, uti ...iſus eſt Cœlius & brevis, ſubau...dum, *Domitius* hæc narrabat, *cum* ...*appoſuit* digitum, aut manus, ſi...cans ſilenda eſſe, nec propagan...ut aliis narranda. *Græv.*

...*broſtrani*] Homines otioſi in ro... verſantes aſſidue, rumorum au...s & nugivendi. Horat.

...gidus a roſtris manat per compita rumor.

...to *ſubbaſilicani.*

...*uod illorum capiti ſit*] Quod malum ...s recidat. Utebantur hac formula cum quis male dixiſſet, aut male precatus eſſet, & male ominatis verbis uſus eſſet: credebant enim hac ratione mala poſſe declinari ab illo, quem amabant, in illius caput, qui imprecatus erat. Cic. ad Att. VIII, ep. 5. *Nam quod ad te non ſcripſeram, poſtea audivi a tertio milliario tum eum iſſe, πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμαίνοντα, multa inquam, mala cum dixiſſet, ſuo capiti, ut ajunt.* Tibull. 1, el. 2.

Et mala ſi qua tibi dixit dementia noſtra,
Ignoſcas: capiti ſint precor illa meo.

A Q. Pompeio] Rufo. qui non multo ante, quum Trib. pl. eſſet, in cauſſa Milonis Ciceroni diem dicere cogitarat. *Corrad.*

Ita ut in urbe ac foro toto maximus rumor fuit] Fuit in omnibus extat codd. Primus Græv. *de urbe ac foro toto maximus rumor fuit.* Amſtelod. *ut de urbe ut de foro toto maximus rumor fuit.* ſcribe, *periſſe; & te urbe ac foro toto maximus rumor fuit a Quinto Pompeio in itinere occiſum*, quod & Rutilius vidit, ac in vetere codice ſe hanc ſcripturam reperiſſe teſtatur. *Grævius.*

Qu. Pompeium Baulis Schœnobaticam facere] Hunc locum alii aliter caſtigarunt: ſuum autem quiſque judicium ſecutus eſt, ſuoque arbitrio in hoc uſus, quod diverſitas lectionum arguit. Quid enim adfine habet vox *epibaticam*, cum vulgata & recepta? nos ne una quidem littera a veteribus exemplaribus mutata, *Baulis embaneticam facere* ſcripſimus, quam veram eſſe lectionem cupimus & ab eruditis probari, & corroborari: eam autem potiorem duximus, quæ hic ſtaret propter vetuſtorum codicum auctoritatem, in quibus paſſim invenitur, & quia

peium Baulis embaeneticam facere, & uſque eo ut ego miſererer ejus eſuriei, non ſum commotus: & hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur, optavi.

quia fortaſſe non incommodior ſenſus ex hac elicitur, quam ex illis, quas juniores ſuo ingenio excogitarunt: cum tamen ratior ſit, & Græcum verbum, niſi prius recipi a peritioribus audierimus, non firmiter id tenebimus: cum & alia ſignificet ἐμβαίνειν, non eſt dubium quin ſignificet etiam in navim conſcendere, ut contra ἐκβαίνειν de navi exire, ut apud Ariſtophanem in Ranis, ἔμβαινε ταχέως. Et paullo poſt, ἔμβαινε δὲ, in eadem comœdia, cum jubet de navi exire, ἔκβαινε, ἀπὸ τοῦ τὸ ναῦλον. Appellari igitur potuit ars *embænetica* eorum qui naviculariam facerent, cum eſſet ipſorum hoc frequens, & familiare verbum, dum crebro hortarentur in navim aſcendere, juberentque feſtinare, qui aliquo vehi volebant: quod ſordidum erat & vile miniſterium. Unde dicit ſe miſereri ejus eſuriei, qui eo deſcenderit, ut tam turpem quæſtum ſequeretur. *Bauli* autem locus in littore Neapolitano, de quo Tacitus XIV. *Dehinc obvius in litora (nam Antio adventabat) excepit manu, & amplexu, ducitque Baulos, id villæ nomen eſt, quæ promontorium Miſenum inter, & Baianum lacum flexo mari alluitur.* Aliqui fortaſſe hanc ſua diligentia lectionem juvabunt, aut meliorem invenient. Nos tantam illi fidem habuimus quia integram & incorruptam in cunctis melioribus codicibus reperimus, quorum conſenſum magnifaciendum ſemper exiſtimavimus. *Victorius.* Placet legere *embæneticam*, hoc eſt, naviculariam: quod Petro Victorio, viro erudito & nobili acceptum referes. *Corrad.* *Q. Pompeium Baulis empeneticam facere*] Olim ſecutus libros vulgatos emendatiores, ſic edideram *embæneticam facere.* ſed idem tamen aſſenſus eram doctiſſ. viro, Turnebo, collegæ meo, qui conjecit legendum *empineticam facere*, ſeu potius *empeneticam*, ut intelligamus ludere & jocari Ciceronem in voce *empeneticam.* quæ oritur a verbo πεινᾶν, quod valet eſurire: quaſi dixiſſet eum artem eſuriendi facere ſeu exercere: ut dicimus, naviculariam & argentariam facere. Quin ſit autem hæc vera ſcriptura, dubium nemini eſſe debet, cum propter ſententiam, tum propterea quod libri veteres eam confirmant: qui partim ſic habent, partim *emeneticam*: nulli *embæneticam*, præter unum, qui tamen non me valde movet, cum *b*, ſit fere *p* inverſum. *Lambin.* *Embæneticam fac.*] *Epibaticam* eſt in manuſcr. quodam libro: quæ vox eundem ſenſum efficit. Pantagathus legebat *embibaticam.* Urſin. *Baulis embæneticam fac.*] Ita caſtigatiſſimus Pal. pr. Vaticani excerpta, editio prima ac Victoriana. nec diſſentiunt multa Pall. quart. quint. *bauli ſembaniticum.* Miror Lambini aviditatem, pro Turnebi *empeneticam*; cum ſtatim de Eſurie illius inſequatur. Alii *epibaticam.* notumque *epibaticam facere* idem eſſe quod Varroni *velaturam facere.* Gloſſ. ἐπιβάτης, *vector.* Alii *embaticam.* Alii nupere ἀκροβαλιστικὴν ſubſtituunt. Vulgata lectio eſt *Schœnobaticam facere.* Duo Guilielmio conſulti, *emeniticam facere.* Gebhardus. In pr. Græv. *bauli ſem beneticam.* Amſtelod. *balis embenedicam.*

Ut ego miſererer ejus eſuriei] Lege Valer. Max. lib. IV, c. 2. *Corrad.* *Ut ego miſererer ej. eſuriei*] Præfero Palat. primi & editionis priſcæ ſcripturam, *miſerer ejus eſurire*: quæ valde titillat meis auribus. Quartus *miſererer excicare*: quint. melius, *exicare.* Vulgatam lectionem non ſanam eſſe liquido, puto, jam conſtat. *Gebhardus.* Sic & optimus Grævii codex, *ut ego miſerer ejus eſurire.*

Plancus

.. Plancus quidem tuus Ravennae eſt: & magno congia-
.. donatus a Caeſare, nec beatus, nec bene inſtructus eſt.
.. ui politici libri omnibus vigent.

Plancus quidem tuus] L. Munatius ..ncus. *Corradus.*
Magno congiario donatus a Cæſare] Magna pecuniæ ſumma. vide Torrent. ad Suet. Cæſ. cap. 27.

EPISTOLA II.

ARGVMENTVM.

M. Valerius Meſſalla ante annum conſul fuerat cum Cn. *Domi-
.. Calvino, creatus ex interregno, per ambitum, ſeptimo anni men-
.., ut ex Dione & Appiano cognoſcitur, accuſatus de ambitu eſt, ab-
..lutuſque anno ante quam conſul fieret: de quo ſic in epiſtola ulti-
..a lib.* III *ad Quinctum:* Meſſallam reliquoſque moleſtia
..evatos, vehementer gaudeo: eumque quod certum conſu-
..em cum Domitio numeratis, nihil a noſtra opinione diſ-
..entitis. *Rurſus eodem crimine in judicium vocatus, evaſit inco-
..umis Hortenſio defendente. qua de re in epiſt.* 12 *lib.* IV *ad Attic.
..n libro autem de claris oratoribus ita loquitur Brutus:* Horten-
..ium magnum oratorem ſemper putavi, maximeque pro-
..avi pro Meſſalla dicentem, cum tu abfuiſti. Sic ferunt, in-
..uam: idque declarat totidem, quot dixit, ut ajunt, ſcri-
..ta verbis oratio. *Et Valerius lib.* V, *cap.* 9. *ſic:* Hortenſius
..Meſſallam, ſuae ſororis filium, heredem habiturus, ambi-
..us reum defendens, judicibus dixit; ſi illum damnaſſent,
..ihil ſibi, praeter oſculum nepotum, in quibus acquieſce-
..ret, ſuperfuturum; hac ſcilicet ſententia, quam etiam
..ditae orationi inſeruit, filium potius in tormento animi,
..quam in voluptatibus, reponens. *Idem poſtea retractus in ju-
..dicium damnatus eſt: quod epiſtola Coelii quarta ſignificat. De
..abſolutione igitur, quam nemo exſpectaverat de exſibilato Horten-
..io, Meſſallae patrono, de Marcelli conſulis impetu ſedato, de conſu-
..laribus comitiis, de ſuis in aedilitate competitoribus, de panthe-
..ris, de ſyngrapha Sittiana, de commentariis rerum urbanarum
breviſſi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

breviſſime ad Ciceronem Coelius, &, ſuo more, familiariſſime ſcribit. Tota negotialis eſt epiſtola.

COELIVS CICERONI S.

Certe, inquam, abſolutus eſt: me repraeſentante pronuntiatum eſt, & quidem omnibus ordinibus, & ſingulis in unoquoque ordine ſententiis. Vide modo, inquis. Non, mehercules. nihil enim unquam tam praeter opinionem, tam quod videretur omnibus indignum, accidit. quin ego, cum pro amicitia validiſſime faverem ei, & me jam ad dolendum praeparaſſem, poſtquam factum eſt, obſtupui, & mihi viſus ſum captus eſſe. Quid alios putas? clamoribus ſcilicet maximis judices corripuerunt: & oſtenderunt, plane eſſe quod ferri non poſſet. Itaque reli-

ctus

Certe, inquam, abſolut. eſt] Hæc epiſtola, quotidianis in libris legitur in epiſtolarum familiarium Ciceronis lib. VIII. At in antiquiore meo hanc legi eſſe non octavi libri, ſed XV, quod mirum videri debet, cur tanta varietas. Sed alii judicent quo in libro ſit legenda. *Nic. Scelſ.*

Abſolutus eſt] Valerius Meſſala: ep. 4 hujus lib. *Corrad.*

Me repræſentante pronuntiatum] Secutus ſum libros vulgat. Nam manuſcripti habent partim *me repræſentare*, partim *me repræſentante*, partim *me prenenſante*. Lamb. In manuſcripto meo exemplari quum eſſet ſcriptum *me præſente*, ita exterius correctum erat, ut *me repræſentante* legi debere doceretur. Mihi tamen, ſi divinare licet, commodiſſime ſcribi videtur *me præſente*, vel *rem ſpectante*, vel *me rem inſpectante*. Bernh. Rutil. *Me repræſentante pronuntiatum eſt*] Ita in Pall. prim. quart. editione prima ac Victoriana. Vulgo *præſente*. Gebhardus.

Et quidem omnibus ordinibus] Senatorio, equeſtri & tribunitio: hoc eſt, ordine Tribunorum qui ærarii dicebantur. *Corradus.*

Et ſingulis in unoquoque ordine ſententiis] Hoc ſi ita eſt, omnium conſentientibus ſuffragiis abſolutus eſt. ſed meus primus codex, *ſed ſingulis. in imo quoque ordine ſententiis.* ſed extat quoque in Peck. meo ſecundo, & plurimis aliis. quæ ſcriptura mihi probatur. Dicit enim Meſſallam aliquot ex omnibus ordinibus fuiſſe abſolutum, ſed omnium imi ordinis, nimirum tribunorum ærarii, ſententiis. Amſtelod. tamen ut & Pall. prim. quart. & edit. prima ac Victor. *& in unoquoque ordine.* Canterus ſic reſcripſit, *certe inquam abſolutus eſt, (me præſente pronuntiatum eſt) nec quidem omnibus ordinibus, ſed ſingulis in unoquoque genere ſententiis.* perperam. Si enim ſingulis in unoquoque ordine ſententiis fuit abſolutus, ab omnibus quoque ordinibus fuiſſe abſolutus recte putatur & dicitur. *Græv.*

Vide modo, inquis] Secutus ſum libros omnes manuſcr. Nam vulgati habent *rides? rogo, inquis*, &c. *Lambin.*

Ad dolendum præparaſſem] Si condemnatus fuiſſet. *Corrad.*

Reli-

...us lege Licinia, majore eſſe periculo videtur. Acceſſit huc quod poſtridie ejus abſolutionem in theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto ut ſuum gaudium gauderemus. Hic tibi *ſtrepitus*, *fremitus*, *clamor*, *tonitruum & ...um ſibilus.* Hoc magis animadverſum eſt, quod in... ab ſibilo pervenerat Hortenſius ad ſenectutem. Sed ...ta bene ut in totam vitam quoivis ſatis eſſet, & pœni...eum jam viciſſe. De rep. quid tibi ſcribam, nihil habeo. Marcelli impetus reſederunt, non inertia, ſed (ut mi...lebatur) conſilio. De comitiis conſularibus incertiſſi...t exiſtimatio. Ego incidi in competitorem nobilem, ...bilem agentem. Nam M. Octavius, Cn. filius, & C. Hir-

...*ctus lege Licin.*] Pro *relictus* al. *re-*...ex erat *Licinia* de civibus regun-...am *Licinius* Craſſus orator tulit, ...q... de judicibus ædilitiis fiebat ...). quos hic ſignificari, facile ...r ut credam. *Idem.*

...*idie ejus abſolutionem*] Sic Vati-...i Peckii excerpta editioque adeo ...i [nec non prim. Græv.]. nam ...tes Pall. hic mihi turbas ac tri-...onciliant, tranſpoſitæ fœdum ...lum. Sic, ut notant docti, Cæ-...*ridie ludos*, dixit. vulgo *abſolu-*... Gebhardus.

...*trum Curionis*] De hoc vid. Plin. ... XVI, 15. *Corradus.*

...*enſius*] Qui pridie pro Meſſala ...n dixerat & vicerat. *Idem.*

...*entiſibilus*] Sic mihi legendum ...r. Eſt autem *Rudentiſibilus*, no-...ompoſitum, ſeu junctum ex *Ru-*...*c ſibilo:* quo uſus eſt Pacuvius, ...arrone, libro IV de lingua Lati-...uod autem Rivius putavit legen-...*udentum ſimilis ſibilus*, mera di-...) eſt. *Lambinus.* *Rudentum ſibi-*...] ...a Victorius & Vaticanus [nec ...Græv. prim.]. Lambinus unica ...*udentiſibilus*, quod non ſatis po-...onfodere atque expungere Gui-...us. Rivius olim, *rudentum ſimi-*...*lus* conjecerat, quod explodit ...inus. vulgo *ſibilus.* *Gebhardus.*

Eſt ſeptenarius Trochaicus integer veteris comici.

Sed tum ita, ut in totam vitam cuivis ſatis eſſet, & pœniteret eum jam vixiſſe] Vulgo poſt *ita*, addunt *bene:* ſed illud expungit Vatic. *viciſſe* quoque editum, cum alii libri melius *vixiſſe*. Gebhard. Utrumque male. Nam & *bene* optimus meus codex agnoſcit, nec poteſt ſine ſenſus detrimento abeſſe: in eo quoque ſcribitur *viciſſe*. Sic omnino ſcribendum. Dolebat enim ſe viciſſe, ſe defendente Meſſallam fuiſſe abſolutum, quum propterea fuerit exſibilatus. *Grævius.*

Marcelli impetus] De Galliarum ſucceſſione. *Corrad.*

Incidi in competitorem nobilem & nobilem agentem] Nos veterem hanc, & ſinceriorem, ut putamus, lectionem reſtituimus. Is enim nobilem agit, qui cum non ſit, videri vult nobilis. *Agere* enim *aliquem*, eſt perſonam illam imitari & effingere. *Victor.* Hanc lectionem firmant prim. Græv. & Peck. *Nobilem agens* eſt Octavius: *competitor* vero erat ædilitatis. *Competitorem nobilem & ignobilem egentem*] *Competitorem* ædilitatis, *nobilem* Hirrum: *Ignobilem* M. Octavium. Nam Octavii quidam novi & ignobiles habebantur. Sunt tamen qui legant, *ignobilem & nobilem agentem.* Corradus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

C. Hirrus mecum petit. Hoc ideo ſcripſi, quod ſcio te acriter propter Hirrum, nuntium noſtrorum comitiorum exſpectaturum. Tu tamen ſimul ac me deſignatum audieris, ut tibi curae ſit, quod ad pantheras attinet, rogo. Syngrapham Sittianam tibi commendo. Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Caſtrinio Paeto: ſecundum ei qui has litteras tibi dedit.

Competitorem nobilem & nobilem agentem] Ita Vaticanus, Peck. Victor. ac Lambin. vulgo, *competitorem nobilem, & ignobilem egentem.* Gebhardus.

Propter Hirrum] Qui tuus in auguratu competitor fuit. *Corrad.*

Quod ad pantheras attinet, rogo. Syngrapham Sittianam tibi c.] Peck. excerpta ſic concipiunt, *quod pantheras attinet, Syngrapham.* Vatic. vero, ut & Victorii editio, *attinet rogo Syngrapham Sittianam:* niſi quod etiam hæc *pyngrapham.* in fine epiſtolæ ex excerptis Peck. ac Vaticani, editione Victorii, edidi *qui has litteras tibi dedit.* vulgo *reddet.* Gebhard.

L. Caſtronio Pæto] Lib. XIII, ep. 13. *Corradus.*

EPISTOLA III.

ARGVMENTVM.

Principium epiſtolae morale eſt. ſignificat enim Coelius & ſuam in ſcribendo diligentiam, & quo Ciceronis abſentis deſiderio teneatur. Deinde ad negotia ſermonem convertit. Se certiorem Hirro candidatum eſſe ait: Philotimum abſenti Miloni ſatisfacturum: valde ſibi gratum fore ut eum ſuis Cicero ſcriptis ornet.

COELIVS CICERONI S.

Estne? vici? & tibi ſaepe, quod negaras diſcedens curaturum tibi, litteras mitto? eſt, ſi quidem perferuntur quas do. Atque hoc eo diligentius factito, quod cum otioſus ſum, plane ubi delectem otiolum meum non habeo. Tu cum Romae eras, hoc mihi certum ac jucundiſſimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus conſumere: idque non mediocriter deſidero: ut non modo mihi

Quod negaras diſcedens curaturum tibi] Sic Vatic. Peck. Græv. prim. ed. Vict. vulgo *tibi* omittitur.

Hoc mihi certum ac jucundiſſimum] Forte, *hoc mihi certiſſimum ac jucundiſſimum.* Lambin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…lus eſſe, ſed Romae, te profecto, ſolitudo videatur …: & qui (quae mea negligentia eſt,) multos ſaepe… es ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc quotidie … on eſſe te, ad quem curſitem, diſcrucior. Maxime …r ut te dies noctesque quaeram competitor Hirrus cu… Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem …re & diſſimulare, me certiorem, quam ſe, candida…? de quo, ut, quem optas, quam primum nuntium …bias, tua medius fidius magis quam mea cauſſa cupio. …ı mea, ſi fio, forſitan cum locupletiore referam: ſed … uſque eo ſuave eſt, quod, ſi acciderit, tota vita riſus …s deeſſe non poterit. ſed tanti? ſed mehercule. non …tum M. Octavius eorum odia qui Hirrum premunt, …permulta ſunt, ſublevat. Quod ad Philotimi liberti offi-

…lere & diſſimulare] Forte, *diſſimu…* Guilielm.

…certiorem quam ſe candidatum] Hoc …mnium opinio eſt me potius ædi…uturum, quam Hirrum. Hoc e…eſt *certus competitor, certus candida…* Cic. ad Attic. *De iis, qui nunc pe… Cæſar certus putatur.* Id. ad Qu. …em, *Eumque, quod certum conſu…um Domitio numeraris, nihil a no…inione diſſentis.* Idem, *Catilina, ſi …tum erit meridie non lucere, certus …mpetitor.* Tametſi hic *certus* ſit, … qui pro certo deſignandus ſit, ſed …lubio petiturus. *Bern. Rutil.*

…m me] Al. *nam mea*, ſcilicet bo… *Corrad.* *Cum locupletiore*] Quem …re magnificentia non potero, & … nullam conſequi gloriam. *Idem.*

…am] In tabulas, vel quaſi confe… *Idem.* *Nam mea, ſi fio, forſitan cum …letiore referam*] Lego, *nam me, ſi fio, …n non locupletior referam.* vel, *non lo…tiorem referam.* Venuſte. quaſi di… dubio procul pecuniario mihi da… erit ædilitas, propter ſcilicet lu…m impendia. *B. Rutil.* *N. mea, … cum locupletiore ref.*] Hæc eſt Vi…i lectio [eam etiam præ ſe fert primus Grævii, niſi quod pro *forſitan* ſcribat *ſi forte*], quam magis ac lubentius amplexus ſum, quam Lambinianam illam, *nam mea, ſi fio, forſitan non locupletiora referam:* quando & Peckio excerpta *cum* non τὸ *non* agnoſcant. Vulgatum eſt, *nam me, ſi fio, forſitan non locupletiorem referam.* Gebhardus. *Mea*, ſc. bona.

Quod ſi acciderit, tota vita riſus nobis deeſſe non poterit] Forte, *ut, ſi acciderit, tota vita riſus nobis deeſſe non poſſit.* Lambinus.

Sed tanti? ſed mehercules. non multum M. Octavius eorum odia] Sic Manutius legit & diſtinguit. Gebhardus vero, *ſed tanti, mehercule, non multum M. Octavius.* Grævii vetus liber, *ſed tanti. ſed mehercule non multum. M. Octavius eorum odia.* Lambinus legendum conjicit, *eſt tanti. ſed mehercule non multum M. Octavius.* In aliis editionibus legitur, *ſed tanti? ſed eſt mehercule. Nec multum M. Octavius.* quæ lectio ſi ex veteribus codicibus proficiſcitur, omnium eſt optima.

Quæ permulta ſunt] Legendum fortaſſe eſt *qui permulti ſunt.* Lambin.

Sublevat] Quod ignobilis ſit, cui pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

officium & bona Milonis attinet, dedimus operam ut & Philotimus quam honeſtiſſime Miloni abſenti ejuſque neceſſariis ſatisfaceret, & ſecundum ejus fidem & ſedulitatem exiſtimatio tua conſervaretur. Illud nunc a te peto, ſi eris (ut ſpero) otioſus, aliquod ad nos, ut intelligamus nos tibi curae eſſe, σύνταγμα conſcribas. Qui tibi iſtuc, inquis, in mentem venit, homini non inepto? Aliquid ex tam multis tuis monumentis exſtare, quod noſtrae amicitiae memoriam poſteris quoque prodat. Cujuſmodi velim, puto, quaeris. Tu citius, qui omnem noſti diſciplinam, quod maxime conveniat, excogitabis. Genere tamen quod & ad nos pertineat, & διδασκαλίαν quandam, ut verſetur inter manus, habeat. Vale.

propterea Hirrus præponi deberet: ſed id odia in Hirrum non minuit. *Corradus.*

Liberti] Tui. *Idem.*

Miloni abſenti] Maſſiliæ exulanti. *Idem.*

Satisfaceret] In ejus bonis, in quibus Philotimus ipſe eſt, tuo & C. Duronii conſilio, ut ea facilius conſerventur. *Idem.*

Secundum ejus fidem] Quam tibi dedit, ſe, invito Milone, in ejus bonis non fore. *Idem.*

Æſtimatio tua conſervaretur] Al. *exiſtimatio*, quæ agebatur, ſi Philotimus in his bonis, invito Milone, perſeveraſſet: quum præſertim id Milo quereretur. *Idem.*

Tu citius, qui omnem noſti diſciplinam] Vulgo *tu aptius*. ſed noſtrum accepimus ex Peck. Vatic. editione Victorii [quibus conſentit prim. Grævii]. ſtatim poſt ex editione Vict. & Peck. edidi *excogitabis. Genere tamen.* cum vulgetur alias, *excogitabis: ex eo tamen genere.* ſicut & ſuperius ex iiſdem repoſui, *poſteris quoque prodat. cujuſmodi velim:* melius quam vulgo, *prodat velim. cujuſmodi, puto, quæris.* Gebhardus.

EPISTOLA IV.

ARGVMENTVM.

Varium eſt, ſi ſpectentur ſententiae, hujus epiſtolae argumentum: ſi genus, totum negotiale. nam de Meſſalla damnato, quem ante ſcripſerat abſolutum, de C. Marcello conſule deſignato, M. Claudio abſoluto, Dolabella XV viro creato, Lentulo repulſo, condemnato Servio tribuno pleb. deſignato, Curione ejus locum petente, Coelius ſignificat. adjungit de comitiis & praetoriis & ſuis aediliciis quid

...ctum ſit in ſenatu, quem in Caeſarem Pompeius animum ...rit. claudit epiſtolam commendatione rerum ſuarum.

M. COELIVS M. CICERONI S.D.

...ideo tibi, tam multa quotidie, quae mirere, iſtoc ... feruntur. Primum illud, abſolutum Meſſallam, ...e eundem condemnatum. C. Marcellum conſulem ...n: M. Claudium a repulſa poſtulatum a Gallis duo- ... P. Dolabellam quindecimvirum factum. Hoc tibi ...ıvideo, caruiſſe te pulcherrimo ſpectaculo, & Lentuli ...s repulſi vultum non vidiſſe. At qua ſpe, quam certa opi-

...o *tibi*] Hæc epiſtola in anti-...ibus libris legitur in Nono. ...

...*perferuntur*] In Ciliciam. *Cor-*...

...*lutum Meſſallam*] Ambitus. ...

...*lem factum*] Cum L. Paullo. ...

...*laudium*] *M. Calidium* legerem, ... hujus lib. quæ hanc ſequi de-...t ſane M. Calidius cum Q. Gal-...ıicitias geſſit, ut a duobus Gal-... & Q. Calidium accuſatum in-...ıus. Ne plures conjecturas per-... *Idem.* Hanc conjecturam ...s firmat Pighius ad annum U. ... III, qui conſulatur.

...*pulſa*] Poſt conſulatus repul-...

...*latum a Galliis duobus*] Sic legen-... *Galliis duobus*, inquam, quod ...ipſi, quod olim operarum cul-...ım eſt *a Galliis duabus*, ſignifi-...enim M. & Q. Gallii. *Lambi-*... *repulſa poſtulatum a Gallis duo-*... Victorius edidit, quem in hac ...e (quandoquidem tempus præ-... accurate MSS. conſulendi) ...ſequi imbibimus. Lambinus ... *a Galliis duobus.* ſed *Gallis* ha-...oque duo Guilielmii libri. E-... alias, *a repulſa condemnatum a* ...*uabus.* Gebhardus.

Quindecimvirum factum] Sacrorum curandorum, quibus mandata erat cuſtodia librorum Sibyllinorum.

Lentuli Suræ repulſi vultum non vidiſſe] Sic omnes impreſſi codices. Antiqui quos vidimus, *Cruris.* Puto cum Cœlius ſciret Lentulum illum, qui Catilinæ conjurationis ſocius ſupplicio affectus eſt, *Suram* eſſe vocatum: cujus cognominis originem, & cauſſam Plutarch. in Ciceronis vita explicat, Lentulum alium, ut ad hujus cognomen alluderet, jocoſe *Crurem* appellaſſe, quem irridere vellet ut omnes ejus familiæ ab ea corporis parte cognomen acciperent. Sed hæc conjectura eſt: vox certe illa *Cruris* cum in antiquis exemplaribus ſit, non debuit a nobis relinqui & negligi. De re tam parva, cum alibi nulla mentio fiat, relinquitur unicuique liberum ſuum judicium. Quod autem nonnulli *Spintheris* legunt, novum eſt, & ut omnes nunc vident, longe ab antiquorum codicum fide. Quare melius operam poni credimus in vetere lectione confirmanda. *Victor.* *Suræ*] Al. *Cruris*: ut jocetur in *Sura*, & *Crure* Cœlius. Legitur etiam *oculis.* Corradus. *Lentuli Cruris repulſi vultum non vidiſſe*] Ita Vaticani & Peckio excerpta: nec ſecus Victorii editio. vulgo *Lentuli Suræ.* duo Guilielm. libri *a curis.* unde ille facit *a curiis:* quia curia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

opinione deſcenderat? quam ipſo diffidente Dolabella? & Hercules, niſi noſtri equites acutius vidiſſent, paene concedente adverſario ſuperaſſet. Illud te non arbitror miratum, Servium deſignatum tribunum pleb. condemnatum, cujus locum C. Curio petiit. ſane quam incutit multis, qui eum facilitatemque ejus non norunt, magnum metum. Sed, ut ſpero & volo, &, ut ſe fert ipſe, bonos & ſenatum malet. totus, ut nunc eſt, hoc ſcaturit. Hujus autem voluntatis initium & cauſſa eſt, quod eum non mediocriter Caeſar, qui ſolet infimorum hominum amicitias ſibi qualibet impenſa adjungere, valde contemſit. Qua in re mihi videtur illud perquam venuſte cecidiſſe, quod a reliquis quoque uſque eo eſt animadverſum, ut Curio, qui nihil

ta erant comitia. *Gebhardus.* Medicei, Vatic. & Peck. libri lectionem etiam confirmat meus primus. Ludit autem in voce *Cruris* & *Suræ.* ſic & *Sulla* & *Cruſcellus.* Eſt enim a *ſura Sulla*, non a Sibylla, ut a *rarus rallus*, ut Gronovius olim me docuit. *Græv.*

Quam certa opinione deſcenderat] Nimirum in Campum Martium ad comitia.. Suet. Jul. 13. *Cum mane ad comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur.* Sic *deſcendere* ſimpliciter ſæpe apud Ciceronem eſt in campum, in forum ire, prodire. In Verrin. ſec. *Poſtridie mane deſcendit, Agathonum ad ſe vocat.* Et Philip. II. *Hodie non deſcendit Antonius.* Multi proceres habitabant in collibus. inde iſtud loquendi genus ortum eſt. *Grævius.*

Niſi noſtri equites acutius vidiſſent] Cuncti antea impreſſi quoque codices *equites* habebant: Mediceus codex & ipſe eo loco perturbatus. *Victorius.*

Ut ſe fert ipſe] Forte ſcribendum, *ut præ ſe fert ipſe.* aut *ut fert ipſe.* Græv.

Totus, ut nunc eſt, hoc ſenaturit] Sic reſtitui, cum & veritas hanc ſcripturam poſtularet, & liber unus manuſcriptus me admonuiſſet, in quo ſcriptum eſt *ſentirit*: pro eo quod eſt in vulgatis *ſcaturit.* *Senaturit* autem ita dictum eſt ut *Syllaturit.* Lamb. *Totus, ut nunc eſt, hoc ſcaturit*] Ita Victorius [& primus Græv.]. Lambinus tamen, *hic ſenaturit* neſcio qua fiducia. videatur tamen Turnebus lib. XIII, cap. 20. Adverſ. vulgo *hic* pro *hoc.* Gebhardus.

Hujus voluntatis initium & cauſſa ineſt] Ita ſcripſi: nam Peckio excerpta ignorant τὸ *autem* poſt provocabulum *hujus.* deinde Victor. quoque editio *ineſt*, præfert vulgato *eſt.* Gebhardus. Sed ego reſcribo ex meo primo & vulgatis, *hujus autem voluntatis initium & cauſſa eſt.* Mox idem codex, *infirmorum hominum amicitias.* quod non improbem. Per *infirmos* videtur intelligere alieno ære obrutos, propter debita & anguſtias rei familiaris miſeros & corruptibiles. Cæſaris enim caſtra erant portus perditorum hominum, qui cum timore ac mala ſpe vivebant, ut alibi loquitur Cic. his paullo poſt opponit *valentes.* Græv.

Videtur illud venuſte cecid.] Curionem ſe primo Cæſaris amicum oſtendiſſe. *Corrad.*

Conſilio] Quo ſe Cæſaris amicum præ ſe tulit, ne Lælium & M. Antonium adverſarios haberet. *Idem.*

Ration

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

onſilio facit, ratione & inſidiis uſus videretur in evi- conſiliis, qui ſe intenderant adverſarios in ejus tribu- 1: Laelios & Antonios & id genus valentis dico. Has bi litteras eo majore miſi intervallo, quod comitio- ilationes occupatiorem me habebant, & exſpectare in xitum cogebant, ut, confectis omnibus, te facerem rem. Ad Kalendas Sextiles uſque exſpectavi. Prae- morae quaedam inciderunt. Mea porro comitia quem um ſint habitura neſcio. opinionem quidem, quod irrum attinet, incredibilem, aedilium pleb. comitiis ſunt. Nam M. Coelium Vinicianum mentio illa fa- tua,

one & inſidiis uſus videretur] Nul- e diſcrepat a vulgata lectione a, quæ in Mediceo eſt: qua- quædam dura ſunt, nihil au- mutare. *Victor.*

vitandis iis conſiliis] Sic Peck. tor. ed. ſed rectius meus pri- mittit *iis*, quod videtur na- ſe ex ultima ſyllaba præceden- abuli. Temerarii vero ſunt, conjectura Manutii recepe- *in evitandis eorum conſiliis.* Græ-

os & Antonios] Mediceus item nulla varietate: nam locus in a Metelli, ubi antea *Lælium* le- r, nunc *Lollium* a nobis ope ei codicis caſtigatus eſt: cui ſi habuimus, quod *Lollium* ha- ubi cæteri omnes *Lælium*, non nus nunc facile eidem non cre- quod *Lælios* cum omnibus aliis preſſis & manuſcriptis habet. conjectura illa levis eſt, quod legendum ſit, quia illi Cæſaris in civili diſſenſione fuerunt: nim Pompeianus erat Curio, & tias illas in Rep. defendebat æſari adverſarentur, quod ab o- us hiſtoricis traditur. Repente ille totus mutatus eſt, quem- dum etiam Cœlius oſtendit, inquit; *Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem frigere, jam calet: nam frequentiſſime concerpitur: leviſſime enim qui de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit.* Victorius. *Lælios & Antonios*] Legendum *Lollios*, ut emendavit Manutius: itaque olim excudi juſſeram. Nam libri fere omnes & vulgati & manuſcr. habent *Lælios*, quod Victorius tamen retinet. *Lambinus.*

Ædil. pl. comitiis] In quibus Vicinianus Ædilis pleb. eſſe non potuit. *Corrad.*

Vicinianum] Al. *Vincinianus*, ut vocat Hirtius. *Idem.* *Nam M.C. Vinicianum, &c.*] Secutus ſum nunc libros manuſcriptos, eos qui habent *Vincianum*, quod hæc ſcriptura ſit veræ & rectæ proxima, *Vinicianum.* Id quod nuper intellexi ex nummo argenteo, quem mihi indicavit Clemens Teveninus, homo Romanæ antiquitatis ſtudioſiſſimus ac peritiſſimus: cujus nummi pars altera Victoriæ alatæ effigiem præ ſe ferebat, coronam manu tenentis. Inſcriptio autem erat, *L. Vinici.* id eſt, L. Vinicius, ſeu potius, L. Vinicianus: in altera parte effigies erat Concordiæ. Hoc igitur ex illo nummo & cognovi, & cognoſcere licere dico, Vinicios fuiſſe Romæ, non Vicinios: & hic legendum eſſe *Vinicianum*, non *Vicinianum*, neque *Licinia-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tua, quam deriſeramus olim, & promulgatio de dictatore ſubito dejecit, & dejectum magno clamore inſecuta eſt. Inde Hirrum cuncti an non faciendum flagitare. Spero te celeriter & de nobis quod ſperaſti, & de illo quod vix ſperare auſus es auditurum. De republ. jam novi quidquam exſpectare deſieramus. Sed cum ſenatus habitus eſſet ad Apollinis, ad XI Kalend. Sext. & referretur de ſtipendio Cn. Pompeii, mentio facta eſt de legione ea quam expenſam tulit C. Caeſari Pompeius, quo numero eſſet, quo appeteretur;

nianum. Lambinus. *Vinicianum* eſt apud Hirtium in vetuſtiſſimo apud me libro, ut ſit Vinicius adoptatus a Cœlio, quomodo hic legendum arbitror. Vinicia autem gens frequens eſt in *L. Vinicii* denariis cuſis ſub Auguſto. Aliud autem agebat Manutius cum ſcripſit ſe vidiſſe apud me nummum argenteum, in quo eſſet Cœlii hujus Viniciani mentio: extat enim apud me non Cœlii, ſed CRASSI. IVNIANI denarius, cujus ego auctoritatem ſecutus, locum Ciceronis reſtitui in epiſt. 8 lib. III ad Q. Fratrem. *Urſinus.* *M. Cœlium Vicinianum*] Ita edidit Victorius, cui plane accedunt Peckio excerpta, & alter Guilielmii liber; in quo *Vicinnianum.* Lambinus propugnat *Vinicianum*, ut & Urſinus noſter in *Licinia*; ubi invehitur in Manutium reponentem *Licinianum.* conſulatur. nos & libri iſti unica littera a vulgata lectione alieni ſumus. *Ticinianum* enim prius legebatur. *Gebhard.* Peccatur hic trajectione ſyllabæ; & nummi & antiqua monumenta oſtendunt legendum eſſe, *Vinicianum*, quamvis & Grævii liber præ ſe ferat, *Vicinianum.*

Mentio illa fatua] In Tribunatu. Nam Trib. pleb. auctore Dione, prædicabant, neceſſe eſſe Pompeium dictatorem dici. *Corradus.*

Quam deriſeramus olim] Meus prim. *quam deſideramus olim.* quæ poſſit eſſe vera ſcriptura: ſed quis in tantis tenebris auſit præſtare? *Grævius.*

Promulgatio de dictatore] Odium ex ea promulgatione natum. *Corradus.*

Dejecit] Ab ædilitate. *Idem.*

Inde Hirrum cuncti jam ad non faciendum flagitare] Quum Vicinianus repulſam tuliſſet, cum quo Hirrus fortaſſe ſenſerat. *Idem.* *Cuncti jam*] Sic reperi ſcriptum in duobus cod. Memmianis: ut non dubitem de veritate hujus ſcripturæ, quamvis aliter ediderit Victorius. *Lamb.* *Inde Hirr. c. an non fac. flag.*] Lambinus in duobus ſe Memmianis reperiſſe teſtatur, *cuncti jam ad non faciendum flag.* Nos Victorianam lectionem retinuimus a Vaticano quoque exhibitam; eo magis, quod exiguiſſima mutatione a vulgata diſtet: nam pro *jam* regeſſimus *an.* Gebhardus. Meus primus, *Inde Hyrrum cuncti an non faciendum agitas?* Forte, *inde ad Hyrrum cuncti: an non faciendum agitas?* Irridebant ejus rationem & conſilia: quaſi dicerent, an non contendis & pergis eniti ut ædilitatem conſequaris? *Grævius.*

De nobis quod ſperaſti] Nos ædiles futuros. *Corrad.*

Vix ſperare] Hirrum repulſam laturum. *Idem.*

Ad Apollinis] Sc. ædem. antiqua locutio de Græcis ducta fontibus, lib. XIV, ep. 2.

Quam expenſam tulit C. Cæſari] Quam de ſuis legionibus ei dedit.

Quo numero eſſet, quo appeteretur] *Numero*, ſuo, an Cæſaris: vel legionum, quæ a numero appellabantur. Pompeius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cum ex Gallia coactus eſſet dicere Pompeius ſe le- abducturum, ſed non ſtatim ſub mentionem, & ium obtrectatorum. Inde interrogatus de ſucceſſio- Caeſaris: de qua, hoc eſt, de provinciis, placitum quam primum ad urbem reverteretur Cn. Pompeius: am eo de ſucceſſione provinciarum ageretur. Nam num ad exercitum Pompeius erat iturus: & ſtatim to idib. Sextil. de ea re factum iri. profecto aut tranſ- ur aliquid, aut turpiter intercederetur. Nam in diſ- do conjecit illam vocem Cn. Pompeius, Omnis o- re ſenatui dicto audientes eſſe. Ego tamen ſic nihil ex- , quomodo Paullum conſulem deſignatum primum ſen-

egionem primam, quam ad n miſerat, confectam ex dele- vinciæ, Cæſari eam tanquam numero dederat. *Corr.* *Appe-* cc.] Videtur legendum, *quum* *t eam eſſe in Gallia, coactus eſt di-* *peius, ſe*, &c. *Idem.* *Quo ap-* *r*] Locus corruptus, ut & mul- alii in hoc libro. Libri vulg. *quo appeteretur.* Quidam legunt *ellaretur.* A numero enim ap- ntur legiones: legio prima, a, tertia, &c. Alii volunt legi *repeteretur.* Deinceps libri ma- habent, *cum Pompeius eſſet in* *coactus eſt dicere, Pompeium*, &c. dicio mendoſe. Quidam pro , legunt *conatus.* Lamb. *Quo* *tur*] Sic edidit Victorius, & ipſi e retinuimus [adſtipulatur pri- ævii]. Lambinus vero *quo ap-* *ur:* quia legiones a numero ap- antur; legio prima, ſecunda, Alii volunt legi, *quando repete-* uilielmius duplicem ſuam con- m adnotavit, vel *quo adpetere-* el *quo abduceretur.* ſed non video, lgata præ illis omnibus locum non poſſit. *Gebhardus.* Sen- tem eſt, quot numero milites in gione ſint, & quam ob cauſſam eo miſſa, & a Cæſare petita, aut, quo fuerit ablegata. Fecerat e- nim hoc Pompeius inconſulto ſenatu.

Cum ex Gallia coactus eſſet dicere Pompeius ſe legionem abducturum] Prim. meus, *eam Pompeius eſſe in Gallia coactus eſt dicere Pompeius ſe legionem adducturum.* Cœlium ſcripſiſſe puto, *eam eſſe in Gallia coactus eſt dicere Pompeius.* &, *ſe legionem adducturum.* Græv.

Hoc eſt, de provinciis] Hoc totum alienum puto, & iccirco delendum. *Lambin.*

Profecto aut tranſigeretur aliquid aut intercederetur] Sic Vatic. Græv. prim. Victor. ed. vulgo, *profecto aut tranſigetur aliquid, aut intercedetur.*

Omnis oportere ſenatus dicto audientes eſſe] Antiqua exemplaria *Senatui* dandi caſu habent, quemadmodum etiam illum locum in hujus item epiſtola; *Utrum C. Cæſar ſenatui dicto audiens futurus non eſſet, an pararet, qui ſenatum decernere non paterentur.* M. item Varro ſic loquitur de re ruſtica, *Facilius enim his, quam minoribus natu, dicto ſunt audientes.* Cicero in VII Philippica, *Scilicet legatos ad eum miſimus, non ut pareret, & dicto audiens eſſet huic ordini, ſed ut conditiones ferret.* Victorius.

Paullum Conſulem] L. Æmilium Paullum. *Corrad.*

ſententiam dicentem. Saepius te admoneo de ſyngrapha Sittiana. cupio enim te intelligere eam rem ad me valde pertinere. Item de Pantheris, ut Cybiratas arceſſas, cureſque ut mi vehantur. Praeterea nuntiatum nobis, & pro certo jam habetur, regem Alexandrinum mortuum. quid mihi ſuadeas, quomodo regnum illud ſe habeat, quis procuret, diligenter mihi perſcribas. Kalendis Sextil.

Sententiam dicentem] Quippe, qui ſileret, jam tum fortaſſe Cæſari conciliatus. *Idem.*

Cureſque ut mihi vehantur] Qui? Cybiratæ? Nugæ. Primus meus, *ut mihi veantur*, leg. *ut mihi venentur*, nimirum pantheras. *Grævius.*

Quid mihi ſuadeas] Regis, ut ſuſpicari poſſumus, creditori. *Corrad.*

EPISTOLA V.

ARGVMENTVM.

Prior epiſtolae pars moralis eſt, quia profectum a benevolentia metum Coelii ſignificat, ne cum Parthorum copiis congreſſus Ciceronis exercitus profligetur: poſterior, quia de ſucceſſione provinciarum agit, negotialis. Haec epiſtola quo die ſcripta ſit, non apparet: ſed videtur ſuperiorem proximam paucis diebus conſecuta. nam, neque iteravit Coelius de pantheris, quia ſcilicet paullo ante ſcripſerat; neque Curionem deſignatum eſſe tribunum pl. ſignificat, quem in proxima dixit petere: quoque magis moveor, huic, & ſuperiori Cicero una reſpondet epiſtola, quae decima eſt lib. 11.

COELIVS CICERONI S.

QVa tu cura ſis, quod ad pacem provinciae tuae finitimarumque regionum attinet, neſcio, ego quidem vehementer animi pendeo. Nam ſi hoc moderari poſſemus ut pro

NAm *ſi hoc more moderari poſſemus*] Ita olim in omnibus impreſſis nec non etiam manuſcriptis codicibus legebatur: ipſe conjectura ductus emendavi, *ſi hoc moderari poſſemus*: ſupervacuamque exiſtimavi totam vocem *more*, & ex primis ſyllabis conſequentis dictionis negligentia librarii conflatam, quemadmodum antea arbitratus ſum in vetere illa ſcriptura *in animo magiſtratu* a librario peccatum eſſe, & *inani magiſtratu* legi oportere. Nonnulla ſunt hujuſcemodi menda in priſcis exemplaribus, quæ inde in libros excu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ibus copiarum tuarum belli quoque exſiſteret ma- o, &, quantum gloriae triumphoque opus eſſet, aſ- emur, periculoſamque & gravem illam dimicatio- vitaremus, nihil tam eſſet optandum. Nunc ſi Par- novet aliquid, ſcio non mediocrem fore contentio- tuus porro exercitus vix unum ſaltum tueri poteſt. autem nemo ducit rationem: ſed omnia deſiderantur (tanquam nihil denegatum ſit ei, quo minus quam ſſimus eſſet) qui publico negotio praepoſitus eſt. Ac- huc quod ſucceſſionem futuram propter Galliarum overſiam non video. Tametſi hac de re puto te con- um, quid facturus eſſes, habere: tamen, quo matu- onſtitueres, cum hunc eventum providebam, viſum te facerem certiorem. Noſti enim haec tralatitia: de is conſtituetur: erit qui intercedat: deinde alius exſi- qui, niſi libere liceat de omnibus provinciis decerne- natui, reliquas impediat. ſic multum ac diu ludetur, ita diu ut plus biennium in his tricis moretur. Si quid de repub. quod tibi ſcriberem haberem, uſus eſſem mea uetudine, ut diligenter, & quid actum eſſet, & quid futurum ſperarem, perſcriberem. Sane tanquam in quodam

os fluxerant: eorum autem par- ublata ſunt, partim adhuc ma- In Mediceo ſic locus ille legitur iſtola ad Cornificium, *Primum a libem libertatu ingreſſus ſum.* Id ta- erratum facile cognitum. *Victor.*

ore] Alii legunt, *hoc modo.* Corr.

moderari poſſemus] Prim. Græv.& Guilielmii, *ſi hoc more moderari poſ-*. hoc eſt, ſi poſſemus hoc perſua- Senatui ut id decerneret.

b eo qui publico negotio præpoſitus eſt] ratore, aut Proconſule.

ſum eſt ut te facerem certiorem] For- *viſum eſt te facere certiorem.* Lambi-

e tanquam vi quadam in Cilicia omnia erunt] Nos hunc locum valde corruptum invenimus in antiquis exemplaribus: vulgati etiam codices diverſas inter ſe, & parum firmas lectiones habent: eam igitur ſumus ſecuti quam probabiliorem duximus, etſi nulli ſatis confidimus. Cum tamen neceſſe eſſet unam aliquam ex illis omnino capere (nec enim meliorem ipſi aut invenimus, aut excogitavimus) minus depravatam (niſi fallor) elegimus. Sic autem habent antiquiores codices, *ſane tanquam in quodam in Cilicia omnia adhæſerunt.* Quæ profecto verba non parum perverſa & inquinata ſunt. Nos ea hic poſuimus, ut omnes hunc locum ſuſpectum habeant, & ut ingenioſiores videant attente, poſſintne meliorem ex his veſtigiis le- ctio

quodam incili jam omnia adhaeſerunt. Marcellus idem illud de provinciis urget, neque adhuc frequentem ſenatum effi-

ctionem elicere, aut comminiſci. *Victor. Tanqu. in quod. ſilice jam omn.*] Quid de hoc loco ſentiremus, olim planum fecimus, & quam ad illum reſtituendum opem dare potuimus, tunc præbuimus. Non poſſumus in tantis anguſtiis temporis tantiſque tenebris aliquid lucis videre. Quod de eo etiam loco dicimus, qui hunc ſequitur: ille enim quoque, ut olim docuimus, minoribus maculis inquinatus eſt. *Idem* in poſter. *Tanquam in quodam incili jam omn.*] Sic puto legendum ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis: quod & Manutio jam olim ante venit in mentem. Sunt autem *incilia* (ut docet Feſtus) *foſſæ, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, ſive derivationes de rivo communi factæ.* Ulpianus lib. XLIII. D. tit. de aqua quotid. & æſt. cap. I. *Caput* (inquit) *aquæ illud eſt, unde aqua naſcitur. ſi ex fonte naſcitur, ipſe fons: ſi ex flumine, vel lacu, prima incilia, vel principia foſſarum, quibus aquæ*, &c. Turneb. tamen lib. XII Adverſar. cap. 17 legit *in quodam cilicio*, &c. fortaſſe melius & verius. *Lambin. In quod. ſilice*] Pantagathus ex antiquis libris, *ſane tanquam in quodam vecta lintre omnia adhæſerunt. Urſinus, Sane tanquam in quodam ſilice jam omnia adhæſerunt*] Retinuimus vulgatam lectionem, cum Victorio & Vaticani excerptis: Antiquiores codices, adnotante Victorio habent, *ſane tanquam in quodam in Cilicia omnia adhæſerunt.* Libri autem Guilielmii duo *in Cilicia:* unus quidem *in Cilia.* malebat ipſe *in quadam ſilice*. Turnebus tamen lib. XII, cap. 17. ex veſtigiis v. c. hæſitans expediebat, *in quodam cilicio:* quod per *cilicium & coactilia* aliquando liquores tranſmittuntur, ut in iis ramenta auri adhæreſcant aqua transfuſa. Paullus Manutius, quod probabat Lambinus, *in quodam incili jam omnia adh.* utramque tamen conjecturam ingenioſam quidem, ſed fortaſſe coactiorem, & alieniorem affirmat Andreas Schottus, mavultque ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis codic. Maff. *in quodam victilica omn. adh. in quodam fictili ea omnia adhæſerunt:* quod fictilia vaſa odorem ſemel imbuta retinent; Amicus porro ejus ἄδηλος quidam volebat, *tanquam in quodam juſtitio* vel *interſtitio.* At iterum hoc ei placebat, *tanquam in quodam vitiligio*, cujus conjecturæ rationes apud ipſum videantur lib. II, cap. 21. Nodor. Denique divinabat, *fictili lucra omnia adhæſerunt:* qua forma ac fictione proxima epiſtola dixiſſe videatur, *Hic nos omnes abſolvimus, &, Hercules, confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt.* Quæ, ut ipſius pace dicam, omnia coactiora & alieniora hoc loco videntur: quanquam illius conatus litteras juvandi laude ſua non fraudandi ſunt. Pantagathi conjectura non prætereunda eſt: *ſane tanquam in quodam vecta lintre omnia adhæſerunt.* eſt tamen talis, qualia omnia ipſius: hoc eſt, parum veriſimilis, licet alias argute. *Gebhard.* Manutii emendationem probat etiam Salmaſius in Solinianis exercitationibus, & cum a ſcriptura vetuſtiſſimorum librorum propius abſit quam aliorum, licet non ineptæ ſint (nam & meus primus habet *tanquam in quodam incilicia*), non potui eam non probare. Verum quidem eſt, aqua non hæret in incilibus, ſed per illa derivatur aut in flumina, aut lacus, aut e fluminibus & lacubus in agros. Homines tamen & jumenta & currus hærent, ſi in *incilia* in viis facta inciderint. Sicut & hodie foſſæ fodiuntur nec admodum latæ, nec admodum profundæ a colonis ad impediendum iter ac tranſitum hominum juxta ac jumentorum per ſuos agros. Feſtus: *inciles foſſæ, quæ in viis fiunt ad deducendam aquam.* Apul. Metamorph. lib. IX. *Via lacunoſis incilibus voraginoſa.* In tali via neceſſe eſt ſæpe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

potuit. Quod ſi anno praeterito Curio tribunus, & actio de provinciis introivit: quam facile nunc ſit omni impedire, & quam hoc Caeſari, qui ſua cauſſa remp. curet, ſuperet, non te fallit.

…re currus, jumenta, homines, …ia in iis ſunt paullo profun… *Græv.*

…*ſi anno præterito*] Finito. *Cor*…

…*Trib. pleb.*] Deſignatus. *Idem.*

…*ſi anno præterito Curio tribunus,* …*actio de provinciis introivit: quam* …*c ſit omnia impedire*] Meus pri… …er, *Hoc ſi præterito anno Curio* … *& eadem actio de provinciis, ut* …*ile nunc ſit omnia impedire.* Mihi … non incommode legi poſſe, …*terito anno Curio tribunus, & ea*… … *de provinciis impediit; quam fa*… …*ſit omnia impedire* &c. Judicent eruditiores. *Gravius.*

Et quam hoc Cæſari, & iis qui ſuam cauſſam non reip. curant, ſuppetat, non te fallit] Libri manuſcripti habent, *& quam hoc Cæſari, qui ſua cauſſa remp. non curent, ſuperet, non te fallit.* Ego nihil muto. *Lambin.* *Cæſari qui ſua cauſſa remp. non curet, ſuperet*] Libri MSS. Lamb. hanc lectionem habent, repræſentatam quoque in editione Victorii. Peck. quoque *ſuperet*. Vulgata lectio tota abhorret, *Cæſari & iis qui ſuam cauſſam non reipub. curant, ſuppetat, non te fallit.* Gebhardus. Codices tamen tam Lambini, quam primus Grævii *ſuperent* ſcribunt, non *ſuperet*.

EPISTOLA VI.

ARGVMENTVM.

S…ibuntur haec: Appium, qui cum Cicerone in gratiam red… a Dolabella eſſe accuſatum: cavendum Ciceroni, ne, ſi … non ſtuduerit, parum ſimpliciter & candide inimicitias depo… …videatur: uxorem a Dolabella diſceſſiſſe: poſſe ei Tulliolam, …onis filiam, collocari: Pompeium valde pro Appio laborare: …am eſſe conſulum negligentiam: totam otioſam eſſe civita… Bibulum in Syria male pugnaſſe: Curionem tribunum pleb. …ta voluntate, ab optimatibus ad Caeſaris partes tranſiiſſe: … gratiam ſe cupere: Dolabellae affinitas ſi probetur, celandum: …ntheras Graecas habeat, turpe Ciceroni futurum. Tota nego… …ſt epiſtola: ſcripta Paullo & Marcello Coſs. Reſpondit Cice… …ſt. 13 lib. 11.

COE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

COELIVS CICERONI S.

NOn dubito quin perlatum ad te ſit, Appium a Dolabella reum factum: ſane quam non ea quam exiſtimaveram invidia. Neque enim ſtulte Appius: qui ſimulatque Dolabella acceſſit ad tribunal, introierat in urbem, triumphique poſtulationem abjecerat. Quo facto retudit ſermones, paratiorque viſus eſt quam ſperaverat accuſator. Is nunc in te maximam ſpem habet. Scio tibi eum non eſſe odio. quam velis eum obligare in tua manu eſt: cum quo ſimultas tibi non fuiſſet, liberius tibi de tota re eſſet. Nunc ſi ad illam ſummam veritatem legitimum jus exegeris, cavendum tibi erit ne parum ſimpliciter & candide poſuiſſe inimicitias videaris. In hanc partem porro tutum tibi erit ſi quid volueris gratificari. nemo enim neceſſitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet. Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem, & nominis delationem, uxor a Dolabella diſceſſit. Quid mihi diſcedens mandaris memini, quid ego tibi ſcripſerim te non arbitror oblitum. Non eſt jam tempus plura narrandi. Vnum illud monere te poſſum ſi res tibi non diſplicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate oſtendas, & exſpectes, quemadmodum exeat ex hac cauſſa. Denique invidioſum tibi ſit, ſi emanarit.

Porro,

APpium a Dolab. reum fact.] Lib. III. *Corradus.*

Sane quam non ea quam exiſtimaveram invidia] Leg. *qua exiſtimaveram invidia.* Lambin.

Introierat in urbem] Triumphare enim volenti urbem ingredi non licebat. *Corrad.*

Quo facto retudit ſermones] Sic Victorii. neſcio quo malo in vulgatis *retulit*. paullo poſt ſcripſi ex Victorio, *cum quo ſimultas tibi non fuiſſet*. licet editum ſit, *cum quo ſimultates ſi tibi non fuiſſent*. Gebhardus. Victorio ſubſcribit Græv. primus.

Nunc ſi ad illam ſummam ſeveritatem] Nonnulli libri manuſcripti habent, *ad illam ſummam veritatem*. Lamb. *Nunc ſi ad illam ſummam veritatem*] Ita MSS. teſte Lambino, quidam, ita quoque Peckio excerpta, editioque Victorii [nec non Grævii liber]. vulgo *ſeveritatem*. Gebhardus.

Quid mihi diſcedens mandaris memini] De Tullia collocanda. *Corradus.*

Si res tibi non diſplicebit] Forte, *ut ſi res tibi non diſplicebit*. Lambinus. Si matrimonium Tulliolæ cum Dolabella tibi non diſplicebit.

Exeat ex hac cauſſa] Dolabella. *Corr.*

Ne qua invidioſum tibi ſit] Libri manuſcripti habent *denique invidioſum*, &c.

ego

, ſignificatio ulla ſi interceſſerit, clarius, quam de- ,ut expediat, fiat. Neque ille tacere eam rem pote- uae ſuae ſpei tam opportuna acciderit: quaeque in o conficiendo tanto illuſtrior erit: cum praeſertim ui ſi pernicioſum ſciret eſſe loqui de hac re, vix tamen tineret. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, m putent alterutrum de filiis ad te miſſurum. Hic nos abſolvimus: & hercule confecta omnia, foeda, & eſta ſunt. Conſules autem habemus ſumma diligen- dhuc ſenatuſconſultum niſi de feriis Latinis nullum potuerunt. Curioni noſtro tribunatus conglaciat. ci non poteſt quomodo hic omnia jaceant. Niſi ego abernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occu-

gatos ſequor. *Lambin.* *Deni- dioſum tibi ſit*] Ita MSS. alii. & ictorii editio. Vulgo *ne qua in- tibi ſit:* quod ſequi ſe potius Dionyſius Lambinus. *Gebhard.* *anarit*] Tulliam Dolabellæ de- ci. *Corradus.*

ficatio ulla ſi interceſſerit] Hoc onium tibi placere. *Idem.*

e ille] Dolabella. *Idem.*

ſuæ ſpei tam opportuna acciderit] ii damnatione.

eius dicitur valde pro Appio labo-] lec mirum. Nam Pompeii fi- pii gener erat. lib. III, ep. 4.

ule confecta omnia, fœda & inho- nt] Nos hunc locum in melio- tiam exemplaribus miſerabili- rum invenimus. Quia tamen modis legitur, quod fere ſem- cidit, cum veritas ex vetuſtiſſi- ris accipi non poteſt, cui omnes r acquieſcant; nos hic anti- ſcripturam apponemus, etſi ſam & corruptam; ut poſſit, qui it experiri, an commodiorem lectionem ex ea exprimere , ſimulque videre, quæ circum- ur diverſæ hujus loci lectiones pudenter, quamque fideliter ex antiquis fere vetuſtate deletis veſti- giis deductæ ſint. Eſt autem hæc, *& Hercules conſæpta omnia ſedera & inhone- ſta ſunt.* Quidam legunt, *conſcripta omnia fœdera*, alii *conſilia omnia*, ut nihil in- certius ſit. *Victorius.* *Confecta omnia*] Al. *conſepta:* melius *conſcripta* ſcil. a Dolabella in delatione nominis. *Cor- radus.* *Confecta omnia fœde & inhoneſte ſunt*] Alii libri habent *confecta, omnia fœda & inhoneſta ſunt:* quibuſcum ma- nuſcripti quidam conſentiunt. alii, *concepta omnia fœdera & inhoneſta ſunt*, mendoſe, opinor. Nonnulli legunt *conſcripta omnia*, &c. *Lamb.* In ma- nuſcripto, pro *confecta* ſcriptum eſt *con- ſilia.* Pantagathus autem legebat, *& hercules confecta omnia fœda & inhoneſta ſunt.* vel, *& hercules coempta omnia fœde- re.* Urſinus. Primus Grævii ſcriptu- ram codicis Medicei fere ſequitur, *& hercule conſepta omnia federa & inhoneſta ſunt.*

Conſules autem habemus] L. Paullum & C. Marcellum. *Corradus.*

Tribunatus conglaciat] Otio, ut re- ſcribit Cicero epiſt. 13 lib. II. *Idem.*

Cum tabernariis] Opificibus, ſive qui præſunt curandis tabernis. *Idem.* Qui cibos vendunt in tabernis. Vid. Manut.

Aqua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

occupaſſet. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigeſcimus. Tamen, quoquo modo hic omnia jaceant, potuit ſine Parthis. Bibulus in Amano neſcio quid cohorticularum amiſit. Hoc ſic nuntiatum eſt. Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem valde frigere, jam calet. nam ferventiſſime concerpitur. Leviſſime enim, quia de intercalando non

Aquariis] Aquarum & aquæductuum curatoribus. *Corradus.* Hæc autem faciebat tanquam ædilis, ad quem harum rerum cura pertinebat.

Veternus] Μεταφορικῶς de magiſtratuum ſocordia. *Corrad.* *Veternus civitatem occuparet*] Omnia torperent, nihil ageretur. vid. lib. II, ep. 13.

Si Parthi vos nihil calfaciunt] Hoc eſt, vobis non moleſti ſunt, non negotium faceſſunt. vid. lib. VII, ep. 10.

Nos hic frigore frigeſcimus] Peck. *nos nihil frigore frigeſcimus.* quemadmodum ſuperius pro *confecta*, *conſcripta.* Guilielmius pro *frigeſcimus* conjecit *rigeſcimus* non male, niſi & ſic auctores loquerentur. *Gebhardus.*

Tamen quoquo modo hic omnia jaceant, potuit ſine Parthis. Bibulus] Prim. Grævii, *tamen quoquo modo hic omnia jaceant, putavit. Sine Parthis Bibulus.*

Bibulus] M. Bibulus tunc Syriæ Procos. *Corrad.*

Neſcio quid cohorticularum amiſit] Cohortem primam totam, centurionemque primipili, & reliquos cohortis ejuſdem, & Tribunum mil. *Idem.* Cicero ad Att. lib. v, ep. 20.

Curionem valde frigere] Interſerui *valde*, ex Victorii editione, Peckiano, Vaticano [ſic & Græv. prim. niſi quod pro *frigere* ſcribat *valde frigeſcere*]. Sicut ex iiſdem *leviſſime* non *belliſſime*, ut vulgo. paullo poſt Guilielmius malebat, *qua jubet ædiles*, ex conjectura. *Gebhardus.*

Jam calet] Minime otioſus eſt. Cic. ad Att. lib. XV, ep. 7.

Ferventiſſime concerpitur] Hoc eſt, boni ſeu optimates ubique male de eo loquuntur, & ejus levitatem, quod ad Cæſaris partes transfugerit, graviſſime accuſant. Non poſſum hic Manutio ſubſcribere, qui male hunc locum interpretatur. *Græv.*

Leviſſime enim, quia de intercalando non obtinuerat] Sermo eſt de Curione, qui cum antea ſenatum defenderet, & contra Cæſarem ſententias diceret, ſubito transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit: quod incredibilem ipſius inconſtantiam declaravit: quare vere hic Cœlius inquit, *leviſſime enim*, & quæ ſequuntur. Qui locus cum mendoſe antea legeretur, a me purgatus eſt, & ratione ipſa hortante, & auctoritate vetuſti codicis: ita enim legitur in Mediceo: quam animadverſionem ut firmam & apertam, tunc argumentis & teſtimoniis confirmandam eſſe non putavi. Manutii tamen *belliſſime* in poſteriore ſua editione, quemadmodum in priore fecerant, ſcripſerunt. *Victorius.* *Belliſſime enim, quia*, &c.] Secutus ſum etiam hic codd. vulgatos: quibuſcum congruunt & nonnulli manuſcripti. Alii autem habent *leviſſime*, quod magis probo: & ita Victorius edidit. Paullo poſt quidam docti legendum cenſent *legemque vinariam:* ubi libri vulgati & ſcripti manu habent *legemque viariam.* Et paullo poſt libri Memmiani habent *ponere me in gratia:* non, ut alii *in gratiam.* Lambinus.

Quia de intercalando non obtinuerat] Quum ſciret Curio, qui ſacerdotio fungebatur, eo tempore intercalari neceſſe non eſſe, id tamen petebat, ut ſi negaretur, juſtam cauſſam conſilii mutati habere videretur. Aliter in Quæſtura retulimus: quoniam tabulas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...tinuerat, transfugit ad populum, & pro Caeſare lo-
...cepit: legemque Viariam, non diſſimilem Agrariae
... & Alimentariam, quae jubet aediles metiri, jacta-
...oc nondum fecerat cum priorem partem epiſtolae
...ipſ Amabo te, ſi quid, quod opus fuerit, Appio facies,
... me in gratia. De Dolabella integrum tibi reſerves
...e. & huic rei, de qua loquor, & dignitati tuae, aequi-
...e opinioni hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit
...ras Graecas me non habere.

EPI-

...s, & præſertim Dionis, qui ...s eſt auctor, nobiſcum non ...ius. *Corradus.*

...*que viariam*] De viis munien-... *Viariam*] *Vivariam* Panta-...s & paullo poſt, *queis jubet ædiles* ... Urſinus.

...*iſſimilem Agrariæ Rulli*] In eo ...a, quod ſe ad eam rem in ...nnium creari volebat. *Cor-*...

... Contra quem extant Cicero-...ones. *Idem.*

...*ntariam*] Vid. Manut.

...*ubet ædiles metiri*] In his nul-...is. Manut. conjicit *qua jubet.* ...ne meus primus *quæ jubet ædi-*..., hoc eſt, quæ jubet ædiles ...n rerum & præſertim annonæ ...s pauperioribus dividere fru-... *Grævius.*

... *me in gratia*] Sic rectius Vati-...: Victorii editio. Vulgo ne-...itum eſt *gratiam*. Paullo poſt ... Peck. Vatican. Victorii edi-... *æquitatiſque opinioni hoc ita fa-*...*lit.* omiſſo illo *te* quod non ...te *hoc* conſtiterat. *Gebhardus.* ...im. Græv. niſi quod *opinione* ...nale.

...*olabella*] Hoc eſt, de nuptiis ...um Dolabella.

...*ei*] Matrimonio. *Corradus.*

Turpe tibi erit Pantheras Græcas me non habere] Lectionem hanc inventam a me in cunctis manuſcriptis, & impreſſis codicibus retinui, *Pantheras Græcas* appellat, quæ in Pamphylia, & Cilicia caperentur, quibus provinciis Cicero præerat. Græci autem homines eas incolebant, ut diſtinguat ab Africanis: nam in Africa etiam naſcuntur, quod non multo poſt Cœlius declarat, cum inquit, *quæ ad ludos ei advectæ erant Africanæ.* Eaſdem a nationibus ac populis, apud quos naſcerentur, vocavit Cicero ad Atticum ſcribens, *Cybiratas.* Quam recte igitur fecerint, qui ex ingenio legunt, *Pantherarum greges* facile cognoſci poteſt. Vidimus Florentiæ Africanam, quam devicto ſæviſſimo archipirata, regnoque quod occuparat ſpoliato, Carolus Imper. ex Africa aſportavit, Florentiæque reliquit: ibi autem cum publice aleretur, mortua eſt. *Victor.* *Pantheras Græcas*] Sic nunc edidi, libros veteres & P. Victorii ſententiam ſecutus, rejecta vulgata lectione *pantherarum greges.* Lambin. *Pantheras Græcas me non habere*] Ita Victorius & Peck. ut quoque Lambinus in hanc diſceſſit ſententiam. Vulgo *Pantherarum greges.* Gebhard. Accedit Peckiano & aliis codicibus Grævii primus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA VII.

ARGVMENTVM.

Brevis epiſtola; quia pridie ſcripſerat pluribus verbis, nec deinde novi quidquam acciderat, praeter Cornificii *&* Oreſtillae *filiae nuptias,* Paullae *divortium,* Ocellae *adulteria. Morale principium, quia timet amoris cauſſa, ne Parthi aliquid moveant: quae ſequuntur, ad negotiale genus pertinent.*

COELIVS CICERONI S.

QVam cito tu iſtinc decedere cupias neſcio: ego quidem eo magis, quo adhuc felicius rem geſſiſti. Dum iſtic eris de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc riſum meum metus aliqui perturbet. Breviores has litteras properanti publicanorum tabellario ſubito dedi: tuo liberto pluribus verbis ſcriptas pridie dederam. Res autem novae nullae ſane acciderunt, niſi haec vis tibi ſcribi, quae certe vis. Cornificius adoleſcens Oreſtillae filiam ſibi deſpondit. Paulla Valeria, ſoror Triarii, divortium ſine cauſſa, quo die vir e provincia venturus erat, fecit. Nuptura eſt D. Bruto. nondum retulerat. Multa in hoc genere incredibilia, te ab-

NE *hunc riſum meum*] De Hirro. *Corr.* *Metus aliqui perturbent*] Vetus codex *perturbet* ſingulari numero: frequenter autem in vetuſtis codicibus *aliqui* pro *aliquis* invenitur, ut in fine hujus epiſtolæ, *cum qua ſit aliqui deprehenſus.* Et in principio epiſtolæ ad Marium, *ſi te dolor aliqui corporis.* Victorius. *Metus aliqui perturbet*] Secuti ſumus cum Lambino accuratiſſimum P. Victorium; eo magis, quod ſic habent Vaticani excerpta. Qui non intellexerunt ſic *aliqui qui* pro *aliquis quis* in v. c. perſcribi, *perturbent* ex *perturbet* ſcilicet emendarunt. Pejores illi, qui *aliquis* ſuppoſitum iverunt. Sicut in fine, *cum qua ſit aliqui deprehenſus* ex Victorio & Vaticano, non *aliquis.* Gebhard. Primus tamen Grævii *metus aliquis perturbet.*

Cornificius adoleſcens] Q. Cornificius, qui paullo poſt fuit Cæſaris Quæſtor. *Corradus.* Meus primus codex, *Cornificius adoleſcentior eſt, ille filium ſibi deſpondit.* quæ ſcriptura videtur magis confirmare acutiſſimam conjecturam doctiſſimi Manutii, qui legendum exiſtimat, *Cornificius adoleſcentiorem Sullæ filiam ſibi deſpondit.* Græv.

Oreſtillæ filiam] Aurelia Oreſtilla fuit Catilinæ amica. *Corradus.*

Soror Triarii] C. Valerii Triarii. *Idem.*

Nuptura eſt D. Bruto] Al. *nuptura eſt D. Pollam* certe D. Brutus uxorem habuit, ep. 8 lib. XI. *Idem.*

Nondum retulerat] Locus valde obſcurus.

...ente acciderunt. Servius Ocella nemini perſuaſiſſet ſe ...chum eſſe, niſi triduo bis deprehenſus eſſet. Quaeres ...? ubi hercule ego minime vellem: relinquo tibi quod ...aliis quaeras. neque enim diſplicet mihi imperatorem ſi...gulos percontari cum qua ſit aliqui deprehenſus.

...s. Mediceus codex (nihil enim ...us mihi facere poſſe videor, quam ...em ſcripturam in his difficultati... ...ndicare:) *Nondum retuleras.* Alio... conjecturas non reprehendo, etſi ... non valde aſſentior. *Victor.* *Non... retulerat*] Sic habent omnes li... ...eteres. Quidam legi volunt, *mun... retulerat.* Ego nihil muto: aut, ſi ... licet, ſic legi velim *nondum res ſuas tulerat.* Lambin. *Nondum retul.*] *Mundum retulerat* Pantagathus: qua quidem emendatione nihil poteſt aptius excogitari, ſive ex ingenio ea ſit, ſive ex libris veteribus. *Vrſin.* Prim. Græv. *non modum retuleras.*

Vbi hercule ego minime vellem] Non dubito quin *nollem* legendum ſit pro *vellem.* Idem.

EPISTOLA VIII.

ARGVMENTVM.

Privata primum narrat de judiciis: deinde ſubjungit publica, ...S. C. de Pompeio, Caeſare, Curione: poſtremo, iterum de priva... ...agit, quae ad ipſum pertinent, id eſt, de pantheris, de ſyngrapha ...tiana, de liberto Philone, & Diogene Graeco.

M. COELIVS M. CICERONI S.D.

ETſi de repub. quae tibi ſcribam habeo: tamen nihil, quod magis gaviſurum te putem, habeo quam hoc. Sci... , C. Sempronium Rufum, Rufum mel ac delicias tuas, ...umniam maximo plauſu tuliſſe: quaeris qua in cauſſa? M.Tuc-

N*Ihil quo magis te gaviſurum put.*] Meus primus, *nihil, quod magis te ...iſurum put.* Et hoc Cœlianum eſt. ...ſuperius epiſt. 2. *puto, ut ſuum gau... ...n gauderemus.* Et inferius epiſt. 14. *...nc ſurit tam gaviſos homines ſuum dolo...* Græv.

...C. Sempronium Rufum, &c.] In me... ...ibus codicibus repetitum eſt no... ...n illud *Rufum* omnino eleganter, ...n librariorum vitio, ut putarunt ...bis vocem illam deſcribere negle... ...unt. *Victorius.* Hujus *Rufi.* ὀψι-θειαν ſe cognoviſſe ad Atticum ſcribit Cicero. *Corrad.* *Scito C. Sempronium, Rufum, Rufum mel ac delicias tuas*] Elegantiſſime ex v. c. repetiit τὸ *Rufum* Victorius, cum quo Vaticanus facit, ſecutuſque eſt in ſua editione Lambin. ut Catullus,

Cœli Lesbia noſtra, Lesbia illa,
Illa Lesbia, quam Catullus unam, &c.

Gebhard. Græv. tamen primus non repetit τὸ *Rufum.*

Calumniam maximo plauſu tuliſſe] Daneſius *juraſſe* ſcribit pro *tuliſſe* auctori-

M. Tuccium, accuſatorem ſuum poſt ludos Romanos reum lege Plotia de vi fecit, hoc conſilio, quod videbat, ſi extraordinarius reus nemo acceſſiſſet, ſibi hoc anno cauſſam eſſe dicendam. Dubium porro illi non erat quid futurum eſſet. Nemini hoc deferre munuſculum maluit quam ſuo accuſatori. Itaque ſine ullo ſubſcriptore deſcendit, & Tuccium reum fecit. At ego ſimulatque audivi invocatus ad ſubſellia rei occurro: ſurgo, neque verbum de re facio. Totum Sempronium uſque eo perago, ut Veſtorium quoque interponam, & illam fabulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, ſi quid injuriis ſuis eſſet, ut Veſtorius

bus libris manuſcriptis, quibus valde aſſentior: in fragmento enim æneo legis Serviliæ, quod eſt apud me ex muſeo Petri Bembi tranſlatum, ita inciſum eſt: *Ad. ioudicem. in. eum. annum quei. ex. H. L. factus. erit. in. ious. educito. nomenq. eius. deferto. ſei. deiurauerit calumniæ. cauſa. non. poſtulare.* Urſinus. *Calumniam maximo plauſu tuliſſe. quæris qua in cauſſa*] Ut edidit Victorius, ita ſequutus eſt Lambinus, a quibus neque nos diſcedimus. Vaticani tamen excerpta, *tuliſſe quæris quæ in cauſſa.* Vulgo, *tuliſſe, quod is in cauſſa.* Gebh. *Quæris, qua cauſſa?*] Al. *quæris, an cauſa?* Corradus. Grævii primus, *an quæris cauſſas.* Eſt autem *maximo plauſu calumniam tuliſſe*, omnibus applaudentibus accuſaſſe.

Poſt ludos Romanos] Epiſt. 19 lib. VI. lege Aſconium in Verr. 2. *Idem.*

Lege Plotia de vi] Etſi Q. Catulus legem de vi, armata diſſenſione civium, Reip. pæne extremis temporibus tulit, conſtat tamen M. *Plotum* Syllanum legem de judiciis tuliſſe: ut videri poſſit, eodem tempore etiam *de vi* legem rogaſſe. *Idem.* *Lege Plotia de vi*] Fuit lex tribunitia de vi. vid. Aſcon. in Commentar. Milon.

Si extraordinarius nemo reus acceſſiſſet] Hoc eſt, ſi nemo accuſaretur, cujus cauſſa extra ordinem ageretur: cauſſæ autem *de vi* extra ordinem agebantur, non tamen in extraordinario judicio. vid. Cic. Or. pro Milon.

Sine ullo ſubſcriptore] Qui in accuſationibus erat ſecundarum aut tertiarum partium. *Corrad.* Aſconius Divinat. in Verrem, *Subſcriptores dicuntur, qui adjuvare accuſatorem cauſidici ſolent: quos oportet ſummiſſius agere, quam dicat ille, quem ſequuntur.* C. Nep. in vit. Att. cap. 7. *Neminem neque ſuo nomine neque ſubſcribens accuſavit.*

Invocatus ad ſubſellia rei occurro] Sic Vaticanus, meus, excerpta Peck. Vict. edit. vulgo, *accurro.* Eadem ratione, *occurrere ad vadimonium.* & *occurrere ad lucram cœna* apud Sueton. ad quem pluribus egi de hoc loquendi genere. *Grævius.*

Ut Veſtorium quoque interponam] Hic Ciceronis & Attici erat perfamiliaris, habebatque neſcio quid controverſiæ cum Sempronio, quem viciſſe tandem videtur: quum Cicero ad Atticum ſcribat, ſe illius potentiæ invidere. *Corrad.*

Si quid injuriis ſuis eſſet, quo Neſtorius teneretur] Poſſum & hic vetuſtam ſcripturam proferre, ſi quid ex ea commodi elici poſſit. Locus certe variis & inter ſe diverſis modis legitur: quas tam incertas lectiones quivis videre poterit, & etiam alias excogitare. nos

im

neretur. Haec quoque magna nunc contentio forum
M. Servilius, poſtquam, ut coeperat, omnibus in
turbarat, nec, quod non venderet, quoiquam reli-
t: maximeque nobis traditus erat invidiae: neque
enſis praetor, poſtulante Pauſania, nobis patronis,
ea pecunia perveniſſet, recipere voluit. Quod Pilius,
arius Attici noſtri de repetundis eum poſtulavit, ma-
lico fama ſurrexit, & de damnatione ferventer loqui
eptum. Quo vento projicitur Appius minor, ut
indi-

s tenebris, cum nihil lucis ad-
ieamus, vetere ſcriptura pro-
ad alia tranſibimus, *ſi quod in-*
is eſſet, ut Veſtorius teneret. Vi-
Hæc etiam eſt ſcriptura pri-
viani. Mihi placet (ut mittam
aliis dicuntur) legere, ut in ve-
ro fere ſcriptum eſt, *ſi quid in*
ſuis eſſet, quod Neſtorius teneret.
us. *Si quid i. ſ. e. quo Veſtorius*
] Pantagathus, *ſi quod injuriis*
ut Veſtorius teneretur. idem paul-
, pro *prævaricationiſque cauſſam*
epoſitum, recte (ut opinor) ſcri-
prævaricationiſque cauſſa dejeret
n. & infra, *a quodam Druſotet-*
ſinus. Lambinus conjicit, *ſi*
is ſui eſſet, ut eo Veſtorius teneretur.
ntio forum tenet] De M. Servilii
catione, ut ex ſequentibus co-
ur. *Corrad.*
ervilius] In quem eo tempore
er orationem ſcripſit. *Idem.*
uod non venderet, quoiquam relique-
aximeque traditus nobis erat invi-
hunc locum emendavi ex Pec-
cerptis, & editione Victorii
is adſtipulatur primus Grævii,
od pro *ne*, *nec* ſcribat]. Vulga-
nec, quod non venderet, quicquam
at: maxima nobis traditus erat in-
aticanus & Victoriani, *cuiquam:*
a in Peckio excerptis [ut & in
no primo, Sigon.] erat *quo in-*
uivis proclive erat facere *quoi-*
Gebhard. Legerim, *maximæ-*
s traditus erat invidiæ, hoc ſen-
ſu, erat, cum nobis traditus eſſet, cum ſe nobis defendendum tradidiſſet, in maximo odio. ſicut ſupra, *Non dubito quin perlatum ad te ſit, Appium a Dolabella reum factum. ſane non ea quam exiſtimaveram invidia.* Grævius.

Lateren. ſ. præt. &c.] M. Laterenſis, qui paucis ante annis cum Cn. Plancio Ædilitatem petiit, ut tunc ſuo anno Prætor eſſet. *Corrad.* *Pauſania, nobis*] Sunt qui ex veteribus etiam libris legant, *Pauſam a nobis:* quo modo ſæpe locuti ſunt veteres. *Pauſa* autem illa eſt, quo ea pecunia perveniſſet. Cicero quandam quaſi appendiculam cauſſæ judicatæ, atque damnatæ appellat. Nam jubet lex Julia perſequi ab iis ad quos ea pecunia, quam is ceperit qui damnatus ſit, pervenerit. *Idem.* *Neque Laterenſis prætore poſtulante Pauſania*] Sic Victorius [& Græv. prim. niſi quod pro *Laterenſis* legit *Leterenſis*]. amplius Peck. *Laterenſe prætore.* Vulgo *Laterenſis prætor, poſtulante Pauſania.* Gebhard. Hanc lectionem ſenſus poſtulat.

Recipere voluit] Poſtulationem nimirum, ut eos perſequendi facultas daretur, ad quos pecunia perveniſſet.

Pilius neceſſarius Attici noſtri] Uxor enim Attici *Pilia* fuit. *Corrad.* Prim. Græv. *quæ Pilius neceſſarius Attici noſtri repetundis eum poſtulavit.* Fort. leg. *quum Pilius neceſſarius Attici noſtri repetundis eum poſtulavit, magna illico fama ſurrexit.*

Eum poſtulavit] Servilium. *Corrad.*

Appius minor] Nam fuit & major eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

indicet pecuniam ex bonis patris perveniſſe ad Servilium, praevaricationiſque cauſſa diceret depoſitum LLS. LXXXI. Admiraris amentiam. immo ſi actionem, ſtultiſſimaſque de ſe, nefarias de patre confeſſiones audiſſes. Mittit in conſilium eoſdem illos, qui litis aeſtimarant, judices. Cum aequo numero ſententiae fuiſſent, Laterenſis leges ignorans pronuntiavit, quid ſinguli ordines judicaſſent: & ad extremum, ut ſolent, non redigam. Poſtquam diſceſſit, & pro

eo tempore, qui Milonem accuſavit. *Idem.*

Ut implicet pecuniam ex bon.] Sic Vaticanus & Victorius. Peck. tamen *implicet de pecunia.* hinc forte *replicare.* vulgo male *indicet.* Gebhard. *Ut indicet pecuniam ex bonis patris perveniſſe ad Servilium*] Victorius ex Mediceo, & Gebhard. eum, Vaticanique & Peckiani codicis ſcripturam ſecutus edidit *ut implicet pecuniam ex bonis patris.* In meo codice eſt *impicet.* unde natum eſt in aliis *implicet*, in aliis *imputet.* cum una littera ſit inverſa, & legendum cum vulgatis, *ut indicet.* Neque male in eodem libro, ut & in Peck. legitur, *ut indicet de pecunia.* Græv.

Prævaricat. cauſſam diceret] Videtur legendum, *cauſſa indicet.* Corr. *Prævaricationiſque cauſſa diceret depoſitum*] Ut Servilius Appii patris accuſator prævaricaretur.

Immo ſi actiones ſtultiſſimas, quid ſi nefarias patris confeſſiones audiſſes?] Hæc longe emendatius leguntur in illo meo primo, quem tuto hic aliis præferimus, *immo ſi actionem, ſtultiſſemaſque de ſe, nefarias de patre confeſſiones audiſſes.* ſic interpunxi. nec longe aliorum librorum ſcriptura ab hac abeſt: *immo ſi actiones* eſt in Medic. Vatic. & Vict. ed. In Peck. erat *uno.* In eodem erat, *qui de ſe nefarias patris confeſſiones.* Græv.

Mittit in conſilium eoſdem illos, qui litis æſtimarant, judices] Aſcon. Verr. III. *Corradus.* Iiſdem judicibus committit hanc cauſſam decernendam, qui de repetundis judicaverant, cum illos deberet rejicere tanquam ſuſpectos. *litis* ut *omnis*, & multa talia pro vulgato *lites. Lites æſtimare* eſt definire pecuniam, quæ damnato repetundarum vel peculatus pendenda erat.

Quid ſinguli ordines judicaſſent] Tres enim ordines judicabant, ſenatores, equites, tribuni ærarii.

Et ad extremum, ut ſolent &c.] Sic omnes antiqui & novi codices, uno excepto nuper Venetiis impreſſo, habet enim ille *ut ſolet ait referam*, etſi poſtea iidem qui librum ipſum excudere, inter varietates exemplarium, quas ad finem libri adpoſuerunt, negativa particula addita *non referam* corrigunt: de qua lectione quid ſtatuendum ſit, alii viderint. Ego ſane parum illi confido: nam cum tantopere ab antiquis veſtigiis recedat, exiſtimo quempiam conjectura ductum ſic perturbatum & deminutum locum ſupplere voluiſſe. *Victor.* *Ut ſolet, ait, Referam*] In tabulas abſolutum: ut oſtendunt ſequentia. Etſi in aliis libris aliter legitur. *Corradus.* *Et ad extremum, ut ſolent, non redigam*] Sic omnes habent libri manuſcr. Memm. & Huralt. & ita P. Victorius edidit. Vulgati quidam, *& ad extremum, ut ſolet, ait, referam.* Lambin. *Et ad extremum ut ſolet ait referam*] Manuſcriptus habet, *& ad extremum abſolutum ait referam.* Urſinus. *Ad extremum, ut ſolent, non redigam*] Quemadmodum edidit Victorius, & probavit Lambinus, habent Peckio excerpta [& prim. Grævii, niſi quod interſerat *ſolum*, quod tamen ſubducitur]. Vulgatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

pro abſoluto Servilius haberi coeptus, legiſque unum & centeſimum caput legit, in quo ita erat: *Quod eorum judicum major pars judicarit, id jus ratumque eſto:* in tabulas abſolutum non retulit, ordinum judicia perſcripſit. poſtulante rurſus Appio, cum L. Lollio tranſegiſſet, & ſe relaturum dixit. Sic nunc neque abſolutus, neque damnatus Servilius, de repetundis ſaucius Pilio tradetur. Nam de divinatione Appius, cum calumniam juraſſet, contendere auſus non eſt, Pilioque ceſſit: & ipſe de pecuniis repetundis a Serviliis eſt poſtulatus, & praeterea de vi reus a quodam emiſ-

gatum eſt, *ut ſolet, ait, referam.* Gebhard.

Pro abſoluto] De prævaricatione. *Corradus.*

Legiſque unum & centeſimum caput legit] Lælius primus meus, *legenſque unum & centeſimum caput legis.* Græv.

Quod eorum judicium major pars judicarit] Vulgo *judicum*. ſed illud antiquum, quemadmodum apud Plautum *meretricium* pro *meretricum*. Et ego apud Fabium Quintilianum inveni *artificium* in Pal. MS. pro *artificum*, ſic quoque editio Antwerpienſis. ſcripſi præterea *ratumque*: pro quo Peckio ex *certo curatumque*. Gebhardus. Male hic illorum vett. librorum auctoritate nixus antiquitatem affectat Gebhardus. Meus ſane codex vetuſtiſſimus cum reliquis ſcribit *judicum*, quod meliorum retinemus cum editionibus melioribus. *Grævius.*

Cum L. Lollio tranſegiſſet] Sic Vatic. primus Græv. Peck. edd. Vict. & Gebh. Legendum, *cum cum L. Lollio tranſegiſſet*. alterum *cum*, ut ſæpe, alterum abſorpſit, & incuria deſcriptorum omiſſum eſt. vulgo, *cum L. Lollio tranſegiſſet*. Pro poſtulante primus meus omittit *rurſus*, & pro *poſtulante* ſcribit *poſtulantur*. Grævius.

Et ſe relaturum dixit] In tabulas abſolutum.

Saucius] Qui nec damnatus ſit, nec abſolutus: ſed cui in ſuperiore judicio quo prævaricationis accuſabatur, multæ inuſtæ erant notæ & maculæ, ut facilius nunc poſſit damnari: qui quaſi confectus eſt ſuperiore judicio. Sic ſæpe hiſtoricis *exangues* dicuntur, quorum vires & opes fractæ ſunt.

De divinatione] Lege Aſconium. *Corradus. Cum de conſtituendo accuſatore quæritur, judiciumque ſuper ea re redditur, cuinam potiſſimum ex duobus pluribuſve accuſatio ſubſcriptiove in reum permittatur. Ea res atque judicum cognitio, divinatio appellatur.* Gell. 11, 4. vide ibi rationes hujus nominis.

Cum calumniam juraſſet] Cum jam accuſandi partes ſuſcepiſſet. *Calumniam jurare* dicitur accuſator, cum in initio judicii jurat, ſe non per calumniam litem intentare adverſario, ſed quod juſtas ac legitimas accuſandi cauſſas habere ſe putet.

Contendere auſus non eſt] Utri committendæ ſint partes accuſandi.

De vi reus a quodam emiſſario ſuo eſt factus] Eſt certe miſerum videre, quot vulneribus confectus ſit hic M. Cœlii liber, cum præſertim ea ſint quæ vix aut ne vix quidem ſanari queant. Nos quod tutius remedium viſum eſt, ubi nullam meliorem opem adferre poſſumus, veterem plagam nudamus: feliciorique medico tam deſperatum ægrotum libenter tradimus. Vetuſti igitur codices *a quodam ſuo ruſtetio factus.* ſignificat autem no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

emiſſario ſuo Titio factus eſt. Recte hoc par habet. Quod ad remp. pertinet, omnino multis diebus exſpectatione Galliarum actum nihil eſt. Aliquando tamen ſaepe re dilata, & graviter acta, & plane perſpecta Cn. Pompeii voluntate in eam partem, ut eum decedere poſt Kalendas Martias placeret, ſenatuſconſultum, quod tibi miſi, factum eſt, auctoritateſque perſcriptae. *SC. auctoritas. Pridie Kal. Octob. in aede Apollinis, ſcrib. affuerunt L. Domitius Cn. Filius Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius,*

ta quædam in illis huic loco adpoſita depravatum eum eſſe. Quidam ex his reliquiis legunt, *a quodam ſuo emiſſario tutio eſt factus.* Nos nec damnamus, nec probamus: unuſquiſque rem ante oculos ſibi poſitam attente accurateque animadvertat, & ſecum quid agendum ſit deliberet, ſi modo dignam, in quam tantus labor inſumatur, judicarit. *Victorius.* Peccarunt noſtri librarii dum veterem ſcripturam, & maxime Medicei codicis, exſcriberent: dictionem enim omiſerunt, quæ ante *ruſteio* poni debebat, ea autem hæc eſt, *emiſſa.* Dolet peccatum illorum cauſſam fuiſſe erroris docto ac diligenti viro: & tamen quod ille ex Aſconii commentariis erutum huc accommodari poſſe cenſuit, adhuc, ſi modo verum eſt, defendi poteſt: quod ſcilicet ad *Tetium* pertinet: legi enim poteſt, *a quodam ſuo emiſſario eſt Tetio factus*, nam *S*, ſignificaſſe olim *Sextum* vix credo: præterea poſt *factus* in vetere exemplari *eſt* non legitur, quod verbum hic neceſſarium eſt, ut fortaſſe poſſit concinnari ex litteris illis, quæ confecto *emiſſario* e priſcis veſtigiis, reliquæ ſunt, ut nihil addi ad vulgatam lectionem niſi *Tetio* neceſſe ſit, quod tamen nec valde confirmare, nec diluere volumus: eſt enim res dura, ſed ſubtiliter excogitata. *Id.* in poſter. Eadem ſcriptura, quæ in Mediceo fuit, in primo Grævii quoque conſpicitur. Hæc autem nota reſpicit emendationem hanc, quam inde elicuerat amicus Manutii, *a quodam ſuorum S. Tetio:* poſtea cum errorem typographorum deprehendiſſet, ſcribendum cenſuit, *a quodam emiſſario S. Tetio.*

A quodam emiſſario ſuo, Titio] Hic idem eſt P. Titius, quem commemorat epiſt. ad Plancum lib. x. ibi, *Rogatu Serviiii interceſſit*, &c. *Lambinus.*

Recte hoc par habet] Eſt par bene comparatum, ſunt duo egregii adverſarii. Nimirum adverſarius & reus ſunt homines nequam.

Ut eum decedere] Cæſarem.

Auctoritateſque perſcriptæ] Hoc eſt, nomina ſenatorum, qui ſcribendo adfuerunt. Cic. III de Orat. ubi de L. Craſſo loquitur, *Permulta cum vehementiſſima contentione animi, ingeniique virium, ab eo dicta eſſe conſtabat, ſententiamque eam, quam ſenatus frequens ſecutus eſt ornatiſſimis & graviſſimis verbis, ut populo Romano ſatisfieret, nunquam ſenatus conſilium reipublicæ, neque fidem defuiſſe, ab eo dictum, & eundem, id quod in auctoritatibus præſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe.*

SC. auctoritas] Leg. *SC. auctoritates.* hoc eſt, nomina quorum auctoritate SC. factum erat. *Gronov.*

Scribendo affuerunt] Erat hæc ſollemnis formula, quam præmittebant ſenatuſconſultis, qua ſignificatur in ſequentium ſenatorum ſententiam factum eſſe SC. ſive iis præſentibus SC. factum. vid. Briſſon. de formulis.

Q. Cæcilius Q. F.] Adoptione, ſed revera Scipionis Aſiatici filius. *Corrad.* Vid. Manut.

L. Vil-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ucii F. Pomt. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, Caius Luc... C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. At... L. F. An. Capito, M. Oppius M. fil. Terentina. Quod M. Marcellus conſul, V. F. de provinciis conſularib. D. E. R. I. C. uti ...llus, C. Marcellus conſules. cum magiſtratum iniſſent, ex a. d. K... Mart. quae in ſuo magiſtratu futurae eſſent, de conſularibus

... *Villius Lucii F. Pomt. Annalis*] ...te Manutius emendavit, adſti... ...te Grævii primo, in quo, *L. Vil.* ... *Pom̃. annalis.* Inferius tamen ...um eſt *Julius* in eodem libro, ...ote. ut & pro *Vibius Panſa* in Pec... cod. ſcribitur *Julius Panſa.* ... autem ſignificat Pomtinam tri... ex qua erat Villius: ſic etiam ... tribuum nomina. Sic & *Pup.* ...iam, *Pop.* Popiliam, *An.* A...em notat. Vid. Manut.

...*us Lucceius C. F. Pup. Hirrus*] Sic ... Manutius, quamvis invitis li... vide notas ejus.

... *Atteius L. F. A. N. Capito*] Cum ...nceps in hac lectione fuiſſem, ...mavi tandem, non incommode ...gi poſſe: in qua ſi vitium ullum ... hujuſcemodi eſt quod defendi ..., nec abſurdam ullam ſenten... habeat. Manutii prima ſua edi... litteras illas, quæ ſcrupulum ha...nt, & quæ ipſis & aliis negotium ...lebant, ſuſtulerunt, atque ita ſe ...unt omni moleſtia liberare. ... ipſorum culpam tacui, quæ & ...na eſt, & antiquis ſcriptoribus pe...oſa, ſi quis quæcunque non in...git, in illis delet. Quanto mode... me liberaliuſque geſſerim, di... non oportet: nam me fidemque ...m laudare mihi nunc propoſitum ... eſt. Quod putant litteras illas ſe...i non oportere, non reprehendo: ...lligo enim ipſas Tribum ſignifica...oſſe. Si negant veteres in titulis ...imentiſque non patris ſolum no... ſed avi etiam ponere ſolitos, fa... redargui poſſunt: ex Ciceronis ...n libris, & aliorum optimorum auctorum hoc intelligitur. Qui Romæ priſcas inſcriptiones curioſius legerunt, paſſim hoc animadvertere potuerunt. Poſſemus infinita exempla afferre, ſed non erimus nunc pluribus citandis teſtibus, quam oporteat, ambitioſi. In magno illo volumine, quod Epigrammata antiquæ urbis inſcribitur, multis locis hoc obſervari poteſt. Sed maxime pagina 122. nec non pagina 146. in quibus plurima virorum nomina ſcripta ſunt, quæ cuncta avi quoque nomen retinent, & notis his ſemper ſignata, quibus ea tunc ſignari conſuetudo fuerat. *Victorius.* *Capito*] Al. *Ancapito*. Sed ita legendum eſt, *A. N. Capito*, hoc eſt, Auli nepos Capito. *Corradus.* Verior tamen eſt ſententia Manutii, qui per *An.* Anienſem tribum ſignificari contendit.

Quod M. Marcellus Cos.] SC. principium. *V. F.* verba fecit. *Corrad.*

D. E. R. I. C.] Id eſt, de ea re ita cenſuerunt. Et ſupra *V. F.* id eſt, verba fecit. Et infra *S. Q. C.* id eſt, Senatuſque conſultum. Et inferius, *S. C. A.* id eſt, Senatuſconſulti auctoritas. *Lambinus.*

C. Paullus] *L. Paullus* ab omnibus aliis dicitur. *Corrad.*

Ad ex Kal. Mart.] Locus Varronis reſtitutus magno auxilio eſt ad docendum immutari debere ordinem priorum harum vocum, & pro *ad ex Kal.* legi debere *ex ad Kal.* quemadmodum Paullus quoque emendat. Illum autem jampridem nos caſtigavimus, ſtatimque ſuſpicati ſumus, hanc eſſe hujus loci germanam lectionem. Cum Romæ, XXX fere menſes ſunt, fuiſſem,

ribus provinciis ad ſenatum referrent, neve quid prius ex Kalendis Mart. neve quid conjunctim de ea re referretur a conſulibus, utique ejus rei cauſſa per dies comitiales ſenatum haberent, S. Q. C. facerent: &, cum de ea re ad ſenatum referretur a Coſs. *eorum, qui in* CCC. *judicibus eſſent, ſex adducere liceret. Si quid ea re ad populum, ad plebemve lato opus eſſet, uti Serv. Sulpicius, M. Marcellus* Coſs. *praetores, tribunique pleb. quibus eorum videretur, ad popu-*

ſem, ſæpe multumque cum Marcello Cervino, qui poſtea in ampliſſimum ordinem a Paullo III Pont. Max. cooptatus eſt, de ſtudiis litterarum locutus ſum: cumque ſemel ſermo incidiſſet de vetuſtis exemplaribus, dixi Florentiæ priſcum codicem Terentii Varronis inveniri, librorum quos ſcripſit de agricultura: magno ſtatim deſiderio ille affectus eſt librum hunc videndi, a meque diligenter petiit, cum Florentiam rediiſſem, darem ſaltem operam, ut cum impreſſo aliquo conferrem, & ad ſe cuncta accurate adnotata mitterem. Non potui hoc amiciſſimo & optimo viro denegare. Cumque in antiquo docuiſſem menda quædam reperiri, voluit ille notari a me locos, quos putarem caſtigatius illic legi, in impreſſis autem depravatius; in quo ei quoque morem geſſi. Hunc autem in primis notavi, quem ibi ſincere legi, in impreſſis vero mendoſiſſime judicabam. Volui autem codicem illum ſummo ſtudio a me cum antiquo collatum, communem illi eſſe cum Angelo Colotio, ſancto ac docto viro. Citavi igitur hujus rei optimos ac locupletiſſimos teſtes. Sed aliud etiam auxilium habebam, non minoris momenti, quo locum hunc Cœlii ita caſtigandum eſſe animadverteram. Nam eodem illo in lapide Colotiano, de quo ſupra mentionem feci, ita legitur, EX A. D. V. K. DEC. AD PR. KAL. IAN. SEX. Utinam integer eſſet, magnam utilitatem ſtudioſis litterarum afferret. Eſt enim Ciceronis temporibus exaratus. Utut autem eſt, & ut a me exſcribi potuit, hic eum adponemus: nam huic præcipue loco accommodatus eſt, in quo etiam bis ſunt litteræ illæ, quæ in illo lapide ſæpe leguntur, id eſt, V. F. Quin autem VERBA FECERVNT, ſignificent, dubitari non poteſt: id enim Cicero infinitis locis declarat, aperte autem in X Philipp. *Quod Panſa Coſ. verba fecit de litteris:* & quæ ſequuntur. *Victorius.* Inſcriptionem ſubjecimus notis Manutianis. *Ad Kalend. Mart.*] Al. *ad* X *Kalend. Mart.* al. *A. D. ex* X *Kalend. Mart.* Corrad.

Neve quid conjunctim de ea re referretur] Prim. meus, *neve quid junctum de ea re referretur.* ſic in ſeq. epiſtola Peck. *neu quid conjunctum referretur*, pro vulgato *conjunctim.* recte. quamvis & vulgata tolerari poſſit, ſed illa præſtat lectio. *Grævius.*

Per dies comitiales] Qui erant poſt Quirinalia. hoc eſt XII Kalend. Mart. per quos lege Pupia haberi Senatus non poterat. *Corrad.*

Sex adducere liceret] Prim. Græv. *ſes adducere liceret.* unde videtur ſtabiliri correctio Manutii, qui legendum cenſuit, *eos adducere liceret.*

Ad plebemve referri opus eſſ.] Al. *plebem vel at.* ut omnino legendum ſit, ut eſt in Probo, *plebemve lato.* *Opus eſſet*] Poſt hoc SC. prid. Kalend. Octob. factum. *Corradus.*

Ut Ser. Sulpitius] Reſcripſi ex meo primo, *uti Serv. Sulpicius.* Græv.

Quibus eorum videretur] Fortaſſe videndum ſit, an ex Probi notis legi oporteat, *quod eis.* Corrad.

S. C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

populum, plebemve ferrent: quod ii non tuliſſent, uti, quicunque deinceps eſſent, ad populum plebemve ferrent. I. V. *Prid. Kalend. Octob. in aede Apollinis, ſcrib. affuerunt, L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pom. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcell. Cos. V. F. de provinciis, D. E. R. I. C. ſenatum exiſtimare, neminem eorum, qui poteſtatem habent intercedendi impediendi, moram afferre oportere, quo minus de R. P. Q. R. ad ſenatum referri, ſenatique conſultum fieri poſſit. qui impedierit, prohibuerit, eum ſenatum exiſtimare contra rempubl. feciſſe. Si quis huic ſenatuſconſulto interceſſerit, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad ſenatum, populumque referri.* Huic ſenatuſconſulto interceſſit C. Coelius, L. Vinicius, P. Cor-

S. C. *A. Pridie Kal. Oct. in æde*] Mediceus codex cum ſupra nihil ab impreſſis hac parte diſcreparit, hic ab illis diverſus eſt: neque enim habet tres illas priores litteras, ſed earum loco I. V. ſic enim in eo ſcriptum eſt, I. V. PRID. KAL. OCT. quam rem explicare, ut verum fatear, non poſſum. *Victor.* Secutus Mediceum eſt Manut. ſed Gebhard. editio, L. V. in Grævii primo, I. II. PR. KL. Oct. *Quo minus de Po. Ro. quam primum ad ſenatum referri*] Ita in Mediceo ſcriptum eſt, *quo minus de Rep. Q. P. ad Senatum referri.* Hoc autem adnotavi non quod in impreſſis ullum mendum ſit, ſed ut notæ illæ ex hoc loco percipiantur: nam majorem partem hujuſmodi notis in S. Conſultis, & hujuſmodi rebus uſos fuiſſe veteres, certum eſt. *Victorius.* *Quam primum*] Q. P. quæ litteræ apud Frontinum ſignificant, quid placeret. *Corrad.* In codice Grævii hæ notæ rectius exprimuntur de R. P. Q. P. *Quo minus de republica ad ſenatum referri, ſenatique conſultum fieri*] Ita Victorius, Vaticani, ac Peckio excerpta. Vulgo interjiciunt poſt de repub. *quam primum.* & *ſenatuſque conſultum.* Gebhardus. Sed valde negligenter legit animadverſiones Victorii, qui *quam primum* nec delevit, nec delendum cenſuit, ſed pro eo notas, quas in codice Mediceo repererat, & Peckii etiam ac Grævii codd. præ ſe ferunt, ſubſtituit.

Qui impedierit, prohibuerit] *Prohibuerit*, quod deſiderabatur, immiſi ſuo loco ex Vaticano ac Peck. & Victor. editione. *Gebhardus.* His adſtipulatur primus Grævii.

Auctoritatem perſcribi] Vid. ſup. ad lib. 1, ep. 2.

De ea re ad ſenatum populumque referri] Mediceus liber, *de ea re publica adhuc ordinem referri.* arbitror legendum, *de ea re ad hunc ordinem referri.* Victor. Omnes libri veteres habent, *ad hunc ordinem referri:* quo modo P. Victorius edidit: & ego ſic etiam olim edi juſſeram. *Lambin.* Primus tamen Grævii, *ad ſenatum populumque referre.*

L. Vicinius] *Vinicius* ſcribendum: quod eſt nomen familiæ in veteribus monumentis frequens. *Vicinia* autem gens apud ſcriptores, quod ſciam, non reperitur. *Urſinus.*

Vibius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

P. Cornelius, C. Vibius Panſa. *Item ſenatui placere, de militibus, qui in exercitu* C. *Caeſaris ſunt: qui eorum ſtipendia emerita aut cauſſas, quibus de cauſſis miſſi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, ut eorum ratio habeatur, cauſſaeque cognoſcantur. Si quis huic S. C. interceſſerit, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad ſenatum, populumque referri.* Huic S. C. interceſſit C. Coelius, C. Panſa, tribuni pleb. *Itemque ſenatui placere, in* Ciliciam *provinciam, in octo reliquas provincias, quas praetorii pro praetore obtinerent, eos, qui praetores fuerunt, neque in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in provincias pro praetore mitti oporteret, eos ſortito in provincias mitti placere. ſi ex eo numero, quos ex S. C. in provincias ire oporteret, ad numerum non eſſent, qui in eas provincias proficiſcerentur: tum uti quodque collegium primum praetorum fuiſſet, neque in provincias profecti eſſent, ita ſorte in provincias proficiſcerentur. ſi ii ad numerum non eſſent, tunc deinceps proximi cujuſque collegii, qui praetores fuiſſent, neque in provincias profecti eſſent, in ſortem conjicerentur, quoad is numerus effectus eſſet, quem ad numerum in provincias mitti oporteret. Si quis huic S. C. interceſſiſſet, auctoritas perſcriberetur.* Huic ſenatuſconſulto interceſſit C. Coelius, C. Panſa, tribuni pleb. Illa praeterea Cn. Pompeii ſunt animadverſa, quae maxime confidentiam attulerunt hominibus, ut diceret, ſe ante Kalend. Mart. non poſſe ſine injuria de provinciis Caeſaris ſtatuere, poſt Kal. Mart.

Vibius Panſa] Sic ex vett. libris & hiſtoria legi debet, non *Julius Panſa*. Corrad.

Stipendia emerita] Emeriti milites. *Idem*.

Cauſſas] Cauſarii milites. *Idem*.

Cauſſæque cognoſcantur] Proprie *cauſſas noſcere* & *cognoſcere* dicebantur magiſtratus populi Romani in dilectu, ſcilicet illorum, qui ſe a militia immunes eſſe dicerent: tum enim accipiebant nomina illorum, qui juſtam vacationis cauſſam proferrent: qui non juſtam, eos cogebant nomina dare. Sic & eorum, qui militantes miſſionem honeſtam aut cauſſariam habebant *cauſſæ cognoſcebantur*. Gronov. de Pec. vet. lib. III, cap. 3. quem vide.

Et de ea re ad ſenatum, populumque referri] Hic Græv. codex legit, *& de ea rep. ad hunc ordinem referri*. idem ſtatim cum Victorio, *Huic ſenato C.* pro vulgato, *huic ſenatus Conſulto*.

Quos ex SC. in provincias ire oporteret] Prim. Græv. *quos in provincias iri oporreret*. nec male, ſi *ire* legas. mox pro *proficiſcerentur* Victorius, *profecti eſſent*.

Quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus] Illum male animatum eſſe in Cæſarem.

An

…:. ſe dubitaturum. Cum interrogaretur, ſi qui tum in-…derent: dixit, hoc nihil intereſſe, utrum C. Caeſar ſe-…i dicto audiens futurus non eſſet, an pararet qui ſenatum …rnere non pateretur. Quid ſi, inquit alius, & conſul … & exercitum habere volet? At ille, quam clementer: …d ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet? His voci-… ut exiſtimarent homines Pompeio cum Caeſare eſſe ne-…um, effecit. Itaque jam, ut video, alteramutram ad con-…nem deſcendere vult Caeſar, ut aut maneat, neque hoc …ſui ratio habeatur: aut, ſi deſignari poterit, decedat. …io ſe contra eum totum parat. quid aſſequi poſſit neſcio. …d video, bene ſentientem, etſi nihil effecerit, cadere non …e. Me tractat liberaliter Curio, & mihi ſuo munere ne-…um impoſuit. Nam ſi mihi non dediſſet eas quae ad lu-…ei advectae erant Africanae, potuit ſuperſederi. Nunc, …m dare neceſſe eſt, velim tibi curae ſit, quod a te ſemper …, ut aliquid iſtinc beſtiarum habeamus. Sittianamque …grapham tibi commendo. Libertum Philonem iſtuc mi-… Diogenem Graecum, quibus mandata & litteras ad te …. eos tibi & rem de qua miſi, velim curae habeas. nam …m vehementer ad me pertineat, in iis quas tibi illi red-…t litteris deſcripſi.

EPI-

…n pararet] Hoc eſt, ſubornaret …num plebis qui intercederet Se…ſconſulto.

…uam clementer] Id eſt, valde leni… minime iracunde.

…t aut maneat] In provincia.

…eque hoc anno ſui ratio habeatur] Non …ndidatorum numerum abſens re…tur, aut abſens Conſul deſignetur …d ei lex dabat.

…ntra eum totum parat] Contra Cæ…n, ſimulans. Nam paullo poſt *…fugit ad populum, & pro Cæſare lo…cœpit*, epiſt. 6 hujus libri, quæ poſt hanc poni debuit. *Corradus.*

Bene ſentientem] Senatus & optimatum partes tuentem.

Negotium impoſuit] Quaſi onus impoſuit.

Ad ludos] Lib. II, ep. 3. *Corrad.*

Potuit ſuperſederi] A meis ludis dandis.

Nunc, quum dare neceſſe eſt] Ludos. *Corrad.*

Beſtiarum] Pantherarum, ep. 9.

Quam vehementer ad me pertineat] Erat enim ex ea ſyngrapha exigenda pecunia. Vid. ep. 4 & ſeq.

Mirrum]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA IX.

Argumentum.

Gloriatur aedilem ſe deſignatum, Hirrum repulſum: de rep. nihil actum ſignificat: pantheras petit: Feridium commendat: addit de Pompeii ac Scipionis in Caeſarem animo: diſertum in ſua defenſione Calidium, in accuſatione frigidum appellat. Tota praeter Feridii commendationem, quae ab officio proficiſcitur, negotialis eſt epiſtola.

COELIVS CICERONI S.

SIc tu, inquis, Hirrum tractaſti? Immo, ſi ſcias, quam facile, quam ne contentionis quidem minimum fuerit, pudeat te, auſum illum unquam eſſe incedere tanquam tuum competitorem. Poſt repulſam vero riſus facit, civem bonum ludit, & contra Caeſarem ſententias dicit: exſpectationem corripit: Curionem prorſus non mediocriter objurgat, ac repulſa ſe mutavit. Praeterea qui nunquam in foro apparuerit, non multum in judiciis verſatus ſit, agit cauſſas

H*Irrum*] Hirrus Lucceiæ gentis cognomen, ep. 8.

Quam ne contentionis quidem minimæ fuerit] Lambin. conjicit, *quam ne contentionis quidem minimæ res fuerit*. Sed optime meus primus, *quam ne contentionis minimum fuerit*. Græv.

Tanquam tuum competitorem] Auguratus, ep. 4.

Civem bonum ludit] Hoc eſt, ſimulat ac præ ſe fert ſe bonum civem eſſe.

Contra Cæſarem ſententias dicit] De mittendo Cæſari ſucceſſore, ep. 8.

Expectationem corripit] Hoc eſt, eorum patientiam, quod tam diu ferant Cæſarem in Galliis dominantem, & legibus inſultantem.

Curionem prorſus non mediocriter objurgatus, hac repulſa ſe mutavit] Mediceus liber, *Curionem prorſus Curionem non mediocriter objurgatus hac repulſa ſe mutavit.* Quare non aſſentior illis, qui voce hac *objurgatus* offenſi, cenſent aliter legendum eſſe: nulla enim illius lectionis in antiquis codicibus veſtigia invenio, *Victorius.* P. Manutius conjecit eſſe legendum, *Curionem prorſus non mediocriter objurgat. ſcilicet hac repulſa*, cui difficile fuit non aſſentiri. Verumtamen non diſplicet mihi Paſſeratii conjectura *non mediocriter objurgat. is hac repulſa*. Lambin. Omnes vero codices antiquos in *objurgatus* conſentire, quod Paullus affirmat, falſum eſt. Nam meus ille optimus ſic legit, *expectationem corripit Curionem. Prorſus Curionem non mediocriter objurgat, ac repulſa ſe mutavit.* quam ſcripturam non potui non probare. Cogitabam alioquin: *Curionem prorſus non mediocriter*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſa liberalis. ſed raro poſt meridiem. De provinciis
dibi ſcripſeram idibus Sextil. actum iri, interpellat ju-
Marcelli, conſulis deſignati. In Kalend. rejecta
e frequentiam quidem efficere potuerunt. Has litteras
Non. Septembr. dedi, cum ad eam diem ne profli-
quidem quidquam erat. Vt video cauſſa haec inte-
roximum annum transferetur: &, quantum divino,
endus tibi erit qui provinciam obtineat. Nam non
tur ſucceſſio, quum Galliae, quae habent interceſ-
, in eandem conditionem quam ceterae provinciae
tur. Hoc mihi non eſt dubium. quo tibi magis ſcri-
pſi,

rgat, ſic hac repulſa ſe mutavit. m autem ideo corripit, quod Cæſaris partes tranſierit. *Græv.*

cauſſam liberaliter] Vetuſti codi- *leis* pro *liberaliter*. Si igitur *li-* accuſandi caſu intelligas, egere oportebit, ut numeros, vel contra facere. Non eſt ontemnenda hæc lectio: quæ *auſſa liberaleis* notiſſimum eſt. am pro Flacco: *Atque huic per tres equites R. honeſti & gra- in cauſſa liberali eum qui aſſereba- natum ſuum eſſe diceret, non cre-*. Victorius. Primus meus, *ſam liberalis*. ſed alius vetus co- uem Lambinus inſpexit, ut vo- ictorius, *cauſſas liberales*. *Libe-* o eſt *liberales*, ut ſuperius *litis*, *omnis* pro *omnes*. Peſſime hunc interpretatur Manutius. *Libe- ſſa* eſt, qua quis, qui pro ſer-, in libertatem vindicabatur ju- quod vocant Plautus & Terent. *cauſſa aſſerere manu*. Pantagathus *agit cauſſas liberalius*. perperam. *s*.

d tibi ſcripſeram] Epiſt. 4 hujus *Corradus*.

celli Cos. deſ.] Cum L. Paullo. *Id.*

l. rejectum ne frequentiam quidem potuerant] Ita Victorii editio & ni excerpta. Peck. quoque ex- nt τὸ *cauſſa*. nam edebatur *reje- cta cauſſa eſt. ne freq.* Gebhard. Meus primus, *in Kl. rejecta eſt. ne frequentiam quidem efficere potuerant.* optime meo judicio Mediolanenſis liber, *in Kl. rejecta res eſt*. Vera lectio eſt, *in Kl. rejecta re ne frequentiam quidem efficere potuerunt*. hoc eſt, quamvis res fuerit dilata in Kalendas, non tot tamen patres præſto fuerunt Kalendis, ut poſſet fieri Senatuſconſultum. *Grævius.*

Ne frequentiam quidem efficere potuerunt] Ut legitimo Senatorum numero SC. fieri poſſet, lib. 1, ep. 9.

Ne profligatum quidem quicquam erat] Hoc eſt, nihil profectum, promotum in hoc negotio de provinciis. Front. II Stratagem. exemplo 20, *quo genere cum profligari nihil videret*. Juſtin. XX, 4. *In juventute quantum profligatum ſit*. Senec. de Beata vita lib. 1, cap. 1. *Intellecturi in ipſo itinere, ſi modo rectum erit, quantum quotidie profligetur, quantoque propius ab eo ſimus ad quod nos cupiditas naturalis impellit.* Vid. Manut. h. l. & Lipſ. ad II Hiſt. Tac. not. 21. Hanc autem lectionem Vatic. Peck. Græv. & Vict. ed. afferunt: vulgo, *ne promulgatum quidem quicquam eſſet*.

Quæ habent interceſſorem] Cum ſit tribunus plebis, qui interceſſurus ſit, & impediturus ne Cæſari Galliæ præfecto ſuccedatur.

Quo tibi magis ſcripſi] Forte, *quod tibi eo magis ſcripſi*. Lambin.

Multis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

pſi, ut ad hunc eventum te parares. Fere litteris omnibus tibi de pantheris ſcripſi. turpe tibi erit, Patiſchum Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis partibus pluris, quas ipſas Curio mihi, & alias Africanas decem donavit: ne putes illum tantum praedia ruſtica dare ſcire. Tu, ſi modo memoria teneres, & Cybiratas arceſſieris, itemque in Pamphyliam litteras miſeris (nam ibi plures capi ajunt,) quod voles efficies. Hoc vehementius laboro nunc, quod ſeorſum a collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi hoc curae. Soles libenter, ut ego, majorem partem nihil curare. In hoc negotio nulla tua, niſi loquendi, cura eſt, hoc eſt, imperandi & mandandi. Nam ſimulatque erunt captae, qui alant eas & deportent, habes eos quos ad Sittianam ſyngrapham miſi. Puto etiam, ſi ullam ſpem mihi litteris oſtenderis, me iſto miſſurum alios. Marcum Feridium, equitem Romanum, amici mei filium, bonum & ſtrenuum adoleſcentem, qui ad ſuum negotium iſtuc venit,

Multis partibus pluris] Hoc eſt, longe plures. vid. ſup. ad lib. 1, ep. 2.

Tu ſi modo memoria teneres] Leg. *tenueris*. Lamb.

A collega] M. Octavio. *Corradus.*

Amabo te, impera tibi: hoc cura. Soles libenter, ut ego, majorem partem nihil curare] Placeret *Impera tibi hoc curæ:* atque ita eſt in codice MS. *F. Urſinus.* Aliter diſtinguit meus primus, *Amabo te, impera tibi hoc. Curare ſoles libenter, ut ego majorem partem nihil curare.* Sed hæc non videntur cohærere bene cum ſequentibus. Itaque conjiciebam legendum eſſe, *amabo te, impera tibi hanc curam. Soles libenter, ut ego, majorem partem nihil curare.* Sic ſuſpicabar: ſed poſtea Peckiani libri excerpta veram lectionem mihi oſtenderunt, quam & expreſſi, *amabo te impera tibi hoc curæ. ſoles libenter*, & reliqua. Sed & ſic in cod. antiquo MS. ſe repetiſſe F. Urſin. teſtatur & probat. *Græv.*

Majorem partem] Ex majore parte. vid. Manut.

Hoc eſt imperandi & mandandi] Primus meus, *imperandi & amandi.* leg. *imperandi & amandandi*, ſc. venatores ad pantheras capiendas. In ſequentibus verbis, *puto etiam ſi ullam ſpem* deſinit meus ille præſtantiſſimus & fidiſſimus codex, qui bonitate nulli eorum cedit, quos docti viri excuſſerunt, immo omnibus, excepto Mediceo, melior eſt. Ejus ope ſane quam multa in his octo libris prioribus ſint emendata aut, quæ dubia habebantur, confirmata eruditi facile cognoſcent. *Grævius.*

M. Fetidium] *Fuſidium* habet antiquus liber, notum Romanæ familiæ nomen a *Fuſiis* ductum; cum *Fetidia* nuſquam inveniatur. *Urſinus.* *M. Feridium*] Ita Pall. (nam hic redeunt meliores a turbis ſuis) Vatican. Peck. prima editio *Feridum:* Victorius *Federium.* vulgo *Fetidium.* Gebhardus.

Qui ad ſuum negotium iſtuc venit] Qui habet negotia quædam ibi expedienda.

Quos

nit, tibi commendo, & te rogo ut eum in tuorum numero habeas. Agros quos fructuarios habent civitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile & honeſtum factu eſt, immunes eſſe. gratos & bonos viros tibi obligaris. Nolo te putare Favonium a columnariis praeteritum eſſe: optimus quiſque eum non fecit. Pompeius tuus aperte Caeſarem & provinciam tenere cum exercitu, & conſulem eſſe. tamen hanc ſententiam dixit, nullum hoc tempore ſenatuſconſultum faciendum. Scipio hanc, ut Kalend. Martiis de provinciis Galliis, neu quid conjunctim referretur. Contriſtavit haec ſententia Balbum Cornelium: & ſcio eum queſtum eſſe cum Scipione. Canidius in defenſione ſua fuit diſertiſſimus, in accuſatione ſatis frigidus.

EPI-

Quos fructuarios habent civitates] In vetuſtis codicibus legitur *habet*, quod ſuſpicionem mihi auget: nam de mendo ob alias cauſſas valde timeo. Quidam legunt *Cybiratæ*, quod diligentius conſiderandum eſt. Eſt autem in VI ad Atticum locus huic valde ſimilis & affinis, de quo non minus male exiſtimo. *Nam Cœlius libertum ad me miſit & litteras accurate ſcriptas, & de pantheris: ſed a civitatibus reſcripſi*, &c. Videtur enim & illic nonnihil ineſſe mendi. Tota res accuratius animadvertenda: nihil adhuc certi habeo quod aſſeram. *Victor.* Pantagathus, *agros quos fructuarios habet Cybiratis.* Urſinus.

Nolo te putare Favonium a Columnariis præteritum] *Faonium* ſcribendum videtur ex auctoritate veteris lapidis, cujus exemplum ſubjeci: & quidem recte ſi a φαώων nomine, hoc nomen deductum eſt:

FAONIO. PATERNO. EX. EVOCAT. QVI. SE. PROBAVIT. AN. XV. MILITAVIT. COH. XI. VRB. ANN. XIII. PANT. LEG. X. GEM. VIXIT ANN. LVIII. M. VNO. DIES. XIIII. &c. *Urſinus.* *Columnariis*] De hoc loco in Quæſtura diximus. *Corradus.* *Nolo te putare Favonium a Columnariis præteritum*] Huic lectioni patrocinatur Victorius & Vaticanus, quanquam tres Pall. *præteritum*, non *perterritum*. Pall. prim. quint. *Favilum*: quartus *Frivolum*. Gebhardus.

Optimus quiſque enim non fecit] Vetus liber *nihili fecit*: quod placet. *Urſinus.* *Optimus quiſque eum non fecit*] Quis damnet hanc lectionem amplius a tribus Pall. invectam, & editioni Victorianæ uſurpatam? tamen vulgo fecerunt, quia veterum codicum lectio non conveniebat palato eorum, *eum nihili fecit*. Gebhardus.

Pompeius tuus aperte, Cæſarem vetat provinciam tenere c. e. & conſulem eſſe] Melius (ut videtur) hic locus legitur in manuſcripto, *Pompeius tuus moleſte fert Cæſarem & provinciam tenere cum exercitu & conſulatum petiturum eſſe.* Urſinus. *Pompeius tuus aperte Cæſarem & provinciam tenere cum exercitu & conſulem eſſe*] Tutiſſima via ivimus, & hanc lectionem ex Victorii editione & Vaticano excerpſimus. Pall. tamen primus, quintus, Peckio excerpta, *& conſul ipſe tamen*: quartus vero, *& conſul ipſe tanquam hanc ſententiam.* vulgatum tamen eſt, *Pompeius tuus aperte Cæſarem vetat provinciam tenere cum exercitu & conſulem eſſe.* Gebhardus.

Canidius] Leg. *Calidius* Lamb. ep. 4 hujus libri.

In accuſatione ſatis frigidus] More ſuo. Lege librum de Claris oratoribus. *Corr.*

EPISTOLA X.

ARGVMENTVM.

Quid C. Caſſius, quid rex Deiotarus de Parthorum tranſitu ſcripſerint, qui ex eo ſermones excitati, quae de Caſſio ſuſpicio, ſignificat. Subjungit de repub. quae putet actum iri anno ſequenti. Concludit epiſtolam officio ſuo; cum ſe praeſtaturum promittat, ne quid ei temporis in provinciali munere prorogetur.

COELIVS CICERONI S.

SAne quam litteris C. Caſſii & Deiotari ſumus commoti. Nam Caſſius cis Euphraten copias Parthorum eſſe ſcripſit: Deiotarus, profectas per Commagenen in provinciam noſtram. Ego quidem praecipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui ſcirem quam paratus ab exercitu eſſes, nequod hic tumultus dignitati tuae periculum afferret. Nam de vita, ſi paratior ab exercitu eſſes, timuiſſem. nunc haec exiguitas copiarum, receſſum, non dimicationem mihi tuam praeſagiebat. Hoc quomodo acciperent homines, quam probabilis neceſſitas futura eſſet vereor etiam nunc: neque prius deſinam formidare, quam tetigiſſe te Italiam au-

SAne quam litteris C. Caſſii] Hic quæſtor, interfecto M. Craſſo, reliquias legionum conſervavit, & Syriam in Pop. Rom. poteſtate retinuit, & poſtea proquæſtor has litteras ſcripſit. Hic etiam poſtea in Cæſarem conjuravit. *Corradus.*

Deiotari] Regis Armeniæ minoris, pro quo extat Ciceronis oratio. *Idem.*

Cis Euphraten] Terminus erat Euphrates imperii Romani. *Euphraten* vero extat in primo Palat. & Amſtelod. pro vulgat. *Euphratem.*

Per Comagenen] Commagena pars Syriæ inter Meſopotamiam, Ciliciam & Armeniam.

Quam paratus ab exercitu eſſes] Vel legendum *imparatus*, vel hoc *paratus* accipiendum εἰρωνικῶς. Lambin. *Quam paratus ab exercitu eſſes* eſt, quam paucas & infirmas habeas copias, quas Parthis opponas. Vid. Manut.

Si paratior ab exercitu eſſes] Non enim acie confligunt, qui ſunt ab exercitu imparati, itaque vitam in diſcrimen non adducunt.

Receſſum] *Retirade*, Gallis.

Quam probabilis neceſſitas futura eſſet] an probaturus ſis hominibus, ut credere poſſint te compulſum neceſſitate receſſiſſe, te copias habuiſſe tam exiguas ut Parthis reſiſtere non potueris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ero. Sed de Parthorum tranſitu nuntii varios ſermones arunt. Alius enim Pompeium mittendum, alius ab Pompeium non removendum, alius Caeſarem cum exercitu, alius conſules: nemo tamen ex ſenatuſcon- privatos. Conſules autem, quia verentur ne illud ſe- ſconſultum fiat, ut paludati exeant, aut contumelioſe ter eos ad alium res transferatur, omnino ſenatum ha- nolunt: uſque eo ut parum diligentes in rep. videan- ſed honeſte, ſive negligentia, ſive inertia eſt, ſive ille, m propoſui, metus latet ſub hac temperantiae exiſti- ione, nolle provinciam. A te litterae non venerunt: &, Deiotari ſubſecutae eſſent, in eam opinionem Caſſius erat, quae diripuiſſet ipſe, ut viderentur ab hoſte vaſta- finxiſſe bellum, & Arabas in provinciam immiſiſſe, eoſ- Parthos eſſe, ſenatui renuntiaſſe. Quare tibi ſuadeo, cunque eſt iſtic ſtatus rerum, diligenter & caute per- bas, ne aut velificatus alicui dicaris: aut aliquid, quod rret ſcire, reticuiſſe. Nunc exitus eſt anni. nam ego has eras a. d. XIIII Kal. Decemb. ſcripſi. Plane nihil video e Kalend. Ianuar. agi poſſe. Noſti Marcellum, quam lus & parum efficax ſit, itemque Servium, quam cun- ctator.

t paludati exeant] Ut ad bellum antur. Imperatores, eo die quo ellum profecturi erant, in Capi- induebant *paludamentum*, ſacriſ- factis & votis nuncupatis *paludati* rbe exibant, & in Campo Martio iſtebant, donec omnia ad iter eſ- parata. *Paludamentum* autem erat mys imperatoria coccinea, limbo pureo prætexta. Vid. Ruben. de veſt. I, 5.

ive negligentia, ſive inertia eſt] Ne- *entia* voluntatis eſt, *inertia* etiam itiæ, lib. XII, ep. 20.

Ne aut bellificatus alicui dicaris] Ita na editio, Pall. prim. quart. Pec- nus. at quint. *belificatus*. *Bellificari*, *ratificari* dictum. alias *velificatus*: od quomodo huc pertineat, non excogito. *Gebhardus*. *Ne aut velifica- tus alicui dicaris*] Mirum Gebhardum recepiſſe, quod in nonnullis extat co- dicibus, *bellificatus*, addens ineptiſſi- mam rationem, ſe non poſſe excogi- tare, quomodo *velificatus* huc perti- neat. quaſi ſit vel paullo humanior, qui ignoret *velificari* Latinis eſſe grati- ficari, aſſentari, aſſentando gratiam aucupari. Florus lib. I, 9. *Brutus vero favori civium etiam domus ſuæ clade & parricidio velificatus eſt*. Cic. or. in Rul- lum, *Si quis veſtrum ſpe ducitur, ſe poſſe turbulenta ratione honori velificari ſuo*. Sic hoc loco monet Ciceronem Cœlius ut quomodo ſe res habeant ibi, accurate perſcribat, nihilque gratiæ det, ne vi- deatur ambitioſe Caſſio aſſentari. *Gra- vius*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ctator. Cujuſmodi putas hos eſſe? aut qui id, quod nolint conficere poſſe, qui quae cupiunt, tamen ita frigide agun ut nolle exiſtimentur? Novis magiſtratibus autem, ſi Parthicum bellum erit, haec cauſſa primos menſes occupabit Sin autem non erit iſtic bellum, aut tantum erit, ut vos au ſucceſſores parvis additis copiis ſuſtinere poſſint: Curionem video ſe dupliciter jactaturum, primum, ut aliquid Caeſar adimat: inde ut aliquid Pompeio tribuat, quidvis, quamlibet tenue munuſculum. Paullus porro non humane de provincia loquitur. hujus cupiditati occurſurus eſt Furnius noſter. pluris ſuſpicari non poſſum. Haec novi. alia, quae poſſunt accidere, non cerno. multa tempus afferre & praeparata multa ſcio. ſed intra fines hos, quaecunque acciderint, vertentur. Illud addo ad actiones C. Curionis, de agro Campano: de quo negant Caeſarem laborare, ſed Pompeium valde nolle, ne vacuus advenienti Caeſari pateat. Quod ad tuum deceſſum attinet, illud tibi non poſſum polliceri, me curaturum ut tibi ſuccedatur. illud certe praeſtabo, ne amplius prorogetur. Tui conſilii eſt, ſi tempus, ſi ſenatus coget, ſi honeſte a nobis recuſari non poterit, veliſne perſeverare: mei officii eſt meminiſſe, qua obteſtatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.

EPI-

Aut tantum erit] *Tantum* hoc loco refertur ad parvitatem, ut lib. I, ep. 7. & VII, ep. 31. & l. XV, ep. 14. & l. XII ad Att. ep. 29. Cæſar VI de bell. Gall. & III de bell. Civ.

Dupliciter ſe jactaturum] Venditaturum operam ſuam optimatibus gratiæ captandæ cauſſa. *Jactare ſe* dicuntur qui alios ſtudent demereri, & cum ambitione quadam ſtudia ſua oſtentant. Juven.

Ipſe lacernatæ cum ſe jactaret amicæ.

Paullus] Cos. deſignatus. *Corradus.*

Occurſurus eſt Furnius] Quia tribunus plebis eſſet deſignatus, lib. V ad Att. ep. 18.

De agro Campano] Dividendo, lib. I, ep. 9. & XX, ep. 20.

Ne vacuus advenienti Cæſari pateat] Ne Cæſar eum dividat, cum redierit.

Tua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XI.

ARGVMENTVM.

um Cicero, litteris ad ſenatum miſſis, ſupplicationes pro re in [...]no monte bene geſta poſtulaſſet; C. Curio, tribunus pleb. Cice[...] cupidiſſimus, iratus ſenatui, quod ei poteſtas agendi cum populo [...]etur, fieri ſenatuſconſultum de ſupplicationibus non patieba[...]. poſtremo ventum eſt ad pactionem, permittente Curione ſena[...]nſultum fieri; modo nullae praeterea in reliquum annum ſup[...]iones eriperentur. qua tota de re, & de cujuſque ſententia ac [...]tate diligenter Coelius perſcribit. De rep. narrat contentiones [...] Pompeium & Curionem de ſucceſſore Caeſari mittendo. Mit[...]mmentarium rerum urbanarum. Sittianum negotium com[...]lat.

COELIVS CICERONI S.

[N]On diu, ſed acriter nos tuae ſupplicationes torſerunt. [...] incideramus enim in difficilem nodum. Nam Curio [...]upidiſſimus, cui omnibus rationibus comitiales eripie[...]ur, negabat ſe ullo modo pati poſſe decerni ſupplica[...]es, ne quod furore Paulli adeptus eſſet boni, ſua culpa [...]retur amiſiſſe, & praevaricator cauſſae publicae exiſti[...]etur. Itaque ad pactionem deſcendimus: & confirma[...] conſules, ſe his ſupplicationibus in hunc annum non uſuros.

[T]*[...]æ ſupplicationes*] De rebus in Cili[...]ia geſtis. *Corrad.*

[...]i omnibus rationibus Comitiales eripie[...]r] Qui auſpiciis impediebatur [...]s quibus Comitia habebantur, [...] cum populo de tuis ſupplicatio[...]s. Poterant enim magiſtratus de [...] ſervare & obnuntiare, hoc eſt, [...]iſtum quid viſum eſſe, aut audi[...] ſignificare, qua ratione dies ille [...]tialis irritus reddebatur. vide ſup, [...]b. 1, ep. 2 & 3.

[...]e quod furore Paulli adeptus eſſet boni] Ita Pall. quartus, quint. Vaticani & Peckio excerpta. nec diſplicet Lambini & Palat. primi lectio *ne quod furore Paulli ademptum eſſet boni:* [& ſic Amſtelod.] quia paullulum ſecedebant a vulgata, *ne, ſi quid furore Patulli ademptum eſſe boni*. Gebhardus. De ſenſu hujus loci vide Manut.

Se his ſupplicationibus in hunc annum non uſuros] Se nulli alii Imperatori, præterquam Ciceroni ſupplicationes decreturos.

uſuros. Plane quod utriſque conſulibus gratias agas eſt: Paullo magis certe. Nam Marcellus ſic reſpondit ei, ſpem in iſtis ſupplicationibus non habere: Paullus, ſe omnino in hunc annum non edicturum. Renuntiatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum: prendimus eum. non modo non fecit, ſed, cum de hoſtibus ageretur, & poſſet rem impedire, ſi ut numeraretur poſtularet, tacuit. Tantum Catoni aſſen-

Marcellus ſic reſpondit ei, ſpem in iſtis ſupplicationibus non habere] Scribe, *Marcellus ſic reſpondit, ſe ſpem in iſtis ſupplicationibus non habere.* Reſpondit iis ſcilicet, qui ad pactionem deſcenderant. *Grævius.*

Non edicturum] Nullas ſupplicationes edicto publicaturum ſeu indicturum, toto hoc anno quamvis decretæ eſſent.

Prendimus eum] Illum rogavimus, obteſtati ſumus.

Sed cum de hoſtibus ageretur, & poſſ. rem imped. ſi ut numeraretur &c.] Nos, *de hoſtiis* ſcripſimus cum vetuſtis codicibus. Quamvis autem ratio ipſa, & priſcorum exemplariorum auctoritas ſic legendum eſſe perſuadeant, non tamen (ut verum fateamur) morem hunc *numerandi hoſtias* penitus cognitum habemus, nec tamen ob id ſinceram (ut putamus) lectionem contempſimus: nam quandoque ſperamus inveniri poſſe hanc conſuetudinem numerandi hoſtias: apud Græcos maxime Romanarum hiſtoriarum auctores, qui cum externis gentibus ſcriberent, quæ Romanos ritus ignorabant, diligentius minutiuſque hæc pertractarunt, quæ Latini ſcriptores ut paſſim vulgoque nota præteribant. Eſt autem idem error cum de eadem re ageret, in epiſtola ad Quintum Fratrem, *Interim ipſo decimo die, quo ipſum oportebat hoſtiarum numerum, & militum renunciare*, &c. Sic enim etiam eo loco habent antiquiores codices non *hoſtium.* Quomodo enim poterat hoſtium numerum qui triumphum poſtulabat, renuntiare, qui aut diſſipati & deleti eſſent, aut ſi manerent, fere in remotiſſimis regionibus verſarentur? Quod ſi de cæſis intelligas, oportebat enim definitum quendam numerum uno prœlio cecidiſſe: cum multo ante interfecti eſſent, quomodo tunc poterant numerari? aut quis rem quæ non præſens ſit & adſit numerat? Multa ſunt, ne omnia recenſeamus, quæ lectionem illam vulgatam coarguunt: eſt enim omnino inepta & nova: ſed potius operam demus ut morem hunc, & ritum hoſtiarum numerum renunciandi in poſtulatione triumphi inveſtigemus: tunc enim nihil ſcrupuli reſtabit. Non recte autem facere mihi videntur, qui ea, quæ non aſſequuntur ſuo ingenio, ſtatim delent: exiſtimare enim debent eſſe alios peritiores & diligentiores, multaque præterea quæ abdita adhuc ſunt, cum novi quotidie Græci maxime auctores e tenebris eruantur, in lucem propediem eſſe proditura. *Victorius.* Amſtelodam. etiam liber *de hoſtiis* ſcribit. *Et poſſet rem impedire, ſi ut num. poſt.*] Ad Atticum 393. de hoc ipſo negotio agitur, & de Hirri voce, qui & ipſe affirmabat in poteſtate ſua fuiſſe, ſi voluiſſet impedire, cujus voluntas mirifice Ciceroni grata fuit: & cum videret incipere illum ſibi placari, ſtudioſius ei operam dedit, ſi poſſet illius gratiam diligentia amicorum ſibi reconciliare. In Mediceo nulla varietas eſt. quod alii excogitarunt legi debere *numerus daretur* non reprehendo, nec magnopere laudo: tota res melius

…us eſt, qui de te locutus honorifice, non decrerat ſup-…iones. Tertius ad hos Favonius acceſſit. Quare pro …que natura, & inſtituto, gratiae ſunt agendae: his, … tantum voluntatem oſtenderunt; pro ſententia, cum …dire poſſent, non pugnarunt: Curioni vero, quod de …m actionum curſu tua cauſſa deflexit. Nam Furnius & …ulus, ut debuerunt, quaſi eorum res eſſet, una nobiſ-… circumierunt & laborarunt. Balbi quoque Cornelii …m & ſedulitatem laudare poſſum. Nam cum Curione …menter locutus eſt: & eum, ſi aliter feciſſet, injuriam …ri facturum dixit: tum ejus fidem in ſuſpicionem ad-…. Decrerant quidem, qui neque tranſigi volebant, …itii, Scipiones, quibus hac re ad interceſſionem avocan-

…rciperetur, ſi mos ille nume-… hoſtias cognitus eſſet, de quo … ad Quintum Fratrem agitur. … *hoſtibus* nullo pacto legendum …, & iis argumentis ductus, quæ …lim adlata ſunt, & auctoritate …um codicum, qui duobus in … ubi impreſſi omnes corrupti e-… ideliter, ut puto, veram lectio-… ſtodierunt. Utinam autem tam … neam lectionem tueri poſſem, … vulgatam refellere. *Victorius* in …

De hoſtibus] Cæſis. Nam le-…tum erat, ne quis triumpharet, …inque hoſtium millia cecidiſ-… ſupplicatio triumphi fere præ-…va erat. Alii tamen *hoſtiis* legunt.

Sed, cum de hoſtibus ageretur] Co-… omnes Memmiani, præter unum …erum, habent *de hoſtiis ageretur.* … edidit P. Victorius. Quod au-… aliis eſt *de hoſtibus*, natum erra-… utat ex antiqua ſcriptura *hoſtis*, …*tiis.* Nos tamen *de hoſtibus* eden-… uravimus, ut & Manutius: non …turi, ſi quis *de hoſtiis* malit. Paul-…, ubi omnes emendati libri ha-… *umerarentur*, quidam doctus exi-… eſſe legendum *numerus daretur.* …inus. Omnino legendum *ho-*… *numeraretur.* Vide Manut.

Aſſenſus eſt] Epiſt. 15 lib. XI. *Corradus.*

Qui de te locutus honorifice] Varie hic locus legitur, alii *qui & locutus honorifice*, al. *qui de te tam locutus honorifice*, al. *jam locutus honorifice.* Amſtelodam. *qui locutus honorifice.* Illa *&*, *tam*, *jam* ex præcedentibus vocibus nata ſunt. lectionem hanc, quam veram eſſe cenſeo, debeo editioni Lambinianæ, nonnulliſque aliis. *Grævius.*

Non decreverat ſupplicationes] Epiſt. 6 lib. XV. *Corradus.*

Quod tantum voluntatem oſtenderunt] *Tantum* pro ſaltem, ut lib. VII, epiſt. 31.

Cum Curione vehementer locutus eſt] Quaſi Curio minus bona fide cum Cæſare in gratiam rediiſſet, niſi ei de ſupplicationibus Ciceronis gratificaretur.

Tum ejus fidem in ſuſpicionem adduxit] Quaſi fictus eſſet reditus in gratiam cum Cæſare: non bona fide cum illo in gratiam rediiſſet.

Decrerant qui inique tranſigi volebant] Pautagathus mendum olim his verbis ineſſe ſuſpicatus, emendarat ex ingenio, *ſed erant qui inique*, &c. Videtur autem rectius eſſe in manuſcripto, *nec deerant qui id nunquam tranſ-*

 gi

candam interpellantibus, venuſtiſſime Curio reſpondit, ſe eo libentius non intercedere, quod quoſdam, qui decernerent, videret confici nolle. Quod ad remp. attinet, in unam cauſſam omnis contentio conjecta eſt de provinciis: in quam adhuc incubuiſſe cum ſenatu Pompeius videtur, ut Caeſar Id. Novemb. decedat. Curio omnia potius ſubire conſtituit quam id pati. ceteras ſuas abjecit actiones. Noſtri porro, quos tu bene noſti, ad extremum certamen rem deducere non audent. Scena rei totius haec; Pompeius tanquam Caeſarem non impugnet, ſed, quod illi aequum putet, conſtituat, ait Curionem quaerere diſcordias. Valde autem non vult, & plane timet Caeſarem conſulem deſignari prius quam exercitum & provinciam tradiderit. Accipitur ſatis male a Curione, & totus ejus ſecundus conſulatus exagitatur. Hoc tibi dico: ſi omnibus rebus prement Curionem, Caeſar defendetur. ſi interceſſorem, quod videntur, reformidarint: Caeſar, quoad volet, manebit. Quam quiſque ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum urbanarum: ex quo tu, quae digna ſunt, ſelige. multa tranſi, in primis ludorum exploſiones, & funerum, & ineptia-

igi volebant, &c. paullo ſupra idem Pantagathus pro *hoſtibus* optima conjectura legebat *hoſtiis*: &, *qui elocutus honorifice*, pro *qui de te jam locutus honorifice*. Urſinus. *Nec deerant quidem, qui neque tranſigi vol.*] In Amſtelod. & Pall. non extat τὸ *nec*. Varie autem ſcribitur. Aſſentior Manutio, qui legit, *decrerant* pro *deerant*; ſed ex Victoriana recepi, *qui neque tranſigi volebant*: Scipiones & Domitii, decreverant quidem ſupplicationes, contra tamen animi ſententiam, qui nolebant hanc rem confici, & cum hac de cauſſa ſæpius compellaſſent Curionem, rogaſſentque ficte ne intercederet, hoc enim eſt ad *avocandam interceſſionem*, ad impediendam interceſſionem, reſpondit Curio lepidiſſime, & reliqua. pro *neque* Lambinus conjicit legendum & in ſuam quoque admiſit editionem, *id nunquam* quod Fulvius in manuſcripto ſe reperiſſe teſtatur. pro *avocandam* Amſtelodam. & Manut. edd. *evocandam* perperam. *Grævius.*

Ut Cæſar Id. Novembr. decedat] Vulgatur, *ante Idus Novembres decedat.* ſed ut edidi, erat in Victorii editione ac Pal. primo. *Gebhardus.* Amſtelodam. *ut Cæſar Idus non decedat.* nimirum *non* ſcriptum pro *Nov.*

Noſtri porro] Optimates.

Scena rei totius hæc] *Summa totius rei hæc* habet liber manuſcriptus, longe quam vulgati melius. *Urſinus.* Sed MSS. recte legunt *ſcena*, hoc eſt, totius rei hæc eſt ratio, tota res ſic ſe habet.

Inprimis ludorum exploſiones, & funerum & ineptiarum ceterarum. plura habet utilia] Non video unde *funerum & ineptiarum*

…iarum ceterarum. plura habet utilia. Denique malo in hanc partem errare, ut quae non deſideras audias, quam quicquam, quod opus eſt, praetermittatur. Tibi curae …e de Sittiano negotio gaudeo. Sed, quum ſuſpicaris, …is certa fide eos tibi viſos, tanquam procurator, ſic …, rogo.

…n pendeat. Peck. *Italia*, unde …elmius legendum conjicit *talia*. …n ego quoniam in omnibus aliis … *utilia* ſcribitur, legere *& ceterarum* …*rum plura. habet & utilia*. Græv.

Denique malo in hanc partem errare] Pal. prim. legit, *denique malo in hac parte me errare*. quod mihi minime adſpernandum videtur. *Gebhard*. Adſtipulatur Amſtelodamenſis.

EPISTOLA XII.

ARGVMENTVM.

Queritur de Appii Claudii, qui cum L. Piſone cenſuram gere…, non ingrato ſolum animo, ſed graviſſima etiam injuria: quem … inimicum ſibi eſſe, accuſationemque cogitare comperiſset, ante…it ipſe, eumque lege Scantinia poſtulavit.

COELIVS CICERONI S.

…Vdet me tibi confiteri & queri de Appii, hominis ingratiſſimi, injuriis, qui me odiſſe, quia magna mihi de…bat beneficia, coepit: & cum homo avarus, ut ea ſolve…, ſibi imperare non poſſet, occultum bellum mihi indi…: ita occultum tamen, ut multi mihi renunciarent, & …e facile animadverterem, male eum de me cogitare. Poſtquam vero comperi eum collegium tentaſſe: deinde …erte cum quibuſdam locutum: cum L. Domitio, ut nunc

…E *Appii*] Jam cenſoris. *Corradus*.

Poſteaquam vero comperi] Peck. …*plexi*, leg. *conſpexi*. Guilielm.

Collegium tentaſſe] Legendum, ut …ne monuerunt alii, *collegam*. nimi…m *L. Piſonem*, qui in cenſura erat …llega Appii. Hunc iſte tentavit, ut & ipſe notaret Cœlium. Nam unius Cenſoris nota, ſine alterius collegæ aſſenſu, habebatur irrita. Inepti ſunt qui de collegio augurum hæc intelligunt. *Gravius*.

Cum L. Domitio] Quicum ipſe Appius Cos. fuerat. *Corrad*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nunc eſt, mihi inimiciſſimo homine, deliberare: velle hoc munuſculum deferre Cn. Pompeio: ipſum reprehenderem, & ab eo deprecarer injuriam, quem vitam mihi debere putaram, impetrare a me non potui. Quid ergo eſt? Tum quidem aliquot amicis, qui teſtes erant meorum in illum meritorum, locutus ſum. poſteaquam illum, ne cui ſatisfaceret quidem me dignum habere ſenſi, malui collegae ejus, homini alieniſſimo mihi & propter amicitiam tuam non aequiſſimo, me obligare, quam illius ſimiae vultum ſubire. Id poſtquam reſciit, incanduit, & me cauſſam inimicitia-

Velle hoc munuſculum deferre Cn. Pompeio: ipſum reprehenderem, & ab eo deprecarer injuriam, quem vitam mihi debere putaram, impetrare a me non potui] *Munuſculum*, accuſandi. *Corrad.* *Cn. Pompeio*] filio. *Idem.* Acriter me torſit hic locus. Turbabant etiam veteres codices & Manutius. Amſtelodam. *ipſum reprehendere.* Unus Manutii, *ut ab eo deprecarer injuriam.* Cogitabam pro *ipſum reprehenderem*, ſcribendum eſſe *ipſum prenderem*, hoc eſt, obteſtarer, precarer. ſed hiabat oratio. Commodum vero mecum erat, cum hæc ſcriberem in villa ſuburbana agri Trajectini, in quam æſtivatum ieram, vir ille & eruditione & ſanctitate morum nulli noſtra ætate ſecundus Johannes Fridericus Gronovius, qui huc inviſerat ut poſt graviſſimum & diuturnum morbum, animi relaxandi gratia, aliquot dies nobiſcum poneret. Cum de litteris crebri inter nos & aſſidui fere ſermones eſſent, egi etiam cum eo de hoc loco: Non modo probabat hanc emendationem; ſed ne hians eſſet periodus teſtabatur jam olim ſe vidiſſe legendum eſſe, *ipſum ut prenderem. Munuſculum autem deferre Pompeio*, non eſt hoc loco accuſare, ſed in gratiam Pompeii velle hoc facere, ſcilicet me notare. *Grav.*

Tum quidem aliquot amicis] Ita Victorii editio. nam Pal. primus, *tamen quaſi aliquot* (Peckio excerpta *aliquid*) *amicis* [Palat. primo ſubſcribit Amſtelodamenſis. Manutii quoque editio, *tamen quaſi aliquid*]. Vulgatæ editiones, *tum quidem cum aliquot amicis*, &c. *Gebhard.*

Poſteaquam illum neque iis ſatisfacere, neque animum me &c.] Al. *poſteaquam illum ne cui ſatisfaceret quidem, me dignum habere ſenſi. malui*, &c. *Satisfaceret* autem, in pecunia: ut paullo poſt. *Corradus.* *Poſteaquam illum ne cui ſatisfaceret quidem me dignum habere ſenſi*] Quid ſi contra, *Poſteaquam illum, ne qui ſibi ſatisfacerem, me dignum habere ſenſi.* Vel, *qui ei.* Nam in aliis erat, *ne quo is ſatisfaceret*, &c. Hoc enim dicit ita ſe deſpectum ab Appio, ut ne purgari quidem apud ſe Appius voluerit: oſtenditque nihil eſſe cur tam acriter Cœlium inſectaretur. *Bernh. Rutil.*

Mihi propter amicitiam tuam] Ciceronem enim, & ejus amicos oderat L. Piſo, cujus inimicitiæ cum Cicerone notiſſimæ ſunt. *Corradus.* *Mihi & propter amicitiam tuam non æquiſſimo*] Sic MSS. & Amſtelodam. præſtat tamen, *& mihi propter amicitiam tuam non æquiſſimo.*

Illius ſimiæ] Appii. *Corradus.*

Incanduit] Sic Manutius ex libro Sigonii & ſuo. Alii *excanduit*, Mediceus *ſcanduit*, ut & Amſtelodam. ac Victorii ed. Grut. vero ed. *canduit*, ſed iſtum ἀρχαϊσμὸν affectaſſe Cœlium quis credat, ut pridem obſoletam vocem in uſum voluerit revocare?

Arceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tiarum quaerere clamitavit, ut ſi mihi in pecunia minus tisfeciſſet, per hanc ſpeciem ſimultatis eum conſectarer. oſtea non deſtitit arceſſere palam Servium accuſatorem, iire cum Domitio conſilia: quibus cum parum procede- t ut ulla lege mihi ponerent accuſatorem, compellari ea ge me voluerunt qua dicere non poterant. Inſolentiſſimi omines ſummis Circenſibus ludis meis poſtulandum me ge Scantinia curant. Vix hoc erat Pola locutus, cum ego ppium cenſorem eadem lege poſtulavi. Quod melius ca- eret nihil vidi. Nam ſic eſt a populo, & non infimo quo- ue approbatum, ut majorem Appio dolorem fama quam oſtulatio attulerit. Praeterea coepi ſacellum, in domo quod

Arceſſere Polam Servium accuſ.] Sic egendum, non *arceſſere palam*, &c. onfirmat hanc emendationem quod equitur, *vix hoc erat Pola elocutus*, &c. rat autem *Pola* cognomentum horum erviorum. *Lambinus.* *Poſtea non de- itit accerſere palam Servilium*] Videtur egendum *Polam Servilium* ex loco ſi- nili in epiſtola ad Atticum: & paullo nfra, *vix hoc erat Pola elocutus* &c. *Urſin.*

Ut ulla lege mihi ponerent accuſatorem] Jt ſubornarent accuſatorem, qui ulla ege me poſſet accuſare. Pro *ponere accu- ſatorem* Cicero dicit frequentius *appone- e accuſatorem*. ut v in Verr. *Apponitur his amen accuſator, Nævius Turpio quidam, qui Caio ſacerdote prætore injuriarum da- mnatus eſt.* & IV in Verr. *Apponit de ſuis canibus quendam, qui dicat ſe Diodo- rum Melitenſem, rei capitalis reum facere velle.* *Ponere* tamen in hoc ſenſu etiam accipitur in I Verr. *Accuſator ponitur civis Romanus de creditoribus Lampſaceno- rum.*

Compellari] Accuſari. vid. Manut.

Summis Circenſibus ludis meis] Extre- mis diebus ludorum Romanorum, quos ego in ædilitate mea edidi.

Poſtulandum me lege Scantinia curant] Accuſant me *lege Scantinia*, quam Sca- tinius Aricinus in molles & effœmi- natos tulit.

Vix hoc erat prælocutus] Antiquiſſi- mus ille Mediceus codex *Polæ locutus* habet. nos nihil addimus, veterem ſcripturam tantum ſignaſſe voluimus. Quare deliberent alii quomodo le- gendum ſit. Paullo autem ſupra idem codex *ſcanduit* habet pro *excanduit*. quod ſi compoſitum verbum in uſu eſt, non eſt mirandum quandoque ſimplex, etſi rarius inveniatur a Cœlio præſer- tim, uſurpatum fuiſſe. *Victor.* *Vix hoc erat Pola elocutus*] Hanc olim ipſe le- ctionem adnotavi ex Mediceo libro, quam tunc non reſtitui, quia non in- cideram in locum illum ad Q. Fra- trem, ubi de *Pola* accuſatore mentio eſt, quod tamen non multo poſt feci. Neque tamen is ſum qui aut omnia legerim, aut quæcunque legerim, me- moria firmiter teneam. Unum intel- ligi poteſt, hanc ſinceram lectionem (ut ipſi quoque affirmant) in nullis a quibuſdam inventam eſſe vetuſtis co- dicibus: quos tamen, ut ajunt, & multos & vetuſtiſſimos habuerunt. Non enim teſtimonium citarent Me- dicei codicis. Hoc autem ideo adno- tavi, ut omnes intelligant, unum hunc & vetuſtate, & fidelitate longe omni- bus aliis antecellere. *Idem.*

Cœpi ſacellum, in domo quod eſt, ab eo petere] Sacella enim in domo non li- cebat habere, quæ non paterent po- pulo. Vid. Manut.

Am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quod eſt, ab eo petere. Conturbat me mora ſervi hujus qui tibi litteras attulit. Nam acceptis prioribus litteris, amplius quadraginta manſit. Quid tibi ſcribam neſcio. ſcis Domitio diem timori eſſe. Exſpecto te valde, & quam primum videre cupio. A te peto, ut meas injurias proinde doleas, ut me exiſtimas & dolere & ulciſci tuas ſolere. Vale.

Amplius quadraginta manſit] Secuti ſumus hanc lectionem Pal. pr. Vaticani, editioniſque Victorianæ, & omnium primæ. [his etiam accedit Amſtelodam.] Qui deeſſe aliquid putarunt, *dies* intruſerunt. *Gebhardus.*

Scis Domitio diem timori eſſe] *Diem* comitiorum auguratus intelligit. Epiſt. 14 hujus libri. *Corradus.* *Diem* poſſumus comitiorum accipere, quaſi jam tum prævideret, ſi repulſam tuliſſet, quantos eſſet riſus excitaturus. *B. Rutil.*

EPISTOLA XIII.

ARGVMENTVM.

Gratulatur affinitate Dolabellae, qui Tulliam, Ciceronis filiam, uxorem duxerat: de Curionis tribuni pl. interceſſione, de provinciis quid actum ſit, exponit: Hortenſii oratoris interitum ſignificat.

COELIVS CICERONI S.

GRatulor tibi affinitate viri medius fidius optimi. Nam hoc ego de illo exiſtimo. Cetera porro, quibus adhuc ille ſibi parum utilis fuit, & aetate jam ſunt decurſa, & conſuetudine, atque auctoritate tua, & pudore Tulliae, ſi qua reſtabunt, confido celeriter ſublatum iri. Non eſt enim pugnax in vitiis, neque hebes ad id quod melius ſit intelligendum. Deinde (quod maximum eſt) ego illum valde amo.

G*Ratulor tibi affinitate*] Leg. *affinitatem.* Lambinus.

Viri medius fidius optimi] Dolabellæ, lib. 11, ep. 16.

Quibus adhuc ille parum ſibi utilis fuit] Quibus ſibi ipſe nocuit: nimirum temeritatem illam in accuſando intelligit.

Ætate jam ſunt decurſa] Ætas illa vitia minuit, quæ ferebat fervor juvenilis. Amſtelodam. *ætate jam ſunt detonſa.* Palat. prim. *ætate jam ſunt decurſa, vel detonſa, & conſuetudine* &c. quorum utrumque a veſtibus deſumptum mihi eſſe videtur: de ſinu enim ſordes decutiuntur; itemque floccatæ ac villoſæ detondentur. Poteſt aliunde quoque conſtare ratio. *Gebhardus.*

Velles

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...o. Velles C. Curionem noſtrum lautum interceſſionis d... provinciis exitum habuiſſe. Nam cum de interceſſione ...rretur, quae relatio fiebat ex S.C. primaque M. Marcel-...entenia pronuntiata eſſet, qui agendum cum tribunis p...bis cenſebat: frequens ſenatus in alia omnia iit. Stoma-...ſt ſcilicet Pompeius Magnus nunc ita languenti, ut vix ... quod ſibi placeat reperiat. Tranſierant illuc, ut ratio e...t ejus habenda, qui neque exercitum, neque provincias ...dere vellet. Quemadmodum hoc Pompeius laturus ſit, ...m cognoſcat, quidnam reipub. futurum ſit, ſi aut non curet,

...elles C. Curionem noſtrum lautum &c.] ...edidit Victorius, quod ſequuti ſu-...s: Palatinus nihilominus primus, ...k. excerpta, Veneta ſeu priſca edi-... *Voles, Cicero, Curionem* &c. [ſic & ...ſtelodam.] Vulgo, *Vides, Cicero,* ...*ionem noſtrum.* Gebhard.

...um de interceſſione referretur] Inter-...ſerat Curio ne SC. fieret de ſucceſ-...e ante tempus Cæſari mittendo.

Quæ relatio fiebat ex SC.] Quod eſt ...ep. 8 hujus libri. *Corradus.*

...requens ſenatus in alia omnia iit] *Mar-...*, inquit Oppius, *diſceſſionem facien-... Senatus frequens in alia omnia tranſiit.* ...rrad. *In alia omnia iit*] Pro, diſſen-... vid. lib. 1, ep. 2.

Stomacho eſt ſcilicet Pompeius Magnus ...c ita languenti] Hoc totum, *ſcilicet ...mpeius*, quod reperitur in omnibus ...ris vulgatis, & nonnullis calamo ...aratis, delevi, ut alienum, & ex an-...tatione profectum: quod jam olim ...ullo Manutio venerat in mentem. ...que, ut intelligas ita eſſe, incidi in ...um codicem manuſcr. in quo non ...at vox *magnus*, ſed hoc tantum, *Cn. ...mpeius*: cum videlicet ſcriptor li-...arius errans, id quod eſſet Cicero-...s, ejeciſſet: quod alienum & ſubdi-...ium, retinuiſſet. *Lambin.* *Stoma-...o eſt ſcilicet Pompeius Magnus nunc ita ...guenti*] Verba *ſcilicet Pompeius* addi-...mentum eſſe nemo non videt. Ita-que merito in ſuis editionibus ea reje-cit Lambinus. *Vrſinus.*

Vt ratio eſſet ejus habenda] Sic edide-runt P. Victorius & P. Manutius: & ita habent aliquot libri veteres: alii, *ut ratione eſſet ejus*, &c. plane mendoſe: unde nata fortaſſe eſt illa vulgata le-ctio, *ut nec ratio eſſet ejus*, &c. quam nullo modo probo. Pompeius enim nolebat ejus rationem haberi qui ne-que exercitum neque provincias tra-dere vellet. *Lambin.* *Vt ratio ejus eſſet habenda*] Senſus eſt: plerique proba-bant Cæſarem Conſulem eſſe deſi-gnandum, aut inter candidatorum nu-merum recipiendum abſentem, ante-quam exercitum & provinciam tradi-derat.

Quemadmodum hoc Pompeius laturus ſit, cum cognoſcat, quidnam reip. futurum ſit] Pantagathus hunc locum ita lege-bat, *quemadmodum hoc Pompeius laturus ſit cum cognoſcat, aut quidnam reip. futu-rum ſit, ſi non curet, vos ſenes divites vide-ritis.* Urſin. Amſtelod. aliique, quos Manutius cum editis compoſuit, libri ſcribunt, *quemadmodum Pompeius latu-rus iſte, cum cognoſcam, quidnam reip. fu-turus ſit.* Lege, *quemadmodum Pompeius laturus iſta, cum cognoſcam, quidnam reip. futurus ſit*, &c. *quidnam reip. futurus*, eſt, quo loco ejus ſit futura auctoritas in republica. Dein delevi iſta verba cum Manutio, *ſi aut non poſſit.* quæ nec in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ret, * vos ſenes divites videritis. Q. Hortenſius, cum has litteras ſcripſi, animam agebat.

in Amſtelodamenſi, nec in ullo alio vetere codice reperiuntur. Locus enim eſt mutilus. *Grævius.*

Animam agebat] Et, egit. *Corrad.*

EPISTOLA XIV.

ARGUMENTUM.

Multa complectitur haec epiſtola: de L. Domitii Ahenobarbi repulſa in auguratu; de Saturnino, ab Cn. Domitio Calvino in judicium vocato; de Pompeii Caeſariſque diſcordia; de Appii ridicula in emendandis civitatis moribus diligentia.

COELIUS CICERONI S.

TAnti non fuit Arſacen capere, & Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quae hic geſtae ſunt, ſpectaculo careres. nunquam tibi oculi doluiſſent, ſi in repulſa Domitii vultum vidiſſes. magna illa comitia fuerunt, & plane ſtudia ex partium ſenſu apparuerunt: perpauci neceſſitudinem ſecuti officium praeſtiterunt. Itaque mihi eſt Domitius inimiciſſimus, ut ne familiarem quidem ſuum quenquam tam oderit,

A*Rſacen capere*] Quia Cicero cum Parthis bellum gerebat, quorum rex *Arſaces*, regia *Seleucia*. Nam ut Ægypti reges Ptolemæi, ſic apud Parthos Arſacidæ.

Et Seleuciam expugnare] Sic Pal. pr. & Amſtelodam. niſi quod in hoc deſit *Seleuciam*. Vulgatis in editionibus deſideratur copula.

In repulſa] Augurali, M. Antonio competitore augure facto. *Corradus.*

Domitii] Lucii Domitii. *Idem.*

Perpauci neceſſitudinem ſecuti officium præſtiterunt] Manutius hanc ſententiam perperam exagitat, quæ eſt planiſſima: pauci, inquit, officium præſtiterunt, iique ex maxime neceſſariis, ſeu qui & cognatione & amicitia ei fuerunt conjunctiſſimi, ii ſaltem fecerunt, quod officium ab iis flagitabat, impulſi ad hoc neceſſitudine: reliqui vero qui neceſſitudinem non ſequebantur, ab officio deſciverunt. *Grævius.*

Ut ne familiarem quidem ſuum quemquam tam oderit] Nolui diſcedere a Palatino primo, Peckio excerptis, Victorii editione & omnium primaria Veneta: Vulgatum eſt, *familiarem quidem ſuum, quem noſti, tam oderit.* paullo poſt ſcripſi ex Palatino primo & Peckio excerptis, *ſuperiore a vita*, cum Victorius tamen ediderit, *quam ſuperiore vita invidioſum.* Gebhardus.

Unum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…rit, quam me: atque eo magis, quod per injuriam ſibi …t ereptum, quojus ego auctor fuerim. Nunc furit, tam …ſos homines ſuum dolorem, unumque me ſtudioſio… Antonii. Nam Cn. Saturninum adoleſcentem ipſe Cn. …mitius reum fecit, ſane quam ſuperiore a vita invidio…. quod judicium nunc in exſpectatione, ineſt etiam in …a ſpe, poſt Sext. Peducaei abſolutionem. De ſumma re…l. ſaepe tibi ſcripſi, me annum pacem non videre: & …o propius ea contentio, quam fieri neceſſe eſt, accedit, …larius id periculum apparet. Propoſitum hoc eſt, de …o qui rerum potiuntur ſunt dimicaturi: quod Cn. Pom…us conſtituit non pati C. Caeſarem conſulem aliter fieri, … exercitum & provincias tradiderit: Caeſari autem per…ſum eſt, ſe ſalvum eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſe… Fert illam tamen conditionem, ut ambo exercitus tra…it. Sic illi amores, & invidioſa conjunctio, non ad occultam

…numque me ſtudioſiorem Antonii] …npetitoris ſui, qui auguratum ob…iit. Cæſar VIII de bell. Gall.

…am Cn. Saturninum adoleſcentem, &c.] …idam legi volunt, *nam Cn. Saturni…s adoleſcens ipſe Cn. Domitius*, &c. ut in…igatur Lucii Domitii filius. *Lam…us.*

…n. Domitius] L. filius. *Corradus.*

Quod judicium nunc in expectatione, in…tiam in bona ſpe] Hunc locum cor…otum eſſe nemo non videt. Hanc …tionem Gebhardus expreſſit ex Pa…ino primo, Victorio, editione prima Veneta. ſed omnes MSS. quos vi… Manutius, legunt *expectationem*, uti Amſtelodamenſis hanc lectionem …æ ſe fert, *nunc* vero non agnoſcit: …anutius in ſuis libris pro *nunc* ſcri…am invenit *non*. Vulgatæ editiones, *…nc in exſpectatione eſt, etiam in bona ſpe.* …œlium ſcripſiſſe puto, *quod judicium …eter expectationem eſt jam in bona ſpe. …æter* excidit. ex ultima ſyllaba præ…dentis vocis ortum eſt *nunc* aut *non*, …i etiam ex ultima littera *expectatio…m in*: nec difficilis conjectura unde extiterit *etiam* pro *jam*, qui ad voculam quæ ante eam poſita eſt attenderit. Hæc mea de hoc loco ſententia. *Gravius.*

Me annum pacem non videre] Sic ſcripſi ex Pal. prim. Peck. Venet. & Vict. ed. [quibus accedit Amſtelod.] cum edatur, *me etiamnum pacem non videre.* Gebhard. eſt autem hic ſenſus, me non credere per annum pacem duraturam. Intra annum bellum orietur civile.

Ea contentio] Inter Cæſarem & Pompeium.

Sic illi amores, & invidioſa conjunctio, non ad occultam recedit obtrectationem, ſed ad bellum ſe erupit] Induxi hanc lectionem ex Pal. pr. (cujus tamen oræ alia allita eſt, *& in dies conditio non ad occultas recedit obtrectationes ſed ad bellum ſe erumpit.*) editionum primaria, ac Peckio Vaticanique excerptis: nec longe diſſidet Victorius, niſi quod elegantiam corruperit, omittendo *ſe*. editiones alias habent, *Sic illi jam amores & inv. conj. n. a. occ. recidit obtr. ſ. a. bellum erumpit.* Gebhardus. *Illi amores*] Intelli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cultam recedit obtrectationem, ſed ad bellum ſe erupit: neque mearum rerum quod conſilii capiam reperio; quod non dubito quin te quoque haec deliberatio ſit perturbatura. Nam mihi cum hominibus his & gratia & neceſſitudo eſt; tum cauſſam illam, non homines odi. Illud te non arbitror fugere, Quin homines in diſſenſione domeſtica debeant, quamdiu civiliter ſine armis cernetur, honeſtiorem ſequi partem: ubi ad bellum & caſtra ventum ſit, firmiorem, & id melius ſtatuere, quod tutius ſit. In hac diſcordia video, Cn. Pompeium ſenatum, quique res judicant, ſecum habiturum: ad Caeſarem omnis, qui cum timore aut mala ſpe vivant, acceſſuros: exercitum conſerendum non eſſe. omnino ſatis ſpatii ſit ad conſiderandas utriuſque copias & ad eligendas partes. Prope oblitus ſum, quod maxime fuit ſcribendum. Scis Appium cenſorem hic oſtenta facere? de ſignis, & tabulis, de agri modo, de

aere

telligit matrimonium Pompeii, cum potentiæ cupiditate duceret Juliam Cæſaris filiam, de qua nundinatione matrimoniorum, qua reſpublica opprimebatur, queritur Cato apud Plutarch. in vita Julii. *Invidioſa conjunctio*, eſt triumviratus quem inierant Craſſus, Pompeius & Cæſar, his legibus, ut nihil in republica gereretur, ipſis improbantibus.

Et gratia & neceſſitudo eſt; tum cauſſam illam non homines odi] Exemplar ubique nobis eſt Victorii editio, quam ubique exprimere ſtudemus, præſertim accedentibus noſtris libris, qui leviculis voculis tantum ab hac abhorrent: quippe primus, *neceſſitudine cum cauſſam illam unde homines odi*. [& ſic Amſtelodam.] Sic Veneta quoque impreſſio, niſi quod in *tum* ſolum alienior eſt. circumferebatur antea, *gratia eſt & neceſſitudo, tamen tantum cauſſam illam, non homines odi*. Gebhardus.

Cauſſam illam] Cæſaris ſcilicet, qui nimiam potentiam quærebat, & contra patriæ antiqua inſtituta volebat abſens Conſul creari, neque ſine pactione, ut ſenatus volebat, exercitus & provinciam tradere.

Quamdiu civiliter ſine armis cernetur] Elegantiſſimam lectionem & Cœliana eruditione digniſſimam eruit accuratiſſimus Victorius, quam eo libentius admiſi, quod eam propugnent excerpta Vaticani. ad guſtum fatuæ plebis excuſum erat, *certetur*. Gebhardus. *Cernere* enim eſt dimicare, certare. Virgil.

Inter ſe coiiſſe viros & cernere ferro.

Salluſt. Catil. LIX. *Contra latrones inermes pro patria, pro liberis, pro aris atque focis ſuis cernere*. Varro, *Nonne vides apud Ennium eſſe ſcriptum: ter ſub armis malim vitam cernere, quam ſemel parere.*

Quique res judicant] Ita loquebantur, cum judices ſignificarent. exempla non deſunt.

Ad eligendam partem] Præſtat ſcriptura veteris codicis, quo Lambinus uſus eſt, ut ejus editionis margines teſtantur, *ad eligendas partes*. *Partium dux* apud Florum. Res trita. *Gravius.*

Oſtenta facere] Mirifica, quæ nemo

ere-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…ieno acerrime agere? Perſuaſum eſt ei, cenſuram, …tum, aut nitrum eſſe. errare mihi videtur. Nam … eluere vult, venas ſibi omnes & viſcera aperit. Cur… r deos atque homines, & quam primum haec ri… eni: legis Scantiniae judicium apud Druſum fieri: … ım de tabulis & ſignis agere. Crede mihi, eſt prope… m. Curio noſter ſapienter id quod remiſit de ſtipen… ompeii, feciſſe exiſtimatur. Ad ſummam, quaeris, … putem futurum. Si alteruter eorum ad Parthicum … n non eat, video magnas impendere diſcordias: quas … n & vis judicabit. uterque animo & copiis eſt paratus. … e tuo periculo fieri poſſet, magnum & jucundum ti… tuna ſpectaculum parabat.

EPI-

…:rit facile, dum ſcilicet gra… :nſorem ludit.

…gris modo] Reſidet hæc lectio … tiones noſtras, & Palatinum … n; quam ut introducerem, e… a erat vulgatior, *de agri modo*. …:dus. Sed non ſatis eſt lectio… ıgerere, quam codices præ ſe …, a quibus non facile diſceden… Si ea lectio fatua, inſulſa, … ullo ſenſu eſt, leviſſimaque … one unius litterulæ optime cor…, quis non potius tum ratio… uam libros ſequatur? Manu… to oſtendit omnino hic legen… ſſe, quod & alii facile videant, … *modo*. Grævius.

…entum aut vitrum eſſe] Veteres … s omnino melius *nitrum*. Nec … itrum res eſt vilis, & nullius …, ut fere *nitrum*, quo nonnul… tes pro ſale utebantur in con… s, conſervandiſque obſoniis. … item etiam braſſicæ nitro red… t: Martial.

…i pallentes moveant faſtidia caules,
…trata viridis braſſica fiet aqua.

… *Lomentum, aut nitrum*] Quibus ſordes eluuntur. *Corrad.* Explicationem veram hujus loci vide apud Manutium. *Lomentum aut nitrum eſſe errare mihi videtur*] Sic Pal. primus, Vaticani & Peckio excerpta, atque adeo editiones, prima ac Victorii. nam vulgo *vitrum* publicarunt, ut a Victorio animadverſum eſt. paullo autem ſtatim poſt, ex Vaticano & Victorii impreſſione de novo vulgavi, *nam ſordes eluere vult:* licet alii aliter: Lambinus ſuo ingenio, ne videretur aliunde accepiſſe, addidit, *nam dum ſordes eluere vult*. Libri noſtri mera oſtenta hic faciunt: quorum Palatinus, *nam ſordes ei vere vultu enaſci ſibi omnis & viſcera aperit*. Veneta vero editio, quemadmodum & Peckio excerpta, *nam ſordes ei vere vultu venas*. publicatum eſt, *nam ſordes eluere volens*. Gebhardus.

Judicium apud Druſum fieri] Judicem eſſe Druſum, qui reus eſſe debebat.

Magnum & jucundum tibi fortuna ſpectaculum parabat] Committendo ſcilicet duos illos viros, qui præcipui tui exilii auctores fuerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XV.

ARGVMENTVM.

Prima pars epiſtolae Pompeium vituperat, Caeſarem laudat. orto enim civili bello, tutiorem partem, non honeſtiorem, Coelius elegerat: ut re ipſa comprobaret, quod ſcripſerat epiſtola proxima, his verbis: Illud te non arbitror fugere, quin homines in diſſenſione domeſtica, debeant, quam diu civiliter ſine armis certetur honeſtiorem ſequi partem: ubi ad bellum & caſtra ventum ſit, firmiorem, & id melius ſtatuere quod tutius ſit. *Subjungit de ſua cupiditate conveniendi & alloquendi Ciceronis: de itinere ad Alpes: de Domitio, Caeſaris hoſpite, interfecto. Scripſit autem hanc epiſtolam anno ſequenti poſt ſuperiores, id eſt, Lentulo & Marcello Coss. Meminit enim in extrema epiſtola de Domitio Ahenobarbo Corſinii a Caeſare capto, & dimiſſo.*

COELIVS CICERONI S.

ECquando tu hominem ineptiorem quam tuum Cn. Pompeium vidiſti, qui tantas turbas, qui tam nugax eſſet, commorit? Ecquem autem Caeſare noſtro acriorem in rebus gerendis, eodem in victoria temperatiorem, aut legiſti aut audiſti? Quid eſt? nunc tibi noſtri milites, qui duriſſimis & frigidiſſimis locis, teterrima hieme, bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti videntur? Quid jam, inquis? glorioſe omnia. ſi ſcias quam ſollicitus ſim, tum hanc meam gloriam,

BEllum ambulando confecerunt] Quaſi ludendo.

Malis orbiculatis paſti] Hoc eſt, delicatis cibis, deliciis adſueti, qui nec frigus, nec famem pati poſſunt.

Quid jam, inquis? glorioſe omnia] Ex Victorii & Veneta editione, tum Peckiano & Palat. traduxi, niſi quod Pal. primus paullo diverſius diſtinguat, *quid jam inquis glorioſe? omnia ſi ſcias.* [& ſic Amſtelodam.] Publicati libri, *quid jam, inquis, glorioſum? Imo, ſi ſcias.* Gebhard.

Si ſcias quam ſollicitus ſim, tum hanc meam gloriam, quae ad me nihil pertinet, derideas] *Tum* neſcio quam hic quadret. Vereor ne natum ſit ex praecedente *ſum*, ut corrupte in multis antiquis libris pro *ſim* extat. Melius Peckianus codex, *ſi ſcias quam ſollicitus ſim, quam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quae ad me nihil pertinet, derideas. quae tibi exe niſi coram non poſſum: idque celeriter fore ſpeam me, cum expuliſſet ex Italia Pompeium, con ad urbem vocare. id quod jam exiſtimo confe, niſi ſi maluit Pompeius Brundiſii circumſederi. n, ſi minima cauſſa eſt properandi iſto mihi, quod ere, & omnia intima conferre diſcupio: habeo quam multa? Hui vereor (quod ſolet fieri) ne, e videro, omnia obliviſcar. Sed tamen quodnam lus iter mihi neceſſarium retro ad Alpis verſus in? Adeo quod Intimelii in armis ſunt, neque de a cauſſa. Bellienus, verna Demetrii, qui ibi cum dio erat, Domitium quendam, nobilem illi Caeoſpitem, a contraria factione nummis acceptis rehendit, & ſtrangulavit. civitas ad arma iit. eo quattuor cohortibus mihi per nives eundum eſt. Vſque-

ic meam gloriam, quæ ad me nieat, derideas. Grævius.

celeriter fore ſpero] Legendum eſt, *id quod celeriter fore ſpero.* us.

me, cum expuliſſet] Legendum *Nam me cum Cæſar expuliſſet,* nquam ſubintelligi poteſt no:ſar. *Idem.*

maluit Pompeium Brundiſii cir-] Vatic. *niſi ſi malit.* ſed illud Pal. primus, editio Victorii, ta. Non tamen damnem le-, ad quam inclinant Pall. ſpe- prima editio, plenamque ex . ad oram repoſuit Egnatius, *Pompeius Brundiſii circumſederi.* dus. Hæc eſt vera lectio, cugia extant etiam in Amſtelo- quo *Pompeius* ſcriptum eſt, s male in illo exaratum ſit *lere* pro *circumſederi.* Jam, in- :xiſtimo Pompeium ex Italia m eſſe, niſi maluerit obſideri ii. *Grav.*

men quodnam ob ſcelus] Peck. *uam hoc ſcelus.* leg. *quodnam hoc ſcelus?* Terent. Eunucho. *Guilielm.*

Intimelii] Plin. lib. III, 5. *Corradus.*

Domitium quendam, nobilem illic Cæſaris hoſp.] Secutus ſum libros vulgatos, a quibus non diſcrepant noſtri manuſcr. uno atque altero excepto, in quo ſcriptum eſt, *nobilem illi Cæſaris hoſp.* quam ſcripturam quidam amplectuntur, ut *illi* poſitum intelligamus pro *illic.* Ego autem minus probo, arbitrorque in adverbio *illic* c fuiſſe omiſſum ab errante librario, propter vocem ſequentem, ab eadem littera initium capientem. Siquis tamen *illi* contendet eſſe legendum, non magnopere pugnabo. Non deſunt enim innumerabilia exempla. Sic Terentius Phormione, *Interea dum ſedemus illi,* &c. Et Lucret. lib. I in extr. *Illi cum videant,* &c. ad quem locum hac de re plura. *Lambinus.* *Illi* extat quoque in Amſtelod. & Peck.

Eo cum quattuor cohortibus mihi per nives eundum eſt] Hæc eſt ſcriptura Victorianæ editionis, quam, ſi ex Mediceo hauſta eſt, non improbo. ſin, non repu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Vſquequaque, inquies, Domitii mali dant. Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuiſſet in veſtro Domitio, quantum Pſecade natus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D.

EPI-

repudianda eſt plerorumque omnium librorum lectio, *eo nunc cohortibus mihi per nives eundum.* quam & Manutius tuetur, & aſſerit Amſtelodamenſis, niſi quod pro *nunc* legat *num.* Græv.

Vſquequaque, inquies, Domitii mali dant] Ita Vaticanus & Victorii editio, neque multum diſcrepant Palatinus primus & Venetus, *uſquequaque inquis ſed Domitii mali dant:* cum publicitus excuſum ſit, *uſque inquis ſe D. male habent.* Gebhard. Sed unde dependet *mali?* legendum *mala dant.* Phædrus:

Fraudator nomen cum locat, ſponſu improbo,
Non rem expedire, ſed mala dare expetit.

ut bene ibi antiquus codex. Verum quia in antiquis libris legitur, ut & Amſtelodam. *uſquequaque inquis, ſed Domitii mali dant*, ſcribendum cenſeo, *uſquequaque, inquies, ſe Domitii male dant. Male ſe dare*, ut apud Terent. *turpiter ſe dare.* Grævius.

Vellem quidem verna propugnaturus] Sic in omnibus vulgatis. Antiquiores codices multo melius, etſi ne illi quidem penitus purgati: ſic enim habent, *Venerem propugnatus.* Nos emendavimus *Venere prognatus*, ut Cæſarem intelligat, quem ſuæ ſtirpis originem a Venere duxiſſe omnibus notum eſt, ut ipſe etiam in laudatione amitæ apud Suetonium docet: *Amitæ meæ Juliæ maternum genus a regibus ortum, paternum cum diis immortalibus conjunctum eſt. Nam ab Anco Martio ſunt Martii Reges, quo nomine fuit Mater, a Venere Julii, cujus generis familia eſt noſtra.* Appianus libro ſeptimo: Τῶν ἐμφυλίων θυόμενός τε νυκτὸς μέσης τὸν Ἄρη κατεκάλει καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρόγονον Ἀφροδίτην, ἐκ γὰρ Αἰνείου καὶ Ἰούλου τοῦ Αἰνείου τὸ τῶν Ἰουλίων γένος παρενεχθέντος τοῦ ὀνόματος ἡγεῖτο, νεών τε αὐτῇ νικηφόρῳ χαριστήριον ἐν Ῥώμῃ ποιήσειν εὔχετο κατορθώσας. Dion etiam lib. XLIII hiſtoriarum, Ταύτην τε οὖν, καὶ τὸν νεὼν τὸν τῆς Ἀφροδίτης ὡς καὶ ἀρχηγέτιδος τοῦ γένους αὐτοῦ οὔσης ποιήσας καθιέρωσεν εὐθὺς τότε, καὶ πολλοὺς ἐπ' αὐτοῖς καὶ παντοδαποὺς ἀγῶνας ἔθηκε. Hanc autem ſententiam eſſe puto & vim horum omnium verborum. Poſtquam, inquit, tam ubicunque moleſti ſunt *Domitii*, vellem Cæſar fortius ſe in veſtrum Domitium geſſiſſet, nec dubitaſſet facere divina ſtirpe oriundus, quod Bellienus verna auſus eſt facere in ſuo Domitio. Acerbiſſimas autem gerebat inimicitias M. Cœlius cum L. Domitio, quem Corfinii captum Cæſar dimiſerat (ne mirum alicui videatur, eum adverſus Domitium tam male animatum fuiſſe) quod prius quarta ab hac epiſtola docuit, *Cum L. Domitio (ut nunc eſt) mihi inimiciſſimo homine.* Quare offenſus eſt clementia Cæſaris: quantum poteſt autem, oſtendit rectius & honeſtius Cæſarem potuiſſe facere quod verna commiſerat, illius ſtirpem extollendo, hujus contra elevando, dum *catenatum vernam* (quæ peſſima eſt ſervorum conditio) appellat: Cæſarem autem *Venere prognatum.* Victorius. *Venere prognatus*] Cæſar: quo de loco in Quæſtura diximus. *Corrad.*

Veſtro Domitio] L. Domitio Corfinii capto. *Idem.*

Quantum ipſe catenatus] Hunc totum locum peſſime acceptum olim reſtitui ac declaravi, & niſi fallor neque ad ſententiam, neque ad elegantiam verborum aliquid deſiderari poterat: fuere tamen, qui legi melius putarint, pro *ipſe catenatus*, *Pſecade natus*, quorum acumen non contemno: maluiſſem tamen eos tantam ingenii aciem, ubi opus erat, exercere: hoc enim ab illis excogitari nullo pacto hic neceſſarium fuit: ex vetere enim

lectio-

… egregius ſenſus ducitur, & … is dura & violenta eſt. Quod … acere voluit Cœlius, ſi ita … r, non feciſſet: ſtuduit enim … antitheton ſuperioribus illis … *enere prognatus*, nec majus … re potuit quam appellare Bel… ipſum, *catenatum*: quæ for… am in ſervis deterrima eſt. … uod ancilla natus eſſet, jam … enderat, cum eum *vernam* ap… at, neque hoc conterere ac … ere conditionem illius erat. … ac vehementer quidem dolet, … m neceſſitatem impoſitam, ut … erſer a quibus nulla in re diſ… vellem, id tamen feci quam … me potui. Nam quod in anti… *denatus* legitur, nullo diſcri… eteres librarii duabus illis litte… antur, quod ex Mediceo faci… gitur: nam crebro *inquid* ſcri… ſt, & contra *illut*, *aliut*, *anim*… *n*, *at* pro *ad*. In epiſt. Cœlii: *Paucis verbis iterum, qui multos ſæpe die' at te, cum hic eras, non accedebam. nunc cotidie non eſſe te, at quem curſitem, diſcrucior.* Victorius. *Qu. ipſe catenandus*] Bellienus. *Corr.* *Quantum Pſecade natus*] Secuti ſumus P. Victorii conjecturam, quam & Manutius probat, & veteres codices adjuvant. nam noſtri quidem ſic habent, *quantum ipſe cadenatus*. Lambinus. Non eſt Victorii hæc conjectura, qui eam improbat, ſed Pantagathi, quam veriſſimam puto. Nam & Pall. & Amſtelodam. legunt *ipſe cadenatus*. Vernæ raro erant *catenati*. Præterea non conſpirarent tot veteres codices in pravam ſcriptionem vocis vulgaris *catenatus*. Adde quod hic frigeat *ipſe*. Itaque cum Lambino hanc emendationem Pantagathi elegantiſſimam recepi. Venuſtiſſime enim *Dea nato* opponitur *ancilla natus*. *Pſecades* enim ſeu ornatrices erant ancillæ. *Gravius*.

F. S. D.] Filio ſalutem dic. *Corr.*

EPISTOLA XVI.

ARGVMENTVM.

…lſo ex Italia Pompeio, ſuadet Ciceroni Coelius, ne afflictam …am ſequatur, ſed in aliquem locum a bello vacuum ſecedat. … eſt ab utili contra honeſtum. caſtris enim Pompeii & conſu… efendi reſp. videbatur.

M. COELIVS M. CICERONI S.

EXanimatus ſum tuis litteris; quibus te nihil, niſi triſte cogitare oſtendiſti: neque id quid eſſet, perſiſti. neque non tamen, quale eſſet quod cogitares,

N… *n enim quale eſſet quod cogitares a…ruiſti*] Et hanc clauſulam tere… ebemus accuratiſſimo Victorio. … priſca editio hallucinantur hic, … Amſtelodam.] *non enim qualis …ueve cognita res aperuiſti*: & vulgares editiones, *neque non tamen, quale eſſet, quod cogitares, aperuiſti*. Gebhardus. Vulgarium tamen librorum lectio hic præferenda Victorii codici, quippe quam integram ſervarunt epiſtolæ ad Atticum, in quibus hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

res, aperuiſti. Has illico ad te litteras ſcripſi. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos, oro, obſecro, ne quid gravius de ſalute & incolumitate tua conſulas. Nam deos, hominesque, amicitiamque noſtram teſtificor, me neque temere tibi praedixiſſe, neque temere monuiſſe: ſed poſtquam Caeſarem convenerim, ſententiamque ejus, qualis futura eſſet, parta victoria, cognoverim, te certiorem feciſſe. Si exiſtimas eandem rationem fore Caeſari in dimittendis adverſariis, & conditionibus ferendis, erras. Nihil niſi atrox & ſaevum cogitat, atque etiam loquitur. Iratus ſenatui exiit: his interceſſionibus plane incitatus eſt: non, mehercule, erit deprecationi locus. Quare ſi tibi tu, ſi filius unicus, ſi domus, ſi ſpes

Cœlii verba ad Atticum mittit. Secundum Medicei codicis ſcripturam eſſet fœda ſenſus ejuſdem repetitio. hinc primo adſpectu hæc verba priorum interpretatio margini adſcripta a magiſtro, quæ poſtea in contextum irrepſerit, mihi eſſe videbatur: quod & Bernhardum Rutilium cogitaſſe vidi; ſed poſtea hanc ſententiam viſa veritate, rejeci. Lambinus totum hunc locum ita concinnandum exiſtimat: *Exanimatus tuis litteris, quibus te nihil niſi triſte cogitare oſtendiſti: neque id quid eſſet perſcripſiſti, neque non tamen, quale eſſet, quod cogitares, aperuiſti, has ad te illico litteras ſcripſi.* Huic epiſtolæ reſpondet Cicero lib. II, ep. 16. *Grævius.*

Per fortunas tuas] Uſurpatur hic loquendi modus in re miſera. vid. lib. XIV, ep. I.

Neque temere monuiſſe] Id etiam teſtatur Cicero ad Atticum ſic ſcribens, *Tanti abeſt ut Cœlius meam ſententiam moveat, ut valde ego ipſi quod de ſua ſententia deceſſerit, pœnitendum putem.* Corradus.

Conditionibus ferendis] Pacis, quas Cæſar æquas ferre videbatur. *Idem.*

Iratus ſenatui exilit] Sic vulgati codices, & antiqui etiam. Nos tamen ſcripſimus *exiit:* Hæc enim ipſa Cœlii epiſtola eſt etiam lib. X ad Atticum: quo loco, etſi impreſſi *exiſit* habent, *exiit* tamen retinet noſter ille probatior, & recte quidem, ut nos putamus. loquitur enim de Cæſare, qui Roma *exiit Senatui iratus*, quod ea, quæ volebat, ab eo impetrare non potuerit: proficiſcebatur autem in Hiſpaniam. *Exire* & alibi poſitum eſt abſolute, ut X ad Atticum, *eximus modo.* de ſe loquitur Cicero, id eſt, ex Italia diſcedamus. Eſt autem in omnibus codicibus quibuſdam locis aliquantulum ſuſpecta hæc epiſtola. Nam quod infra in vulgatis legitur *parum optimatem eſſe*, in antiquis eſt *parum adoptatim eſſe:* quod etſi non probo (perverſum enim & inquinatum omnino eſt) nonnihil ſcrupuli tamen relinquit, non eſſe quam habemus genuinam lectionem, & fortaſſe aliter legendum locum illum eſſe. *Victorius.* *Ir. ſen. exil.*] Al. *iratus, ſenatu exiit* ſcil. in Hiſpaniam. *Corradus.*

His interceſſionibus] L. Metelli Trib. pleb. qui quaſcunque res agere Cæſar Romæ inſtituerat, impediebat. *Idem.*

Tibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…ae reliquae tibi carae ſunt: ſi aliquid apud te nos, …optimus, gener tuus valet, quorum fortunas non … velle conturbare, ut eam cauſſam, in cujus vi… ſalus noſtra eſt, odiſſe, aut relinquere cogamur, …piam cupiditatem contra ſalutem tuam habeamus. …que illud cogita: quod offenſae fuerit in iſta cun…ne, te ſubiiſſe. nunc te contra victorem facere, … dubiis rebus laedere noluiſti: & ad eos fugatos …ere, quos reſiſtentes ſequi nolueris, ſummae ſtul…a eſt. Vide, ne, dum pudet te parum optimatem … parum diligenter, quid optimum ſit, eligas. Quod …um tibi perſuadere non poſſum: ſaltem, dum … de Hiſpaniis agamus ſcitur, exſpecta: quas tibi …o adventu Caeſaris fore noſtras. Quam iſti ſpem …nt, amiſſis Hiſpaniis, neſcio. Quod porro tuum …ium ſit ad deſperatos accedere, non mediusfidius …o. Hoc, quod tu non dicendo mihi ſignificaſti, …r audierat: ac, ſimul atque, have, mihi dixit, ſtatim

…*caræ ſunt*] Nonnulli codices ha… *…ra ſunt*. magis tamen proba… *…caræ ſunt*. Lambin.

…n fortunas non debes velle conturbare … ut odiſſe, a.] Al. *quorum f. n. d. v. c. … eam cauſſam, in cujus victoria ſalus …, ne, aut odiſſe te, aut*, &c. *Corr.*

…d offenſæ fuerit in iſta cunctatione, …e] Reſcripſi ſic ex Vaticano, …o, Peckio, atque adeo editio… Excuſi vulgo libri, *te prius ſub…* …ebhardus. Offenderat autem … Pompeium cunctatione Capuæ … maritima. *Corrad.*

…ſimulatque hanc mihi dixit] Nos …am lectionem reſtituimus *have.* … autem ſenſum hujus loci cre… eſſe, Simulatque Cæſar me ſa…, primis ſtatim verbis mihi nar… quæ de te audiſſet. Audierat … Cæſar Ciceronem parare fu… velleque omnino ex Italia diſ…. Quod ſi *hanc* legas, nullum inde commodum ſenſum elicere poteris. Siquis autem *have*, quia aſpirate ſcriptum eſt, ſuſpectum habet, is omnino infrequens eſt in antiquorum librorum & lapidum obſervatione, in quibus paſſim ſic ſcribitur. Eſt pulcherrimis litteris ita ſcriptus lapis Piſis: PARTHENI HAVE BENE BALEAS QVI ME SALVTAS CVM SOSSIA FILIA MEA. Item plurimi Romæ ſic leguntur: raro autem admodum aliter. Harum autem inſcriptionum cum exempla quædam ab eo petiiſſem, quo poſſem hanc ſcripturam non abolitam confirmare, magnam copiam mihi Roma miſit Marcellus Cervinus juvenis omni laude dignus propter ſummam omnium ingenuarum artium eruditionem, & candidiſſimorum morum integritatem. Nonnulla igitur ex iis, quæ illi debeo, exemplis adferam, MACE-

ſtatim quid de te audiſſet, expoſuit. negavi me ſcire: ſed tamen ab eo petii, ut ad te litteras mitteret, quibus maxime ad remanendum commoveri poſſes. Me ſecum in Hiſpaniam ducit. Nam, niſi ita faceret, ego prius quam ad urbem accederem, ubicunque eſſes, ad te percurriſſem, & hoc a te praeſens contendiſſem, atque omni vi te retinuiſſem. Etiam atque etiam Cicero, cogita, ne te tuoſque omnis funditus evertas: ne te ſciens prudenſque eo demittas, unde exitum vides nullum eſſe. Quod ſi te aut voces optimatium commovent, aut nonnullorum hominum inſolentiam & jactationem ferre non potes, eligas cenſeo aliquod oppidum vacuum a bello, dum haec decernuntur. quae tu cum feceris, & ego te ſapienter feciſſe judicabo, & Caeſarem non offendes.

EPI-

DO HAVE. BENE VALEAS QVISQVIS ES. FECER. C. MODESTIVS MACEDO PATRI PIISSIMO, ET FORTVNATA CONIVX. CVRANTE RVFINO COLLIBERTO. Item, IPHIGENIA SVAVIS HAVE. VIX. MENSIB. OCTO. Item, HAVE HYGIA ANIMA DVLCISSIMA EIDIAE SECVRISSIMAE QVAE VIX. ANN. XVI. SIT TIBI TERRA LEVIS. Item Hoſtiæ hanc inſcriptionem eſſe idem mihi affirmavit, IVLIAE SP. F. THAIDI: HAVE THAIS: DII TIBI BENE FACIANT. & aliam etiam ibidem, quam ne in re tot jam teſtimoniis clara, longiores ſimus, præteribimus: nec non Arimini plures eandem orthographiam ſervantes. Nihil igitur dubitandum quin hæc vera ſit lectio. Cum autem in pluribus perveteribus codicibus hanc epiſtolam legerimus (quippe quæ ſit etiam inter ad Atticum,) omnes concordes ſunt in hac lectione. *Victor.*

Ut ad te litteras mitteret] Quæ ſunt lib. x ad Attic. Eas autem Cæſar miſit ex itinere. *Corrad.*

Quæ cum confeceris, & ego te ſapienter feciſſe] Sic edidi cum Victorio, cum alii fecerint, *quæ jam erunt confecta. Id ſi feceris.* Pall. vero, Peckio excerpta & vetuſtiſſima editio, *quæ tam erunt confeceris.* Politiani vero codex, *quæ tamen tu feceris.* Gebhardus. Sed ex Politiani libro aliorumque veſtigiis, non dubito quin legendum ſit, *quæ tu cum feceris. cum* bis ab oſcitante librario ſcriptum, inde ab alio adnexum ſequenti verbo. *Gravius.*

Ergo

EPISTOLA XVII.

ARGVMENTVM.

Q[o] tempore bellum in Pharſalia Caeſar, iterum conſul, con- [Po]mpeium gerebat, Romae praetor Coelius, rerum novarum [ſtudio]ſus, vel quia praetori Trebonio mandatam urbanam juriſ- [dicti]onem inique ferret, vel quod gravi aere alieno premere- [tur], magnas turbas commovit; quibus eum Servilius conſul re- [mo]vendum a rep. cenſuit, quae dum in urbe agitantur, ſcri- [bit C]oelius hanc epiſtolam, doloris & iracundiae plenam: in [qua s]e Curionis amore, & Appii odio ab optima mente deſci- [viſſe], Caeſariſque partes potius, quam Pompeii, ſecutum eſſe, [conqu]eritur: ejuſque mutationis culpam in fortunam quoque con- [fert], quae effecerit, ut in Hiſpania eſſet, quo tempore Cicero [ad P]ompeium in Graeciam profectus eſt. Leviter etiam ipſum [Cice]ronem accuſat, quod amici officium neglexerit, paſſuſque [ſit eu]m cum Caeſare conjungi.

COELIVS CICERONI S.

ERgo me potius in Hiſpania fuiſſe tum, quam Formiis, cum tu profectus es ad Pompeium? quod utinam

[Er]go me potius in Hiſpania fuiſſe tum, [qu]am Formiis] Si non profectus eſ- [ſem] in Hiſpaniam cum Cæſare, ſed Formias, has diſcordias, in quas [incid]i, vitaſſem. *Corrad.* *Ergo me po- [tius pot]uiſſet in Hiſpaniam proficiſci, quam [For]miis eſſe*] *Ergo ne*, quod eſt in Me- [dice]nenſibus, non improbo. ut ſit [O]ctaviani energia,

[Erg]one ſupremis potuit vox improba verbis
[Ta]m dirum mandare nefas?

ſed ne id quidem, quod vetuſtiores impreſſi habent *quam Formias*. ut hoc dicat: Ergone potius fuit proficiſci in Hiſpaniam, quam Formias, antequam tu ad Pompeium proficiſcerere? quaſi dicat, minime. Utinamque ad te eſſem profectus potius Formias, ubi eras, quum ſcilicet ſuperiores ad te dedi litteras. Nam ibi fuiſſe ſe indicat Cicero lib. 11 illis litteris, quibus ſuperiori Cœlianæ epiſtolæ reſpondet, *Sed mea prædiola*, inquit, *tibi*

utinam * ut Appius Claudius in iſta parte C. Curio: quojus amicitia me paullatim in hanc * perditam cauſſam impoſuit. nam mihi ſentio bonam mentem iracundia & amore ablatam. Tum tu porro, cum ad te proficiſcens noctu Ariminum veniſſem, dum mihi pacis mandata das ad Caeſarem, & mirificum civem agis amici officium neglexiſti, neque mihi conſuluiſti. Neque haec dico, quod diffidam huic cauſſae: ſed, crede mihi,

bi nota ſunt, in his mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim. Plutarchus prædia in Formiano pulcherrima fuiſſe Ciceronis teſtatur. ſed & Cœlii verba hanc ſententiam indicant, ſuperioribus litteris, *Me ſecum*, inquit, *in Hiſpaniam ducit. nam, niſi ita faceret, ego prius quam ad urbem accederem, ubicunque eſſes, ad te percurriſſem.* Bernh. Rutil.

Quod utinam aut non in iſta parte A. Cl. aut non in hac C. Curio: cujus] *Parte* Pompeiana. Hoc loco ſcimus aliter in veteribus libris legi, ſed nihil elici poteſt ſenſus. *Corradus.* *Quod utinam aut non Appius Claudius*] Ita interpungebat Pantagathus. *F. Urſinus.* *Quod utinam ut Appius Claudius in iſta parte C. Curio, cujus amicitia me paullatim in hanc perditam cauſſam impoſuit*] Ut Victorius edidit, ita nos repræſentamus. Doctus tamen vir leg. putat, *quod utinam, ut Appius Claudius, in iſta parte C. Curio, cujus amicitia me paullatim in hanc impoſuit*; itaque ſcriptum in vet. cod. ait præter quod is habet [ut & Mentelianus], *in hanc partem cauſſæ impoſuit.* ſed illa verba, *partem cauſſæ*, ut gloſſema, delenda cenſet. Duas, porro ait, reddi cauſſas a Cœlio, cur partes Cæſaris ſecutus fuerit. unam amorem Curionis, quem optat ad Pompeii partem, ſicut Appius fecerit, tranſiſſe; alteram quod ſibi Cicero nihil conſilii impertitus fuerit. Libri quoque noſtri *in hanc portam cauſſam.* Vulgo, *quod utinam aut non in iſta parte Appius Claudius, aut non in hac C. Curio fuiſſet.* Gebh. Appii vero odio ſententiam mutavit Cœlius, quum Pompeium ſequi conſtituiſſet. *Corr.*

Bonam mentem iracundia timore ablatam] Nos *iracundia, & amore* ut eſt in antiquis, legimus. etſi non ignoramus eloquentiſſimum juvenem Chriſtoph. Longolium *tumore ablatam* hinc, ut opinor, acceptum in ſuas elegantiſſimas epiſtolas tranſtuliſſe. Queritur Cœlius ſe parum felicem in hac re fuiſſe: partes enim Pompeii fugiſſe, ne cum inimiciſſimo eſſe cogeretur (illic enim erat Appius), Cæſariſque ſecutum, illectum amicitia Curionis. Iracundia igitur, & inimicitiæ cum Appio a Pompeii caſtris Cœlium retraxerunt, amor & familiaritas Curionis in Cæſaris amicitiam deduxerunt. Nos quod potuimus præſtitimus in his Cœlii epiſtolis: multa nos præteriiſſe fatemur. Qui meliorem codicem nacti fuerint, quæ reſtant non pauca vulnera, ſanare facilius poterunt. Alius mihi viſus eſt in hoc libro quam in cæteris Mediceus codex: nos ab eo deſtituti, quantum cupiebamus facere non potuimus: non enim divinare noſtrum conſilium eſt. *Victorius.* *Iracundia & amore ablatam*] Negare equidem non poſſum hanc eſſe antiquam ſcripturam, quam & Rivius ſe in uno cod. perantiquo reperiſſe teſtatur, *iracundiæ tumore ablatam.* Sed ego vulgatam, *iracundia & amore ablatam*, magis probo;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

prire ſatius eſt quam hos videre. Quod ſi timor crudelitatis non eſſet, ejecti jam pridem hinc eſ- Nam hic nunc, praeter feneratores paucos, nec nec ordo quiſquam eſt, niſi Pompeianus. Equi- m effeci ut maxime plebs, &, qui antea noſter populus veſter eſſet. Cur hoc, inquis? immo re- exſpectant. Vos invitos vincere coegero. irritavi Catonem. Vos dormitis: nec haec adhuc mihi rini intelligere quam nos pateamus, & quam ſimus

ue ita olim edi juſſeram, ſi pographus obtemperare vo- Nam hoc dicit Cœlius, ſe o- ii compulſum, & amore Cu- lductum eſſe ut parteis Cæſa- eretur. Fuit autem Appius, anus: Curio, Cæſarianus. *Lam-*

hos videre] Servilium, Tre-, & reliquos Cæſarianos. *Cor-*

ſi timor veſtræ crudelitatis non eſ- npeius enim diſcedens ab ur- ſenatu dixerat, eodem ſe ha- n loco, qui Romæ remanſiſ- & qui in caſtris Cæſaris fuiſ- *dem.* Hoc eſt, minatus erat n ipſo arma non ſumpſiſſent, tibus habiturum.

er fœneratores] Sunt homines oſi, qui nummos aliis fœnori nobis *renteniers*. Fœneratoribus averat, datis arbitris, per quos æſtimationes poſſeſſionum &, quanti quæque earum ante n fuiſſent, atque eæ creditori- derentur. Cœlius vero prætor debitorum ſuſcepta fore auxilio batur: ut in Quæſtura fuſius are retulimus. *Corradus.*

ci ut maxime plebs] Appellatione ſa, legibuſque de mercede ha- num conductoribus donanda, ovis tabulis promulgatis. *Idem.* m libri manuſcripti habent, *ut* *partes*, &c. Unde docti quidam ſuſpicantur legendum, *ut maxime patres*, &c. *Lambinus.* In multis libris extat *pios*, unde Guilielm. conjicit ſcribendum *Piſo*. Non eſt vero, ſi veteres libri non repugnent, ut vulgatam lectionem repudiemus propter rationes allatas a Manutio. Sæpe enim *populus* & *plebs* conjunguntur. Inferius lib. x, epiſt. 8. *Plancus Imp. Conſ. deſ. S. D. Coss. pr. trib. pleb. Sen. pop. pl. q. R.* hoc eſt, *Conſulibus, prætori, tribunis plebis, ſenatui, populo, plebique Romanæ.* Tacitus I Annal. *Legata non ultra civilem: niſi quod populo & plebi* CCCCXXXV *dedit.* Plebs nimirum eſt viliſſima pars populi, fæx populi. *Gravius.*

Cur hoc, inquis? Immo reliqua exſpecta, &c.] Al. *Cur hos inquis imo reliqua expectant nos invictos vincere coegere Aruncanum me Catonem*, &c. locus eſt mendoſiſſimus. *Corrad.* *Imo reliquias expectant*] Scrib. *imo reliqua expecta.* Lambin.

Inritavi in me Catonem] Aliter leguntur in illis, ſed adeo confuſe, & inquinate, ut pigeat meminiſſe. Nam quod nonnulli *inritavi in me Crabrones* vel *in me Cæſarem* legunt, ſunt longe a veteribus veſtigiis: & vereor ne quanto magis corrigere volunt, tanto magis contaminent. Jaceant igitur hi loci, donec ex melioribus codicibus vera lectio eluceſcat. *Victorius.*

Nec hæc adhuc, &c.] Quidam delent pronomen *hæc*. Lambin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mus imbecilli. Atque hoc nullius praemii ſpe faciam: ſed, quod apud me plurimum ſolet valere, doloris atque indignitatis cauſſa. Quid iſtic facitis? proelium exſpectatis, quod firmiſſimum eſt? Veſtras copias non novi. noſtri valde depugnare, & facile algere, & eſurire conſueverunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

PAVLLI MANVTII

COMMENTARIVS

IN

M. TVLLII CICERONIS

EPISTOLAS AD FAMILIARES.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

PAVLLI MANVTII
;OMMENTARIVS
IN
EPISTOLAM I
LIBRI I.

PAG. 3.

M Tullius, Cicero] Me puero, Romanorum nominum obſcura doctrina, & perdiſſicilis habebatur. nos fortaſſe primi noſtris Com- :ntariis adjumenti hoc in genere ali- ıd attulimus, ſed proxime, quæ ad nc notitiam pertinent, præclare ınia collegit, auctor optimus anti- itatis, Carolus Sigonius. Hic ſi ıerim, Marcus, prænomen eſſe; Tul- s, nomen; Cicero, cognomen; & :c tamen omnia, ſine diſcrimine, a teribus nomina interdum appellari; buſque fere nominibus Romanos i ſolitos eſſe, ut, M. Tullius Cicero, C. Julius Cæſar, Ser. Sulpi- ıs Rufus; nonnumquam quattuor, , C. Calpurnius Piſo Frugi, Cn. ornelius Scipio Naſica; duobus in- rdum, ut, C. Marius, L. Gel- us, Q. Hortenſius, M. Antonius: umquam uno; cum nec prænomine ıiſquam, nec gentilicio nomine ca- :ret; licet multos ipſo tantum præno- ıine, ut, Appius, Manius, Servius, otos fuiſſe non ignorem: hæc, in- uam, & ſimilia ſi dixerim, putem me icere, quæ nota ſunt. Quod ad Tul- os attinet, patricii primum, deinde lebeii generis fuere. auctor ipſe Cice- o in Bruto: *Vt ſi me*, inquit, *a M. 'ullio eſſe dicerem; qui patricius anno de- imo poſt reges exactos cum Ser. Sulpicio ınſul fuit*. Plebeia vero gente natum lum M. Tullium, qui cum Cn. Cor- elio Dolabella anno urbis DCLXXII. conſulatum geſſit, nemo, opinor, infitiabitur, qui & Dolabellas patricios fuiſſe & duos patricios veteri lege ſimul eſſe conſules non potuiſſe cognoverit. Hoc nomen a Tullo prænomine, quo rex Hoſtilius uſus eſt, derivatum nonnulli credidere. Cicerones dicti a cicere ſerendo, ut Lentuli a lente, Fabii a faba, ut ait Plin. lib. 18. cap. 3. quanquam Priſcianus lib. 2. tradidit, qui primus Cicero dictus eſt, eum ab habitu faciei ita nominatum; &, quod agnomen in illo fuit, cognomen in poſteris fuiſſe. ſimiliter, Cæſar, Scipio, quæ primum agnomina fuere, in cognomina tranſiſſe.

P. Lentulo] Corneliæ gentis patriciæ. nam & Cornelii plebeii fuere, ut ille C. Cornelius, qui, poſt tribunatum plebis, a Cicerone defenſus eſt: & P. Cornelius tribunus pleb. in epiſt. 7. lib. 8. & patricii diſtinguuntur a plebeiis lib. 2. de Leg. in eo loco: *Sulla primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari*. Ex ipſa autem gente patricia profluxere familiæ multæ, diverſis diſtinctæ cognominibus, ut Maluginenſes, Coſſi, Rufi, Scipiones, Blaſiones, Sullæ, Merulæ, Lentuli, Cethegi, Cinnæ, Dolabellæ: qui cum eſſent ejuſdem gentis, ejuſdem tamen familiæ non erant: ut in Claudia gente Merones, & Pulchri, patricii; at Marcelli, plebeii; qui omnes recte gentiles dicuntur, ejuſdem familiæ non recte: quod ipſa cognominum varietas declarat. Hic Lentulus eximiam in ædilitate liberalitatis, & magnificentiæ laudem eſt adeptus: unde illud epiſt. 7. *Magna*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. Et lib. 2. Off. *Omnes P. Lentulus, me conſule, vicit ſuperiores.* Et Valerius Max. lib. 2. c. 4. *Claudius Pulcher ſcenam varietate colorum adumbravit, vacuis ante picturam tabulis extentam: quam totam argento C. Antonius, auro Petrejus, ebore Q. Catulus prætexit: verſatilem fecerunt Luculli, argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornavit.* Numeratur inter oratores in Bruto, his verbis: *Publius ille, noſtrarum injuriarum ultor, auctor ſalutis, quidquid habuit, quantumcumque fuit, illud totum habuit e diſciplina. inſtrumenta naturæ deerant: ſed tantus animi ſplendor, & tanta magnitudo, ut ſibi omnia, quæ clarorum virorum eſſent, non dubitaret adſciſcere, eaque omni dignitate obtineret.* Cognomen Spintheris, ut Valerius Max. lib. 9. cap. 15. docet, a quodam aſſeclarum accepit. Plinius autem lib. 7. cap. 12. eum Spintherem ſecundarum partium hiſtrionem vocat. A ſimilitudine certe cognomen hoc ortum eſt. nam Quinctilianus lib. 6. c. 3. de riſu, *Acriora*, inquit, *ſunt, & elegantiora, quæ trahuntur ex vi rerum. in his maxime valet ſimilitudo, ſi tamen ad aliquid inferius, leviuſque referatur: qua jam veteres illi jocabantur, qui Lentulum Spintherem, & Scipionem Serapionem eſſe dixerunt.* Spintherem tamen Cicero numquam Lentulum appellat, opinor, quia contumelia videretur. Cæſar, ab eo læſus, quia fuit in præſidiis Pompeii, Spintherem vocat lib. 1. de bel. civ. item Salluſtius in Conjuratione Catilinæ. veteres tamen nummi, Spinther, habent. Hoc ad filium ejus tranſiiſſe cognomen Cicero oſtendit epiſt. 51. lib. 12. ad Att. & 10. lib. 16. ad eundem: Appianus lib. 3. bel. civ. Plutarchus in Cæſare, Dio lib. 39.

Procos.] Cum Suetonius, & Plinius, *Proconſulatus*, Gellius, & Valerius Max. *Proconſulare*, unico verbo, dixerint: videtur, *proconſul*, dicendum eſſe, & conjuncte ſemper ſcribendum, ut varietur cum antecedente nomine, hoc modo: *Lentuli proconſulis, Lentulo proconſuli, Lentulum proconſulem.* veteres contrahebant. *Pro. cos.* itaque ſcriptum in lapidibus Capitolinis animadverti. librarii poſtea vel unico verbo. *Proconſul, proconſulis, proconſuli*, variatis caſibus, ſcripſere; vel disjuncte, in omni caſu, *Pro conſule.* ego, ſi liceat utrum vis, malim ſcribere, *Proconſul, proconſulis, proconſuli*, quam, *Proconſule*: in quo me valde movet ſimilitudo; cum dicatur, *Pronepos, pronepotis, pronepoti*, & *Proavus, proavi*, *non Pronepote*, & *Pro avo.* quod ſi conceditur: (nec diſſentire quemquam video) valeat eadem ratio in *Proconſul, Proprætor, Proquæſtor*, & ſimilibus. Nec moveor, quod in oratione pro lege Manilia dicatur, mitti Pompejum ad bellum Mithridaticum non pro conſule, ſed pro conſulibus. reſpexit enim, cum ita loqueretur, L. Philippus ad originem, & ſignificationem nominis compoſiti, non ad morem ſcribendi, aut loquendi. Non negaverim, in antiquis quorundam lapidum inſcriptionibus inveniri, *Pro pratore*, pro, *Proprætori*. ſed in iiſdem lapidibus, *Proconſuli*, licet videre, non *Pro conſule.* exempla ſubjungam.

POPVLONII

L. ARADIO. VAL. PROCVLO. V. C.
LEGATO. PRO PRAETORE. PROVINCIAE. NVMIDIAE
PROCONSVLI. PROVINCIAE. AFRICAE. VICE
SACRA. IVDICANTI. EIDEMQ. IVDICIO. SACRO
PER. PROVINCIAS. PROCONSVLAREM &c.

In aliis vero inſcriptionibus opinio noſtra plane comprobatur, ut in his:

HONO-

HONORI.

MEMMIO. VITRASIO. ORFITO. V. C.
NOBILITATE. ACTIBVSQ. AD EXEM-
PLVM. PRAECIPVO. PRAEFECTO. VRBI
ET. ITERVM. PRAEFECTO. VRBI. PROCON-
SVLI. AFRICAE

SEXTO. PETRONIO. PROBO
ANICIANAE. DOMVS
CVLMINI. PROCONSVLI
AFRICAE

FABIO. TITIANO. V. C.
CORRECTORI. FLAMINIAE
ET. PICENI. CONSVLARI
SICILIAE. PROCONSVLI
PROVINCIAE. ASIAE

C. CEIONIO. RVFIO. VOLVSIANO. V. C.
CORRECTORI. ITALIAE. PER. ANNOS. OCTO
PROCONSVLI. AFRICAE

Habemus aliorum quoque lapidum ...monia : ſed hæc ſufficiant, ne ſa...tatem afferat copia. Divus Auguſti... in libro de Grammatica auctor eſt, ...te ſua non, *Proconſul*, ſed *Procon...*, nominandi caſu, uſitatum fuiſſe; ...eres autem non, *Pro conſule*, ſed *...conſul*, unico verbo, dixiſſe. Ab ...itera vocali, inquit, nullum Lati...m, niſi juncta præpoſitione, maſcu...lum invenitur, ut *Pro conſule*, *Pro ...tore.* ergo, juncta præpoſitione, ...nt Latina, ut dixi, *Pro prætore*, *Pro ...ſtore.* nam veteres nominativo caſu, *...conſul*, dicebant, attendentes nul...n nomen apud Latinos virilis gene... in E exire. Antiquam conſuetudi...m & Priſcianus lib. 2. comprobavit ...verbis : *Præpoſitionis eſt, vel ſepara... caſualibus præponi, ut, de rege, apud ...icum; vel conjunctim, ut interitus, in...tus, proconſul, inſipiens.* Venio nunc ... ſignificationem nominis. *Proconſul* ...t, qui, geſto conſulatu, ibat in pro...nciam. hoc vulgo notum eſt : illud ...raſſe non item, de quo doctos olim ...os memini dubitare, Proconſules æque dici interdum ſolitos eſſe, qui ex prætura in provinciam profecti eſſent. ne longe abeam : Q. Metellus Celer epiſt. 1. & 2. lib. 5. proconſul appellatur. quod ne quis in dubium revocet, quaſi ſuſpecta epiſtolarum inſcriptione, Tironis, qui eas collegit, arbitratu facta; recitemus, ut ſcrupulus dubitantibus omnis eximatur, verba Plinii ex lib. 2. cap. 67. *Nepos*, inquit, *de ſeptemtrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, C. Afranii in conſulatu collegæ, ſed tum Galliæ proconſuli, Indos a rege Suevorum dono datos.* Et Epiſt. 11. lib. 12. Caſſius proconſul vocatur, qui tamen conſulatum non geſſerat. Jam lib. 1. de leg. ita ſcriptum eſt : *Gellius, cum proconſul ex prætura in Græciam veniſſet, philoſophos in locum unum convocavit.* Et in oratione in Vatinium C. Coſconium proconſulem vocat ulterioris Hiſpaniæ, qui conſulatum non geſſerat. Et in oratione pro Ligario, *C. Conſidius prætorius, proconſul.* Item M. Antonius libro primo de oratore. Et Livius l. 37. L. Æmilium Paullum proconſulem appellat, qui prætor in ulteriorem Hiſpa-

niam ierat. Suetonius etiam de C. Cæſare proprætore, *In Hiſpania*, inquit, *proconſul a ſociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni.* In Auguſto, cum loquatur de Q. Cicerone prætorio, *Proconſulatum*, inquit, *Aſiæ parum ſecunda fama adminiſtrantem.* Addo C. Caninium Rebilum, C. Salluſtium Criſpum: quos conſulatu nondum geſto, proconſules Hirtius appellat in lib. de bello Africo. & in eodem libro Allienum, qui Siciliam obtinebat, modo prætorem, modo proconſulem: ad quem Ciceronis epiſtolæ l. 13. inſcribuntur, Proconſuli: item ad alios in eodem libro, qui conſules non fuerant. Et in lapidibus Capitolinis anno DCLIV. nominatur L. Dolabella proconſul, conſulatu nondum geſto. Neque ſolum, qui poſt præturam ibat in provinciam, *proconſul* vocabatur; ſed contra, qui poſt conſulatum, prætor. itaque Cicero in epiſtola ad Salluſtium lib. 2. prætorem appellat Bibulum, poſt conſulatum Syriam adminiſtrantem. Et epiſt. ult. lib. 5. ad Att. Quod prætori dare conſueviſſet: pro proconſuli: quia duo proconſules, Lentulus, & Appius, ante Ciceronem, Ciliciam, Cyprumque rexerant. Et P. Rutilius, qui conſul fuerat, prætor dicitur in Verrinis orationibus: & C. Cæſar, cum Gallias poſt conſulatum adminiſtraret. prætorem etiam, cum in provincia conſul bellum gereret, P. Scipionem a Livio appellari video. Pedianus autem, cum de Q. Mucio Scævola, Aſiam poſt conſulatum regente, loqueretur, prætorem vocavit. Quodque miremur magis, *quæſtores*, a decedentibus proconſulibus provinciæ præfectos, animadverti *proconſules* interdum nominari, ut Salluſtium, & Sextium lib. 2. & 5. familiarium: quod epiſtolarum inſcriptiones, veteribus in libris a me diligenter inſpectæ, ſignificant. nam ſi, proconſulum loco, provinciæ curam ſuſceperunt; conſentaneum videtur, eadem eos poteſtate, eodem imperio fuiſſe. alioqui, ſi bellum aliquod exoriretur, rem militarem gerere qui licuiſſet? itaque primo anno quæſtores, ſecundo, & tertio, ſi proconſulum loco provinciæ præeſſent, proquæſtores, & interdum, ob imperium in eos tranſlatum, proconſules dicebantur, interdum etiam proprætores. nam Salluſtius in Jugurthino A. Albinum a Spurio fratre conſule, Romam, comitiorum cauſſa, decedente, proprætorem relictum demonſtrat. Accepto igitur imperio, quod, hoſtibus propinquis, ratio temporis exigebat, & *proconſulum*, & *proprætorum* nomina *quæſtores* aſſumebant. Proconſulem autem per triennium fuiſſe Lentulum in Cilicia, & hæc prima epiſtola, ſcripta Marcellino & Philippo Coſs. & nona, Appio & Domitio, demonſtrant. poſt triennium deceſſiſſe, cognoſcitur ex eo, quod Appius ei ſtatim poſt conſulatum ſucceſſit. Omnino lege Sempronia C. Gracchi, & Cornelia L. Sullæ, provinciæ erant annuæ: tamen interdum prorogabatur imperium, ut Lentulo, cui ſucceſſit Appius, & Appio, cui Cicero; præterea Q. Ciceroni, cum Aſiæ præeſſet, C. Antonio, Macedoniæ proconſuli, C. Cæſari, Gallias adminiſtranti, de quo epiſt. 7. *Et ſtipendium Cæſari decretum eſt, & decem legati: & ne lege Sempronia ſuccederetur, facile perfectum eſt.* Provincia Lentuli, Cilicia eſt appellata: quamquam Aſiæ quoque parti præeſſet: ut oſtendit epiſtola, *Perjucundæ.* nec vero Ciliciam adminiſtrabat univerſam: quod epiſt. 1. lib. 15. declarat: & in Ciliciæ parte, regem fuiſſe Tarcondimotum, Dio lib. 41. & 54. & Strabo lib. 14. ſignificat.

Ego omni officio, ac potius pietate] Epiſtolarum omnium quæ materia ſit, quæque nos hortentur ſæpe, interdum etiam impellant ad ſcribendum cauſſæ, diu ſæpe, ac perattente cogitavi. artem enim quaſi quandam, quæ viam ad inventionem patefaceret, invenire cupiebam. Atque in hoc meditandi ſtudio cum occurriſſent plurima, eaque admodum diverſa; tandem aliquando, inſpecta rei cujuſque natura, atque vi, ad

duo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ædam capita referri poſſe omnia
ſt: quorum alterum grave ἠθικὸν,
n πραγματικὸν vocatur, nos mo-
c negotiale poſſumus appellare.
m enim epiſtolarum argumenta
egotio, vel ab officio, tanquam a
s fontibus, deducuntur. Nego-
quo res in ſtatu ſit, ſive noſtra, ſi-
na, ſive privata, ſive publica, ſi-
nt. nec ſi quæ ſunt, in quibus ali-
re diſputatur, ab hoc genere dis-
, noſtrum enim negotium videtur
ultro ſcribimus; aliorum, ſi roga-
amquam diſputationes removet
ſtola ſcriptor egregius Demetrius,
n Latini: nam Varro quæſtiones
s epiſtolis explicavit, ut Gellius,
ariſius docent: & Valgius Rufus,
m Cariſius oſtendit, ſcripſit de re-
er epiſtolam quæſitis. Morales
um potius, quam negotium, conti-
quod genus late patet. hinc enim
gunt, quæcumque aut humanitatis,
enevolentiæ; aut alicujus omnino
tis aliquam ſignificationem ha-
: ut commendaticiæ, & conſolato-
lætitiam, aut dolorem indicantes,
onentes, hortantes, querentes, ob-
ntes, gratias agentes, &, ut ſum-
m complectar, quæ materiam a ne-
non ſumunt. Tertium quoddam
s, ex utroque miſtum, reperiri non
verim: ſed hoc ut æqualiter ex
que conſtet, id eſt, ut eæ cauſſæ, quæ
cribendum adduxere, graves æque
, nec morales negotialibus, aut ne-
ales moralibus vincantur, perquam
ſolet evenire. quod ſi morale, aut
otiale in epiſtola miſta excellet;
od autem, ut ea ſcriberetur, vehe-
ntius impulit, id dico excellere) quis
itet, quin, quæ res in ea plus habet
deris, eadem ei nomen tribuat?
n enim in aſſignando genere vel par-
numerandæ ſunt, vel longitudinis
enda ratio eſt. poſſunt eſſe plures
rales partes, quam negotiales; aut, ſi
iciores ſint, vel una eſſe longior,
am negotiales omnes: nec tamen ad
rale genus epiſtola pertinebit. quo
im, ut jam dixi, præcipue adducimur

ad ſcribendum, id ſive multis, ſive paucis verbis exponatur, epiſtolas facit aut negotiales, aut morales. Ac morales quidem in ſimplici plerumque verſantur argumento; ſuiſque quaſi finibus contentæ negotialem materiam non attingunt: negotiales contra, non quia neceſſe ſit, ſed quia deceat, morale ſæpe aliquid aſſumunt. Poſſum probare exemplis, poſſum auctoritate eorum, qui de epiſtolis præcepta tradiderunt: ſed ipſa quoque in promptu ratio eſt. quis enim, cum ſcribit, quod vel ſua, vel ejus, ad quem ſcribit, interſit, aliquam rei perficiendæ cupiditatem non exponit? quis ad ea, quæ reſtant, curam, & diligentiam non pollicetur? quis aut, confecto negotio, non lætatur, aut deſperato, non cadet? quæ interdum grati animi, humanitatis quidem ſemper ſigna ſunt. Moveor etiam non leviter auctoritate Demetrii, ſcriptoris accurati in primis, & docti. Πλεῖστον, ait, ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολή, ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος. σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. Exempla vero, ne, quod adeſt, longe petamus, ad Lentulum ſcriptæ epiſtolæ ſuppeditant. Negotiales enim omnes fere ſunt: & his tamen morales Cicero ſententias libenter admiſcet, nimirum officii cauſſa; ut, in patriam opera, ac virtute Lentuli revocatus, tanti beneficii memoriam, & remunerandi ſtudium declaret. fortaſſe etiam, ut ingenio valebat, ad officium artem adhibuit. nam, quia morales in primis ad conciliandam benevolentiam idoneæ ſententiæ ſunt; iccirco futurum intelligens, ut negotialem hujus primæ epiſtolæ partem, id eſt, narrationem, Lentulus non admodum libenter legeret, quippe quæ adverſa pæne omnia, & inclinatam rem oſtenderet; eam moleſtiam morali principio leniendam putavit. ad leniendum autem, ſi cetera deficiant, ipſa tamen amoris, & grati animi ſignificatio multum valet. & grata voluntas ſocietate quadam ejuſdem doloris oſtenditur. dolor autem Ciceronis, in Lentuli cauſſa ſuſceptus, quod ſingulari quodam ſtudio valde tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

non proficiat, cum ex ipſa ſententia, & ex hoc toto orationis ambitu, tum vero ex his maxime primis verbis, unde oritur ſententia, colligitur: *Ego omni officio, ac potius pietate* nam & in, *Ego*, vis eſt; & augetur in, *Omni officio*; & cumulatur demum correctione proxima, *Ac potius pietate.* officium enim amoris expers eſſe poteſt, & communiter in omnes convenit: nomen autem *pietatis* quiddam etiam gravius, quam amor, ſignificat: itaque non communiter in omnes, ſed proprie convenit in deos, quibus omnia debemus: deinde in patriam, atque in parentes; quorum caritas proxime accedit ad deos: tertio loco, erga omnes propinquos: poſtremo, erga optime meritos; quos diligere ut propinquos, & colere parentum fere loco, æquum eſt. Quæ ſingula eodem, quo propoſuimus, ordine probemus. Ac pietas quidem in deos multis cognoſcitur exemplis; quorum pauca recitabo. de Nat. deor. libro primo, *Pietas, ſanctitas, religio, pure & caſte tribuenda ſunt deorum numini.* Et infra, ibidem: *Pietas eſt juſtitia adverſus deos.* Et libr. 3. de Fin. *Nec vero pietas adverſus deos, nec quanta iis gratia debeatur, ſine explicatione naturæ intelligi poteſt.* Et pro domo: *Nec eſt ulla ergo deos pietas, niſi honeſta de numine eorum, ac mente opinio.* Et libro ſecundo Officiorum: *Pietas & ſanctitas deos placatos efficiet.* Et in Topicis: *Æquitas tripartita dicitur eſſe, una ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. prima Pietas, ſecunda Sanctitas, tertia Juſtitia, aut æquitas nominatur.* Quæ vero ad parentes, propinquos etiam, licet non bene meritos, pertinent, hæc ſunt. libro 2. de Invent. *Pietas eſt, quæ erga patriam, aut alios ſanguine conjunctos officium conſervare moneat.* Pro Flacco. *Nimia pietas, & ſummus amor in patriam.* De ſomnio Scipionis: *Juſtitiam cole, & pietatem; quæ cum ſit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima eſt.* Et in Bruto: *Utinam C. Gracchus non tam fratri pietatem, quam patriæ, præſtare voluiſſet.* Pro Cœlio: *Pietas in parentes, indulgentia in liberos.* Pro Plancio: *Omitto illa, ut vivat cum ſuis, primum cum parente: nam pietas fundamentum eſt omnium virtutum.* Et Acad. lib. 2. *Adoleſcens admodum cum fratre, pari pietate, & induſtria prædito, paternas inimicitias eſt perſecutus.* Et ad Attic. epiſt. 3. libro ſexto: *Cum bellum eſſe in Syria magnum putetur; videaturne pietatis eſſe meæ, fratrem relinquere?* Pro Quinctio: *Si pietate propinquitas colitur; qui affinem prodit, impius ſit, neceſſe eſt.* Et ad Thoranium, epiſt. 20. libro ſexto. *Hic tui omnes valent, ſummaque pietate te deſiderant.* Atque hæc uno loco omnia in oratione pro Plancio comprehenduntur. pietas enim definitur, grata voluntas in parentes, in patriam, in deos, in amicos: eaque tribus modis laudatur, ut virtus, ut virtus maxima, ut virtutum reliquarum omnium mater. Exemplum pietatis etiam parentum in filios unum Ciceronis afferam ex epiſt. 36. libro 13. *Domo ſibi carendum propter matrem, plenam pietatis.* Alterum Catulli:

Egregium narras mira pietate parentem,
Qui ipſe ſui gnati minxerit in gremium.

Deorum in homines. Statius in Silv.

Vera Deum pietas.

Extremum reſtat de pietate in bene meritos. quo ex genere hoc ipſum eſt: *Ego omni officio, ac potius pietate erga te.* & epiſt. 9. *Perjucundæ mihi fuerunt literæ tuæ: quibus intellexi te reſpicere meam in te pietatem: quid enim dicam, benevolentiam? cum illud ipſum graviſſimum, ac ſanctiſſimum nomen Pietatis levius mihi meritis erga me tuis eſſe videatur.* Et in eadem, in extremo; *Sunt enim teſtes meritorum tuorum erga me, meæq; in te pietatis.* Cur autem, cum id, quod diis hominibuſq; debemus, proprie *Pietatis* nomine totum exprimatur, non eodem nomine erga Lentulum Cicero uteretur, quem in utraque poſt reditum oratione non modo parentem, verum etiam Deum ſuæ ſalutis, vitæ, fortunæ, memoriæ, nominiſque vocat? ſic in epiſt. ad Curionem libro ſecundo, cum Milonem commendat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bis nomen *Pietatis* uſurpat; adnitente, patriam recupera- t alibi ſæpe. Quod autem in uatuor verbis, *Ego omni officio,* es concurrere paſſus eſt; in eo ıoralis virtus elucet. laborare letur, quod amantiſſimi homi- le re potius, quam de verbis. anc indiligentiam non ſolum a nſione vindicat, verum etiam qua laude conjungit in Oratore. nquit, *ille tamquam hiatus, con- calium, quaſi molle quiddam, quod non ingratam negligentiam de re magis, quam de verbis, laborantis.* odem libro, infra: *Nemo eſt tam qui vocales nolit conjungere. in quo etiam Theopompum reprehendunt, s literas tantopere fugerit: etſi id ejus Iſocrates, at non Thucydides, uidem, haud paullo major ſcriptor, Demoſthenes tamen magna ex parte onem vocalium, ut vitioſam, fugit, ci viderunt. nobis, ne ſi cupiamus , diſtrahere vocales conceditur.* e: qui tamen paullo poſt, non admodum crebro vocales voca- ccurrere, indicat his verbis: *Hoc ſtri ſæpius non tuliſſent, quod Græ- are etiam ſolent.* Gellius & in Poë- probat libro ſeptimo capite de- aitque ſuavius eſſe in Virgilio: *Veſevo Ora jugo,* quam, *Vicina Ve- ola jugo*: & apud Catullum, *Ebrio- o ebrioſioris.* DICTVM eſt de gene- epiſtolarum: quibus demonſtratis occurrit animadverſio, primum, rique ſint aptæ generi ſententiæ; e, quibuſnam ſententiæ verbis ientur. Ac licet, niſi fallor, ſimul ıque complecti, & ita definire: E- a conſuetudinem fere quotidiani onis debet imitari. nam, ſi, quod longe remotos nequaquam vox gua præſtare poteſt, id bono lite- ı conſequimur, ut iis de rebus, quæ ſtra, vel amicorum interſint, com- cemus: profecto nihil aliud, quam o quædam ſermonis, videtur epi- idem ſenſit Artemon ille, qui pſit epiſtolas Ariſtotelis: quem dixiſſe Demetrius ait, oportere eodem ſtylo & dialogum ſcribi, & epiſtolas: eſſe enim epiſtolam dialogi partem. Sententias tamen interdum graviores, quam dialogus, & majorem elegantiam admittit epiſtola; non modo quia ſtudio, curaque majore ſcribimus, quam loquimur; verum etiam, quia, cum ad principes viros, aut etiam ad civitates litteras mittimus, quod interdum evenire ſolet, habenda omnino videtur perſonarum ratio; & in eo paullum ſe tollat epiſtola, non modo licet, verum etiam neceſſe eſt. quales enim putemus fuiſſe epiſtolas illas, quibus viri eloquentes, & docti, atque ipſe in primis Ariſtoteles Alexandrum Magnum, incenſum cupiditate veriſſimæ gloriæ, cohortabatur ad decus? jam vero, quæ leguntur Demoſthenis ad Philippum; habere eas quiddam amplum, longeque diſtare a communi ſermone, negari non poteſt. Nec deſunt Ciceronis in hoc genere nonnullæ, ut illa ad Lucceium lib. 5. de ſui conſulatus hiſtoria ſeparatim componenda; & illa ad Dolabellam libro nono, qua ei de ſublata columna, & iis, qui eam Cæſari mortuo, tamquam Deo, in foro erexerant, ſupplicio affectis, gratulatur. in illa vero ad Lentulum, quæ incipit, *Perjucundæ*, partes multæ ſunt, in quibus aliquanto major vel verborum copia, vel ſententiarum ſplendor apparet, quam dialogi ratio, & natura poſtulet. Age, quid in ea dialogo ſimile reperitur, in qua M. Brutus Ciceronem accuſat, quod ſuppliciter nimis, ac demiſſe ad Octavium ſcripſiſſet? Verum hoc, quidquid eſt licentiæ, prudentia moderatur. tempus, perſonarum dignitas, res ipſa, quouſque progredi liceat, oſtendit. Proprie vero & ſimplici argumento, & ſimplici ſtylo contentæ ſunt epiſtolæ. Recte, & feſtive Cicero ad Pætum: *Quid tibi ego videor in epiſtolis? non ne plebeio ſermone agere tecum? nec enim ſemper eodem modo. quid enim ſimile habet epiſtola aut judicio, aut concioni? quin ipſa judicia non ſolemus omnia tractare uno modo: epiſtolas vero quotidianis verbis texere ſolemus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Idem tamen, qui hoc præcipit, non uſquequaque ſervat ſuam regulam: indulget enim ingenio nonnunquam, & epiſtolas concinnat, atque ornat verbis aliquanto illuſtrioribus, quam quæ populo familiaria, & communi ſermone trita ſunt. ſed hoc ejuſmodi eſt, ut immodice, ac temere ſi fiat, faſtidium pariat, & in reprehenſionem incurrat; ſin modice, & loco, delectet ſine ſatietate, & laudem aſſequatur. decet igitur idem, & dedecet, pro utentis ingenio; quod aliis quoque rebus contingit. Hac virtute vel ſolus inter Latinos, ut mihi quidem videtur, vel certe maxime omnium Cicero excelluit. Demoſthenem quidem ita vicit, ut comparatio nulla ſit: quod Quinctilianus quoque vidit. Brevitas laudatur in epiſtolis: jure quidem: brevi enim ſermone magis capimur, quam producto: verum in omni re modus eſt: & peccat eodem fere modo, qui multa paucis contrahit, & qui pauca diffundit in multa. Præclare Gregorius Nazianzenus, qui utroque vitio laborant, eos jaculantibus comparat, ita mittentibus telum, ut vel ſupra ſcopum, vel infra feratur utrique enim errant pariter, licet contrario modo. Hic mihi committendum non puto, quando de epiſtolis agitur, ut fraudentur ſtudioſi pulcherrima ipſius Gregorii, viri eloquentiſſimi, epiſtola; in qua prudenter & ingenioſe, quæ ad hoc ipſum ſcribendi genus attinent, omnia perſequitur, ſic, ut ne Demetrius quidem ille, quem ſupra appellavimus, vel plura, vel meliora tradiderit.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ

ΝΙΚΟΒΟΥΛΩ

Τῶν γραφόντων ἐπιστολὰς, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο αἰτεῖς, οἱ μὲν, μακρότερα γράφουσιν, ἤπερ εἰκός· οἱ δὲ, καὶ λίαν ἐνδεέστερα· καὶ ἀμφότεροι τοῦ μέτρου διαμαρτάνουσιν, ὥσπερ τοῦ σκοποῦ οἱ τοξεύοντες, ἄντι εἴσω πέμπωσιν, ἄντε ὑπερπέμπωσι· τὸ γὰρ ἀποτυγχάνειν ἴσον, κἂν ἀπὸ τῶν ἐναντίων γίνηται. ἔστι δὲ μέτρον ἐπιστολῶν ἡ χρεία, καὶ οὔτε μακρότερα γραπτέον, οὗ μὴ πολλὰ τὰ πράγματα· οὔτε μικρολογητέον, ἔνθα πολλά. τί γὰρ; ἢ τῇ Περσικῇ σχοίνῳ μετρεῖσθαι δεῖ τὴν σοφίαν, ἢ παιδικοῖς πήχεσι, καὶ οὕτως ἀτελῆ γράφειν, ὡς μηδὲ γράφειν; ἀλλὰ μιμεῖσθαι τῶν σκιῶν τὰς μεσημβρινὰς, ἢ τῶν κέντρων τὰς κατὰ πρόσωπον ἀπαντώσας, ὧν συνιζάνει τὰ μήκη· καὶ παραφαίνεται μᾶλλον, ἢ φαίνεται, τῶν ἄκρων τινὶ γνωριζόμενα· καὶ ἔστι, πῶς ἂν εἴποιμι καιρίως, εἰκασμάτων εἰκάσματα, δέον ἀμφοτέρων φεύγοντα τὴν ἀμετρίαν, τοῦ μετρίου κατατυγχάνειν. Περὶ μὲν τῆς συντομίας, ταῦτα γινώσκω. Περὶ δὲ σαφηνείας, ἐκεῖνο γνώριμον, ὅτι χρὴ φεύγοντα τὸ λογοειδὲς, ὅσον ἐνδέχεται, μᾶλλον εἰς τὸ λαλικώτερον ἀποκλίνειν. καὶ, ἵν' εἴπω συντόμως, αὕτη τῶν ἐπιστολῶν ἀρίστη, καὶ κάλλιστα ἔχουσα, ἣ ἂν καὶ τὸν ἰδιώτην πείθῃ, καὶ τὸν πεπαιδευμένον, τὸν μὲν, ὡς κατὰ τοὺς πολλοὺς οὖσα, τὸν δὲ, ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, καὶ ἡ αὐτόθεν γνώριμος. ὁμοίως γὰρ ἄκαιρον, καὶ γρῖφον νοεῖσθαι, καὶ ἐπιστολὴν ἑρμηνεύεσθαι. Τρίτον ἐστὶ τῶν ἐπιστολῶν ἡ χάρις. ταύτην δὲ φυλάξομεν, εἰ μήτε παντάπασιν ξηρὰ, καὶ ἄχαρι γράφοιμεν, καὶ ἀκαλλώπιστα, ἀκόσμητα, καὶ ἀκόρητα, ὃ δὴ λέγεται, οἷον δὴ γνωμῶν, καὶ παροιμιῶν, καὶ ἀποφθεγμάτων ἐκτός· ἔτι δὲ σκωμμάτων, καὶ αἰνιγμάτων, οἷς ὁ λόγος καταγλυκαίνεται· μήτε λίαν τούτοις φαινοίμεθα καταχρώμενοι. τὸ μὲν γὰρ ἀγροῖκον, τὸ δὲ ἄπληστον. καὶ τοσαῦτα τούτοις χρηστέον, ὅσα καὶ ταῖς πορφύραις ἐν τοῖς ὑφάσμασι. τροπὰς δὲ παραδεξόμεθα μὲν, ὀλίγας δὲ· καὶ ταύτας οὐκ ἀναισχύντως. ἀντίθετα δὲ, καὶ πάρισα, καὶ ἰσόκωλα, τοῖς σοφισταῖς ἀπορρίψομεν. εἰ δέ που καὶ παραλάβοιμεν, ὡς καταπαίζοντες μᾶλλον τοῦτο ποιήσομεν. ἢ σκεδάζοντες. Πέρας τοῦ λόγου (ὅπερ τοῦ κομψῶν τινος ἤκουσα περὶ τοῦ ἀετοῦ λέγοντος)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

καὶ ἐκρίνοντο περὶ βασιλείας
...ς, καὶ ἄλλος ἄλλως ἧκον ἑαυ-
...ωνήσαντες, ὅτι ἐκείνου κάλλιστον
...μὴ οἴεσθαι καλὸν εἶναι. τοῦτο
...ῖς ἐπιστολαῖς μάλιστα τηρητέον,
...λώπιστον· ὅτι ἐγγυτάτω τοῦ κτ'
Τοσαῦτά σοι περὶ ἐπιστολῶν, ὡς
...ιλῆς, παρ' ἡμῶν. καὶ ταῦτα
πρὸς ἡμῶν, οἷς τὰ μείζω
(ἐστί). τ' ἄλλα δέ. αὐτός τε Φι-
...τής, εὐμαθὴς ὤν· καὶ οἱ περὶ
...ομψοὶ διδάξουσι.

...VERBIA non excludit, ſed crebra ...obat : quod Ciceroni quoque ...: itaque paucis utitur. at Deme... ἄλλος, inquit, ἐπιστολῆς πυκναὶ ...ίαι· δημοτικὸν γάρ ἐστιν ἡ παροι-... κοινόν. Ego ſervo, & ſervabo ...ii documentum, ut proverbiis ...numquam, neque ſæpe utar, acce-... præſertim Ciceronis exemplo; ...um lego, nullius rhetoris præce-... ...idero.

...*ris*] Meum in re tua ſtudium, ...nque cernentibus.

...*i*] Qui tuam erga me benevo-... ...imitor, merita non aſſequor. tu ...n re mea, quod agebas, perfeciſti: ...non idem contingit in tua.

...*quam ſatisfacio*] Suavitate qua-... ...untur aures, geminato verbo, & ...one poſteriori præpoſita : ut hic; ...*ſatisfacio omnibus, mihi ipſe num-... ...atisfacio.* ſimile illud pro Sextio: ...*it Albino Soceri nomen mors filiæ; ...em illius neceßitudinis, & benevo-... ...a non ademit.* Et lib. 11. de Leg. ...*eſt enim verius quam neminem eſſe ...e tam ſtulte arrogantem, ut in ſe ra-... ... & mentem putet ineſſe, in cælo ...que non putet?*

...*gnitudo*] Lentuli beneficium tri-... ...odis auget, quod *Merita* vocat, ...uærens & in ipſo vocabulo, & in ...to, quod addit, *Magnitudo*; quod, ...*tudo tanta.*

...*ritorum*] Meritum Lentuli maxi-... ...erga Ciceronem fuit, cum eum, ...lodia pulſum, quod cives Roma-... ...conjurationis in patriam convi-ctos, capitali ſupplicio, contra veteres leges, moremque majorum, indicta cauſſa affeciſſet, conſul ſextodecimo ejus exſulii menſe revocavit. Hoc meritum ſignificari, quæ ſequuntur, oſtendunt: *Quoniam tu, niſi perfecta re, de me non conquieſti.* Merita vero quod appellat, non meritum, amplificatio quædam eſt. admonet enim Ariſtoteles, uſurpari interdum ab oratore, ut rem augeat, multitudinis numerum pro ſingulari: quod ſæpe Cicero fecit, ut epiſt. 50. lib. 9. *Te cum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios, vere ut dicam, Craſſos quoque, & Lælios videre videor.* Merita autem plus quam officia valent. ad Brutum libr. 11. *Lamia uno omnium familiariſſime utor: magna ejus non dico in me officia ſed merita.* Ad Cornificium lib. 12. *Ad hæc officia, vel merita potius, jucundiſſima conſuetudo accedit.* Phil. 13. *Magna ejus in me merita, mea quædam officia in illum.*

Quoniam] Parvi refert, utro modo legas, vel, *Quia*, vel, *Quoniam*: niſi tamen hoc videtur plenius: & eſt in quatuor meis antiquis libris: quod ideo teſtatum volui, ne quaſi commenticium rejiceretur, ex eorum ſcriptis, qui ſe in veteribus cunctis exemplaribus, *Quia*, vidiſſe confirmarunt. Non gravabor interdum ad hæc humilia me demittere: ne quod ab induſtria noſtra diligentiæ genus jure quiſquam deſideret. quamquam, ut omnibus plane ſatisfiat, ulla diligentia vix, aut ne vix quidem, conſequi me poſſe, non ignoro.

De me non conquieſti] Quia, cum primum conſul eſt deſignatus, Ciceronis cauſſam ſuſcepit, & ejus de reditu ſententiam, conſulibus Piſone & Gabinio repugnantibus, præclariſſimam dixit: quo vero primum die magiſtratum iniit, eo ipſo die, id eſt Kal. Jan. de Cicerone retulit, ſpreta lege Clodia, quæ pœnam referentibus irrogabat. cumque tribunus pl. Atilius Serranus, nocte ad deliberandum poſtulata, poſtridie S. C. interveniſſet, numquam tamen Lentulus poſtea conquievit, donec, Sextili menſe, centuriatis comitiis perlata lege, rem perfecit. de quo ſic in oratione

pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

pro domo : *Nam tu, Paule Lentule, neque privatus, neque conſul legem eſſe umquam putaſti. nam, tribunis pl. referentibus, ſententiam de me deſignatus conſul dixiſti: ex Kal. Jan. quo ad perfecta res eſt, de me retuliſti : legem promulgaſti, tuliſti.* Similia de Lentuli ſtudio, atque conſtantia in aliis orationibus, pro Sextio, poſt reditum, in Piſonem, alibi.

In tua cauſſa] In tuo negotio, in reductione regis. Cauſſa & hic, & aliis in locis pro eo ſumitur, quod ad aliquem proprie pertinet : ut paullo poſt : *In cauſſa hæc ſunt* : id eſt, in curanda tibi reductione regis. Et infra : *Hac regia cauſſa excepta.* Et in extremo. *Nos in cauſſa auctoritatem eo minorem habemus.* Differunt autem *Res*, & *Cauſſa*, &, ut arbitror, in eo differunt. quod, *Res*, patet aliquanto latius, quam *Cauſſa*: ut *Res* totum negotium ſignificet, *Cauſſa* vero negotii partem illam, quæ ad Lentulum pertinet, ut ſcilicet reſtitutio regis ad eum deferatur. huic opinioni ſuffragantur potius, quam adverſantur, exempla. Epiſt. 5. *De Alexandrina re, cauſſaque regia.* Epiſt. 7. *Quid res, quid cauſſa, quid tempus ferat.* Epiſt. 9. *Accepiſti, quibus rebus adductus, quamque rem, cauſſamque defenderim.* Epiſt. 6. lib. 2. *Nunc tibi totam rem, atque cauſſam commendo, atque trado.* Epiſt. 7. ibidem. *Quantam curam adhibuerim, quamque difficili in re, atque cauſſa, cognoſces ex iis literis, quas liberto tuo dedi.* Epiſt. 4. lib. 12. *Scriberem plura, ſi rem, cauſſamque noſſem.* In oratione pro Cæcina : *Multa, quæ ſunt in re, quia remota ſunt à cauſſa, prætermittam.* Sed finis exemplorum ſit : vitanda enim ſatietas eſt.

Acerbam] Inſuavem, injucundam: tranſlatione à fructibus immaturis. Epiſt. 8. lib. 3. Ad Appium, antitheta poſuit *Acerbum* & *Dulce* : *Non debent mirari homines, me eſſe acerbum tibi, ut ſim dulcis mihi.*

Putem] Quia re vera ipſum, vivere, nemini acerbum eſt, ſed tum videtur, cum accedunt moleſtiæ. ideo, *Putem* dixit potius, quam *ſentiam.*

In cauſſa hæc ſunt] Hæc ſunt, quæ tibi, quo in ſtatu cauſſa ſit, ſignifican[t] poſſint.

Hammonius] Nomen Ægyptiis uſitatum, inde ductum, quod apud Libycos, ut ait Pauſanias, Juppiter Hammon coleretur.

Pag. 4. *Regis legatus*] Nam rex aberat : quia, cum exercitum, Sibyllæ verſibus interdictum, deſperaret, petiit, ut a Pompeio, duobus tantum lictoribus comitato, reſtitueretur. quod cum non impetraſſet, verito ſenatu, ne Pompeji potentia nimium augeretur ; abjecta ſpe, Epheſum ſe contulerat, relicto Hammonio legato. diſceſſiſſe eum ab urbe, antequam tribuni pl. magiſtratum inirent, id eſt, ante IIII. Idus Dec. apud Nonium Feneſtellæ verba ſignificant. Dio, diſceſſiſſe ſignificat, non modo poſt initum a tribunis pl. magiſtratum, ſed etiam conſulatum gerentibus Marcellino & Philippo, id eſt poſt Kal. Jan. Ego aſſentior Feneſtellæ, & quod antiquior, quam Dio, (nam eum noviſſimo Tiberii principatu periiſſe Plinius ait) & quod in rebus Romanis major homini Romano, præſertim Romæ viventi, habenda fides eſt. ipſe etiam Cicero, cum hæc Idibus Jan. ſcriberet, regem ab urbe multo ante profectum oſtendere videtur his verbis: *In rebus multo ante, quam profectus es, ab ipſo rege, & ab intimis, ac domeſticis Pompeji clam exulceratis.*

Aperte] Nullo legum metu : qua res infenſum Ptolemæo ſenatum reddidit.

Oppugnat] Adverſatur vehementer. Tranſlato verbo, quo magis Hammonii ſtudium oſtenderet, uſus eſt.

Creditores] Qui non ſolum id agebant, ut rex reſtitueretur, quo creditas ei pecunias exigere poſſent : verum etiam aperte pecunias pro Pompejo contra Lentulum ſuppeditabant, quod regem cupere intelligebant. epiſt 2. lib. 2. ad Q. Fr. *Creditores regis aperte pecunias ſuppeditant contra Lentulum.* In oratione pro Poſthumo, & apud Dionem lib. 30.

Cum tu aderas] Inepte nonnulli, ut

anti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...em amare videantur, *Quum* ...ribunt: cum Priſcianus obſo... conſuetudinem illam oſten... his verbis. *Apud antiquos* ...*ime loco Cu ſyllabæ Quu ponebant e contrario, ut arquus, coquus, pro arcus, cocus, oculus: quum quur pro cur.*

...*auſſa qui velint*] Vel pueris ...nota ſunt, *Volo tua cauſſa*, *Volo* ...aveo, ſtudeo, amicus ſum. In ... ſententia, *Cui qui nolunt*, dixit

...*tuci ſunt*] Et ſuavitatis quid...t, *Qui*, repetitum: & omni...modi additamentis non modo ... verum etiam paullo ſplendi...itur ſententia: ut ep. 18. lib. 2. ...*veniebant in mentem, quæ ad te* ...*arbitrabar, exiſtimavi, me ad te* ...*portere.* Ejuſdem generis illud ...lib. 4. *Hoc idem omnes, qui te* ...*ſentiunt: quorum eſt magna pro* ...*cimis, clariſſimiſque virtutibus* ... Pauci autem regis cauſſa vo... vel ob apertam ejus largitio... quia propter acerbiſſimam tri... exactionem ejectum ab Ale...s audierant.

...*ompejum*] Cujus ob Mithrida... gloriam longe major quam ce..., apud omnes gentes erat au...: quo futurum ſperabat rex, ut ... nihil ei petenti denegarent.

...*nis calumniam*] Sibyllæ verſus ...regem cum exercitu reduci ve... cujus oraculi verba apud Dio...r. 39. hæc ſunt: Si rex Ægypti, ...ndigens aliquo, venerit, amici...dem ei ne denegaveritis; ne ta...n multitudine aliqua juveritis: ...r; & labores, & pericula habe...am ſententiam Lucanus lib. 6. ...t his verbis:

...*l equidem immerito Cumanæ carmine vatis*
...*um, ne Nili Peluſia tangeret ora*
...*erius miles ripaſque æſtate tumentes.*

... Dio, C. Catonis tribuni pleb. ...qui reductionem regis impedire conabatur, oraculum illud eſſe patefactum, ſenatu non invito, cui largitio illa regis odioſa erat. Nam, quod ad Sibyllæ verſus attinet, probabat eos quidem ſenatus, verum non tam religione, quam illius regiæ largitionis invidia. Et Cicero ipſe, qui reductionem regis, Lentuli gratia, vehementer cuperet, *Calumniam religionis* appellat, id eſt, malitioſam & fictam de Sibyllinis verſibus orationem: ut, exercitu adempto quaſi jubente Sibylla, reſtituendi regis curam ſuſcipere nemo vellet. Itaque *religioſos homines* cum ironia vocat epiſt. 7. quaſi per ſpeciem religionis alia cogitantes: *Eſſe*, inquit, *& tuæ, & noſtri imperii dignitatis, Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco, rege collocato, te cum claſſe, atque exercitu proficiſci Alexandriam: ut, cum eam pace, præſidiiſque firmaris, Ptolemæus redeat in regnum: ita fore, ut per te reſtituatur, quemadmodum ſenatus initio cenſuit; & ſine multitudine reducatur, quemadmodum homines religioſi Sibyllæ placere dixerunt.* Eandem calumniam notat epiſt. 4. cum ait: *Hæc tamen opinio eſt populi Romani, a tuis invidis, atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis, non tam ut te impedirent, quam ut ne quis propter exercitus cupiditatem Alexandriam vellet ire.* Eſt igitur *Calumnia*, verſuta quædam, & callida fallendi ratio. & quamquam huic verbo proprium ſit in accuſatione domicilium, eidem tamen migrationes in alienum eſſe multas, exemplis intelligitur. epiſt. 4. *Res ab adverſariis noſtris extracta eſt variis calumniis.* Epiſt. 2. lib. 2. ad Fr. *Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt.* Epiſt. 3. lib. 4. ad Att. *Metellus calumnia dicendi tempus exemit.* Off. lib. 1. *Exſiſtunt injuriæ ſæpe calumnia quadam, & nimis callida, & malitioſa juris interpretatione.* Lib. 2. de repub. apud Nonium: *Ut Carneadi reſpondeatis, qui ſæpe optimas cauſſas ingenii calumnia ludificari ſolet.* Et Valerius Max. lib. 9. cap. ult. *Illa tamen quæſtione neque calumniæ petitoris, neque violentiæ plebis judicantium religio ceſſit.*

Malevolentia, & illius regiæ largitionis

in-

invidia] Duas cauſſas affert, quare præceptum Sibyllæ de non reducendo cum exercitu rege ſenatui placeret; malevolentiam, quia de legatis Ægyptiis, mandato regis clam interfectis, percrebruiſſet, regiæ largitionis invidiam, quia, cum Hammonius quorundam ſenatorum animos aperte pecunia corrumperet, ea largitio turpiſſimam infamiæ notam ordini inureret univerſo.

Invidia] Ambiguum verbum. nam & dolor eſt ex alienis bonis: quam Cicero *invidentiam*, ut anceps invidiæ vocabulum vitaret, in definiendis animi morbis appellare maluit: &, ut mihi quidem videtur, non *odium*, quod quibuſdam placuiſſe video, ſed *infamia* potius ex adverſa fama, & publica pravitatis alicujus opinione; quam ſemper cum odio conjungi neceſſe non eſt. nam ſi *odium*, & *invidia* idem eſſet, eadem utrique contraria opponerentur: nunc opponuntur diverſa, odio quidem amor, invidiæ autem gratia. Accedit, ut omittam, quod invidia late diffunditur: numquam enim apud unum, ſed apud multos in invidia ſumus: odium vero interdum in anguſtum contrahitur: æque enim & uni, & multis odio eſſe poſſumus. Poſtremo, non eædem res invidiam, odiumque gignunt. nam *invidia* naſcitur ex animi turpitudine, licet ea neminem lædat: ut ſi quis otio, deſidiaq; langueſcat, eo nomine male audit, quæ dicitur, invidia, nec tamen inde odium, ſed inertis, ignavique hominis oritur contemptio. *odium* autem ex iis rebus exſiſtit, unde vel ipſi afficimur injuria, vel alios etiam lædi, præſertim injuſte, videmus. *Invidia* dicta, quia non libenter videmus, neq; qui fortuna meliore, quam vellemus, utuntur, neque qui ſequuntur ea, quæ ipſi non probamus.

Comprobat] Jam enim S. C. factum erat, cum multitudine regem reduci, periculoſum reip. videri. Hoc ego verius exiſtimo, quam quod a Dione traditum eſt, perſpectis Sibyllæ verſibus, decreta omnia, pro rege facta, eſſe inducta: valuiſſe enim S. C. quo reductio regis Lentulo mandabatur, indicant quæ inſra ſunt: *Ex illo S. C. quod te referente factum eſt, tibi decernit, ut regem reducas.* Et epiſt. 7. ſatis aperte: *Nullum S. C. exſtat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta ſit.* Sed ita Dio excuſatur, quod ſenatus induci quidem voluit omnia decreta: ſed intercedente tribuno pl. fieri S. C. non potuit: perſcriptaque ſenatus voluntas: id quod, ubi S. C. impediretur, interdum fieri ſolitum animadvertimus: eaque *ſenatus auctoritas* dicebatur: de qua ſic in eadem epiſtola: *Quæ de reductione regis ſcripta eſt auctoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum ſtudium, quam conſtantis ſenatus conſilium eſſe videatur.*

Hortari, & orare] Hortantis movet auctoritas, orantis voluntas: & hortationi ſæpe adduntur preces, ut, ſi auctoritas pondus non habet, ſaltem voluntas valeat, utrumque conjunxit in proœmio lib. 3. de Orat. *Tibi frater*, inquit, *neque hortanti deero, neque roganti. nam neque auctoritate quiſquam apud me plus valere te poteſt, neque voluntate.* In ep. 18. lib. 5. *Te non hortor ſolum, verum etiam pro noſtro amore rogo, atque oro, ut te colligas, virumque præbeas.*

Liberius accuſare] Levius eſt, quam, libere accuſare. nam interdum efficacitatis minus habent, quæ comparandi adverbia Grammatici appellant, quam quæ ſimpliciter, ſine ulla comparatione, enunciantur. *Accuſatio* autem extra judicium etiam in privatis rebus, atque adeo inter amore conjunctiſſimos, locum habet. itaque lib. 3. Off. *Accuſabit patrem filius nefaria de patria cogitantem:* pro, reprehendet.

Monere] *Monere* & *Hortari*, idem ſunt in eo, quod utrumque rationes habet ad perſuadendum idoneas: in eo differunt, quod *hortatio*, quid eventurum boni ſit, id ſi fiat, quod ſuademus; *monitio* autem, quid mali, niſi fiat, oſtendit: & illa lenior, ac mitior; hæc ſeverior, ac durior: non enim caret objurgatione quadam. id oſtendunt loca duo Ciceronis in Lælio. *Omnis*, inquit, *hac in re habenda*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nda ratio, & diligentia eſt, primum, nonitio acerbitate, deinde objurgatio umelia careat. Quo loco ſic uſurpat, *rgatio*, pro, monitio, ut paullo poſt, *rgari*, pro, moneri. Subjungit enim: *d abſurdum eſt, quod ii, qui monentur, moleſtiam, quam debent capere, non unt; eam capiunt, quâ debent vacare. aſſe enim ſe, non anguntur; objurgari, ſte ferunt: quod contra oportebat, deli- dolere, objurgatione gaudere.* recte igi- Cicero, cum hortatus Pompejum t, monendum etiam putavit, ut ei gnam ex reductione regis infamiam poneret.

Magnam infamiam] Triplicem; vel grati animi, qui Lentulo, cujus erga officia cum in ſermone quotidiano, n in ſenatu palam commemoraverat, uctionem regis Alexandrini, præſer- n ei jam à ſenatu decretam, conare- eripere; vel immoderatæ ambitio- s, qui ſummis jam perfunctus hono- ous, triumque triumphorum gloria cumfluens, frumentaria etiam cura- ne, ſumma cum poteſtate, paullo an- ornatus, tamen, his non contentus, norem præterea quicumque eſſet, Æ- ptiæ legationis appeteret; vel etiam aritiæ, quod regis muneribus, ma- am ab ipſo reſtituendi cupiditatem e ſe ferentis, corruptus exiſtimari poſ-

Plane] Hic valet, omnino: ut ad ronem lib. 16. *Mihi placebat, ſi fir- or eſſes, ut te Leucadem deportares; ut te plane confirmares.* Alibi aperte: ia, quæ plana ſunt, oculis patent: ut Cœlium lib. 2. *De Ocella parum pla- ad me ſcripſeras.*

Nec precibus noſtris, nec admonitioni- s] Cur hæc duo tantum attingit, qua- or jam propoſitis, *hortari, orare, accu- re, monere*? Quia, qui locum preci- s, & admonitionibus non relinquit, ulto minus hortationi, aut accuſatio- . magis enim & orando movemus, am hortando, & monendo, quam ac- ſando: idque vel ipſe diſpoſitionis or- o declarat. nam, ut orare poſt hortari, c monere poſt accuſare, augendi gratia, Cicero collocavit. Hic dubitantibus in verbo, *Admonitionibus*, & mendoſum ſuſpicantibus, quod tamen in omnibus legitur antiquis libris, aptamque, & percommodam ſententiam habet, ſcrupulum placet eximere. Dixerat Cicero, *Et monere*: debuit igitur, ut nomen cum verbo congrueret, inferre, *Monitionibus*, non, *Admonitionibus*: cum, *monere*, & *admonere*, ſignificatione differant inter ſe. objurgat enim is, qui monet, ut ſupra oſtendimus: qui vero admonet, non objurgat, ſed, quid faciendum ſit, docet: ut exempla declarant. In hoc igitur prudentia Ciceronis agnoſcitur: qui cum de principe civitatis, & præcipuo ſui ab exſilio reditus auctore Pompejo loqueretur, aſperiore verbo iterum uti noluit, ſed mitigandam leniore verbo ſententiam putavit: ut oſtendat ita Pompejum erga Lentulum animatum eſſe, non modo ut eum à reſtituendi regis conſilio verbis aſperioribus abduci, neceſſe non ſit, ſed nec admoneri quidem, ac doceri, quo pacto & ſuſpicionem vitet cupiditatis, & illam reducendi regis curam cupienti Lentulo obſequatur.

Reliquit locum] *Non relinquere locum precibus*, duobus modis accipitur: vel cum is, cujus gratia & auctoritas prodeſſe nobis poteſt, ita ſe geſſit, ut eum rogare non oporteat; ut in hoc loco: vel cum ita meriti ſumus, ut precibus nihil proficere poſſe videamur: cujus generis habemus exemplum apud Terentium in And. *Quid cauſſæ eſt, quin hinc in priſtinum recta proficiſcar via? Nihil eſt preci loci relictum: jam perturbavi omnia.* Locum igitur precibus vel aliena humanitas, vel noſtra adimit improbitas.

In ſermone quotidiano] Varie loquitur in hac ſententia: nam hic, *In ſermone quotidiano*, dicit: epiſt. 9. *In ſermonibus dictitare*: in eadem, *Dictitare* ſimpliciter.

In ſenatu] Hoc tempore Pompejus erat cum imperio, ſuperiore anno rei frumentariæ, & S. C. & lege præpoſitus. qui autem cum imperio eſſent, iis urbem, niſi depoſito imperio, ingredi

non

non licuiſſe, notum eſt. petiiſſe igitur a ſenatu Pompejum exiſtimemus, ut introire in urbem, ſalvis legibus, poſſet. quod etiam poſtea, iiſdem conſulibus, ut accuſatum de vi P. Sextium laudaret, impetravit. epiſt. 9.

Egit cauſſam tuam] Cum hortaretur ſenatum, ut reductionem regis tibi demandaret.

Eloquentia, gravitate, ſtudio, contentione] *Eloquentia*, ubertate & elegantia orationis; *Gravitate*, ſententiarum pondere; *Studio*, propenſa in Lentulum voluntate; *Contentione*, ope ſumma. plus enim eſt *contentio*, quam *ſtudium*. nam, qui *ſtudet*; cupit: qui *contendit*, in eo, quod cupit, intendit omnes nervos. quod integrum poſuit in epiſt. 14. l. 15. *Omnes tuos nervos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc provinciam temporis prorogetur.* Inde *Contentio*, vehemens actio. infra: *Libonis, & Hypſæi non obſcura concurſatio, & contentio.* Epiſt. 9. *Cæſaris, ut illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta.* Epiſt. 2. lib. 8. *In primis me delectavit, tantum ſtudium bonorum in me exſtitiſſe contra incredibilem contentionem clariſſimi, & potentiſſimi viri.*

Tuorum in ſe officiorum] *Quod eum ornaſti*, dixit in extrema fere epiſtola. præſtantem etiam Lentuli in Pompejum liberalitatem nominat epiſt. 9. maximum autem in Pompejum officium fuit, poteſtas rei frumentariæ, per quinquennium ei toto orbe terrarum data. quod Lentulum conſulem præcipue curaſſe, Plutarchus in Pompejo ſignificat. quamquam, ut idem tradit, ſuſpicio fuerit id Lentulum ſpectaſſe, ut Pompejo frumentaria curatione implicito, ipſe Ptolemæum reduceret.

Marcellinum] Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum, conſulem hoc anno cum L. Marcio Philippo. Syriæ poſt præturam uterque præfuerat, Philippus Cæſare & Bibulo coſs. Marcellinus anno ſequenti, Gabinio & Piſone. Appianus in Syriaco, Joſephus XIIII. Antiq. De hoc Cicero in Bruto ſic; *Nec umquam indiſertus, & in conſulatu perequens viſus eſt, non tardus ſententiis, non inops verbis, voce canora, facetus ſatis.* Marcellinus, cognomen gentis Corneliæ non eſt, ſed ab adoptione derivatum. qui enim Claudianus appellari debuit; cum eſſet ex Claudiis Marcellis; Marcellinus potius, quam Claudianus, appellari voluit: puto, ne videretur ex Pulchris, aut Neronibus fuiſſe; quæ cognomina Claudiæ gentis erant, patriciæ: Marcelli autem, plebeiæ. confirmat hanc opinionem Pedianus in commentario Divinationis, cum ait: *Marcelli, & Marcellini inter ſe gentiles fuere.* Non quod Marcellini eſſent Claudii, ſed quod ex Claudia gente orti, indeque in Corneliam tranſlati. Eodem cognomine filius ejus uſus eſt, qui bello civili contra Pompejum quæſtor pro Cæſare pugnavit, paterni videlicet heres odii: nam conſul hujus anni Marcellinus quam infenſus Pompejo fuerit, Cicero in epiſt. 5. lib. 2. ad fratrem, & Plutarchus in Pompejo demonſtrat.

Iratum] Quia te cupidum videat reducendi regis. Conſulibus neque cum exercitu regem reſtitui placebat, neque ab iis, qui cum imperio eſſent, id eſt, nec a Lentulo, nec a Pompejo. epiſtola ſequenti.

Pag. 5. *Tui defenſorem*] Tuarum omnium ſententiarum, ac voluntatum.

Oſtendit] Verbis. epiſt. 9. *In eo ipſo, quod te oſtendis eſſe facturum.* Ad Sulpicium epiſt. 1. lib. 4. *Eadem omnia, quæ a te de pace, & de Hiſpaniis dicta ſunt, oſtendi me eſſe dicturum.* Ad Varronem epiſt. 8. lib. 9. *Munus flagitare, quamvis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus.*

Quod dat accipimus] Nihil dat in regia cauſſa, in ceteris rebus omnia. ſi loquimur, cum nec id plane, quod volumus, nec tamen nihil impetramus. In Verrem lib. 2. *Alio loco de aratorum animo, & injuriis videro: nunc quod mihi abs te datur, id accipio, eos tibi eſſe inimiciſſimos.* Ibidem paullo poſt: *Utor, quod datur.* Et lib. 2. de Orat. *... ſe judices dant, & ſua ſponte, quo impellimus, inclinant, atque propendent.*

accip

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…, quod datur; & ad id, unde … ſ flatus oſtenditur, vela do.

…ferre] *Referre* ad ſenatum, de quo … ntiæ dicerentur. *Ferre* ad popu… de quo ſuffragia ferrentur; uſi… veteribus eſt. Cæſar tamen l. I. … iv. dixit, *De quorum imperio ad po… referatur:* ſi modo vulgati libri … t mendo. nam, *Ferre ad populum,* … ius eſſe, quam *Referre*, nemo, ut … tor, negabit.

…religione] De Sibyllinis verſibus, re… regem cũ multitudine vetantibus.

…b eo deduci non poteſt] Tuebatur … nato animo ſententiam ſuam, in … , ut in Argumento jam diximus, … m erat S. C. regem cum multitu… reduci, periculoſum reip. videri. … 2. lib. 2. ad Q. Fratrem.

…libus] Quo die ſenatus erat futurus. … dubito, quin edictus eſſet, cum … Cicero ſcripſit. nam & in epiſtola … enti, cum ante lucem XVI. Kal. … ſcriberet, ſubjunxit: *Eo die ſe… erat futurus.* quo perſpicuum eſt, … eo die, quo haberetur, ſed ſupe… , ſenatum edici ſolitum.

…Mane] Prima luce. ſed epiſt. 30. … 7. cum dixit, *Quæ erant futuræ … e poſtridie*, aliter explanandum.

…ortenſii] Declarata conſulis volun… , conſularium ſententias incipit … nere. Hic eſt ille, Q. Hortenſius, … oria laude clarus. Hoc loco mirari … is poſſit, cur Cicero de Marcelli… onſule locutus, ad conſulares, omiſ… terius conſulis L. Philippi mentio… orationem traducat. Opinor, qui … ſul primo anni menſe faſces ſume… eundem & ſenatum eodem menſe … uiſſe; &, qua de re deliberandum … aret, retuliſſe; ſecundo autem menſe … egam faſces recepiſſe: eundemque … inem, ut alternis menſibus faſces … erent, uſque ad extremum annum … atum eſſe. itaque non Philippus, … , qui faſces prior ſumpſerat, Mar… inus præcipuam menſis Januarii cu… ſuſtinuit, & de religione retulit, … ega tamen aſſentiente: nam diſſen… tem Cicero nominaſſet. Uter autem faſces prior ſumeret, docet Gellius lib. 21. cap. 15.

Luculli] Marci; non Lucii, qui perierat anno ſuperiore. hic enim qui nominatur, ſine dubio idem eſt, de quo hæc ſunt in epiſtol. 8. *Quo quidem tempore, ut perſcripſi ad te antea, cognovi Hortenſium percupidum tui, ſtudioſum Lucullum.* Quam epiſtolam Pompejo & Craſſo Coſſ. id eſt, poſt Marcellinum & Philippum, eſſe ſcriptam, ſatis conſtat: quo anno Lucius vivere non potuit: cum eum oratio de provinciis habita, ut ait Pedianus, Marcellino & Philippo Coſſ. jam vita exceſſiſſe demonſtret. Marcum autem, ac Lucium, fratres fuiſſe, Cicero, Plutarchus, alii teſtantur. Eutropius lib. 6. conſobrinos vocat: in quo ei non aſſentior; niſi ſi, duas ſorores duobus Lucullis nupſiſſe, aliquis dixerit. quod mihi non ſit veriſimile. video enim, M. Lucullum ſimul cum Lucio fratre Servilio auguri diem dixiſſe, qui Lucii patrem accuſaverat quam rem iis verbis Cicero commemorat in proœmio Academicorum, ut Lucium, & Marcum, in ulciſcendo Servilio, non conſobrinos, ſed plane germanos fratres agnoſcere videatur: ait enim de Lucio: *Adoleſcens admodum cum fratre, pari pietate, & induſtria prædito, paternas inimicitias magna cum gloria eſt perſecutus.* Verbum, *pietas*, eundem utrique patrem fuiſſe oſtendit. Plutarchus etiam, cum ait, vivo adhuc Lucio rem ejus domeſticam a Marco fratre gubernatam, germanos potius fratres, quam conſobrinos ſignificat. Sed Marci prænomen ab adoptivo patre M. Terentio Varrone ſumptum eſt. nam, a Terentio Varrone adoptatum, indicat Cicero in Verrem, cum legem Terentiam, & Caſſiam nominat, latam a duobus ejuſdem anni conſulibus, M. Terentio Varrone, & C. Caſſio Varo.

Cedit religioni de exercitu] Antea tamen, reducendum cum exercitu regem, Cicero cenſuerat: habuit enim orationem pro Ptolemæo reducendo; ex qua Aquila, Fortunacianus, & Ca-

pella recitant hæc verba : *Difficilis ratio belli gerendi , at plena fidei, plena pietatis.*

Teneri] Obtineri. Sic locutus eſt epiſt. 7. *Si res facultatem habitura videatur, ut Alexandriam, atque Ægyptum tenere poßis.* Et epiſt. 9. *Etiamſi portum tenere non queas.* Et ad Attic. epiſt. 12. lib. 14. *Tam claram , tamque teſtatam rem, tamque juſtam, Buthrotiam non tenebimus?* & in oratione pro Sextio : *Non tenuit eum locum, in quem, niſi popularis eſſe voluiſſet, facillime perveniſſet.*

Quod commodo rem facere poßis] *Commodo*, pro *Commode*, antique dictum. in quo dubitatum a nonnullis miror; quaſi, *Commodo*, adverbium eſſe non poſſit. quod niſi diligens antiquitatis obſervator Cariſius admonuiſſet , Cæſaris tamen ad Ciceronem epiſtola doceret, *Cum Furnium*, inquit, *noſtrum tantum vidiſſem , neque alloqui , neque audire me commodo potuiſſet.* Mihi tamen olim placuit, neque nunc , quanquam repugnantibus antiquis libris , diſplicere poteſt, pro, *Rem*, legi, *Reip.* atque hanc ex antiqua Latini ſermonis conſuetudine conjecturam duxi. quo in ſtudii genere, nec inficior , a prima adoleſcentia ſatis accurate me eſſe verſatum , nec omnino pœnitet. Erat autem in mandanda publica re exceptio quædam , ut id, quod mandaretur, ita fieret, ſi commodo reip. fieri poſſet. quo ſignificabatur , eam rem non poteſtati magis, quam prudentiæ , committi. Recitabo veterum exempla : quibus & eadem ſententia , & iiſdem enunciata verbis, agnoſcetur. ac tum denique , utrum ſcriptis libris, id eſt, dubiæ librariorum fidei , an certiſſimis antiquorum teſtimoniis, credi oporteat, cum præſertim nec a ſcriptis libris admodum diſcedat opinio noſtra, doctorum virorum arbitrio permittam. Cæſar lib. 1. bel. civ. *Quoniam M. Meſſalla, M. Piſone Coſſ. ſenatus cenſuiſſet , uti , quicumque Galliam provinciam obtineret , quod commodo reip. facere poſſet , Æduos, ceteroſque amicos populi Romani defenderet, ſe Æduorum injurias non neglecturum.* Idem lib. 5. ſcribit Labieno, *ſi reip. commodo facere poſſet , cum legione ad fines Nerviorum veniat.* Lib. 6. *Labienum , Treboniumque ſi reip. commodo facere poßint , ad eam diem revertantur.* Cicero ad M. Brutum: *Decrevi hoc amplius, ut tu , ſi arbitrarere utile fore, & e rep. eſſe , perſequerere Dolabellam bello; ſi minus id commodo reip. facere poſſes, in iiſdem locis exercitum contineres.* Omitto illa ſimilia, quæ Ciceronem legentibus occurrunt : *Quod tuo commodo fieri poßit: quod ſine moleſtia tua facere poßis : quod tuo commodo fiat : quod ſine peccato meo fiat.* Hic opponitur a quibuſdam : hoc loquendi genus huic Ciceronis loco nullo modo convenire: putant enim , ſenatus hæc verba fuiſſe, cum S. C. faceret, aut eorum , qui provinciis cum imperio præeſſent, cum aliquid legatis mandarent : non igitur ea cadere in ſententiam Ciceronis, Hortenſii, & Luculli , qui privati ſenatores erant. Hæc ratio quid momenti habeat, examinando cognoſcemus. Primum quæro : ſi ſenatus , cum decernit, utitur his verbis, ut reip. caveat, cur non iiſdem ſenator, qui & ipſe ſua ſententia decernit , uti poſſit? decet enim , ut ſenatum in publico decreto , ita ſenatores ſingulos in dicenda ſententia reip. conſulere. quid eſt autem S. C. niſi multorum ſenatorum idem probantium conſenſus? quod ſi , S. C. in alicujus ſententiam ſenatoris eſſe factum, ſæpe legimus: nil aliud exiſtimare licet, quam graviores ejus ſententiæ partes in S. C. eſſe translatas : gravius autem nihil, quam ut id, quod mandaretur , incommodo reip. ne fieret. itaque non eſt, opinor, mandantis dumtaxat , hic loquendi modus , ut ſenatus , aut proconſulis , ſed ejus etiam, qui ſuadet. Negabit hoc aliquis: at credat exemplo. Cicero in epiſt. ad Brutum : *Decrevi hoc amplius, ut tu, ſi arbitrarere utile fore, & e rep. eſſe , perſequerere Dolabellam bello; ſi minus id commodo reip. facere poſſes , in iiſdem locis exercitum contineres.* Hæc neque ſenatus conſulti verba ſunt , neque proconſulis , ſed privati Ciceronis, in ſenatu ſententiam dicentis. cur igitur in hac etiam ad Lentulum epiſtola locum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

habere non poſſint? At libri adverſantur omnes. Diſſimu- n re nota. quam multa enim veterum librorum auctoritatem, ate hiſtoria, ſententia, ipſa etiam ſermonis regula, non modo ſine enſione, verum etiam cum laude docti homines immutarunt. mi- videtur, ut in omni re, ſic in hoc iæ genere, modus quidam eſſet: ut quidem antiquis in corrigendo r, id quod ego diligenter ſervo, e tamen ex ingenio, doctrinave l aliquando liceat, ſed ita parce, & nde, ne corrigendi libertas ad te- item progreſſa videatur. quam ob n veterem hic ſcripturam immu- oluimus: tantum fecimus, ut leremus opinionem noſtram: nec iis improbari, qui non teme- eter ſua, quidquam probant, ex eo nus conjicere, quod, ſi qua laus cturæ noſtræ debetur, eam alio erre conantur. Nimirum, ad iſtas confugere, & alienis laboribus em ereptum velle, puſilli animi on enim addam, Et ipſa malevo- jejuni: quod Cicero addidit in re iſſimili. neque nunc de meo jure bo: malim cauſſa cadere, quam iis bus in judicium, contentionem- enire, quarum ſtudio ſi hoc aſſe- ut bonis literis opem feram, cete- n valde requiro: ſi dantur, acci- ſi minus, uberrimum tamen, & ſſimum ex ipſa conſcientia fru- capio.

g.6. *Auctorem*] Ut reſtituti regis or, & gloria penes te ſit. quod jam us decreverat. Auctor is eſt, cujus oritate, & ſententia aliquid fit. ep. d Att. lib. I. *Agraria lex a Flavio tri- pl. vehementer agitabatur, auctore ejo; quæ nihil populare habebat, præ- uctorem.* Scriptor autem alicujus, quam Latine *Auctor* dicatur, vide- ii, qui non dubitanter uſurpant. idem neque Ciceronem, nec ejus ales, aut omnino quemquam ſtante e ita locutum exiſtimo. Et quoniam, s vel conſilio, vel tacita auctoritate ad agendum impellimur, is quaſi origo quædam, & agendi principium eſt; inde factum, ut *Auctor nobilitatis* appelletur, a quo nobilitatis initia manarunt; *Auctor hujus ſermonis*, a quo primum fluxit hic ſermo; *Auctor meæ ſalutis*, cujus opera ſalutem adeptus ſum. *Auctor* etiam vocatur is, cujus teſtimonio, ut aliquid credamus, adducimur: ut epiſt. I. ad Attic. libro ſexto: *Nec vero pauci ſunt auctores, Cn. Flavium ſcribam faſtos protuliſſe.* Addo illud, *Auctorem* dici, non qui hortatur, ne quid fiat, ſed qui hortatur, ut fiat. Itaque, *Auctor*, & *Diſſuaſor*, Cicero opponit: ceteraque ejuſdem, atque etiam aliorum exempla ad affirmationem ſemper, numquam ad negationem ſpectant. & ab *Augeo* quoque deductum *Auctor*, Cariſius, & Servius oſtendunt: idque probant antiqui lapides, & libri. *Auctorem* igitur dixit, ut auctoritate Lentuli potius, quam poteſtate, & armis, exercitum religione tollente, Alexandrini, Ptolemæo reconcilientur. Eodem modo Phil. 2. *Ille*, inquit, *vir fuit, nos quidem contemnendi, qui auctorem odimus, acta defendimus.* Auctorem vocat Cæſarem, a quo illa manaverant: tamquam enim ab illo ſcripta defendebantur.

Craſſus] M. Licinius Craſſus, nunc quidem in Pompejum male animatus. quod indicat epiſt. 3. libro ſecundo ad Q. Fr. ſed anno ſequenti, conſules iterum creati, in gratiam redierunt. Plutarchus. Hunc Quiritium, poſt Sullam, ditiſſimum, Plinius fuiſſe tradit, poſſediſſe in agris H-S. bis millies, id eſt, ad rationem nummi noſtri, ſexagies centena ſcutatorum millia. Plutarchus totam ejus rem, poſt decimam partem Herculi conſecratam, epulumque publicum & congiarium trium menſium ſingulis civibus datum, ſeptem millibus, & centum talentis æſtimat: quæ ſunt Romano nummo, millies ſeptingenties, & aliquanto amplius: vel, ut more noſtro loquamur, ſcutatorum quinquagies ſemel, eoque amplius: vulgo ſupra quinque milliones, dicerent.

Nec excludit Pompejum] Cui, frumen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mentariæ curationis gratia, toto orbe terrarum & ſenatus, & populus imperium dederat. epiſt. 4. libro quarto ad Attic. Plutarchus, Dio, alii.

Cum imperio ſunt] *Imperium* duplex fuit, *urbanum*, & *provinciale*. *Urbanum* aut a populo dabatur, aut a ſenatu: a populo, conſulibus, prætoribus; qui, centuriatis comitiis creati, majores magiſtratus vocabantur: a ſenatu, dictatori, interregi; qui, nullis comitiis, S. C. creabantur. nam cenſores, licet inter majores magiſtratus nominarentur, tamen nec imperium, nec ferendæ legis jus habebant, neque lictoribus, aut viatoribus utebantur. reliqui vero, quos nominavimus, & imperium, & legis ferendæ jus, præterea viatores, & lictores habebant. Minores magiſtratus, ædiles cur., ædiles pl., tribuni pl., quæſtores, & alii inferioris ordinis, *poteſtatem habere*, non *imperium*, dicebantur. Imperium tribuno pl. non fuiſſe, Livius aperte oſtendit exemplo Appii conſulis, privatum tribunum pl. clamitantis, ſine imperio, ſine magiſtratu. *Imperium* igitur in urbe habebant ii tantum magiſtratus, qui vocationem, qua carebant minores magiſtratus. Hoc imperium ſine armis erat: propterea centuriata comitia, quod a Lælio Felice ſcriptum Gellius libro decimoquinto capite decimoſeptimo recitat, intra pomerium fieri, nefas erat, quia exercitum extra urbem imperari oporteret, intra urbem imperari jus non eſſet. Urbani imperii tempus in annuis magiſtratibus annuum erat, in dictatore ſemeſtre ad ſummum, in interrege non ultra quinque dies: nam diuturnioris magiſtratus non erat. Conſulis tamen imperium majus erat, quam prætoris: nam conſul prætoris creandi jus habebat, non contra prætor conſulis. & conſul ab omnibus magiſtratibus avocare comitiatum, concionemq; poterat: prætor a conſule non poterat: quod apud Gellium lib. 13. cap. 14 & 15. Meſſalla docet. Quamquam autem imperium eſſet in urbe, nemo tamen ex urbanis magiſtratibus imperator eſt appellatus, ſed hoc nomen iis dumtaxat, qui exercitum haberent, tribui ſolitum eſt, etiam ante quam, re bene geſta, imperatores ab exercitu ſalutarentur. *Imperium provinciale* duplex fuit, unum a ſenatu datum, ex lege Cornelia, ſine armis; alterum a populo, ex lege Curiata, cum armis. vide ep. 9. in extremo.

Bibulus] M. Calpurnius Bibulus, plebeji generis, Cæſaris in ædilitate, prætura, conſulatu collega, ejuſdemque inimiciſſimus, Pompejo etiam, ob Cæſaris affinitatem, hoc tempore infenſus: ideo privatos decernebat, ut eum excluderet. Pompeji obtrectatores Bibulus, Curio, Craſſus appellantur epiſt. 5. libro ſecundo ad Q. Fr.

Conſulares] Atque etiam conſules: nam, ut eſt in epiſtola ſequenti, Bibuli ſententiam valere cupierunt.

Servilium] E numero conſularium, qui aſſentiuntur Bibulo, tres excipit; Servilium, qui omnino reduci negat oportere, cujus probatam a ſenatu ſententiam, ſed a tribunis pl. interceſſum, indicat epiſtola ſeptima; Volcatium, qui Pompejum decernit; Afranium, qui aſſentitur Volcatio. Hic eſt P. Servilius Vatia Iſauricus, qui cum Ap. Claudio, P. Clodii, Ciceronis inimici, patre, conſulatum geſſit anno urbis 674. triumphavit de Iſauris ex Cilicia anno 679. unde Iſaurici cognomen accepit: quo etiam filium ejus, qui cum Cæſare conſul fuit, uſum eſſe video. Cenſor fuit cum L. Cotta, ut ex Valerio, & Plutarcho licet colligere. vixit ad annos LXXX. ut Philippica 2. indicat: & Strabo, qui ſcripſit hiſtoriam ſuam imperante Tiberio, eum a ſe viſum teſtatur libro duodecimo: obiit, ut libro quadrageſimoquinto Dio docet, Antonio & Dolabello coſſ.

Pag. 7. *Volcatium*] L. Volcatium Tullum, qui cum M. Æmilio Lepido anno urbis 687. conſulatum geſſit.

Lupo] P. Rutilio Lupo tribuno pl. quod ex epiſtola ſequenti cognoſcitur. prætor anno primo civilis belli Pompejum ſecutus, Achaiam obtinuit. ad Atticum epiſt. 12. libro 8. epiſt. 1. libro 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bro. Cæſar libro 2. & 3. bell. civil.

erente] Non de reducendo rege n, ſed ut a Pompejo reduceretur: atet ex epiſtola ſequenti. Jus auferendi in ſenatu tribunos pl. ſe, vel hic locus oſtendit: ſed nt non modo epiſtolarum teſti 1, 16. libro 10. & 1. libr. 2. ad r. verum etiam orationum. nam ro Sextio, Ninnii tribuni pl. reominatur. Neque ſolum ea de qua conſul, ſed etiam de diverſa, die, referre poterat tribunus pl. x Phil. 7. conſulem de Appia via, d Moneta, tribunum pl. de Lupercis ſe video. Retulerunt igitur in eoſenatu de reductione regis duo tratus, conſul Marcellinus de re e, id eſt, ne rex, prohibente Sibyl cum exercitu reduceretur; Lupus ribunus pl. ut a Pompejo reducede religione conſuli omnes aſſen; de reductione non idem omnibus acuit. Hortenſius, Lucullus, Ci entulum decernebant; Craſſus, & s tres legatos, hic privatos, ille eos, qui cum imperio eſſent. reonſulares Bibuli ſententiam prot, tribus exceptis, quorum duo, ius, & Afranius, Lupi ſententiam ſunt: tertius Servilius totum de educendo conſilium, vel quod inutaret eſſe reip., vel quod alienum li Romani dignitate, ſua ſentenmnabat.

npejo decernit] Plerique veteres abent, *Pompejo*: nonnulli, *Pom-*: pleroſque ſum ſecutus. utroque modo recte: eſt enim in hac ipſa la., *Tibi decernit*, &, *Tres legatos it.*

ranium] L. Afranium, qui quanio ante conſul fuerat cum Metellere. Ne miremur eum ſtuduiſſe ejo. nam & eo duce contra Sern, vivo Sulla dictatore, pugnave ejuſdem Mithridatico bello fueatus; & conſulatum ejus præciudio, atque opera adeptus erat. is bello a Cæſare in Hiſpania victus, & liberatus, poſtea captus ab eodem in Africa, diſſenſione in exercitu orta, cum Fauſto, Sullæ dictatoris filio, eſt interfectus.

Aſſentitur] Non miror, Volcatium ſententiam dixiſſe ante Afranium, cum ſexennio ante conſulatum geſſiſſet.

Suſpicionem] Nam ipſe diſſimulabat cupiditatem ſuam, & favere Lentulo videbatur, cujus etiam in ſenatu cauſſam diligenter in primis egerat. de hac ſuſpicione in epiſtola ſequenti, & in 2. lib. 2. ad Q. Fr.

Laboratur] Difficultas negotii non ſine quadam animi ſolicitudine oſtenditur, ut in extremo, *Non laboraremus.*

Inclinata res eſt] Lepida tranſlatio. Rerum ſtatus triplex eſt: aut enim ita ſe habent, ut volumus, & *ſtare* tunc dicuntur; aut aliter, ac volumus, & *inclinatæ eſſe*; aut prorſus contra quam volumus, & *jacere.*

Libonis, & Hypſæi] Utrumque puto tribunum pl. eſſe. de Hypſæo quidem affirmat Dio lib. 39. Eſt autem L. Libo Scriboniæ gentis, Pompejo primum amicitia, deinde etiam affinitate conjunctus. nam eum Sex. Pompeji, qui ex duobus Pompeji Magni filiis natu minor fuit, ſocerum nominat Dio l. 48. ejuſdemque alteram filiam, devictis Bruto, & Caſſio, Cæſar Octavianus uxorem duxit: quod in Auguſto, & in libro de claris Grammaticis Suetonius oſtendit: cujus auctoritate, & ipſa etiam temporum ratione moveor, ut in Dione non Λίβωνος ἀδελφὴν, ſed Λίβωνος θυγατέρα legendum exiſtimem. quod tamen Dionis mendum potius, quam librarii, oportet credere. In bello civili Pompejum ſecutus, primum Etruriæ, mox, inde pulſus, navibus quinquaginta præfuit. Florus lib. 4. Dio lib. 41. & Cæſar lib. 1. & 3. bel. civ. *Crudelem fuiſſe, nec mediocri obſtrictum ære alieno,* Cicero ſignificat epiſt. 9. lib. 9. ad Att. *Quid tu,* inquit, *illuc Scipionem, quid Fauſtum, quid Libonem prætermiſſurum ſceleris putas? quorum creditores convenire dicuntur. quid eos autem, cum vicerint,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rint, in cives effecturos? Conſulatum anno 719. cum M. Antonio geſſit. P. Plautius Hypſæus jure pro Pompejo contendebat: fuerat enim ejus quæſtor bello Mithridatico: id quod in commentario Milonianæ ſignificat Aſconius: & quæſturæ conjunctionem liberorum neceſſitudini proximam fuiſſe, patet ex epiſt. 10. libro 13.

Concurſatio] Prenſantium propria. *Concurſabant barbatuli juvenes*, epiſt. 10. libro 1. ad Att.

Contentio] Majus quiddam eſt, ut jam diximus in contentione, quam in ſtudio. itaque Liboni, & Hypſæo tribuitur contentio, ſtudium reliquis Pompeji familiaribus.

Familiarium] Iterum familiares appellat, & paullo poſt intimos, ac domeſticos, ad augendam ſuſpicionem Pompeji voluntatis. nam familiares, & intimos de alicujus honore, ipſo invito, laborare, quî conſentaneum eſt? Sed Cicero interdum, vel Pompeji adductus beneficio. (nam, eo contendente, in patriam redierat) vel quod ita ſentiret, liberare videtur eum omni ſuſpicione cupiditatis: idque cum illa verba declarant: *In ſenatu ſic egit cauſſam tuam*: tum ea quæ ſunt in epiſtola ſequenti: *Quem ego ipſum cum audio, prorſus eum libero omni ſuſpicione cupiditatis.* Et epiſt. 7. *Qui mihi ſemper tuæ laudi favere viſus eſt, etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore Caniniano.* Quamquam, non omnino quod ita ſentiat, ſed ut officio fungatur boni viri, Ciceronem ea ſcribere crediderim; qui, cum utrique ſumme deberet, eorum amicitiam libenter conſervaret, eoque ſum in hanc opinionem propenſior, quod epiſt. 2. libro 2. ad Q. Fratrem, apud quem ſimulatio neceſſaria non erat, ambigere ſe de Pompeji animo ſignificat his verbis: *In ea re, Pompejus quid velit, non diſpicio: familiares ejus quid cupiant, omnes vident.*

Cui qui nolunt] Qui amici non ſunt. Similiter cum dandi caſu, *Fundanio cupio*, dixit ad Q. Fratr. epiſt. 2. lib. 1. *Favent, & cupiunt Helvetiis*, Cæſar lib. 1. bell. Gall.

Quod eum ornaſti] Cum ad eum conſul frumentariam curationem detuliſti.

Nos] Epiſtolæ clauſula mirum habet artificium. nam, quia rem inclinatam eſſe dixerat, veritus ne propterea Lentulo, cui omnia debebat, in aliquam negligentiæ, aut etiam ingrati animi ſuſpicionem veniret, avertit a ſe omnem culpam, excuſatione quinquepartita: quod auctoritatis in regia cauſſa minus habeat, quia pro bene de ſe merito contendat: quod gratiam ſuam Pompeji gratia major exſtinguat: quod multi ad Pompejum, ab ejus domeſticis, & a rege ipſo corrupti, rem deferri velint: quod conſulares, ob regiam præcipue largitionem, totum conſilium de reſtituendo rege improbent: poſtremo, quod nonnulli, quorum Lentulus auctoritatem, dignitatem, voluntatemque defenderat, non tam virtutis ejus memores eſſent, quam laudis inimici. quod perfidiæ vitium & hic perſpicue notat, & in ſequentibus epiſtolis 7. 8. 9.

Auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus] Epiſt. 7. *Noſtra propugnatio, ac defenſio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficii tui, fortaſſe plerique officii majorem auctoritatem habere videatur, quam ſententiæ.*

Gratificari] In eo, quod a te cauſſam regiam ad Pompejum transferant.

Multo ante, quam profectus es] Prorſus in tota epiſtola Ciceronis ingenium, & oratoriam calliditatem agno ſco. nam exulceratæ res poſt Lentul profectionem, argumento eſſe poteran diligentiæ prætermiſſæ; id ne objici poſ ſit, occurrit his verbis: *Multo ante, quan profectus es.* Quod etiam iterat in epi ſtola ſequenti, cum ait: *Totam rem iſtan jampridem eſſe corruptam.*

Ab ipſo rege] Cum tu hic eſſes. nan regem ante Lentuli profectionem a urbe diſceſſiſſe, Feneſtella teſte probavimus.

Exulceratis] Corruptis, male aff ctis: tranſlatione ab ulceribus, quæ ſa pe, illato ungue, dilatantur. His aute

tranſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nſlationum quaſi luminibus, ſi cujus ter Latinos, Ciceronis maxime ſplen- t oratio. Tranſlata porro verba plus bere jucunditatis, quam propria, quæ nquam quotidiana faſtidimus inter- m, ac plus etiam ad ſignificandum lere, ſatis conſtat. nam quia compa- iones, & ſimilitudines rem plane ſub- iunt oculis; ideo tranſlata, quæ nihil ud, quam breves, & conciſæ ſimili- dines ſunt, vigere magis in oſtenden- re, quam propria, videntur. Sed de anſlatione Ariſtoteles, Cicero, De- etrius in primis in illo aureo περὶ ἑρ- μηνείας libello, quem pater meus, reſti- endæ cupidus antiquitatis, ante me atum edidit.

Exagitatis] Graviter vituperatis. ſic 1 Oratore: *Plato, exagitator omnium etorum, hunc miratur unum.* Et Cœlius piſt. 11. lib. 7. *Totus ejus ſecundus con- latus exagitatur.*

Invidiam] Infamiam, ob apertam egis largitionem. ſupra: *Senatus reli- ionis calumniam, non religione, ſed illius egiæ largitionis invidia, comprobat.*

Ita verſamur] Quaſi dicat, Poſt diſ- eſſum tuum nihil damni factum eſt ovi: ita verſamur in cauſſa, ut ante uam tu profectus es.

Noſtram fidem] Negotiales epiſtolæ noralibus fere clauduntur ſententiis; & itandæ ſatietatis cauſſa; quia faſtidium arit a primo ad ultimum producta nar- ratio; & quod amici, uti ſumus, ita vi- deri volumus.

Pag. 8. *Præſentiſque cognoſcent*] Sunt qui legant, *Præſentes tui*: recte fortaſſe: mihi tamen ſententia non arridet. quæ enim hæc amoris, & fidei minime ne- ceſſaria diſtinctio? cur non & amor ſi- mul cum fide ab omnibus, & fides item ſimul cum amore a præſentibus cogno- ſcatur? Quanto & planius, & commo- dius: *Noſtram fidem omnes, amorem tui abſentis, præſentiſque cognoſcent?* quod eſt in duobus antiquis libris: in ceteris autem omnibus, quos quidem ego vi- derim diverſe, non tamen ut ſententia mutetur: *Tui abſentis, præſentiſque tui.* poteſt enim ferri pronomen iteratum: poteſt etiam, quod malim credere, ite- ratum videri ſcriptoris incuria. nullo quidem in vetere libro, *Præſentes tui*, le- gimus. quod ideo teſtatum eſſe volui- mus, ne quem conjectura minime ne- ceſſaria delectaret, cum ex antiquis li- bris commodam elici ſententiam vide- ret.

Fides] Qui benevolentiam erga Lentulum conſulem, tempori ſervien- tes, ſimulaverant, iidem, poſt conſula- tum, debitam ejus meritis fidem ab- ſenti non præſtiterunt. Videtur conſu- lares indicare: de quibus epiſt. 5. *Ami- cum ex conſularibus neminem tibi eſſe vi- deo, præter Hortenſium, & Lucullum.* ep. 7. *Vehementer quoſdam homines, & eos ma- xime, qui te & maxime debuerunt, & plurimum juvare potuerunt, invidiſſe di- gnitati tuæ.* Et paullo poſt apertius: *Præterea quidem de conſularibus nemini poſſum aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici animi eſſe teſtis.* Et ibidem ali- quanto poſt: *Poterat utrumque præclare, ſi eſſet fides, ſi gravitas in hominibus con- ſularibus.* Definitur Fides lib. 1. Off. his verbis: *Fides eſt dictorum, convento- rumque conſtantia, & veritas: ex quo; quamquam hoc videbitur fortaſſe cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui ſtudioſe exquirunt, unde verba ſint ducta; credamuſque quia fiat quod dictum eſt, appellatam Fidem.* Et lib. 4. de rep. apud Nonium: *Fides nomen ipſum mihi videtur habere, cum ſit quod dicitur.* Hinc illud ad Tironem epiſt. 12. lib. 16. *Tu muſis noſtris para ut operas reddas. noſtra ad diem dictam fient. docui enim te, Fides ἔτυμον quod haberet.*

Summa eſſe debebat] Quod eorum au- ctoritatem, dignitatem, voluntatemque defenderas.

EPISTOLA II.

ALtercatione] De rege reducendo: cum Caninius Pompejo rem deferri vel- let; conſul regem neque cum exercitu reduci, neque ab iis, qui cum imperio eſſent. ita Pompejum excludebat, qui cum imperio erat.

Lentuli] *Marcellini:* Sic appellatur & epiſt. 2. lib. 5. ad Atticum. In quibuſdam libris, *Lucii*, non omnino abſurde: poteſt enim intelligi de altero conſule L. Philippo, qui ſentiebat idem, quod collega. Ac, ne quem offendat unicum prænomen, exempla occurrunt ſimilia non pauca, ut cum, *Cnæus*, pro Pompejo Magno accipitur; *Publius*, pro Clodio, Ciceronis inimico; *Sextus*, pro Peducæo, Attici familiariſſimo. præterea, cum conſul nominatur, nonne ſatis, quis *Lucius* ſit, oſtenditur, & a ceteris Luciis diſtinguitur?

Caninii] Pro Pompejo contendentis. conſules autem vel non reduci regem volebant, vel non ab iis reduci, qui cum imperio eſſent, ſed a privatis, ex Bibuli ſententia. ita Pompejus, & Bibulus excludebantur. Infra: *Bibuli ſententiam conſules valere cupierunt.* Caninius hic poteſt eſſe Rebilus ille, qui mortuo pridie Kal. Jan. Q. Fabio conſule, ſubrogatus eſt, ut in reliquas tantum ejus diei horas conſulatum gereret. epiſt. 30. lib. 7. *Meruit in Gallia Cæſare imperatore.* Hirtius lib. 8. bel. Gal.

Tribuni pl.] Si cum conſule altercatur, nimirum eſt in ſenatu. itaque falſa videri poteſt Valerii doctrina: cujus hæc ſunt lib. 2. cap. 1. *Tribunis pl. intrare curiam non licebat: ante valvas, poſitis ſubſelliis, decreta patrum examinabant.* Quod refellunt exempla prope innumerabilia: quorum unum afferam ex epiſt. 5. *In ſenatu a Catone aſpere, & acerbe, omnium magno ſilentio, eſt accuſatus.* Verum ad priſca fortaſſe tempora Valerius reſpexit: cum præſertim dicat, *Non licebat:* &, *Examinabant:* tamquam conſuetudine mutata. nam, cum tribuni pl. ſenatores non erant, tunc iis non licuiſſe curiam intrare, ratio magis probat. poſtea, niſi ſenatorii eſſent ordinis, non videntur petiiſſe tribunatum. quod Suetonius in Auguſto docet his verbis: *In locum demortui tribuni pl. candidatum ſe petitorem oſtendit, quamquam patricius, necdum ſenator.* Et infra: *Comitiis tribuniciis, ſi deeſſent candidati ſenatores, ex equitibus Romanis creavit, ita ut, poteſtate tranſacta, in utro vellent ordine manerent.* Id Gellius quoque comprobare videtur lib. 14. cap. 8.

Pag. 9. *Tuæ voluntatis*] Auctoritatem ſenatus Lentulus conſul acerrime defendit. unde illud epiſt. 9. *Senſus bonorum recreatus abs te totus eſt.* Quibus enim conſulibus nova quædam, & extraordinaria imperia placerent, ii, contempto ſenatu, populi ſtudium, & benevolentiam aucupabantur. qua via Cæſar uſus, ad ſingularem potentiam pervenit.

Ordinem] Princeps ordo, ſummus, ampliſſimus a Cicerone ſenatus vocatur, diſtinguendi gratia: tres enim erant ordines in civitate, primo loco ſenatus, ſecundo equites, poſtremo ii, qui neque ſenatores, neque equites erant, qui, de plebe, dicebantur. Sed, quoniam Ordinis nomen honeſtatem quandam ſignificat; ideo, plebejus ordo, de veteribus, quod ſciam, nemo dixit; cum tamen, *tertius ordo*, aut *infimus ordo*, dicerent, plebem ipſam ſignificantes. at ſenatorii ordinis, equeſtris ordinis creberrima mentio. id puto cauſſæ fuiſſe; quia plebs ex ingenuis tota non conſtabat; cum in ea libertini eſſent: quos Ordinem parum proprie vocari, Pedianus oſtendit. nam cum de iis, *O modeſtum ordinem*, Cicero dixiſſet; ſubjungit hæc: *Libertinos ſignificat; quorum non conditionem, ſed more ſuo, quaſi honeſtorum ordinem vocat.*

Reconciliata] Quam alienaverat regia largitio.

Appellandis] Nominandis.

Rogandiſque] Ut ſententiam dicerent. rogabantur enim & a privatis ſententiæ: quod hic locus indicat; & infra: *Multi rogabantur, atque idipſum conſulibus invitis.* Mos quidem erat, ut ſententias rogaret magiſtratus is, qui ad ſenatum retulerat. exemplum habemus apud Ciceronem de Lupo tribuno pl. in epiſt. 1. ad Q. Fratrem.

Sententia prima Bibuli] Si ratio geſti

conſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſulatus haberetur, primus rogari
entiam debuit Hortenſius, ſecun-
Volcatius, tertius Bibulus: ſed,
conſules Hortenſium favere Len-
, Volcatium Pompejo, Bibulum
que infenſum eſſe intelligebant,
vel primo loco Bibulum rogarunt:
m, quem vellent, rogare primum
erant, ut Cicero epiſt. 11. lib. 1.
Att. & Suetonius in Julio docet) vel
te cum ordinem in rogando ſervaſ-
t, primam tamen pronunciari Bi-
i ſententiam voluerunt: cujus exem-
m beneficii habemus in epiſt. 12. lib.
*Cum Servilius gratia effeciſſet, ut
ſententia prima pronunciaretur; fre-
ns eum ſenatus reliquit, & in alia
ia diſceſſit.* Erant autem ii, quo-
n ſententiæ primæ pronunciarentur,
o conditione meliore, quia, ſi plu-
in eorum ſententiam tranſirent, fie-
S. C. neque reliquorum ſententiis
us erat.

Tres legati] Ex iis, qui privati erant.

Hortenſii] Cum quo Lucullus, &
cero ſentiebant.

Divideretur] Quia de religione, &
tribus legatis ſimul deliberandum
ſebat: quod ſi eſſet factum, utrum-
ſimul rejici, aut utrumque ſimul
bari neceſſe erat. quam conſuetudi-
n egregie Pedianus expreſſit his ver-
: *Cum aliquis in dicenda ſententia
as pluresve res complectitur, eæ ſi non
nes probantur, poſtulatur, ut divi-
tur, id eſt, de rebus ſingulis referatur.*
cum ſubjungit, *Multi ſedentes hoc
m verbum pronunciant, Divide*; o-
ndit, jus poſtulandi, ut ſententia
ideretur, non conſulibus tantum,
ſenatoribus etiam fuiſſe. Feſtus et-
n ſic: *Numera ſenatum, ait quivis
ator conſuli, cum impedimento vult eſſe,
minus faciat S. C. poſtulatque ut aut
, quæ afferuntur, dividantur; aut
guli conſulantur; aut, ſi tot non ſunt
atores, quo numero liceat præſcribi
C.*

De religione] De Sibyllinis verſibus
em reduci cum exercitu vetanti-
s,

Cuique rei jam obſiſti non poterat] Satis implicata ſententia videtur, ſed, ut arbitror, explicabitur hoc modo. Quatenus de religione loquebatur, & in quo jam obſiſti non poterat; Bibulo aſſenſum eſt. epiſt. 1. *Hortenſii, & mea, & Luculli ſententia cedit religioni de exercitu: teneri enim res aliter non poteſt.* Obſiſti autem ideo non poterat, quia factum jam erat S. C. regem cum multitudine reduci, periculoſum reipubl. videri. Antiqui libri omnes, qui apud me ſunt, *Clam*, habent, pro, *Jam*: quod mendoſum eſſe conſtat.

Ierunt in alia omnia] *Ire in alia omnia*, & *Diſcedere*, & *Tranſire*, pro diſſentire, veteres dicebant. de quo Feſtus his verbis: *Qui hoc cenſetis, illuc tranſite; qui alia omnia, in hanc partem. his verbis præit ominis videlicet cauſſa; ne dicat, qui non cenſetis.* ſic loquutus eſt Cœlius epiſt. 13. lib. 8. *Cum prima M. Marcelli ſententia pronunciata eſſet, qui agendum cum tribunis pl. cenſebat; frequens ſenatus in alia omnia iit.* Et Cic. epiſt. 12. lib. 10. *Cum gratia effeciſſet, ut ſua ſententia prima pronunciaretur; frequens eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit.* Epiſt. 1. lib. 11. ad Att. *Ibatur in eam ſententiam.* Hirtius lib. 8. bel. Gal. *Diſceſſionem faciente Marcello, ſenatus frequens in alia omnia tranſiit.*

Pag. 10. *Cum Lupus*] Sive, *Cum*, ſive, *Tum*, ſive, *Cui*, legatur; in quo ſcripti libri diſſentiunt; parvi refert. nihil enim aut additur ad ſententiam, aut detrahitur.

Intendere] Sic antiqui libri, quos viderim, omnes, non, *Contendere*. Pro Quinctio: *Qui ſibi eum nuper edidit ſocium, quem, quo modo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonſtrat fuiſſe.* Hoc autem intendebat Lupus, cum ipſe de Pompejo, ſine controverſia principe civitatis, retuliſſet, ante ſe oportere diſceſſionem facere, quam conſules: quod vereretur, ne, ſi de Hortenſii ſententia, quæ Lentulum decernebat, diſceſſio fieret, major ſenatorum numerus eam probaret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Diſceßionem facere] Aut, diſcedendi poteſtatem facere ſenatoribus de ſua ſententia : aut, diſceſſionem ipſum facere; quia primus de ſua ſententia diſceſſionem facere ſoleret is, qui retuliſſet; deinde ſenatores alii ſequerentur. Quæri poteſt; cur non idem Bibulo Lupus, quod Hortenſio oppoſuiſſet, ut de ſua ſententia diſceſſionem ipſe faceret, ante quam conſules. Quia ſenatoribus non admodum ejus probari ſententiam, nec ab eo, ſed ab Hortenſio, timendum intelligeret.

Iniqua & nova] Iniquum, & novum eſt, ut in diſceſſione facienda, quod tribunis pl. placeat, fiat potius, quam quod conſulibus.

Multis partibus plures] Qui ſic explanant, vidiſſe conſules in Hortenſii ſententiam plures ituros a multis partibus, id eſt, hinc illinc, parum omnino agnoſcunt puriſſimam & ornatiſſimam locutionem, qua elegantiſſimi ejus ætatis viri ſuis in ſcriptis eleganter uſi ſunt. *Multis partibus plures.* Multo plures. Eodem modo Cœlius ep.9. l.8. *Turpe tibi erit, Patiſchum Curioni decem pantheras miſiſſe, te non multis partibus plures.* In Academicis: *Quibus efficitur, ſolem multis partibus majorem eſſe quam terram.* L. 3. de Fin. *Multis partibus malit*, pro *multo malit*. Cęſar l.3. bel. civ. *Eo fama jam præcurrerat de prœlio Dyrrachino, quod multis auxerat partibus.* Ibidem infra: *Exercitus numero multis partibus inferior.* Suetonius in Julio: *Innumeras adverſariorum copias multis partibus ipſi pauciores facile ſuperaverunt.*

Aperte] Simulabant Pompeji cauſſa: ſed conſules, oratione Ciceronis reconciliatam Lentulo ſenatus voluntatem intelligentes, diem conſumi paſſi ſunt, ne diſceſſio fieret: cum nec a Lentulo, nec a Pompejo regem reduci vellent, ſed aut a privatis, ex Bibuli ſententia, quam ſenatus jam improbaverat, aut omnino non reduci: quod factum eſt.

Rogabantur] A ſenatoribus, varie ſentientibus: cum alii Pompejo, alii Lentulo faverent: alii aliter ſentirent. ipſe etiam Cicero rogaverat. dixit enim: *Quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis, rogandiſque perſpexeram.*

Eo die] Cum de certo die loquimur, virili utimur genere : cum de tempore, muliebri. confirmatur exemplis. quo magis miror Nonium contra ſentire. ſcripſit enim hæc: *Diem volunt, cum feminino genere dicimus, tempus ſignificare; maſculino, diem ipſum. nos contra invenimus.* Turpilius Pedio: *Quando equidem amorem intercapedine ipſa lenivit dies*; id eſt, ipſum tempus. Pacuvius Duloreſte : *Gnatam deſpondit: nuptiis hanc dat diem.* Virg. Æn. lib. 2. *Ergo dies infanda aderat. mihi ſacra parari.* Hæc Nonius : verum hæc fortaſſe licentia tribuitur Poetis; quorum teſtimonio uſus eſt.

Apud Pompejum cenavi] *Cenare apud aliquem*, interdum eſt & ejus domi, & cum eo cenare : quod hic locus oſtendit, & ille epiſt. 9. *Cenavit apud me in mei generi Craßipedis hortis.* Interdum autem, ejus quidem domi, non autem cum eo cenare; ut epiſt. 12. libro quarto ad Atticum : *Poſtridie Kal. cena apud me cum Pilia. Apud me*, inquit, id eſt, domi meæ: quamquam ipſe abeſſet. Cenarum uſus non idem ſemper apud veteres fuit. Primum, cibus meridie ſumptus *cena* vocabatur, veſperi *veſperna*: poſtea meridianus cibus, quem non ordinarium fuiſſe e Celſo conſtat, *prandium* appellatum, veſpertinus autem *cena*. de quo ſic Feſtus: *Cena apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium; veſperna, quam nunc cenam appellamus.* Et alio loco: *Veſperna apud Plautum cena intelligitur.* Et Iſidorus lib.20. cap.2. *Eſt etiam cena veſpertinus cibus, quam veſpertinam antiqui dicebant.* in uſu enim non erant prandia. *Merendam* veteres dixiſſe pro prandio, quod ſcilicet medio die caperetur, auctor eſt Feſtus. Nonius autem: *Merenda cibus eſt, qui poſt meridiem datur.* Idem Iſidorus: *Merenda eſt cibus, qui declinante die ſumitur, quaſi poſt meridiem edenda, & proximo cenæ: unde & antecena a quibuſdam vocatur:*

item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

merendare, *quaſi meridie edere.* Feſtus de priſcis temporibus loqui-, cum *merenda* fuit pro prandio; ius de ſuis, cum inter prandium cenam merenda in uſu eſſet; qui hodieque retinetur. Quinquies ar quotidie capi ſolitum eſſe cibum, d a paucis tamen factum exiſtimo, madvertitur; mane, quod *jentacu-* dixere; meridie, *prandium*; poſt ridiem, *merendam*; veſperi, *cenam*; t cenam, *commiſſationem.* ſolæ cenæ tidie in uſu fuere: prandia nec, ut nor, apud omnes, (de Romanis lo-r) & æſtate potius, quam hieme: d Celſus lib. 4. & 7. docet.

Pag. 11. *Honeſtiſſimus*] Eo enim die atus voluntas Lentulo reconciliata ebatur. itaque, quod in proſperis us plus habet auctoritatis oratio no-, quam in adverſis; propterea ma- idoneum, quam umquam antea, npus illud Cicero judicavit cum Pom- o colloquendi.

Cum illo locutus] Qui ſcribunt, *Lo-utus*, potius quam, *Locutus*, contra ſciani auctoritatem faciunt. is enim ro primo: *Q in quibuſdam partici- transfertur in C, ut ſequor ſecutus, lo- r locutus.*

Hominis] Sic ſæpe veteres loqueban-, cum indicare vellent eum ipſum, em antea nominarant. epiſt. 1. lib. 3. *lde hominem diligo.* Et in Verrem: *No- os hominis.*

Suſpicione cupiditatis] Orta ex con-rſatione, & contentione Libonis, & pſæi, omniumque ejus familiarium dio. epiſt. 1.

Omnium ordinum] Dixi jam, conſtare vitatem e tribus ordinibus.

Iampridem] Multo ante, quam pro-ctus es. epiſt. 1.

Certis hominibus] Intimis, ac do-eſticis Pompeji.

Non invito rege ipſo] *Ab ipſo rege*, xit, epiſt. 1.

Corruptam] Ne putemus, corruptum ompejum ſignificari, quem liberavit m omni ſuſpicione cupiditatis: ſed c in ejus familiares confertur.

Ad XVI. *Kal. Februar.*] Ergo, pridie fuerat, XVII. Kal. quo die ſententias eſſe dictas oſtendit. at nunc qui dies in Januario menſe poſt idus ſequitur, eſt XIX. Kalend. Februar. non XVII. quo ne moveamur, ſciendum eſt, Januarium tunc habuiſſe tantum XXIX. dies, Numæ regis inſtituto, qui annum Lunæ curſu dimetitus eſt. Cæſar autem dictator annum ad curſum Solis accommodavit, binis diebus in Januarium, Sextilem, Decembrem inſertis; ut tricenos ſingulos haberent dies, qui XXIX. tantum habuerant. Macrobius, Suetonius, alii.

Perfidia & iniquitate] Perfidia, invidorum; iniquitate, inimicorum.

Popularem rationem] A populo magis in regia cauſſa, quam ab ſenatu, timendum erit. nam Cato, & Caninius, tribuni pleb. male erant erga Lentulum animati: & Cato rogationem poſtea promulgavit, ut imperium Lentulo abrogaretur: Caninius alteram legem, ut Pompejus cum duobus legatis regem reduceret. epiſt. 5. Plutarchus in Pompejo.

Agi cum populo] A tribunis pl. *Agere cum populo*, eſt, ut Meſſalla docet apud Gellium lib. 13. cap. 15. *rogare populum, quod ſuffragiis ſuis aut jubeat, aut vetet.* Feſtus autem, *Cum populo*, inquit, *agere eſt, populum ad concilium, aut comitia vocare.* Quod eodem ſpectat. non enim populus aut ad concilium, aut ad comitia vocabatur, niſi ut ſuffragiis vel juberet aliquid, vel vetaret.

Salvis auſpiciis] Genus illud auſpiciorum, quod, *ſervare de cælo*, dicebatur, ſignificat. neque enim lex ferri, aut omnino agi cum populo poterat eo die, quo magiſtratus de cælo ſervaret: quæ *ſpectio* vocabatur: eoque auſpiciorum genere non augures, ſed magiſtratus, non modo majores, verum etiam minores utebantur. Impedire actiones tribunicias vel ope magiſtratus, qui comitialibus diebus de cælo ſervaret, Cicero cogitabat; vel, ſi lex ferretur, alicujus tribuni pl. interceſſione: propterea ſubjungit, *Aut ſalvis legi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

legibus: nam interceſſioni parendum legibus erat. Nihil, inquit, a populo timendum: ſi modo auſpicia, aut leges valebunt: quæ ſtante rep. valeant, neceſſe eſt. Hæc duo legis impediendæ genera nominantur in oratione pro Sextio: *Victa eſt cauſſa reip. non auſpiciis, non interceſſione, non ſuffragiis, ſed vi, manu, ferro.* Et Phil. 1. *Quærunt, quid ſit, cur aut ego, aut quiſquam veſtrum, P. C. bonis tribunis pl. leges malas metuat. paratos habemus, qui intercedant; paratos, qui remp. religione defendant.* Religionis enim nomine auſpicia magiſtratuum ſignificat. Habebat autem Cicero ſui ſtudioſiſſimos ex collegio tribunorum, quos vel ad ſervandum de cælo, vel ad intercedendum facile poſſet adducere, Racilium, & Plancium. epiſt. 1. libro ſecundo ad Qu. Fratrem.

Aut denique ſine vi] Cur hoc tertium addit? Ut oſtendat, ſi tribunos pl. nec auſpicia, nec interceſſio deterreat, populum tamen ipſum novas leges non eſſe probaturum. itaque præter vim, qua tribuni pl. nonnumquam in ferendis legibus utebantur, nihil timendum. De hac ipſa vi ſic in epiſt. 2. lib. 2. ad Qu. Frat. *Suſpicor Caninium per vim rogationem perlaturum.* De eadem, & ſimul de populi ſtudio erga Lentulum, epiſt. 4. *Ego tibi a vi, hac præſertim imbecillitate magiſtratuum, præſtare nihil poſſum: vi excepta, poſſum confirmare, te, & ſenatus, & populi Romani ſummo ſtudio amplitudinem tuam retenturum.* Vis autem illa ſignificatur, cum ſeditioſi tribuni pl. ut ſuas rogationes perferrent, eam populi partem, quæ bene de rep. ſentire videbatur, armis foro excluderent, operas autem ad ſuffragia ferenda inducerent. Deſcribitur hæc vis cum in aliis orationibus, tum in Phil. 1. his verbis: *Forum ſepietur: omnes claudentur aditus: armati in præſidiis collocabuntur, &c.*

De his rebus] Ut omnino tribuni pleb. nihil agere cum populo poſſent, quod Lentuli dignitatem imminueret.

Pag. 12. *Pridie*] XVII. Kal. Feb. quo die breviter in ſenatu ſententiæ dictæ ſunt.

Auctoritas] Cum ſenatus legitimus, id eſt, quo loco, quo die, quo numero, a quo magiſtratu oporteret, habitus, aliquid vel de publica, vel de privata re decreverat; tum ſi ex collegio tribunorum pleb. nemo intercedebat, rata ſenatus voluntas erat, & S. C. dicebatur; eoque nomine inſcriptum publicis tabulis conſignabatur; ſin autem vel ſenatus non legitimus aliquid decreverat, vel tribunus pl. interceſſerat; infirmum, ac prorſus irritum decretum illud erat, nec S. C. ſed ſenatus auctoritas vocabatur: propterea quod auctoritatem quandam publicis tabulis teſtata ſenatus voluntas habere videbatur. teſtis Livius libro quarto. *Si quis, inquit, intercedat, S. C. auctoritate ſe fore contentum.* Teſtis Dionis hiſtoria. nam cum Q. Caſſius Longinus, & M. Antonius, tribuni pl. intercederent, quo minus fieret S. C. de Cæſare ex Gallia revocando; cumque ſenatus, Pompejo deditus, a Cæſare alienus, propterea veſtem, ut in adverſa triſtique re, mutaſſet: tamen ne ſic quidem factum eſſe S. C. ſed perſcriptam ſententiam eſſe, Dio lib. 41. ſignificat. Idemque lib. 42. cum S. C. intercederent tribuni pleb. ſenatus tamen auctoritas perſcripta eſt. Planiſſime autem lib. 55. his fere verbis: Si quando aliquid ſenatus decreviſſet, nec legitimus ſenatorum numerus affuiſſet: non inerat in eo vis S. C. ſed auctoritas ſenatus dicebatur, qua tantum conſtaret eorum, qui tunc affuiſſent, voluntas, & ſententia. obſervatum idem eſt, cum vel ſenatus alieno loco, aut tempore, aut non legitimo edicto habitus eſſet, vel tribuni pleb. interceſſiſſent. impedito enim S. C. exſtare tamen ſenatus voluit ſententiam ſuam. Accedit Ciceronis teſtimonium in epiſt. 7. *S. C. nullum exſtat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta ſit; eaque, quæ de ea ſcripta eſt, auctoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, ut ne quis omni-*

no

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

gem reduceret, tantam vim habet,
agis iratorum hominum ſtudium,
conſtantis ſenatus conſilium, eſſe
tur. Et ibidem paullo poſt: *Offen-*
n eſſe periculoſam, propter interpoſi-
auctoritatem, religionemque video.
iſt. 2. libro quarto ad Attic. *Non-*
ſatis erat allatum, quo modo Cæſar
de auctoritate perſcripta. Loquitur
icero de S. C. ab intercedentibus
o, & Antonio, tribunis pl. im-
o. quod ex Dione jam oſtendi-
Nec dubito, quin de auctoritate
ripta, cum ſenatus decreto inter-
n eſſet, Cicero ſignificet libro
de legibus in eo loco: *Senatus*
ta rata ſunto. aſt ni poteſtas par, ma-
probibeßit, perſcripta ſervanto.
licet exempla ſatis hunc morem
dant: ut dubitatio tamen omnis
atur, adſcribemus verba S. C.
Cœlius incluſum epiſtolæ ad Ci-
nem miſit: *Si quis huic S. C. inter-*
it; ſenatui placere auctoritatem per-
, & de ea re ad ſenatum, populum-
eferri. Et in alio ejuſdem S. C.
e: *Si quis huic S. C. interceßiſſet,*
ritas perſcriberetur. Huic opinioni
n adverſari Ciceronis in oratione
Dejotaro, aliquis fortaſſe dixerit.
audiſſet Dejotarus, inquit, *ſena-*
nſentientis auctoritate arma ſumpta,
libus, prætoribus, tribunis pleb.
imperatoribus remp. defendendam
n. Senatus auctoritatem vocat in
, de qua S. C. eſſe factum, Cæ-
ſtendit libro primo de bello civili.
rritur, inquit, *ad illud extremum,*
ultimum S. C. quo niſi pæne in ipſo
incendio, atque deſperatione omnium
is, numquam ante deſcenſum eſt:
operam conſules, prætores, tribuni
ique proconſules ſunt ad urbem, ne
reſp. detrimenti capiat. Hæc S. C.
ribuntur ad VII. Id. Jan. Hoc ar-
entum duplici ratione refellitur:
quod, cum S. C. illud contra Cæ-
n belli civilis initio factum eſſet;
tribunis pleb. ad intercedendum
is, locus eſſet; non auderet Ci-
ad Cæſarem, jam omnia tenen-

tem, pro Dejotaro reo ſuppliciter agens, S. C. appellare: præſertim cum ſciat, ſi tribunis pleb. Antonio, & Caſſio intercedere licuiſſet, quod Pompejanorum factione non licuit, S. C. eſſe non potuiſſe. itaque ſapienter, tempori, cauſſæque ſerviens odioſum Cæſari vocabulum Cicero vitavit, a quo ſalutem Dejotari regis impetrare cupiebat. Altera eſt ratio, mihi quidem valde probata, quod ſenatus auctoritas non ſemper decretum illud ſignificat, quod ne ſenatuſconſulti vim & nomen haberet, interceſſione fiebat: ſed ubi nulla interceſſionis mentio fit, pro ipſo accipitur S. C. ut in oratione in Piſonem: *Quam provinciam P. Lentulus cum & ſenatus auctoritate, & forte haberet, depoſuiſſet.* Significat enim a Lentulo depoſitam Ptolemæi regis reductionem quam ei ſenatuſconſulto eſſe mandatam, & ſupra demonſtratum eſt. Et in ea pro domo: *Ex ſenatus auctoritate & ſenatum, & omnes bonos mutata veſte vidi.* Senatus auctoritatem appellat, cum tamen S. C. de mutanda veſte factum eſſet: quod ex oratione pro Sextio cognoſcitur. In Vatinium: *Ne hoc quidem ſenatui relinquebas, ut legati ex ejus ordinis auctoritate legarentur?* Quis non intelligit, *Ex ejus ordinis auctoritate,* pro, ex S. C. dictum eſſe? cum paullo poſt ſequatur: *Quis legatos umquam audivit ſine S. C.? ante te nemo.* Ergo, ſenatus conſentientis auctoritate arma ſumpta, idem valet, quod univerſo approbante ſenatu, decreto ſenatus univerſi.

Interceſſerat] *Intercedere,* modo eſt impedire, ut infra: *Cui cum Cato, & Caninius interceßiſſent, tamen eſt perſcripta:* modo intervenire, ut hic, & epiſt. 2. libro 15. *Cum veſtra auctoritas interceſſiſſet, ut ego regem Ariobarzanem tuerer.* Et epiſtola quarta ejuſdem libri: *Studui quam ornatißima ſenatus, populique Romani de me judicia intercedere.* Eodem ſenſu dixit Cœlius epiſt. 6. lib. 8. *Significatio ulla ſi interceſſerit; clarius, quam deceat, aut expediat, fiat.* Et in Verrem libro ſecundo: *Cum Imperatoris populi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Romani auctoritas, legatorum decem dignitas S. C. intercederet.

Intercesſiſſent] Impediiſſent, ne S.C. fieret: ideo ſenatus auctoritas, S. C. impedito, perſcripta eſt. *intercedere* enim, proprie tribunorum pl. fuit. quamquam participes ejus fuiſſe poteſtatis omnes, qui eadem poteſtate, qua ii, qui S. C. facere vellent, majoreve eſſent, docet Gellius ex Varrone lib. 14. cap. 7.

De ceteris rebus] A negotio tranſit ad officium: id quod, abſoluta narratione, vel ad augendam ejus, ad quem ſcribitur, ſpem, vel ad leniendum dolorem valere plurimum ſolet. *Ceteris rebus*, dixit, non quæcumque ad Lentulum, ſed iis, quæ ad regis reductionem pertinere viderentur.

Cura, opera, diligentia, gratia] Quia neque cura ſine opera, nec opera ſine diligentia ſufficit, ideo conjungit hæc tria. rurſus, quod hæc ſimul omnia, niſi accedat gratia, valde non proficiunt; gratiam adjungit: æque ac ſi dicat: Quicquid gratia valebo, valebo tibi.

EPISTOLA III.

Pag. 13. *A. Trebonio*] Non dubito, quin fuerit equeſtris ordinis. nam negotiari ſenatoribus non modo turpe fuit, verumetiam veteri lege non licuit. Livius libro 21. *Q. Claudius tribunus pl. legem tulit, ne quis ſenator, cuive ſenator pater fuiſſet, maritimam navem, quæ plus, quam trecentarum amphorarum eſſet, haberet. id ſatis viſum ad fructus ex agris vectandos.* Præterea, ſplendoris mentio pertinere ad equitem videtur.

Provincia] Cilicia.

Magna] Jure igitur a me commendatur.

Ampla] Multis in locis: nam, ſi uno loco eſſent, minus eſſet neceſſaria commendatio. Sæpe ad rei magnitudinem additur amplitudo, ut in epiſt. Cæcinæ lib. 6. *Quamquam id magnum, & amplum eſt.* De Invent. lib. 1. *Magna, & ampla pars.* Pro Sextio: *Non aggrediar ad illa maxima, atque ampliſſima.*

Expedita] Impedita enim, ne tibi moleſtiam afferrem, haud libenter tibi commendarem.

Multos annos utor valde familiariter] Uſus commendationis eſt cauſſa. quo enim utimur, eum commendare debemus: ſed, ſi hoc accedit, ut & multos annos, & valde familiariter utamur; officio non ſolum juſto, verum etiam prope neceſſario ad commendandum impellimur.

Suo ſplendore] Sæpe *Splendorem* Cicero tribuit equitibus Romanis, ut ep. 26. lib. 12. *Magnam ex eorum ſplendore & obſervantia capies voluptatem.* & epiſt. 27. ejuſdem libri: *Sex. Aufidius ſplendore equitis Romani nemini cedit.* In oratione pro Roſcio Amer. *Equeſtrem ſplendorem* nominat. Eſt autem ſplendor in equite, dignitas non ex aliquo magiſtratu parta, ſed ex ipſo ordine, qui fuit in civitate honeſtiſſimus. probatur ipſo interprete Cicerone: cujus hæc ſunt in oratione pro Cœlio: *Objectus eſt pater varie, quod aut parum ſplendidus ipſe, aut parum pie tractatus a filio diceretur. De dignitate, Cœlius notis ac majoribus natu etiam ſine mea oratione tacitus facile ipſe reſpondeat. De dignitate* dixit, cum ad illud, *Parum ſplendidus*, reſponderet. ex quo apparet, ſplendorem, & dignitatem in equite idem eſſe.

Ceterorum] Bonus igitur vir, qui abundet amicis.

Gratiſſimus in provincia fuit] Ne me putes ignotum hominem tibi commendare. Malim, *Gratioſiſſimus*: cum ſequatur, *ſe apud te gratioſum fore*: nec omnino loquendi modus placeat, Gratum eſſe aliquem in provincia. ſignificat autem, apud eos potius, qui provinciæ præfuerunt, gratioſiſſimum fuiſſe, quam apud provinciales, privatique juris homines.

Tuum in me amorem] Omnibus notiſſimum & beneficii tui magnitudine, & novitate meorum temporum.

Noſtramque neceſſitudinem] Mutuus amor oſtenditur, nec ſine cauſſa. hoc enim ſignificat: quia tu me amas, Trebonius futurum ſperat, ut id, quod cupio, conſequar: quia vero ego te vicisſim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſimam, dignum eſſe me, qui hoc imponere arbitratur.

Libertos, procuratores, familiam] Apparet id quod Cicero dixit, magna fuiſſe, & ampla Trebonii negotia: cum ea liberti procuratores, ſervi tractarent. Sic ep. 29. lib. 12. *Tantum velim exiſtimes, negotia Lamiæ, procuratores, libertos, familiam quibuſcumque rebus opus erit defenderis, &c.* Liberti, ut meliore, quam ſervi, jure ſunt, cum civitatem adipiſcuntur; ſic deteriore, quam ingenui, quod honores non capiant. ſunt autem vel ſingulorum hominum, quibus antea ſerviebant, vel ſocietatum, vel fanorum, vel opidorum beneficio liberati: ſi ſingulorum, ab iis prænomen, & nomen ſumebant, retento ſervili nomine, quod poſt manumiſſionem tertio loco quaſi cognomen ponebatur, ut *M. Tullius Tiro*: ſi ſocietatum, earum nominibus utebantur. *Aſiatici, Siculive liberti* vocati: ſi fanorum, ab iis appellabantur, ut *Venerii, Mercuriales, Capitolini*: ſi opidorum, ab iis quoque, ut *a Faventia Faventini, a Reate Reatini.* Romæ mos antiquus immutatus eſt: nam cum liberi Romani dicti eſſent, ad ſimilitudinem libertorum municipalium, poſtea magiſtratus nomina, qui eos liberaverant, ceperunt: in ſervis tamen publicis, quæ in libertis eſt amiſſa, vetus appellatio manſit: ſemper enim dicti ſunt, publici ſervi Romani. Hac tota de re M. Varro, ſed obſcure ſatis, nos tamquam interpretes, quam planiſſime fieri potuit, ejus doctrinam ſtuduimus exprimere. *Procuratores* vocat, vicarios juris: *familiam*, ſervos, ut in Bruto: *cum ſimularetur familia, partim etiam homines ſocietatis ejus.*

T. Ampius] Qui ante Lentulum Ciliciæ præfuerat, prætorius, non conſularis. *T. Ampium* tribunum pl. nominat Vellejus libro 2. qui cum T. Labieno collega legem tulit, Cicerone conſule, ut Pompejus poſt victoriam Mithridaticam ludis Circenſibus corona aurea & omni cultu triumphantium uteretur, ſcenicis autem prætexta, coronaque aurea. inter tribunatum autem, & præturam cum anni quattuor interſint, prætor fuiſſe videtur Piſone & Gab. coſſ. id eſt, quadriennio poſt Ciceronem conſulem, & anno ſequenti, Lentulo & Metello coſſ. ivit in Ciliciam: eique poſtero anno Lentulus, Marcellino & Philippo coſſ. ſucceſſit. itaque ratio temporum probare videtur, Ampium qui Ciliciæ præfuit ante Lentulum, eum eſſe, quem nominat Vellejus. Nec tamen eum negaverim eſſe poſſe, qui civili bello delectum habuit pro Pompejo, ut epiſt. 11. lib. 8. ad Att. & ad quem exſulem epiſtolæ Ciceronis exſtant lib. 6. & lib. 10. Cæſar quoque Pompejanum indicat fuiſſe lib. 3. bel. civ. cum ait: *Reperiebat, T. Ampium conatum eſſe tollere pecunias Epheſi ex fano Dianæ, ejuſque rei cauſſa ſenatores omnes ex provincia vocaſſe, ut, iis teſtibus, ſumma pecuniæ uteretur, ſed interpellatum adventu Cæſaris profugiſſe.* Legebatur olim in vulgatis libris, *T. Appius*, mendo manifeſto: quia duo prænomina ſimul eſſe non poſſunt, ideo repoſuimus, conjecturam ſecuti, *T. Ampius*: quam poſtea conjecturam veteres aliquot libri comprobarunt. Mediceus tamen, & alii nonnulli, *Tampius*: quod reprehendere non auſim, cum Tampiorum quoque familiam Romæ fuiſſe videam.

Non vulgarem] Non quo genere vulgo utimur in iis commendandis, quorum cauſſa minimum laboramus, verum accuratam, exquiſitam, amoris, ac ſtudii plenam.

EPISTOLA IV.

Pag. 14. *A. d.* XVI. *Kal. Febr.*] Continuo triduo, idibus, XVII. & XVI. Kal. actum eſt in ſenatu de reductione regis. comitialis dies fuit, quo hanc epiſtolam Cicero ſcripſit XV. Kal. ut ex ep. 2. lib. 2. ad Qu. Fr. cognoſcitur. iis tribus diebus cur nihil ſit confectum, variæ quidem obſtitere cauſſæ, ſed uno nomine omnes, nimirum tribunorum pleb. iniquitate, comprehenduntur. nam idibus Caninius tribunus pl. eouſque cum Lentulo conſule altercatus eſt,

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ut diem conſumpſerit. XVII. Kal. ne diſceſſio fieret in Hortenſii ſententiam, quæ Lentulo decernebat, ut regem reduceret; Lupi tribuni pl. iniqua, & nova prohibuit oratio. XVI. Kal. res ab adverſariis Lentuli, id eſt, tribunis pl. extracta eſt variis calumniis.

Pulcherrime] Honeſtiſſime, perhonorifice.

Staremus] Tranſlatio a pugnantibus, qui *ſtare* tunc dicuntur, cum eum, quem cepere, locum obtinent: quod fortitudinis eſt.

De tribus legatis] Privatis: qua ſententia Lentulus, & Pompejus excludebantur, qui erant cum imperio.

Pridie ejus diei, ſcilicet d. t. l. f.] Dicit quod ſupra in epiſtola 2. in qua ita ſcripſit: *De tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia:* ſed cum ibi factum id eſſe dicat, die qui conſecutus eſt idus Jan. hic autem die, qui XVI. Kal. Febr. præceſſit: fuere, qui dum arbitrantur Januario menſi, ut nunc, ita tum alterum, & XXX. fuiſſe dies, corruptum eſſe locum crederent: videntes hanc diem, ut quidem ipſi numerabant, aliam eſſe ab ea, quæ eſt in epiſtola 2. cum tamen eandem eſſe oporteret, quod abſque dubio locus hic alter de tribus legatis repetitio prioris eſſet, quod ſi ad rationem ejus anni, quo ſcripta eſt epiſtola, ſupputaſſent, & locum carere mendo, & eandem quam in 2. epiſtola diem ſignificari, cognoviſſent: fuit enim tunc Januarius menſis tantummodo XXIX. dierum, poſtea Julius Cæſar annum corrigens, binos addidit, &, ut tricenos ſingulos haberet, qui antea tantummodo XXIX. habuerat, effecit. auctor Macrobius.

Fregeramus] Pergit in tranſlatione. nam, frangere impetus adverſarii, de pugnantibus uſurpatur. ſignificat, quod in epiſt. 2. dictum eſt: *De tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia.*

Certamen] Tertium, & ultimum tranſlationis verbum; longius autem producta, ſimilitudo potius, quam tranſlatio, videretur.

Sententia Volcatii] Ut Pompejus regem reduceret: de quo Lupus tribunus pl. retulerat.

Adverſariis] Præſertim tribunis pl. de quibus infra: *Nemo eſt enim, qui neſciat, quo minus diſceſſio fieret, per adverſarios tuos eſſe factum: qui nunc, populi Romani nomine, re autem vera ſceleratiſſimo latrocinio, ſi qua conabuntur agere; ſatis proviſum eſt, &c.*

Variis calumniis] Senatores cum eam rem, de qua ſententiam rogabantur, perfici nollent, longa oratione, ut diem conſumerent, utebantur. jus enim erat, ut ſententiā rogati, dicerent ante, quidquid vellent alius rei, & quoad vellent. quod in libro de officio ſenatorum Capito ſcriptum reliquit. Hac igitur poteſtate, improbo, aſtutoque conſilio rem extraxerunt Lentuli adverſarii, cum alius alia diceret, ut diem eximerent: quod eſt factum. *Varias calumnias* vocat Cicero varias cauſſas ficte inductas, varia figmenta, cum nihil verum, nihil ex animo loquerentur, ſed tantum ut rem ducerent, diemque dicendo extraherent. ſic 2. lib. 2. ad Fratrem: *Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt.*

Frequenti ſenatu] Cum adeſſent plurimi ſenatores. Plures quadringentis in ſenatu affuiſſe, bis omnino, ut mea memoria eſt, legi; CDX, in oratione poſt reditum in ſenatu, CDXV, epiſt. 10. l. 1. ad Att.

In magna varietate] Sic tres mei, ſic & unus Alberti Ferri, optimi eruditique adoleſcentis, & duo præterea Sigonii veteres libri. Varietatem autem ſententiarum dicit. hoc enim in primis honorificum, in magna varietate, magnaque invidia, cauſſam tamen obtinere. in quo ſuum officium tacite Cicero commendat. quis enim neſcit, operam officiumque noſtrum laudari magis, ubi quid obtinemus in magna ſententiarum varietate, quam ſi varietas non magna ſit? Sententias quinque varie decernentium expoſuit in prima epiſtola; Hortenſii, de reductione regis uni Lentulo mandanda; Craſſi, de tribus legatis, etiam ex iis qui cum imperio

rio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

; Bibuli, de tribus item legatis ex iis tantum, qui privati eſſent; ne rex reduceretur; Volcatii, ut reducetur a Pompejo. ut magnam ietatem ſententiarum neceſſe Lentulo conſulares quatuor, Bibulus, Servilius, Volcatius, entur, in qua tamen varietate Lentulus obtinuiſſet, niſi va nniis ab ejus adverſariis extraſſet. Epiſt. 2. libr. 2. ad Q. Fr. *ctatores Lentuli res calumnia ex*-.

ia] Conſularium: de quibus 1. *Si eſſet in iis fides.* In 2. *In minum perfidia.* In 5. *Eandem ninum.* Et ibidem: *Si quid ho rfidia detraxerit.* Et in extre *icum ex conſularibus neminem ideo.* In 6. *Proditores appellat.* *ehementer quoſdam homines invi nitati tuæ.* Ibidem: *De conſu mini poſſum aut ſtudii erga te, i, aut amici animi eſſe teſtis.* Ali poſt: *Eſſe te in principibus facile t, evolare altius certe nolue*-

Ad alios: cum quidam ſoli o cauſſam regiam deferri vel aliter ſentirent.

um] Acrem adverſarium: quod n diem non contigerat. non ni Lentulo, ſed Pompejo pari um fuiſſe arbitror: oderat enim ſocerum Pompeji C. Cæſarem, onius oſtendit: quare Cæſaris m augenti quotidie Pompejo icum fuiſſe veriſimile videtur. Pompejus ipſe ſuum eſſe obtre n ajebat. epiſt. 3. lib. 2. ad Q.

nem] C. Scribonium Curio nſularem, & triumphalem, pa is, ad quem epiſtolæ mittuntur

orem, pæne etiam amicum] nutationis illa Bibulo cauſſa od, cum ipſe de tribus legatis e non potuiſſet, malebat Len n deferri, quam Pompejo, quem, ini miciſſimi ſui, generum, fautoremque & amplificatorem dignitatis, ornari non libenter videbat.

Legem ullam] Quod fautores Lentuli timebant. ideo ſubjunxit: *Satis proviſum eſt, ne quid ſalvis auſpiciis, aut legibus, aut jam ſine vi agere poßint.* Et epiſt. 2.

Ante comitia] Ante Sextilem menſem, quo deſignabantur magiſtratus, majores centuriatis comitiis, minores tributis.

Laturos] Cato tamen ferre conatus eſt: promulgavit enim, ut Lentulo Ciliciæ imperium abrogaretur. epiſt. 5.

Legem Pupiam] Quæ comitialibus diebus haberi ſenatum vetabat. ad Q. Fr. ep. 2. lib. 2. *Per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta eſt. conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat.* Et epiſt. 12. *Comitialibus diebus Appius interpretatur, non impediri ſe lege Pupia, quo minus habeat ſenatum; & quod Gabinia ſanctum ſit, etiam cogi, legatis quotidie ſenatum dari.*

Perfectis] Auditis, &, dato reſponſo, remiſſis.

Legationibus] Quibus dari ſenatum, lex Gabinia jubebat.

Pag. 15. *Fictæ religionis*] Non enim eos religio movebat: ſed ſpecie religionis malevolentiam ſuam tegebant. *Religionis calumnia* vocatur in epiſt. 1.

Vellet ire] Ademto enim exercitu, nemo ire vellet: cum Alexandrinos, niſi cogerentur armis, regem non eſſe recepturos conſtaret.

Ab ſenatu] Non enim ſenatus, ſed adverſariorum tuorum culpa, ne diſceſſio fieret, commiſſum eſt.

Qui nunc] His comitialibus diebus: quorum primus erat *xv. Kalend. Febr.* quo die ſcripta eſt epiſtola. quæ enim acta erant in ſenatu, poſtero die ſignificat, ut etiam epiſt. 2. & ad fratrem epiſt. 2. lib. 2.

Populi Romani nomine] Populi Romani cauſſam tueri, tribunorum pleb. erat. ſed eo ſæpe nomine abutentes, rogationes iniquiſſimas, malevolentiæ & invidiæ cauſſa, ferebant.

Latrocinio] Quod per inſidias, ut latrones, ficto populi Romani nomine, rempubl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rempubl. lædebant. Sic in epiſt. 2. ad Q. Fr. *Quid futurum ſit latrocinio tribunorum, non divino.*

Salvis auſpiciis] Ne iterentur eadem: vide quæ diximus epiſt. 2.

Ego neque de meo ſtudio] Modeſta commemoratio ſtudii ſui. nam & diſſimulat, & narrat. ſignificandis autem aliorum injuriis, ex comparatione auget officium ſuum.

Profundam] Tranſlatione ab aquis. epiſt. 5. lib. 5. *Quæ ego ſi non profundere, ac perdere videbor.*

Aſſecutus] *Aſſequi merita*, eſt æquare, & paribus meritis remunerari: tranſlatione a viatoribus, vel a currentibus, cum aſſequuntur eos qui anteibant. epiſt. 4. ad Torquatum: *Benevolentiam tuam imitabor, merita non aſſequar.*

Sine ſummo dolore] Artificioſe: nam & benevolentiam ſuam declarat, & conſolatur etiam ſocietate doloris. lib. 4. epiſt. 4. 5.

A vi præſtare nihil poſſum] Si vis erit, certi nihil promitto. Alibi, *Præſtare*, eſt, re ipſa efficere; hic, certum polliceri, prorſus futurum affirmare, atque in ſe recipere. epiſt. 31. lib. 12. ad Att. *Præſtabo, nec Bibulum, nec Acidinum, quos Athenis futuros audio, majores ſumptus facturos, quam quod ex eis recipietur.* Timebat, ne Tribunus aliquis per vim legem ferret, qua Ptolemæi regis reſtitutionem Lentulo eriperet. epiſt. 2. lib. 2. ad Q. fratrem eadem de re ſcribens, *Quid futurum ſit*, inquit, *latrocinio Tribunorum, non divino*: ſed tamen ſuſpicor per vim rogationem Caninium perlaturum.

Imbecillitate] Cum adverſus vim fortitudo requiratur.

Pag. 16. *Populi Romani*] Quem in Lentulum optime animatum eſſe, jam oſtendit iis verbis: *Hæc tamen opinio eſt populi Romani.*

Amplitudinem tuam.] Latius patet *Amplitudo*, quam aut *Dignitas*, aut *Auctoritas*. nam & quantumcumque, & quacunque re valemus, totum id *Amplitudinis* nomine comprehenditur. interdum tamen, ut in epiſtola ſequenti, cum dignitatis mentione conjungitur; non ut aliquid addatur, ſed ut id nominetur, quod in amplitudine præcipuum eſt. Definitur his verbis lib. 2. de Inventione: *Amplitudo, eſt potentiæ, aut majeſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.*

EPISTOLA V.

Afficior ſummo dolore] Non enim tam lætor officio meo quàm angor incommodo rerum tuarum.

In tua dignitate] De qua agitur in regia cauſſa.

In mea ſalute] Cum ab amicis proditus in exſulium abii.

Nos cum] Morali parte, quam brevitas decet, abſoluta, negotialem aggreditur.

Exorta eſt] Præter expectationem: quia Cato & Caninius negaverant ſe ullam legem ante comitia eſſe laturos.

Catonis] Quem Lentulus acerbiſſimum habuit ab initio tribunatus, turbulentum adoleſcentem, ut ait Feneſtella, & audacem, nec imparatum ad dicendum. Cicero autem epiſtola ſecunda libro primo ad fratrem: *Cato adoleſcens, nullius conſilii, ſed tamen civis, & Cato, vix vivus effugit.*

Promulgatio] Vt Lentulus e Cilicia revocaretur. epiſtola tertia libro primo ad fratrem: *Cato legem promulgavit de imperio Lentulo abrogando. veſtitum filius mutavit.* Promulgari leges ſolitæ ſunt per trinas nundinas antequam ferrentur; ut poſſet eas per otium, qui vellet, examinare; ne repente, quo die lex ferretur, de incognita re ſuffragium populus ferret. de quo diximus in libro de Legibus.

A minore cura ad ſummum timorem] Multo enim levius eſt, curare, ut aliquid accedat ad dignitatem, quod ex regia cauſſa ſperabatur; quam timere, ne tota dignitas amittatur, quod ex lege Catonis impendebat.

Perfidiam] Si enim in officio manſerint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ici, qui ſuam nobis operam ad das tribunorum pleb. roga- olliciti ſunt, nihil timemus. ſecunda: *Quod ad popularem attinet, hoc videmur eſſe conſe- e quid agi cum populo, aut ſalvis , aut ſalvis legibus, aut denique oſſit.* Idem epiſt. 4.

o modo] Difficili enim loco

ro] Conjunguntur, *Quidem Quidem certe*, cum id, quod cu- mminuitur: ut *ego te iſta mole- a liberabo, levabo quidem certe.* & promulgata lege nihil magis, rfidiam timemus: Catoni qui- erim, quamquam inclinata re, reſiſtimus: enitimur enim, n in nobis eſt, ne lex a Catone gata perferatur.

lexandrina re, cauſſaque regia] In , & *Cauſſa* differant, ſatis oſten- epiſt. 1. Infra quoque conjun- epiſt. 7. *In hac ratione quid res, ſſa, quid tempus ferat, tu facilli- neque perſpicies.*

atur] Vt Pompejus regem re- ſequitur enim paulo poſt: *Ad ope jam delatum eſſe exiſtimatur.*

17. *Eripiatur cauſſa regia*] Ante annos, *Cauſſa regia*, ſuſtuli, ut a.

ratur] Ne quis omnino regem : quod & Servilio placebat, ut & poſtea decretum eſt a ſenatu, ola ſeptima.

ddam tertium] Quid hoc ſit, pla- exponit: ſed videtur ſignificare: ulus regem non reducat, neque eque Selicio diſplicere, ut a quo- potius, quam a Pompejo, redu- Minus autem eſt, non diſplicere, placere: non enim omnino pla- uod non diſplicet. placebat Ci- , ut Lentulus regem reduceret; id neri non poſſet, a quovis alio po- am a Pompejo, reduci non diſ- t.

ere] A nemine reſtitui. ne cauſ- ia deſeratur, proxime dixit: onjungit utrumque verbum, *De- ſertum ſe, atque abjectum fore.*

Nobis repugnantibus] Primum pu- gnabimus, ut ad te deferatur: ſin id non poterit, ne deferatur ad Pompejum, re- pugnabimus.

Delatum eſſe] Ex Volcatii ſententia, ſtudio maxime duorum tribunorum, Lupi, & Caninii. epiſt. 1. 2.

Repulſi] Pertinet ad illud tertium, quod ſibi non diſplicere dixit: rege enim ad Pompejum delato, Lentulus repulſam tuliſſe videretur; ſin, utroque rejecto, alia quapiam ratione reduce- retur, jacturam exiſtimationis ſuæ Len- tulus in eo nullam faceret.

Tuæ ſapientiæ] Hoc eo ſpectat, ne Lentulus admodum ſperet de rege re- ducendo. Eſt autem ea gratior conſo- latio, quæ cum laude conjungitur. ita- que dat ei ſapientiam & fortitudinem: quarum altera judicat, quanti quidque faciendum ſit; altera, quidquid accidat adverſi, facile fert, atque contemnit. propterea, cum Nigidium quoque con- ſolaretur, admonet eum utriuſque vir- tutis. *Quid ſit*, inquit, *forti, & ſapienti homine dignum, tu videbis.* Eandem Lentulo tribuit animi magnitudinem epiſt. 7. cum ait: *Magnitudinem animi tui, quam ego ſemper ſum admiratus, ſem- perque amavi, ne umquam inflectas, cujuſ- quam injuria.* Et epiſt. 9. *Novi animum tuum, cum magnum, & excelſum, tum etiam apertum, & ſimplicem.* Et in lib. de claris orat. *Tantus in Lentulo ſplendor animi, & tanta magnitudo, ut ſibi omnia, quæ clarorum virorum eſſent, non dubita- ret adſciſcere, eaque omnia dignitate obti- neret.* Vtrumque ſimul nominavit. epiſt. 11. libro 6. *Eſt tuæ ſapientiæ, ma- gnitudiniſque animi, quid amiſeris, obli- viſci; quid recuperaveris, cogitare.*

Amplitudinem & dignitatem tuam] Modo alteram pro altera ponit, ut ep. 4. *Te & ſenatus, & populi Romani ſummo ſtudio amplitudinem tuam retenturum:* modo conjungit utramque, quaſi diffe- rant, ut hic, & epiſt. 9. in extremo: *Ad tuam ſummam amplitudinem, dignita- tem, liberalitatem pertinere.* Videtur au- tem dignitas amplitudinis eſſe pars:

 ideo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ideo, qui amplitudinem vel ſolam nominat, dignitatem non excludit.

Rebus geſtis] In conſulatu, cum me contra legem Clodiam, patriæ compotem feciſti. epiſt. 7. *Magna eſt memoria conſulatus tui.* & epiſt. 9. *Illius actionis amplitudinem, & gloriam.* Vel rebus geſtis, quas in provincia geres, ut hæc adhortatio potius, quam laudatio ſit; quod iis verbis confirmatur epiſt. 7. *Hæc profecto vides, quanto expreßiora, quantoque illuſtriora futura ſint, cum aliquantum ex provincia, atque ex imperio laudis acceſſerit.*

Gravitate] Eſt enim levitatis, ea curare, quæ non veram ſolidamque laudem, ſed fucatam inanemque pariant. tacite, quidquid eveniat in regia cauſſa, non eſſe Lentulo vehementer laborandum ſignificat.

Poſitam exiſtimare] Non in reductione regis.

Fortuna] Non enim, quæ habes a te ipſo, virtutem, & gravitatem tibi quiſquam detrahet: cetera ſi amiſeris, non tibi, ſed iis, quorum amittentur culpa, vitio dabitur. Videtur in fortunæ bonis numerare ſpeciem quandam dignitatis, non a virtute, & gravitate, ſed ab honoribus qui deferuntur, id eſt, a populari ſenſu profectam. Vide quæ diximus ep. 3. lib. 2.

Elargita eſt] Copia ſignificatur: quo Lentulus æquiore animo ferat, ſi quibus rebus abundat, de iis aliquid detrahatur.

Fraudi] Culpæ. ad Att. ep. ult. l. 5. *Fit gratia Bruti S. C. ut neve Salaminiis, neve qui eis dediſſet, fraudi eſſet.* Pro Murena: *Id erit ejus vitrico fraudi ac crimini?*

Nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi & cogitandi.] Vbicunque res poſtulat, & ago de te, & cogito. ſimile illud ad Caſſium epiſt. 1. lib. 12. *Finem nullum facio de te cogitandi.*

Prudentiorem] Nominat, quæ tria maxime requiruntur in amico, conſilium, fidem, benevolentiam.

Hic quæ agantur] Disjungendum a ſuperioribus, ut ſit alia epiſtola; quod ex ipſo cognoſcitur argumento: dixit enim in ſuperiore, prope delatum eſſe regem ad Pompejum: in hac, Alexandrinam cauſſam ab eo depoſitam, ſignificat. præterea, cur de Catone eadem iterentur? cur ita concludat epiſtolam: *Tu fac animo forti, magnoque ſis:* cum eum jam ad animi magnitudinem cohortatus in eo loco ſit: *Tuæ ſapientiæ, magnitudiniſque animi eſt?* Et omnino cum tota res alia videtur: tum agnoſcitur epiſtolæ principium in his verbis: *Hic quæ agantur, quæque acta ſint, ea te, &c.* Aut hoc eſt alterius Epiſtolæ initium: aut quæ ſequuntur, non eodem die ſcripta ſunt, quo ſuperior epiſtolæ pars: ſæpe autem accidit, ut literas non continua, ſed crebro repetita ſcriptione conficiamus, ſingulis diebus novi aliquid appingentes: id quod in epiſtolis ad Atticum ſcriptis ſæpiſſime factum videmus.

Pag. 18. *Quæ autem poſita ſunt in conjectura*] Quæ conjectura licet aſſequi: quæ poſſunt e ſignis divinari. *Conjectura*, & *divinatio*, non idem ſunt. nam conjectura ducitur e ſignis, divinatio ſæpe ſigna non ſequitur. ita fit, ut omnis conjectura divinatio ſit, non contra.

Quæque mihi videntur fore] Tranſit a generali ſententia ad particularem. nam generale illud eſt, *Quæ poſita ſunt in conjectura*: particulare hoc, *Quæ mihi videntur fore.* Ædilis autem hoc anno P. Clodius Milonem de vi ad populum accuſavit. epiſtola tertia libro ſecundo ad fratrem, & in oratione pro Sextio.

Apud populum] Populus de reis judicabat, accuſante tribuno pleb. aut ædili.

Convicio] Cum enim Clodius de loco ſuperiore (ut ait Plutarchus) interrogaret ſuos in concione ſtantes, quis eſſet, qui plebem fame necaret? reſpondebant operæ, Pompejus; quis Alexandriam ire cuperet? Pompejus. Ad convicium impetus acceſſit: nam in oratione pro Milone, *Reo*, inquit, *Milone ad populum, accuſante P. Clodio, cum* in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Pompejum pro Milone dicentem im- ctus eſſet, quæ tum non modo occa- etiam cauſſa illius opprimendi fuit? a tertia libro ſecundo ad fra- *Hora fere nona, quaſi ſigno dato,* *i noſtri conſputare cœperunt. exar- . urgere illi, ut loco nos moverent.*

tatus eſt] Exagitatus, vehemen- culſus.

ne] C. Catone tribuno pleb. de pra.

ementer eſſe perturbatus] Non quod aſpere & acerbe accuſatus Catone, quam quod ſenatorum m magno ſilentio. hac de re ſic a tertia libro ſecundo ad Q. Fr. *Cato eſt vehementer in Pompejum us, & eum oratione perpetua, tam- eum accuſavit. de me multa, me cum mea ſumma laude dixit. cum me perfidiam increparet, auditus no ſilentio malevolorum.* Pruden- Ciceronis licet in hoc animadver- uod, ad Lentulum cum ſcribit, ſe um a Catone, non dicit: ne ani- ejus offenderet. non enim æquo Lentulus ferre poſſet, ab eo lau- eſſe Ciceronem in ſenatu, qui onem de imperio ſibi abrogando lgaverat. in ea vero ad fratrem la, libere, ut res erat, ita ſcribit: quam addit, *Me invito:* ne vide- ejus hominis oratione delectari, am laudem Pompeji cum infamia ngeret. Alienatum a Pompejo um Plutarchus oſtendit, quia Ci- em ſuperiore anno, a Clodio tri- pleb. oppugnatum, deſeruerat: erea, cum C. Cato perfidiam ejus ceronem increparet, magno o- m ſilentio auditus eſt.

hil enim tibi detraxit ſenatus] De- tibi, ut regem reduceres: id poſt- n detraxit, ſed exercitum: quem am tibi, quam omnino omnibus ptum exiſtimare debes. Duo S.C. eſſe jam dixi, unum ipſo Lentulo le referente, ut rex a Lentulo eretur; alterum referente Mar- o conſule, ne cum exercitu redu- ir.

Per eandem religionem] Per quam ti- bi detraxit exercitum. itaque nihil ti- bi proprie eſt ademptum, ſed quod ha- bere prorſus nemo poteſt.

Id quod cogitabat] Faciliorem enim ſibi reditum duce Pompejo, quam quo- vis alio, pro ſumma ejus apud omnes gentes auctoritate, rerumque geſtarum gloria, ſperare poterat.

Pag. 19. *Proficiſcatur ad te*] Per ſuos creditores, & per eos, quorum ſibi vo- luntatem largitione adjunxit, agat, ope- ramque det, ut abs te reducatur.

Noſti hominis tarditatem, & tacitur- nitatem] Simulationem Pompeji, & conſuetudinem in occultanda volunta- te, modeſte deſcribit. non enim videri vult ejus ingenium & mores carpere, quem optime de ſe meritum negare non poterat. præterea fungitur officio boni viri, cum inter amiciſſimos ſuos, Lentulum, & Pompejum, quantum in ipſo eſt, amicitiam conſervat. itaque, cum ad Q. Fr. ſcriberet, libere ſuum ſenſum aperuit. *Pompejus*, inquit, *no- ſter in amicitia P. Lentuli vituperatur.* Naturam ejus oſtendit epiſt. ult. lib. 3. ad eundem: *Velit, nolit, ſcire difficile eſt.* Et ad Att. epiſt. 10. libr. 4. *Nos hic cum Pompejo fuimus. multa mecum de rep. ſane ſibi diſplicens ut loquebatur. ſic eſt enim in hoc homine dicendum.* Cœlius autem epiſt. 1. lib. 8. *Solet aliud ſenti- re, & loqui.* Ejuſdem tarditatem idem oſtendit epiſt. 4. *Cum, ex Gallia, coa- ctus eſſet dicere Pompejus, ſe legionem ab- ducturum, ſed non ſtatim ſub mentionem, & convicium obtrectatorum.*

A Catone] De cujus rogatione pro- mulgata ſupra dixit.

Facile] Vel auſpiciis, vel interceſſio- ne tribunicia. epiſt. 2. & 4.

Neminem] Idem ſcribit in epiſt. 7.

Obſcurius] Iniquitas eorum appa- ret, ſed paullo obſcurius.

Iniqui] Levius eſt, quam inimici.

Fracto impetu] Rogatione ejus im- pedita.

Leviſſimi] Qui facile ad omnem im- probitatem feratur. ideo dixit epiſt. 2. lib. 1. ad fratrem: *Cato adoleſcens, nul-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

lius conſilii. Et Feneſtella: *Cato adoleſcens, turbulentus, & audax.*

Priſtinam] Quæ fuit ante promulgatam Catonis rogationem: propterea ſubjunxit, *Conſequare*, ut amiſſam ex aliqua parte, & in diſcrimen adductam.

EPISTOLA VI.

P*ollione*] Duarum gentium, quod meminerim, cognomen fuit, Aſiniæ, & Vediæ.

Sed præfuit] Auget ſententiam, ut in oratione in Piſonem: *Omnibus conſiliis, quæ ad me opprimendum parabantur, non interfuiſti ſolum, verum etiam crudeliſſime præfuiſti.* Particula autem, *Sed*, interdum negat, ac tollit quod dictum eſt, *ut non dives, ſed inops*: interdum auget ut hic. nam qui præeſt, etiam intereſt. Vſus Latinæ linguæ poſtulabat, *Sed etiam*: verum unica particula, *Sed*, pro *Sed etiam*, nonnumquam Cicero contentus eſt.

Me in ſummo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime ſcilicet conſolatur ſpes] Contrarium illud epiſt. 8. lib. 26. *In magna conſolatione ingens ineſt ſollicitudo.* De hac figura diximus epiſt. 9. *In moleſtia gaudeo.*

Pag. 20. *Scilicet*] Alibi per ironiam negat, ut in oratione pro Rabirio, perduellionis reo: *Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris.* Et Terentius: *Id populus curat ſcilicet.* Et Virgilius: *Scilicet is ſuperis labor eſt.* Hic affirmat, non negat, ut epiſt. 21. lib. 9. *Privatas cauſſas, & eas tenues, agimus ſubtilius; capitis, aut famæ, ſcilicet ornatius.* Epiſt. 15. lib. 15. *Ex interitu reip. nullam ſpem ſcilicet mihi proponebam, ex reliquiis magnam.* Epiſt. ult. lib. 1. ad fratrem: *Si levare potes communem caſum miſericordia hominum; ſcilicet incredile quiddam aſſequeris.* Epiſt. 10. ad Att. lib. 13. *Hoc nullam ad partem valet ſcilicet.*

Infringatur] Vbi difficultas eſt, ibi uſurpatur hoc verbum; quo major infringentis virtus appareat. epiſt. 4. *Sententiam Bibuli fregeramus.* Epiſt. 5. *Speresque fore, ut, fracto impetu leviſſimi hominis, tuam priſtinam dignitatem, & gloriam conſequare.* Epiſt. 4. lib. 4. *Fregit hoc meum conſilium & Cæſaris magnitudo animi, & ſenatus officium.* Epiſt. 6. *Cum frangerem jam ipſe me, cogeremque illa ferre toleranter; habebam quo confugerem.*

Debilitantur] Quia tempus omnia minuit.

Proditorum] De quibus dixit epiſt. 1. *Si eſſet in iis fides, in quibus ſumma eſſe debebat, non laboraremus.*

Secundo loco] Pro, deinde. ſic locutus Phil. 8. *Hujus induſtriam, maxime quidem vellem, ut imitarentur ii, quos oportebat; ſecundo autem loco, ne alterius labori inviderent.* *Secundo*, ſimpliciter in oratione pro Plancio: *Equidem primum, ut honore dignus eſſem, maxime ſemper laboravi; ſecundo, ut exiſtimarer.*

Imaginem] Quam expreſſit epiſt. 5. his verbis: *Te autem videre, & ſentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea ſalute ſum expertus, ex tuis litteris intellexi.* Et epiſt. 7. *Simillimamque in re diſſimili tui temporis nunc, & noſtri quondam, fuiſſe rationem.* Ibidem infra: *In te, homine omnium nobiliſſimo, ſimilia invidorum vitia perſpexi.*

Violatur tua dignitas] In explanando Cicerone nihil duco fieri a me poſſe elegantius, aut etiam utilius, quam ſi conferam ſimilia ſimilibus: vel ut illuſtrentur obſcuræ ſententiæ: vel ut copia paretur. Hic quid Cicero ſibi velit, obſcurum non eſt: hoc ipſum tamen quod intelligimus, ex comparatione quodam modo fiet apertius. oſtendit, & ſalutem pluris eſſe, quam dignitatem; &, affligi, gravius, quam violari. dixit idem aliis verbis, nec minus ornate, epiſt. ſequenti: *Multum intereſt, utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur.* Nec diſſimile admodum illud epiſt. 5. *Te videre, & ſentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea ſalute ſum expertus, ex tuis litteris intellexi.*

Similitudo] Ob amicorum infidelitatem.

Si ea non timuerim, quæ ne tu quidem umquam timenda duxiſti] Promulgata

Catonis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rogatione de abrogando tibi imperio, non timui: quia nec patria pulſo, timueras; cum ſpe- turum, id quod evenit, ut ea lamitas etiam honori eſſet: quæ æque nunc in rebus tuis conſo-

la te eum] Fac ut te tui ſimilem imus; fortem animum habes, ſemper habuiſti. Significat id, n epiſt. ſequenti: *Magnitudinem ui ne umquam inflectas cujuſquam*

neris, ut Græci dicunt, unguiculis] ritia: dixit enim in epiſtola ſe- : *Vt omnem gloriam, ad quam a inflammatus fuiſti, omni cura, at- uſtria conſequare.* ſæpe hoc Cice- rat in Græcis libris; nos ege- emplis. Plutarchus tamen ἐν τῷ είδων ἀγωγῆς, ἐξ ἁπαλῶν, in- ſic enim eſt in antiquo libro no- ni, & eruditiſſimi juvenis Io. atii Pinelli) ὀνύχων ἀγαπῶσι τὰ

ſtrabit] Elucet enim virtus in ad-

dia officiaque] Recte conjungun- poteſt enim & ſine officio ſtu- & ſine ſtudio officium eſſe: cum ſtudium ſit, officium opera pro- ; & ſtudium ſine officio parum , officium ſine ſtudio langueat. ſt. ſequenti: *De conſularibus nemi- um aut ſtudii erga te, aut officii eſſe* Epiſt. 5. lib. 5. *Homo omnium m in te ſtudiorum, & officiorum ma- conſcius.* Ad Att. epiſt. 14. lib. 15. *nibus, mi Dolabella, ſtudiis in me, iciis, quæ ſumma ſunt, hoc ſcito mihi nplisſimum videri, & gratiſſimum*

m fallam opinionem tuam] Simile , quod, augendæ copiæ gratia, ſub- am, epiſt. 10. lib. 3. *Omnia volo a poſtules, & exſpectes, vincam meis s cogitationes tuas.* Et apud No- in fragmento Ciceronis epiſtolæ æſarem juniorem: *Poſthac, quod a me fieri, ſcribito. vincam opinio- tuam.* Quæ ſcilicet eo pertinent, ut oſtendatur, morale quiddam eſſe, & decere in primis, epiſtolas claudere ſignificatione benevolentiæ.

EPISTOLA VII.

Pag. 21. *Quem tu me eſſe voluiſti*] Si volo dignus eo loco eſſe, in quem me, inimicorum injuria pulſum, tua virtus reſtituit.

Temporum] Biennium jam aberat Lentulus.

Quoties] Antiqui & lapides, & libri, in his etiam Mediceus, *Quotiens.* quod ſi probamus: eadem ratione dicendum erit, *deciens, viciens, centiens, milliens,* & ſimilia, me quidem non libenter aſſentiente.

Qua quiſque in te fide ſit, & voluntate] *Fide*, ad amicos pertinet: *voluntate*, ad omnes. vel, de iiſdem quærebat Lentulus, & qua fide, & qua voluntate eſſent. nam infra: *Et fide, & animo in te ſingulari.* Niſi me fallit aurium judicium, ſuavior hic eſt numerus, quam, quod aliis placuit, *Qua fide quiſque in te ſit, & voluntate.* opinioni noſtræ cum alii non pauci, tum ille etiam inſigni vetuſtate Mediceus liber ſuffragatur.

Maxime debuerunt] Perfidiam ſæpe accuſat. Epiſtola prima: *Si eſſet in iis fides, in quibus maxima eſſe debebat; non laboraremus.* Epiſtola ſecunda: *Dignitatem noſtram, ut poteſt in tanta hominum perfidia, & iniquitate, retinebimus.* Epiſt. 5. *Te videre, & ſentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea ſalute ſum expertus, ex tuis litteris intellexi.*

Plurimum juvare potuerunt] Conſulares videtur deſcribere: de quibus infra; *De conſularibus, nemini poſſum aut ſtudii erga te, aut amici animi eſſe teſtis.* Et epiſtola quinta: *Amicum ex conſularibus neminem eſſe video, præter Hortenſium, & Lucullum. ceteri ſunt partim obſcurius iniqui, partim non diſſimulanter irati.*

Pag. 22. *Invidiſſe dignitati tuæ*] Infra:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Quem eſſe in principibus facile ſunt paßi, evolare altius certe noluerunt.

In re dißimili] Infra: *Multum intereſt, utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur.* Et epiſt. 6. *Minore in re violatur tua dignitas, quam mea ſalus afflicta ſit.*

Noſtri quondam] Cum ejectus patria ſum, tum eorum odio, quos reip. cauſſa læſeram, tum eorum invidia, quorum auctoritatem, dignitatem, voluntatemque defenderam. quod idem tibi, quamquam diſſimili in re, contigit.

Ex magiſtratibus L. Racilium] Loquitur de magiſtratibus anni ſuperioris: dixit enim, *Quo quidem tempore:* & infra, *Temporibus illis*, id eſt, Marcellino & Philippo coſſ. Racilius autem eodem anno, quo Lupus, tribunus pleb. fuit, ut conſtat ex epiſtola prima libro ſecundo ad Q. Fratrem. Lupum vero tribunum pl. fuiſſe Marcellino & Philippo coſſ. plane cognoſcitur ex epiſt. 1. & 2. non poteſt igitur hoc anno Racilius tribunatum pl. gerere: cum epiſtola ſcripta ſit Pompejo & Craſſo II. coſſ. poſt decretum Cæſari ſtipendium, & auctum legatorum numerum: quæ facta eſſe Pompeji & Craſſi ſecundo conſulatu, Appianus & Dio docent. Tribunum pl. Plutarchus in Probl. negat magiſtratum fuiſſe: idque multis argumentis probare conatur. nec diſſentire videtur Livius: apud quem libro ſecundo Appius conſul clamitat, privatum tribunum pl. eſſe, ſine imperio, ſine magiſtratu. Sed utrumque refellit Cicero & hic, & libro primo de Orat. cum ait: *Exierant cum Craſſo adoleſcentes, C. Cotta, qui tum tribunatum pl. petebat, & P. Sulpicius, qui deinceps eum magiſtratum petiturus putabatur.* In Bruto: *Ita tacitus Craßi tribunatus, ut, niſi in eo magiſtratu cenaviſſet apud præconem Granium, idque nobis narraviſſet Lucilius, tribunum pl. neſciremus fuiſſe.* In oratione pro Quinctio: *Per magiſtratum, qui auxilii cauſſa conſtitutus eſt.* Salluſtius in Jugurtha: *L. Lucilius, & L. Annius, tribuni pl. reſiſtentibus collegis continuare magiſtratum nitebantur.* Apud Nonium Feneſtella: *Ut magiſtratum inierunt tribuni pl. C. Cato Ptolemæo regi, & Lentulo conſuli aßiduis concionibus invidiam concitare cœpit.* Aſconius quoque: *Invocare tribus Gabinius cœpit, ut Trebellio magiſtratum abrogaret.* Mirari etiam aliquis fortaſſe poſſit, cur tribunis pl. purpuram adimat Plutarchus; cum in oratione pro Cluentio legantur hæc de tribuno pl. Quinctio: *Facite, ut non ſolum mores ejus, & arrogantiam, ſed etiam vultum, atque amictum, & illam uſque ad talos demiſſam purpuram recordemini.* Sed cogitare licet, vel de ſua tantum ætate locutum eſſe Plutarchum, in qua tribuni pl. imminuta jam poteſtate, purpura non uterentur; vel Ciceronem in Quinctio notaſſe, quod ille ſibi, neglecta conſuetudine, per ſingularem arrogantiam aſſumpſerat. Nam, quod ait Plutarchus, lictoribus non uſum eſſe tribunum pl. ideoque conſtare magiſtratum non fuiſſe: refellitur exemplo cenſorum, qui lictores non habebant, & tamen non modo magiſtratus cenſura fuit, verum etiam, quod negare arbitror neminem, inter majores magiſtratus.

Et fide, & animo in te ſingulari] Multi enim favent, ut fidem præſtent: animus tamen ſingularis non eſt. Reſpondet ad illud, *Qua quiſque in te fide ſit, & voluntate.*

Officii majorem auctoritatem habere videatur, quam ſententiæ] Favere me tibi, fortaſſe homines arbitrantur, non quod ita ſentiam, ſed quod beneficio tuo vinctus, ingratus eſſe non poſſim. id aperte ſignificat in prima: *Nos in cauſſa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus.*

Videatur] Videri poſſit.

Aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici animi] Oſtendi jam, inter officium, & ſtudium quid interſit. minus autem eſt, Amici animi, quam ſtudii: cum in aliquem amico eſſe animo poſſimus, nec tamen ei ſtudere, aut ejus cauſſa laborare. itaque hoc ſignificat: in conſularibus non modo ſtudium er-

ga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

te, aut officium, ſed ne amicum dem animum perſpexi. Et ut hic, icus animus, minus, quam amor, nificat: ſic, non amicus animus, mis, quam odium, valet: ut epiſtola ter libro ſecundo ad fratrem: *Craſſus erat tum, Miloni animo non amico*, pro, viter infenſus.

Pompejum] Conſulatum hoc anno m Craſſo gerentem: quod infra pat.

Non ſolum a me provocatus] Tribus odis legitur in antiquis libris: *Non lum a me provocatus* : recte: *Non lum me provocante* : & hoc recte: *on ſolum me provocatus* : ut in Mediceo, & aliis mendoſe.

Sua ſponte] Libenter Pompejum urgat: veretur enim, ne qua Lentulo e ejus cupiditate ſuſpicio hæſerit. Epitola prima: *In ſenatu palam ſic egit auſſam tuam, ut neque, &c.* Epiſtola ecunda: *Ipſum cum audio, prorſus eum bero omni ſuſpicione cupiditatis.*

Temporibus illis] Cum ageretur in enatu de Ptolemæo reducendo, Marellino & Philippo coſſ. ſcripta enim ſt hæc epiſtola Pompejo & Craſſo oſſ.

Non ſæpe in ſenatu fuiſſe] Quod eſſet um imperio, curationi frumentariæ ræpoſitus. ingredi enim urbem, quod am dixiſſe me arbitror, non licebat is, qui cum imperio eſſent.

Non ſæpe] Interdum enim, qui erant cum imperio, petebant a ſenatu, ut ingredi urbem liceret. itaque Pompejus, quod ep. 1. declarat, egit Lentuli cauſſam in ſenatu: &, *ut laudaret P. Sextium reum, introiiſſe eum in urbem*, legitur in epiſt. 9. quod aliis quoque probatur exemplis.

Quod facile intellexerim] Nota erat Lentulo Pompeji taciturnitas, & ſimulatio: unde illud epiſt. 5. *Noſti hominis tarditatem, & taciturnitatem.* propterea Cicero, ne dubiam ſequi conjecturam videatur, hoc addit: *Quod facile intellexerim.* Quaſi dicat: nec enim ſuæ voluntatis, ut ſolet, obſcura ſigna dedit. infra: *Perſpectus eſt a me, toto animo de te, ac de tuis ornamentis, & commodis cogitare.*

Sapientia] Quia retinendam viri excellentis amicitiam ſapientiſſime judicaveris.

Viſa eſt] Proprie, admirabilis viſa eſt: fortaſſe non item, jucunda viſa eſt. nec tamen, *jucunda*, alio referri poteſt. ſed interdum in ſcribendo ea, quæ longius diſtant, ad proxima verba accommodamus.

Liberalitate] Significatur quod in epiſtola prima ſcriptum eſt: *Cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum.* & in eadem infra: *Quod eum ornaſti.* Liberalis autem in Pompejum Lentulus fuerat, cum de frumentaria curatione ad eum deferenda & egerat conſul, & obtinuerat.

Opinionem ſuæ cupiditatis] Ortam ex eo, quod ejus familiares omnes de re Alexandrina ei mandanda vehementer contenderant. epiſt. 1. & 2.

Te ab ſe abalienatum] Moneo lectorem, in nullo vetere libro ſic legi, ſed aut abeſſe, *Te*, aut eſſe, *Tuæ*, non *Te*, ut in Mediceo: quod mendi ſuſpicionem auget. præterea, pro, *Ab ſe*, antiqui omnes libri, ii quidem, quibus ego nunc utor, habent, *Abs te.* quod eruditorum judicio perpendendum relinquam: tantum feci, ut veterem ſcripturam fideliter oſtenderem: quod officii mei ratio poſtulare videbatur.

Epiſtola] Cum dicatur, *Epiſtolium*, & *Stola*, Græce autem ἐπιστολὴ, cur non dicam, *Epiſtola*, potius quam, *Epiſtula*? veteres quidem libri varie: & Mediceus non minus ſæpe, *Epiſtola*, quam, *Epiſtula*.

Retinuiſti] Jam tibi tua liberalitate devinctum, illa epiſtola retinuiſti. Pergit in tranſlatione: quia dixerat, *Tibi devinctum.*

Suſpicioſiſſimo] Quo ſuſpicio maxima fuit, Caninium tribunum pl. inductum a Pompejo, rogationem ferre voluiſſe, ut Ptolemæus ab eo, cum duobus tantum lictoribus, reduceretur: quod a Plutarcho litteris proditum legimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Et hanc rogationem Cicero ſignificat epiſt. 5. libro ſecundo ad Q. Fratr. *Quod de Pompejo Caninius agit, ſane quam refrixit. neque enim res probatur: & Pompejus noſter in amicitia P. Lentuli vituperatur.* Puer affui, cum hunc locum Egnatius publice interpretaretur. probabat, *Catoniano* potius, quam *Caniniano*, adductus in hanc opinionem ex his verbis epiſt. 5. *Exorta eſt nefaria Catonis promulgatio.* ſed inde nulla potuit in Pompejum, quaſi cum Catone ſentientis, exſiſtere ſuſpicio: cum Cato ipſi Pompejo, æque ac Lentulo, fuerit infenſus. itaque in eadem epiſt. *Pompejus a Catone aſpere & acerbe eſt accuſatus.* & ad Q. Fr. epiſtola tertia libro ſecundo.

Perſpectus eſt a me] Confirmat illud, *Quod facile intellexerim*; ut omnem prorſus de Pompejo ſuſpicionem tollat.

Pag. 23. *Sententia, atque auctoritate*] Et id ſentit, quod ſcribam; &, ut efficias, auctor eſt.

Adempta ſit] Quæ tibi data eſt eo S. C. quod, te conſule referente, factum eſt.

Auctoritas] Quæ ſit ſenatus auctoritas, oſtendimus epiſt. 2.

Interceſſum] A tribunis pl. ex quo fieri non potuit S. C. ſed remanſit ſenatus auctoritas.

Ne quis omnino regem reduceret] Quod Servilius Iſauricus anno ſuperiore cenſuerat. epiſtola prima.

Tantam vim habet] Verbum, *Tantam*, minuit hic potius, quam auget: ut in epiſt. 8. libro octavo: *Aut non erit iſtic bellum, aut tantum erit, ut vos, aut ſucceſſores, paucis additis copiis, ſuſtinere poßint.* Et epiſt. 14. l. 15. *Si tanta ſunt onera tuorum, ut ea ſuſtinere poßis.* Tuſc. 2. *Urgentibus aſperis & odioſis doloribus, ſi tanti non ſint, ut ferendi ſint, quo ſit confugiendum, vides.* Pro lege Manilia: *Ceterarum provinciarum vectigalia tanta ſunt, ut his vel ad ipſas provincias tutandas vix contenti eſſe poßimus.* Apud Cæſarem libro ſexto: *Præſidii tantum eſt, ut ne murus quidem cingi poßit.* libro tertio belli civilis: *Tantum navium reperit, ut anguſte quindecim millia legionariorum militum tranſportare poſſent.*

Iratorum hominum] Ob regiam largitionem. epiſt. 1.

Studium] Recte, de iratis hominibus *Studium*; de conſtanti ſenatu *Conſilium*, dixit. impellimur enim ſtudio, conſilio regimur.

Qui Ciliciam] Cilicia Lentuli provincia vocabatur, cum tamen ſimul Aſiæ partem adminiſtraret. argumento eſt illud in epiſt. 9. *De Quincti fratris negotio ſcribis, te priore æſtate, quod, morbo impeditus, in Ciliciam non tranſieris, conficere non potuiſſe.* Partem autem illam Aſiæ Lycaoniam, Pamphyliam, Phrygiam fuiſſe crediderim, ſed Phrygiæ partem, non univerſam. ad Appium epiſt. 10. lib. 3. *Hæc in eo gravitas, hæc animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis feciſti, ſed ne ſummorum quidem hominum malevolis de me ſermonibus crederet.* Cicero autem, qui, poſt Lentuli ſucceſſorem Appium, Ciliciæ præfuit, majorem utroque provinciam habuit, nam tres præterea diœceſes Aſiaticas ſibi attributas eſſe, ait epiſt. 67. lib. 13.

Cyprumque] Poſt legem Clodiam, Piſone & Gabinio coſſ. latam, Cyprus inſula a Lentulo ſimul cum Cilicia eſt adminiſtrata. & quia Cyprus & Cilicia Ægypto propinquæ ſunt, ideo longe melius, quam Cicero, & Pompejus, qui Romæ erant, perſpicere Lentulus poterat, quid efficere, & quid confici poſſet.

Si res facultatem habitura videatur] Si res poſſe perfici, & exitum habere videatur.

Tenere] Obtinere, potiri, ut epiſt. 1. *Teneri enim res aliter non poteſt.* infra idem aliis verbis: *Si exploratum tibi ſit, poſſe te illius regni potiri.*

Ptolemaide] Opido Alexandriæ propinquo. Mediceus liber, & alii fere omnes, *Ptolomaide*, & infra *Ptolomæus*: quod non probavi. nam & Græci

Græci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...i s in ſecunda ſyllaba, non o po-
...: & ita *Ptolemæus* a πολεμῶ de-
...ur, ut *Timæus* a τιμῶ: quod oſten-
...).2. Priſcianus.

...*liquo*] Recte; quamquam nonnulli ...es libri habent, *Alio:* quod inde ...m eſt, quia ſcriptum videbant, *A-*... ſic enim & Mediceus liber ha-be...

...*tque exercitu*] Non ut Ptolemæum ... exercitu reducas, ſed ut, eo Pro-... ide aut aliquo propinquo loco col-...o, ipſe cum exercitu Alexandriam ...ctus, regem cum Alexandrinis in ...am reſtituas. ita nihil commiſeris ...e contra S. C. neque contra reli-...em: non enim regem cum mul-...line reduces.

...*ace*] Te auctore facta inter Ptole-...um, & Alexandrinos.

...*ræſidiiſque*] Ut Alexandrini, præ-... metu a te relicti, pacem ſer-...t.

...*irmaris*] Ne nova conſilia ſuſcipiant. ...s enim, & infidi Alexandrinorum ...ni, utpote qui bis jam Ptolemæum ...erant.

...*edeat in regnum*] Non a te reduca-..., ne contra ſenatus voluntatem ...mittas, ſed, Alexandria prius a ...ace, præſidiiſque firmata, ipſe re-...t.

...*nitio cenſuit*] Facto S.C. te ipſo con-... referente. epiſt. 1.

Homines religioſi] Poteſt de quinde-...viris, id eſt, de ſacerdotibus Si-...linos libros cuſtodientibus, hoc di-...e; qui a C. Catone tribuno pl. ad ...pulum producti, oraculum expoſue-...t: poteſt etiam de ipſo Catone, qui ...s produxit. cum ironia certe, *Ho-...nes religioſi*, dictum eſt: quaſi de ...igione minimum laborarent, ſed ...neſto nomine malevolentiam, in-...diamque ſuam obtenderent. unde il-...d epiſt. 4. *A tuis invidis, atque ob-...ctatoribus, nomen inductum fictæ reli-...nis.* Et epiſt. 1. *Senatus religionis ca-...mniam, non religione, ſed malevolen-..., & illius regiæ largitionis invidia, ...probat.*

Sibyllæ placere] Quod cum ſenatus aut crediſſet, aut ſe credere ſimulaſſet, decrevit, ne quis regem cum multitudine reduceret.

Ex eventu] Eadem ſententia in oratione pro Poſthumo. *Hoc*, inquit, *plerumque facimus, ut conſilia eventis ponderemus; &, cui bene quid proceſſerit, multum illum providiſſe; cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus.* Veteres libri mei, *Ex eventu:* Mediceus, *Ex evento.* utroque modo recte. infra: *Ut te ex noſtris eventis communibus admonendum putarem.* In Partitionibus: *Si cujuſque facti, & eventi cauſſa ponetur.*

De tuo conſilio] Regis reducendi.

Exiſtimaturos] Nota verbi ſignificatio: ſed interdum accipitur pro judicare, ut hic: nam infra ſubjungitur: *Redeo ad illud, quod initio ſcripſi, totius facti tui judicium non tam ex conſilio tuo, quam ex eventu homines eſſe facturos.* In Bruto: *Quorum exſtant orationes, ex quibus exiſtimari de ingeniis oratorum poteſt.*

Si cecidiſſet, ut volumus] Infra idem aliis verbis: *Si rem iſtam ex ſententia geſſeris.* tranſlatum videtur a talis, modo ut volumus, modo contra quam volumus cadentibus: ut volumus, cum jactus unius tali ſenionem efficit; vel, cum quatuor talorum jactus, diverſa cujuſque facie, Venerem facit: contra quam volumus, cum unus talus in jactu canem facit, aut cum quatuor numquam Venerem ferunt, ſimili facie duorum, aut trium, aut omnium talorum: nam, ut dixi, omnibus diſſimilem faciem oſtendentibus, feliciſſimus eſt jactus, quæ vocatur Venus.

Sin aliquid] Libri veteres, etiam Mediceus, *Si*, pro *Sin:* unus, *Si quid:* quod placet.

Eſſet offenſum] Si difficultatem rei habuiſſet, & Alexandrinis regem recuſantibus, ventum eſſet ad arma.

Cupide, & temere] Antitheta ſunt, ad illa, *Sapienter, & fortiter. Cupide*, quaſi reductionem regis, ambitione adductus, nimium appetiſſet; *teme-*

re,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

re, quaſi rei difficultatem parum conſideraſſet.

Quid aſſequi poßis] Poſſis ne rem conficere ex animi ſententia.

Prope in conſpectu] Non enim Cilicia longe admodum diſtat ab Ægypto.

Pag. 24. *Si exploratum tibi ſit, poſſe te illius regni potiri*] Quod paullo ante dixit, *Si res facultatem habitura videatur, ut Alexandriam, atque Ægyptum tenere poßis*. *Potiri* autem non eſt hic, *armis expugnare*: ſequitur enim infra: *Ego te ut ad certam laudem adhortor, ſic a dimicatione deterreo*: ſed eſt, *obtinere*, ut Alexandrini ſe tibi committant, voluntatique tuæ, in recipiendo rege, obtemperent.

Sin dubium] Et hic veteres libri, ſimul cum Mediceo, *Si dubium*.

Offenſionem] Si Alexandrini dimicare malint, quam tibi ſe committere, regem reducere cupienti. proxime: *Sin aliquid eſſet offenſum*.

Auctoritatem] Senatus. decreverat enim, ne quis omnino regem reduceret.

Religionem] Quia vetabat Sibylla, regem cum multitudine reſtitui.

Certam] Si exploratum habes, poſſe te illius regni potiri.

Laudem] Omnes enim te ex eventu laudabunt.

Periculoſa tibi videbitur] Viſa eſt. non enim conſilium illud Ciceronis, & Pompeji ſecutus eſt Lentulus.

Qui per provinciam, atque imperii tui provincias ei credidiſſent] Per provinciam Ciliciam, cujus proconſul vocabatur, & reliquas ejus imperii partes. nam præter Ciliciam, aliquot ejus imperio diœceſes Aſiaticæ parebant, ut Lycaonia, Pamphylia, Phrygiæ majoris pars ultra Mæandrum. Cicero tres amplius habuit cum eandem provinciam regeret: ut ipſe ſcripſit ad Servilium epiſt. 67. lib. 13. *Credidiſſent*, pro, *pecunias ei mutuas dediſſent*. magnam enim pecuniæ vim Ptolemæus, a quibus potuerat, mutuatus erat; ut multorum deinde animos largitione ad ſuam cauſſam adjungeret.

Fidem ſuam præſtitiſſet] Non opinor hoc dici: pecuniam perſolviſſet: non enim ſolvendo rex erat, prius quam in regnum reduceretur: ſed, caviſſet de fide ſua: effeciſſet aliquo modo, ut ejus fides in dubium illis venire non poſſet. epiſt. 9. *Vt fidem fratris mei præſtarem*. Epiſt. 11. l. 5. *Quamcunque ei fidem dederis, præſtabo*. De Divin. lib. 2. *Spectare vetat fortunam virtus, dum præſtetur fides*.

Adjuvares] Non, ut ipſe cum claſſe, atque exercitu Alexandriam proficiſcaris, ut eam pace, præſidiiſque firmes: quæ ratio rei gerendæ periculoſa videri poteſt: ſed ut ipſum Ptolemæum, in regnum redeuntem, & auxiliis tuis, copiis adjuves. Eſt autem *Auxiliari*, afflicto atque egenti ſubvenire; & in adverſa tantum fortuna locum habet: *Adjuvare* autem de ſecundis etiam rebus uſurpatur: nec aliud eſt, quam, ſimul agere, ut aliquid ad exitum perducatur. quod συνεργεῖν Græcis eſt.

Naturam & regionem] *Naturam*, quod multis rebus provincia tua reditum regis vel confirmare poſſit, vel impedire: *Regionem*, ſitum, quia non longe diſtat ab Ægypto. paullo ante: *Cui prope in conſpectu Ægyptus eſt*. ſic autem conjungit hic *regionem*, & *naturam*, ut in Rullum, & in Verrem, *Situm*, & *Naturam*.

Pag. 25. *Quid res, quid cauſſa*] *Res* cauſſam continet: totum enim Alexandrinum negotium ſignificat: *cauſſa* vero partem negotii, quæ ad Lentulum, regemque pertinet: id eſt, ut Lentulus ipſe regem reducat. hoc ſatis probatum eſt epiſt. 1.

Tempus] Quo ſæpe conſilia recte mutantur: non enim licet nobis futura proſpicere.

Facillime] Cui prope in conſpectu Ægyptus eſt.

Optime] Non enim errare te tua prudentia patietur.

De noſtro ſtatu] Quod priſtina fruar & dignitate, & gratia.

Milonis] Qui tribunus pl. cum Len-

tulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

conſule Ciceronem reſtituerat i acerrimus inimicus.

itate] Cum aliquid quotidie con- ges, & bonos viros conetur.

becillitate] Quia, quod conatur, te non poſſit. adverſabantur au- efariis ejus conatibus Cicero in s, & Milo, ille conſilio, hic etiam .

tificem] Opus enim tuum eſt, ego meum ſtatum recuperaverim, Milone familiariter utar, quod ita i vires afflictæ ſint, ut in ſumma idi voluntate, nocere tamen nihil .

amquam] Excuſatio, quod ſe in a republica ad Pompeji maxime tatem conformet, temporibus ad- tus, & quorundam invidia, qui ta- eum in reditu juverant, compul- erant enim factiones in repub. in una Cæſar, Pompejus, Craſſus, a potentia laborantes; a quibus itire, periculoſum Cicero videbat; tera optimates: qui licet de rep. ne ſentirent, Ciceroni tamen, no- mini tantam gloriam, ac dignita- adepto, invidebant, atque etiam ctabant. quos in epiſt. 9. ſignifi- is verbis: *Certorum hominum ſermo- ferebantur ad me: qui, cum illa ſen- t in rep. quæ ego agebam, ſemperque ſent; me tamen non ſatisfacere Pom- Cæſaremque mihi inimiciſſimum fu- n gaudere ſe ajebant.* Notat autem me Bibulum, Catonem, Domitium nobarbum, Marcellinum, Cæſari pejoque infenſos.

rverſitas] Minus eſt, quam impro- . eſt enim quaſi declinatio quæ- a recta conſilii via.

communi cauſſa] In eo, quod ad es pertinet, in repub. tuenda.

*vidend*o] De quo ſic epiſt. 3. lib. 4. tt. *Qui nos abſentes defenderunt, in- nt præſentibus occulte iraſci, aperte lere.* Et epiſt. 4. ibidem: *Neceſſi- a mihi volui imponere hujus novæ nctionis; ne qua mihi liceat labi ad qui etiam tum, cum miſereri mei de- non deſinunt invidere.*

Obtrectationibus] Quærit excuſatio- nem ſui facti. nam quia Cæſarem cœ- perat ornare; quod optimates non pro- babant, quibus nimia paucorum poten- tia merito ſuſpecta erat: non ſe ſua ſponte a priſtina ſententia diſceſſiſſe, ſed quorundam malevolentiſſimis ob- trectationibus depulſum eſſe demon- ſtrat. Ornamenta autem, quæ Cicero in Cæſarem contulerat, ut ex oratione de provinciis cognoſcitur, hæc ſunt, ſupplicatio quindecim dierum, ſtipen- dium exercitus, decem legati. quæ Ci- cero ſua ſententia decrevit.

Sententia] Cum in defendenda re- publ. dignitati potius meæ, quam ſaluti, conſulebam: ex quo potentium animos offendi.

Prope] Non omnino: quia dignita- tis adhuc rationem habeo.

Depulſos] Quaſi per vim, ab invidis, atque obtrectatoribus.

Aliquando] Sero quidem, (poten- tium enim conſpiratione in exſulium, pulſus, nimis magna mercede didici, ſa- lutis quoque rationem eſſe habendam) aliquando tamen.

Conſularibus] Quos ſæpe carpit lib. 4. epiſt. ad Att.

Splendor] Vitæ ſpecies, ac dignitas. epiſt. 9. *Hic meæ vitæ curſus offendit eos fortaſſe, qui ſplendorem, & ſpeciem hujus vitæ intuentur, ſolicitudinem au- tem, & laborem perſpicere non poſſunt.*

Temporibus iis] Quæ, in patriam re- ſtitutus, ſecunda ſum adeptus. infra: Res adverſas, vocat *tempora*.

Naſcenti prope] A prima pæne ado- leſcentia.

Præfuiſti] Hoc verbum abeſt ab o- mnibus antiquis libris; in Mediceo ad- ditum eſt recenti manu, deleto alio verbo: quod ſuſpicor fuiſſe, *Virtuti- que.* nam in omnibus meis ita ſcri- ptum video: *Laudi, dignitati, virtuti- que.* Mendoſus igitur locus: cum o- mnino verbum aliquod ſententia deſi- deret.

Pag. 26. *Novitati*] Arpini enim na- tus, Romæ ſummos honores, victis in petitione nobiliſſimis viris, eloquentia, probi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

probitate, induſtria conſecutus eſt. Novitati nobilitas opponitur : ideo ſubjungit : *In te enim, homine omnium nobiliſſimo.* Et epiſt. 18. lib. 5. *Adeptus es, quod non multi homines novi : amiſiſti, quod plurimi homines nobiliſſimi.* Et in Verr. *Næ iſta præclara nobilitas deſinat queri, populum Romanum hominibus novis, atque induſtriis libenter honores mandare.*

Homine omnium nobiliſſimo] Non quia Lentulus Cornelia gente patricia (fuit enim & Cornelia plebeja) natus eſſet, verum quod ejus majores honoribus, & meritis in remp. præſtitiſſent. non enim, *nobilis*, & *plebejus*, ſed *nobilis*, & *homo novus*, opponuntur. neque Lentuli, Scipiones, Cæſares, ideo nobiles, quia patricii, ſed quia claris majoribus orti. eademque de cauſſa quamquam plebeji generis, nobiles tamen Antonii, Metelli, Marcelli. itaque *nobiliſſimum adoleſcentem* vocat Cicero M. Antonium in oratione pro Milone L. Marcium Philippum, *ſumma nobilitate hominem*, in Bruto: quos plebejis gentibus natos eſſe, nemo, Romanarum gentium vel mediocriter peritus, ignorat. quocirca nec omnes patricii nobiles, (multorum enim obſcuri majores) nec omnes plebeji ignobiles: cum plebeji multi parentibus, avis, majoribus clariſſimis orti ſint: non quidem ſemper, verum, a quo tempore plebejis etiam gentibus honores communicari cœpti ſunt. Eademque ratione nec ſenatores omnes nobiles, nec qui ſenatores non eſſent, omnes ignobiles. ſiquidem *nobilitas* ita definitur, claritas nominis a parentibus, avis, majoribus accepta: quæ nec patriciis omnibus, nec ſenatoribus contigit, multis autem contigit non patriciis, & multis nondum ſenatorium ordinem adeptis. propterea Plinius libro 33. capite primo, *Anulos depoſitos a nobilitate, non a ſenatu univerſo, in annales relatum ait.* Quibus verbis, quis non intelligit, diverſa eſſe, nobilitatem, & ſenatum univerſum? quia ſcilicet non ſenatus univerſus e ſenatoribus nobilibus conſtaret. Quod autem ſæpe nobilitatis nomen pro ſenatu, in urbanarum turbarum mentione Livius uſurpaverit, in eo majorem ſenatus partem, parentibus, aut majoribus inſignem, pro toto ſenatu accepit. *Nobilitas* tamen interdum accipitur non pro nobilibus viris, id eſt, claro genere ortis, verum pro ea fama, quæ ſequitur virtutem : ut in oratione pro Archia: *Philoſophi in eo ipſo, in quo prædicationem, nobilitatemque deſpiciunt, prædicari de ſe, ac nominari volunt.* Ad hanc ſignificationem ſpectat illa definitio Ciceronis in epiſtola ad Hirtium : *Nobilitas nihil aliud eſt, quam cognita virtus.* Ex qua definitione, Cicero etiam ipſe, nulla majorum claritate, nobilis tamen eſt : habet enim virtutem, qua famam conſequitur. Atque hanc ſolidam, & veram eſſe nobilitatem, illam vero, quæ a majoribus accipitur, & generis potius, quam hominis eſt, inanem & falſam, indicat epiſt. 7. lib. 3. his verbis : *Tu ſi aliter exiſtimas, nihil errabis, ſi paullo diligentius (ut, quid ſit* εὐγένεια, *quid ſit nobilitas, intelligas) Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis.* Ex illa autem priore definitione, cum novus homo ſit, nobilis eſſe non poteſt : poſteris tamen ſuis fons, & origo nobilitatis eſt, adeptus illos magiſtratus, unde nobilitas naſcitur.

Perſpexi] Simile illud epiſt. 9. *Vidi ego quoſdam in te tales, quales tu eoſdem in me videre potuiſti.*

Noluerunt] In eo maxime, quod obſtiterunt, ne regem reduceres: id quod, te conſule referente, ſenatus decreverat.

Utrum laus imminuatur] Tantum enim de tua dignitate agitur, mea vero ſalus afflicta eſt. Epiſt. 6. *Minore in re violatur tua dignitas, quam mea ſalus afflicta ſit.* Epiſt. 9. *In moleſtia gaudeo, eandem fidem te cognoſcere hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram.*

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſalus deſeratur] In verbo, *Deſera-* neſt ſignificatio perfidiæ: de qua ſt. 9. *Ut jam ſit in iis culpa, qui me fenderunt; non minor eſt in iis, qui rrunt.*

æ] Meæ fortunæ, quod ejectus

raſti] Cum ita me honorifice re- ndum curaſti, ut major eſſet in gloria, quam calamitas in diſ-

fortuna] Recte, *De fortuna*: tan- enim illa quæ fortunæ bona dicun- non ſimul virtutem, optimamque em eripere potuerant inimici. ex lla præclara in Clodium Parad. 4. *rte, cum parietes diſturbabas, aut ectis ſceleratas faces inferebas, meo- liquid ruere, aut deflagrare arbi- re. Nihil neque meum eſt, neque quam, quod auferri, quod eripi, quod i poteſt. Si mihi eripuiſſes divinam mei conſtantiam, meas curas, vigi- onſilia, quibus reſpublica invicta ſtat: jus æterni beneficii immortalem me- m deleviſſes: multo etiam magis, ſi mentem, unde hæc conſilia manarunt, eripuiſſes: tum ego accepiſſe me con- r injuriam: ſed, ſi hæc nec feciſti, nec potuiſti; reditum mihi glorioſum edit injuria, non exitum calamito-*

vero moneo] Quia recte ſentien- dverſa fortuna perturbati, conſi- quandoque mutant; ideo, cum in- m, Lentulo illatam, expoſuit, co- ationem ſubjungit, veritus ne de- t Lentulus a priſtina cauſſa, ſtu- que defendendæ reip. deponat. illud epiſt. 5. *Tuæ ſapientiæ, ma- diniſque animi eſt, omnem amplitu- n, & dignitatem tuam in virtute, at- n rebus geſtis tuis, atque in tua gravi- poſitam exiſtimare.* Hic teſtatum volo, in uno tantum antiquo libro *Moneo*, in ceteris omnibus, etiam Iediceo, *Emoneo.* quod verbum nquam uſu parum cognitum eſt, tendum tamen, conſenſu tan- eterum exemplarium, non puta-

Pag. 27. *Omni cura, atque induſtria*] Studio, atque opera.

Semper ſum admiratus, ſemperque a- mavi] Quod & ſumma eſſet, & utilis reipub.

Inflectas] Inflexiſſe tamen Cicero ipſe paullulum videtur. dixit enim: *Nos ſcito de vetere illa noſtra, diuturnaque ſen- tentia prope jam eſſe depulſos.* Quamquam ſe non abjeciſſe curam reip. ſignificat ſequentibus verbis: *Non nos quidem, ut noſtræ dignitatis ſimus obliti.* Et in ex- trema fere epiſtola Lentulum hortatur, ut ipſe quoque ita rationem habeat di- gnitatis, ne ſalutis oblivifcatur. Quare, *Ne umquam inflectas*, interpretemur, ne umquam ita mutes, ut, reip. cauſſa pe- nitus neglecta, cum improbis te, ſingu- larem potentiam cogitantibus, conjun- gas.

Magna] In hoc ornamento, quod fit eodem verbo ter uſurpato amplificatio- nis gratia, diſcedere epiſtola videtur ab humilitate quotidiani ſermonis, & ad ſimilitudinem orationis accedere.

Hominum opinio] Cui non reſpon- dere turpe eſt.

Liberalitatis] Quod officia libenter in omnes conferas: ut ſupra: *Tua præ- ſtanti in eum liberalitate tibi devinctum.* Vel ad ædilitatem reſpexit, in qua Len- tulus ſummam liberalitatem oſtende- rat: quam Cicero effert laudibus li- bro 1. Off.

Conſulatus tui] Quo me ab exſulio, ſpreta Clodia rogatione, revocaſti.

Expreſſiora, atque illuſtriora] Ex- preſſa patent oculis, quia eminent: il- luſtria multo etiam magis, quia ſplen- dorem habent.

Ex imperio] Hoc addit, quia multis imperium, quod vel augendæ, vel tuen- dæ reip. cauſſa dabatur, & ipſis, & reip. dedecori, damnoque fuit.

Quamquam] Et hic tacite monet, ut de Ptolemæo cum exercitu reducendo diligenter conſideret.

Quod quia ſemper ſperaſti] Speraſti fo- re, ut adipiſcereris gradum civitatis al- tiſſimum: quem quando adeptus es, non dubito, quin intelligas, eum te fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cillime tueri, & conſervare poſſe. certe enim facilius nunc eſt, id retinere, quod adeptus es, quam fuit olim adipiſci, quod ſperabas.

Facillime] Cum adeptus jam ſis, quod facillimum non fuit.

Obtinere] Tueri, & conſervare: dixit enim, *Adeptus. Optinere*, quidam ſcribunt: quorum opinioni ſuffragatur hic Mediceus liber, converſa B in P, ut etiam ep. 5. lib. 2. *Opſecrare, opteſtarique.*

Summum, atque altiſſimum] Exornatio quædam eſt, πλεονασμὸς a Græcis appellata, cum iterantur verba, idem ſignificantia. quo genere abundat Cicero, idque notat Quinctilianus lib. 9.

Quæ quidem mea cohortatio] Reſpicere oportet ad ſuperiora; ut intelligamus, duas res ea cohortatione contineri, primum, ut elaboret Lentulus in gloria conſequenda; deinde, ne cujuſquam injuria debilitatus, a præſtantibus curis ad humiles cogitationes animum dejiciat.

Ex noſtris eventis communibus] Idem enim contigit utrique noſtrum, ut eandem hominum perfidiam & iniquitatem experiremur. itaque putavi te admonendum, ne cuiquam poſthac facile crederes, neve in aliis, ſed in te ipſo, & in cura, induſtriaque tua ſpem omnem collocares augendæ dignitatis tuæ. omnem, inquam, gloriam ab omni cura, omnique induſtria tua velim exſpectes, minime pendens ab eorum officiis, in quos tua non vulgaria merita exſtiterunt. id quod ego meis temporibus didici: quorum imaginem video in rebus tuis.

Quibus crederes] Morale præceptum, ut ex malo eliciatur bonum: cognita enim perfidia, non eſſe credendum, monet.

Qui plus opibus, armis, potentia valent] Cæſar, qui Galliam cum exercitu adminiſtrabat; Pompejus, & Craſſus, cum Cæſare ſentientes, qui conſulatum gerebant.

Profeciſſe tantum mihi videntur] Sæpe mihi non placet Mediceus liber, ut hic: habet enim, *Perfeciſſe tamen*: & ſupra, *Sententiaſque*, pro, *Sentiaſque*.

Stultitia] Stulti enim, qui a ſenatu & ordinem equeſtrem, & Pompejum abalienaverit. epiſt. 8.

Inconſtantia] Quod in gratiam redierint cum P. Clodio, quem oderant antea. ex quo Cicero ipſe alienatus ab optimatum cauſſa, & ſtipendium Cæſari, & decem legatos, & quæcunque potuit, Cæſari ornamenta decrevit: ut in oratione de provinciis. Deſignat autem Catonem, Bibulum, Domitium Ahenobarbum, & univerſam eorum factionem, ita infenſam Cæſari, ut propterea cum Clodio, qui Cæſaris potentiam oppugnare cœperat, in gratiam redierint. ita, dum Clodium ad ſuas partes adjungunt propter Cæſarem, Ciceronem a publica cauſſa propter Clodium removerunt.

Adverſariorum] Optimatum.

Auctoritate] In ſenatu: cum antea gratia valuerint apud populum.

Perpaucis] Catone, Bibulo, Domitio, qui ſemper contra paucorum opes pro rep. pugnarunt. Plutarchus, Dio, & alii.

Ne per populum quidem] Quem ſibi Cæſar adjunxerat, diviſo pauperibus campo Stellate, & Campano.

Sine ſeditione] Non enim populus univerſus id Cæſari tribuiſſet, quod ſenatus, qui ab eo fuerat alienior, largitus eſt.

Se aſſequi poſſe arbitrabantur] Verbum, *poſſe*, nec in meis antiquis libris eſt, nec in Mediceo: itaque ſuſpicor additum ex ingenio: cum ſine eo tamen ſententia conſiſtat.

Conſecuti ſunt] Et quidem ipſo decernente Cicerone. quod hic diſſimulat, veritus fortaſſe, ne Lentulum offendat, aut ne famam ſubeat inconſtantiæ; cum optimatum cauſſam adverſus paucorum opes antea defendiſſet. oratio de provinciis.

Stipendium] Et ſtipendium, & legatorum numerum, & ſupplicationes ſenatus decernebat ſine populi ſuffragio. quæ Cicero ſignificat in epiſtola nona cum ait, *ſingularibus, & novis honoribus, ac judiciis ſenatus ornatum eſſe Cæſarem.*

idque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

[illegible]exponit aperte in oratione de provinciis, his verbis: *Relatum eſt* [illegible] *nuper de ſtipendio exercitus: non* [illegible] *ſolum, ſed etiam, ut vos decer*[illegible]*, laboravi: multa diſſentientibus* [illegible] *: ſcribendo affui.* Stipendium [illegible] ſenatu impetrare, in tantis an[illegible]ærarii, non facillimum fuit, quod [illegible]m oratione conjeci. dixit enim: [illegible]*anguſtiis ærarii, publicanis tamen* [illegible]*atis, neceſſe eſt, crudelitate Gabinii* [illegible]*flictis jam, atque everſis.* Hac de [illegible] ea pro Balbo; *C. Cæſarem ſena*[illegible] *genere ſupplicationum ampliſſimo* [illegible]*, & numero dierum novo. idem, in* [illegible] *ærarii, victorem exercitum ſtipen*[illegible]*it: imperatori decem legatos decre*[illegible]*e Sempronia ſuccedendum non cen*[illegible]*rum ego ſententiarum & princeps,* [illegible]*or fui.*

28. *Decem legati*] Quorum o[illegible] bello uteretur, quique ſingulis [illegible]bus, ſinguli præeſſent. id quod [illegible] Commentarii teſtantur. in o[illegible]ratione autem de provinciis hoc modo: [illegible] *eſt de decem legatis: quos alii o*[illegible]*non dabant: alii exempla quære*[illegible]*alii tempus differebant: alii ſine ul*[illegible]*rum ornamentis dabant. in ea quo*[illegible]*c ſum locutus, ut omnes intellige*[illegible]*id, quod reip. cauſſa ſentirem, fa*[illegible]*rius propter ipſius Cæſaris dignita*[illegible] Decem autem fuiſſe Cæſaris le[illegible] in Gallia poſt prorogatam ei al[illegible] in quinquennium provinciam, [illegible]t ipſe libr. 7. bell. Gall. in ex[illegible]: *Novem enim aſſignat novem le*[illegible]*pſe unam ſecum, Bibracte hiema*[illegible]*etinet.* Hirtius etiam libr. 8. *De*[illegible]*ones nono Gallici imperii anno Cæ*[illegible]*ſe demonſtrat, quarum duas Pom*[illegible]*ditas eſſe, quatuor in Belgio, totidem* [illegible]*orum regione collocatas.* Idem pla[illegible]firmat Suetonius his verbis: *Cum* [illegible]*riis pepigit, ut dimiſſis octo le*[illegible]*, Tranſalpinaque Gallia, duæ* [illegible]*ones, & Ciſalpina provincia, vel* [illegible]*una legio cum Illyrico concede*[illegible] Et Plutarchus in Pompejo de[illegible]cem Cæſaris legiones nominat. Verum, [illegible]ibus legionibus, ſi Suetonium audimus, non videtur a ſenatu ſtipendium eſſe decretum. *Perfecit*, inquit, *ut in quinquennium ſibi imperium prorogaretur. qua fiducia, ad legiones, quas a rep. acceperat, alias publico, alias privato ſumptu addidit.* Plutarchus non diſtinguit; tantum, prorogatam provinciam, ſuppeditataſque in ſtipendia militum pecunias, demonſtrat. Sed, ut redeam ad legatos; numerus a ſenatu decernebatur; deligendi, & nominandi poteſtas aut penes eum erat, qui provinciæ præerat; aut in eo certe ſenatus gratificari conſuevit iis, quibus legati, reip. gerendæ cauſſa, legabantur. Decretos a ſenatu, oratio pro Sextio docet his verbis: *Pro te ipſo, Piſo, nemo ne veſtitum mutavit, ne iſti quidem, quos legatos non modo nullo S. C. ſed etiam repugnante ſenatu, tute tibi legaſti?* Et in Vatinium: *Quis legatos umquam audivit ſine S. C.? ante te nemo. poſt continuo fecit idem in duobus prodigiis reip. Clodius.* Delectos autem, & nominatos ab iis, quibus imperium provinciæ mandabatur, indicant exempla, quæ ſubjungam de multis pauca, ne ſatietatem habeat prolixa narratio. Epiſt. 14. lib. 2. ad Att. *A Cæſare invitor in legationem iſtam, ſive ut ſim legatus.* In oratione de provinciis: *Poſtea me, ut ſibi eſſem legatus, non ſolum ſuaſit, verum etiam rogavit.* epiſt. 14. lib. 4. ad Att. *Meſſius defendebatur a nobis, e legatione revocatus: nam eum Cæſari legarat App.* Ad Thermum autem ſcribens, ep. 54. l. 13. *legationem ait a ſe delatam Anneio, cum multis eam petentibus denegaſſet.* Pertinet eodem illud Pompejo ſcriptum curationi frumentariæ præpoſito, epiſt. 1. lib. 4. ad Att. *Ille, cum quindecim legatos poſtularet, me principem nominavit.* Officium autem legati, ſi quis quærat, quale fuerit, diſcet ex oratione in Vatinium, in qua legatos Cicero vocat, nuncios pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici conſilii auctores, miniſtros muneris provincialis. Quod, ſi quæ fuerit apud Romanos legatorum dignitas, libet indagare: multa bella ſuſcepta, multas urbes eorum cauſſa deletas eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

reperiemus. de quo ſic in oratione pro lege Manilia: *Legati quod erant appellati ſuperbius, Corinthum patres veſtri, totius Græciæ lumen, exſtinctum eſſe voluerunt: vos eum regem inultum eſſe patiemini, qui legatum populi Romani conſularem, vinculis, ac verberibus, atque omni ſupplicio excruciatum necavit?* Quibus verbis etiam illud conſtat, quod ex Livio quoque, & aliis intelligitur, multis poſt conſulatum legationis honorem eſſe delatum. In Verrem autem actione ſecunda: *Video*, inquit, *& ex iis, quæ legi, & audivi, intelligo; in qua civitate non modo legatus populi Romani circumſeſſus, non modo igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, ſed aliqua ex parte violatus ſit; niſi publice ſatisfactum ſit, ei civitati bellum indici, atque inferri ſolere.* Quo loco Pedianus ait, ob legatos bellum indictum, illatumque eſſe Corinthiis, & Tarentinis.

Lege Sempronia] Nec ſatis patet, quæ fuerit Semproniæ legis ſententia; &, ſi ignoretur, locus hic erit ad intelligendum perdifficilis. quare primum de lege, deinde, quæ locus requirit, diligenter exponam. C. Gracchus, Tiberii frater, in ea lege, quam de provinciis tulit, tria comprehendit, unum ut ſenatus conſulares provincias decerneret, id eſt eas, in quas conſules, magiſtratu functi, ſorte proficiſcerentur. alterum, ut quotannis; tertium, ut, cum decerneretur, intercedere nemini liceret. Prima duo capita ex oratione pro domo cognoſcuntur, in qua ſunt hæc: *Tu provincias conſulares, quas C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo abſtulit ab ſenatu, ſed etiam, ut neceſſe eſſet quotannis per ſenatum decerni, lege ſanxit, eas, lege Sempronia per ſenatum decretas, reſcidiſti, extra ordinem, ſine ſorte, nominatim dediſti, non conſulibus, ſed reip. peſtibus.* In ea pro Balbo: *Senatus in anguſtiis ærarii victorem exercitum ſtipendio affecit, imperatori decem legatos decrevit, lege Sempronia ſuccedendum non cenſuit.* Tertium caput in oratione de provinciis animadverti, in eo loco: *Faciam*, inquit, *illas prætorias; ut Piſoni, & Gabinio ſuccedatur ſtatim, ſi hic ſinat: tum enim tribunus intercedere poterit, nunc non poteſt.* Nam id, *Nunc non poteſt*, ad legem Semproniam pertinet: qua non licebat intercedi, cum de ſucceſſione provinciarum decerneretur: quod illa, quæ paullo poſt conſequuntur, verba demonſtrant: *Mihi credite, numquam ſuccedetur illis, niſi cum ea lege referetur, qua intercedi de provinciis non licebit.* Venio nunc ad Ciceronis verba. Proximo anno agitatum erat in ſenatu, ut conſulares provinciæ duæ lege Sempronia a ſenatu decernerentur, non ejus anni conſulibus, qui videntur provincias recuſaſſe, ſed iis, qui deſignati nondum erant, qui poſtea fuere Pompejus, & Craſſus, ex interregno creati. Quattuor erant provinciæ, quas obtinebant ii, qui conſulatum geſſerant, Galliæ duæ, uno imperio conjunctæ, quibus præerat Cæſar; Syria, quam Gabinius; Macedonia, quam Piſo adminiſtrabat. De his quattuor, cum duas tantum lege Sempronia decerni oporteret, variæ ſententiæ dicebantur. erant, qui utramque Cæſari Galliam eriperent; & a ſequentis anni conſulibus, ubi conſulatum peregiſſent, adminiſtrari vellent. alius neque utramque Galliam, neque Syriam cum Macedonia, ſed vel Syriam, vel Macedoniam cum altera Gallia decernebat. Rurſus erant duæ ſententiæ, utraque Piſoni Macedoniam relinquens, utraque Gabinio Syriam auferens, ſed altera ulteriorem Galliam, altera citeriorem cum Syria conjungens. Contra omnes Cicero ſenſit. dixit enim ſententiam, ut Cæſar utramque Galliam uſque ad exitum quinquennii, lege Vatinia datum, obtineret: Gabinius, & Piſo decederent. Harum ſententiarum nulla valuit: nec eo anno conſulares provinciæ lege Sempronia decretæ. id ex eo liquet, quod in utraque Gallia Cæſar permanſit, in Macedoniam autem prætorius ivit, non conſularis, Q. Ancharius, qui ſtatim Piſoni ſucceſſit: Gabinius in Syria manſit, opinor quod ei, qui prætorias Macedoniam, & Syriam faciebat, de Macedo-

nia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…niſſum, de Syria vel negatum a …vel interceſſum a tribuno pleb. …æc duabus ex orationibus, de …is conſularibus, & in Piſonem, …ia colliguntur: quæ putavimus …da, ut intelligatur, cum provin… …ulares anno ſuperiore, id eſt, …no & Philippo coſſ. ab ſenatu …non eſſent, hoc ſaltem anno, …o & Craſſo conſulatum geren… …cerni debuiſſe: quod tamen ne …facile perfectum eſt, conſulum …t opera, qui Cæſaris cauſſam …ur, cum Pompejus ei gener eſ… …ſſi vero filii cum Cæſare, Mar… …quæſtor, Publius legatus in Gal… …arent. quod ſi de conſularibus …iis lege Sempronia decernendis …ſſet; timendum erat conſulibus, …m ſententiam plures irent, quæ …Gallias adimeret. itaque cupie… …dque facile conſecuti ſunt, ne …es provincias obtinentibus ſuc… …ir. Oritur quæſtio, ſi conſulares …æ lege Sempronia decretæ non …uo modo Pompejus Hiſpanias, …Syriam, utramque conſularem … Non S.C. ſed lege tribunicia, …lit C. Trebonius, ut iis provin… …nquennium uterque præeſſet. …ſenatu lege Sempronia provin… …piſſent; annua tantum provin… …fuiſſet adminiſtratio. quam ob …, & ſimul quia verebantur, ne …ibi a Cæſaris adverſariis decer… …r, petere provincias, omiſſa lege …nia a populo maluerunt, Cæſa… …plum ſecuti, qui & ipſe Gal… …eriorem invito ſenatu, lege Va… …quinquennium accepit. Reſtat …uod hiſtoriæ ordo poſtulat, ut …mus, hæc tria, de ſtipendio Cæ… …reto, de decem legatis, de pro… …provincia, quamquam a Cicero… …tinenti narratione demonſtren… …poribus tamen diſtingui. non …cta eodem anno ſunt omnia: …endium cum decem legatis de… … Marcellino & Philippo coſſ. …dicat oratio de provinciis habi… …t Aſconius, iis conſulibus. in ea enim oratione de decem legatis mentio fit, de prorogata provincia verbum nullum. prorogatam autem ſequenti anno, Pompejo & Craſſo coſſ. Suetonius, Vellejus, Plutarchus, Appianus, Dio, Cicero ipſe epiſt. 3. lib. 8. ad Att. declarat.

Quod ego ad te brevius ſcribo] Sic libri mei, ſic Mediceus: & recte. mutare tamen nonnullis placuit, & pro, *Ego*, reponere, *Eo*.

Non delectat] Pluribus enim verbis, quæ nos delectant, perſequimur.

Litteris omnibus] Juri civili, philoſophiæ, hiſtoriæ, poeticæ etiam facultati: quæ ad oratoriam laudem cum pertineant, culta ſunt a Cicerone diligenter: quod ipſe ſuis in libris, & Plutarchus in ejus vita teſtatum reliquit.

Tu tuis rebus integris diſcas] Me docuit calamitas: tu in re tua, non ita magna mercede, potes diſcere.

Neque ſalutis noſtræ] Ut remp. quidem, ſed ſimul cum ea noſmetipſos diligamus.

De filia, & de Craſſipede] Ciceronis filia Tullia ter nupſit, contra quam Pedianus & Plutarchus videntur exiſtimaſſe, L. Calpurnio Piſoni Frugi, Furio Craſſipedi, cujus numquam prænomen inveni, P. Cornelio Dolabellæ. Piſo periit exſulante Cicerone, Craſſipedis interitus mentio nulla; ut dimiſſam ab eo putem: Dolabella divortium fecit: nec multo poſt ex partu deceſſit. quæ colliguntur omnia ex his, & ad Atticum, & ad Q. Fratrem epiſtolis.

Speroque & opto, nobis hanc conjunctionem voluptati fore] *Fore*, ad verbum, *Spero*, non ad, *Opto*, reſpicit. nam, *opto eſſe*, dicitur, non, *opto fore*. quo factum eſt, ut nonnulli, de mendo ſuſpicati, legendum putaverint, *Optoque & ſpero*, ignari ſcilicet Ciceronianæ conſuetudinis: cujus exempla poſſum afferre multa, ſed uno contentus ero: quo ſatis probabitur, non ejus, quod prope adeſt, ſed quod longius diſtat, nominis habitam eſſe rationem. prima verba lib. 1. de leg. hæc ſunt: *Lucus ille, & hæc Arpinatum*

quercus agnoſcitur ſæpe a me lectus in Mario.

Lentulum noſtrum] Naturalem hujus P. Lentuli filium, adoptivum autem Manlii Torquati, ut lib. 39. Dio narrat. Hunc ab Octaviano, victis reip. partibus, occiſum ait Plutarchus, falſo gloriatum, inani ſtudio laudis, ſe quoque Cæſaris necis cum Bruto & Caſſio participem fuiſſe; quod ipſemet fatetur ep. 14. lib. 12. his verbis: *Ego me de rep. ita puto eſſe meritum, ut non provinciæ iſtius beneficium exſpectare debeam, ſed tantum, quantum Caſſius, & Brutus, non ſolum illius facti, periculique ſocietate, ſed etiam hujus temporis ſtudio, & virtute.*

Eximia ſpe ſummæ virtutis adoleſcentem] Eadem ſententia de Curione dixit in Philippica 2. *Summa ſpe adoleſcentem & animi & ingenii præditum.* In pueris autem, & adoleſcentibus laudari ſolet ſpes, facta non poſſunt. Huc pertinet Servii locus, ubi explanatur illud Virgilii ex lib. 6. Æn. *In tantum ſpe tollet avos. Rhetorice,* ait, *ſpem laudat in puero, quia facta non invenit.* Eſt autem Ciceronis in Dialogo: *Cauſſa difficilis, laudare puerum: non enim res laudanda, ſed ſpes eſt.*

Stuluiſti] Scientiam litterarum Lentulo tribuere videtur Cicero in libro de claris oratoribus, cum ait: *Quidquid habuit, totum illud habuit è diſciplina, inſtrumenta naturæ deerant.*

Imitatione tui fac erudias] Vt in tuam vitam, tamquam in ſpeculum, intuens, tibi ſtudeat eſſe quam ſimillimus. virtutis enim diſciplinam meliorem reperiet nullam, quam contemplationem, atque imitationem tui. Quibus verbis uſus eſt Cicero de filio ſuo in epiſt. ad M. Brutum.

Nulla enim erit hac præſtantior diſciplina] Legerat accuratiſſime Cicero Xenophontis libros de Cyro majore conſcriptos. quod ipſa in epiſtola ad Papirium oſtendit his verbis: Κύρου παιδίαν, *quam contriveram legendo, totam in hoc imperio explicavi.* Ex ea lectione hæc erant præclara multa in illius memoria, ut hoc fortaſſe de majorum imitatione. nam apud Xenophontem libro 8. ſic Cyrus moriens filios alloquitur: Εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω, οἵους χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι· εἰ δὲ μή, καὶ παρὰ τῶν προγεγενημένων μανθάνετε, αὕτη γὰρ ἀρίστη διδασκαλία.

Quia tuus] Amamus enim amicorum filios, qualeſcunque ſunt, parentum cauſſa. quam ſententiam confirmant Trebonii verba epiſt. 16. lib. 12. *Tibi,* inquit, *quod vere facere poſſum, libenter gratulor, nec minus etiam nobis, quod eum, quem neceſſe erat diligere, qualiſcumque eſſet, talem habemus, ut libenter quoque diligamus.*

Quia te dignus] Virtuti deditus, ac probitati: ut, etiam ſi tuus non ſit filius, amandus tamen ſuopte merito videatur.

Quia nos diligit] *Nihil enim minus hominis videtur, quam non reſpondere in amore iis, a quibus provocere:* ut eſt in epiſt. 1. ad M. Brutum.

EPISTOLA VIII.

Pag. 29. D*E omnibus rebus*] Non de regia tantum cauſſa, ſed omnino de omnibus rebus, quæ ad te pertinent.

Pompejus] Conſul.

Suſceperit] Agendum tua cauſſa.

Ex Emplatorio] Non agnoſco Romanam gentem: & malim, *Ex M. Platorio.* Plætorii enim inter gentes Romanas noti; & M. Plætorius prætor in oratione pro Cluentio nominatur.

Præfuit] Præcipuam curam, dum agerentur, adhibuit.

Non facile eſt ſcribere] Cum tota ratio ſenatus, judiciorum, rei totius publicæ commutata ſit.

Quidem certe] Ita veteres loquebantur de re ſatis optata, cum eam, quæ erat optatior, aſſequi non licebat. res, inquit, communes optime ſe non habent, ſunt tamen in amicorum noſtrorum poteſtate. non habemus, quod volumus, ut ſit optimus rerum communium ſtatus: id quidem certe habemus, quod ſecundo loco optandum erat, ut in amicorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

corum noſtrorum poteſtate ſint. Ep. 9. *Conſilio me fortaſſe non imperitiſſimo, fideli quidem, & benevolo certe uſus eſſes.* Quod ... o ſeparatim poſuit, elegantiæ cauſſa *quidem*, & *certe*: quemadmodum epiſt. 5. *Catoni quidem, quoquo modo ſe res habet, profecto reſiſtimus.*

Amicorum] Pompeji & Cæſaris: addo etiam Craſſum; cum quo, rogatus a Pompejo, & Cæſare, a Publio præterea, ipſius Craſſi filio, redierat in gratiam. epiſt. ſequenti, & epiſt. 8. libro 5. & apud Plutarchum in Craſſo.

Novam mutationem] Vere: numquam enim poſtea reſpub. valuit.

...tura res eſſe videatur] Hic eſt ille numerus, quem in Cicerone obtrectatores ejus notabant; non quod optimus non eſſet; ſed quod ei nimium familiaris, quaſi de induſtria quæſitus. Tacitus in dialogo de oratoribus: *Noli irridere Rotam fortunæ, & Ius Verrinum, & illud, tertio quoque ſenſu in omnibus orationibus pro ſententia poſitum, Eſſe videatur.* Quintilianus quoque lib. 10. cap. 2. *Noverim*, inquit, *quoſdam, qui ſe pulchre expreſſiſſe genus illud cæleſtis hujus in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, Eſſe videatur.* Sane & in ea, quæ proxima ſequitur, idem iteratum eſt verbum, ut mihi videtur, inique faciunt, qui vitioſum exiſtimant, quod & a ſententia poſtulatur, & aures ob numeri ſuavitatem oblectat, nec tamen, ut ait Tacitus, tertio quoque ſenſu in omnibus pro ſententia ponitur.

Ut debeo] Ob ejus in me merita.

Ut te mihi præcepiſti] Cum ejus in me beneficium, cujus ipſe teſtis fueras, prædicares. In epiſt. ſequenti: *Pompejo primum, & quidem ipſo prædicatore ac teſte, debebam.*

Nunc me pietas, utilitaſque cogit] Pietas erga optime de me meritum: utilitas, cum habendam mihi rationem aliquam etiam ſalutis intelligam. Epiſt. ſequenti: *Nec mihi aliter potuiſſe videor hominum perditorum de me conſilia frangere, niſi cum præſidiis iis, quæ ſemper habui, nunc etiam potentium benevolentiam conjungerem.* Pietatis autem nomen erga eos etiam, qui ſumma in nos beneficia contulerunt, uſurpari ſolere, diximus in epiſt. 1. Antiqui libri, vel, *Dictas*, vel *Dictas*, habent: ex quo nonnulli legunt, *Dignitas.* quod, ut opinor, diverſam a Ciceronis mente ſententiam habet. cogebatur enim utilitate, non dignitate; quæ revocare potius ab eorum amicitia videbatur, qui de ſua potentia, non de rep. laborabant. & ſibi non nihil, ſalutis cauſſa, diſcedendum a dignitate, dixit in proxima epiſtola. idemque ſignificat, cum ſubjungit: *Non libenter ſe rectum, & confirmatum a rep. ſenſum deponere.* & infra: *Dignitatem illam conſularem, fortis, & conſtantis ſenatoris, nihil eſt, quod cogitemus.* At enim, cum proxime dixerit, *ut debeo*, videtur abundare, *Pietas.* Non abundat, ſed auget id, quod dixit: quod & oratorium eſt, & Ciceroni, oratorum omnium principi, frequentiſſimum. ſæpe enim ita debemus, ut officio moveamur potius, quam impellamur. Itaque Cicero, non ſe debere tantum, ſed cogi etiam pietate, demonſtrat; cum Pompejum in recuperanda ſalute ita pæne ſui ſtudioſum ſenſerit, ut erga liberos parentes: in quos nomen pietatis convenire, jam diximus.

Ad ejus rationes] Ad ea, quæ illi utilia ſunt, quæque ille vult. Pompejum ſignificari, ſatis conſtat.

Pag. 30. *Putaſti*] Cum de me ageres.

Quam ſit difficile] Indicat, ſe coactum ſua conſilia ad potentium voluntatem accommodare cœpiſſe.

Præſertim rectum] Non enim facile boni cives a ſententia demoventur.

Confirmatum] Veterem, ac diuturnam ſententiam appellavit in epiſtola ſuperiore.

Ipſe me conformo] Quaſi rem novam: non tam ut ſaluti ſerviam, quod antea non feci: quam, ut optime de me merito gratiam referam. Proxime dixit: *Ipſe me ad ejus rationes adjungo.*

A quo honeſte diſſentire non poſſum] Cum is auctor fuerit ſalutis meæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Simulatione] Quia Pompejus in civitate plurimum valeat.

Animi inductio] Excluditur ſimulatio, non tamen amor oſtenditur. propterea ſubjungit: *Et mehercule amor.*

Pag. 31. *Videantur*] Magni amoris argumentum, ut voluntatem ſequatur opinio.

Adverſarii] Qui optimates haberi volebant.

Concedant omnes] Cum intelligant honeſte me a Pompejo, cui tantum debeam, diſſentire non poſſe.

Vel taceam] Tranſit ad minora. nam, ſi conceditur, ut ea defendat, quæ Pompejus velit, multo magis, ut taceat; maxime vero, ut ad ſtudia ſe referat litterarum: quo videri poſſet, ea, quæ fierent, non probare, & multo magis conſulere videretur dignitati ſuæ, quam ſi vel defenderet in ſenatu, quæ Pompejus vellet, vel etiam taceret.

Per ejuſdem amicitiam] Cui roganti, ut in ſenatu adſim, ejuſque voluntatem defendam pro amicitia deeſſe non poſſum.

Perfuncti eſſemus] *Perfunctus eſſe* dicitur, qui ad exitum alicujus rei, ſive optabilis ea ſit, ſive contra, jam pervenit. prioris generis exemplum hoc eſt: *Perfungi honoribus ampliſſimis.* & lib. 3. de Orator. *Qui annus ei primus ab honorum perfunctione aditum omnium conceſſu ad ſummam auctoritatem dabat, is ejus omnem ſpem, atque omnia vitæ conſilia morte pervertit.* Et Sulpicius epiſt. 5. libro 4. *Omnibus bonis prope perfunctum eſſe.* Poſterioris generis plura & apud hunc noſtrum, & apud alios exempla ſuppeditant. *Defungi*, valet idem, ſed hoc differt, quod in malam partem ſemper, ut mea memoria eſt, accipitur: quo modo Cœlius epiſt. 1. lib. 8. uſus eſt: *Et hoc mendacio ſi qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur, optavi.*

Dignitas] Quod erat præmium maximorum laborum.

Capeſſenda] Adminiſtranda. id enim eſt *Capeſſere*. epiſt. ſequenti: *Neque integra re mihi ad conſulendum, capeſſerem ne remp. implicatus tenebar.* Libro 3. de republ. apud Auguſtinum de civitate Dei: *Non eſt reſpubl. cum tyrannus eam factione capeſſat.* Libro 4. apud eundem: *Æſchines Athenienſis, cum tragœdias actitaviſſet, remp. capeſſivit.*

Nulla cum gravitate] Aſſentiri enim iis, contra quos antea reipubl. cauſſa ſenſeris, levitatis eſt.

Paucis] Si pauci, quo modo ab iis fruſtra diſſentitur? quia pauci quidem principes, Cæſar, Pompejus, Craſſus, ſed factio eorum maxima.

Fruſtra] Cum etiam in ſenatu, qui alienior ab iis antea fuit, auctoritate plurimum valeat.

De tua ratione] De eo, quod ad te pertinet, de regia cauſſa.

Senatus] Per quem conſecuti ſunt, quæ ne populum quidem ſine ſeditione ſe aſſequi poſſe arbitrabantur. Populum non nominat, quia commutatus is non erat: ſemper enim Cæſaris cauſſam juvit.

Otium] Satis ſuperque habebimus, ſi per eos, qui rerum potiuntur, nobis licebit eſſe otioſis.

Præſtaturi] Permittent, nihil ut agamus, & otioſa, & tranquilla vita perfruamur.

Quidam homines] In primis M. Cato, ejuſque ſororum viri, M. Bibulus, & L. Domitius Ahenobarbus, Cæſaris, & Pompeji veteres inimici.

Dignitatem conſularem] Conſularium enim ſententiæ magnum in ſenatu pondus habere debent; in quo dignitas eſt; nunc non habent: amiſſa igitur dignitas eſt.

Fortis, & conſtantis] Qui nullis periculis a tuenda republ. deterretur. cujus nunc fortitudinis atque conſtantiæ neque præmium eſt ullum, paucis omnino tenentibus: neque fructus, quia fruſtra diſſentitur.

Pag. 32. *Ordinem conjunctiſſimum*] Equeſtrem ordinem: quem ipſe Cicero conſul cum ſenatu conjunxerat. alienatus autem eſt a ſenatu Catonis opera, qui, petentibus Aſianis publicanis, ut induceretur locatio vectigalium, quæ cupiditate prolapſi, nimium magno

conduxe-

nduxerant, reſponſum dari paſſus on eſt: quam Cæſar, anno ſequenti nſul, occaſionem arripuit conciliandi i, & a ſenatu disjungendi ordinis queſtris. de quo Suetonius: *Publica-s, remiſſionem petentes, tertia merce-um parte relevavit, ac, ne in locatione no-orum vectigalium immoderatius licitaren-r, propalam monuit.* Idem confirmat io lib. 38. & Appianus lib. 2. bel. v. Cicero autem epiſt. 15. lib. 1. ad tt. plane rem exponit. *Aſiani*, inquit, *ui de cenſoribus conduxerant, queſti ſunt ſenatu, ſe cupiditate prolapſos, nimium agno conduxiſſe: ut induceretur locatio, oſtulaverunt. ego princeps in adjutoribus.* bidem paullo poſt: *Ego conſervans ra-ionem, inſtitutionemque noſtram, tueor, t poſſum, illam a me conglutinatam con-ordiam.* Epiſt. 16. *Alienati equites omani. ſic ille annus duo firmamenta eip. per me unum conſtituta, evertit. nam ſenatus auctoritatem abjecit, & ordi-um concordiam disjunxit.* In eadem: *ato miſeros publicanos tertium jam men-em vexat, neque iis a ſenatu reſponſum ari patitur.* Epiſt. 1. lib. 2. ad eun-lem: *Cum equitatus ille, quem ego in cli-o Capitolino collocaram, ſenatum deſerue-it.* Ibidem paullo poſt: *Quid impu-lentius publicanis renunciantibus? fuit amen, retinendi ordinis cauſſa, facienda actura. reſtitit, & pervicit Cato.* In Ca-ilinam autem oratione 4. ad conſer-vandam ſenatus equitumque concor-diam hortatur his verbis: *Quam conjun-ctionem ſi, in conſulatu confirmatam meo, perpetuam in rep. tenuerimus: confirmo vobis, nullum poſthæc malum civile, ac do-meſticum ad ullam reip. partem eſſe ven-turum.*

Hominem clariſſimum] Pompejum, quem abalienaverant a ſenatu, qui ea, quæ ille, devicto Mithridate, regibus, dynaſtis, & civitatibus in Aſia conceſ-ſerat, confirmari a ſenatu non permiſe-rant: quorum princeps fuit L. Lucullus, qui ſororem M. Catonis Serviliam in matrimonio habebat, adjuvantibus Ca-tone, & Metello Celere conſule. ex quo Pompejus, uxore ducta Cæſaris fi-lia, facile impetravit, ut is conſul acta ſua confirmaret. Appianus lib. 2. bell. civ. Dio lib. 37. Suetonius.

Eo conſule] Non, cum erit conſul, ſed, quoad erit. hoc enim anno, quod jam diximus, conſulatum gerebat cum M. Craſſo.

Affixum] Numquam ab eo diſce-dam, hærebo illi, ut hærent ea, quæ af-fixa ſunt. epiſt. 1. lib. 3. ad fratrem: *Dedit etiam alteram illam mihi, qua jubes eum mihi eſſe affixum, tamquam magi-ſtro.*

Etiam propter id ipſum] Non ſolum quia te diligit, ſed etiam propter id ipſum, quod me tibi, de me optime merito, eam, quam debeo, præſtare me-moriam, ac benevolentiam intelligo: tum quia ſolet amabilis, & jucunda a-pud omnes eſſe grati animi ſignificatio: tum eo præcipue nomine, quod Pom-pejus, qua in ipſum quoque voluntate ſim, cui debeo plurimum, inde conje-cturam capiet.

Minimum] Vnde tibi, quo animo ſim in maximis, licet conjicere.

P. 33. *Conſequi poſſum*] Sic ep. 4. *Si vitam pro tua dignitate profundam, nullam par-tem videar tuorum meritorum aſſecutus.*

Rumor erat] Verus. nam epiſt. ſe-quenti: *Te eſſe imperatorem, provinciam-que bene geſtis rebus cum exercitu victore obtinere, ut debeo, lætor.* Quamquam ex-plorata Lentuli victoria nondum erat. ſi enim certus bene geſtæ rei nuncius allatus eſſet, epiſtolam inſcripſiſſet, *Len-tulo Imperatori*, ut in epiſtola ſequen-ti.

Pompejo] Vt, allatis tuis litteris, rem bene geſtam ſignificantibus, referat ad ſenatum de ſupplicationibus tibi de-cernendis.

Plus contenderimus, quam poſſumus] Velle ſe plurimum Lentuli cauſſa, o-ſtendit, nec tamen præſtare poſſe quan-tum debeat. Simile illud epiſt. 8. lib. 4. *Vt me non ſolum omnia debere tua cauſſa, quæ poſſum, ſed ea quoque, quæ non poſſum, putent.* Item Phil. 6. *Conſilio, quantum potero, labore plus pæne, quam potero, ex-cubabo, vigilaboque pro vobis.*

Quam debemus] Nam, ut omnia tua cauſſa præſtem, vincentur tamen meritis tuis officia mea. Quod autem hic, *Minus quam debemus*, in epiſt. 4. lib. 6. dixit, *Merita non aſſequor*.

EPISTOLA IX.

Pag. 34. *Lentulo Imp.*] Re bene geſta, qui ab exercitu imperator erat appellatus, litteras ſuas imperatoris nomine inſcribebat; quod Cicero fecit epiſt. 10. libro ſecundo. Similiter, qui ad eum ſcribebant, imperatorem appellabant: propterea ſuperiores litteræ inſcribuntur, *Lentulo proconſuli*, victoria nondum certa; hæ vero, *imperatori*, cum plane cognita res eſſet.

Graviſſimum] Quod tamen ſua gravitate tuorum in me meritorum pondera non æquat.

Sanctiſſimum] Proprie enim de diis uſurpatur, inde transfertur in patriam, in parentes, in optime meritos. epiſtola 1.

Abundantia quadam amoris, ut etiam grata ſint ea] Vera laus liberalitatis in eo ſita eſt, cum ita beneficium damus, ut ab eo qui accipit, non modo fructum, aut mercedem ullam non exigamus, ſed ne exſpectemus quidem. hac laude Cicero ornat Lentulum: ſed adjungit alteram, humanitatis videlicet, cum ſtudia ſua non modo ab eo non exſpectari ſignificat, ſed grata etiam eſſe, neque grata ob eam cauſſam, quod utilitatem, vel honorem pariant, ſed propter quandam amoris abundantiam, ſignificat.

Sine nefario ſcelere] Peccat, qui gratiæ referendæ occaſionem prætermittit: ſed nec, quicumque peccat, ſceleratus eſt; nec omnia ſcelera nefaria ſunt. Oſtendit igitur Cicero magnitudinem ejus beneficii, quod a Lentulo acceperit, cum ait: Ea ſtudia ita a ſe deberi, ut prætermitti ſine nefario ſcelere non poſſint.

Notior, atque illuſtrior] Geminatio verborum idem ſignificantium, (πλεονασμὸν rhetores appellant,) modo virtus eſt, ubi ſententiam auget, vel ornat; modo vitium, ubi neutrum: quo de utroque genere lib. 8. & 9. diſputat Quinctilianus. hic non eſt otioſum, *illuſtrior*: addit enim ad ſententiam; quia nota multa ſunt, nec tamen illuſtria. ornat autem, quia tranſlata verba quiddam habent magnificentius, quam propria, & orationem (ut ait Cicero in oratore) quaſi ſtellæ quædam illuſtrant.

Hoc tempore omni] Triennium. nam ante biennium Lentulus, conſulatu functus, iverat in Ciliciam, manſitque ad Calvinum, & Meſſallam conſulem; quo anno ſucceſſit ei App. Claudius.

Oſtendis] Verbis ſignificas. ſic ep. 2. *Ceteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem fore oſtendit.*

Potes] Oſtendis, inquit, futurum, ut opiniones noſtræ conſentiant in capeſſenda republ. idque potes, quia me tuarum actionum, ſententiarum, voluntatum ſocium, comitemque habebis. Hoc in extrema fere epiſtola.

Vehementer exſpecto] Propter mutuam benevolentiam, & opinionum ſimilitudinem.

In ſententiis ſenatoriis] Omiſſa populi mentione, ſenatum nominat: cujus cauſſam optimates tuebantur; cum leves, & improbi cives populi gratiam ſectarentur.

Actione, atque adminiſtratione reip.] Latius patebat, *Actione*: contraxit igitur, & a toto actionum genere tranſit ad eam partem, in qua Lentulo notior, & illuſtrior ejus animus eſſe potuiſſet. id autem erat, reip. adminiſtratio: cum qua ſequens verbum, *Floruiſſemus*, apte congruit.

Floruiſſemus] Conjunctis enim duorum conſularium ſententiis, utrique dignitas comparatur.

Oſtendam equidem] Vt intelligas, me non aliter, ac debeam, ſentire. verumtamen, ſi tu affuiſſes, nihil ſine conſilio tuo feciſſem, te auctore prorſus in omnibus rebus uſus eſſem.

Auctore] Secutus eſſem voluntatem

tuam

... in reconcilianda cum Cæſare, Ap-pio, Vatinio gratia.

...micißimo ac ſapientißimo] Cur ei non obtemperem, atque obſequar, qui & omnia mea cauſſa vult, & ita excellit ſapientia, ut errare non poſſit? hoc enim ſimul utrumque requiritur in eo, qui conſilium dat.

...deli quidem, & benevolo] Fides, & ...r a conſiliario poſtulantur. non ...n præſtare fidem, quod probitatis ... videtur ſatis: ſed addere etiam o-... et ea diligenter, quæ ad rem per-ti... te ducimus; quod amoris eſt. ita, ... benevolentiam, & ſapientiam ...tulo tribuerit, ei ſe comparat in ...evolentia: quod amabile potius, ...n odioſum eſt; ſapientiam vero nec ...lem ſibi arrogat, nec tamen omni-... etrahit, cum ait, *Fortaſſe non impe-...imo.*

...a quidem cauſſa] Nam mea te ad-... maluiſſem. Expreſſit egregie ep. 1. ... 2. eandem ſententiam his verbis: *...te abſuiſſe tam diu a nobis, & doleo, ... carui fructu jucundißimæ conſuetudi-...æ; & lætor, quod abſens omnia cum ...ima dignitate es conſecutus.*

...mperatorem] Appellatum ab exer-ci... epiſt. 10. libro 2.

Bene geſtis rebus] Materiam trium-p...ndi rectores provinciarum ex finiti-...rum gentium bellis quærebant. ...umphavit Lentulus ex Cilicia, non ...im ad urbem reverſus, ſed poſt ali-...t menſes: id quod ex eo loco epi-...a 21. lib. 5. ad Att. licet intellige-...: *Acceperam ſatis celeriter Iconii per ...licanorum tabellarios a Lentuli trium-... datas.*

Vberiores, & præſtantiores] Apte ...t copiam ſubjungitur magnitudo: id-... Cicero ſæpe facit. cum igitur ad ...tentiam & Ciceronis conſuetudi-...m, accedat veterum aliquot librorum ...toritas; verbum, *Præſtantiores*, in ...*eſentiores*, quod alii maluerunt, com-...tare viſum non eſt.

Pag. 35. *Vlciſcendis*] Dicimus, *V-... eſt inimicum*, ut hic, & *Vltus eſt ſeſe*, ... paullo poſt, ſenſu eodem. ſignificat autem eos, qui ſe in reductione Ptolemæi regis adverſarios Lentulo præbuerant.

Inimicos eſſe] Populares cives hic ſignificat; optimates autem, cum ſubjungit, *Invidere*: quod utrumque genus ſæpe notat in his epiſtolis.

Propugnationem] In conſulatu.

Actionis] Cum me conſul virtute, & conſtantia in patriam ab exſulio reduxiſti.

Perennis inimicus] Cum ſequatur, *In te potiſſimum*; C. Catonem hunc eſſe, poſſit aliquis jure ſuſpicari, qui biennio ante tribunus pl. rogationem tulerat, ut imperium Ciliciæ Lentulo abrogaretur. epiſt. 5.

Fractam] A conſequentibus nominantur multa: ut hic, *Fractam vim*, Cicero appellat, quia Lentulo non nocuit. exitus enim, quam infirma vis ejus eſſet, oſtendit.

Debilitatam] Tranſlatis illuſtratur oratio. hæc autem duo, *Frangi*, & *Debilitari*, ſæpe Cicero conjungit, ut epiſt. 13. lib. 5. *Circumſpice omnia membra reip. nullum reperies profecto, quod non fractum, debilitatumve ſit*: & epiſtola 1. lib. 1. ad fratrem: *Animos noſtros frangi, & debilitari moleſtia non oportet.* Et pro Flacco: *Quæ urbs auctoritate tanta eſt, ut jam fractum prope, ac debilitatum Græciæ nomen hujus urbis laude nitatur.*

Noſtram vicem] Quod ad nos pertinuit, quod ipſi facere debuimus. ſic, *Doleo tuam vicem*, veteres dicebant, pro, quod ad te pertinet: & Plautus in Captiv. *Neque ullum pol de hac re negotium eſt, Quin male occidam, oppetamque peſtem, heri vicem mei.*

Vltus eſt ipſe ſeſe] Se ipſe punivit, pœnas ipſe ſibi eas intulit, quas inferre nos debuimus.

Ne libertatis quidem] Vt ei ne liberum quidem ſit in publico verſari; vel quod ſcelus aliquod inſigne committere voluerit: vel quod revocatus in judicium ſit; cum defendente Scauro, hoc ipſo anno, ut Pedianus docet, Quinctili menſe abſolutus eſſet. Certe cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

propter alia flagitia, tum eo nomine inviſum eſſe optimatibus oportuit, quod tribunus pleb. interceſſerat, ne conſules Marcellinus, & Philippus comitia conſularia habere poſſent. ex quo ſenatus, ad mœrorem indicandum, veſtem mutavit. epitome Liviana libro 105. quo magis hæc ſuſpicor ad eum attinere: nam de P. Clodio quidem, Ciceronis, & Lentuli inimico, vix crediderim. non enim hoc in eum convenit, *Nullam ſibi libertatis partem reliquit.* id enim quale eſſet, vel ipſius ſcripta Ciceronis, ad objiciendum parati, vel monumenta annalium oſtenderent. Porro tantum abeſt, ut omnes libertatis partes Clodius amiſerit, ut etiam priſtinam dignitatem retinuerit, quippe qui de petenda ſuo anno prætura, id eſt, biennio poſt ædilitatem ab eo geſtam, cogitaverat. quod Cicero in oratione pro Milone teſtatum reliquit.

In meis rebus expertum] Quod dixit epiſtola quinta: *Te videre, & ſentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea ſalute ſum expertus, ex tuis litteris intellexi.*

In moleſtia gaudeo] Figura quædam ex miſtione contrariorum orationi venuſtatem concilians: quæ niſi pluribus oſtendatur exemplis, fortaſſe non facile dabitur imitandi facultas. nobis autem, hunc interpretandi laborem ſuſcipientibus, id maxime propoſitum fuit, ut adoleſcentes, pro viribus ingenii noſtri, commodiore quadam quaſi via ad aliquam eloquentiæ laudem perduceremus. Duplex igitur hæc figura eſt. aut enim cum ſignificatione doloris, & moleſtiæ, conjungitur gaudium, & conſolatio: aut contra, gaudii conſolationiſque ſignificationem dolor, & moleſtia ſequitur. Primum genus hoc exemplo declaratur; *in moleſtia gaudeo.* Et epiſt. 14. libro ſecundo ad Q. Fr. *Se effecturum, ut ego in medio dolore, ac deſiderio tui, te, cum a me abeſſes, potiſſimum ſecum eſſe lætarer.* Nec diſſimile illud epiſt. 6. *Me in ſummo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime ſcilicet conſolatur ſpes, quod valde ſuſpicor fore, ut infringatur hominum improbitas.* Aut illud epiſt. 15. libro primo ad Atticum: *In iſta incommoditate alienati illius animi, & offenſi, illud ineſt tamen commodi.* Aut epiſt. 26. lib. 11. *In maximo meo dolore, hoc ſolatio utor.* Alterum genus agnoſcitur epiſt. 21. lib. 15. *Sed tamen in ea voluptate, hunc accepi dolorem.* Epiſt. 8. lib. 16. *In magna conſolatione, ingens ineſt ſollicitudo.* Epiſt. 9. lib. 2. ad Q. Fr. *Nunc mihi jucunditatis plena epiſtola hoc aſperſit moleſtiæ.* Pertinere videtur ad hoc genus & illud epiſt. 16. lib. 2. *Hæc adſperſi, ut ſcires, me tamen in ſtomacho ſolere ridere.*

Non ita magna mercede] Quod explanavit epiſt. 6. *Minore in re violatur tua dignitas, quam mea ſalus afflicta ſit.* & epiſt. 7. *Multum intereſt, utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur.*

Pag. 36. *Maximo dolore*] Afflicta ſalute; cum ejectus patria ſum.

De qua ratione] Ut intelligas, quam incerta ſit hominum fides. quæ me cauſſa de vetere illa mea, diuturnaque ſententia prope jam depulit, & cum inimicis in gratiam reduxit. Hoc Cicero ſignificat, ut conſilii ſui mutationem, cujus cauſſam Lentulus quæſierat, excuſet.

Cum Cæſare, & cum Appio] Quos antea inimicos diverſis nominibus habuerat, Appium, P. Clodii, fratris ſui, gratia; Cæſarem, quod in quodam judicio, de ſtatu temporum paullo liberius locutus, ejus animum offenderat. de quo Suetonius hæc: *Cicerone in judicio quodam temporum ſtatum deplorante, P. Clodium, inimicum ejus, fruſtra jam pridem a patribus ad plebem tranſire conantem, eadem die, horaque nona traduxit.* Idem ipſe confirmat in oratione pro domo: *Hora fortaſſe ſexta diei queſtus ſum in judicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de rep. quæ mihi viſa ſunt ad illius miſeri cauſſam pertinere, hæc homines improbi ad quoſdam viros fortes, longe aliter, atque a me dicta erant, detulerunt. hora nona, illo ipſo die, tu es adoptatus.* Et in oratione de provin-

pro nciis: *Traduxit ad plebem inimi- eum, ſive iratus mihi, quod me ne beneficiis quidem videbat poſſe gi, ſive exoratus.* Idem Plutar- Dio, alii.

è in gratia] Audierat Lentulus, onem de commodis, & orna- is Cæſaris maxime omnium in u laboraſſe. decreverat enim ei ntentia ſupplicationes quindecim m, quod ante contigerat nemi- ſtipendium, & decem legatos: rea, cum de ſuceeſſione Gallia- geretur, luculentam habuerat de rvanda Cæſari utraque Gallia ora- m, quæ nunc exſtat, inſcripta, *ovinciis conſularibus.*

que id non reprehendere] Offenſus ulus iiſdem, quibus Cicero, vitiis natum, invidia ſcilicet, atque ob- atione, novam Ciceronis cum icis conjunctionem, maximeque Cæſare, populi gratia florentiſſi- non improbabat. Scripſerat enim m Cicero cum alia de amicorum dia, tum illud epiſtola ſeptima: *In mine omnium nobiliſſimo, ſimilia in- um vitia perſpexi.*

tinium] Quem maxime oderat, ip. cauſſa, & ſua: quod primum unus pleb. contra ſenatus volun- n multa commiſerat; deinde te- onium dixerat in P. Sextium, cu- n primis opera Cicero in patriam erat. Exſtat in Vatinium ora-

efenderim] Defendit rogatu Cæ- : ut infra. ipſe etiam Vatinius . 9. lib. 5. *defenſum ſe a Cicerone, que patrocinio periculum evaſiſſe ſigni-* . Val. Maximus lib. 4. cap. 2. *Cicero Vatinium, dignitati ſuæ ſemper in- m, duobus publicis judiciis tutatus*

udarim] Defendebant reos patro- laudabant viri nobiles, ut eorum oritas ac teſtimonium quaſi com- daret eos judicibus. paullo poſt: *Pomponius, ut laudaret P. Sextium, iſſet in urbem.* Et M. Scaurum, n Cicero defendit, laudatum a novem conſularibus, in Aſconio legimus.

Ego me] Hæc tota narratio ad evitandam levitatis, & inconſtantiæ culpam pertinet. oſtendit enim Cicero, ſe in patriam rediiſſe ita animatum, ut & cum quibus, & contra quos antea, cum iiſdem, & contra eoſdem in capeſſenda repub. ſentiret: ſed eum ſibi animum, eamque ſententiam invidia, & obtrectatione quorundam ſibi eſſe ereptam. probat hoc exemplis, quod in Sextii judicio, ſedente Gneo Pompejo, non reputans quid ille, aut quid Cæſar vellet, contra utrumque ſuam priſtinam dicendi libertatem retinuerit, maxime vero, quod de agro Campano dividendo ſententiam dixerit eam, quæ Cæſarem, & Pompejum, ejus generum, optime de ſe meritos offendit.

Initio rerum, atque actionum tuarum] Non quo primum tempore Lentulus de eo reſtituendo cœpit agere, ſed cum primum reſtitutus eſt; ut e ſequentibus apparet. dicit enim, *Initio actionum tuarum*, pro, initio reditus mei; qui actio tua fuit.

Reip.] Ut in ea tuenda priſtinam conſuetudinem ſervarem.

Quendam] Hoc verbo amoris magnitudo tanta declaratur, quantam verbis exprimere non licet. ſic enim loquimur, ubi conceptam animo ſententiam enunciare, atque oſtendere pro voluntate non poſſumus. epiſtola prima libro ſecundo: *Incredibilis quædam exſpectatio.* in hac, infra: *Commemoranda quædam, & divina Cæſaris liberalitas.*

In te ipſum] Non ſolum in remp.

Summa ac ſingularia] Poſſunt enim eſſe ſumma, nec tamen ſingularia. Sunt enim *ſumma*, quibus nulla majora; *ſingularia*, quæ omnium maxima.

Studia] *Amorem*, & *ſtudia* nominat, quia nec amorem ſemper ſtudia comitantur, præſertim ſumma, & ſingularia, nec ſemper ſtudiis amor, præſertim incredibilis, adjunctus eſt.

Deberem] Et hic augetur ſententia.

dixi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

dixi, *amorem* interdum ſine ſtudiis eſſe, *ſtudia* ſine amore: jure igitur utrumque Cicero conjunxit. nunc addo, eum, qui & amet incredibiliter, & ei, quem amat, ſumme faveat, interdum hoc facere ſua ſponte, non beneficio adductum: quo minor eum, ſi ab illa voluntate diſcedat, ſequitur infamia. major igitur ab eo exſpectanda conſtantia, qui amat eum, cui plurimum debet; cum intelligat, ſibi non inconſtantiæ modo famam, ſed ingrati quoque animi crimen pertimeſcendum.

Multum adjuviſſet] Cum enim omnes magiſtratus una cum Lentulo de ſalute Ciceronis promulgarint, in eoque omnes ordines, hominesque contenderint, ideo reſtitutus ab ipſa repub. Cicero videtur.

Communi officio civium] Erga patriam; cui naſcimur, ut dixit Plato.

Debitum præſtitiſſem] Proprie conjungitur verbum, *Præſto*, cum iis rebus, quibus agendis aut fidei ſatisfacimus, ut cum aliquid promittitur; aut officio, ut cum patriæ, amicis, bonis viris opitulamur.

Hac me mente fuiſſe] Idem erat, ſi copiam quærimus, *hoc animo*, *hoc ſenſu*, *hac ſententia*; idem etiam, ut varietur loquendi genus, *hanc mihi mentem fuiſſe*. unde illud Salluſtianum: *Longe mihi alia mens eſt.*

Te conſule] Per quattuor menſes, eoque amplius: rediit enim in patriam Cicero Sextili menſe: quod oſtendit epiſtola prima libro quarto ad Atticum.

Audivit] Cum ſententiam dicerem, non enim reputans, quid Pompejus vellet, aut ſocer ejus Cæſar, in omnibus meis ſententiis de rep. priſtinis permanebam.

Collocutionibus] *Collocutio* inter duos eſt; *ſermo*, & inter duos eſſe, & patere latius poteſt, & *collocutio* ſermonem ab arbitris remotum, privatim, & paullo ſecretiore loco habitum, videtur judicare; *ſermo* autem, licet inter duos habeatur, celebri tamen eſſe loco poteſt. itaque major quædam in collocutione, quam in ſermone, res videtur agi: ſecreto enim colloquentes, intimum animi ſenſum liberius, quam in publico, patefaciunt.

Illis] Ante triennium. conſules enim fuerant poſt reditum Ciceronis Marcellinus, & Philippus; Pompejus, & Craſſus; Appius, & Domitius, quorum pæne peractum eſſe conſulatum, ſignificat in extrema epiſtola mentio Appii, Lentulo ſuccedere cupientis.

Reliqua noſtra dignitate] Pertinebat enim ad ejus dignitatem, ſi & domum ſuam recuperaret; & poſt reditum ſuum domo pulſus a Clodio, ultorem ejus injuriæ ſenatum haberet: & in damnis rei domeſticæ ſarciendis paullo liberaliorem optimatum voluntatem experiretur.

Nonnullorum] Eorum, qui de reditu ejus laboraverant: quos ita offendit Ciceronis cum Pompejo, & Cæſare multis rebus declarata reconciliatio, ut alii priſtinum ſtudium magna ex parte depoſuerint, alii odium etiam adverſus Ciceronem ſuſceperint. cum enim graviſſimum, & acerrimum ejus inimicum, P. Clodium amplecterentur, in manibus haberent, foverent, ipſo præſente oſcularentur; argumento id quidem erat, Ciceronem eis eſſe odio; licet palam non profiterentur. Nec dubium eſt, Catonem, & Bibulum in primis ſignificari, qui non modo Cæſarem, ſed Pompejum etiam, Cæſaris cauſſa, vehementer oderant.

De monumentis meis] De domo. quæ cum Ciceroni ſit reſtituta, quod multis locis conſtat; poſſit aliquis quærere, cur Lentulum dicat adjutum in ea non eſſe. tollitur dubitatio, ſi reſtitutam quidem Ciceroni domum intelligamus, partem tamen quandam, in qua ſuum nomen Clodius inſcripſerat, non eſſe reſtitutam: quam opinionem adjuvant illa, quæ ſequuntur aliquanto poſt: *Iidemque poſtea non meum monumentum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

um, (*non enim illæ manubiæ* *ſed operis locatio mea fuerat, mo-* *um vero ſenatus) hoſtili nomine,* *uentis inuſtum literis eſſe paſſi* *ſunt.*

fratre eram domo expulſus] Ex-rant fabri de area, in qua do-Ciceronis ædificabant. qua tota ſic epiſt. 3. libro quarto ad Att. *is hominibus ante diem III. Non.* *b. expulſi ſunt fabri de area noſtra,* *ata porticus Catuli, quæ ex S. C.* *m locatione reficiebatur, & ad te-* *ene pervenerat. Quincti fratris* *primo fracta conjectu lapidum ex* *ſtra, deinde inflammata juſſu Clo-* *nſpectante urbe, conjectis ignibus,* *querella, & gemitu, non dicam* *n, qui, neſcio, an ulli ſint, ſed* *ominum omnium.*

. 37. *Ex auctoritate ſenatus*] E factum enim erat S. C. placere n Ciceroni reſtitui, porticum Ca-cari. de quo in epiſtola ſecunda quarto ad Att. *Auctoritatem* au-*enatus* pro S. C. interdum uſur-diximus in epiſt. I.

arciendis] Quod enim Clodius erat, id cum ſenatus publico ſum-ificandum cenſuiſſet, æſtimarunt les de conſilii ſententia, quanti ædium ſuperficies: neque hoc , ſed quanti etiam fuiſſent villæ, lana, & Formiana, everſæ ab n Clodio. quam Cicero æſtima-m in domo non improbat, in accuſat epiſt. 2. lib. 4. ad Attic. *die*, inquit, *S. C. factum eſt, id,* *id te miſi: deinde conſules porticum* *reſtituendam locarunt: illam por-* *redemptores ſtatim ſunt demoliti,* *iſſimis omnibus. nobis ſuperficiem* *a conſules de conſilii ſententia æſti-* *nt H-S. vicies; cetera valde illibe-* *r, Tuſculanam villam quingentis* *us, Formianum H-S. ducentis quin-* *nta millibus. quæ æſtimatio non mo-* *hementer ab optimo quoque, ſed etiam* *e reprehenditur.*

uæ cum viderem; neque enim erant *ra*] Similiter locutus in oratione pro Sextio: *Hæc ego cum viderem: neque enim erant occulta.* Et in Agraria 2. *Quæ cum ego non ſolum ſuſpicarer, ſed plane cernerem: neque enim erant obſcura.* Imitatus eſt fortaſſe Demoſthenem, qui ſic in oratione περὶ τοῦ στεφάνου: ταῦτα ὁρῶν, (οὐ γὰρ ἦν ἀφανῆ.)

Quam erant illa grata] Invitum ſe de priſtina ſententia depulſum eſſe, &, omiſſa optimatum cauſſa, ſuam voluntatem, ad popularium civium, optime de ſe meritorum, dignitatem aggregaſſe, probat hoc argumento, quod licet in quibuſdam non eam, quam exſpectarat, voluntatem agnoverit, illico tamen de vetere ſuorum inſtitutorum curſu ad nova conſilia non deflexerit. eſt enim boni viri, de repub. vehementius, quam de ſuis rebus, ac de ſe ipſo, laborare.

Quæ fecerant] Pro ſalute mea. decet enim, majorem haberi rationem beneficii, quam injuriæ.

Teſte] Qui ſtudium illius in mea ſalute videras.

Sed amore etiam] Non amamus pariter, quibus debemus, & quos, etiam ſi nullum ab iis beneficium acceperimus, amandos tamen eſſe judicamus. Amabam, inquit, Pompejum, ante quam ei obligatus eſſem, judicio meo, quod habui ſemper de illius virtute, permotus.

Quid ille vellet] Volebat idem, quod Cæſar, vel affinitatis cauſſa, quod ejus filiam in matrimonio habebat; vel quorundam optimatum impulſus injuriis. de quo ſic epiſt. 8. *Dignitas illa conſularis amiſſa eſt culpa eorum, qui a ſenatu & ordinem conjunctiſſimum, & hominem clariſſimum abalienarunt.*

Priſtinis] Quod ante exſuli i mei calamitatem ſenſeram, reverſus in patriam idem ſenſi.

Ego] Tria ponit exempla, quibus probet libertatem ſuam in dicenda ſententia.

Sedente Cneo Pompejo] In judicio, cum defenderet Sextium Cicero, de vi accuſatum ab Albinovano. exſtat oratio.

Sextium]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Sextium] *Sextii* plebeji, *Seſtii* patricii. lapides Capitolini, & nummi veteres.

Introiiſſet in urbem] Quod ut ei ſalvis legibus liceret, a ſenatu impetraverat. alioqui, cum eſſet cum imperio frumentariæ curationis cauſſa, urbem introire non poterat.

Teſtis Vatinius] Teſtis in Sextium; de quo in oratione, quam in eum Cicero habuit.

Amicum eſſe cœpiſſe] Marcellino enim, & Philippo coſſ. quo anno Sextius de vi cauſſam dixit, decrevit Cicero ſua ſententia Cæſari ſupplicationes quindecim dierum, ſtipendium, decem legatos: ut in oratione de provinciis.

Bibuli] Quem Vatinius tribunus pleb. & Cæſar conſul exire domo prohibuerant, ne Cæſaris acta impediret. Cicero, Suetonius, Plutarchus, Appianus, Dio.

Omnium triumphis, victoriiſque anteferre] Triumphis Pompeji, victoriis Cæſaris.

Eodem teſte] Pompejo.

Eoſdem eſſe]His verbis nec ipſi Pompejo pepercit. is enim pro Cæſare conſule contra Bibulum, ejus collegam, omni non ſolum ſtudio, ſed etiam contentione dimicavit. Plutarchus, & alii.

Interrogatio] Oratio in Vatinium interrogatio eſt. epiſt. 4. libro ſecundo ad fratrem: *Vatinium, a quo palam Sextius oppugnabatur, arbitratu noſtro concidimus.* Videtur Vatinius reſpondiſſe Ciceroni. nam ejus oratio, in qua *ſcurram conſularem* Ciceronem vocavit, nominatur a Macrobio libro ſecundo Saturn.

Pag. 38. *Illius tribunatus*] Quem geſſit Cæſare conſule.

De vi] Qua Bibulum obnunciantem foro expulit, atque etiam in vincula ducere conatus eſt. Cicero, Suetonius, Plutarchus, alii.

De auſpiciis] Quibus neglectis, leges pro Cæſare Vatinius tulit. plena omnis hiſtoria.

De donatione regnorum] Puto id ſignificari, quod in oratione in Vatinium ita ſcriptum eſt: *Volo uti mihi reſpondeas, feceris ne fœdera tribunus pl. cum civitatibus, cum regibus, cum tetrarchis?*

Hac in cauſſa] P. Sextii.

In ſenatu] Cum ſententiam diceret.

Marcellino, & Philippo coſſ.] Suſpicor hoc abundare. cur enim annus nominibus conſulum notetur: cum & hæc proxima ſuperiora eodem anno dicta ſint?

Nonis Apr.] De quo ſic epiſt. 5. libro ſecundo ad fratrem: *Nonis Apr. vehementer actum de agro Campano, clamore ſenatus prope concionali.*

De agro Campano referretur] Hoc Cæſari ac Pompejo vehementer diſplicuiſſe, ex iis, quæ Cicero ſubjungit, licet intelligere. ſi cauſſa quæritur, hæc eſt. legem tulerat Cæſar in conſulatu de agro Campano dividendo, diviſitque extra ſortem viginti millibus civium, quibus terni, pluresve liberi eſſent. quod ex Tranquillo cognoſcitur. Quid igitur de agro Campano, ſiquidem diviſus jam erat, referri ad ſenatum opus erat? dicam quod ſentio. Duæ partes erant agri Campani, una publica, de qua Suetonius: *Agrum*, inquit, *Campanum, ad ſubſidia reip. vectigalem relictum, Cæſar diviſit extra ſortem viginti millibus civium, quibus terni, pluresve liberi eſſent.* Altera, quæ poſſidebatur a privatis, quam emi pecunia publica, & plebi item dividi Cæſar voluerat. atque hanc agri Campani partem cum in oratione in Rullum Cicero ſignificat, ubi de privatis agris, in publicum Campanum incurrentibus, loquitur: tum vero planiſſime in oratione pro domo his verbis: *Quis illam optimam, fertilemque Syriam, quis bellum pacatiſſimis gentibus, quis pecuniam, ad emendos agros conſtitutam, ereptam vi ex Cæſaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit?* Invehitur in Clodium, qui pecuniam illam, qua emi a privatis agri Campani partem lex Julia jubebat, ex ærario ſumptam

Gabinio

Gbinio dederat. Nec vero Gabinio tum, ſed ejus etiam collegæ Piſoni em ejus pecuniæ Clodius largitus . qua de re ſic in oratione in Piſo-: *Caverat ſibi ille ſororius adulter, ſi tibi provinciam, ſi exercitum, ſi niam, ereptam ex reip. viſceribus, ſſet, omnium ſuorum ſcelerum ſocium adjutoremque præberes.* Vocat *ere-n ex reip. viſceribus pecuniam*, quam ratione pro domo, *ereptam vi ex aris rebus actis.* Eodem ſpectat il- in epiſtola quinta libro ſecundo ad trem: *Acriorem cauſſam faciebat ino-pecuniæ.* Et epiſt. 17. libro ſecundo Atticum: *Quid ager Campanus, quid ſio pecuniæ ſignificant?* Erogandam m fuiſſe pecuniam in agri Campani ptionem, utrobique oſtendit. Hæc ur pars agri Campani, cujus diviſio licam pecuniam requirebat, Cæ-: conſule, qui legem tulit, diviſa eſt: nec diviſam puto ante civile um. Scribit enim hæc Cœlius Ci-oni, belli civilis initio: *Illud addo actiones C. Curionis, de agro Cam-o: de quo negant Cæſarem labora-, ſed Pompejum valde nolle; ne uus advenienti Cæſari pateat.* Su-or autem diviſionem illam ante ſaris necem non eſſe factam. ſunt m hæc in epiſtola D. Bruti, ſcripta ſare mortuo: *Quatuor legionibus iis, bus agros dandos cenſuiſtis, video fa-atem fore ex agris Sullanis, & agro npano.* Sed quæritur, cur eo uſque ducta diviſio ſit. Quia, cum Cæſar es, Bibulo de cælo ſervante, contra picia tuliſſet, ejus acta non liben- ſenatus comprobabat. nihil enim, n de cælo ſervaretur, agi cum populo erat. abundamus exemplis, vel ex Cicerone, vel ex veterum annali-. Dixerat igitur hanc ſententiam cero, ut idibus Maji de agro Cam-io, frequenti ſenatu, referretur. ſententia Pompejo, & iis, qui ſari ſtudebant, injectus timor eſt, de infirmandis omnibus ejus actis ſenatu ageretur: quandoquidem fal- auſpiciis nihil egerat, Bibulo de cælo ſervante. Nec vero primus Cicero poſt Cæſarem conſulem agendam agri Campani cauſſam cenſuit: nam P. Lentulo, & Q. Metello coſſ. in extremo anno, Lupus tribunus pl. de agro Campano retulerat: ut patet ex epiſtola prima libro ſecundo ad Q. Fr. Ejus autem agri diviſionem duabus de cauſſis improbabant boni viri; primum quia legem illam Cæſar contra auſpicia tuliſſet; deinde, quia pecunia publica, cujus inopia magna erat, emi agrum Campanum ex illa lege oportebat.

Frequenti ſenatu] Ut S. C. fieri poſſet contra Cæſaris legem de agro Campano dividendo. certus enim erat ſenatorum numerus; qui ſi non adeſſet, S. C. fieri leges vetabant. Unde illud M. Fulvii contra M. Æmilium, libro trigeſimo nono apud Livium: *Qui per infrequentiam S. C. factum ad ærarium detulerit.* Feſtus: *Numera ſenatum, ait quivis ſenator conſuli, cum impedimento vult eſſe, quo minus faciat S. C. poſtulatque, ut aut res, quæ adferuntur, dividantur, aut ſinguli conſulantur; aut, ſi tot non ſint ſenatores, quo numero liceat præſcribi S. C.* Legimus etiam apud Pedianum, C. Cornelium tribun. pleb. legem tuliſſe, ne quis in ſenatu legibus ſolveretur, niſi ducenti affuiſſent. Quod ſi quis neceſſarium S. C. conficiendo ſenatorum numerum ſcire velit, Dionem conſulat, cujus hæc ſunt verba libro quinquageſimo quarto: *Auguſtus, cum videret, frequentes non ſemper convenire ſenatores, decrevit, ut a paucioribus, quam quadringentis S. C. fieri poſſent: cum antea niſi quadringenti affuiſſent, rata non eſſent.*

Idibus Maji] Quo tamen die relatum non eſſe, ſcribit ipſe ad fratrem epiſt. 7. lib. 2. *Quod*, inquit, *idibus, & poſtridie fuerat dictum, de agro Campano actum iri; non eſt actum.* Ideo autem eo die, ut ſenatus decreverat, de agro Campano non eſt actum, quia ſententiam Cicero mutavit: quod indicant ea, quæ ſequuntur.

Num potui] Quis non videt, majo-

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rem in ſententia vim eſſe, ſi a particula, *Num*, incipiat, periodum claudente interrogandi nota, quam ſi a, *Non*, ſine eadem nota? & hæc vis hic maxime requiritur, ubi ſe Lentulo, tamquam bonum civem, nec exſulii mutatum calamitate, jactans, actiones pro rep. ſuas extollit. Eadem vis agnoſcitur libro primo de Oratore: *Num quod eloquentiæ veſtigium apparet?* pro, Nullum prorſus eloquentiæ veſtigium apparet. quod idem erat in ſententia, ſed, ut patet, languidius. Hæc, in re ſatis nota, tamen dixi: quia nonnullos dubitare audio, utrum rectius, *Num*, an *Non*.

Magis in arcem illius cauſſa invadere] Magis adverſari Cæſaris, ac Pompeji voluntati. tranſlatione uſus eſt, ad indicandam animi ſui fortitudinem accommodata. nemo enim, niſi fortis, & conſtans, in arcem invadit.

Temporum meorum] Quæ monere videbantur, ne quid contra potentium voluntatem agerem. quod cum antea feciſſem, cum P. Clodio ad perniciem meam conſpirarunt.

Actionum] Veterum actionum pro rep. cum quibus conſentire videbatur ſententia Ciceronis de agro Campano dicta, nulla eorum ratione habita, quorum ope reſtitutus erat ab exſulio.

Quorum numquam putaram] Pompejum ſignificari, ſatis conſtat ex iis, quæ ſequuntur.

Cum nihil mihi oſtendiſſet ſe eſſe offenſum] Nec enim, quid ſentiret, Pompejus oſtendere ſolitus eſt. epiſt. 5. *Noſti hominis tarditatem, & taciturnitatem.* epiſt. 1. lib. 8. *Solet aliud ſentire, & loqui.*

In Sardiniam, & in Africam] Ut frumentum ad urbem convehendum curaret: quam poteſtatem ex S. C. & lege ei mandatam eſſe, jam diximus epiſt. 1. lib. 4. ad Attic.

Lucam] Extremum opidum Galliæ Ciſalpinæ, quæ Cæſaris imperio cum Tranſalpina, & Illyrico regebatur. ad mare inferum Luca fuit, ad ſuperum Ravenna. ad utrumque igitur, ſalvis legibus, Cæſarem veniſſe conſtat. quod ſi citra Lucam, & Ravennam aliquod opidum ejus provinciæ fuiſſet: quis dubitat, quin eo venturus fuerit, ut cum Craſſo & Pompejo maximis de rebus loqueretur? Hæc qui ambigit, idem, ut meridie lucere neget, adducetur.

Venit] Antequam in Sardiniam proficiſceretur. ſic enim itineris ratio poſtulat: patet etiam in ſequentibus.

A Craſſo] Cujus defenſionem pro Gabinio Cicero ferre non potuerat. Infra: *Cum me diſputantem, non laceſſentem, læſiſſet; exarſi.*

In Sardinia] Quæro, quid hoc tempore negotii gereret in Sardinia Q. Cicero. an proprætor eam regebat? non videtur, neque conſentaneum eſt; cum Aſiæ jam triennium præfuiſſet. puto igitur eum iviſſe in Sardiniam, ut frumentum curaret, miſſum a Pompejo legationis nomine. nam & Pompejus, annonæ præfectus, quindecim legatos, frumentariæ curationis cauſſa, poſtulaverat a ſenatu; quod in epiſt. 1. lib. 4. ad Att. legimus; & eos confeſtim circa provincias, conquirendi frumenti gratia, dimiſit: quod Appianus lib. 2. bell. civ. ſcriptum reliquit. veri autem ſimile videtur, cum Pompejus in his legatis principem nominaverit M. Ciceronem, id ab eo muneris recuſatum eſſe, & in Quinctum fratrem eſſe tranſlatum: qui navigavit in Sardiniam Decembri menſe: quod ſignificat epiſt. 1. lib. 2. ad eum, in extremo. congruunt igitur tempora, dimiſſis hieme legatis a Pompejo ad regiones frumentarias, & Quincto Cicerone Decembri menſe in Sardiniam profecto. Præterea videtur omnino cum aliqua poteſtate Quinctus in Sardinia fuiſſe: quod ut ſentiam, facit illud epiſt. 5. lib. 2. ad eundem: *Quoſdam veniſſe Olbia dicebant, qui te unice laudarent, plurimique in provincia fieri dicerent.* Et in eadem epiſtola verba ſunt, quæ Luccejum Quincto ſucceſſiſſe demonſtrant; quod ea poteſtas, non, ut aliæ a ſenatu, vel a populo datæ, certum tempus ac defini-

tum

m haberet, ſed Pompeji tum dare-tu, tum auferretur arbitrio. *Lucce-jus*, inquit, *videre volebam, quod in Sa-iniam iter habebat. hominem conveni, ab eo petivi, ut quam primum te no-bis redderet.* ſtatim, dixit: *Tu, mi fra-ter ſimul ac ille venerit, primam navi-gationem, dummodo idonea tempeſtas ſit, niſeris.*

e, inquit, ipſum cupio] Lector ad-monendus, quod pertinet ad uſum La-tinæ linguæ, nec Ciceronem, nec Te-rentium, nec omnino quemquam reip. temporibus, *inquit*, uſurpare, niſi præ-.o aliquo verbo. quod non attigiſ-ſe, niſi peccare in hoc ſæpe non ob-ſcuri nominis homines animadverte-rem.

Pag. 39. *Dependendum tibi eſt*] missa perſolvenda. ductum ab æris gravis dependendi, id eſt perſolvendi, more priſco, antequam pecunia ſigna-retur. Plinius lib. 33. cap. 3.

poponditi] Receperat enim Pom-pejo Quinctus Cicero, ſi Marcus fra-ter in patriam ab exſulio revocaretur, eram eum daturum, ut Cæſaris acta ſenatu confirmarentur, nec omnino quidquam, quod aut ipſi Pompejo, aut Cæſari diſpliceret, eſſe facturum. do-cet hoc ea, quæ ſequuntur.

Quid multa] Cum rem conferre vo-lumus in pauca, utimur hoc loquendi genere, *quid multa? quid plura? quid quæris? quid multis opus eſt? quid pluri-bus opus eſt? quid verbis opus eſt?* &c, ſine interrogandi nota, *ne multa, ne multis, ne plura, ne pluribus, ne te multis morer, ne te multis teneam, ne ſim longior*; &, quod eſt in epiſt. 4. lib. 4. *ni quærere*: quæque præterea in ſuas Elegantias collegit Aldus filius.

Queſtus eſt graviter] Quod in Cæſa-ris injuria ſe quoque lædi putaret, vel propter affinitatem, vel communis po-tentiæ cauſſa.

Sua merita] In Marcum quidem Ci-ceronem præcipue, quem in patriam Lentulo conſule reduxerat, ſed fortaſſe etiam in ipſum Quinctum; quem fuiſſe tum ipſius Pompeji lega-tum in Sardinia ſuſpicamur.

De actis Cæſaris] Ut ea, quæ conſul Cæſar, adverſante, ac de cælo ſervante collega Bibulo, egerat, Ciceronis re-ſtituti ſententia confirmarentur. quod cum Pompejo Quinctus promiſiſſet, non præſtare fidem ejus Marcus frater in ea ſententia de agro Campano viſus eſt. Eadem cauſſa Cæſarem adduxit, ut ejici a Clodio Ciceronem pateretur. de quo ſic in oratione pro Sextio: *illi, ali-quo tum timore perterriti, quod acta illa, atque omnes res ſuperioris anni labefactari a prætoribus, infirmari a ſenatu, atque principibus civitatis putabant, tribunum popularem a ſe alienari nolebant, ſuaque ſibi propiora pericula eſſe, quam mea, lo-quebantur.* Et in eadem de provinciis; *Ecce illa, illa tempeſtas, caligo bonorum, & ſubita, atque improviſa formido, & terror injectus Cæſari de ejus actis, metus cædis bonis omnibus.*

Voluntate Cæſaris egiſſe] Hac de re ſic in oratione de provinciis: *Cneus Pom-pejus mihi teſtis de voluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea.*

Non poſſem] Quod ſenſum confir-matum deponere difficillimum eſſet.

Vibullium] Q. Vibullium, præfe-ctum fabrum Pompeji civili bello, ejuſ-demque copiarum ductorem. epiſt. 1. libro octavo ad Att. & epiſt. Pompeji ad Ciceronem eodem libro, & epiſt. Cæſaris lib. 9. ad Att. idemque lib. 1. bel. civ.

Integrum] Ne quid agerem. Ubi enim cœpta res agi, non amplius in-tegra videtur, ſed tamquam imminu-ta, detracta ſcilicet ea parte, quæ con-fecta jam eſt. Cœlius epiſt. 6. lib. 8. *De Dolabella integrum tibi reſerves, ſua-deo.*

Reſervarem] Reſervavit: ut epiſt. 7. lib. 2. ad fratrem demonſtrat: & hic in ſequentibus non obſcure cognoſci-tur.

Collegi ipſe me] Ut accuratius de offi-cio meo mecum ipſe conſiderarem, qua-ſi animum collegi. Hoc loquendi genus ipſe interpretatur in Tuſcul. 4. *Quid eſt, inquit, ſe ipſum colligere, niſi,*

 diſſi-

diſſipatas animi partes in ſuum locum cogere? Sic epiſt. 10. lib. 3. *Etſi graviter primo nuncio commotus ſum; tamen, ut me collegi, cetera mihi facillima videbantur.* Epiſt. 18. lib. 5. *Rogo, atque oro, te colligas, virumque præbeas, & , qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati ſumus, cogites.* Et ad Att. epiſt. 34. lib. 12. *Etſi minus urgeor, meque ipſe propemodum collegi: tamen indigeo tui conſilii.* Ad eundem epiſt. 21. lib. 15. *Tum me collegi, verens ne quid, mihi ille iratus, tibi noceret.* Ad M. Brutum epiſt. 13. *Judicium tuum magni æſtimans; idque veritus, me ipſe collegi.*

Cum ipſa quaſi repub. ſum collocutus] Quaſi ſum collocutus cum ipſa repub. non enim revera colloquimur cum repub. ſed ipſa cogitatio colloquii ſimilitudinem habet.

Perfuncto] Sic epiſt. 8. *Perfuncti laboribus maximis.* Nec abhorret ab uſu Latini ſermonis, ſi, *Perfuncti*, referas ad, *Multa*: cum Terentius quoque dixerit, *Functus eſt officium boni adoleſcentis.*

Quem bonum civem ſemper habuiſſet, bonum virum eſſe pateretur] In optima repub. nihil inter bonum civem, & bonum virum intereſſe, docet Ariſtoteles pluribus verbis lib. 3. Polit. nam in rep. optime inſtituta nihil eſt utile, quod non honeſtum. itaque bonus civis ab officio boni viri diſcedere non cogitur. Hic autem Cic. bonum civem a bono viro diſtinguit, quia patriæ ſimul & amicitiæ ſatisfacere non poſſit. verum, duobus propoſitis honeſtis, minori majus præferendum eſſe quis dubitet? major igitur patriæ, quam amicitiæ, habenda ratio eſt, quod ipſe lib. 3. Off. declarat. *Quæ videntur*, inquit, *utilia, honores, divitiæ, voluptates, & cetera generis ejuſdem, hæc amicitiæ nunquam anteponenda ſunt. at neque contra remp. neque contra jusjurandum, ac fidem, amici ſui cauſſa vir bonus faciet.* Quamquam, cum dicat, *Bonum virum eſſe pateretur*, quaſi gratiæ loco poſtulat ab ipſa rep. quod ab ejus rationibus alienum eſſe, id eſt, quod officio boni civis adverſari, non ignorat. Eandem ſententiam in oratione pro Plancio poſuit his verbis: *Res vero ipſa publica ſi loqui poſſet, ageret mecum, ut, quod ſibi ſerviſſem ſemper, numquam mihi, fructus autem ex ſeſe, non, ut oportuiſſet, lætos, & uberes, ſed magna acerbitate permiſtos tuliſſem; jam mihi ſervirem, conſulerem meis.*

In illis autem meis actionibus] Hactenus oſtendit, ſe & Pompeji cauſſa, cui deberet plurimum, & fratris ſui fide, quam Pompejo de ſe dederat, adductum eſſe, ne quid amplius contra Cæſaris voluntatem moliretur: nunc alteram cauſſam affert, cur a ſententia diſceſſerit, malevolentiam, & obtrectationem quorundam optimatum.

Videbantur] Quia, quod ad Cæſarem attineret, ſimul ad Pompejum, Cæſaris generum, attinere videretur.

Certorum hominum] Catonem in primis, Bibulum, L. Domitium, Cæſaris inimicos, deſcribit: de quibus infra: *Quidam homines, & iidem illi, quos ſæpe nutu, ſignificationeque appello, cum ſe maximum fructum cepiſſe dicerent ex libertate mea, meque tum denique ſibi eſſe viſum reip. qualis fuiſſem, reſtitutum; gaudere ſe dicebant, mihi & illum inimicum, & eos, qui in eadem cauſſa eſſent, numquam amicos futuros.* Eoſdem in oratione de provinciis deſignat: *A viris fortiſſimis, & de me optime meritis quibuſdam peto, ut, ſi ego illos meorum laborum, & incommodorum participes eſſe volui, ne illi me ſuarum inimicitiarum ſocium velint eſſe.*

Non ſatisfacere Pompejo] Quia meas actiones, ac ſententias ad illius voluntatem, de ſoceri potentia laborantis, parum accommodarem. Dicit idem epiſt. 5. lib. 4. ad Att. *Quibus ſententiis dixi, quod & ipſi probarent, lætati ſunt tamen, me contra Pompeji voluntatem dixiſſe.*

Pag. 40. *Erat hoc mihi dolendum*] Movebar fratris mei fide, Pompeji voluntate, certorum hominum malevo-

...ntia: ſed ea me res ad conſilii ...tionem graviſſime impulit, quod ... illi, quibus actiones meæ pro ...robabantur, inimicum non mo... eum, ſed legum, judiciorum, ... patriæ, bonorum omnium, me ...te oſcularentur, mihi ut ſtoma... facerent, de patria, deque ipſis ...e merito.

...micum meum] P. Clodium: quem ...nt antea, poſt, cum ille Cæſaris ...œpit oppugnare, diligere cœpe... de quibus in oratione de provin... *Leviſſime*, inquit, *feram, ſi for... aut iis minus probaro, qui meum ...um, repugnante veſtra auctoritate, ...unt; aut iis, ſi qui meum cum ini...ſuo reditum in gratiam vituperabunt; ...pſi & cum meo, & cum ſuo inimico ...tiam non dubitaverint redire.*

...um autem] Idem erat, *Vel potius:* ...us eſt eo correctionis genere, quod ...nationem præ ſe fert.

...amplexabantur, ſic in manibus ha...t, ſic fovebant, ſic, me præſente, ...bantur] Augent ſingula, & fami...atem, ac benevolentiam quoque ...rant.

...omachum facerent] Iram commo...t: locus pro locato. ſtomachus ... iræ ſedes eſt.

...nditus perdidi] Plane mihi impe...ne qua omnino re iraſcar. Dole..., inquit, non iraſcebar. Hanc ſi...udem adſciſcit Cicero in epiſtola ...ærelliam: ex qua recitat hæc ver...uinctilianus lib. 6. cap. 4. *Hæc aut ...o Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ...cho.*

...ic ego] Quarta ratio ad tuendam ...ilii mutationem: quod ſe non cum ...robis, ac perditis civibus; ſed cum ...me de repub. meritis conjunxerit. ..., rationem temporis, non locum, ...libi, notat: perinde ac ſi dixerit: ...: cum ita ſe haberent. uſurpatur ...e præſenti epiſt. 15. lib. 5. *Hic tu ea ...beſſe urbe miraris, in qua domus ni... delectare poſſit, ſummum ſit odium ...orum, hominum, fori, curiæ?* De ...erita autem re, in epiſt. 8. lib. 3.

Hic ego multa ſimul cogitavi.

Humano conſilio] Quantum homini licuit. non enim, ut omnia circumſpiciantur, hominis natura patitur.

Circumſpectis rebus omnibus] Probat id, quod dixit: *Non illi quidem ut mihi ſtomachum facerent.* nam ſi ſtomachum feciſſent; ſtatim iracundia præceps, nihil de boni civis officio cogitans, ad nova capeſſendæ reip. conſilia delatus eſſet, verum tanti non fuit injuria, ut ſuſceptam ab adoleſcentia ſententiam temere projiceret. circumſpexit prius omnia: rationes pro utraque parte ſubduxit: quarum ſumma facta, cognovit, plures eſſe cauſſas, quæ ad Cæſaris, Pompejique conjunctionem, quam quæ ad defendendas optimatum partes hortarentur. in Cæſare enim, & Pompejo præſidii plurimum ſibi contra ſuos inimicos paratum videbat: in optimatibus vero nihil fidei, nihil expertus erat conſtantiæ.

Et perditis] Sunt enim quidam ita improbi, ut perditi tamen non ſint: *perditi* vero, quorum ita mens a recta ratione diſceſſit, ut ad ſanitatem redire jam non poſſe videantur.

Rempub. teneri] Varie diverſis locis explicat hanc ſententiam. Epiſt. 8. *Res communes in amicorum noſtrorum poteſtate ſunt.* In eadem: *Qui potiuntur rerum.* Epiſt. 7. lib. 4. *Qui tenet remp.* Epiſt. 8. ejuſdem lib. *Qui omnia tenet.* Epiſt. 9. ibidem: *Omnia delata ad unum ſunt.* Epiſt. 13. ibidem: *Qui plurimum poteſt.*

Meis temporibus] Cinna, Mario, Sulla dominantibus.

Nonnullis aliis] Cum decemviri rempub. tenerent.

Non modo præmiis] Quidam hoc loquendi genus imperfectum judicarunt; quod, *Non modo non præmiis*, & apertius, & uſitatius eſſe videretur. nos, & auctoritatem veterum librorum, & Ciceronis conſuetudinem ſecuti omnino legimus, *Non modo præmiis.* valet enim idem, quod, *Non modo non præmiis*: ut ſit, *Non modo*, pro *Nedum.* Exempla

pla fidem facient. Epiſt. 17. lib. 9. *Hoc tamen ſcito, non modo me, ſed ne ipſum quidem principem ſcire, quid futurum ſit.* Quo item loco, *Non*, inculcatum erat, contra veteres libros. Sic & ep. 16. lib. 2. ad Att. *Qui mihi non modo præmiorum, ſed ne ſermonum quidem umquam fructum ullum, aut gratiam retulerunt.* In quo animadvertendum, *Præmiorum*, *ſermonum*, pro *præmiis*, *ſermonibus*, uſurpatum eſſe. Epiſt. 6. lib. 10. *Regnum non modo Romano homini, ſed ne Perſæ quidem cuiquam tolerabile.* Et epiſt. 24. lib. 11. *Mihi non modo iraſci, graviſsima injuria accepta, ſed ne dolere quidem impune licet.* Libro 1. de Oratore: *Neque ſolum inſcientiam meam, ſed ne rerum quidem magnitudinem perſpicit.* Et in oratione 2. in Rullum: *Si, non modo dena jugera dari vobis, ſed ne conſtipari quidem tantum numerum hominum poſſe in agrum Campanum, intelligetis: tamen ne vexari remp., contemni majeſtatem populi Romani, deludi voſmet ipſos diutius a tribuno pl. patiemini?* Tuſc. 1. *Mortuorum, non modo vitæ commodis, ſed ne vita quidem ipſa quiſquam caret.* Tuſc. 5. *Tertias, quod eſſent plane inanes, neque neceſſitatem modo, ſed ne naturam quidem attingerent, funditus ejiciendas putavit*, id eſt, & non modo non neceſſitatem. Suſpicarer & Cœlium epiſt. 11. lib. 8. ſcripſiſſe, *Non modo fecit*: quod eſt in pervulgatis libris, *Non modo non fecit.* nam a pleriſque abeſt antiquis libris alterum, *Non.* Varro lib. 8. ling. Lat. *Dicam de univerſa analogia, cur non modo videatur eſſe reprehendenda, ſed etiam cur in uſu quodam modo ſequenda.* Atque in his, quæ recitavi, locis, *Non modo*, uſurpatum videtur pro *Nedum.* Eadem loquendi conſuetudo agnoſcitur in Græcis. nam Iſocrates in oratione, quæ Πλαταϊκὸς inſcribitur: Οὐχ' ὅπως τῆς κοινῆς ἐλευθερίας μετέχομεν, ἀλλ' οὐδὲ δουλείας μετρίας ἠξιώθημεν τυχεῖν. Et in eadem infra.

Pag. 41. *Fortiſsimi viri*] Manifeſtis enim periculis non moveri, temeritatis eſt, non fortitudinis: quod a ſapientiſſimis proditum.

Ad eorum cauſſam me adjungerem] Cum iis in rep. non conſentirem, non ſequerer eorum ſententiam, meam voluntatem ad eorum dignitatem non aggregarem.

Cn. Pompejus] Arguit a Pompeji virtute, ſummiſque in remp. meritis: a Cæſaris vetere amicitia, & erga ſe, fratremque ſuum liberalitate: ab ipſa rep. Cæſaris rebus geſtis vehementer aucta: a Pompeji fratriſque ſui fide: a Platonis auctoritate: a ſua calamitate: ab optimatum quorundam invidia, & inconſtantia: a ratione temporum. quæ ſubjungit deinceps omnia diligenter, famam veritus improbitatis, non modo levitatis, & inconſtantiæ, præſertim apud Lentulum, bene erga rempub. animatum.

Princeps eſſet] Pro Plancio: *Ego Cn. Pompejum non tuear, quem omnes in rep. principem eſſe concedunt?* Princeps autem eo facilius in rep. Pompejus, quia Cæſar & Craſſus aberant, hic in Parthis, ille in Gallia bellum gerens.

Rebus geſtis] Majoribus, quam ſuperiorum omnium: ter enim triumphaverat, ex tribus orbis terræ partibus, Africa primum, deinde Europa, poſtremo Aſia, Mithridate victo.

In præ'ura, & in conſulatu] Prætor Maniliam rogationem ſuaſit, ut Pompejo Mithridatici belli cura mandaretur. exſtat oratio. conſul cum aliis eum ornavit officiis, tum etiam, quod retulit de ſupplicationibus decernendis, rep. Mithridatico bello feliciſſime geſta. *Me conſule referente*, ait in oratione de provinciis, *primum decem dierum ſupplicatio decreta Cn. Pompejo, Mithridate interfecto, confectoque Mithridatico bello: meaque ſententia, primum duplicata eſt ſupplicatio conſularis. mihi enim eſtis aſſenſi, cum ejuſdem Pompeji litteris recitatis, confectis omnibus maritimis, terreſtribuſque bellis, ſupplicationem dierum XII. decreviſtis.* Et epiſt. 4. libro tertio ad Q. Fr. *Ille, cum a me ſingularibus meis ſtudiis ornatus eſſet, &c.*

Auctoritate] Non poteſtate. privatus enim, cum actum eſt de reditu Ciceronis, Pompejus erat. ſic in oratione pro Milone: *Cn. Pompejus auctor, & dux mei reditus.* Et in oratione pro domo: *Hic, tibi, Lentule, graviſſimus auctor ad inſtituendam, fideliſſimus ſocius ad comparandam, fortiſſimus adjutor ad rem perficiendam fuit.* Auctoritatem etiam Lentulo tribuit in oratione pro Sextio, cum deſignatus conſul ſententiam in ſenatu dixit de Cicerone revocando.

Sententia] Quam dixit in ſenatu de reditu meo. In oratione pro Milone: *Cujus ſententiam ſenatus omnis de ſalute mea graviſſimam, & ornatiſſimam ſecutus eſt.* Pro domo: *Hic in ſenatu princeps ſententiæ fuit.*

Adjuviſſet] In recuperanda ſalute.

Haberet inimicum] Pulſo Cicerone, omnem ſuam vim contra Pompeji, Cæſariſque potentiam Clodius convertit. Quod autem iteravit *Inimicum*, non auribus modo, verum etiam ſententiæ conſuluit, cujus augeri vim, iterato verbo, apte tamen collocato, planè conſtat. nam ſi loco moveas, *inimicum* frigebit.

Quibuſdam in ſententiis paullum] Non omnibus, ſed in quibuſdam, nec omnino, ſed paullum.

Immutaſſem] Minus eſt, quam, *Permutaſſem*, aut *Commutaſſem*.

Summi viri] Quærit excuſationem moderatione quoque verborum. minuit primum ſuum factum, cum dixit, *Quibuſdam in ſententiis, paullum, immutaſſem.* hic autem facti cauſſam ſtudioſe auget, cum, inquit, *Summi viri, & de me optime meriti, dignitatem.* quæ mo[illegible]ngula.

Conjuncta, & cauſſa, & dignitas] Res enim utriuſque communis erat; cum & ſuperiora communi conſilio geſſiſſent; & utrique non publica libertas, ſed immoderata ipſorum potentia propoſita eſſet. quod ſi communis eorum cauſſa; ſequitur, ut communis item eorum dignitas ſit. itaque aggregare ſuam voluntatem ad Pompeji dignitatem Cicero non poterat, niſi junctum cum eo Cæſarem complecteretur.

Vetus amicitia] De qua ſic in oratione de provinciis: *Tempus illud familiaritatis, & conſuetudinis, quæ mihi cum Cæſare, quæ fratri meo, quæ C. Varroni, conſobrino noſtro, ab omnium noſtrum adoleſcentia fuit, prætermitto.*

Humanitas ejus, ac liberalitas] *Humanitas* poteſt eſſe in vultu & verbis, nullis præterea officiis: *liberalitas* ſine officio numquam eſt. utraque laude Cæſar excelluit. infra: *Sic enim te exiſtimare velim; cum a vobis, meæ ſalutis auctoribus, diſceſſerim, neminem eſſe, cujus officiis me tam eſſe devinctum non ſolum confitear, ſed etiam gaudeam.*

Litteris, & officiis] Litteris ad M. Ciceronem miſſis, officiis in Quinctum collatis: qui tunc erat Cæſaris legatus in Gallia. infra, & epiſt. ult. l. 4. ad Att. *Quinctum meum, dii boni, quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia: non ſecus, ac ſi ego eſſem imperator.*

Maximis rebus a Cæſare geſtis] Cæſaris hic, non Pompeji, mentionem facit: quod ad eum præcipue Campana cauſſa pertinebat: is enim, conſul de agro Campano dividendo legem tulerat.

Pag. 42. *Graviſſime autem me in hanc mentem impulit*] Animadvertenda copia, qua uſus eſt in augenda ſententia: tres enim quaſi gradus eſſe video. primum, *Multum valuit vetus amicitia*: alterum, *Vehementer res ipſa publica me movit*: tertium, *Graviſſime autem me in hanc mentem impulit & Pompeji fides, & fratris mei.* nam, *Impulit*, plus eſt, quam, *Movit*, quod jam dixerat.

Cæſari dederat] Cum ei pollicitus eſt, me, ſi reſtitueret, ejus actis adverſarium non futurum.

Apud Platonem] Platonis verba ſunt hæc libro quarto de legibus: Μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω, ὦ φίλοι, ἄλλῃ θᾶττον, καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν, ἢ τοὺς νόμους, ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ. Quorum verborum ſententiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Cicero ſatis plane, ſed more ſuo liberius expreſſit.

Quales in republ. principes] Quales ii, qui remp. gubernant. In oratione pro Sextio: *Nihil eſt, quod populus à delectis, principibuſque diſſentiat.* De ſummis autem civitatis viris, non de iis, qui ſingulari donantur imperio, intelligendum eſſe, oſtendit ipſe, quaſi hunc locum interpretans, libro tertio de Legibus. *Licet*, inquit, *videre, qualeſcumque ſummi civitatis viri fuerint, talem civitatem fuiſſe: quæcumque mutatio morum in principibus exſtiterit, eandem in populo ſecutam.* Similiter & Xenophon libro octavo de Cyri diſciplina: Ὁποῖοί τινες ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται. Et Iſocrat. ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα, περὶ τοῦ βασιλεύειν· Τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. idem in ea, quæ inſcribitur Νικοκλῆς: Φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας. Et in Areopagitico: Τοιούτους ἔλπιζον ἔσεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους, οἷοί περ ἂν ὦσιν οἱ τῶν πραγμάτων ἐπιστατοῦντες. Et in Eccleſiaſtico: *Qualis rector eſt civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Idem agnoſcitur in omni diſciplina, & arte, præſertim in re militari. bonum enim, malumve ducem in utramque partem milites imitantur. de quo Salluſtius in Jugurtha: *Dum hæc Romæ geruntur, qui in Numidia relicti a Beſtia exercitui præerant, ſecuti morem imperatoris ſui, plurima & flagitioſiſſima exitia fecere.*

Tales reliquos ſolere eſſe cives] Ex quo intelligebam, mutato optimatum ſenſu, mihi quoque & ſententiam, & voluntatem eſſe mutandam. Infra: *Non offendes eundem bonorum ſenſum, Lentule, quem reliquiſti.* Et paullo poſt: *Tota ſapientium civium, qualem me & eſſe, & numerari volo, & ſententia, & voluntas mutata eſſe debet.*

Ea fundamenta jacta] Labat ædificium, fundamentis male jactis; firmum eſt, bene conſtitutis. prima igitur conſulis Ciceronis actio quaſi fundamentum fuit publicæ libertatis, atque conſtantiæ. conſulis enim virtute ſenatus excitatus, extremo anno, cum de pœna conjuratorum ageretur, eandem virtutem imitatus eſt.

Ex Kalend. Jan.] A primo magiſtratus die per totum deinde annum. In Piſonem: *Ego Kalendis Jan. ſenatum, & bonos omnes, legis agrariæ, maximarumque largitionum metu liberavi.*

Confirmandi ſenatus] Ut ad eam, quæ principem ordinem decet, animi conſtantiam, atque ad ſtudium defendendæ reipubl. meo excitarentur exemplo.

Nonis Dec.] Quo die de conjuratis extremo ſupplicio afficiendis S. C. factum eſt. hinc illa vox pro Flacco: *O nonæ illæ Decembres, quæ me conſule fuiſtis: quem ego diem vere natalem hujus urbis, aut certe ſalutarem appellare poſſum.* & M. Brutus in epiſt. ad Atticum: *An, quia non omnibus horis jactamus idus Martias, ſimiliter atque ille nonas Decembres ſuas in ore habet, eo meliore conditione Cicero pulcherrimum factum vituperabit, quam Beſtia & Clodius reprehendere illius conſulatum ſoliti ſunt?* Et in oratione poſt reditum in ſenatu.

Vel animi, vel auctoritatis] *Animi*, in dicendis ſententiis: *auctoritatis*, quia, quod ſenatus in conjuratos decrevit, perfectum eſt. non enim fortaſſe valuiſſet ejus ordinis auctoritas, niſi eum jam antea confirmatum eſſe conſtaret.

Idemque memineram] Sui conſulatus beneficio unum fuiſſe bonorum ſenſum uſque ad Cæſarem & Bibulum conſules, demonſtrat. quo magis confirmat illud Platonis, *Quales in republ. principes, tales reliquos ſolere eſſe cives.*

Vſque ad Cæſarem, & Bibulum coſſ.] Per triennium.

Pondus] Cæſare enim conſule, contemni cœpta eſt, ac levis eſſe ſenatus auctoritas: &, quam a ſenatu non impetrabat, a populo, Vatinia lege, citeriorem Galliam conſul accepit.

Poſtea] Poſtero anno, Piſone, & Gabinio coſſ.

Hiſpaniam citeriorem] Vt duæ Galliæ, ſic duæ Hiſpaniæ fuere, ulterior, & citerior. citeriorem ex prætura, quam A-

franio,

fran & Metello coſſ. geſſerat, Lentulu btinuit, Cæſare, & Bibulo coſſ. id C ar ipſe libro primo bell. civil. teſtat.

C imperio] Lege curiata dato, ſine qua m militarem attingere non licuit. in llum orat. 2.

catores] Qui meam ſalutem ac-cep pretii loco provinciis, tribuno pl odio vendiderint. Pro Sextio : *fecerunt cum tribuno pl. palam, ut ab inci as acciperent, quas ipſi vellent, , ſi ipſi prius tribuno pl. afflictam tradidiſſent. id autem fœdus, meo ne ictum, ſanciri poſſe dicebant.* ide pro domo, de provinciis, in Pi-ſon n.

vos] Quas Piſo & Gabinius im-per conſulari ſeditiones exſtinguere deb erunt, eas, tamquam ſervi, impe-ra iis tribuno pleb. adjuverunt. Clo-diu enim ſeditionis ducem, ſervos, ac mi ſtros conſules fuiſſe oſtendit.

ſus] Non mea culpa, ſed caſus. Et ait, *Quidam caſus*, ne originem inimi-citi um cum Clodio, pluribus verbis ex nat.

put meum] Me. ponit enim par-te pro toto, & eam partem, in qua vi-ta micilium eſt.

aſi certaminis cauſſa] Speravit Cl ius, ſi Ciceronem vexaret, eam fo-re auſſam bonos cum improbis com-mi endi.

ediam contentionem] Erat enim int cives ex partium diſſenſione con-ten o, ſed ſine armis. ex ea contentio-ne rtamen potuit exſiſtere: idque ſpe-r ant improbi, conjecto in medium, ad animos concitandos, capite Ci-ce nis.

g. 43. *Mirifica*] Apta notetur ad lificandum copia, *Mirifica, Incre-is, Singularis.*

nſenſio] Quidam libri, in iis Me-ns, *Conſenſus.* quod erratum libra-it.

natus] Promulgata enim Clodii adverſus eos, qui cives Romanos ta cauſſa condemnaſſent (quibus is, Ciceronis nomine ſuppreſſo, pernicies tamen ei parabatur) ſenatus, quod in ſummo dolore fieri ſolitum eſt, veſtitum mutavit: conſuleſque Piſo, & Gabinius vere ſeditionum ſervi, ac miniſtri, ſenatum ad veſtitum redire juſſerunt.

Italiæ] Quam ad defendendum paratam Cicero pro ſe pugnare noluit. atque hac tota de re libet verba ſubſcribere, in primis ad hunc locum accommodata, quæ ſunt in oratione pro Sextio: *Erat in luctu ſenatus: ſqualebat civitas, publico conſilio mutata veſte: nullum erat municipium Italiæ, nulla colonia, nulla præfectura, nulla Romæ ſocietas vectigalium, nullum collegium, aut concilium, aut omnino aliquod commune conſilium, quod tum non honorificentiſſime decreviſſet de mea ſalute: cum ſubito edicunt duo conſules, ut ad ſuum veſtitum ſenatores redirent.* Et paullo poſt: *In cauſſa tam bona, tanto ſtudio ſenatus, conſenſu tam incredibili bonorum omnium, tam parato, tota denique Italia ad omnem contentionem expedita, ceſſi tribuni pl. furori.*

Non dicam, quid acciderit] Quibus cauſſis afflictus ſim, non exponam: ne multos lædam.

Brevi] Et *Brevi*, & *Breviter* eodem ſenſu Cicero dixit: quod veteres quoque Grammatici notarunt. Sulpicius etiam epiſtola quinta libro quarto: *Decrevi brevi ad te perſcribere.*

Pag. 44. *Non mihi exercitum*] Cum & equeſtris ordo, & omnes boni ſummum in illius defendenda ſalute ſtudium profiterentur. de quo ſic in oratione pro Sextio: *Quid agerem, judices? ſcio enim, tum non mihi veſtrum ſtudium, ſed meum prope veſtro defuiſſe.*

Duces] Tres maxime deſignat, Pompejum, Cæſarem, Craſſum: qui cur eum deſeruerint, cauſſa explicatur in eadem oratione. *Illi, inquit, aliquo tum timore perterriti, quod acta illa, atque omnes res ſuperioris anni labefactari a prætoribus, infirmari a ſenatu, atque principibus civitatis putabant, tribunum popularem a ſe alienare nolebant, ſuaque ſibi propiora pericula eſſe, quam mea, loquebantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Qui reliquerunt] Reliquit eum, præter cæteros, Pompejus, pollicitus non ſemel, ei ſe numquam defuturum. de quo ſic epiſt. 20. libro ſecundo ad Att. *Clodius adhuc mihi denunciat periculum. Pompejus affirmat, non eſſe periculum; adjuvat; addit etiam, ſe prius occiſum iri ab eo, quam me violatum iri.*

Simularunt] Significat eos, qui Ciceroni auctores fuerunt, ut Clodio cederet; ne inter cives pernicioſa contentio excitaretur. De Hortenſio ſic ep. 3. lib. 1. ad fratrem: *Me ſceleratiſſime, inſidioſiſſimeque tractavit.*

Illud quidem certe noſtrum conſilium jure laudandum eſt] Veritus, ne conſilium ſuum de complectendis Pompejo, & Cæſare, parum fortaſſe probaretur, duobus affirmantibus verbis alia de re uſus eſt. nam, *Quidem certe*, poſt incertam, aut non ſatis probatam rem ponuntur, ut epiſt. 14. lib. 4. *Opera, conſilio, ſtudio quidem certe.* Et epiſt. 15. libro 16. *Spero tibi ex tuis litteris melius eſſe, cupio quidem certe.*

Qui meos cives] *Qui*, refertur ad, *Noſtrum conſilium*: habetur enim ratio ſententiæ potius, quam Grammaticæ.

A me ſervatos] Conjuratione exſtincta.

Spoliatos ducibus] Dixit jam, ſibi duces defuiſſe.

Servis armatis objici noluerim] Sæpe hoc Cicero gloriatur. in oratione quidem pro Sextio ſic: *Te patria, obteſtor, & vos penates, patriique dii, me veſtrarum ſedium, templorumque cauſſa, me propter ſalutem meorum civium, quæ mihi ſemper fuit vita mea carior, dimicationem, cædemque fugiſſe.* Servos autem ſignificat, quos ſibi conciliaverat Clodius, collegiorum nomine: de quibus in oratione in Piſonem: *Collegia, non ea ſolum, quæ ſenatus ſuſtulerat, reſtituta ſunt, ſed innumerabilia quædam nova, ex omni fæce urbis, & ſervitio conſtituta.* Et in eadem paullo poſt: *Pro Aurelio tribunali delectus ſervorum habebatur ab eo, qui nihil ſibi umquam nec facere, nec pati turpe duxit.* Et pro domo: *Cum in Aurelio tribunali conſcribebas palam non modo liberos, ſed etiam ſervos, ex omnibus vitiis concitatos, vim tum videlicet non parabas.* Et pro Sextio: *Iiſdem conſulibus inſpectantibus, ſervorum delectus habebatur pro tribunali Aurelio, nomine collegiorum, cum vicatim homines conſcriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur.* Et poſt reditum ad Quir. *Ego, cum homines in tribunali Aurelio palam conſcribi centuriarique vidiſſem, armis decertare pro mea ſalute nolui.*

Pro me ſtante] Incolumi, ante quam ejicerer. ſic epiſtola ſecunda libro ſeptimo: *Magnum quiddam ſpectavit, nec ſua quidem ſponte, ſed eorum auxilio, qui me ſtante, ſtare non poterant.* Et epiſtola ſexta libro ſexto: *Cum me ex republ. expuliſſent ii, qui illam cadere poſſe, ſtante me, non putarunt.*

Pag. 45. *Afflictum*] Antitheta, *Stante, Afflictum.*

Excitare] Proprie excitamus dormientes. unde epiſtola decimaquarta libro decimo ſexto: *Excita e ſomno tuas literas.* Transfertur ad alia, ut hic, & epiſtola prima libro ſexto: *Cunctantem & diffidentem excitare.*

Cum de me ageres] Vt in patriam redirem

Qua in cauſſa] *Cauſſam* vocat totum id, quod ad ipſum pertinet. Epiſtola prima.

Prædicabo libenter] Beneficium enim libenter prædico, injuriam obliviſcor.

Quibuſdam] Ii ſunt, de quibus jam dixit, *Certorum hominum ſermones referebantur ad me.*

In tenendo] Vel quia timuerint, vel quia ſe timere ſimularint.

Suam auctoritatem] Quam amiſerunt ſtultitia, & inconſtantia ſua, cum in gratiam redierint cum P. Clodio inimico meo, nec eam quam ego expectaveram, in meis rebus voluntatem præſtiterint. Hoc & paullo poſt oſtenditur, & epiſt. 7. ſignificatur iis verbis: *Profeciſſe tantum mihi videntur ſtultitia, & inconſtantia adverſariorum, ut jam etiam auctoritate plus valerent.* Significat enim, ſe commotum eorum injuriis,

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſare in gratiam rediiſſe, eique entia ſupplicationes, ſtipen- gatos decreviſſe.

Pag. 76. *Ad cauſam adjuncto*] Cum ſalute propugnationem ſuſce- ta Clodium, & reliquos, qui me, quam ſenatus auctorita- oppugnaverant.

laribus] In oratione de pro- non *ſingulares*, ſed *prope ſingu-* Cæſari honores eſſe decretos; men loquitur inconſtanter. hic bet rationem præteriti tempo- d eos honores antea nemo con- eſſet; ibi autem futuri, quod ſi- ope nemo conſequi poſſe vide-

honoribus, ac judiciis ſenatus] atione quindecim dierum, ſti- exercitus, decem legatis. epiſto- na: *Ego C. Cæſaris laudibus de- us primum populi Romani, nunc natus, cui me ſemper addixi, plu- tque ampliſſimis judiciis videam bratas?*

um illa furta] Significatur illud , cum Clodius, amore captus iæ, Cæſaris uxoris, ad eam in- , ubi ſacrificium Bonæ deæ pro fiebat. ad Atticum epiſtola de- pro primo, *P. Clodium, te credo , cum veſte muliebri deprehenſum Cæſaris, cum pro populo fieret.* Sed n refertur ad proximum ver- *Conſecuta.* non enim illa furta, nis reditum conſecuta: ſed ea ſerat Clodius, Meſſalla, & Piſo- . id eſt, triennio ante Ciceronis m. Eſt igitur, *Primum illa furta,* e ac ſi dixerit, Primum illa furta nt. quibus jam antea polluerat s ædem Bonæ deæ. Sed hoc et- hementer dolendum, quod proxi- tigit, qui & tres ſorores ſuas verat, & in opertum Bonæ deæ, ris non licebat, noctu flagitii introierat, poſt reditum meum ccuſatum a Milone tribuno pleb. itatem tamen eſſe conſecutum. nus Bandinellus, & alii eum ſecuti, legendum putarunt, *Furia,* pro *Furta*, locum alioqui mutilum arbitrati: quem tamen interpungendi ratio ſic adjuvat, ut nihil deſiderari ſatis conſtet. nec tamen cujuſquam induſtriam reprehendo: ſed a veteribus libris (omnes autem mei, & Mediceus etiam habet, *Furta*: quod, ut oſtendi, ſententia non reſpuit) ſine magna cauſſa diſcedendum non exiſtimo. Ridicule autem nonnulli de interpungendi notis antiquos libros conſulunt, diverſos omnino, ad hanc quidem partem quod attinet, a recentioribus impreſſis. nam, *Illa furta religionum muliebrium*, ſententia ita fert, ſi, *Furta religionum*, pro nocturno flagitio in ſacris uſurpentur.

Bonam deam] Cui ſacrificabant mulieres in domo Pont. max. hac de re ſatis copioſe in oratione pro domo, de haruſpicum reſponſis, pro Milone, in Paradoxis. Feſtus etiam ſic: *Damium ſacrificium fiebat in operto, in honorem Bonæ deæ, dictum a contrarietate, quod minime ſit δημόσιον, id eſt, publicum. dea quoque ipſa Δαμία, & ſacerdos ejus Δαμιάς appellabatur.* Arnobius autem, Lactantii Firmiani magiſter, lib. 5. adverſus gentes, *Fatam*, inquit, *Fatuam, Bona quæ dicitur dea, tranſeamus: quam myrteis cæſam virgis, quod, marito inſciente, ſeriam meri ebiberit, plenam, Sex. Clodius indicat ſexto de diis Græcorum, ſignumque monſtrari, quod, cum ei divinam rem mulieres faciunt, vini amphora conſtituatur obtecta, ne myrteas fas ſit inferre verbenas, ſicut ſuis ſcribit in Cauſſalibus Plutarchus.* Sunt autem, quæ *Cauſſalia* vocat Arnobius, Plutarchi Problemata: in quibus hoc de Bona dea legitur. Aliter Macrobius libr. 1. Satur.

Tres ſorores] Quas a Clodio ſtupratas, conſtans fama fuit. Tres autem, an duæ potius Clodii ſorores fuerint, quæro, diſſimilitudine locorum in dubitationem adductus. hic quidem tres nominat Cicero, & Plutarchus in Ciceronis vita, his verbis: Λούκουλλος δ' ὁ καὶ θεραπαινίδας παρεῖχεν, ὡς συγγένοιτο τῇ νεωτάτῃ τῶν ἀδελφῶν ὁ Κλώδιος, ὅτε Λουκούλλῳ συνῴκει. πολλὴ δὲ ἦν δόξα, καὶ

ταῖς ἄλλαις δυσὶν ἀδελφαῖς πλησιάζειν τὸν Κλώδιον, ὧν Τερεντίαν μὲν Μάρκιος Ῥὴξ, Κλοδίαν δὲ Μέτελλος ὁ Κέλερ εἶχεν, ἣν Κοδραντίαν ἐκάλουν, &c. Adverſatur Varronis teſtimonium. libro enim tertio de re ruſt. ſic loquentem Appium induxit, P. Clodii fratrem: *Cum pauper cum duobus fratribus & duabus ſororibus eſſem relictus: quarum alteram ſine dote dedi Lucullo.* In hac varietate non facile eſt verum dijudicare: Varroni tamen libentius aſſentimur: nec mentiri Ciceronem, aut Plutarchum opinamur: qui fortaſſe tres Clodii ſorores ita nominarunt, ut duas germanas, iiſdem parentibus natas, ſignificarent, tertiam patruelem, aut conſobrinam, e Terentia gente: quod Plutarchus indicat, qui nuptam Q. Marcio Terentiam vocat. quem locum olim depravatum ſuſpicabar, & legendum *Tertiam*: poſtea mutavi ſententiam, cum animadvertiſſem, νεωτάτη, dictum eſſe a Plutarcho de ea, quæ L. Luculli uxor fuit. Sic epiſt. 3. ad Att. lib. 4. *Contentio trium fratrum turpis*: quo loco duo germani fratres, Appius, & Publius, ſignificantur, tertius patruelis Q. Metellus Celer, cujus patris ſoror fuerat mater P. Clodii. De duabus autem ſororibus a Clodio ſtupratis, ea ſcilicet, quæ Metello, & ea, quæ Lucullo nupſit, mentionem ſæpe facit idem, qui tres hic nominat, Cicero in orationibus pro domo, pro Sextio, in Piſone, pro Cœlio, pro Milone.

Pag. 47. *Impunitatem eſt eorum ſententiis aſſecutus*] Ne quis putet hoc dici, Clodium abſolutum eſſe judicum ſententiis, in eo judicio, quod de violatis Bonæ deæ ſacris factum eſt: quod ante Ciceronis exſulium factum erat: ſed, quorundam optimatum, quorum hic Cicero inconſtantiam, & perfidiam accuſat, ſententiis, in ſenatu dictis, factum eſſe, ut judicium illud, quod Milo tribunus pl. Clodio de vi accuſato intendebat, omitteretur; ex quo non abſolutus Clodius, (non enim *abſolutus* dicitur, de quo latæ ſententiæ non ſunt) ſed impunitatem conſecutus, quia punitus non eſt, vere, ac proprie dicitur. Tota vero res ita ſe habet. Reſtituto Cicerone, cum ejus domus ex S. C. reficeretur, expulſi a Clodio fabri de area ſunt: diſturbata porticus Catuli, quæ ipſa quoque ex S. C. reficiebatur, & ad tectum pæne pervenerat: Q. Ciceronis domus primo fracta conjectu lapidum, deinde inflammata. Neque hac una vi contentus quievit Clodius, ſed, ſexto poſt die, cum lapidibus, fuſtibus, gladiis M. Ciceronem inſecutus eſt: ſequenti autem die Milonis domum expugnare, & incendere ita conatus eſt, ut palam cum ſcutis homines eductis gladiis, alios cum accenſis facibus adduxerit, propterea Milo tribunus pl. eum de vi accuſavit. Sed judicium, opera Clodii, ejuſque amicorum, uſque eo perductum eſt, donec habitis ædiliciis comitiis, Clodius ædilis creatus in judicium vocari non potuit. non enim vocare in judicium eos licuit, qui magiſtratum gerebant. hoc igitur queritur Cicero, & jure queritur, quod, cum ageretur in ſenatu, utrum ante comitia judicium fieret, quod Milo, Cicero, nec pauci præterea, bene de rep. ſentientes, exoptabant, an, quod Clodius, ejuſque factio poſtulabat, ut comitia ante judicium haberentur: quo poſſet, magiſtratum adeptus, pœnam effugere; S. C. factum ſit, ut poſt comitia judicium fieret: in quibus poſitam eſſe Clodii, nocentiſſimi hominis, ſalutem, licebat intelligere. Hac de re ſic in oratione pro Sextio: *Volitat ædilis, accuſat eum, qui aliqua ex parte ejus furorem exſultantem repreſſit: hic accuſare eum moderate, a quo ipſe nefarie accuſatur, per ſenatus auctoritatem non eſt ſitus.* Non licuiſſe Miloni per ſenatus auctoritatem Clodium accuſare, demonſtrat. In oratione autem de provinciis, *Qui meum*, inquit, *inimicum, repugnante veſtra auctoritate, texerunt.* Præterea epiſt. 3. lib. 4. ad Att. & 1. lib. 2. ad Q. Fr. *Impunitatem igitur Clodius aſſecutus eſt, quia judicium fieri de eo, ædile creato, non licuit. Optima-*

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tem in ſententiis, quia comitia fieri ante judicium voluerunt. Nec tamen omnes notat optimates, ſed tantum eos, qui judicium de Clodio a Milone accuſati fieri noluerunt. nam bonos aliquem in ſenatu pro Milone, id eſt pro rep. ſenſiſſe, ſatis oſtendit iis verbis, quæ jam recitavimus ex oratione de provinciis. cum enim dixit: *Quem inimicum, repugnante veſtra auctoritate, texerunt,* optimatum duo genera ſignificat, eos, qui Clodium texerunt, & eos, qui repugnarunt.

Tribunus pl.] Milo.

Pœnas perſequi] Supplicium ſumere.

A ſeditioſo cive] A Clodio, qui fratrem bonis area Ciceronis expulerat, domum Q. fratris fregerat, atque inflammaverat, Milonis oppugnaverat, ejuſdem generis alia commiſerat.

Per bonos viros] Per judices integerrimos.

Suſtulerunt] Milo præclariſſimum exemplum vindicandæ ſeditionis, Clodii damnatione, voluit in rempub. inducere: at hi contra, Clodio impunitatem aſſecuto, exemplum illud egregium, quod ab omnibus comprobatum fuit, de republ. ſuſtulerunt. id maxime per conſulem Metellum Nepotem, per Appium, P. Clodii fratrem, prætorem, per Serranum tribunum plebis actum eſſe, oſtenditur in oratione pro Sextio, his verbis: *Deſcendit Milo ad accuſandum: quis umquam tam proprie reip. cauſſa? fracti erant animi omnium. hoc enim accuſante, priſtini illius judicii turpitudinem deſperabant. ecce tibi conſul, prætor, tribunus pl. nova novi generis edicta proponunt: ne reus adſit: ne citetur: ne quæratur: ne mentionem omnino cuiquam judicum, aut judiciorum facere liceat.*

Eamque non meum monumentum, non enim illæ manubiæ meæ, ſed operis locatio mea fuerat, monumentum vero ſenatus cruentis inuſtum litteris eſſe paſſi ſunt.] Hac tota re diligenter indagata, ſatis, opinor, comperta, ſententiam Ciceronis, quam breviſſime, aut certe quam planiſſime potero, conabor oſtendere. Tria monumenta, treſque eorum inſcriptiones, in ſingulis ſingulæ, fuerunt. Primum, atrium Libertatis, in imo Palatii clivo, ſenatus decreto ædificatum, locante Cicerone conſule, poſt oppreſſam Catilinæ conjurationem: ut conſervatæ libertati honor haberetur, exſtaretque publicum monumentum civitatis ab impiorum manibus ereptæ. in hoc atrio cruentas illas litteras, deleta priore inſcriptione ſenatus, Clodius tribunus pl. incidit, quinquennio poſt Ciceronem conſulem: quas litteras manſiſſe, ſenatus maxima ignominia, cum ſummo Ciceronis dedecore conjuncta, queritur in hac epiſtola Cicero: quam ſcripſit, L. Domitio, Ap. Claudio coſſ. quadriennio poſt Clodii tribunatum. Eandem rem attigerat biennio ante, Marcellino, & Philippo coſſ. in oratione de haruſpicum reſponſis: in qua ſunt hæc: *Imperatorum monumenta evertit: inimicorum domos diſturbavit: veſtris monumentis nomen ſuum inſcripſit.* Cum dixit, *Nomen ſuum inſcripſit*, non dubito quin ſignificaverit eas litteras, quas hic, facta ejuſdem monumenti mentione, *cruentas* appellavit. Quod autem dixi, hoc atrium in clivo Palatii infimo potius, quam in ſummo, fuiſſe; eo ſum adductus, quia in epiſt. 17. ad Att. lib. 4. ita ſcriptum eſt: *Ut forum laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis explicaremus.* Nam ad radicem Palatii, ubi atrium Libertatis fuiſſe dixi, non ad ſummum collem, illam fori partem ex voluntate Cæſaris explicare Cicero cogitaverat. Hoc atrium non puto ſacrum, & dedicatum fuiſſe: quia leguntur hæc in oratione pro Milone: *Quæſtiones urgent Milonem, habitæ in atrio Libertatis.* Non enim arbitror quæſtiones de ſervis haberi potuiſſe in ſacris locis: niſi ſi in ea oratione non illud ſignificatur atrium Libertatis, quod ſenatus decreto, Cicerone conſule, factum diximus, ſed illud, quod multis ante annis Romæ fuit, de quo Livius lib. 3. *Cenſores in atrium Liber-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tis adſcenderunt; &, ibi ſignatis tabellis publicis, clauſoque tabulario, & dimiſſis ſervis publicis, negarunt ſe prius quidquam publici negotii geſturas, quum judicium populi de ſe factum eſſet. Alterum monumentum eſt porticus a Q. Catulo, C. Marii conſulis collega, de manubiis Cimbricis exſtructa: quam porticum eodem anno Clodius, quo Ciceronem expulit, evertit; ſublatoque Catuli nomine, ſuum incidit. evertit autem, non ut aream faceret, ſed ut ex ea, & everſæ Ciceronis domus parte novam porticum exſtrueret, ſicuti exſtruxit. qua de re ſic in oratione pro domo: *Hanc vero, Pontifices, labem turpitudinis, & inconſtantiæ poterit populi Romani dignitas ſuſtinere, vivo ſenatu, vobis principibus publici conſilii; ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci, ad memoriam pœnæ publicæ conſtitutæ, conjuncta eſſe videatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra ſalutem reip. ſenſerat, & ſenatus ſententia eſt interfectus; & ejus domus everſa, & publicata eſt: in qua porticum poſt aliquanto Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. ita autem fax, ac furia patriæ, cum urbem Piſone & Gabinio ducibus cepiſſet, occuparet, teneret, uno eodemque tempore & clariſſimi viri mortui monumenta delebat, & meam domum cum M. Flacci domo conjungebat: ut qua pœna ſenatus affecerat everſorem civitatis, eadem iſte, oppreſſo ſenatu, afficeret eum, quem P. C. cuſtodem patriæ judicaſſent.* Quæ ſequuntur, ad novam porticum pertinent, id eſt, ad eam, quam tum ex everſæ Ciceronis domus parte, tum ex Catuli porticu Clodius fecerat. *Hanc,* inquit, *in Palatio, atque in pulcherrimo urbis loco porticum eſſe patiemini, furoris tribunicii, ſceleris conſularis, crudelitatis conjuratorum, calamitatis reip., doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium ſempiternam? quam porticum pro amore, quem habetis in remp. & ſemper habuiſtis, non modo ſententiis, ſed, ſi opus eſſet, manibus veſtris diſturbare cuperetis.* De tota porticu locutus ea ſubjungit, quæ non ad totam attinent, ſed ad partem dumtaxat dedicatam, id eſt ad eam, quam e Ciceronis domo Clodius Libertati dedicaverat: nam, quæ pars in vetere Catuli porticu a Clodio facta eſt, eam cur dedicatam putem cauſſæ nihil video. *Niſi quem,* inquit, *illius caſtiſſimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret. O rem, quam homines ſoluti a cura ridere non deſinunt, triſtiores autem ſine maximo dolore audire non poſſunt! Publiuſne Clodius, qui ex Pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit?* Addam & illud ex eadem oratione de Catuli monumento teſtimonium, in quo eſt luculenta apoſtrophe ad Q. Catulum: *Tu, Q. Catule, M. Fulvii domum, cum is fratris tui ſocer fuiſſet, monumentum tuarum manubiarum eſſe voluiſti; ut ejus, qui pernicioſa reipub. conſilia cepiſſet, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. hoc ſi quis tibi, ædificanti illam porticum, diceret: fore tempus, cum is tribunus pleb. qui auctoritatem ſenatus, judicium bonorum omnium neglexiſſet, tuum monumentum conſulibus non modo inſpectantibus, verum adjuvantibus, diſturbaret, everteret, idque cum ejus civis, qui remp. ex ſenatus auctoritate conſul defendiſſet, domo conjungeret: nonne reſponderes, id, niſi everſa civitate, accidere non poſſe?* De litteris autem huic monumento inſcriptis, infra ſic: *Tu procella patriæ, turbo, ac tempeſtas pacis, atque otii, quod in naufragio reipubl. tenebris offuſis, demerſo populo, everſo atque ejecto ſenatu, dirueris, ædificaris, religione omni violata, reip. tamen nomine contaminaris, in civis hujuſce ædibus, & in urbe, quam ſuis laboribus ac periculis conſervaſſet, monumentum deletæ reip. collocaris ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium, ſublatoque Q. Catuli nomine, incideris, id ſperaſti remp. diutius, quam quoad mecum ſimul expulſa careret his mœnibus, eſſe laturam?* Locum autem hujus inſcriptionis veriſimile eſt fuiſſe, non ubi antea fuerat inſcriptio Catuli, quæ fuit in media vetere porticu, ſed in

media

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

med parte totius novæ porticus. nam,
ſi Catuli porticum Clodius evertit, ean-
demque ita ædificavit, ut, adjuncta
Ciceronis ædium parte, longiorem fa-
ceret quod multa confirmant: quis
dubitet, mutatum quoque inſcriptio-
nis locum? quod ſi locus mutatur; cer-
te nusquam aptior, quam in media no-
porticu. Hic quæri poteſt, manſerit
ne, reſtituto Cicerone, hæc inſcriptio,
... manſiſſe illam in monumento
... , Cicero ad Lentulum ſcribens
... eſt. Non manſiſſe, idem Ci-
cero epiſt. 2. ad Att. lib. 4. ſignificat
his verbis: *Conſules porticum Catuli re-
ſtituendam locarunt: illam porticum re-
demptores ſtatim ſunt demoliti.* Si porti-
cum demoliti ſunt redemptores: non
manſe Clodii inſcriptionem, ſatis
conſtat. Tertium monumentum eſt,
quod in parte Ciceronis ædium forum
ſpectante, id eſt in ea, quæ conjuncta
erat cum Catuli porticu, Libertati Clo-
dius dedicavit, illato Tanagrææ cu-
juſdam meretricis ſimulacro, quod pro
libertate coleretur. hoc monumentum
ſignificatur in eo loco orationis pro
domo: *In conſpectu totius urbis domus
eſt mea, Pontifices. in qua ſi manet il-
lud non monumentum urbis, ſed ſepul-
chrum, inimico nomine inſcriptum: de-
migrandum potius aliquo eſt, quam ha-
bitandum in ea urbe, in qua tropæa &
... , & de rep. videam conſtituta. An
ego tantam aut animi duritiem habere,
aut oculorum impudentiam poßim, ut,
cujus urbis ſervatorem me eſſe ſenatus om-
nium aſſenſu toties judicarit, in ea poſ-
ſim videri domum meam everſam non ab
inimico meo, ſed ab hoſte communi, &
ab eodem exſtructam, & poſitam in oculis
civitatis, ne umquam conquieſcere poſ-
ſint fletus bonorum?* *Exſtructam*, inquit,
quod in ejus parte everſa Clodius por-
ticum fecerat & in ſumma porticu, ne
... iretur ambulatio, monumen-
tum Libertatis. Infra quoque: *Iſta tua
... Libertas deos penates, & fami-
liares meos lares expulit; ut a te ipſa tam-
quam in captivis ſedibus collocarentur?* Et
paullo poſt: *Libertatis ſimulachrum in
domo hac collocabas, quæ domus erat ipſa
indicio tui crudeliſſimi dominatus, & mi-
ſerrimæ populi Romani ſervitutis. Eum
ne potiſſimum Libertas domo ſua debet pel-
lere, qui niſi fuiſſet, in ſervorum poteſta-
tem civitas tota veniſſet. At unde in-
venta eſt iſta Libertas? Tanagræa quæ-
dam meretrix fuiſſe dicitur. ejus non lon-
ge a Tanagris ſimulacrum e marmore in
ſepulcro poſitum fuit, hoc quidam homo
nobilis, non alienus ab hoc religioſo Liber-
tatis ſacerdote, ad ornatum ædilitatis ſuæ
deportavit. ſignum, de buſto meretricis
ablatum, iſti dedit, quod eſſet ſignum
magis iſtorum, quam publicæ libertatis.
Hanc deam quiſquam violare audeat, ima-
ginem meretricis, ornamentum ſepulcri,
a fure ſublatam, a ſacrilego collocatam?
hæc me domo mea pellet? hæc ultrix af-
flictæ civitatis, reipub. ſpoliis ornabitur?
hæc erit in eo monumento, quod poſitum
eſt, ut eſſet indicium oppreſſi ſenatus ad
memoriam æternam turpitudinis?* De eo-
dem monumento paullo poſt: *At vi-
dete hominis intolerabilem audaciam, cum
projecta quadam & effrenata cupiditate.
Monumentum iſte numquam, aut reli-
gionem ullam cogitavit: habitare laxe, &
magnifice voluit, duaſque & magnas, &
nobiles domos conjungere. domus mea illa
prope tota vacua eſt: vix pars ædium
mearum decima ad Catuli porticum acceſ-
ſit. cauſſa fuit ambulatio, & monumen-
tum, & iſta Tanagræa, oppreſſa liber-
tate, Libertas. in Palatio pulcherrimo
proſpectu, porticum cum conclavibus pa-
vimentatam trecentum pedum concupie-
rat, ampliſſimum periſtylum, cetera ejuſ-
modi, facile ut omnium domos & laxita-
te & dignitate ſuperaret. Ambulationem*
vocat porticum adjectam, exſtructam
in parte Ciceronis ædium, qua proſpe-
ctus erat in forum: *monumentum* autem,
illam partem, in qua dixi poſitum a
Clodio ſimulachrum Libertatis, id eſt
Tanagrææ meretricis. Atque, in hoc
etiam tertio monumento inſcriptum
fuiſſe nomen Clodii, etſi verba Cice-
ronis jam recitata oſtendunt, iterabo
tamen eadem. *In conſpectu*, inquit, *to-
tius urbis domus eſt mea, Pontifices. in*

qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quaſi manet illud non monumentum urbis, ſed ſepulcrum, inimico nomine inſcriptum; demigrandum potius aliquo eſt. Injicitur in hujus fere narrationis exitu tamquam ſcrupulus abeunti. poſitum enim dicet aliquis ſimulacrum Libertatis non in domo Ciceronis, ſed in Catuli porticu, quia ſcripta ſunt hæc in oratione de haruſpicum reſponſis: *Simulacrum ereptum ex meretricis ſepulcro in imperatoris monumento collocares.* Quid igitur? an a ſeipſo diſſentire Ciceronem putemus? non diſſentit, ſed quia tota illa porticus, tum e Catuli vetere porticu, tum e Ciceronis ædibus facta, *porticus Catuli* uſitato nomine vocabatur; ideo ſimulacrum illud in Catuli monumento poſitum dicit, habita nominis ratione; cum tamen idem in ſua domo poſitum vere dixerit. Hoc tertium monumentum ſacrum dedicatumque fuit. ideo *delubrum* Cicero vocat in ea pro domo, ναὸν Plutarchus, νεὼν Dio: & epiſt. 1. lib.4. ad Atticum: *Si Pontifices religionem ſuſtulerint, aream præclaram habebimus.* Dixi de tribus monumentis, tribuſque inſcriptionibus: unum ſenatus manſiſſe monumentum, unamque ſimul inſcriptionem, & in hac ad Lentulum epiſtola, & in oratione de haruſpicum reſponſis, Cicero non mediocri cum dolore ſignificat. Illud addam quaſi extra rem, nec tamen prorſus à re ſejunctum: non eſſe a Clodio totam Ciceronis domum dedicatam, ſed eam tantum partem, quæ ad Catuli porticum acceſſit, & in qua, ut ipſe Cicero dixit, ambulatio, monumentum, & Tanagræa ſimulacrum fuit. nam reliquam domum Clodius, ut in ſua domo porticum trecentum pedum cum conclavibus efficeret, occuparat, ſimulata emptione Statonis cujuſdam Marſi: qua de re ſic in eadem pro domo: *Homo religioſus, cum ædes meas idem emeret, & venderet, tamen, illis tantis tenebris, non eſt auſus ſuum nomen emptioni illi adſcribere; poſuit ſcilicet Statonem illum, hominem ſua virtute egentem, ut is, qui in Marſis, ubi natus eſt, tectum, quo imbris vitandi cauſſa ſuccederet, nullum haberet, ædes in Palatio nobiliſſimas emiſſe ſe diceret, inferiorem ædium partem aſſignavit non ſuæ genti Fonteiæ, ſed Clodiæ, quam reliquit. quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, niſi aut egeſtate, aut ſcelere perditus.* In eadem ſupra: *Hominem invenire iſta labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui ſedes meas addiceret, cui traderet, cui donaret: ipſe, cum loci illius, cum ædium cupiditate flagraret, ob eamque cauſſam unam una juſta illa rogatione ſua vir bonus dominum ſe in meis bonis eſſe voluiſſet, tamen illo ipſo in furore ſuo non eſt auſus meam domum, cujus cupiditate inflammatus erat, poſſidere.* Et in epiſt. 2. ad Att. lib. 4. de parte areæ dedicata, non de tota domo, âperte mentio fit. nam, quia ſacra loca habitare profanis non licet, ideo Clodius eam partem non dedicavit, quam partim cum ſua domo conjungere, partim Clodiæ genti aſſignare cogitabat. Habitaſſe autem in Palatio Clodium proxime Ciceronem, ſic ut paries parietem attingeret, non modo ex iis, quæ jam poſui, conjicere facile licet, verum etiam ex iis verbis, quæ ſunt in oratione de haruſpicum reſponſis: *Quid habet domus mea religioſi, niſi quod impuri & ſacrilegi parietem tangit?* Et in ea pro domo: *Monumentum iſte numquam, aut religionem cogitavit: habitare laxe & magnifice voluit, duaſque & magnas, & nobiles domos conjungere.*

Pag. 48. *Hoſtili nomine*] Quia ſuum nomen Clodius inſcripſerat; ſic in oratione pro domo ſua: *In conſpectu totius urbis domus eſt mea, Pontifices, in qua ſi manet illud non monumentum urbis, ſed ſepulcrum, inimico nomine inſcriptum, demigrandum potius aliquo eſt, &c.*

Cruentis] Quaſi ex meo cruore confectis. meam enim ejectionem, id eſt, meum interitum, teſtantur.

Inuſtum] *Inſcriptum*, dixit in oratione pro domo: ſed hic *Inuſtum*, cum ſtomacho pronunciavit, quaſi per vim eæ litteræ impreſſæ, inuſtæque fuerint.

Paſſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Paſſi ſunt] Hæc verba ſatis declarant, ...n eſſe Ciceroni reſtitutam eam æ...am partem, quam Clodius Libertati ...nſecraverat.

Non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum ...dici, ſed etiam, ut aliptæ, virium, & ...oris rationem habere voluiſſent] Etſi *a...tæ* ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, quod eſt *ungere*, di... ſunt: hic tamen ſi pro unctoribus ...cipias, non admodum congruere cum ...ntentia videbitur. vires enim, & co...rem, oleum non auget: ſed adhibe...r corporibus ad laſſitudinem vitan...m. quare libentius acceperim pro ..., qui exercitationibus athleticis præ...ant, quos γυμναστὰς Græci vocant. ...m enim athletis normam, & ratio...em exercendi corporis præſcriberent, ...rium & coloris rationem habere vi...bantur. hoc ſenſu & Celſus uſurpa...t, cum dixit initio librorum ſuorum: *...ui ſuæ ſpontis eſt, nullis ſe obligare legi...s debet, neque medico, neque alipta ege...* & Ariſtoteles Moralium libro ſe...ndo. Cur autem gymnaſtæ, *aliptæ* ...terdum ſint appellati, occurrit ea ra...o, quod ad eorum curam unctio quo...e athletarum pertinebat. ita non a ...to munere, ut gymnaſtæ, ſed a parte ...uneris, *aliptæ* dicti ſunt: ut gymna...m quoque *palæſtra* vocabatur, cum pa...ſtra gymnaſii pars ſit. *Aliptas* vero ...o unctoribus, proprio ſenſu, ſæpe ...urpavit Cœlius Aurelianus.

Virium, & coloris rationem habere vo...ſſent] Id eſt, ut me non ſolum ab ...ſulio revocaſſent, ſed priſtinam ſimul ...m ſalute dignitatem reſtituere vo...iſſent. epiſt. 2. lib. 4. ad Attic. *Qui ...ibi pennas inciderant, nolunt eaſdem re...ſci.*

Nunc] Pro, *Sed*, ut libro primo de ...ivin. *Quæ quidem multo plura eveni...nt, ſi ad quietem integri iremus: nunc ...uſti cibo, & vino, confuſa & perturbata ...rnimus.* Et in proœmio Tuſc. 3. *Nunc ...rvulos nobis natura dedit igniculos.* & ...ibi ſæpe. Græci quoque νῦν pro ἀλλὰ ...ebro uſurpant.

Apelles] Cous, pingendi mirus ar...fex, cui palmam in hoc genere detulit antiquitas. Dilexit eum præcipue, pingique ab uno voluit, ut a Praxitele ſcalpi, a Lyſippo fingi, a ceteris edicto vetuit Alexander ille Macedo. Plin. lib. 7. cap. 37. & lib. 37. cap. 1. Horatius epiſt. 1. lib. 2. & hic noſter epiſt. 12. lib. 5. & ad Attic. epiſt. 1. lib. 2. in Bruto, de Oratore lib. 3. & alii.

Veneris] Quæ una maxime inter Apellis opera excelluit. celebratur a Cicerone epiſt. 21. lib. 2. ad Attic. lib. 3. Off. lib. 2. de Divin. in Oratore, lib. 1. de nat. deor. in Verrem.

Politiſſima arte] Cui nihil deeſſet, exquiſita in primis, & egregia. ſic *politum judicium, polita doctrina, politus homo.*

Inchoatam] Inchoatum eſt, quod principia tantum habet. ſic lib. 3. Off. *Nemo pictor eſt inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, abſolveret.*

Reliquit] Inexſpectata morte oppreſſus.

In capite meo] Quia ſalutis tantum, non etiam dignitatis meæ, rationem habere voluerunt.

Elaborarunt] Cum me in patriam reduxerunt.

Non modo invidorum] De quibus hactenus locutus eſt.

Sed etiam inimicorum] Qui multo etiam magis, quam invidi, ſperaverant me poſt reditum, memoria calamitatis admonitum, fracto, ac demiſſo animo futurum.

De uno acerrimo] *Uno*, magis exprimit Metelli fortitudinem, quam ſi dixiſſet, *De acerrimo*: quaſi præter ceteros ea laude excelleret.

Conſtantia] Cum in L. Saturnini legem de agro Gallico dividendo, per vim latam, jurare noluit, & in exſulium abire, quam de ſua ſententia decedere, maluit. Plutarchus in Mario. Appianus libro primo bell. civ. in oratione pro Sextio.

Q. Metello L. F.] Diſtinguendus erat a duobus Metellis, quorum utrique prænomen Quincto fuit, Balearico, & Nepote. itaque vel Numidici cognomen,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

men, ut in oratione pro Sextio, vel patris prænomen, ut hic, addi oportuit. Eandem ob cauſſam lib. 3 de Orat. dixit, *Carneadis auditores, e ſi multos cognovi Athenis, tamen auctores certiſſimos laudare poſſum & ſocerum meum Scævolam, & Q. Metellum L F. clariſſimum virum.* Hoc Cæciliæ familiæ cognomen unde manaverit, Feſti fragmenta demonſtrant. *Metelli,* inquit, *dicuntur in re militari quaſi mercenarii.* Attius annalium 27. *Calones, famulique Metellique Caculæque; a quo genere hominum Cæciliæ familiæ cognomen putatur ductum.*

Fracto animo, & demiſſo] Fracta enim demittuntur potius, quam extolluntur.

Eſt vero probandum] Ironia: quæ negandi vim habet, cum affirmare verba tamen ipſa videantur. Sic Virgilius lib. 4. Æneid.

Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis
Tuque puerque tuus. ——

Summa voluntate] Tantum abeſt, ut etiam libentiſſime, precibus propinquorum, amicorumque neglectis, patria ceſſerit.

Egregia animi alacritate abſuerit] Cum reliqui fere omnes, erepto adſpectu patriæ, in mœrore jaceant. Recitat Gellius ipſius Metelli, ex epiſtola ad Domitios, hæc verba: *Illi omni jure, atque honeſtate interdicti: ego neque aqua, neque igni careo; & ſumma gloria fruiſcor.* De hac Metelli alacritate, & perpetua vultus, animique conſtantia, Valerius lib. 4. cap. 1. & is, qui librum ſcripſit de viris illuſtribus.

Pag. 49. *M. illum Scaurum*] Patrem ejus, pro quo extat mutilata Ciceronis oratio, patricium, Æmiliæ gentis, ſæpe principem ſenatus. in cenſura Æmiliam viam ſtravit, pontem Æmilium exſtruxit. Nominat eundem cum laude in oratione pro Sextio, in ea pro Rabirio, & Salluſtius, Pedianus, Plinius, ſcriptor libri de viris illuſtribus. Dicit autem *M. illum Scaurum*, ut hic diſtinguatur ab eo M. Scauro, qui conſularis & ipſe fuit, ſed Aureliæ gentis, id eſt plebeji generis, minime cum hoc virtute, & honore conferendus. itaque, cum loquitur Cicero de nobiliore Scauro, addit fere, diſtinguendi gratia, pronomen, *Ille*, ut in ea pro domo: *Quod M. Druſus in legibus ſuis pleriſque, bonus ille vir M. Scaurus, & L. Craſſus conſules non obtinuerint.*

Conſtantia, & gravitate] Qui a C. Graccho uſque ad C Marium ſeditioſis omnibus reſtiterit; quem nulla vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecerit. ſic enim de eo ſcripſit Cicero in oratione pro Sextio: in ea vero, quam pro ejus filio habuit, cujus exſtant reliquiæ quædam, *cuſtodem* appellat *reip.* Ter accuſatum, a Domitio tribuno pl. a Q. Servilio Cæpione, a Q. Vario tribuno pl. nec umquam damnatum indicat eadem oratio. Actione autem prima in Verrem ornat eum eadem conſtantiæ, gravitatiſque laude. Sic enim Scauri generum, M. Acilium Glabrionem, prætorem, alloquitur: *Circumſtant te ſummæ auctoritates, quæ te dies, noctesque commoneant, fortiſſimum tibi patrem, ſapientiſſimum avum, graviſſimum ſocerum fuiſſe. Quare, ſi Glabrionis patris vim, & acrimoniam ceperis ad reſiſtendum hominibus audaciſſimis; ſi avi Scævolæ prudentiam ad proſpiciendas, quæ tuæ, atque horum famæ comparantur inſidias; ſi ſoceri Scauri conſtantiam, ne quis te de vera, & certa poſſit ſententia dimovere: intelligit populus Romanus, &c.* Conſtantiam ejus Pedianus etiam commendat his verbis: *Q. Servilius Cæpio Scaurum ob legationis Aſiaticæ invidiam, & adverſus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum lege, quam tulit Servilius Glaucia. Scaurus tanta fuit conſtantia, & animi magnitudine, ut Cæpionem contra reum detulerit, &, breviore die inquiſitionis accepta, effecerit, ut ille prior cauſſam diceret, M. quoque Druſum tribunum pl. cohortatus ſit, ut judicia commutaret.*

Gravitate] In eadem oratione pro Scauro gravitatem ei tribuit. *Curia,* inquit, *illa de graviſſimo principatu patris fortiſſimoque teſtatur.*

Suſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Spicabantur] Quia veriſimile videret; malis enim ſæpe frangitur conſtanta.

nque Metellum] Sic malo, quam, Cum Q. *Metellum.* eſt enim hæc altera ratio, cur majore etiam, quam antea, eſſe nimo deberet. Habent autem libri oque veteres, in iis Mediceus, *ue.*

mulgantibus omnibus] Legem de red Ciceronis omnes magiſtratus proulgarunt, præter Appium prætorem P. Clodii, qui Ciceronem ſua legecerat, fratrem, & duos tribunos pl. Serranum, & Numerium Quinctium, quos in oratione in Piſonem *de emptos* vocat. pro Milone autem, *n*, inquit, *prætores, octo tribuni pleb. ſores mei.*

ferente conſule] P. Lentulo. idem in atione poſt reditum ad Quir. *Ego, quibus ejectus ſum, provincias obtius, inimico autem optimo viro, & ſimo, altero conſule referente reductus* Hoc tamen intelligendum, quia Lentuli maxime opera in patriam reſtitutus eſt Cicero, ideo relationem in ſenatu ei tantum tribui, cum tamen alter conſul, non a principio, ſed P. Servilii ici oratione permotus, in relationem conſenſerit. itaque, cum ait Cicero, ulum retuliſſe, actionis initium, & præcipuam ſui reditus cauſſam ſpectat; cum vero addit, ſimul, Q. Metellum iſſe, exitum rei conſiderat. primo enim adverſatus non eſt Metellus Lentulo referenti, poſt etiam, Servilii cohortatione, & precibus, adjuvit. unde illi in oratione poſt reditum in ſena- *Fuit is non modo ſalutis defenſor, qui hoc unum beneficium fuerat inimicus, m etiam adſcriptor dignitatis meæ.* En ea poſt reditum ad Quir. *P. Len- auctore, & pariter referente collega, frequentiſſimus ſenatus, uno diſſentiente, intercedente, dignitatem meam ver- ampliſſimis ornavit.* Et pro domo: *Metellus, collega tuus de me ad ſena- tecum una retulit.* Et pro Sextio: *& Q. Metellus conſul, qui mihi vel ime ex magnis contentionibus reip. fuiſſet inimicus, de mea ſalute retulerit.*

Comitiis Centuriatis] Quibus legem tulit Lentulus conſul. qua de re ſic in oratione pro domo: *Conſtat, nullis umquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto ſplendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruiſſe.* In Piſonem: *Legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus conſul de collegæ Q. Metelli ſententia: quæ lex quemadmodum accepta ſit, quid me attinet dicere? ex vobis audio, nemini civi ullam, quo minus adeſſet, juſtam excuſationem eſſe viſam, nullis comitiis umquam multitudinem hominum tantam, neque ſplendidiorem fuiſſe.* Et pro Sextio: *Cum de me ex S. C. Comitiis centuriatis ferebatur; quis eſt, qui non profiteatur ſe affuiſſe, & ſuffragium de ſalute mea tuliſſe?* Comitiorum tria genera fuerunt: de quibus alio loco pluribus verbis. hoc tantum dicam, centuriatis creari ſolitos eſſe majores dumtaxat magiſtratus, conſules, decemviros, tribunos mil. conſulari poteſtate, cenſores, prætores: iiſdem a majoribus tantum magiſtratibus leges eſſe latas, ut cum de bello indicendo ferebatur: haberi autem a tribuno pl. non potuiſſe, qui non fuit inter majores magiſtratus. quod ſi perduellionis aliquem tribunus pl. accuſaret, (quo de crimine centuriatis comitiis populus judicare ſolitus eſt) petebat a conſule diem, quo populum in campum Martium per centurias non ipſe, ſed conſul ad judicium convocaret. Livius, Gellius, alii.

Ordinibus] Augere ſententiam Cicero videtur, cum, facta hominum mentione, ordines ſubjungit: quod illi familiare eſt. Epiſt. 10. lib. 3. *Quæ de hominum, atque ordinum omnium erga te ſtudiis ſcribis ad me.* Et pro Cornelio, oratione 1. *Num alicui gratificabatur aut homini, aut ordini?* & Cœlius epiſt. 17. lib. 8. *Præter feneratores paucos, nec homo, nec ordo quiſquam eſt, niſi Pompejanus. Omni genere hominum, & ordine,* dixit libro ſecundo Offic. Tres autem erant ordines in civitate, ſenatus, equites, plebs.

Quod quemquam malevolentiſſimum]

Vel minima res malevolentiſſimos offendit: ego tamen nihil committo, quod jure quemquam, vel malevolentiſſimum, poſſit offendere.

Alienioribus] Cum quibus nulla intercedit amicitia. Ad Attic. epiſt. 20. libro ſecundo: *Si modo erunt ejuſmodi litteræ, quas in alienum incidere nolim.* Et ad eundem lib. 10. *Obſignata jam epiſtola, non placuit ei dare, cui conſtitueram; quod erat alienus.* Epiſt. 2. lib. 1. ad Q. Fr. *Si Clodius vi agere conabitur; ſpero fore ſtudiis non ſolum amicorum, ſed etiam alienorum, ut vi reſiſtamus.* pro Murena: *Ea conditione Cato nobis erat in hac civitate natus, ut ejus opes, & ingenium præſidio multis, etiam alieniſsimis, vix cuiquam inimicus eſſe deberet.*

Eos] Quos ſæpe nutu, & ſignificatione appellat. invidebant enim Ciceroni, novo homini, optimates multi.

Pag. 50. *Splendorem, & ſpeciem*] Dignitatem & gratiam.

Intuentur] Plus eſt, *Perſpicere*, quam *intueri*, propterea de manifeſtis, ſplendore, & ſpecie, dixit, *Intuentur*: de occultioribus autem, ſollicitudine, & labore, *Perſpicere non poſſunt.* Similibus verbis, in ſimili ſententia, uſus eſt Iſocrates, cum ſcriberet ad Iaſonis liberos: Τὰς μὲν ἐξουσίας, inquit, καὶ τὰ κέρδη, καὶ τὰς ἡδονὰς ὁρῶσι, καὶ τούτων ἀπολαύσεσθαι προσδοκῶσι· τὰς δὲ ταραχὰς, καὶ τοὺς φόβους, καὶ τὰς συμφορὰς, τὰς τοῖς ἄρχουσι συμπιπτούσας, καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν, οὐ θεωροῦσιν. Crebro incurrebat Cicero in hujuſmodi figuras; primum quidem, quia valebat ingenio; deinde, quia libros maxime pervolutabat Iſocratis: quem laudat egrégie in libris de Oratore, in Bruto, in Oratore.

Sollicitudinem, & laborem] Quibus eum ſplendorem, eamque ſpeciem tueor.

Quibus ornem Cæſarem] Cui decreverat ſupplicationem quindecim dierum, ſtipendium, decem legatos. quod ſupra oſtendi.

Quaſi deſciverim] Hic, *Quaſi*, non minuit, ſed indicat: ut ſi dixiſſet; Illud queruntur in meis ſententiis, quod a priſtina cauſſa deſciverim. Eadem vis hujuſce verbi cognoſcitur apud Suetonium in Tiberio, cum ait: *Ab Oſtia oram Campaniæ legens, imbecillitate Auguſti nunciata, paullum ſubſtitit; ſed, increbreſcente rumore, quaſi ad occaſionem majoris ſpei commoraretur; tantum non adverſis tempeſtatibus Rhodum navigavit.*

A priſtina cauſſa] Ab optimatum cauſſa, qui ſe tueri rempubl. profitebantur; cum Cæſar, Pompejus, & Craſſus pro ipſorum potentia contendere viderentur. *Priſtina* vero, quam ante exſilium, nulla neque Cæſaris, neque Pompeji ratione habita, defenderat.

Cum illa ſequor, quæ paullo ante propoſui, tum hoc non in poſtremis] Cum illa me ad ornandum Cæſarem cohortantur, quæ paullo ante collegeram, fides Pompeji, quam Cæſari de me dederat, Quincti fratris, quam Pompejo; ipſius Pompeji voluntas, de me optime meriti; quorundam optimatum cum inimico non ſolum meo, ſed etiam patriæ, ac bonorum omnium reconciliatio; Cæſaris & vetus amicitia, & incredibilis quædam in me, fratremque meum liberalitas; res ipſa publica, Pompeji, Cæſariſque rebus geſtis non mediocriter aucta; quæ cum iis, quibus tantum deberet, nolle contentionem fieri videretur. cum igitur hæc me movent: tum accedit illa ratio, a Platone comprobata, quod, quales in repub. principes, tales video reliquos ſolere eſſe cives.

Cœperam exponere] Cum enim ſententiam Platonis poſuiſſet de corruptis principum exemplo civibus, eam ut probaret, ita longe digreſſus eſt, inducta commemoratione ſui conſulatus, ut a propoſito non nihil aberraſſe videatur. itaque narrationem interruptam, ab alio tamquam orſus principio, retexit.

Non offendes eundem bonorum ſenſum] Ex quo ſequitur, ut ſententia quoque noſtra commutanda videatur: ſiquidem Platonem audimus, mutatæ civitatis cauſſam in principes conferentem.

Reliquiſti] Tertio ante anno in provinciam

…am iverat Lentulus : interea con-
…s eſt orbis reip. ſed maxime ſupe-
… anno, Pompejo, & Craſſo coſſ.

…nfirmatus] Confirmandi enim ſe-
… conſul ipſe ex Kalend. Ian. fun-
…nta jecerat.

…terruptus, & afflictus] Annum ſi-
…at, quo multa per vim, contraque
…cia geſta ſunt a Cæſare conſule,
…e voluntatis miniſtro Vatinio tri-
… pleb.

…creatus abs te totus eſt] Amiſſam
… Piſone, & Gabinio coſſ. auctori-
… a ſenatus revocaſti tum aliis in re-
… tum vero in ſalute mea, quam Clo-
…, ingenti ſenatus dolore, afflixe-
…

… quibus tuendus fuerat] De iis lo-
…r, quos ſupra appellavit his verbis:
*… occulta nonnullorum odia, aut obſcura
… e ſtudia cernebam.* Et : *Certorum
…num, quos jam debes ſuſpicari, ſermo-
… eferebantur ad me.* Et : *Vſus es
…ſdam nobiliſſimis hominibus, fortio-
… in me reſtituendo, quam fuerant ii-
… in tenendo.* Infra vero : *Quidam
…nes, & iidem illi, quos ſæpe nutu ſi-
…ationeque appello. Tuendus* autem
…ve, ut *Fruendus, Vtendus* : ſed ipſo
…que verbo paſſive uſus eſt. Varro li-
…rimo de re ruſt. *In bello ab his tue-
…ur.*

…onte, atque vultu] Quæ ſæpe men-
…tur.

…ſtinetur] Fallendi ſtudio ſuſcepta.

…oſtro illo ſtatu] Cum ſententiæ no-
… magnum in ſenatu pondus habe-
…

…timates] Patroni, ac defenſores
…icæ cauſſæ : quos ita definit in o-
…ne pro Sextio : *Duo genera ſem-
… hac civitate fuerunt, eorum, qui
…ri in republ. atque in ea ſe excellen-
… gerere ſtuduerunt : quibus ex ge-
…us alteri ſe populares, alteri optima-
… & haberi, & eſſe voluerunt. qui ea,
…faciebant, quæque dicebant, multitu-
… jucunda eſſe volebant, populares; qui
…n ita ſe gerebant, ut ſua conſilia opti-
…uique probarentur, optimates habe-
…ur.*

Tabella] In judiciis : cum abſolve-
runt, quos damnari oportuit. Nec du-
bito, quin hic Cicero Sex. Clodii, no-
centiſſimi hominis, abſolutionem ſi-
gnificet, quem ſenatorum urna copioſe
abſolvit, ad quos dirigitur hæc tota nar-
ratio. epiſtola ſexta libro ſecundo ad
Qu. Fr.

Sapientium civium] Qui remp. opti-
mo & animo, & conſilio tractarent, *ſa-
pientes* olim vocabantur : & hoc ſa-
pientiæ genere Theages ille Platonicus
optat excellere. hac igitur de ſapientia
loquitur Cicero, non de illa, quæ, ut a
Stoicis definitur, *divinarum humana-
rumque rerum perfecta ſcientia eſt.*

Sententia] In ſenatu : ex qua non
eundem eſſe eorum ſenſum, qui fuerat
antea, cognovimus.

Idem ille Plato] A me antea nomi-
natus.

Quem ego auctorem vehementer ſequor]
Cujus apud me gravis admodum aucto-
ritas eſt : cui præcipienti aliquid ma-
xime pareo, cujus etiam ſententias in
mea ſcripta libenter transfero. Plinius
in præfatione, *Cicero,* inquit, *in libris de
repub. Platonis ſe comitem profitetur : in
Conſolatione filiæ, Crantorem, inquit, ſe-
quor.*

Tantum contendere in rep. &c.] Pla-
tonis verba ſunt in Critone : Πανταχοῦ ποιητέον ἃ ἂν κελεύοι ἡ πόλις τε, καὶ ἡ πατρίς· ἢ πείθειν αὐτὴν, ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε. βιάζεσθαι δὲ οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα, οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι τὴν πατρίδα. Idem dixit in epiſtola longa
ad Dionis propinquos : Πατέρα δὲ ἢ μητέρα οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι, μὴ νόσῳ παραφροσύνης ἐχομένους· βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν, ὅταν ἄνω φυγῶν, καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν, μὴ δυνατὸν ᾖ γίνεσθαι τὴν ἀρίστην.

Quantum probare] Rationibus. nam
vis neque patriæ, neque parentibus af-
ferenda. quod Plato dixerat, ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε, convertit, *Quantum probare tuis
civibus poſſis.*

Vim neque parenti neque patriæ] Eun-
dem Platonis locum Salluſtius in proœ-
mio

mio Iugurthini videtur imitatus. *Vi quidem,* inquit, *regere patriam, aut parentes, quamquam & poſſis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt.*

Ait] Non hoc ait in eodem dialogo, ſed in epiſtola ad Perdiccam, quam Ficinus Dionis eſſe putat. Subſcribemus Græca verba; in quibus de ſeniore jam populo, veteribuſque inſtitutis aſſuefacto, non de deſipiente mentio fit. ſed videlicet Ciceronis, hoc eſt, in Græcis convertendis, ut verba non numeret, ſed tamquam appendat. quod ipſemet in prooemio libri de perfecto oratore profitetur. Ἐὰν δέ τις ἀκούσας ταῦτα εἴπῃ, Πλάτων, ὡς ἔοικε, προσποιεῖται μὲν τὰ δημοκρατίᾳ ξυμφέροντα εἰδέναι· ἐξὸν δὲ ἐν τῷ δήμῳ λέγειν καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ τὰ βέλτιστα, οὐ πώποτε ἀναστὰς ἐφθέγξατο πρὸς ταῦτ᾽ εἰπεῖν, ὅτι Πλάτων ὀψὲ ἐν τῇ πατρίδι γέγονε, καὶ τὸν δῆμον κατέλαβεν ἤδη πρεσβύτερον, καὶ εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν, πολλὰ καὶ ἀνόμοια τῇ ἐκείνου ξυμβουλῇ πράττειν. ἐπεὶ πάντων ἂν ἥδιστα, καθάπερ πατρὶ συνεβούλευεν αὐτῷ, εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύειν ᾤετο, πλέον δὲ οὐδὲν ποιήσειν.

Quod] Deeſſe videtur, quo referatur. nam ea, quæ ſequuntur, verba, *offendiſſet, vidiſſet, diffideret, arbitraretur,* propinquam particulam, *Cum*, ſingula reſpiciunt: quod acute intuentibus viſum iri arbitror.

Prope jam deſipientem ſenectute] Similitudine uſus eſt Cicero hominum non morbo, aut caſu aliquo, ſed ſenectute deſipientium. nam, ut ætatis vitium corrigi jam non poteſt: ſic populum diuturna peccandi conſuetudine ita corruptum, ut prope ad inſaniam pervenerit, nulla ratio ad ſanitatem traduxerit.

Pag. 51. *Nec perſuadendo*] Quia prope deſiperet ſenectute.

Nec cogendo] Quia vim neque parenti, neque patriæ afferri oporteret.

Diffideret] Quis autem, quod præſtari a ſe poſſe diffidat, id conetur? Salluſtius in eodem loco, ex Platonis verbis, εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύειν ᾤετο, πλέον δὲ οὐδὲν, ποιήσειν, hanc ſententiam ita refert: *Fruſtra niti, neque aliud ſe fatigando, niſi odium, quærere, extremæ dementiæ eſt.*

Cogi fas eſſe non arbitraretur] Hoc pendet non a proximo, *Cum*, ſed ab eo, *Quod*, ubi cauſſam explicare Cicero incipit, cur Plato rempub. non attigerit: hoc modo: Atque hanc quidem ille cauſſam ſibi ait non attingendæ reipub. fuiſſe, quod populum Athenienſem, cum perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur.

Mea ratio fuit alia] Verbum, *Ratio*, multis rebus eleganter communicat Latina lingua, nec ſemper eodem ſenſu. epiſt. 5. lib. 3. *Animadverti, & didici ex litteris tuis, te omnibus in rebus habuiſſe rationem, ut mihi conſuleres, reſtitueresque, & præparares quodam modo omnia, quo mea ratio facilior, ac ſolutior eſſe poſſet.* Et ibidem, infra: *Tua ratio poſtea eſt commutata.* Et epiſtola tertia ejuſdem libri: *Mea ratio in tota amicitia noſtra conſtans, & gravis reperietur.* Quibus in locis, atque aliis, quæ brevitatis cauſſa prætermitto, licet intelligere, quæ res huic ſubjecta verbo ſit: nec difficilis imitatio eſt: ſed verbo verbum explanare ſi quis velit, fruſtra fortaſſe conabitur. Eſt enim *ratio* nonnumquam id, quod ad nos pertinet, & quaſi ſtatus quidam rerum noſtrarum: interdum autem actio potius videtur eſſe: ut cum dixit, *Quo mea ratio facilior, ac ſolutior eſſe poſſet.* Et illud, *Tua ratio poſtea eſt commutata.* Et, *Mea ratio, in tota amicitia noſtra conſtans, & gravis reperietur.*

Neque integra re] Integra Platoni res fuit ad conſulendum; quia numquam attigit rempubl. quod mihi non contigit; qui cum remp. antea tractaſſem, propterea implicatus tenebar; quod rationes quædam, ut a publicis rebus abſtinerem, & ad noſtra me ſtudia litterarum referrem, quædam contra, ut in vetere vitæ curſu, publiciſque actionibus pergerem, hortari viderentur.

Lætatus tamen ſum] In hac moleſtia, quam ex mutatione ſententiæ meæ capiebam.

m, lætabar tamen, quod in defen-
Cæſaris, Pompejique cauſſa, non
rationibus meis, otioque ac ſalu-
nſulerem, ſed etiam ea defende-
quæ probari poſſent a bonis viris.
dit ita ſe cum Cæſare, ac Pom-
entire velle, ne quid tamen, quod
reip. committat. id infra confir-
cum ait: *Facile patior ea me de*
entire, ac dicere, quæ maxime cum
tum reip. rationibus putem conduce-

ſaris liberalitas] De qua ante: *Hic*
m valuit cum vetus amicitia, quam tu
oras mihi, & Quincto fratri cum
e fuiſſe, tum humanitas ejus, ac libe-
s, brevi tempore & litteris, & offi-
rſpecta nobis, & cognita. Comme-
eam libenter Cicero, quia be-
entiam liberalitas maximopere
iat. infra quoque: *Ejus omni &*
, quæ ſumma eſt, & opibus, quas
gis eſſe maximas, ſic fruor, ut meis.
ntiſque victoriis] Quantas ipſe ex-
quinque primis libris de bel. Gal.
atis Helvetiis, & Germanis, ut in
Nerviis, ut in lib. 2. de quibus,
omni Gallia pacata cum Cæſar ad
m litteras miſiſſet, decreta ei
ecim dierum ſupplicatio eſt; quod
d tempus acciderat nemini: Vene-
aritimam Galliæ partem contra
nniam incolentibus, libro tertio
Germanis devictis, Sicambris
ritis, cum Rhenum primus Ro-
rum cum exercitu tranſiſſet, Bri-
e poſt ſecunda prœlia obſidibus
atis; quibus rebus Romæ cogni-
ecreta ei viginti dierum ſupplica-
ut ex ipſius libro quarto conſtat:
tanniam copiis iterum traductis,
e geſta, tributo impoſito, obſidi-
ceptis, mox in Gallia Eburoni-
duaticis, Nerviiſque pugna victis,
o 5. quæ geſta ſunt Domitio &
coſſ. quo anno ſcripta eſt in epi-
&, ut videtur, in extremo. itaque
quæ commemoravi, omnia, vel
e certe ſignificat Cicero, cum
ntiſque victoriis.
ndus] Reip. cauſſa.

Meæ ſalutis auctoribus] Quorum virtute, atque opera ſum in patriam reſtitutus. in libro de claris oratoribus: *Lentulus ille, noſtrarum injuriarum ultor, auctor ſalutis.*

Diſceſſerim] Vobis exceptis, nemo eſt, cui perinde ac Cæſari debeam; ſecundum vos, nullius in me majora quam Cæſaris merita eſſe confiteor. Similiter locutus eſt epiſt. 12. libro 6. *Omnes Cæſaris familiares ſatis opportune habeo implicatos conſuetudine, & benevolentia, ſic, ut, cum ab illo diſceſſerint, me proximum habeant.*

Devinctum] Proxime: *Commemoranda quædam, & divina Cæſaris in me, fratremque meum liberalitas.* Et ad fratrem, epiſt. 1. lib. 3. *Ille mihi, ſecundum te, & liberos noſtros, ita eſt, ut ſit pæne par.*

Gaudeam] Debitori ſolere odio eſſe creditorem, cognoſcitur ex Ariſt. Ethic. lib. 9. Καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν δανείων, οἱ μὲν ὀφείλοντες βούλονται μὴ εἶναι οἷς ὀφείλουσιν, οἱ δὲ δανείσαντες καὶ ἐπιμέλονται τῆς τῶν ὀφειλόντων σωτηρίας· οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας βούλεσθαι εἶναι τοὺς παθόντας, ὡς κομιουμένους τὰς χάριτας. Non igitur qui beneficium accepit, ſed qui dedit gaudere ſolitus eſt. parit enim virtutis exercitatio lætitiam: & amamus eum, in quo liberalitatem, i. virtutem, exercemus. is autem, cui tributum beneficium eſt, non æque amat eum, qui tribuit, nec ſe devinctum ejus officiis cum gaudio confitetur. nemo eſt enim quem ſuæ tenuitatis commemoratio delectet. Cicero tamen erga bene de ſe meritos ita delectatur officio ſuo, non modo ut fateatur id, quod debet, ſed etiam ut debere ſe gaudeat. quod ipſi Lentulo, cujus opera ſalutem recuperaverat, fore gratiſſimum intelligit. nam ſi talem Cæſari animum præſtat: quid faciet ei, cui ſe plus, quam Cæſari, debere, jam dixit.

Pag. 52. *Facilia ſunt*] Nam, quæ me cauſſæ ad ornandum Cæſarem adduxerunt, iiſdem, ut cum Vatinio, & Craſſo in gratiam redirem, adductus ſum.

De Appio] Cum quo per Pompejum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cujus filio nupſerat Appii filia, in gratiam rediit : ut eſt in epiſt. ad M. Brutum, apud Quinctilianum.

De Vatinio] Quem, ſcire vis, cur defenderim, & laudarim. Geſſerat cum eo graves inimicitas Cicero, tum reip. cauſſa, quia leges contra ſenatus voluntatem, contraque morem majorum tulerat in tribunatum; tum etiam, quia teſtimonium dixerat in Sextium, quem Cicero de vi accuſatum defendit.

Per Pompejum] Quo conſule comitia habente, ſuperiore proximo anno prætor Vatinius creatus eſt, M. Catone rejecto : qui cum ante Vatinium populi ſuffragiis prætor fieret, conſul Pompejus, auſpicia mentitus, comitia diſſolvit. quod ei, augur cum eſſet, jure ſacerdotii licebat. Plutarchus in Pompejo, Dio lib. 39.

Prætor eſt factus] Corruptis ſuffragiis, anno proximo, conſulibus ex interregno creatis Pompejo & Craſſo. Plutarchus.

Catonis] Viri optimi, qui cum Vatinio, nequiſſimo homine, præturam anno proximo ſuperiore petens, repulſam tulerat : hoc autem anno prætor erat. epiſtola 2. libro tertio ad fratrem. Aſconius in commentario orationis pro Scauro.

Defenderem] Accuſatus eſt Vatinius, ut ait Pedianus in commentarii prooemio orationis pro Scauro, Appio & Domitio coſſ. id eſt, quo anno ſcripſit Cicero hanc epiſtolam : accuſatus autem a C. Licinio Calvo de ambitu, quia prætoria comitia corrupiſſet. nam & centuriis nummos ab eo contra leges datos, ait Plutarchus in Pompejo : & Quinctilianus locum recitat libro ſexto ex oratione Calvi contra Vatinium de ambitu reum. *Egregie*, inquit, *in Vatinium Calvus : Factum ambitum ſcitis omnes : & hæc vos ſcire, omnes ſciunt.* Idemque libro ſexto ponit illud ex oratione Calvi in Vatinium : *Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui prætor fieres, quam Catonem.* Aquila quoque Romanus hæc recitat ex Calvi oratione in Vatinium : *Non ergo pecuniarum magis repetundarum, quam majeſtatis; neque majeſtatis magis, quam Plautiæ legis; neque Plautiæ legis magis, quam ambitus; neque ambitus magis, quam omnium legum omnia judicia perierunt.* Legimus etiam in Seneca, declamationum libro 6. Calvus, qui diu cum Cicerone iniquiſſimam litem de eloquentiæ principatu habuit, uſque eo concitatus auctor fuit, ut in media oratione ejus exclamaret Vatinius reus : *Rogo vos, judices, num, ſi iſte diſertus eſt, ego damnandus ſum?* Accedit Cornelii Taciti teſtimonium in dialogo de oratoribus. *Verſantur*, inquit, *in manibus hominum ſtudioſorum accuſationes Calvi in Vatinium, ac præcipue ſecunda ex his oratio.* Et infra ibidem : *Nono decimo ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem, uno & viceſimo Cæſar Dolabellam, altero & viceſimo Aſinius Pollio Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinium, iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus.* Ipſe Vatinius ita ſcripſit ad Ciceronem libro 5. *Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſervas, P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro ſe cauſſam dicier vult. non puto; repudiabis in honore, quem in periculo recepiſti.* Et ad Q. Fratrem epiſt. ult. libro ſecundo, *Poſt meridiem*, inquit, *Vatinium aderam defenſurus.*

Mira contentio] Nec mirum : tribunatum enim ſuum ex Cæſaris libidine Vatinius geſſerat : in quo, præter alia, legem tulerat, invito ſenatu, de Gallia citeriore ab eo ſimul cum Illyrio per quinquennium obtinenda. Suetonius, Plutarchus, omnes hiſtorici.

Laudarim] Dixi jam laudari ſolitos eſſe reos ab ampliſſimis viris; quod eorum laudatio quaſi quædam apud judices commendatio videretur.

Ne tibi ego idem reponam] Ne ego quoque abs te quæram, cum veneris, cur nonnullos in judicio laudaris, de quibus tamen haud optime ſentias : poſſum idem quærere a te abſente; cum ex Hiſpania citeriore quibuſdam laudationem miſeris. Cauſſam igitur defendendi Vatinii, Cæſaris contentionem poſuit.

Et, quia ſubjicere Lentulus pote-
an etiam, ut eundem laudares, contendit? excuſat laudationem pſius Lentuli exemplo, cum alia e vix poſſet: ſiquidem neceſſa- ontendente Cæſare, defenſio vi- oterat; laudatio autem, volunta- cimus autem, hoc eſſe poſitum in is artificio, ut, cum rationes & enta non ſuppetant, ad exempla giat.

imis terris] Hiſpaniæ duæ fue- citerior, & ulterior: quam u- que anno ſuperiore & ſenatus, & tribuno pl. Trebonio perlata, us Pompejo dederat. hic de cite- accipiendum; cui præfuiſſe cum io Lentulum, ſupra demonſtra- ſt iis verbis, *Cum tu Hiſpaniam ci- m cum imperio obtineres.* Et quam- ulterior Hiſpania potius, quam or, ultima terrarum eſſet ad Occa- uſque pertinens: ad commune n Hiſpaniæ nomen Cicero ſpecta- um eſſet ea tota provincia ad occi- m, ſicuti ad orientem Syria, ter- s imperii Romani. De Cilicia ta- quæ citra Syriam eſt, dixit Cice- iſt. 7. libro 15. *A te ipſo miſſi in s gentes:* Non quod ultimæ gentes, uod inter ultimas imperii Romani. tius autem in Conjuratione Cati- *Pompejus in extremis terris bellum t,* id eſt, extremis imperii, in fi- imperii, ad imperii fines. Et Ne- Attici vita: *Antonius ex ultimis , quid ageret, quid curæ ſibi haberet, rem faciebat Atticum.*

ſeris] Per litteras etiam ab iis, qui nt, rei laudabantur. Aſconius in nentario pro Scauro: & Planco e laudationem a Pompejo, cum eſ- roconſul ad urbem, ad judices miſ- legimus in Dione libro 40.

ertimueris] Apparet, laudatos a ulo, qui ab optimatibus diſſide- .

d tamen] Omiſſa laudatione, redit uſſas defenſionis. quod enim P. lium quidam optimates, Ciceronis nicum, ipſo præſente amplexarentur, in manibus haberent, foverent, oſcularentur, ut ei ſtomachum facerent: proprerea, ut eorum conſuetudinem imitaretur, & quaſi par pari referret, ipſe quoque, hominem optimatibus inviſum Vatinium defendit.

Par pro pari referto] Sic ſtat verſus: *Par pari*, trochæum admiſcebat, qui locum non habet in ſenariis. Græci dicunt, ἀντιποιεῖν.

Pag. 53. *Quidam nobiles homines*] De quibus ante: *Certorum hominum ſermones referebantur ad me; qui, cum illa ſentirent in repub. quæ ego agebam, ſemperq́, ſenſiſſent, me tamen non ſatisfacere Pompejo, Cæſaremque inimiciſſimum mihi futurum, gaudere ſe ajebant.* Et aliquanto poſt: *Quidam homines in capite meo ſolum elaboraverunt, reliquum corpus imperfectum, ac rude reliquerunt.*

Severe ſeducerent] Quaſi de gravibus, ſeriiſque rebus cum eo deliberaturi. adhibetur enim ad ſeria ſeveritas. unde præceptum illud libro 1. Off. *Videat in primis, quibus de rebus loquatur: ſi ſeriis, ſeveritatem adhibeat; ſi jocoſis, leporem.*

Suum Publium] Clodium, cum quo in gratiam redierant. quæ maxime res ab optimatum cauſſa Ciceronem abalienavit, & cum Cæſare, totaque Cæſaris factione conjunxit, ut etiam duos maxime omnium infenſos, atque inimicos optimatibus, Gabinium rogatu Pompeji, Vatinium Cæſare contendente defenderit, & laudarit. hoc ipſemet explanat in oratione de provinciis: *Leviſſime feram, ſi forte iis minus probaro, qui meum cum inimico ſuo reditum in gratiam vituperabunt; cum ipſi & cum meo & cum ſuo inimico in gratiam redierint.*

Leviter repungere] Excuſatio triplex, quod leviter eos offendat, quod laceſſitus, quod in re ſimili, id eſt in altero Publio.

Sæpe facio] Quod in judicio dixi, ſæpe facio, ut eorum animos leviter repungam.

Diis, hominibuſque approbantibus] Sine ulla cujuſquam reprehenſione. ſic epiſt. 4. libr. 2. ad Q. Fr. *Vatinium, a*

 quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quo palam oppugnabatur Sextius, arbitratu noſtro concidimus, diis hominibuſque plaudentibus. Contra epiſtola 1. libro 3. ad eundem: *Probe premitur Gabinius: niſi noſter Pompejus, diis hominibuſque invitis, negotium invertit.*

Habes de Vatinio] Cur Vatinium defenderim, cognoviſti. *Habes*, inquit: quia, quæ audimus, accipimus animo. infra: *Accepiſti, quibus rebus adductus, quamque rem, cauſſamque defenderim.*

De Craſſo] De quo quæſiiſſe Lentulus non videtur. nam in prima epiſtolæ parte Cæſar, Appius, Vatinius, ex Lentuli litteris nominantur, Craſſi nulla mentio. ſed Ciceroni propoſitum in primis hoc eſt, ut excuſet ea, quæ ſibi aliquam inurere notam inconſtantiæ poſſint. quare, cur & cum Craſſo poſt reconciliationem contenderit, &, poſt contentionem, rurſus in gratiam redierit, cauſſas diligenter exponit.

Magna jam gratia] Vetus inter eos fuerat ſimultas, vel exorta Cicerone conſule, cum Craſſus Catilinæ conſiliorum particeps eſſe putaretur, ut hiſtoriæ declarant; vel, ut ego arbitror, multo ante, cum Cicero ab adoleſcentia ſua, ut in hac epiſtola jam dixit, Pompeji fautor extitiſſet, Craſſumque ſæpe, ut epiſt. 12. lib. 1. ad Att. ſcripſit, in Pompejana laude perſtrinxiſſet: in ſuaſione quidem legis Maniliæ, laudem ſervilis belli, Craſſi virtute confecti, magna ex parte ad Pompejum transfert. Primus dies eos in gratiam reduxit, cum Craſſus in ſenatu, præſente Pompejo, a Mithridatico bello proxime reverſo, de rebus a Cicerone conſule in urbe geſtis ornatiſſime locutus eſt. cujus orationis illuſtrem ſententiam cum Cicero ad Atticum ſcripſiſſet, ſubjunxit: *Hic dies me valde Craſſo adjunxit.* Rurſus odium inter eos emerſit, quo anno lege Clodia Cicero pulſus eſt, Craſſo Clodium adjuvante, ut in Plutarcho legimus. Iterum autem reconciliati, reſtituto in patriam Cicerone, intercedente Publio Craſſi filio, Ciceronis amantiſſimo, ut idem Plutarchus. Tertiæ tum diſſenſionis, tum etiam reconciliationis cauſſa hic exponitur.

Communis concordiæ cauſſa] Quod privatas inimicitias reip. donandas putaret; ne quando privatis odiis publica impediretur utilitas.

Contriveram] Depreſſeram, conſumpſeram. contrita enim vim non habent. ſic in Tuſcul. 5. *Cum virtutem ad cælum extulerint, reliqua ex collatione facile eſt conterere, atque conſumere.*

Defenſionem Gabinii] In ſenatu, cum in abſentem Gabinium acerbiſſime invectus eſt Cicero. oratio de provinciis, & in Piſonem.

Pag. 54. *Diſputantem*] Cum eo in ſenatu. nam, in judicio, dixiſſet potius, *agentem.*

Læſiſſet] Contumelia verborum. ſatis enim conſtat, non eorum modo animos lædi, contra quos aliquid fit, ſed eorum etiam, contra quos dicitur. in quibuſdam tamen antiquis libris, *Laceßiſſet.*

Exarſi] Vt ignis ex arida materia, ſic nos injuſte læſi exardemus iracundia. bilis enim quæ commota iracundiam gignit, aſſimilatur igni, atque etiam, ut philoſophis placet, accipitur ab igne, ut animus ſpirabilis ab aere, humor ab aqua, viſcerum ſoliditas a terra. quod libro 2. de Nat. deor. Cicero tradidit. Vſurpatur autem tribus modis hoc verbum; *exarſi iracundia*, vel *dolore: exarſit iracundia*, vel *dolor: exarſi*, ſimpliciter. Primi generis exemplum hic habemus, & in Verrem, *Exarſit iracundia, ac ſtomacho.* in epiſt. ad Brutum, *In cauſſa Bruti exarſit incredibili dolore.* Alterum genus cognoſcitur ex epiſtola 3. lib. 2. ad Q. Frat. *Clodiani noſtros conſputare cœperunt, exarſit dolor.* Simpliciter autem, epiſt. 21. lib. 2. ad Att. *Sibilis vulgi, ſermonibus honeſtorum, fremitu Italiæ, vereor ne exarſerint.* Et in procemio lib. 3. de Orat. *Cum homini & vehementi, & diſerto quaſi quaſdam verborum faces admoviſſet, non tulit ille, & graviter exarſit.*

Effudiſſe] Cum in gratiam rediviimus, nihil putavi reliquum eſſe odii.

Reſiduum tamen inſciente me fuiſſet]

Tota

Tota hæc de veteris odii eruptione ſen- duas partes habet, unam ex uno ro, cum incluſum illud odium repente apparuit; alteram ex s, *Quod ego effudiſſe me omne arbi-*, *reſiduum tamen inſciente me fuiſ-* traque igitur pars a ſe ipſa rega- ceſſe eſt. quod cum ita ſit; quæ- de pendeat hoc, *Reſiduum tamen te me fuiſſet*; non enim ad ver- *Quod*, accuſandi caſu enuncia- eferri videtur poſſe. quare aut ſub- ndum alterum, *Quod*: ut ita di- Quod ego effudiſſe me omne ar- ar, quod tamen inſciente me re- n fuiſſet: aut ſolœciſmi ſpecies m videbitur: cujus generis alia e in Cicerone, Pediano etiam te- imadvertentur.

ſet] Placet: etſi varie ſcriptum deam in aliquot antiquis libris, *t, Effugiſſet, Fudiſſet.*

em illi] Veteres in plurali quoque nt, *Idem*: ſed melior conſuetu- *Iidem* diceretur, obtinuit, quod giæ libro ſecundo Cæſarem pro- Cariſius oſtendit.

e nutu, ſignificationeque appello] enim ſæpe jam locutus, nemi- mquam nominavit.

ximum fructum] Pro lætitia po- quam utilitate, *Fructum* hic acci- t etiam epiſtola quinta libro de- : *Ex tuis litteris cepi fructum dupli- mihique in comparatione difficilem icandum, amorem ne erga me tuum, mum in remp. pluris æſtimandum m.* Et in extrema epiſtola: *Ad ſummam liberalitatem, qua te ſcio ßime ſolere frui, pertinere*; pro .

libertate mea] Propter hæc o- : quod, ſedente Cneo Pompejo, m me Bibuli fortunam, quam Va- afflictam putarat, omnium phis, victoriiſque anteferre: quod, n teſte, alio loco, eoſdem eſſe, qui m exire domo prohibuiſſent, & e coegiſſent: quod in Vatinium a libertate, animoque maximo, de auſpiciis, de donatione regno- rum, omnia dixerim: quod ſenatui quoque auctor fuerim, ut de agro Campano idib. Maji referretur: poſtremo, quod cum Craſſo magna libertate contenderim.

Foris] Vulgo, apud omnes homines: ut epiſtola ſeptima libro ſecundo ad Q. Fr. *Senatus frequens divinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda. foris valde plauditur.* Et ad eundem, epiſtola 2. libro 3. *Nihil hominum ſermone foris clarius.*

Fructum tuliſſet] Bonam de me hominum opinionem auxiſſet.

Pag. 55. *Quæ in eadem cauſſa eſſent*] Communis erat cauſſa Craſſi, Cæſaris, Pompeji, qui ad ipſorum potentiam omnia referebant.

Iniqui] Cur enim ex libertate mea maximum fructum cepiſſent, inimiciſſimos mihi fore principes viros lætabantur?

Honeſtißimos] In primis honoratos. epiſt. 15. lib. 2. *Cæſarem honeſtum eſſe cupio.*

Perferrentur] Dixit ſupra: *Sermones ad me referebantur.*

Ita contendiſſet, ut nihil umquam magis] Supra, eadem ſententia aliter expreſſa: *Cæſaris, ut illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta.* Eodem modo accipitur, *Pugnare*, epiſt. 32. libro ſeptimo.

Maxima moleſtia] Quid mirum? cum, præter initam inter eos in cauſſa populari ſocietatem, Craſſi filii quæſtor Marcus, Publius legatus, Cæſare imperatore in Gallia mererent.

Temporum meorum] Earum calamitatum, quas olim pertuli, quia nimium in republ. libere ſenſiſſem. quod ne iterum accideret, providendum fuit. Hoc nomine caſus adverſos interdum appellat, ut in extrema epiſtola: *Scripſi verſibus tres libros de temporibus meis.* Et in ſuaſione Maniliæ legis: *Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putavi.*

Natura] Quæ me ab omni contentione revocabat.

Pæne a meis laribus] Non revera a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

meis laribus, cum domi meæ non cenaverit, ſed pæne a meis laribus; cum & apud me cenaverit, & in hortis generi mei. *Lares* pro ædibus ponuntur, quia præeſſe putabantur ædibus: & iidem ſunt omnium ædium lares; penates autem ſingularum ædium proprii. ideo ſeparatim eos Plautus nominavit in Merc. *Ego mihi alios penates deos perſequar, alium larem.*

Condixiſſet] In diem certum denunciaſſet. ſic enim Feſtus interpretatur.

Apud me] *Apud me, apud Pompejum, apud ſe,* valet in ædibus meis, in ædibus Pompeji, in ædibus ſuis. hic igitur non omnino proprie dictum eſt, *Apud me,* quia cenaverat Craſſus non in Ciceronis ædibus, ſed in hortis Craſſipedis. verum hortos Craſſipedis quaſi ſuas ædes putat: ideo dixit etiam, *Pæne a meis laribus.*

Commendatione] Laude.

In ſenatu] Hac de re ſic ad Craſſum, epiſt. 8. lib. 5. *Et cum conſulibus, & cum multis conſularibus tanta contentione decertavi, quanta numquam antea ulla in cauſſa: veterique noſtræ neceſſitudini jamdiu debitum, ſed multa varietate temporum interruptum officium cumulate reddidi.*

Mea fides] Poſt reconciliationem.

Rem, cauſſamque] *Res*, ut ſupra demonſtravi, totum negotium ſignificat; *Cauſſa* negotii pars eſt, quæ ad aliquem proprie pertinet. *res* igitur eſt hic, id quod Pompejo, & Cæſari placebat; quos offendere, temporibus admonitus, Cicero nolebat: *cauſſa* vero, Vatinius, & Craſſus, quorum alterum in judicio, alterum in ſenatu, rogatu Cæſaris, & Pompeji, defenderat.

In rep. capeſſenda] Dixi jam, *Remp. capeſſere*, idem eſſe, quod, adminiſtrare.

Pro mea parte] Quod ad me attinet. dixit enim epiſtolæ initio: *Oſtendam qui ſit meus ſenſus, & ſtatus.*

Mihi integra omnia ac libera fuiſſent] Si mihi pro meo ſenſu, ac judicio remp. capeſſere licuiſſet: id quod non licuit: cum me fratres mei fides, Pompeji, Cæſariſque beneficia, optimatum injuriæ commoverint: Paullo poſt: *Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in rep. non alius eſſem, atque nunc ſum: cum vero in hunc ſenſum & alliciar beneficiis hominum, & compellar injuriis; facile patior ea me de republ. ſentire, ac dicere, quæ maxime cum mihi, tum etiam reip. rationibus putem conducere.* Ideo autem plane integrum Ciceroni non erat, ut id ageret, quod maxime probaret; (probaverat autem ſemper, ac defenderat optimatum cauſſam, quam Cæſar, & cum eo conjuncti Pompejus, & Craſſus, populari via potentiam quærentes, oppugnabant) quia cum Pompejum non ſolum beneficio, ſed amore etiam, ac perpetuo quodam judicio diligeret; Cæſaris autem in ſe, fratremque ſuum mirificam liberalitatem eſſet expertus: præterea reconciliatos cum inimico ſuo, familiarique conjunctos amicitia, principes optimatum videret, diſcedere a priſtina ſententia cogebatur.

Contra tantas opes] Quod erat periculoſum.

Neque dolendum] Quod ipſa reſp. nolle videretur. dixit enim ſupra: *Vehementer res ipſa publica me movet: quæ mihi videbatur contentionem, præſertim maximis rebus a Cæſare geſtis, cum illis viris nolle fieri, &, ne fieret vehementer recuſare.*

Pag. 56. *Converſis rebus*] Reſpexit ad illud Platonis, Quales in rep. principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe cives.

Temporibus aſſentiendum] Epiſtola 9. libro quarto: *Tempori cedere, id eſt, neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſt habitum.* Dixit idem aliis verbis in oratione pro Plancio: *Stare*, inquit, *omnes debemus tamquam in orbe aliquo reip. qui quoniam verſetur, eam deligere partem debemus; ad quam nos illius utilitas, ſaluſque converterit.*

Præſtantibus viris] Iis, qui optime adminiſtrandæ reip. ſententia præſtiterunt.

Ut in navigando] Nihil jucundius, atque etiam nihil utilius, quam in legendo ſimilia conferre. quo in genere qui verſantur, his fere neque deeſt umquam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…, quod ſcribant, & ea, quæ ſcri-…um augere, & exornare facile poſ-…ſunt. Vſus eſt Cicero in oratione pro Plancio eadem ſententia ſumpto a navigantibus exemplo. *An*, inquit, *cum …n navem ſecundis ventis curſum te-…m ſuum, ſi non ea cum petat portum, … ego aliquando probavi, ſed alium …nus tutum, atque tranquillum; cum …tate pugnem periculoſe potius, quam …lute præſertim propoſita, obtempe-… & paream? neque enim inconſtantis … ſententiam, tamquam aliquod navi-…, atque curſum, ex reip. tempeſtate …ari.* Cujus loci extremam partem …n verbis iteratam video in oratione … Balbo. *Aſſentior*, inquit, *non …us: neque eſſe inconſtantis puto, …tiam aliquam, tamquam aliquod na-…n, atque curſum, ex reipubl. tempe-…moderari.* Et ad Attic. epiſtola 6. lib. 6. *Nemo doctus umquam mutatio-… conſilii, inconſtantiam dixit eſſe.*

…rtum tenere] Pro, obtinere. epi-… 1. *Teneri enim res aliter non po-…*

…tata velificatione] Obliquo curſu, … directo, qui erat inſtitutus.

…men pervenire] Non tam cito, ſed …ando tamen pervenire.

…m dignitate otium] Epiſt. 7. *Ne-…lutis noſtræ rationem nobis haben-…ſſe ſine dignitate, neque dignitatis …lute.* Et in principio lib. 1. de O-…e: *Perbeati fuiſſe illi videri ſolent, … optima rep. cum & honoribus, & re-… geſtarum gloria florerent, eum vitæ …m tenere potuerunt, ut vel in nego-…e periculo, vel in otio cum dignitate …oſſent.*

…on idem ſemper dicere] More navi-…um, qui non eundem ſemper cur-… tenent, ſed eundem tamen por-…, licet mutata velificatione ſemper …ant.

…m idem ſemper dicere, ſed idem ſem-…ectare debemus] Salutem reip. quæ …ntiam a nobis eandem perpetuo … poſtulat. Pro Plancio: *Ego vero …didici, hæc vidi, hæc ſcripta legi; hæc …ientiſſimis, & clariſſimis viris & in hac rep. & in aliis civitatibus monumenta nobis litteræ prodiderunt: non ſemper eaſdem ſententias ab eiſdem, ſed quaſcumque reip. ſtatus, inclinatio temporum, ratio concordiæ poſtularet, eſſe defendendas.*

Solutiſſima] Soluta, & libera Ciceronis voluntas non erat, cum & allicere-tur Pompeji, Cæſariſque beneficiis, & compelleretur optimatum quorundam injuriis.

Facile patior] Ita loquebantur, cum aliquid ſe nec admodum libenter, nec moleſte tamen facere ſignificabant. epiſt. 7. lib. 5. *Si quando non mutuo reſpondetur officiis meis; plus apud me officii reſidere facillime patior.*

Cum mihi] Conjuncta cum præſidiis iis; quæ ſemper habuerat, potentium benevolentia, paullo poſt.

Reip. rationibus] Publicæ cauſſæ, omnium libertati. ſupra; *Lætatus ſum, quod mihi liceret in eadem cauſſa & mihi utilia & cuivis bono recta defendere.* Sic locutus in proœmio Rhetoricorum: *Is mihi vir & ſuis, & publicis rationibus utiliſſimus civis fore videtur.*

Pag. 57. *Apertius hæc ago*] Ita me ſentire profiteor.

Legatus eſt Cæſaris] In Gallia. miſſus a Cæſare cum legione in Nervios, Eburonum, Aduaticorum, Nerviorum obſidionem fortiter ſuſtinuit. Cæſar libro quinto.

Ita illuſtri gratia] Quæcumque a me in illum profecta ſunt, ita perſpicue, ſibi accidiſſe gratiſſima, demonſtravit, ut ego eum, minimis meis officiis, mihi obſtrictum putarem.

Gratia] Apud populum. valere enim in ſenatu auctoritate, apud populum gratia, proprie dicitur. Et Cæſar, qui ſemper ad principatum ſpectaverit, mire popularis ab adoleſcentia fuit, multaque per populum, quæ a ſenatu impetrare nequiviſſet, conſecutus eſt.

Opibus] Opum nomine, quantum valemus, continetur. epiſt. 6. libro ſexto.

Conſilia frangere] Non diſſimile, *Cogitationes debilitare*, epiſtola ſexta.

Poten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Potentium benevolentiam] Eadem ſententia epiſtola octava libro tertio ad Fr. *Præſidium firmiſſimum petebamus ex optimi, & potentiſſimi viri benevolentia ad omnem ſtatum noſtræ dignitatis.* Hoc nimirum illud eſt, quod ſæpe dixit, ſpectandam eſſe cum dignitate otium, habendam non dignitatis modo rationem, ſed etiam ſalutis.

Eſſem uſus eiſdem] Indicat, eo ſe facilius in eam mentem eſſe deductum, quod probari a Lentulo conſilium ſuum exiſtimarit. quaſi, Lentulo aliter ſentiente, aliter ipſe quoque ſenſurus fuerit. huc illud ſpectat epiſtola octava: *Ego quidem, ut debeo, & ut tute mihi præcepiſti, me ad ejus rationes adjungo, quem tu in meis rationibus tibi eſſe adjungendum putaſti.*

Temperantiam, & moderationem] Notum eſt ex Ariſtotele, & aliis, *Temperantiæ* nomine, perfectam virtutem, qua indomitæ, atque exſultantes animo libidines cohibentur, indicari. verbum igitur, *Moderationem*, ſententia non requirit. Sed a more philoſophorum longe diſtat oratoria loquendi conſuetudo. Sæpe copiam quærit Cicero, non ut augeat, immutetve ſententiam, ſed ut explanet magis. neque vero neſciebat, moderationem a temperantia non differre, cum ipſe & lib. 2. de Fin. & Tuſc. 3. *Temperantiam* definierit, atque explicaverit moderationis nomine: & lib. 1. Off. ubi quatuor virtutes nominat, *moderationem* pro temperantia uſurpaverit: ſed, ut dixi, aperiendæ, atque explanandæ rei gratia, non neceſſariam ubertatem interdum amat. eodem modo epiſt. 27. lib. 12. *Eſt ita temperatis, moderatiſque moribus, ut ſumma ſeveritas cum humanitate jungatur.*

Amiciſſimum] Itaque non dubito, quin ea voluiſſes, quæ meis conducere rationibus exiſtimaſſes.

Suffuſum] Tranſlato verbo latere interdum in animo malevolentiam ſignificat, ut aqua latet ſubter cutem fuſa. Sic lib. 2. de Orat. *Ætherem calore ſuffuſum* dixit.

Magnum & excelſum] Quæ virtus plane viro digna. Græci μεγαλοψυχίαν, Cicero libro primo de Off. *Magnanimitatem* vocat. Magni autem excelſique animi eſt, neminem odiſſe, res eas parvipendere, quibus alii ad malevolentiam, ac nocendi cupiditatem facile commoventur. Eidem tribuit animi magnitudinem epiſtola quinta & ſeptima, & in libro de claris oratoribus.

Apertum, & ſimplicem] Quod bonitatis eſt. ideo, quid ſentires, qui tuus in me, ceteroſque animus eſſet, nullo negotio perſpexi.

Tales] Invidos. nam epiſt. 7. *Inte*, inquit, *homine omnium nobiliſſimo, ſimilia invidorum vitia perſpexi.* Notatur etiam perfidia optimatum quorundam, Ciceroni in ſalute, Lentulo in dignitate cognita. epiſt. 5. 6. 7.

Moverunt] Ut quibuſdam in ſententiis paullum me immutarem, meamque voluntatem ad ſummorum hominum, de meque optime meritorum, dignitatem aggregarem.

Salus mea] Ut in patriam redirem.

Etiam dignitas] Modeſte petit, ut eundem ſe præbeat Lentulus in ejus tuenda, atque augenda dignitate, quem in recuperanda ſalute præſtiterat.

P. 58. *Socium, comitemque*] Non dixit, *adjutorem*, ut arrogantiam vitaret; & ſimul, quod in ſocietatis nomine quædam ineſſe videtur benevolentiæ ſignificatio. *Socius* autem, proprie, agentem adjuvat: *comes* euntem ſequitur.

Orationes] Triennio ſcriptæ, Marcellino, & Philippo coſſ. ut pro L. Calpurnio Beſtia, pro P. Sextio, in Vatinium, de provinciis conſularibus, de haruſpicum reſponſis: Pompejo, & Craſſo, in Piſonem: Domitio, & Appio, pro Scauro, pro Vatinio, pro M. Cœlio, atque etiam pro A. Gabinio, quem rogatu Pompeji hoc anno defendit, ut ex Dione lib. 39. & ex epiſtolis ad Atticum, ad Q. fratrem intelligitur. nominant & orationem de rege Alexandrino rhetores Latini Aquila, & Fortunatianus: quam opinor habitam eſſe Marcellino, & Philippo coſſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...anno ſcimus actum eſſe in ſenatu ...nis contentionibus de reſtituendo ...emæo, Ægypti rege.

...enocrito] Lentuli liberto. uſitatius ...en eſt, *Menocratis*, quam, *Me...ti*: ſed libri veteres in *Menocrito* ...entiunt.

...pertimeſcas] Jocatur; quaſi mul...n orationum lectio moleſtiam ...tulo allatura ſit.

...ag. 59. *Referoque ad manſuetiores ...s*] Hoc plane poema ad Cæſarem ...tur ſcripſiſſe, de quo epiſt. 8. & 9. ...; ad fratrem: fatebor tamen in...ie, quod mihi non mediocrem ...itandi cauſſam attulit. certe enim, ... dicat Cicero, *Referoque me ad ...ſuetiores muſas*, videtur de poe...e aliquo, a ſe ſcripto, velle ſub...gere: nec tamen id facit: nam in...ſtatim, *Scripſi igitur Ariſtotelico ... tres libros in diſputatione, ac dialo...e oratore.* Muſis autem cum orato...atione quæ communio eſt? quare ...or interdum, ne hoc totum, quod, ...ſum parentheſi, a ceteris diſtin...ur, transferendum ſit aliquo mo...d illud infra poſitum, *Scripſi etiam ...ibus tres libros de temporibus meis.* ...ſi *manſuetiores muſas* vocavit ea ſtu..., quæ domi culta, ad lenitatem, ...e humanitatem animos traducunt; ... orationes in foro habitæ conten...nem habeant. confirmare videtur ...c opinionem locus epiſt. 12. lib. 16. *...nuſis noſtris, para, ut operas reddas.* ...libi *Muſas* pro litteris poſuit, ut ad ... ep. 5. l. 2. *Cum omnibus muſis ratio... habere cogito.*

...a prima adoleſcentia] Adoleſcentu... Arati poema convertit. quod ho..., temporis injuria, mutilum habe...s. Puer etiam tetrametro verſu li...m compoſuit, quem, ut ait Plutar...s, inſcripſit, *Pontius Glaucus.*

...Delectarunt] Non ad proximum, quo ...d muſas referre ſolitus eſt, ſed ad ...ginquum adoleſcentiæ tempus ver...n, *Delectarunt*, accommodavit, ut ...ita me delectant, ut olim adoleſcen...um delectarunt. Simile illud in Bruto, de commentariis Cæſaris: *Nudi ſunt, recti, & venuſti omni ornatu orationis, tamquam veſte detracta.* Quod eſt: omni detracto, tanquam veſte, orationis ornatu.

Scripſi igitur Ariſtotelico more, quemadmodum quidem volui, tres libros in diſputatione, ac dialogo de Oratore] Quid ſit, *Ariſtotelico more*, mecum ipſe quæro, utrum, quia dialogos & Ariſtoteles compoſuerit, qua de re Plutarchi teſtimonium exſtat in conſolatione ad Apollonium, & Baſilii in epiſtola ad Diodorum, Themiſtii præterea, & Philoponi: an vero, quia more quodam, non vulgari, ſed exquiſito, qualis Ariſtotelis mos fuit, artis oratoriæ præcepta tradiderit. in quam equidem ſententiam facile, & libenter inclino, commotus maxime ſequentibus verbis, *Quemadmodum quidem volui:* quibus minuere Cicero voluit arrogantiam, quaſi nimium ſe extuliſſet, profeſſus Ariſtotelico more ſe ſcripſiſſe de oratore: majoremque etiam præ ſe tulit modeſtiæ ſpeciem cum ſubjunxit: *Quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles.*

Arbitror] Inquit: quod fidentis non videtur: abeſt enim affirmatio.

Lentulo tuo] Adoleſcenti non viro. nam facultatis in eo plus requiritur, qui viris placere velit.

Non inutiles] Et hic opinionem vitat arrogantiæ. nam ſi, *Utiles*, dixiſſet; promiſſio major erat. Hæc omnia modeſtiam declarant. & illud,

Quemadmodum quidem volui] Valet hoc: an ſim aſſecutus, ignoro: volui quidem certe. Præterea, doctrinam hic potius, & acumen Ariſtotelis, quam ſcribendi genus, indicari, ob eam cauſſam arbitror, quod in ſcribendi genere Platonem, & Xenophontem, quorum dialogis Ariſtotelis dialogos nemo conferre auſus eſt, aut ſolos, aut cum ipſo ſaltem Ariſtotele nominaſſet. Sin ad doctrinam ſimul, & ſcribendi genus reſpexiſſe Ciceronem aliquis dicat: non prius hoc mihi perſuaſerit, quam, ſcriptum eſſe ab Ariſtotele de oratore dialogum, oſtenderit. unum autem ejus dia-

dialogum de animo, Eudemum inſcriptum, præterea nullum, quod equidem legerim, veteres nominant. Baſilius quidem dialogorum Ariſtotelis nomina non ponit: ſed eum ait, & Theophraſtum, cum dialogos componere eſſent aggreſſi, deterritos venuſtate Platonis ad aliam ſe ſcribendi rationem contuliſſe.

Abhorrent enim a communibus præceptis] Quænam erant communia præcepta? ea ſcilicet, quæ lib. 1. de orat. exponuntur ex perſona Craſſi. *Non negabo*, inquit, *me iſta omnium communia, & contrita præcepta didiciſſe: primum, oratoris officium eſſe, dicere ad perſuadendum accommodate: deinde, eſſe omnem orationem aut de infinitæ rei quæſtione, aut de re certis in perſonis, ac temporibus locata, &c.* Hæc igitur Cicero in iis libris non eſſe ad bene dicendum valde neceſſaria confirmat: & præſtantiora quædam docet, partibus ita diſtributis inter Antonium, & Craſſum; ut ille lib. 2. de materia oratoris; hic lib. 3. de ornandi ratione diſſereret. His autem libris nihil poſſe fieri elegantius, aut etiam utilius, convenit inter homines eruditos, atque ipſe Cicero, de iis quid ſentiret, oſtendit in epiſt. 19. lib. 13. ad Att. *Sunt*, inquit, *libri tres de oratore, mihi vehementer probati.*

Omnem antiquorum] Ariſtotelis, & Iſocratis: quod ſequentibus verbis declaratur. quamquam antiquorum etiam omnium oratoria ratio in uno Ariſtotele continebatur. ſcripſit enim librum, in quo expoſuit dicendi artes omnium ſuperiorum, ut lib. 2. de Invent. & lib. 2. de Orat. legimus. Oppoſuit autem, Antiquorum rationem oratoriam, Communibus præceptis: quod erant Romæ, qui vulgo Rhetoricam artem docerent, & dicendi præcepta traderent. id Sullanis temporibus primus profeſſus eſt L. Plotius Gallus, ut ad Titinium ſcripſit Cicero: cujus hæc Suetonius verba recitat in libro de claris rhetoribus: *Memoria teneo, pueris nobis, Latine docere cœpiſſe L. Plotium quendam: ad quem cum fieret concurſus, quod ſtudioſiſſimus quisque apud eum exerceretur; dolebam idem mihi non licere. continebar autem doctiſſimorum hominum auctoritate, qui exiſtimabant, Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe.*

Ariſtotelicam] Non opinor hos tantum, quos nunc habemus, ſed alios quoque ſignificari Ariſtotelis libros de ratione dicendi. ex his quidem, qui exſtant, dubitari non poteſt, quin multa Cicero tranſtulerit in ſuos oratorios libros, præſertim in tertium: quod accurate legentibus patebit. De aliis vero ejuſdem Ariſtotelis rhetoricis libris, hæc ſcripſit Cicero libro ſecundo de Orat. *Inter hunc Ariſtotelem, cujus & illum legi librum, in quo expoſuit dicendi artes omnium ſuperiorum, & illos, in quibus ſua quædam de eadem arte dixit, & hos germanos hujus artis magiſtros, hoc mihi viſum eſt intereſſe.* Quis porro neget, ex eo maxime libro, quo ſuperiorum omnium artes complectebatur Ariſtoteles, multa Ciceronem in ſuos oratorios retuliſſe, cum ex eodem libro multa ſumpſerit adoleſcens, ut eos, de Inventione quos inſcripſit, minime cum oratoriis comparandos, veterum doctrina locupletaret? quod ipſe libro ſecundo ejus artis, in proœmio, docet his verbis: *Nobis omnium, quicumque fuerant ab ultimo principio hujus præceptionis uſque ad hoc tempus, expoſitis copiis, quodcumque placeret, eligendi poteſtas fuit. ac veteres quidem ſcriptores artis, uſque ab principe illo, atque inventore Tiſia repetitos, unum in locum conduxit Ariſtoteles, & nominatim cujuſque præcepta, magna conquiſita cura, perſpicue ſcripſit, atque enodata diligenter expoſuit; ac tantum inventoribus ipſis ſuavitate, & brevitate dicendi præſtitit, ut nemo illorum præcepta ex ipſorum libris cognoſcat, ſed omnes, qui, quod illi præcipiant, velint intelligere, ad hunc, quaſi ad quendam multo commodiorem explicatorem, revertantur.* Hæc Cicero. deinde, facta mentione eorum, qui Ariſtotelem, aut Iſocratem ſecuti, præcepta dicendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

i reliquerunt, *Nos*, inquit, *no-*
es, quoad facultas tulit, propo-
, & ex noſtro quoque nonnihil in
e contulimus. Sumpſit igitur Ci-
Ariſtotele multa, neque ex iis
libris, quibus nunc utimur, ſed
tiam, qui malo quodam periere
rum fato. Præterea gloriatur, ita
ſiſſe oratorios, ut a communi-
æceptis abhorrerent, omnem-
tiquorum Ariſtotelicam, & Iſo-
m rationem oratoriam comple-
tur. Laertius quatuor corpora
icorum librorum Ariſtotelis no-
, Gryllum, unicum librum, in
t libro ſecundo Quinctilianus ait,
m ſubtilitatis ſuæ argumenta, quæ-
ratia, excogitavit; alterum, duos
icæ artis libros; tertium, uni-
brum, quem inſcripſit Ars; quar-
libros duos, eadem inſcriptione.
numero tres, qui hodie ſunt in
ous, excluſos videmus. At Cice-
Quinctilianus, ut ſupra demon-
nus, illos agnoſcunt.

craticam] De Iſocratis arte diſcre-
veterum ſententiæ. Plutarchus
ambigere ſe oſtendit, cum illa
avit litteris in ejus vita: Εἰσὶ δ'
τέχνας αὐτὸν λέγουσι συγγεγραφέ-
δὲ, οὐ μεθόδῳ, ἀλλ' ἀσκήσει χρή-
ῃ. Hermogenis interpres Iſocrati
tribuit, Ἰσοκράτης, inquiens,
ἐν τῇ τέχνῃ, ὡς ἐν τῇ διηγήσει
ον τότε πρᾶγμα, καὶ τὰ πρὸ τοῦ
κατος, καὶ τὰ μετὰ τὸ πρᾶγμα,
διανοίας, αἷς ἕκαστος τῶν ἀγωνι-
ων χρώμενος, τὸ δέ τι πέπραχε.
eo ſenſit Quinctilianus libro ter-
nam, cum de Ariſtotele, & I-
te loqueretur; *Ars*, inquit, *eſt*
que, ſed pluribus eam libris Ariſto-
omplexus eſt. Idem tamen pror-
bigit libro primo cum ait: *Hæc*
originem ab Iſocrate (ſi tamen re-
ars, quæ circumfertur, ejus eſt)
. Cicero noſter eam plane repu-
bro ſecundo de Invent. *Fuit*, in-
eodem tempore, quo Ariſtoteles,
us & nobilis rhetor Iſocrates: cujus
quam conſtet eſſe artem, non inve-
nimus: diſcipulorum autem, atque eorum, qui protinus ab hac ſunt diſciplina profecti, multa de arte præcepta reperimus. Hanc ergo dubitationem e ſcriptoris nomine ortam exiſtimo, quia fuit alter Iſocrates, Iſocratis magni diſcipulus; a quo ſcriptam artem rhetoricam ſuſpicari licet: cum præſertim diſcipulorum Iſocratis multa ſe reperire dicendi præcepta Cicero dicat. Ac me quidem in hanc ſuſpicionem illa etiam ratio ducit, quod Iſocratis ejuſdem junioris eſſe orationem illam ad Demonicum, quæ Iſocrati magno tribuitur, Harpocration teſtis eſt. Atque hæc omnia illuc refero, ne quis putet Ciceronem, quia dixerit Iſocraticam rationem ſe eſſe complexum tribus oratoriis libris, Iſocratis ipſius artem legiſſe, quam negavit ullam reperiri lib. 2. de Invent. itaque, *Iſocraticam*, interpretor, ab Iſocratis diſcipulis traditam, ex inſtitutis tamen, & opinionibus magiſtri. quæ enim ille voce docuit domi ſuæ, poſtea ſcriptis eadem diſcipuli ejus perſecuti ſunt. his autem cum iis, qui ab Ariſtotelis diſciplina profecti ſunt, controverſiæ nonnihil fuit: quod Quinctilianus lib. 3. ſignificat. ait enim: *His ſucceſſere multi, ſed clariſſimus Gorgiæ auditor Iſocrates. hinc velut diverſæ ſecari cœperunt viæ. nam & Iſocratis præſtantiſſimi diſcipuli fuerunt in omni ſtudiorum genere: eoque jam ſeniore, Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit.*

Rationem oratoriam] Quæ de arte dicendi Ariſtoteles, & Iſocrates præceperunt. in hoc enim libri Ciceronis oratorii a communibus præceptis abhorrent. Eodem ſpectat illud, quod ſcripſit epiſt. 1. lib. 2. ad Att. *Meus liber totum Iſocratis μυροθήκιον, atque omnes ejus diſcipulorum arculas, ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſit.*

Tres libros de temporibus meis] De exſulio, atque etiam reditu: in his enim Lentulum, optime de ſe meritum, nominavit. ſcripſit etiam verſibus tres libros de conſulatu ſuo, ſed antequam

iret

iret in exſulium: quod epiſt. 3. lib. 2. ad Att. & de Divin. lib. 1. oſtendit. hic autem Cicero commemorat, quæ poſt diſceſſum Lentuli, id eſt, poſt exſulium ſuum, ſcripſerat: Epiſt. 6. lib. 2. *Novitate meorum temporum.*

Et erunt] Sperat futurum, ut a poſteris etiam legantur. Sed eos aut hominum incuria, aut vetuſtas ipſa perdidit.

Sed, quia verebar] Ἔλλειψις, figura aliquid detrahens. nam hic ſententia deſiderat, *Non miſi*: ut ſit; Ideo non miſi eos libros ad te, quia verebar eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare.

Totam ad te defero] Ad arbitrium tuum confero: ut ſe ipſe interpretatur ſequentibus verbis.

Conſequi] Præſtare. omnes meorum ſtudiorum fructus ad te defero: ut iis arbitratu utaris tuo.

Vt me nolim admoneri, rogari vero ſine magno dolore vix poſſim] Rogari enim ſe, qui amant, non patiuntur. ideo dixit epiſt. 10. lib. 3. *Injuriam mihi fieri putabam, cum rogabar.* Epiſt. 13. lib. 9. *Peto a te, vel, ſi pateris, oro, ut homines miſeros conſerves incolumes.* Epiſt. 18. lib. 13. *Ego admirabar magis, te, quaſi rogatus, aut certe admonitus liberaliter Attico reſpondiſſes, ultro ad eum ſcripſiſſe.* Epiſt. 4. libro decimoquinto: *Admonendum te potius, quam rogandum, puto.* Et ad Att. epiſt. 35. lib. 12. *Vehementer te rogo, magis quam a me vis, aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore ſuſcipias.*

Pag. 60. *In Ciliciam*] Partem Lentuli provinciæ. vide epiſt. 7. *Qui Ciliciam, Cyprumque teneas.*

Adjuncto iſto fundo] De Cilicienſi fundo Q. Ciceronis nullam alibi mentionem invenio. Emptus quidem non videtur, quantum ex verbo, *Adjuncto*, licet intelligere: teſtamento fortaſſe legatus.

Exercitationibus] Oratoriis. declamando enim vel in ſcholis rhetorum, publice profitentium, vel domeſtica diſciplina adoleſcentes exercebantur. Græcis autem exercitationibus ali melius ingenia poſſe, ſcripſit Cicero in epiſtola ad Titinium. cujus exemplo ſupra uſi ſumus.

Neque cariorem, neque jucundiorem] Conjungit eadem in epiſt. 2. libro ſecundo, *Cui carus æque ſis, & perjucundus, ac fuiſti patri.*

Poſteritas omnis intelligat] Tempori ſerviens pollicetur, quod non præſtitit. nullum enim librum Lentulo inſcripſit, qui quidem exſtet, aut ab iis nominetur, qui ſæpe ſcripta Ciceronis appellant.

Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea dixit etiam in ſenatu palam, ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega provinciam; ſi curiata lex non eſſet, ſe paraturum cum collega, tibique ſucceſſurum: legem curiatam conſuli ferri opus eſſe, neceſſe non eſſe: ſe, quoniam ex S. C. provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introiſſet] Curiata lex a populo per curias congregato nomen accepit. curias autem, in quas Romulus populum diſtribuit, ut in ſua quiſque curia ſacra publica faceret, ferias obſervaret, triginta fuiſſe, omneſque in Palatio, ſatis, ut opinor, notum eſt. ex his curiis cum populus, ut aliquid juberet, aut judicaret, in unum locum coibat, *curiata comitia* vocabantur. coiviſſe autem populum in Comitium, qui locus in foro fuit, docet Varro. Lex igitur curiata comitiis curiatis ferebatur; quibus autem de rebus, & a quo magiſtratu ferretur, non eſt alienum oſtendere. De adoptione ferebatur, & de imperio militari. Si de adoptione, ferri poterat vel a tribuno pl. vel a conſule. de tribuno pl. locus indicat in epiſt. 17. lib. 1. ad Att. *Hæc ſunt in rep. niſi illud etiam ad remp. putes pertinere, Herennium quendam tribunum pl. ſæpe jam de P. Clodio ad plebem traducendo agere cœpiſſe. huic frequenter interceditur.* De conſule quis dubitet? cum Suetonius inter acta Cæſaris conſulis hoc memoret: *P. Clodium, fruſtra jam a patribus ad plebem*

tranſi

anſire conantem, eodem die, horaque na traduxit. Et epiſt. 12. lib. 2. ad tt. *Quid Cæſar? negat ſe quidquam e illius adoptione tuliſſe.* Adoptionem item illam curiata lege factam eſſe, eclarat oratio pro domo: in qua ſunt ec: *Negant augures fas eſſe agi cum po-lo, cum de cælo ſervatum ſit. quo die te lex curiata lata eſſe dicatur, audes gare, de cælo eſſe ſervatum?* Et paullo oſt: *Si, quod in ceteris legibus trinundi-um eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt ium eſſe horarum: nihil reprehendo.* Et nfra: *Credo enim, quamquam in illa loptione legitime factum eſt nihil, tamen eſſe interrogatum, auctor ne eſſes, ut te P. Fontejus vitæ, neciſque poteſta-em haberet, ut in filio. quæro, ſi aut egaſſes, aut tacuiſſes, ſi tamen id tri-inta curiæ juſſiſſent, num id juſſum eſſet atum? certe non.* Confirmat Gellius ib. 5. cap. 19. *Arrogantur*, inquit, *ii, ui, cum ſui juris ſint, in alienam ſe po-eſtatem tradunt: ejuſque rei ipſi aucto-es fiunt. Sed arrogationes non temere, eq; inexplorate committuntur: nam comi-ia arbitris etiam pontificibus præbentur, uæ curiata vocantur.* De imperio mi-tari, quod extra urbem gereretur, la-am opinor eſſe curiatam legem vel ab o ipſo, qui accepturus eſſet imperium, i modo magiſtratus eſſet, vel a conſu-e. latam ab ipſo magiſtratu, qui uſu-us eſſet imperio, auctor eſt Livius ib. 9. *Papirio*, inquit, *dictatori, le-em curiatam de imperio ferenti, triſte men diem diffidit.* A magiſtratu, qui non eſſet uſurus imperio, exemplo Ci-ceronis & Bibuli, (ut omittam alia quam plurima) demonſtratur. nam & Cicero in Ciliciam, & eodem tempo-re Bibulus in Syriam, uterque aliquot annis poſt conſulatum profecti ſunt. atam autem de utriuſque imperio cu-riatam legem, ex eo liquet, quod u-terque bellum geſſit, utrique ſupplica-tiones ob rem bene geſtam decretæ: Cicero etiam de triumpho cogitavit. itaque dubitandum non eſt, quin con-ſules ejus anni, Sulpicius, & Marcel-lus, alter, ambove, curiatam legem de eorum imperio tulerint, alioqui provinciam quidem eo genere imperii, quod lex Cornelia dabat, adminiſtra-re potuiſſent; quo ſe Appius, curiata lex ferri ſi non poſſet, contentum fore dictitabat: militarem autem rem, quæ triumphi ſpem, & occaſionem affere-bat, nullo pacto iis attingere licuiſſet. curiatis enim comitiis rem militarem contineri lib. 5. prodidit Livius: con-ſuli, ſi legem curiatam non haberet, attingere rem militarem non licuiſſe, Cicero in orat. 2. in Rullum; & ibi-dem: *Conſulibus, legem curiatam feren-tibus, ſæpe interceſſum eſt.* Curiata igi-tur lege, in foro lata a conſule, non a tribuno pl. (nam tribunis pl. nihil cum curiis) triginta lictoribus veteres triginta curias repræſentantibus, po-pulus provinciarum rectoribus impe-rium dabat, Cornelia ſenatus: ſed Cornelia juris dicendi poteſtatem, nihil pro viatico; curiata vero exercitus ha-bendi, bellique gerendi jus, cum ſti-pendio militum, & proconſulis via-tico, dabat. Et Cornelia, a L. Sulla dictatore lata, hoc ſanxerat, ut, qui provincias ex S. C. accepiſſent, impe-rium haberent, quoad in urbem in-troiſſent: (ſtuduit enim Sulla optima-tum potentiæ; plebem, quæ adverſus eum pro Mario ſteterat, afflixit,) cu-riata vero, quoties quiſque in provin-ciam iturus eſſet, de ejus imperio fe-rebatur. Obſtabat interdum, quod Appius timuiſſe videtur, interceſſio tribunicia. itaque in agraria 2. *Con-ſulibus, legem curiatam ferentibus, ſæpe interceſſum eſt.*

Si licitum eſſet] Sibi. non enim, quod ipſe conſul poſſet, id ut anni ſequentis conſul ferret, exſpectare debuit.

Sortiturum eſſe] Conſules vel ſortie-bantur provincias, vel comparabant inter ſe.

Cum collega] L. Domitio Aheno-barbo.

Si curiata lex non eſſet] Ferri non poſſet, intercedente aliquo tribuno pl.

Se paraturum cum collega] *Parare,*

hic eſt paciſci, conſtituere. mos enim fuit, ut S. C. de provinciis conſularibus ita fieret, ut eas conſules aut ſortirentur, aut compararent inter ſe: quod Livii teſtimonio probatur. & quod apud Livium, *comparare inter ſe*, idem apud Ciceronem, *parare cum collega.* quamquam, & *parare inter ſe*, a veteribus dictum eſſe, Feſti verba, licet præciſa & mutila, videntur oſtendere. nam quod in Salluſtii Jugurtha legendum eruditi homines opinantur: *Silanus, & Metellus, conſules declarati, provincias inter ſe paraverant*: non, ut antea, *partiverant*: equidem iis libenter aſſentirer, niſi me quæ ſequuntur verba prorſus ab hac ſententia removerent. nam, ſi Salluſtius dixiſſet, *Provincias inter ſe paraverant*: ſortitionem excluſiſſet: *parare* enim, ſive *comparare*, ſortitioni opponitur. at ſubjungit: *Metelloque Numidia evenerat.* Quo ſortitionem eſſe factam, ſatis oſtenditur. lego igitur, *Partiverant*, cum duobus antiquiſſimis libris, uno Fulvii Urſini, eruditiſſimi, & humaniſſimi viri, ante ſexcentos annos deſcripto, altero Vaticanæ Bibliothecæ, ejuſdem fere vetuſtatis. *Partiverant* autem, ſortitionem non excludit. utroque enim modo fit provinciarum partitio, ſive ſortiantur conſules, ſive comparent inter ſe: cum ex duabus alter alteram accipiat.

Pag. 61. *Provinciam haberet*] Non Ciliciam nominatim: quod ſi eſſet, quorſum de ſortitione, aut comparatione loqueretur? ſed provinciam ideo habebat, quia ſenatus decreverat, ut ex duabus conſularibus provinciis unam Appius, alteram Domitius, vel ſortientes, vel inter ſe comparantes, obtinerent.

Imperium] Sine armis: quibus uti non poterat, niſi qui curiata lege imperium accepiſſet. de triumpho igitur, cum hæc Appius diceret, minime laborare videbatur. quod confirmant illa verba epiſt. 16. lib. 4. ad Att. *Appius ſine lege ſuo ſumptu in Ciliciam cogitat.* Et epiſt. 2. lib. 3. ad Q. Fr. *Appius ſine lege curiata confirmat ſe Lentulo noſtro ſucceſſurum.* Imperium tamen curiata quoque lege Appius accepit: quo uſus, re militari proſpere geſta, ſupplicationes adeptus eſt, ut epiſt. ult. lib. 3. videtur etiam triumphaturus fuiſſe, niſi a Dolabella reus factus eſſet, ut epiſt. 10 lib. 3. & epiſt. 6. lib. 8. Ad imperium quod attinet, vide epiſt. 1. lib. 1. *Cenſet enim etiam ex iis, qui cum imperio ſunt.*

Quoad in urbem introiſſet] Ergo Cornelia lege datum imperium adminiſtratione provinciæ non finitur, ſed tamdiu manet, donec in urbem proconſul introeat: quod de curiata quoque lege conſtat. urbem vero ingredientibus imperium deponere neceſſe erat, niſi ſi triumphaturi eſſent. tunc enim lex ferebatur ab aliquó tribuno pleb. ut cum imperio triumphantes introirent.

Poſſe te non decedere] Nam quia ſine curiata lege in provinciam ire nemo ſolitus eſſet; cum omnes militari delectarentur imperio: propterea, quod fieri non ſoleret, id etiam non licere, quidam arbitrabantur.

Relinqui poſſe] Ut reliquit Cicero Cœlium quæſtorem, Bibulus Vejentonem. epiſt. 15. lib. 2. epiſt. 3. lib. 7. ad Att.

Pag. 62. *Ne id quidem valde dubium eſt*] Ne de jure quidem dubitari valde poteſt, quin Appio, vel ſi tibi ſine curiata lege ſuccedat, provinciam debeas concedere. Argumento ſunt hæc verba: falli eos, qui legem curiatam rectoribus provinciarum omnino neceſſariam putarent: cum ſine ea jus dicere, & provinciæ præeſſe poſſent, imperio lege Cornelia dato, quoad in urbem introiſſent. Cum hæc ſcripſiſſem; diſputationes ad me ſuas adverſus Nicolaum Gruchium miſit Carolus Sigonius: in quibus de curiata lege, duplicique provinciarum imperio, probari idem utrique noſtrum, animadverti. ſane ſum lætatus, ut animo, & voluntate, itidem nos opinione, & judicio congruere.

Libe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

iberalitatem]Conſuetudinem in tri-
endis officiis: cui paullo poſt *cupidi-*
opponitur, ex quo magis probatur
hi, ut eſt in antiquo libro Maffeo-
n, quam ut in aliis, *Libertatem.*
dem ſenſu *liberalitas* uſurpatur in
ſt. 9. libro quinto & epiſt. 3. li-
o 10.

Solere frui] Solere ex ea voluptatem
pere.

Tuæ cupiditatis] Multi enim diutur-
imperii cupiditate flagrabant.

Illius cupiditatem]Ex eo manifeſtam,
od tibi etiam ſine lege curiata cogitat
ccedere.

Refutare] Rejicere, provincia de-
gata.

De publicanis]Contra quos decretum
voluntate provincialium Lentulus
cerat. ſæpe enim inter publicanos qui
ovincialium vectigalia conducebant,
ſocios, ex vectigalium ſolutione
toriebantur controverſiæ: quas Cicero
datas a ſe eſſe gloriatur in epiſt. 13.
b. 2.

*Felicitate quidem, vellem, conſequi
tuiſſes*] Vellem, ita felix eſſe potuiſ-
s, nihil ut omnino contra ejus ordi-
is, quem ſemper ornaſti, aut rem,
t voluntatem ageres. Quidam vete-
s libri, *Felicitatem*: alii, *Facilitate
utem quod vellem conſequi potuiſſes.* Sed
cilitas eſt voluntatis: quam ſi Cicero
equirit in Lentulo, hominem carpit
miciſſimum, optimeque de ſe meri-
um.

Pag. 63. *Inimici*] Qui etiam quæ-
torem ejus, P. Rutilium Rufum, quod
um prætore ſuo contra eos conſenſiſ-
et, damnaverunt. Pedianus, epito-
ne Liviana lib. 70. Hujus odii publica-
norum in Q. Scævolam mentio fit in
oratione pro Plancio, his verbis: *Equi-
tum ego Romanorum etiam in homines no-
biliſſimos maledicta, publicanorum in Q.
Scævolam, virum omnibus ingenio, juſti-
tia, integritate præſtantem, aſpere, fe-
rociter, & libere dicta commemo-
rem?*

Illi ipſi Q. Scævola] Auguri, P. F.
Lælii Sapientis genero, Craſſi orato-
ris ſocero. Fuit alter Q. Scævola, Q.
F. Pont. max. multis annis junior.

Pag. 64. *Tibi ſum auctor*] Te hor-
tor.

Videtur eſſe prudentiæ tuæ] Pertinere
videtur ad prudentiam tuam, quæ po-
teſt difficillima quæque ſuperare, ut
eum ordinem tibi aut reconcilies, aut
mitiges.

EPISTOLA X.

V*Alerio*] Hic eſt, de quo in epiſt 1.
lib. 3. & 12. lib. 7. *Valerii* nomen
boni ominis apud Romanos habebatur:
itaque Feſtus ſic: *Ominis boni gratia, in
delectu, cenſuve primi nominantur, Va-
lerius, Salvius, Statorius.*

Cur enim tibi hoc non gratificer] Cum
inſcripſiſſet, Valerio juriſconſulto, ſub-
junxit jocans: nam, juriſconſultum
cur te non appellem, neſcio, etiam ſi
juriſconſultus valde non ſis. Et ſane
Valerius hic non videtur jus civile,
quantum opus eſſet, cognoviſſe: cum
de eo ſic ad Appium ſcripſerit: *Vale-
rium juriſconſultum valde tibi commendo,
ſed ita etiam, ſi non eſt juriſconſultus.*
Verum ita familiariter eum Cicero di-
ligebat, ut ei, quod omnino falſum
non erat, id per jocum objiceret. In-
ſcripſi, inquit, hanc epiſtolam, Ju-
riſconſulto, gratiæ potius cauſſa, quam
veritatis, præſertim cum hodie non
qui ſapientes, ſed, qui audaces ſint,
juriſconſulti nominentur. Hic, ut om-
nis, quantum quidem præſtare nobis
liceat, erroris tollatur occaſio, quaſi
quoddam πάρεργον addatur, quod ta-
men alienum non putamus, quæ no-
ſtra ſit de epiſtolæ integritate ſenten-
tia. ſunt enim, qui hujus epiſtolæ de-
ſiderari principium exiſtiment: quod
eis, credo, inſolens, atque ineptum
videatur, prima epiſtolæ verba ab in-
ſcriptione pendere. cujus tamen gene-
ris exemplum hoc animadvertimus,
epiſt. 20. libro tertio ad Attic. M. CI-
CERO S. D. Q. CAECILIO Q. F. POMPO-
NIANO ATTICO: *Quod quidem ita eſſe,
& avunculum tuum functum eſſe officio,*
vehe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

vehementiſſime prelo. Conſtat enim, itidem hic epiſtolæ principium inſcriptionem ſpectare.

Audacia pro ſapientia] *Audacia*, licet fortitudinem imitetur, in malam tamen partem accipitur. *Animus* enim, ut lib. 1. Off. ſcripſit Cicero, *paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non utilitate communi impellatur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis.* Sapientia vero dividitur in duo genera, unum naturæ, idque ſimplex, alterum artis, quod in alia rurſus ei ſubjecta genera dividitur. Naturalem ſapientiam voco, quam expertes doctrinæ multi, nullis litterarum præceptis imbuti, naturæ tamen munere conſequuntur: quales ſunt, qui ſuas actiones directa quadam judicii regula metiuntur, nihil temere nihil indecore committunt, a pravis recta, a turpibus honeſta diſtinguunt. hanc ſapientiam tribuit Cicero epiſt. 1. lib. 7. M. Mario, ſi ludos Romæ, cum per valetudinem poſſet, ſpectare noluit; Lentulo epiſt. 5. ſi omnem amplitudinem, ac dignitatem ſuam in virtute, atque in rebus geſtis ſuis, atque in ſua gravitate poſitam exiſtimabit: aliis alibi, quod labi, & errare per imprudentiam non conſueverint. Vlyſſem quoque, quod, variis jactus caſibus, multis, quæ aliis exitio fuerant, periculis terra, marique defunctus, ad patrios lares reverſus incolumis, ab injuria procorum uxorem, domumque ſuam, ſeque ipſum ſingulari conſilio vindicaverit, hoc excelluiſſe ſapientiæ genere Homerus prodidit. Alterum ſapientiæ genus, quod ab arte proficiſcitur, vel omnium artium, vel multarum, vel unius tantum abſoluta cognitio eſt. ſi omnium, ita definitur, humanarum, divinarumque rerum cauſſarumque, quibus hæ res continentur, ſcientia, quam uni Deo perfectam contigiſſe, nequaquam in homine poſſe reperiri, vere credimus. Deus autem non eam ab arte extrinſecus accepit, (nec enim ulla re umquam indiguit) ſed a ſeipſo, æque æternam, æque infinitam, ut æternus ipſe, & infinitus eſt. Quod ſi non omnium, ſed multarum rerum, quæ vel ad uſum, vel ad ornamentum humanæ vitæ pertineant, notitia eſt; qualis in Thalete, Anaxagora, Pythagora, Democrito, Socrate, Ariſtotele, Platone, & aliis vel Græcis vel Ægyptiis fuiſſe traditur, Philoſophia dicitur: quia perfectam illam ſapientiam, quantum homini licet, imitatur. eadem tamen & ſapientiæ nomen interdum ſibi vindicat: quia, quo nihil putatur inter homines præſtantius, id eo vocabulo, quo nullum inter humanas res nobilius reperitur, decorari æquum eſt. Inde Thales, inde Bias, inde Socrates, aliique quos celebravit antiquitas. Ad hunc numerum aggregare poſſumus, ex Romanis Catonem illum Cenſorium, qui cum & litteris eſſet inſtructus, quamquam non omnino cum ſuperioribus illis conferendus; cumque multarum rerum uſum haberet; ſapientis nomen invenit. Nec video, cur ab hac laude M. Varronem, Ciceronemque noſtrum, qui rerum laudabilium varia cognitione præſtiterunt, hac laude patiamur excludi. Multis etiam unius modo artis eximia quædam, & ſingularis intelligentia, opinionem, ac famam ſapientiæ peperit. quod Athenæus de muſicis lib. 14. tradidit, Plato de poetis, cum Anacreontem ſapientem appellat in Phædro, & genitam a poetis ſapientiam, ait in Lyſide: de juriſconſultis Cicero in libro de Amicitia, L. Acilii exemplo, qui, quod eſſet prudens in jure civili, ſapiens nominatus eſt: de civitatum rectoribus in ſuperiore epiſtola ad Lentulum: *Tota*, inquit, *ſapientium civium, qualem me & eſſe, & numerari volo, & ſententia, & voluntas mutata eſſe debet.* Tranſeo ad humiliores artes. Marmorariis, & ſtatuariis non ſapientiæ laudem tribuit Ariſtoteles lib. 5. Ethicorum? non agricolis Plato in dialogo de ſcientia? non fabris Homerus, in eo, σοφὸς ἤραρε τέκτων; Neque ſolum ex una arte, præclare cognita, multi, ſed ex una etiam, quæ mentis optimæ ſpeciem præ ſe fer-

ferret, actione C. Lælius, ille A-
ani minoris amicitia clarus, ſapiens
habitus eſt, & perpetuo vocatus,
od legis Liciniæ de agri modo; ne
itionem inter cives excitaret, patro-
ium depoſuerit. Cum igitur ſapien-
nomen tam late pateat; merito, a
orum ſtudiis maxima ad omnes ma-
utilitas, juris prudentibus com-
nicatum videtur. eſt enim juris ci-
s prudentia genus quoddam ſapien-
, ex quo civitates, quæ ſua jura, &
aſi juſtitiæ normam ab antiquis legi-
s petunt, quæ plurimæ ſunt, con-
o ſapientis adminiſtrari dicuntur.
am doctrinam Scala meus, huma-
tate, & virtute excellens, lumen, &
namentum Patavini fori, quinque
ris, qui ab omnibus juriſconſultis
mia cum ejus laude leguntur, uni-
ſam comprehendit. Sed, quia ſæpe
idit, ut, qui ea, quam profitentur,
ris civilis cognitione indigeant, ii-
m audacia, ut id, quod ignorant,
re videantur, in primis abundent:
opterea, inductam eſſe conſuetudi-
m, ut in agendis cauſſis audacia pro
pientia liceat uti, per jocum quidem,
d vere tamen Cicero dixit.

Lentulo] Ciliciam adminiſtranti. E-
t igitur hic Valerius in Cilicia, &
it etiam Appio proconſule, cui
mmendatur epiſtola 1. libro ter-
o.

Pag. 65. *Vbi aliquo numero ſis*] Ubi alii
ioque juris prudentiam tenent. iſtic
im ſolus videris juriſconſultus. Sed hic
iam Cicero jocatur: ſignificat enim
alerium de induſtria ſe in Ciliciam
ntuliſſe, ut ſolus ibi ſapere videre-
r, cum juriſconſultus ibi ſolus eſ-
t.

*Partim te ſuperbum eſſe dicunt; quod
hil reſpondeas; partim contumelioſum,
od male reſpondeas*] Jocus eſt in his
erbis & abſtruſus, & elegans. vult
nim innuere, ideo nihil eum quan-
oque reſpondere, non quod ſuperbus
t, ſed quod eum nemo conſulat, cum
mines bonum juriſconſultum non
tent: ideo autem male reſpondere, non quod contumelioſus, ſed quod imperitus, & indoctus. Proprium vero juriſconſultorum fuit, hodieque eſt, de jure conſulentibus reſpondere. Similis jocus eſt in Trebatium epiſt. 16. libro ſeptimo: *Qui iſtinc veniunt, ſuperbiam tuam accuſant, quod negent te percunctantibus reſpondere.*

Vt poſſimus, ſalvum veniſſe, gaudere] Quod in Apulia tua nemo poterit: cum nec propinquum ibi, nec amicum habeas. Pergit in feſtivitate, & Valerii notat ignobilitatem; cui qui gratularetur in patriam redeunti, nemo eſſet. Quod ſi Romam, inquit, venies: erit, qui, te ſalvum veniſſe, gaudeat: habes enim hic, qui te norint, & diligant: in Apuliam vero tuam ſi acceſſeris; quis erit, qui gaudeat? Hanc ſententiam, illata figura παρὰ προσδοκίαν, confirmat ſequentibus verbis: *Tamquam Vlyſſes, cognoſces tuorum neminem.* Quod etſi diſcrepat ab Vlyſſis fabula; qui ſuos quidem ipſe domeſticos omnes, Ithacam reverſus, cognovit, ſed ab iis cognitus non eſt: tamen Cicero, nactus jocandi locum, lepide ſermonem convertit ab Vlyſſe ad ipſius Valerii humilitatem, ac ſolitudinem. Quod ideo oſtendendum putavi, ne quis Ciceronem in Vlyſſis fabula memoriæ vitio labi putet: cum in eo ipſo jocus appareat, quod, cum, inducta Vlyſſis mentione, dicturus videretur, cognoſceris a tuorum nemine, traduxit ſententiam, ut dixi, ad id, quo Valerii notabatur ignobilitas. Veram ſententiam, ut Homerum omittam, Varro in Seſquiulyſſe, apud Nonium, retulit his verbis:

Adverſi venti conciderunt: quod ſi pergunt diutius
Mare volvere; vereor, ne me quoque cum domum jam ab Ilio
Ceſſim revertero, præter canem cognoſcat nemo.

Poſſit etiam hoc aliquis referre ad illud tempus, cum Vlyſſes dormiens, a Phæacibus in litore Ithacenſi expoſitus, mox experrectus, patriam non agnovit. unde Homerus ἐν τῷ ν:

— ὄφῤ' ἔγρετο δῖος Ὀδυσσεὺς,
Εὗδων ἐν γαίῃ πατρῴῃ, ὁ δέ μιν ἔγνω
Ἤδη δὴν ἀπεών· περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦεν
Παλλὰς Ἀθηναίη. —

Et infra ſic ipſe Minervam interrogat:

Τίς γῆ, τίς δῆμος, τίνες ἀνέρες ἐγγεγάασιν;

Sed omnino prior interpretatio magis placet: ut in lepore pergat; &, quemadmodum primis epiſtolæ verbis audaciam, mediis inſcientiam, ſic poſtremis joco liberiore, id eſt, a ſuperiori non diſſimili, ignobilitatem irrideat familiariſſimi ſui: de quo in epiſtola prima libro tertio: *Eſt ex meis domeſticis, atque intimis familiaribus*. Tribuit autem hoc juris familiaritas, ut jocari liberum putemus. alioqui jure Cicero inurbanus, & amarior, quam deceat, videri poſſit. Nec vero cum ipſo tantum, ſed cum aliis etiam jocari de illo ſolitus eſt; ut in eadem epiſtola: *L. Valerium juriſconſultum valde tibi commendo, ſed ita etiam, ſi non eſt juriſconſultus. melius enim ei cavere volo quam ipſe aliis ſolet.*

LIBRI II.

EPISTOLA I.

Pag. 67. *Curione*] Cognomen fuit Scriboniæ gentis, plebejæ, ortum a quodam Scribonio, Curione maximo, ut ex Livio cognoſcitur. Hic autem Curio, & pater, & avus, locum inter oratores, nulla, aut exigua litterarum ope, domeſtica tantum bene & accurate loquendi conſuetudine, ſunt adepti. Cicero in Bruto, & Plinius libro ſeptimo capite quadrageſimo primo. Erat in Aſia quæſtor, ut opinor: quod cum ex ep. 5. non obſcure cognoſcitur, tum ex eo, quia tribunatum pl. poſtea geſſit. Romam reverſus populo munus exhibuit admirandum, ut mortui patris memoriam honoraret. Plinius libro 36. cap. 15. Tribunus pl. L. Paullo, C. Marcello coſſ. ab optimatibus ad Cæſaris partes tranſiit, amplius M D. talentis a Cæſare corruptus. Orto civili bello Siciliæ præpoſitus, pulſo M. Catone, mox in Africam profectus, contra Iubam Mauritaniæ regem, & Pompejanarum partium ducem, P. Atium Varum, pugnans, interemptus eſt. Cæſar lib. 2. bel. civ. & alii. Ejus filium, ſecutum Antonii partes contra Octavianum, poſt Octaviani victoriam ad Actium promontorium eſſe interfectum, Dio tradidit lib. 2. Hujus autem, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ, ingenium ac mores optime Vellejus expreſſit lib. 2. cujus verba libuit ſubſcribere: *Bello civili, & tot, quæ deinde per continuos xx. ann. conſecuta ſunt, malis non alius majorem flagrantioremque, quam C. Curio trib. pl. ſubjecit facem, vir nobilis, eloquens, audax, ſuæ, alienæque & fortunæ, & pudicitiæ prodigus, homo ingenioſiſſime nequam, & facundus malo publico. hujus animo, voluptatibus, vel libidinibus, neque opes ullæ, neque cupiditates ſufficere poſſent. hic primo pro Pompeji partibus, id eſt, ut tunc habebatur, pro repub. mox ſimulatione contra Pompejum, & Cæſarem, ſed animo pro Cæſare ſtetit. id gratis, an accepto centies H-S. fecerit, ut accepimus, in medio relinquemus. ad ultimum ſaluberrimas adoleſcentis conditiones pacis, quas & Cæſar juſtiſſimo animo poſtulabat, & Pompejus æquo recipiebat, diſcuſſit, ac rupit, unice cavente Cicerone concordiæ publicæ.*

Quamquam] Hic, & alibi jungitur indicandi modo, interdum ſubjunctivo, ut vocant Grammatici. pro Plancio: *Quamquam non me jam magnopere conturbet*. Infra, ibidem: *Quamquam, qua nolui, janua ſim ingreſſus in cauſſam*. Hæc nonnullis fortaſſe leviora videbuntur: mihi nulla pars omnino Latinæ linguæ videtur contemnenda.

Nomine negligentiæ] Negligentiæ cauſſa, ut epiſt. 12. libro duodecimo:

ec a te peto non ſolum reip. quæ tibi ſem- carißima fuit, ſed etiam amicitiæ no- e nomine. & epiſtola tertia libro de- no quarto: *Eo nomine ſum Dyrrhachii tempore, ut quam celerrime, quid aga- , audiam.* Et in libro de Amicitia: *b amicitia Q. Pompeji meo nomine ſe noverat Scipio.*

Suſpectum eſſe] Non enim aperte ne- gentiam nominaverat Curio: ſed, n quereretur de infrequentia littera- m, cauſſam videlicet indicabat eſſe gligentiam.

Doleo] Qui negligentiæ nomine ſuſ- ctus eſt, ejus nimirum amor in du- um vocatur. jure igitur Cicero do- t.

Accuſari abs te officium meum] Ne- o accuſat officium: nemo enim ne- t, officium laude dignum eſſe. ſed ac- ſatur is, qui officio deſit: quod hic icero ſignificat. Aut, *Officium accuſa-* dixit, hoc ſenſu: Accuſas hoc ipſum, uod raro admodum, ut tibi quidem vi- eor, ad te ſcribam, quod officii quidem omine non caret, ſed ita exiguum, ac eve eſt, ut accuſandum, tanquam ami- itia noſtra minime dignum, exiſti- nes.

Iucundum, requiri] In quo veretur, e Curionis animum offenderit, in eo pſo benevolentiam ejus aucupatur. qui nim amari cupit, facile, ut ametur, onſequitur. cupit autem Cicero, quia ubjungit: *ideo jucundum eſt requiri abs e officium meum, quia præ te fers perſpe- ctum mihi quidem, ſed tamen dulcem, & ptatum amorem tuum.* Antitheta po- ſuit, *Iucundum*, & *Moleſtum.* ut lib. I. de Orat. in extremo: *Neque enim tam mihi moleſtus fuit, quod jus noſtrum civile pervellit, quam jucundus, quod ſe id ne- ſcire confeſſus eſt.*

Culpa vacarem] Cum neminem præ- termiſerim, cui litteras ad te non de- derim.

Perſpectum] Tempore exſulii mei. nam hæc ad eundem ſcripſit epiſtola ſexta: *Tua in me vel nota omnibus, vel ipſa novitate meorum temporum clarißima exſtiterunt.*

Dulcem & optatum] Tua, inquit, querella hoc attulit jucunditatis, quod recognovi amorem in me tuum: quo nihil dulcius, nihil optatius. Non diſſi- milem ſententiam uſurpavit epiſt. 19. libro decimo, quam ut augeatur Latine ſcribentibus copia, ſubſcribemus. *Vi- di, inquit, quaſi ea, quæ oculis cernun- tur, me a te amari. dices, Quid antea? ſemper quidem, ſed numquam illuſtrius.*

Tam in ſcribendo impiger] Non dixit *diligens*, ſed *impiger*; magis ut excuſet ſe, quam ut laudet. *Impigritas* etiam li- bro 3. de repub. dixit. Plerique vete- res libri habent, *Tam ſcribendo.* Vtro modo legatur, parvi refert. Particulam tamen, *In*, delendam non putavi, cum eam viderem in antiquo libro, quem mihi nobiliſſimus juvenis, eruditione, ingenio, humanitate excellens, Io. Vin- centius Pinellus dono dedit: cum quo & Alberti Ferri, egregii adoleſcentis, & alter meus liber conſentit.

Ad ſummum] Omnino. utroque modo dicitur, *Summum*, & *Ad ſum- mum.* hic antiqui libri, quibus nunc utor, omnes habent *Ad ſummum.*

Condemnabo] Et juſte quidem: tu au- tem injuſte me accuſas.

Pag. 68. *Te mihi æquum præbere*] Non accuſare me, cum omnino culpa vacem. Epiſt. 2. libro 5. *A te peto, ut tu quoque æquum te judicem dolori meo præ- beas.*

De litteris hactenus.] Dixi jam nihil eſſe in Latina lingua contemnendum; ſi modo ea proprie, recteque uti cogita- mus. quare ſubjungam, quæ nonnullis fortaſſe levia videantur: ſed, quo tur- pius in minimis labimur, eo diligentior eſſe debet animadverſio. *Hactenus*, & *adhuc*, æque continuationem ſignifi- cant; ſed hoc differunt, quod, *Hactenus* de re ſemper uſurpatur; *Adhuc* de tem- pore. non enim recte dixeris, *Hactenus ita ſenſi*; ſed, *Adhuc ita ſenſi.* contra quæ proprie non dicitur, *de litteris adhuc*; ſed, *de litteris hactenus.* Etiam illud ob- ſervavimus, non eandem utroque con- tinuationem ſignificari. nam *Hactenus*, abſolutæ rei continuationem ſemper

 indi-

indicat; *Adhuc*, interdum etiam non abſolutæ: ut epiſt. 20. libro ſecundo ad Attic. *Clodius adhuc mihi denunciat periculum.* Exemplorum refertus eſt Cicero.

Non enim vereor, ne non ſcribendo te expleam] Non dubito, inquit, quin ſcribendo te expleam. nam &, *Non vereor*, exploratam, minimeque dubiam opinionem ſignificat: & ſequentes duæ negationes, *Ne non*, vim habent affirmandi. Sic epiſt. 6. *Non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non reſpondeat*. Et epiſt. 6. *Non ſum veritus, ne ſuſtinere tua beneficia non poſſem.* Et in Verrem: *Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio judici non probem.* Hoc autem verbo multis modis veteres utebantur. dicebant enim, *vereor ut, vereor ne, vereor ut ne, non vereor ut, non vereor ne, non vereor ne non.* quæ ſigillatim examinemus. *Vereor ut*, & *vereor ne*, contrarium ſignificant. prius illud timorem in ea re indicat, quæ ſi accidat, doleamus. exempla ſubſcribemus utriuſque modi. Epiſt. 19. libro duodecimo: *Non dubitabam, quin meas litteras libenter lecturus eſſes, verebar, ut redderentur.* Fore ſuſpicabatur, ut non redderentur, ſed reddi cupiebat. item epiſt. 14. libro 14. *Sin homo amens diripiendam urbem daturus eſt; vereor, ut Dolabella ipſe ſatis vobis prodeſſe poſſit.* Cupiebat ſuas mulieres tuto Romæ eſſe per Dolabellam: ſed incertus timebat, utrum eas, nec ne, Dolabella ſervare poſſet. & Tuſc. 2. *Veremur, ut hoc natura patiatur?* Huc pertinet locus ille pro Marcello: *Vereor, ut hoc, quod dicturus ſum, perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio*: Quod enim ita, ut ipſe ſentit, intelligi vellet, id ne non perinde intelligatur, timet. Hoc in vulgatis libris aliter legitur, mendoſe, ut opinor. & ut jam, explicata ſententia, videor probaſſe. tollit autem dubitationem omnem Pediani teſtimonium, ita plane legentis, ut nos recitavimus, in explanatione orationis, quæ inſcribitur Divinatio: cui ſubſcribit antiquus liber optimi Cardinalis, Caroli Borromei. Terentius quoque in Andria: *Haud vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum: ſed, vim ut queas ferre.* Quo loco Donatus. *Hic*, inquit, *Vereor, ſubauditur: ut, pro ne non, poſuit: ut ſit: vereor, ne non queas vim patris ferre.* Contra, *Vereor ne deſideres officium meum*, epiſt. 6. libro 6. verebatur enim id, quod eſſe nollet. Et epiſt. 16. libro 9. *Amavi amorem tuum, qui te ad ſcribendum incitavit, verentem ne Silius ſuo nuncio aliquid mihi ſollicitudinis attuliſſet.* & epiſt. 17. lib. 15. *Cæſarem putabant moleſte laturum, verentem ne haſta refrixiſſet.* & pro Milone: *Vereor, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem, timere.* Quibus in locis timetur id, quod ſi accidat, moleſtia conſequatur. *Vereor ut ne*, valet, *vereor ne*: nam *ut ne*, pro *ne*, ſæpe uſurpatur. Pergamus ad ea quæ reſtant. *Non vereor, ut*: affirmat. nam ſi, *Vereor ut*, dubitationem habet: ſequitur, ut, *Non vereor ut*, dubitatione careat. exemplum addo, quo res fiat illuſtrior. *Non vereor, ut, quod cogitas, poſſis perficere*: nihil differt ab hoc: Non dubito, quin poſſis perficere, quod cogitas. quale illud Ciceronis Philip. 5. *Ne verendum quidem eſt, ut tenere ſe poſſit*; id eſt: Ne dubitandum quidem eſt, quin ſe tenere poſſit: credendum eſt, eum tenere ſe poſſe. *Non vereor ne*, dubitationem tollit; ut ſi dicam: *Non vereor, ne filius meus male vivat*: hoc dicam: non puto fore, ut male vivat filius meus. Et Cicero, cum ſcripſit ad eundem Curionem, epiſt. 7. *Non vereor, ne quid timide, ne quid ſtulte facias*: hoc dixit: nihil timide, nihil ſtulte facies. Et ad Lucceium, epiſtolâ duodecima libro quinto: *Non vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar*: id eſt, certe non videor tibi aſſentari. *Non vereor, ne non*, affirmat omnino, ut probatur hoc ipſo loco, *Non vereor, ne non ſcribendo te expleam.* pro, non dubito, quin ſcribendo te expleam. Verbum *explere*, plus eſt, quam, *ſatisfacere*; cum ſæpe ſatisfiat multis, licet non expleantur.

In eo genere] Notanda Ciceronis con-

...ſuetudo in ſignificanda re, proxime ...inata. nam, cum dixerit, *Scriben-* ...ntulit, *In eo genere.* ſic epiſt. 4. cum ...ſſet, nihil poſſe graviter ſcribi, niſi ...ep. ſubjunxit, *Atque in hoc genere ... mea cauſſa eſt, ut neque ea, quæ nunc ...o, velim ſcribere.* Epiſt. 6. *Habemus,* ...iit, *ſtudium juventutis, & gratioſorum ...ffragiis propter ipſius excellentem in ...enere vel gratiam, vel diligentiam.* ...ſt. 17. *Quod ſcribis ad me de drach- ...* CCCIↃↃↃ: *nihil eſt, quod in iſto genere ...uam poſſim commodare.* & 7. lib. 3. Att. *Ego ſæpius ad te, & plura ſcribe- ..., niſi mihi dolor meus cum omnes par- ... mentis, tum maxime hujus generis fa- ...atem ademiſſit.*

Studium meum] Plus eſt, quam dili- ...tiam. nam *ſtudium* cum animo jun- ...ur; *diligentia* interdum opera tantum ...

Abfuiſſe] Erat Curio in Aſia. epi- ...la 6.

Tamdiu] Multis menſibus: nam poſt ...num e provincia decedebant.

Iucundiſsimæ] Proprie dicimus enim, *...dolescens ſenibus jucundus*: non con- ...

Conſuetudinis tuæ] *Tuæ*, abeſt a ſex ...tiquis libris: in uno tamen eſt; in ...o, pro *Tuæ*, *Noſtræ.* quod quiſque ...probat, id ſequatur.

Es conſecutus] Nihil in provincia ...nſequi Curio potuit a ſenatu, aut a ...pulo Romano. nam ſi quæſtor in A- ... fuit; quod equidem arbitror, quia ſe- ...nti anno tribunatum pleb. petiit; ...n intelligo, quid ei ſenatus, populuſ- ... Romanus abſenti tribuere potuerit: ...ſi ſi, vel ut aliquid extra ordinem poſ- ...t agere, quod profuturum provinciæ ...deretur; vel, ut acta confirmarentur, ...urio petierat. Aut, *Es conſecutus*, in ...ſa provincia: cum te iſtic omnes dili- ...nt, atque laudent; quod confirmatur ...s verbis epiſt. 5. *Gratulor, quod excelſo, ... illuſtri loco ſita ſit laus tua, in plurimo- ...um & ſociorum, & civium conſpectu: ...æ ad nos nec obſcuro, nec vario ſermone, ...d & clariſſima, & una omnium voce ...rfertur.*

Quodque in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna reſpondet, breve eſt, quod me tibi præcipere meus in te amor cogit] Hic locus perperam antea interpunctus diſtrahebat ſenſum, quem nos diſtinctionibus immutatis, tanquam in ſuam ſedem reduximus. eſt autem hic, *Quod me facere meus in te amor cogit, ut tibi præcipiam, id faciam breviter, quando omnibus tuis in rebus meis optatis fortuna reſpondet.*

Meis optatis fortuna reſpondet] Ea, quæ optabam, ad exitum fortuna perducit. Nec tamen ideo *fortunam* Cicero nominat, ut eripiat eam laudem Curioni, quæ a virtute proficiſcitur: (nam, quæ fortuna largitur, optabilia potius, quam laudabilia ſunt) ſed quia in rebus humanis plurimum fortuna valet, recte igitur dixit, *In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondet*: quia nemini omnia poſſunt, adverſante fortuna, e ſententia ſuccedere.

Breve eſt] Ob ea, quæ proxime dixit. brevitate autem promiſſa, amoriſque ſui mentione ſubjecta, id aſſequitur, ut ea, quæ præcepit, Curio libenter legat.

Cogit] Amovet a ſe culpam temeritatis, quod ei præcipere audeat, cujus adjuncta virtuti fortuna ſit. Neceſſe, inquit, non erat; ſed amor coegit, nec mediocris amor, qui cogere non poteſt, ſed incredibilis.

Tanta eſt exſpectatio] Fere in omnibus epiſtolis exſpectationem proponit; quia vehemens, ac turbulentum extimeſcit Curionis ingenium. unde illud epiſt. 13. lib. 2. *Quid ais? Cæſarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret præter me? nam, ita vivam, putavi.* Hortatur igitur, ac laudat eum, a quo timet, id quod evenit, ne rei pub. cauſſam deſerat.

Vel animi, vel ingenii tui] Quem cohortamur, eum laudare debemus: in excitando enim, & in acuendo plurimum valet, ſi laudes eum, quem cohortere: quod ad Trebonium Cicero ſcripſit epiſt. ult. lib. 15. Optime autem in laudatione conjunguntur *animus*, & *ingenium*: ne ſine ingenio temere mul-

ta committantur, ſine animo timide. Vtrumque etiam, cum de eodem Curione loqueretur, Cicero conjunxit in Phil. 2. *Patri*, inquit, *perſuaſi*, *ut æs alienum filii diſſolveret*, *redimeret adoleſcentem, ſumma ſpe & animi*, *& ingenii præditum.* Ejuſdem ingenium laudat his verbis in libro de claris orat. *A magiſtris parum inſtitutus*, *naturam habuit admirabilem ad dicendum.* Vellejus etiam *audacem*, *& ingenioſiſſime nequam, maloque publico facundum* vocat.

Obſecrare obteſtarique] *Obſecrare*, majorem habet vim, quam, *rogare*, aut *orare.* itaque ſecundo loco ponitur; ut in oratione poſt red. ad Quir. *Pro mea vos ſalute non rogavit ſolum*, *verum etiam obſecravit.* Et in Verrem: *Cum multis lacrumis orare*, *atque obſecrare*: Eſt autem, *obſecrare*, quaſi, ob ſacra rogare: *obteſtari*, ut ait Donatus, precari, cum mentione earum rerum, per quas petimus. ut in Verrem: *Deos, deaſque omnes imploro, atque obteſtor.* Et hic, *Te obteſtari*, eſt, *per te ipſum precari.* Cum, *obſecro*, junctum, modo ſequitur, ut hic; modo antecedit, ut ad Atticum: *Idque ut facias, te obteſtor, atque obſecro.*

Non dubitem] Quia futurum ſpero.

Confirmatus] Tranſlatio a ponderibus: quæ non facile ſuſtinent imbecilli. *Confirmatus* autem, animo firmo, & ad ſuſtinendam exſpectationem bene parato. epiſtola ſequenti.

Pag. 69. *Concitaſti*] Commoviſti. ſed vis major eſt in verbo, *Concitaſti.* Latine autem utrumque dicitur.

Tueri] Conſervare. proprie enim, *Tueri*, eſt, defendere: &, qui defendit, conſervat.

Tuorum erga me] Parem gratiam repoſcit in memoria meritorum. Quoniam, inquit, merita tua numquam obliviſcar; itidem debes, quæ tibi olim puero præceperim, quibus te rationibus ad laudem incitaverim, in omni vel fortunæ, vel dignitatis acceſſione recordari.

Delebit] *Oblivio memoriam delet*, &, *oblivione memoriam delemus*, Latine dicimus. ad animum tranſtulit Terentius in Eun. *Deleo dehinc omnes ex animo mulieres.*

Puer olim] Quis credat, qua nos ætate *pueros* appellamus, ea in ætate Curioni præcepta Ciceronem dediſſe? ego *puerum* hic vocari arbitror, poſt ſumptam virilem togam, quæ, prætexta depoſita, ſumebatur abſoluto ætatis anno XVI. quo anno, a magiſtris diſcedentes, in forum una cum parentibus prodibant: a parentibus autem ad claros viros, vel ut jus civile, aut eloquentiæ vias cognoſcerent, vel etiam, ut eorum ſermonibus, & conſuetudine prudentiores fierent, deducebantur. Teſtimonio ſunt ipſius verba Ciceronis in libro de Amicitia. *Ego*, inquit, *a patre ita eram deductus ad Scævolam, ſumpta virili toga, ut, quoad poſſem, & mihi liceret, a ſenis latere numquam diſcederem. itaque multa ab eo prudenter diſputata, multa breviter, & commode dicta, memoriæ mandabam: fierique ſtudebam, ejus prudentia, doctior. Quo mortuo, me ad pontificem Scævolam contuli: quem unum noſtræ civitatis & ingenio, & juſtitia præſtantiſſimum audeo dicere.* Ac, ne novum, & inuſitatum videatur, ut annum ingreſſi XVII. *pueri* nominentur, recitabo locum ejuſdem ex epiſtola Cornificii, libro 12. *Puer egregius præſidium ſibi primum, & nobis, deinde ſummæ reip. comparavit.* De Octaviano loquitur: qui, cum exercitum pro rep. privato conſilio comparavit, annum undeviceſimum agebat: ut in Taciti hiſtoria lib. 13. notavimus. Non diſtinxit ſcilicet nomen *pueri*, & *adoleſcentis.* nam in alia ad eundem epiſtola *adoleſcentem* vocat: *Perſcriberem Cæſaris Octaviani conatum; de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adoleſcentis impetum faceret.* Et Phil. 4. *Laudo, laudo vos, Quirites, cum gratiſſimis animis proſequimini nomen clariſſimi adoleſcentis*, *vel pueri potius.*

Ætas noſtra, jam ingraveſcens] Scripſit hanc epiſtolam annos natus LIV. id ex eo conſtat, quod in epiſt. 6. Milonem in petitione conſulatus commendat Curioni Romam revertenti. Milo

autem

... consulatum petiit, quod Appianus Dio, alii docent, Calvino, & Meſſalla coss. annis LIV. poſt eos conſules, quibus Cicero natus eſt, Serranum, & Catonem: quorum conſulatum, & eum quem Calvinus & Meſſalla geſſerunt, hoc annorum numero comprehendimus. Anno autem petitionis potiusquam prenſationis, epiſtolam eſſe ſcriptam, declarant ea verba initio epiſtolæ: *Cum has ad te quam primum per... litteras magnopere vellemus.* Ingraveſcit ætas, cum deficientibus jam corporis viribus, tardius moventur membra; hac uſus eſt tranſlatione in libro etiam de Senectute: *Quibus facillime rationibus ingraveſcentem ætatem ferre poſſimus.* Et de amicitia: *Mutari mores hominum ſæpe dicebat, alias adverſis rebus, alias ætate ingraveſcente.* *Graves ætate*, dixit Livius libro ſecundo & decimo. *Grandior natu*, Terentius in Heaut. *Grandævo*, Virgilius libro ſecundo Æneid. *Gravis annis*, Horatius I. Serm. Sat. I.

Adoleſcentia] Non modo ſumpta virili toga, quam ſumi ſolitam eſſe ineunte anno ætatis XVII. proxime oſtendimus, ſed etiam poſt annum XXX. *adoleſcentes* vocabantur; &, qui *adoleſcentes*, iidem *juvenes*. nam, quem hic *adoleſcentem* Cicero ſignificat, eundem nominat *juvenem* epiſt. 12. libro 2. ad Atticum: cum ea tamen epiſtola ſeptem annis ante hanc ſcripta ſit. nam ...ea Clodii, tribunatum petentis, qui ...iit Cæſare, & Bibulo coss. mentio fit: ...vero ad Curionem omnes, præter ...mam gratulationis officio fungentem, Calvino, & Meſſalla coss. ſcriptæ ſint, quo certe anno videtur Curio major annis XXX. fuiſſe, cum biennio poſt tribunus pl. fuerit, Sulpicio, & Marcello coss. ut patet ex epiſt. 7. De eodem Curione, quadriennio poſt, dixit Cæſar libro 2. bel. civ. *Multum ad hanc ...probandam adjuvat adoleſcentia, magnitudo animi.* In oratione etiam pro Murena vocatur *adoleſcens* Ser. Sulpicius, cum minor annis XXX. certe non eſſet. habita enim a Cicerone conſule oratio illa: Sulpicius autem poſt annos XI. conſulatum geſſit. Et libro ſecundo de Orat. cum dixiſſet de L. Craſſo, *Non multa eum, quæ quidem exſtarent, & ea ipſa adoleſcentem, ſcripta reliquiſſe*; poſtea in lib. de claris Orat. ejus orationem, quam habuit pro Servilia lege annos natus XXXIV. exſtare ſignificat. Quid, quod Salluſtius in Conjuratione Catilinæ *adoleſcentulum* appellat C. Cæſarem, quo anno pontificatum maximum eſt adeptus? qui cum pontifex creatus ſit poſt ædilitatem, ædilitas autem a quæſtura biennio diſtet, & quæſturam Cæſar geſſerit anno ætatis XXXIII. quod Suetonius declarat; pontificatum conſequi non potuit ante annum XXXVI. Quodque magis mirum, Phil. 2. *adoleſcentes* Cicero vocat Brutum, & Caſſium, quo anno præturam gerebant, id eſt, anno ætatis quadrageſimo. eundemque Brutum eodem anno *adoleſcentem* appellat Cornelius Nepos in Attici vita. Livius etiam lib. 9. de Alexandro Magno, qui anno ætatis trigeſimo tertio diem obiit, hæc inquit: *Adoleſcens in incremento rerum, nondum alteram fortunam expertus, deceſſit.*

Conquieſcat] Ut me, curarum publicarum oneribus, quæ jam ingraveſcens ætas ferre vix poſſet, amore, ac ſtudio leves.

EPISTOLA II.

Pag. 70. *GRavi teſte*] Curionem enim adoleſcentem in gratiam irati patris Cicero ſua auctoritate reduxerat; qua de re ſcriptum eſt in Phil. 2.

Clariſſimo viro] Conſulari & triumphali. poſt conſulatum in Macedoniam profectus, Dardanis, & Mœſiis devictis, primus Romanorum ducum ad Danubium uſque pervenit. Hoc Rufus: Epitome vero Liviana, *C. Curio proconſul Dardanos in Thracia domuit.* Ammianus Marcellinus libro decimonono, & Frontinus libro quarto ſeveriſſimum fuiſſe ducem oſtendunt. Ammianus his verbis: *Sagittariorum primoribus manus incidit, reliquos ſupplicio capitali muletavit,*

tavit, ad æmulationem Curionis, acerrimi illius ducis, qui Dardanorum ferociam, in modum Lernææ ſerpentis aliquoties renaſcentem, hoc genere pœnarum exſtinxit. Frontinus autem hæc de Curione: *Bello Dardanico, circa Dyrrhachium, cum ex quinque legionibus una, ſeditione facta, militiam detrectaſſet, ſecuturamque ſe temeritatem ducis in expeditionem aſperam, & inſidioſam negaſſet, quattuor legiones eduxit armatas, & conſiſtere ordinibus, delectis armis, velut in acie, juſſit: poſt hæc, ſeditioſam legionem inermem procedere, diſcinctam in conſpectu armati exercitus, ſtramenta coegit ſecare; poſtero autem die, ſimiliter foſſam diſcinctos milites facere, nulliſque precibus legionis ab eo impetrari potuit, ne ſigna ejus ſubmitteret, nomenque aboleret, milites autem in ſupplementum ceterarum legionum diſtribueret.* Cicero nominat eum inter Pontifices in oratione de haruſpicum reſponſis: in libro de claris orat. non contemnendum ait oratorem fuiſſe, conſuetudine tantum domeſtica bene, & emendate loquendi, nulla ſcientia litterarum, infirma etiam memoria. Libro tertio Off. reprehendit eum, quod in genere deliberativo ſolam ſpectaret utilitatem, ut in cauſſa Tranſpadanorum, quam eſſe æquam fatebatur, ſemper autem addebat, Vincat utilitas. libro primo de Invent. recitat hæc verba ex ejus oratione pro Fulvio: *Nemo poteſt uno adſpectu, neque præteriens, in amorem incidere.* Valerius Maxim. libro nono capite primo, frugalitatem in eo laudat, nequitiam in filio reprehendit.

Te videret] Reverſum ex Aſia.

A vita diſcederet] Sic locutus eſt Tuſcul. 1. in libro autem de Sen. *Ex vita diſcedere*: pro Rabirio perduellionis reo, *De vita decedere*: Phil. 9. *E vita excedere*: in Bruto, *Vita excedere*, &, *Vita cedere*, in prooemio ejuſdem libri.

Fortunent] Epiſt. 8. libro undecimo: *Eum honorem tibi deos fortunare volo*: id eſt, ne quid adverſi contingat.

Carus, & perjucundus] *Carus filio pater*, recte dicimus; *jucundus*, non item, *jucundus, & carus patri filius*, uſitatum. delectat enim, & hilaritate quadam, ac jucunditate afficit majorem ætatem minor: contra, minor ex majore ſic afficitur, ut reverentiam quandam adverſus eum adhibeat, cum amore conjunctam, non ut jucunditate perfruatur. Epiſtola ſequenti: *Cognoſces mihi te neque cariorem, neque jucundiorem eſſe quemquam.* Et epiſt. 10. libro tertio: *Cum, quam ſis Cneo Pompejo carus, quamque jucundus, intelligam; quo tandem animo in te eſſe debeo?* Nonnullis, *Iucundus*, non *Perjucundus*, placet, fortaſſe quod ad conſuetudinem Latini ſermonis aptius videatur, *Æque carus, & jucundus*, quam *Æque carus & perjucundus.* ut enim, *Ita perjucundus*, eodem modo, *Æque perjucundus*, reſpuere videtur Latina linguá, me tamen hæc ratio non ita movet, ut contra veterum omnium librorum, quos quidem videre mihi licuerit, conſenſum, mutationem eſſe faciendam exiſtimem.

EPISTOLA III.

PAg. 71. *Rupæ*] Liberti retinebant ea nomina, quæ ſervi habuerant, aſſumpto præterea patroni prænomine, & nomine: unde M. Tullius Tiro, M. Tullius Laurea, Ciceronis liberti; T. Cæcilius Eutychides, Attici libertus, epiſtol. 14. lib. 4. ad Atticum.

Declarandorum] Oſtendendorum, promittendorum: ut epiſtola octava libro nono: *Minus flagitare, quam ſit quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus.*

Munerum] Munera populo dabant, gratiam ejus aucupantes, cum vel gladiatorum certamina præberent, vel nummos dividerent, vel epulum darent, aut aliquid ejuſmodi. Curio in funebri patris munere, præter cætera, ludos dedit, & in iis pantheras; ut ſcripſit Cœlius epiſt. 6. & 7. lib. 8. dedit etiam admirandam illam, quæ amphitheatri formam faceret, ligneam machinam, de qua Plinius libro 36. c. 15. ſed plerunque gladiatores dabantur, munuſque gladiatorium dicebatur. Epiſt. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Magnificentiam munerum, dixit ... is ſcenicis, & munere gladiatorio ... is. in oratione pro Sextio *Sci-* ... *munus* de gladiatoribus dixit: & ... t eo ſpectaculi genere multitudi- ... maxime delectari. Ἀγῶνα μονο- ... ς, quod eſt ſingulare certamen, ... vocant. interpres Dionis impe- ... rtit *ludos gladiatorios*: cum omni- ... udis gladiatores differre conſtet.

... eſſet integrum] Vt, ſi conſilium ... um probares, mutare ſententiam ... . Verebatur Cicero, ne, muneribus ... s, æris alieni plurimum Curio ... aheret, eoque coactus, omiſſa reip. ... , cum improbis civibus, maxime- ... um Cæſare, ſocietatem, bonis exi- ... n, coiret. quod ita contigit, ut ... oſtendimus.

... g. 72. *Iſtam rationem*] Qua tu ad- ... s, danda hæc populo munera exi- ... s.

... eam] Quæ mihi non probantur ... modi munera. Et ſane lib. 2. Off. ... iarum effuſiones ad multitudinem ... iendam, nec iis, quorum cauſſa ... , nec iis, a quibus fiunt, honorifi- ... multis verbis oſtendit. *Duo ſunt*, ... t, *genera largorum: quorum alteri* ... *gi, alteri liberales; prodigi, qui epulis,* ... *ſcerationibus, & gladiatorum mune-* ... , *ludorum venationumque apparatu* ... *ias profundunt in eas res, quarum* ... *riam aut brevem, aut nullam ſunt re-* ... *i omnino; liberales autem, qui ſuis fa-* ... *ibus aut captos a prædonibus redi-* ... , *aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum* ... *a, aut in filiarum collocatione adju-* ... , *aut opitulantur vel in re quærenda,* ... *ugenda. itaque miror, quid in men-* ... *venerit Theophraſto in eo libro, quem* ... *ivitiis ſcripſit: in quo multa præcla-* ... *lud abſurde: eſt enim multus in lau-* ... *a magnificentia, & apparatione po-* ... *ium munerum, taliumque ſumptuum* ... *tatem, fructum divitiarum putat. mihi* ... *n ille fructus liberalitatis, cujus exem-* ... *auca poſui, multo & major videtur,* ... *erti r*; & quæ ſequuntur.

... iſplicere] Putat Cicero futurum, ut ... uando Curionem pœniteat eorum ſumptuum, quos in his muneribus fe- cerit. nec aliter cecidit. nam, cum, præſtituta die, creditoribus ſuis Curio ſatisfacere non poſſet, interkalationem, id eſt prorogationem temporis, a Pontificibus petiit: quam cum non obtinuiſſet, addixit ſe, ſuamque ſententiam Cæſari, deſerto reipub. patrocinio. epiſt. 9. lib. 8.

In eum ſtatum temporum] Cum reſp. defenſoribus egeret, paucis jam omnia tenentibus. ſcripta enim eſt epiſtola Calvino & Meſſalla coſs. cum adhuc Cæſaris potentiam Pompejus adjuvaret, nec optimatum vires ad reſiſtendum ſufficerent.

Natura, ſtudio, fortuna] Pro rebus extraneis *fortunam*, id eſt pro genere ſpeciem uſurpavit: (ſi modo inter Curionis bona nobilitatem generis comprehendit: quod omnino veriſimile videtur) quemadmodum & Cornelius Nepos in Attici vita, *Fortunæ munus ait fuiſſe, quod in ea potiſſimum urbe natus eſſet, in qua domicilium orbis terrarum eſſet imperii.* vere Fortunæ bona ſunt, quæ tum ab ea dari, tum etiam eripi facile poſſunt, ut divitiæ, quæ ſæpe bello, incendio, aliove caſu amittuntur: nobilitas autem generis, & patriæ ſplendor, cum ſemel data ſunt, perpetuo retinentur: itaque malim ea in extraneis rebus numerare, quam, ut Cicero, & Nepos, fortunæ tribuere.

Facultatem] Cum dantur ampliſſima.

Copiarum] Nemo enim copias admiratur, quas facillime ſordidi homines, atque improbi conſequuntur, quibuſque Africanos, & Lælios multi venalicii, mercatoreſque ſuperarunt: quod egregie Cicero ſcripſit in Oratore. Fortaſſe hanc ſententiam Cicero ſumpſit ab Iſocrate, cujus in primis lectione delectatus eſt. ait enim in oratione, qua Euagoram laudavit, mortuorum memoriam non ſumptibus, verum oratione laudantium, immortalem fieri. Αἱ μὲν γὰρ δαπάναι τῶν μὲν τοιούτων οὐδὲν ἐξεργάζονται, τοῦ δὲ πλούτου σημεῖόν εἰσιν.

Satietate] Cum ſæpe hujuſmodi mu- nera

nera populo darentur.

Summa virtute, ſummoque ingenio] Virtutem tribuit adoleſcenti Curioni, cujus animum, & ingenium laudavit in proxima epiſtola. Vel ea dicit a Curione exſpectari, quæ ab iis, qui virtute, ingenioque excellunt, exſpectanda ſunt.

Paratus] Voluntate, ac ſtudio. in proxima epiſtola, *Sic ad nos confirmatus revertare.*

Quod ita eſſe confido] Cum aliquem admonemus, hoc ſubjungere artificii eſt: ne dubitare videamur, & in admonitione noſtra totum conſtituere.

Muneribus] Tacite ſignificat, non debere Curionem in iis muneribus, quæ populo dare cogitabat, ſpem ſuæ dignitatis collocare, ſed in remp. ſua ſtudia conferre, quo ſibi civitatis univerſæ benevolentiam comparabit.

EPISTOLA IV.

Pag. 73. *Nventa res*] Vt cum abſentibus tamquam præſentibus colloqueremur. Pertinet huc verſus ille trochaicus catalecticus, a Turpilio comico de litterarum viciſſitudine prolatus. quem recitat beatus Hieronymus in epiſt. 42.

Sola res eſt, quæ homines abſentes præſentes facit.

Certiores faceremus] Monendus hic eſt lector, Latinum non eſſe, id eſt ſcriptoribus optimis uſitatum, *Certiorem reddere:* quod quibuſdam placuit.

Tuarum enim rerum domeſticarum] Satis erat, *Tuarum rerum:* nec ſatis conſtat, utrum a Cicerone, an ab aliis poſtea ſcriptum ſit, *Domeſticarum.* Sed hoc leve eſt.

Magnopere delectant] Quæ tamen mihi temporum ratio eripit.

Temporibus his] Ad exitium reipubl. ſpectantibus. nec fefellit conjectura Ciceronem.

A Cicerone ad Curionem] Inter quos mutuus amor, & ſumma familiaritas eſt, nulla majoris momenti negotia. Emphaſis eſt in nominibus, ut epiſt. 4. libro 15. *Cui negari a Catone fas eſſe non puto.*

In hoc genere] In hoc de rep. argumento. eleganter Cicero uſurpat, *In hoc genere*, pro, *In hoc*, ut epiſt. 1. *Si in eo genere ſtudium meum non aſpernabere.* Et epiſt. 6. *Propter excellentem ipſius in eo genere vel gratiam, vel diligentiam.*

Hæc mea cauſſa eſt] Hic ſtatus meus eſt.

Quæ non ſentio] Ita lego, cum antiquis libris omnibus, etiam illo Mediceo, omnium vetuſtiſſimo, non, ut eſt in recentioribus, *Quæ nunc ſentio.* Nolo, inquit, de republ. ſcribere ea, quæ non probo.

Pag. 74. *Velim ſcribere*] Non audet, quæ de rep. ſentit, litteris mandare, ne Cæſarem, & Pompejum, principes cives, ſibi amicos, offendat, ſi in alienas manus litteræ inciderint. epiſt. ſequenti: *Hæc negotia quomodo ſe habeant, ne epiſtola quidem narrare audeo.*

Ea clauſula] Quod epiſtolam claudit, ac terminat, *Clauſula* vocatur. Et omnino rerum omnium finis, *clauſula* eſt. itaque lib. 4. ad Att. epiſt. 3. *Clauſula difficilis in tradenda provincia.*

Ad ſtudium ſummæ laudis] Ad tuendam rempubl. ex quo manat ſumma laus.

Gravis adverſaria] Sic enim nobis, ut cum acerrimo inimico, cum exſpectatione pugnandum eſt: iis autem, qui nulla in exſpectatione ſunt, licet eſſe otioſis.

Incredibilis quædam exſpectatio] Mediocris enim exſpectatio mediocrem induſtriam, virtutemque poſtulat, ſed incredibilem ſine ſumma virtute nemo vincet. ſic in prima epiſtola: *Tanta eſt exſpectatio vel animi, vel ingenii tui.* In ſecunda vero: *Summa ſcito in exſpectatione te eſſe.* In quincta: *Mirabilis eſt exſpectatio reditus tui.* Quibus locis omnibus ad excitandum, commovendumque Curionem, quaſi quædam faces adhibentur.

Vinces] Apte, & proprie, quia dixerat, *Gravis adverſaria.*

Quarum laudum gloriam adamaris] Implicata quibuſdam videtur hæc ſententia: quæ patebit, hoc ordine demon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…ſtrata. Si ſtatueris, in iis artibus … laborandum, quibus eæ laudes … parantur, quarum gloriam adama… facillime vinces gravem adverſa… expectationem.

…ibus artibus] Quæ ſunt hæ artes? … niſi morales virtutes, juſtitia, for… temperantia? quibus & nobis … & patriæ conſulimus.

… hanc ſententiam ſcriberem plura] Sic … us lib. 1. de Orat. *Neque hæc in … ſententiam diſputo, ut homines ado… tes a dicendi labore deterream.*

… a ſponte ſatis incitatum] Vel ita … t Cicero, vel apte ſimulat, ne ſit … s admonitio adoleſcenti, cujus … i magnitudinem, quæ interdum … tationes reſpuit, optime noverat. … quaſi ſe excuſans in epiſt. 1. quod … admonendum putaverit, breviter … le præcipere, & idipſum, incredi… more coactum, prudenter poſuit. … tertia, cum dixit: *Quod ita eſſe …lo.* Eodemque ſpectat illud in … cta: *Non quo verear, ne tua virtus … ni hominum non reſpondeat.* *Incita-* … autem dixit, in optimarum actio… curſu, ut ad propoſitam egregiis … us laudem perveniat. Contra, *… et juventus*, dixit in oratione in … hem, quæ nihil de laude laboraret, … illam recte agendi excitaretur in… iam.

…flammandi] Tranſlatum eſt ver…, ſed ita uſu tritum, ut tranſierit in … ram proprii: itaque ſolum uſurpa… ut in epiſt. 7. lib. 1. *Omnem glo…, ad quam a pueritia inflammatus …, omni cura, atque induſtria conſe…*

…ſtificandi] Teſtimonio declaran… ut exempla demonſtrant. eandem … entiam aliter expreſſit epiſt. 3. li… 10. *Hæc, amore magis impulſus, ſcri… ad te putavi, quam quo te arbitra… monitis, & præceptis meis egere.*

EPISTOLA V.

…ÆC negotia quo modo ſe habeant] Quo in ſtatu reſp. ſit, qui ſit rerum … narum, & reip. ſtatus.

Ne epiſtola quidem] Tantum abeſt, ut per nuncios audeam ſignificare, qui ſæpe produnt eorum fidei commiſſa.

Tibi] Hoc alii cum ſequentibus conjungunt: ego ſuperioribus applicare malui. Vnus Sigonii liber habet: *Narrare tibi audeo*, quod mihi non diſplicet.

Vt ſcripſi ad te antea] Quæ litteræ non exſtant.

In eadem es navi] Omnibus, eodem navigio vectis, idem periculum impendet. ergo, *In eadem navi*, *In eodem periculo.* Idque frequens Latini ſermonis uſus obtinuit. Livius libro 44. *Imperatores*, inquit, *monendi ſunt, primum a prudentibus, & proprie rei militaris peritis, & uſu doctis; deinde ab iis, qui hoſtem, qui temporum opportunitatem vident, qui in eodem velut navigio participes ſunt periculi.* Tale illud in epiſtola ad Cornificium lib. 12. *Vna navis eſt jam bonorum omnium: quam quidem, nos damus operam, ut rectam teneamus, utinam proſpero curſu: ſed, quicumque venti erunt, ars noſtra certe non aberit.*

Vel quod excelſo, & illuſtri loco] Ipſe ſuorum verborum interpres eſt, cum ſubjungit: *In plurimorum & ſociorum, & civium conſpectu.*

Et ſociorum, & civium] Imperium Romanum in cives, & ſocios dividitur. ſociorum plura genera, Latini, Italici, provinciales. quorum Latini jure, & conditione Italis reliquis præſtabant, Itali vero provincialibus. Porro ſocii non omnes fœderati. aut enim ſponſione, aut pactione, aut fœdere ſocii fiebant. Fœderati autem vel ſuis, vel Romanis legibus vivebant. fœdere enim triplici exteræ gentes amicitiam cum populo Romano jungebant, æquiſſimo, æquo, iniquo: æquiſſimo, qui numquam hoſtes populi Romani amicitiam ejus, neque datis, neque acceptis legibus, petierant: æquo, qui, bello geſto, nondum victi, legibus non acceptis, pacem fecerant: iniquo, quibus bello victis leges, impoſito tributo, dabantur. quæ cum ex Livio, tum ex aliis cognoſcuntur. Cives quoque diſtin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſtinguuntur, vel familiis, cum alii patricii, alii plebeji ſint; vel ordine, cum alii ſenatores, alii equites, alii de plebe; vel jure, cum alii ingenui; alii libertini.

Nec obſcuro, nec vario] Intulit antitheta, *Et clariſſima, & una.*

Pag. 75. *Reſpondeat*] Satisfaciat; ea ſit, quam homines futuram putant. ep. 1. *Meis optatis fortuna reſpondet.*

Debilitata jam prope, & exſtincta] In epiſtola ad Lucceium lib. 5. eandem ſententiam ſic enunciavit: *Circumſpice omnia membra reip. nullum profecto reperies, quod non fractum, debilitatumve ſit.*

Sive deſperas] Vt omnino boni civis officio ſatisfacias, rep. etiam deſperata.

Meditare, cogita] Nemo eſt verborum copia, & ornamentis Latinæ linguæ, Cicerone florentior. *Meditamur* quieti, *cogitamus* majore quodam mentis motu.

Cive, ac viro] Indiget enim reſp. non optimis tantum civibus, ſed fortibus etiam viris. ideo utrumque Cicero ſæpe conjunxit, ut ad Att. epiſt. 15. libro 4. *O virum, o civem Memmium.* Et in oratione pro Plancio: *Quid dicam? C. Virgilio, tali civi, ac viro, benevolentiam in me, humanitatem, fidem defuiſſe.*

Miſeris temporibus, ac perditis moribus] Tempora, & mores ſimul nominat, ut publicam calamitatem ſimul cum cauſſa ſignificet. cur enim miſera tempora? quia mores perditi. Sic epiſtola 12. lib. 3. *Non horum temporum, non horum hominum, atque morum negotium.* Et lib. 2. de Divin. *Quod munus afferre reipub. majus, meliuſve poſſumus, quam ſi docemus, atque erudimus juventutem? his præſertim moribus, atque temporibus: quibus ita prolapſa eſt*, &c. Et in Catilinam, *O tempora, o mores.*

Libertatem, ac dignitatem] Quas amiſimus. epiſt. 8. lib. 1. *Quæ propoſita fuerant nobis, cum & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus, dignitas in ſententiis dicendis, libertas in rep. capeſſenda, ea ſublata tota.*

Vindicaturus] Reſtituturus. Inepte quidam litigant, *Vindico*, an *Vendico*, dicamus: ego ſemper, *Vindico*, ex antiquis monumentis, & analogia dicendum puto: *vindex* enim, non *vendex*; *vindiciæ*, non, *vendiciæ* reperitur.

EPISTOLA VI.

Pag. 76. *Nondum erat auditum*] Primis epiſtolæ verbis & rei magnitudo, & ſtudium petentis declaratur.

Adventare] *Adventat* is, qui quotidianis itineribus accedit, & appropinquat.

Villium] Romanæ gentis plebejæ nomen. epiſt. 7. lib. 8.

Pag. 77. *Ex Aſia*] In qua fuerat cum poteſtate: quod epiſtola proxima demonſtravit.

Magis a te ipſo prædicari] Modeſtia benevolentiam aucupatur; cum & ſua in Curionem officia minuit, & Curionis auget.

Contenderem] *Contendere*, eſt, ſtudioſe petere: quaſi nervos animi, ingeniique contendamus.

Pudenti] Modeſto, quem ab omni turpitudine removet pudor.

Nota omnibus] Quia multa, & maxima.

Ipſa novitate meorum temporum] In exſulii calamitate. magni enim refert, quo quidque tempore agatur: cum poſſit eandem actionem ratio temporis vel obſcurare, vel illuſtrare.

Eſtque animi ingenui] Liberalitas quædam, & quaſi nobilitas animi oſtenditur in eo, cum obligari nos, atque obſtringi majoribus meritis non recuſamus. recuſat autem, qui referri a ſe gratiam poſſe non confidit.

Maximeque neceſſarium] Multa enim maxima ſunt, nec tamen neceſſaria, a it, ſi neceſſaria, non tamen maxime neceſſaria. Huic loco reſpondet illud, *In quo omnia mea poſita eſſe decrevi.* Et illud, *Huic meæ laudi, vel, ut verius dicam, prope ſaluti tuum ſtudium dices.*

Neque enim ſum veritus] Ne videantur

gationibus implicata ſententia, ſcrib dum eſt, *Non ſum veritus, ne non poſſem* idem eſſe, quod, *Non ſum veritus, ut poſſem*: quod valet, ſperavi futurum, ut po m; ſperavi me poſſe. nam, *ne non*, n gemina negatio ſit, affirmat, & ac pitur pro, *ut*. quod ſi dixiſſet Cicero, *eritus ſum, ut poſſem*, hoc ſignifi- *imui ne non poſſem*; *non plane cre- urum, ut poſſem*. cum vero dixe- *ſum veritus, ne non poſſem*; quo item locutus eſt epiſtola prima, *non*, pro *ut* accipiatur: nimirum nificat; *non timui, ne non poſſem: futurum, ut poſſem*. nam, cum ti- s, ne, contra quam volumus, ac- tunc locum habet, *Vereor ut*: ita- iſt. 14. libro decimoquarto: *Ve-* quit, *ut Dolabella ipſe ſatis vobis poßit*: cum hoc dicat, cuperem, abella prodeſſe vobis poſſet: id nequaquam ſpero. Cum vero, olumus accidere, id ne accidat, us; tunc dicimus, *Vereor ne*, ut *ne pecces*: quod eſt, peccare te ; fore tamen ſuſpicor, ut pecces. vide iſtolam primam.

ere] Non ita anguſto animo ſum, ampliſſimam gratiam capere non .capitur autem animo gratia, cum ejus partem effluere ac perire ur, ſed totam complectimur, ut ndo, quantum accepimus, tan- m referamus.

nunerando cumulandoque] Hoc in- quia non, quicumque animus m capit, idem remunerat. meus , inquit, animus is eſt, qui non capere quamvis gratiam; ſed re- rare etiam, atque adeo majore cumulare poſſit.

ſtrare] Obſcura ſæpe beneficia quia nulla conſequitur remunera- atent, & illuſtrantur ea, quæ gra- mo compenſantur, præſertim ſi, acceptum eſt, pleniore etiam ura reddatur. quod, *Cumulare gra-* Cicero dixit.

Milonis conſulatu] Quem petiit o- prætura. ædilis enim fuit L. Do- , Ap. Claudio coss. quod ex ulti- ma epiſt. lib. 3. ad Q. Fr. intelligitur. conſulatum autem petiit anno ſequenti, id eſt, Calvino & Meſſalla coss. quod Pedianus in argumento orationis pro eo demonſtrat. nemo autem, patefacta jam ſatis rerum Romanarum notitia, neſcit ædilitati præturam ſuccedere, & quidem biennio interpoſito: quod ad Furnium Cicero ſcripſit epiſt. 25. libro 10. Hoc anno Clodium Milo, cum Lanuvium iret, in itinere obvium, commiſſa ab utriuſque ſervis rixa, interfecit: quo facto non modo conſulatum, quem cum Hypſæo, & Scipione Pompeji ſocero, petebat, ſed patriam quoque, judicio damnatus, amiſit.

Pag. 78. *Fixi*] Non poſui, ſed fixi: quod ſtudii haud paullo plus indicat. eodem modo Philip. 7. *Niſi talis conſul eſſet, ut omnes vigilias, curas, cogitationes in reip. ſalute configeret.* Et Philip. 14. *Qui omnes ſuas curas in reip. ſalute defigunt.*

Et locavi] Plus eſt, quam, *poſui*. non enim diceret *fixi, & poſui*, ſed *poſui, & fixi*. ut in oratione pro Flacco: *Spem reliquorum in veſtris ſententiis, in hoc uno judicio poſitam, atque defixam.* Recte igitur, *Fixi, & locavi*: ut priore verbo vim quandam ſuæ voluntatis, poſteriore conſilium oſtenderet.

Non officii ſolum fructum] Non id ſolum quærere me decet, ut officio ſatisfaciam, &, quod debeo, præſtem: non hoc, inquit, uno delector, in quo officii fructus eſt: ſed pietatis laudem expeto: quia tanta eſt Milonis erga me meritorum magnitudo, ut non tamquam in amicum, ſed tamquam in parentem pius eſſe debeam. Pietatem quoque nominat in extrema epiſtola: ſic in epiſtola ad Cæſarem libro decimo ad Atticum: *Aliquid impertias temporis huic cogitationi; ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique eſſe in maximi beneficii memoria poßim.* Et epiſtola prima libro primo: *Ego omni officio, ac potius pietate erga te.* Quo loco, Pietas ubi proprium domicilium habeat, & ad quos pertineat, ſatis ſuperque demonſtratum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Salutem, ac fortunas ſuas] *Fortunæ* pro re familiari uſurpantur : ut epiſt. 7. lib. 4. *Impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo.* conjunguntur cum ſalute: quia nec omnino ſalus in fortunis poſita eſt; & cum ſalute fortunæ deſiderantur, quod utrumque tamen nemini tantæ umquam curæ fuiſſe Cicero exiſtimat, quantæ ſibi ſit Milonis honor. In quo eſt animadvertendum, magnum eſſe pondus in hac ſententia, non ſolum, quia, quod ad ipſum non pertinet, (agitur enim de Milonis conſulatu) pluris facit, quam quiſquam fecerit ſalutem, ac fortunas ſuas; ſed etiam, quod honor ſaluti, ac fortunis anteponatur; cum tamen plerique, etſi de honore multum, plus tamen aliquanto de ſalute, fortuniſque ſuis laborare ſoleant. comparat igitur primum, atque etiam præfert aliena propriis, deinde honorem ſaluti, atque fortunis.

Omnia mea] Honores, fortunas, ſalutem.

Te unum] Ideo tam diligenter a te peto.

Tribunatu] Quem geſſit Lentulo Spinthere, & Metello Nepote coss.

Propter noſtram cauſſam] Quia cauſſam meam ſuſcepit, meque ab exſulio revocandum præter ceteros curavit.

Vt ſpero te intelligere] Bonis enim gratiſſimum fuiſſe reditum meum non ignoras.

Munerum] Quæ populo dederat in ædilitate curuli, de quibus ſic epiſtola ult. libro tertio ad Q. Fr. *Ludos apparat magnificentiſſimos. ſic, inquam, ut nemo ſumptuoſiores. ſtulte: bis, terque, non poſtulatus; vel quia munus magnificum dederat; vel quia facultates non erant; vel quia magiſter; vel quia potuerat magiſtrum ſe, non ædilem, putare.* Et in oratione pro ipſo: *Plebem, & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce, fortunis veſtris imminebat; eam, quo tutior eſſet veſtra vita, ſe feciſſe commemorat, ut non modo virtute flecteret, ſed etiam tribus ſuis patrimoniis deleniret.* Et Pedianus in argumento ejus orationis, hoc modo: *Cum Milo quamprimum comitia confici vellet, confideretque cum bonorum ſtudiis, quod obſiſtebat Clodio, tum etiam populi, propter effuſas largitiones, impenſas quoque ludorum ſcenicorum, ac gladiatorii muneris maximas, in quas tria patrimonia effudiſſe Cicero ſignificat.*

In ſuffragiis ſtudia] Auſus ſum delere, *Studia*, ut gloſſema, cum proxime dixerit, *Studium*; a quo reguntur hæc inferiora, *Vulgi, ac multitudinis, juventutis, & gratioſorum in ſuffragiis.*

In eo genere] In ſuffragiis. ſæpe ita loquitur Cicero, cum nominatam proxime rem intelligit. ut epiſtola prima & quarta.

Gratiam] Qui enim gratia valet, reliquos etiam qui gratioſi ſunt, ſui ſtudioſos habet: cum intelligant officiis officia compenſari poſſe.

Diligentiam] Excellit diligentia, cum prenſandum eſt, & concilianda populi voluntas.

Si minus potentem] Satis erat Cicero gratioſus in ſuffragiis; ſed, modeſtiæ cauſſa, diſſimulat.

Probatam] Quod erga virum optimum.

Pag. 79. *Iuſtam*] Quia Miloni conſulatus quaſi recte factorum præmium debetur.

Debitam] Ejus in me meritis.

Dux] Quem ſequantur ii, quos proxime nominavi.

Auctor] Quo auctore Miloni conſulatum deferant.

Opus eſt] Conjungitur & cum nominandi, & cum auferendi etiam caſu, nec deſunt exempla.

Eorum ventorum] Ventis comparat bonos, plebem, gratioſos in ſuffragiis, quos jam nominavit. nam, etſi Miloni favent, duce tamen, & rectore ita indigent, cum ſecundi ſint, reguntur tamen arte quadam, ab eo, qui navem gubernat.

Qui ſi ex omnibus unus optandus eſſet] A quo petimus, is quantum poſſit in eo, quod petimus, oſtendere debemus. id jam Cicero præſtitit iis verbis: *Huic te unum tanto adjumento eſſe.* Nec eo contentus iterat. quod valet etiam ad con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

iandam benevolentiam : eſt enim aude Curionis. Idem fecit Aſi- n procœmio orationis, quam no- Quinctilianus lib. 9. cap. ult. *Si,* *, ex omnibus mortalibus, qui ſint ac t, poſſet huic cauſſæ diſceptator legi;* *uiſquam te potius optandus nobis*

amobrem, ſi me memorem] Hacte- poſuit, quid cupiat, & quam val- iat, & quid ſperandum ſit, & quid poſſit : nunc ad petitionem in- tur : & primum de ſe ipſo, quo s Curio moveatur, tum de ipſo ne omnia pollicetur : cum evenire t, ut Curioni pariter utriuſque a, & auctoritas utilis eſſe poſſet.

gratum] Memores animo, grati re umus : nec ſatis eſt, acceptum be- um memoria conſervare, niſi & um remunerandi, & ipſa accedat neratio.

bonum virum] Libenter in memo- & gratos homines beneficia con- ntur; libentius, ſi iidem boni viri

el ex hoc ipſo] Magnum enim bo- is argumentum, cupiditas gratiæ endæ. ad Atticum epiſt. 4. lib. 8. *cognovi ingratius : in quo vitio nihil non ineſt.*

dignum denique] Ne colligam la, quibus hoc a te beneficium trare debeo; ita mihi hoc tribue ſi um, cui tribuas, exiſtimas.

eæ laudi] Laudabor enim, ut pius, eum, cujus præcipue ſtudio ſalutem peravi. Paullo ante, *Statuique in eo on officii ſolum fructum, ſed etiam pie- laudem debere quærere.*

rope ſaluti] Quia, licet vere non ur mea ſalus in Milonis honore, tamen ita laboro, ut in eo prope- lum ſalutem meam poſitam eſſe everim.

Dices] Vt ea, quæ diis immortali- conſecrantur; quæ deinde non licet vere. conſtantiam igitur, & per- itatem ſimul cum ſtudio erga Mi- em a Curione petit. epiſtola ad arem, apud Nonium: *Balbum quanti faciam, quamque ei me totum dicaverim, ex ipſo ſcies.*

T. Annio] Ex Papia gente Milo fuit, ut ait Pedianus : ſed ab T. Annio, avo ſuo materno, adoptatus, prænomen, & nomen inde ſumpſit.

Majoris animi] Animi magnitudine Milonem excelluiſſe, dixit etiam in oratione pro Sextio, & in aliis. Pedianus autem, *Sæpe*, inquit, *Milo, & Clodius inter ſe cum ſuis factionibus depugnaverant : & erat uterque audacia par : ſed Milo pro melioribus partibus ſtabat.*

Gravitatis] Quoniam ubi quid defendendum ſuſcepit, non facile ſententiam mutat.

Conſtantiæ] *Conſtantia* non eſt idem, quod *gravitas*; illa enim ad animi ſententiam, hæc ad actionem refertur : ut ſit *gravis*, qui ſemper idem ſentit, ac vult; *conſtans*, qui ſemper idem facit.

Benevolentiæ] Ne plura numeret, uno benevolentiæ nomine omnia complectitur : quaſi dicat : Ita te Milo diliget, ut ab eo exſpectare omnia poſſis.

Complecti hominem] Tua in eum ſtudia conferre. ſic epiſt. 8. *Da te homini, complectetur, mihi crede.*

Mihi vero] Dixit antea, neminem umquam de ſua ſalute, ſuiſque fortunis tam valde laboraſſe, quam ipſum de Milonis honore : nunc etiam ſuam agi rem ſignificat : at, quam rem? eam, quæ præſtantibus viris non minimæ curæ ſolet eſſe, decus, & dignitatem. quæ poteſt enim eſſe major laus, quam præſtare bene meritis pietatem, ac benevolentiam?

In laude mea] Quam ex pietatis opinione conſequar.

In ſalute] Cum tibi quoque, reſtitutus ab exſulio, acceptam referam ſalutem meam.

Ego ni te videre ſcirem] Eſt hic tanquam epilogus epiſtolæ, quo ſuperiora pæne omnia brevi oratione colliguntur.

Quantum officii ſuſtinerem] Quantum Miloni deberem. Suſtinet enim officii plurimum, in quem beneficia magna collata ſunt.

Contentione] Extra vitæ periculum, cum civiliter contenditur.

Dimicatione] Vitæ periculo, cum armis res agitur.

Omnem rem, atque cauſſam] Latius patet *Res*, quam *Cauſſa*: quod oſtendimus epiſt. 1. libro primo. *Omnem rem*, dixit, id eſt, univerſam Milonis petitionem: *cauſſam*, hoc ipſum, in quo Milo contendit omnes nervos, ut conſulatum adipiſcatur. epiſt. 7. *De ſacerdotio tuo, quantam curam adhibuerim, quamque difficili in re, atque cauſſa.* epiſt. 1. libro primo.

Meque totum] Me ipſum in Milonis cauſſa tibi commendo: nam in ejus conſulatu mea omnia poſita eſſe decrevi.

Atque trado] Auget commendationem. nam, *tradere*, eſt alicujus poteſtati committere, ut agat in re tradita quidquid velit. epiſt. 5. lib. 7. *Totum denique hominem tibi trado.* Et epiſt. 1. lib. 16. *Ei te totum trade.* Et ad Q. Fr. epiſt. 3. lib. 2. *Domum ad eum ſtatim venimus, eique nos totos tradidimus.*

Præcipue] Præcipue Ciceronem adjuverunt P. Lentulus conſul, Pompejus Magnus privatus, Milo, & P. Sextius tribuni pl. quos omnes nominat in duabus poſt reditum orationibus, & alibi.

Pietas] Non ſolum officium, ſed pietas etiam. quo nomine, quantum Miloni debeat, oſtendit, ut epiſtola 1. lib. 1. *Ego omni officio, vel potius pietate erga te.*

Pag. 80. *Aſſequi*] Aſſequar ſtudio tuo, ut pius in Milonem ſim.

EPISTOLA VII.

VT ſempiternæ laudi] Quibus gratulamur, iiſdem proximo loco bene precari ſolemus: ut epiſt. 8. lib. 15. *Eumque honorem tibi deos fortunare volo.* item epiſt. 11. ejuſdem libri: *Tibi velim ii ſint exitus, quos mereris: quos fore confido.*

Ne te auferant aliorum conſilia] Quod accidit.

Pag. 81. *Labere*] Errabis. lib. 1. de Fin. *Epicurus, in quibus ſequitur Democritum, non fere labitur.* Interdum conjungitur. nam, *Labi per errorem*, dixit epiſtola ultima lib. 3. ad Q. Fr. *Labi imprudentia*, in oratione pro Rabirio.

Animum] Nihil igitur timide facies.

Conſilium] Non laberis imprudentia. Sequentibus verbis explicantur ſuperiora: *Non vereor, ne quid timide, ne quid ſtulte facias.*

Non vereor, ne quid timide, ne quid ſtulte facias] Dicit: nihil te timide, nihil ſtulte facturum confido. Sic locutus epiſt. 12. lib. 5. & epiſt. 1. lib. 11. & Matius epiſt. 28. lib. 11.

In id reip. tempus] Tale tempus, quale cernis.

Judicio tuo] Poterat enim Curio tribunatum differre ad alia tempora, cum urbanæ res meliore loco, ac tranquilliore ſtatu viderentur.

Profecto] Judicaſti enim tibi hoc tempore gerendum eſſe tribunatum, ut opem ferres afflictæ reipub. ex quo ſequitur, ut optime intelligas, ac videas, quanta vis in repub. temporum ſit, quanta varietas rerum, &c.

Quanta vis in repub. temporum] Commemorat vitia civitatis, ſed ex perſona Curionis; ne videatur ignarum, & rudem admonere: quo ſi omnes offenduntur, multo magis, qui magiſtratum gerit. ideo dixit, *Profecto vides.* Sunt autem propoſitiones duæ, una, cum judicio, non caſu, in ipſum rerum diſcrimen contuleris tribunatum tuum; profecto vides, quibus vitiis reſp. laboret. Altera, cum videas, quam corrupta reſp. ſit; profecto cogitas, quid agendum tibi ſit. hæc tota commemoratio videtur eſſe cum aliqua laude Curionis. laudatur enim & voluntas erga remp. & prudentia; voluntas in eo, quod ſua ſponte, ſuoque judicio, non caſu aut temeritate contulerit tribunatum ſuum in adverſa reip. tempora; prudentia, quia videat, quanta vis in rep. temporum ſit, quam incerti rerum exitus, & quæ ſequuntur. captat igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

igitur benevolentiam Curionis hac laudet: ſibi ſatisfacit, quod in laude latet admonitio. Vis autem temporum ſæpe tantum valet, ut hominum voluntates, & conſilia ſuperet, leges, & inſtituta pervertat, & omnino prudentem civem adducat, ut, tamquam peritus gubernator, obſequatur tempeſtati ita mutato curſu, ut eodem tamen ſemper ſpectet. nec enim in administratione reipub. perpetua quæ actio, ad ſummam legitimi juris norm̃am directa, ſapientibus probatur; ſed aſſentiendum ſæpe temporibus quidque publica poſtulet utilitas, animadvertendum. quod Curioni Cicero proponit.

Tanta varietas rerum] Quo magis adhibenda tibi eſt prudentia tua. nam eadem, aut ſimiles res minore negotio, quam varie geruntur.

Incerti exitus] Nihil igitur novi conſilium, exitu rerum incerto. Timere Curionis multiplex ingenium: ne quid in repub. novi moliretur, ſpe aliquibus boni propoſita: quod & facere ſolebant tribuni pl. & fecit ipſe Curio: cujus turbulentus in primis, ac ſeditioſus tribunatus fuit.

Flexibiles hominum voluntates] Quæ flectuntur, tua flecti non debet, ſed eadem eſſe erga rempub. in iſto magiſtratu, qualis adhuc fuit.

Quid inſidiarum] Multæ inſidiæ ſunt, dictum a vetere poeta, cujus teſtimonium recitatur in orationibus pro Sextio, pro Plancio. has tu vitabis, conſilium capies a te ipſo. Paullo ante: *Numquam labere, ſi te audies.* Infra: *Tecum loquere: te adhibe in conſilium: te audi: tibi obtempera.*

Quid vanitatis] Quid inconſtantiæ. in libro ſecundo de Natur. deor. *vanitas* opponitur *conſtantia*, hoc exemplo: *Nulla in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas; contraque omnis ordo, veritas, ratio, conſtantia.* Ductum ex communi rerum natura. ut enim, ubi ſoliditas, ibi gravitas; & ubi gravitas, ibi conſtantia: ſic, ubi vanitas, ibidem & levitas, & inconſtantia. Quid igitur vanitatis in vita, cum optime noveris; cognitum tibi vitium facile vitabis; nec te depravati aliorum mores a tua conſuetudine deducent.

Nihil novi] Rerum novitates in rep. periculoſæ. itaque Platoni placuit, mutatis etiam muſicorum cantibus, mutari ſimul civitatum ſtatus. Novitates autem, quibus reſpubl. ab optimo ſtatu ad peſſimum traducta libertatem amiſit, omnes fere tribunorum pleb. legibus, aut interceſſionibus, exortæ.

Te audi, tibi obtempera] Sequuntur hæc ad ea, quæ proxime antecedunt. *Loquere*, inquit, *tecum, & te audi: te adhibe in conſilium, & tibi obtempera.* quadripartita ſententia eſt: ſed duæ poſteriores partes prioribus annectuntur. Hortamur autem, quos valere conſilio arbitramur, ut ſe ipſos audiant, ſecum loquantur: quos vero contra opinionem falli, & aliorum egere conſilio credimus, iis, ut amicos audiant, cum iis loquantur, ſuadere conſuevimus. propterea oratione 10. in Antonium hortatur Cicero Calenum, Antonio potius, quam M. Bruto faventem, his verbis: *Collige te: audi viros bonos: loquere cum ſapientiſſimo homine genero tuo ſæpius, quam ipſe tecum.*

Tibi vero ipſi] Ne videatur aſſentando falſa dicere, quod neminem, præter ſe ipſum, a Curione velit in conſilium adhiberi; ſubjungit hæc: *Ideo te hortor, nemini ut aures præbeas, te unum audias; non quod omnino omnium conſilia negligam, teque cunctis unum, præſertim adoleſcentem, anteponam; ſed quia, ut alteri melius, quam tu, poſſit aliquis conſilium dare; qui tamen non facile inveniri poteſt; tibi certe ipſi nemo melius dabit.* Ita & aſſentandi ſuſpicionem Cicero vitat; &, quod ei propoſitum eſt, ut Curio ſe ipſum dumtaxat in conſilium adhibeat, id hac ratione probat, quia conſiliarius in rep. gerenda ipſe ſibi optimus, ac ſapientiſſimus futurus ſit: quandoquidem neque quiſquam ab ullo magis, quam a ſe ipſo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ipſo, diligitur; nec alteri magis, quam ipſe ſibi, notus eſt.

Dii immortales] Invocatione deorum, verbis fides additur. quaſi hoc dicatur: teſtes mihi ſint dii immortales, quam adeſſe cupiam ſpectator laudum tuarum. libro ſecundo de Fin. *Quos, dii immortales, ille cruciatus perferebat!* Et Terentius in Eun. *Dii immortales, homo homini quid præſtet?*

Spectator laudum] Optimus poſt hortationem laudandi locus: ne monuiſſe videatur, quia Curionis prudentiæ, aut conſtantiæ diffidat.

Vel particeps, vel ſocius, vel miniſter] *Particeps*, quod utereris conſiliis meis: *ſocius*, quod, ſi conſiliis meis non egeres, me tamen in tuis ſocium haberes: *miniſter*, quod opera ſtudioque meo exſequerer conſilia tua.

Hoc] Quod poſterius poſui, ut adſim vel particeps, vel ſocius, vel miniſter conſiliorum tuorum.

Minime tibi deeſt] Cum in te ipſo, quæ ad tuas laudes pertinent, omnia ſint: vel, quod amici, quorum opera, aut etiam, ſi velis, conſilio uti poſſis, tibi non deſint.

Sed tamen] Grata correctio, ex amoris commemoratione ſumpta.

Magnitudo & vis] Auget poſteriore verbo: vel quia vis ex magnitudine proficiſcitur; vel quia non in omni magnitudine vis ineſt. vis autem amoris efficit interdum, ut majora præſtemus, quam exſpectantur.

Vt poſſem] Quod fortaſſe non poſſem, ſi te tam valde non amarem. me ipſum, inquit, vincerem, amore adjuvante.

Remp. geſſimus] In Amano monte, ut epiſt. 10. Capto etiam Pindeniſſo, ut epiſt. 4. lib. 15. & ad Attic. epiſt. 20. libro quinto.

Totius æſtatis] Pindeniſſum tamen non æſtate, ſed Saturnalibus, id eſt, XIV. Kal. Jan. in ſuam poteſtatem redegit: quod Attico ſcripſit epiſt. 20. libro quinto. verum res æſtate geſtas appellat, quod *æſtiva* vocarentur, quæcumque æſtate cœpta eſſent, licet ante hiemem non perfecta. ſic epiſt. 9. libro tertio *æſtiva confecta, non niſi Pindeniſſo capto*, ſignificat: cum tamen deditio Pindeniſſi Decembri menſe facta ſit.

Ad ſenatum] Eæ litteræ non exſtant. nam quæ leguntur libro decimoquinto res geſtas non exponunt. ad ſenatum autem ſcripſiſſe videtur Januarii menſis initio, ad novos conſules: quod ex epiſt. 20. libro quinto ad Att. licet intelligere. quod cum ita ſit; potuit hanc epiſtolam ſcribere menſe Dec. Nam, cum Pindeniſſum XIV. Kalen. Jan. captum oſtenderim; & hic rem feliciter eſſe geſtam, ſcribatur; neceſſe eſt, Curionem jam tribunatum pleb. iniiſſe: nam tribunis pleb. primus magiſtratus dies fuit, non Kalendæ Jan. ut aliis magiſtratibus, ſed quarto idus Dec. ut Livius, Dionyſiuſque docuerunt.

De ſacerdotio tuo] De pontificatu, quem petiit, & obtinuit, patre mortuo, ut in ejus locum ſurrogaretur. de patre mentio fit in oratione de haruſpicum reſponſ. de filio apud Dionem lib. 40.

Quantam curam adhibuerim] Litteris ad amicos Romam ſcriptis. ex quo ſuſpicor, Curionem petiiſſe pontificatum multis menſibus poſt reditum in urbem. rediit enim Calvino, & Meſſalla coss. ut epiſt. 6. demonſtratum eſt. ſequenti anno conſulatum tertium Pompejus geſſit: poſt eum Ser. Sulpicius & M. Marcellus: quo anno in provinciam Cicero profectus eſt: & ex provincia Romam ſcripſit de ſacerdotio Curionis. ſuſpicor autem, nondum Curionem fuiſſe Pontificem, cum has litteras Cicero miſit. quod hæc omnia verba ſignificant.

Re atque cauſſa] Dixi jam, quid inter rem & cauſſam interſit. *res* eſt totum negotium, *cauſſa* negotii pars, de qua maxime laboratur. *Res* hic eſt, ſurrogatio pontificis; *cauſſa*, ut Curio ipſe ſurrogetur.

Thraſoni] Servile nomen, quod in liberto remanſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rto tuo] Ergo vocabatur *C. Scri- Thraſo.* nam liberti patronorum p[illegible]mine, & nomine utebantur.

P. 82. *Ne patiare*] Poterat enim trib us pleb. intercedere, ſi quis annua provinciarum adminiſtrationem pro[illegible];are vellet.

oleſtiam] Quam ſignificat in om- fere epiſtolis. libro undecimo, in 8. lib. 3.

putarem] Et ſane comitiis tri- is non videtur Curio petiiſſe:ſed, atis omnibus tribunis pl. cum s, tribunus deſignatus, con- atus eſſet, ejus locum Curio, voluntate commotus, petiit, & uit. de quo Cœlius epiſt. 4. lib. 8. nodo: *Illud te non arbitror mira- Servium, tribunum pleb. deſigna- condemnatum: cujus locum C. Cu- tiit.* hujus autem voluntatis ini- , & cauſſa eſt, quod eum non ocriter Cæſar, qui ſolet infimo- hominum amicitias ſibi, quali- npenſa adjungere, contempſit.

Curione tribuno] Pondus eſt in no- Curionis: quaſi poteſtatem tri- ciam augeret animi, ingeniique antia. tale illud epiſt. 18. *Et quæ- t, & quæſtor tuus.* Et epiſt. 2. l. 5. tt. *Cum Hortenſius veniret, & nus, & tam longe Hortenſius.* Et 2. lib. 1. ad Fr. *Remp. funditus mus, adeo, ut Cato adoleſcens, nul- onſilii, ſed tamen civis Romanus, ato, vix vivus effugeret.*

C. & leges] Quibus erat annua incia. Et ad M. Marcellum con- n, his verbis, epiſt. 7. lib. 15. *uid accedat temporis ad id, quod tu & S. C. & lege finiſti.* Legem Cu- m ſignificat, quam ferebat conſul, s, qui profecturus erat in provin- , annuum imperium haberet a lo. alioqui rem militarem attin- non licebat: quod ſatis demonſtrat io 2. in Rullum. Sed hic *leges*, non *n*, Cicero appellat: quod non una curiata conſularium provinciarum iniſtratio eſſet annua, ſed, ut opi- , etiam Cornelia, & Sempronia: quæ nominatur epiſt. 7. & 9. lib. 1. & epiſt. 6. & 10. lib. 3. & in oratione pro domo.

Defendas] Intercedas, ſi quis provinciarum tempus prorogare voluerit. Epiſt. 21. lib. 5. ad Attic. *Ne quid mihi prorogetur, quod ne interceſſor quidem ſuſtinere poſſit, horreo.* Et epiſt. 2. lib. 6. ad Att. *Magna in ſpe ſum, mihi nihil temporis prorogatum iri. habebam acta urbana uſque ad nonas Mart. ex quibus intelligebam, Curionis noſtri conſtantia omnia potius actum iri, quam de provinciis.*

Conditio] Ne plus anno provinciæ præeſſem.

Etiam atque etiam] Uſurpatur & ſolum, ut ſæpe apud Ciceronem, & adjunctum, ut hic. ubique auget.

EPISTOLA VIII.

C*Ompoſitiones*] Quis cum aliquo pugnaſſet. inde *Par gladiatorum* dicebatur, cum duo comparabantur, & componebantur ad certamen. recitat Lucilii verſus Cicero in libro de optimo genere oratorum, quos ſubſcribam. *A me*, inquit, *gladiatorum par nobiliſſimum inducitur. Æſchines, tamquam Æſerninus, ut ait Lucilius,*

Non ſpurcus homo, ſed doctus, & acer;
Cum Pacidiano hic componitur optimu' longe
Poſt homines natos.

Et Virg. ecl. 1.

— *Sic parvis componere, magna ſolebam.*

Et Quinctilianus lib. 2. cap. 17. *Gladiatores ſub eodem magiſtro eruditi inter ſe componuntur.*

Vadimonia dilata] *Differre vadimonium*, eſt prorogare diem, de quo inter litigantes convenerat, ut in judicio adeſſent. nam *vadari*, eſt diem judicio ex compacto conſtituere.

Pag. 83. *Chreſti compilationem*] Res a Chreſto compilatas, furto ſublatas. Chreſtus, cognomen eſt; cujus gentis, ignoratur: niſi ſi Maniliæ: nam Mani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

lii Chreſti librum de hymnis deorum nominat Fulgentius in libro de priſco ſermone.

Πολιτικώτερον] Peritiorem adminiſtrandæ reipub.

Rumor] *Incerta fama, ſine capite, ſine auctore, rumore nuncio: ubi quid ejuſmodi eſt, ut non exſtet auctor, qui audierit.* Sic enim ipſe definivit in oratione pro Plancio, & epiſt. 10. libro duodecimo.

Longe in poſterum proſpiciente] Quod ſine ſummo ingenio, ac diuturno rerum uſu conſequitur nemo.

Ex tuis litteris cum formam reip. viderim] Tranſlatio ab architectis, qui futurum ædificium ex forma oſtendunt. Formam, & ſtatum, inquit, reipub. ſcribi a te velim: deinde, quid ex ea forma, eoque ſtatu futurum proſpicias, indicari. Duo enim Cicero poſtulat, formam primum reip. deinde Cœlii conjecturam, ex ipſa forma captam, de futuro reipub. ſtatu. non enim ipſe vult ex forma reip. a Cœlio miſſa conjecturam de futuro ædificio facere: cum dixerit, *Abs te, ut ab homine longe in poſterum proſpiciente, futura exſpecto.* alioqui, miſſa tantum forma, nihil de futuris rebus Cœlius ſignificaret; contra quam Cicero poſtulat. *Forma* pluribus modis accipitur. Aut enim eſt ædificii, ut hic, & epiſt. 2. libro ſecundo ad Q. Fr. *De forma Minuciana:* aut cujuſque hominis & cujuſque rei; quæ ſine interitu ſubjectæ rei amoveri non poteſt: aut eſt ipſa formoſitas & pulchritudo, unde *formoſa mulier*, & per ſimilitudinem *formoſus annus* apud Virgilium; aut aquæ ductus, ut antiquis inſcriptionibus: *Purgato fonte reſtituta forma:* &, *Aquas Curtiam & Cæruleam nova forma reducendas.* Et Sidonius Apollinaris libro primo epiſt. 5. Codex Theodoſianus titulo de aquæ ductu: Caſſiodorus Variarum lib. 3. 72. lib. 4. 85. lib. 8. 128.

In primiſque ego] Qui cum Pompejo de repub. locutus, futura magis quam tu, aut certe non minus quam tu, providere potui. *Quivis noſtrum*, inquit, *in primiſque ego, qui cum Pompejo complures dies nullis in aliis niſi de repub. ſermonibus verſatus ſum, æque ac tu, futura providere potui.*

Complures dies] Triduum. nam epiſtola ſeptima libro quinto ad Atticum: *Cum triduum*, inquit, *cum Pompejo, & apud Pompejum fuiſſem, proficiſcebar Brundiſium ad XIV. Kal. Jun.*

Verſatus ſum] Tarenti; ut in epiſt. 6. lib. 5. ad eundem. Quod ſi quærat aliquis; quid agebat eo tempore Pompejus Tarenti? crediderim, eo ſe contuliſſe valetudinis cauſſa poſt gravem illum morbum, quo eum prope urbem Neapolim laboraſſe, Plutarchus, & Cicero Tuſc. 1. demonſtrat. ægrotavit enim poſt tertium conſulatum; eoque tempore Cicero in provinciam ivit.

Quæ nec poſſunt ſcribi, nec ſunt ſcribenda] Scripſerat enim Cœlius epiſt. 8. *Si Pompejum offendiſti; qui tibi viſus ſit, & quam orationem habuerit tecum, fac mihi perſcribas.* *Quæ*, dixit, cum ea ſignificaret, quæ in illis de repub. ſermonibus egerat cum Pompejo.

Animo, & conſilio paratum] Cum neque timeat quidquam, nec ad cavendum egeat conſilio. Eodem modo illum laudat epiſt. 7. lib. 5. ad Attic. *Civem illum egregium relinquebam, & ad hæc, quæ timentur, propulſanda paratiſſimum.*

Da te homini] Accommoda te ad illius voluntatem. ſic enim Donatus illud Terentii in Adelph. explanat, *Da te mihi hodie.* Nepos in Attici vita: *Qui adverſariis ejus ſe dabant.*

Jam] Non ut antea. nam proximo ſuperiore anno Pompejus tertium conſul operam dederat, ut decem tribuni pleb. legem ferrent, qua liceret abſenti Cæſari, & provinciam, exercitumque retinenti, conſulatum petere. epiſt. 6. lib. 6. & ad Att. epiſt. 1. lib. 7. epiſt. 3. lib. 8.

Pag. 84. *Nobis*] Mihi, & tibi. nam ante profectionem Ciceronis in provinciam recte Cœlius de rep. ſenſit: poſtea, vel Curionis amore, vel Ap. Claudii odio, ab optimatibus ad Cæ-

ſarem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſarei deſcivit: quod ipſe in ultima epiſt. lib. 8. confeſſus eſt, idque confirmat in libro de claris orat. hæc verba Ciceronis: *Cum ædilis curulis factus eſſet, neſcio quo modo diſceſſu meo diſceſſit a ſeſe, ceciditque poſtea, cum eos imitari cœpit, quos ipſe perverterat.*

Tres] Neque plures, neque pauciores, ſane decem. Epiſt. 21. libro tertio ad Att. *Triginta dies erant ipſi: cum dabam has litteras, per quos nullas a vobis acceperam.* Et in Bruto: *Cato mortuus eſt an.* LXXXIII. *ipſis ante me conſulem.*

Gallus Caninius] Quem reum defenderat Pompeji rogatu, iterum conſulis epiſt. 1. lib. 7. vide quæ Valerius lib. cap. 2. de hoc, ut arbitror, Caninio ſcripſit. Alii, contra veteres omnes libros, etiam illum Mediceum, quem plurimi faciunt, legunt, *C. Caninius*, & epiſt. 1. lib. 7. offenſi fortaſſe Caninii cognomine ante nomen genitivo poſito: cum tamen hujus generis exempla non deſint. dixit enim Cic. ad Att. epiſt. 12. lib 8. & epiſt. 47. lib. 13. & epiſt. 15. lib. 8. *Gallo Fabio*, *Balbi Cornelii*: & epiſt. 4. lib. 2. ad fr. *Macer Licinius*. Et in Lælio, *Papum Æmilium*. Et Livius lib. 45. *Paullus Æmilius coſ.* cum tamen *Gallus*, *Papus*, *Paullus*, cognomina fuerint, non prænomina. ut omittam, quod epiſt. 8. lib. veteres libri habent, *T. Furfano Poſthumio*, non, *T. Furfanio Poſthumo*: nec deſunt hujus generis alia.

Prorogetur] Quod metuebat, emergente jam inter Cæſarem, & Pompejum diſcordia. orta enim de ſucceſſione Galliarum controverſia, reliquarum provinciarum impedita ſucceſſio eſt. epiſt. lib. 8.

Ideo mihi ſunt omnia] Sic loquebantur de rebus, quas maxime ſua intereſſe arbitrabantur.

EPISTOLA IX.

AEDILI CVR. DES.] *Deſignatum ſumma bonorum voluntate*, ait Cicero in Bruto; cum ad eam diem optime animatus erga remp. fuiſſet.

Primum] Primum gratulatur, deinde gratias agit. ſed hic, *Primum*, poſuit; nec intulit, *Deinde*: ſententiam tamen abſolvit in eo; *Et cum gratulor; tum vero, quibus verbis tibi gratias agam, non reperio.* Eodem modo epiſt. 23. libro 7. cum dixiſſet, *Primum ipſas ego muſas numquam tanti approbaſſem*: *Deinde*, prætermiſit; nec tamen imperfectam ſententiam reliquit. de quo ſuo loco. Et epiſt. 11. libro octavo, ad Atticum & 18. libro duodecimo ad eundem: & in Lucullo: *Primum intereſt.* Et apud Terentium; *Primum jam de amore hoc comperit.* Quam conſuetudinem, Græce dictam ἀνανταπόδοτον, qui ignorant, *Plurimum*, pro *Primum*, hic reponunt: contra veteres libros, eos quidem, quorum ego ope in hoc explanandi & corrigendi munere nunc utor. nec ab his diſcrepat Mediceus: cujus auctoritatem in re bona ab iis eſſe neglectam, qui ejuſdem libri mendas etiam interdum, cujuſdam conſtantiæ cauſſa, ſibi deſcribendas putaverunt, valde miror.

Cum præſenti, tum etiam ſperata tua dignitate] Tum ædilitate, tum etiam reliquis honoribus, qui ædilitatem conſequuntur. prætura enim biennio poſt ædilitatem dabatur, conſulatus biennio poſt præturam. Vbi ſunt, qui pro honore dignitatem negant uſurpari? non & hic Cicero de ædilitate gratulatur, & ædilitas honor eſt? neutrum negabatur. At alibi, *recta exiſtimatio, honoribus parta præclare geſtis, dignitas eſt.* quis negat? quaſi hoc ipſo non excellat Latina lingua, quod & variis eandem rem verbis, & eodem ſæpe verbo varia ſignificet. quod ſi dignitas, ut falſo quidam ſentiunt, ea ſemper eſſet, quæ vel magiſtratus, vel res cum laude adminiſtratas conſequitur: cur hic Cicero de dignitate potius quam de honore ipſo, unde manat dignitas, gratularetur? cui probabitur, Ciceronem, cognita Cœlii ædilitate, non honorem ipſum, ſed eam, quam honor parit, dignitatem gratulari? cum præſertim nondum Cœlius

magiſtratum iniviſſet, ſed adhuc deſignatus eſſet; ut gratulatio, quod ad honorem attinet, ſatis opportuna, dignitati autem, cum nihil dum in magiſtratu Cœlius geſſiſſet, immatura videretur. Tritum, inquiunt, uſu non eſt, ut in honoris locum dignitas ſuccedat. Concedo: nec tamen, quo eam in loco Cicero conſtituit, ego eam inde audebo extrudere: nec mihi, ſi quid rarum eſt, propterea rectum non eſſe, quiſquam perſuaſerit. alioqui nimis imminuetur uſus Latinæ linguæ, in qua multa non modo rara, ſed etiam ſingularia cognovimus. quin etiam librum Cariſius appellat de ſingularibus apud Ciceronem. quamquam ſi hoc ideo non placet, quod ſingulare videatur: ſcrupulum eximamus, allato ejuſdem ſatis propinquo exemplo, niſi fallor, in eadem ſententia. nam cum C. Cœlius, ei ſe obtigiſſe quæſtorem, ſignificaſſet; reſcripſit his verbis; *Tuæ litteræ, de tua præſertim dignitate, & de noſtra conjunctione, maximi ſunt apud me ponderis.* Dignitatem Cœlii vocat honorem illum, quem ſortis beneficio conſecutus erat; cum ita contigiſſet, ut in Cilicia, conſulari provincia, quæſturæ tempus traduceret. Et Philippicarum lib. 13. *Neminem Pompejanum, qui vivat, tenere lege Hirtia dignitates.* Quare numquam me, auctore Cicerone, *dignitatem* uſurpaſſe pro honore pœnitebit; niſi ſi Latinæ linguæ proprietatem in ipſo etiam Cicerone requirimus, quem vere unum, aut unum certe præter cæteros, abſolutum artificem in eloquentia, omniſque verborum copiæ, omnis parentem elegantiæ poſſumus appellare.

Ignorantia] Cur hoc verbum rejiciam, cum & ſit in veteribus novem libris, & in Cicerone alibi reperiatur? dixit enim pro Flacco: *Ubi adoleſcentes nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam litterarum.* Lucretius etiam lib. 1.

Ignorantia cauſſarum conferre deorum
Cogit ad imperium res.

Ignoratione, legitur in quibuſdam impreſſis: recte, quod ad ſententiam: ſed aliter antiqui libri.

Longinquitatem] *Longinquitas* & de locis dicitur, ut hic, & de tempore, ut libro ſecundo de Fin. *Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, qui ſibi is conveniet, ſi negabit voluptatem creſcere longinquitate?* Et Tuſc. 5. *Sin forte, longinquitate producti, dolores vehementius eum torquent, quam ut cauſſa ſit, cur ferantur: quid eſt tandem, dii boni, quod laboremus?* Additur interdum, *Temporis*, ut in epiſt. Sulpicii lib. 4. *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.* Et Cæſar libro primo de bel. civ. *Tamen res ejus moram, temporiſque longinquitatem timebat.*

Cum gratulor, tum vero] Solebant veteres interdum ob recte facta, poſt gratulationem gratias agere: ut ep. 14. lib. 9. *Dolabellæ tuo & gratulor, & gratias ago.* Interdum contra, gratiis actis, gratulationem ſubjungere. epiſt. 16. libro 16. *Tuis, & illius litteris perlectis, exſilui gaudio; & tibi & ago gratias, & gratulor.*

Pag. 85. *Factus ſis*] Ædilis. nam epiſtola 3. lib. 8. Cœlius ita ſcripſerat; *De Hirro ut, quem optas, quamprimum nuncium accipias, tua medius fidius magis, quam mea cauſſa cupio. nam mea, ſi fio, forſitan cum locupletiore referam: ſed hoc uſque eo ſuave eſt, ut ſi acciderit, riſus nobis tota via deeſſe non poſſit.*

Audivi] Te ædilem deſignatum, Hirrum dejectum.

Ille ipſe] Hirrus.

Factus ſum] Suſcepi perſonam Hirri: quia, quæ tu mihi de illo ſcripſiſti, omnia cogitavi.

Egi] Repræſentavi, cogitatione ipſa mihi ante oculos poſui.

Iactitat] Iactare ſolitus eſt: quod fecit, ædilitatem petens: cum diceret, ſe gratioſorum in ſuffragiis adoleſcentum opera ædilem futurum. epiſt. 6. Iuventutem oſtendit in ſuffragiis plurimum poſſe. proprie enim adoleſcentum gratia eſt, virorum auctoritas.

Difficile eſt loqui] Quæ de illo cogitavi, exponere non facile poſſum.

Te autem contemplans abſentem] Hoc totum uſque ad illud, *Quod, quia*, vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tur a vere Poeta ſumptum. ideo, *Contemplor*, non eſt, quo referatur: deeſt enim verbum Poetæ: cum Cicero locum non expleverit, ut interdum ſolet.

Pag. 86. *Præter opinionem*] Vt is, cui ſtuderent adoleſcentes illi, repulſam tamen tuliſſet.

Rerebam me ad illud] Ejuſdem Poetæ.

Obitur] Mihi ſe offert, atque in mentem venit.

Bene vero] Et hoc ejuſdem Poetæ eſt, quem opinor eſſe Cæcilium Trabeam comicum, de quo lib. 2. de Fin.

Exsilui] Commotus ſum, exſilui. lætitia enim non ſolum geſtimus, ſed etiam exiliimus.

Omnibus lætitiis] Eundem locum Cicero ſignificat lib. 2. de Fin. cum ait: *Ille Cæcilianus, qui ſeſe omnibus lætitiis lætum eſſe narrat.*

Deperem] Adimit enim voluptas mentem non minus, quam moleſtia: quod his verbis egregie, ut omnia, Plato demonſtrat lib. 3. de rep. Ἡ ἡδονὴ ἄγαν, ἢ λύπη, ἔκφρονα ποιεῖ.

Ego voluptatem animi nimiam] Egregie reſtituit hunc locum Victorius ex Tuſc. 4. & libro ſecundo de Finibus. nam in veteribus libris mendoſe legitur, *Domini*, vel, *Hominum*, vel *Omnium*. verba ſunt comici Poetæ Trabeæ, Tuſc. 4. *Ille, qui voluptatem animi nimiam ſummum errorem eſſe arbitratur.*

Quid quæris?] Vbi ſatis verborum effudit, nec tamen omnino videmur, quod volumus explicaſſe, ad hanc interrogationem confugimus, *Quid quæris?* & ad exitum ſtatim ſententia perducitur.

...] Stultus, ut ille.

Pag. 87. *Inimicorum*] Clodianorum. Oſtendit ipſe Cœlius epiſt. 13. lib. 8. *Aveto, ut meas injurias proinde doleas, ut me exiſtimas & dolere, & ulciſci tuas ſolere.* Maxime autem ex voluntate Ciceronis, Pompejo tertium conſule, post interfectum Clodium, geſſit Cœlius tribunatum pl. teſtem habeo Ciceronem ipſum, cujus hæc ſunt verba in Brut.: *M. Cœlius, quam diu auctoritati meæ paruit, talis tribunus pl. fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem, turbulentamque dementiam a ſenatu, & a bonorum cauſſa ſteterit conſtantius.* Et Aſconius in argumento orationis pro Milone.

Invidorum] Hirrus præcipue deſcribitur, qui competitor Ciceronis fuerat in auguratu. epiſt. 3. & 6. lib. 8. Et ad Attic. epiſt. 19. lib. 5.

Partim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarum] Sceleratus in vexando Cicerone, & in omni vita Clodius: ineptus Hirrus, qui cum Cicerone conſulari, nondum ædilicius de auguratu certare auſus ſit.

EPISTOLA X.

TV *vide, quam ad me*] Non pauci veteres, *Quam timide ad me*: inepte prorſus. quem enim hic timiditas locum habet? mendi originem puto fuiſſe, *Tu vide*: quod proxime anteceſſit: ut primo factum ſit, *Timide*, deinde, perturbato ordine, & prima corruptione alteram generante, *Tu vide, quam timide ad me*. Ego licet, *Quam ad me*, non improbem; cum præſertim ita ſit in Mediceo libro, & in altero, quem vir excellentis doctrinæ, Poeta ſummus, Petrus Angelius Bargæus, mihi commodavit; magis tamen aliquanto probarem, *Quare ad me*: ut ſit: Tibi videndum eſt, quid cauſſæ ſit, cur ad me litteræ non perferantur. Cum hæc ſcripſiſſem, Albertus Ferrus, ſororis Philippi Tertii, oratoris eximii, viri integerrimi, filius, familiaris meus, optimæque indolis adoleſcens, veterem librum, ex avunculi bibliotheca ſumptum, ad me attulit, in quo minime dubiis litteris ita ſcriptum vidi: *Tu vide, quamobrem ad me.* quod noſtram opinionem confirmat.

Tanta res] Non ſolum quia tu ædilis factus ſis, ſed etiam, quia repulſam Hirrus tulerit.

Tantæ gratulationis] Cum res eſſet tanta gratulatione digna, ideoque litteris omnino ſignificanda, ut poſſem tibi gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bi gratulari. Alii legunt, *Gratulationes*; qua ſententia non video. ego præter ſententiam, teſtes auctoreſque habeo opinionis meæ tres antiquos libros, unum Sigonii, duos meos.

De te quia, quod ſperabam; de Hillo, (balbus enim ſum) quod non putaram] In ep. 4. lib. 8. Cœlius de Hirro competitore ſuo loquens ita ſcripſerat: *Spero te celeriter auditurum & de nobis, quod ſperaſti, & de illo, quod vix ſperare auſus es.* Quibus verbis Cicero reſpondens, eadem pæne repetit. & quia ſcripſerat Cœlius, *De illo*; facete & ſalſe adſpirationem Cicero addidit, ut Hirri nomen, more balborum, qui, *r*, litteram exprimere non poſſunt, enunciaret. itaque ſubjunxit, *Balbus enim ſum.* in ſequentibus autem, cum, *r*, litteram expedite proferat, *Balbi*, inquit, *non ſumus.* Hic tamen faciam, quod ſuſceptum a me múnus poſtulat, ut hunc locum ex ingenio mutatum ſignificem. nam veteres libri omnes in mendo conſentiunt, cum *Nihilo*, pro, *Hillo*, habeant. Sed non dubito, quin hæc recte intelligentibus conjectura, e Cœlii loco ducta, cui manifeſte Cicero reſpondet, etiam atque etiam probetur. Res, inquit, magnæ gratulationis erat, quia de te, id, quod ſperabam, acciderat: de Hirro autem, quod non putaveram, id eſt, ut tam turpiter ædilitatis repulſam ferret. Atque hoc ejuſdem Cœlii locus alius in epiſt. 9. lib. 8. ſignificat: inquit enim, *Sic tu, inquis, Hirrum tractaſti? immo, ſi ſcias, quam facile, quam ne contentionis quidem minimæ fuerit: pudeat te, auſum illum umquam eſſe incedere tamquam tuum competitorem.*

Pag. 88. *Comitia iſta*] Ædilicia.

Lætitia extulerunt] Cum ea mihi non tuis, ſed aliorum litteris cognita eſſent.

Iucundius] Dixi jam, *Iucundus*, & *Carus* conjungi. epiſt. 2. & 3. Cicero, *Iucundus*, deducit a juvando, quod ſi ita eſt; *Iocundus* a quibuſdam perperam ſcribitur.

Pag. 89. *Ais*] In epiſt. 5. libro octavo, in qua ſcripſit hæc: *Si, quantum gloriæ, triumphoque opus eſſet, aſſequeremur; nihil tam eſſet optandum.*

Ad laureolam] Vt triumphum aſſequi poſſemus. Lauro enim triumphantes coronabantur. quaſi per jocum, *Laureolam*, potius, quam *lauream*, dixit: ut optata res oſtenderetur. Sic epiſt. 20. lib. 5. ad Att. *Bibulus in eodem Amano laureolam cœpit in muſtaceo quærere.*

Parthos times] Copiis ſuperiores. epiſt. 5. libro octavo. Parthorum gens nota ſatis eſt: origo, & nominis cauſſa fortaſſe obſcura: itaque Iuſtini verba ex lib. 41. recitabo: *Parthi, penes quos, velut diviſione orbis cum Romanis facta, nunc orientis imperium eſt, Scytharum exſules fuerunt: nam Scythico ſermone Parthi exſules dicuntur, &c.* Idem infra: *Mithridates imperium Parthorum a monte Caucaſo uſque ad flumen Euphratem protulit: nec minor Arſace proavo, glorioſa ſenectute deceſſit.*

Auxiliis] Sociorum populorum, id eſt, Galatarum, Piſidarum, Lyciorum, quos nominat epiſt. 5. libro ſexto ad Att. nam Dejotarum cum omnibus ſuis copiis ad eum venientem, certiorem Cicero fecit, non videri eſſe cauſſam, cur abeſſet a regno. quod ad Catonem epiſtola 4. libro decimoquinto ſcripſit.

Hiccine eſt ille] Simile illud epiſt. 26. libro nono: *In eo igitur convivio Cicero ille? Quem adſpectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant ſua?* Et Pacuvius Duloreſte, apud Nonium; *Hiccine is eſt, quem famæ gratia ante omnes nobilitat viros?*

Qui urbem?] Servavit ab inſidiis Catilinæ, ipſo egredi ex urbe juſſo. quod factum gloriatur in orat. 2. contra eum, & in ea in Piſonem: *Ego L. Catilinam, cædem ſenatus, interitum urbis non obſcure, ſed palam molientem, egredi ex urbe juſſi.*

Quem ſenatus?] Decreto laudavit honorificentiſſimo, ſupplicatione decreta ob res ab eo geſtas: quem honorem antea togatus nemo conſecutus erat. epiſt. 4. lib. 15. orat. in Piſonem, alibi.

Noſti cetera] Quæ in nos, ob res in con-

conſi tu præclare geſtas, conferri ſolent.

Communis eſt] Cum ejus pars ad Syriam, Bibuli provinciam, altera ad Ciliciam cui Cicero præerat, pertineret. Strabo, & alii.

Diſſus aquarum divortiis] Vt ad Syriam una parte, ad Ciliciam ab altera pertineret, defluentibus aquis diſtributis. cum enim aquæ dividuntur, divortium earum fit. Sic epiſt. 20. ad Att. lib. 5. *Ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit.* Et lib. 1. de Orat. *Vt ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium jugo ſunt doctrinarum facta divortia.* Curtius autem lib. 5. *Tigris & Euphrates ex Armeniæ montibus profluunt, & magno deinde aquarum divortio iter, quod cœpere, percurrunt.* Et Livius libro 38. *Prope ...is, ad aquarum divortia caſtra po...*, id eſt, ad eum locum, unde aquæ pluviæ, duas in partes diviſæ, incipiunt defluere. Flaccus etiam Siculus in libro de limitibus, *Divergia aquarum* dixit, eadem ſignificatione: quod in diverſas partes vergant, & vertantur aquæ: unde *Divergium*, & *Divortium*.

Caius noſter] C. Caſſius, qui poſtea Cæſarem occidit. is M. Craſſi quæſtor in Syria fuerat: quo interfecto reliquias copiarum Antiochiam reduxit.

Hoſtem rejecerat] Epiſt. 20. lib. 5. ad Att. *Rumore adventus noſtri & Caſſii, qui Antiochia tenebatur, animus accеſſit, & Parthis timor injectus eſt. itaque cedentes ab opido Caſſius inſecutus rem bene geßit. qua in fuga, magna auctoritate Oſaces, dux Parthorum, vulnus accepit, eoque interiit paucis poſt diebus.* De hac victoria loquitur etiam epiſt. 14. libro decimoquinto, pleniſſime autem Dio lib. 40. & Iuſtinus lib. 42.

Provinciam acceperat] A victore Caſſio, qui, poſt obitum Craſſi, cum nondum in Syriam proconſul Bibulus veniſſet, provinciam a Parthorum impetu defenderat. Phil. 2.

Octavi Amanienſes] Vide epiſt. 4. lib. 5. & ad Att. epiſt. 20. lib. 6.

Caſtella munita] *Caſtellum* a Caſtro, ut *Raſtellum* a Raſtro, deducitur.

Victoria juſta] Certum hoſtium numerum eſſe oportuit, quo cæſo imperatoris nomen conſequerentur: ſed, ea conſuetudine paullatim depravata, multi, paucis hoſtium cæſis, imperatores tamen appellabantur. quod etiam Philip. 24. docet his verbis: *Si quis Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine, quæ increbruit, imperatorem appellaret ſenatus.* Et Dio lib. 37. *C. Antonius cæſo Catilina, ejus victoriæ cauſſa imperator eſt appellatus: quamquam cæſorum in acie numerus legitimo numero minor eſset. Iuſta* igitur dixit, quia multi non juſta victoria, quidam etiam nulla ſupplicationis honorem adepti erant: quod ex eadem Philippica cognoſcitur. Victoriam tamen ejus non ſatis juſtam Cœlius ſignificat epiſt. 11. libro octavo cum ait: *Hirrus, cum de hoſtibus ageretur, & poſset rem impedire, ſi, ut numeraretur, poſtularet, tacuit.*

Iſſum] Quæ Alexandri aræ vocabantur. epiſt. 4. lib. 15. & ad Att. epiſt. 20. lib. 5. & Strabo libro decimoquarto. Curtius autem ſic lib. 3. *Tribus aris in ripa Pyrami amnis Iovi, Herculi, Minervæ ſacratis, Syriam petit.* Mela quoque libro 2. *Tum mons Amanus, & ab eo ſtatim Cilices: at in receſsu intimo locus eſt, magni aliquando diſcriminis, fuſorum ab Alexandro Perſarum, fugientiſque Darii ſpectator ac teſtis, nunc ne minima quidem, tunc ingenti urbe celebris Iſsos.* Ammianus lib. 26. Sinum Iſſicum vocat. *Superatus, ait, in Sinu Iſſico qui eſt in Cilicia, ubi Darium Alexander fudit.*

Clitarchus] Hiſtoricus, Alexandri comes in Perſica expeditione, ut ait Plinius lib. 6. cap. 31. Dionis filius, teſte Plinio lib. 10. cap. 49. nominatur a Curtio lib. 9. bis, a Cicerone lib. 1. de Legibus, haud magna cum laude, ab Athenæo libro quarto. Ejus probatum eſſe ingenium, fidem vituperatam, oſtendit Quinctilianus lib. 10. cap. 1.

Pag. 90. *Narravit*] Argute: pro, *legiſti apud Clitarchum.* ſic in Bruto: *Niſi in eo magiſtratu cœnaviſſet apud præconem*

nem Granium, idque nobis narraviſset Lucilius, tribunum pleb. neſciremus fuiſſe.

Infeſtißimam] Latrociniis. vide epiſtolam 4. libro 15. & epiſt. 20. lib. 5. ad Attic.

Vineis] Inſtrumentum bellicum fuit, quo tecti milites audacius ad mœnia ſubibant.

Pindeniſsum] Incognitum Romæ nomen opidi: quod ex epiſt. 20. lib. 5. ad Att. perſpicitur.

Opibus] Alii legunt, *Operibus*: ſed *Opera* Cicero ſupra nominavit: Opum autem nomine, ſumma vis & ſumma contentio ſignificatur. unde Virgilius:

—— *Magna pugnatur opum vi.*

Alibi divitiarum copia, alibi totum id quo valemus, Opum nomine demonſtratur.

Negotio] Labore.

Nomen opidi] Ignobile & obſcurum. epiſt. 20. lib. 5. ad Attic. *Qui malum, ſunt iſti Pindeniſsæ, inquies? nomen audivi numquam. quid ego faciam? non potui Ciliciam, Ætoliam, Macedoniam reddere.*

Cepero] Cepit die 57. poſtquam oppugnare cœperat. epiſt. 4. lib. 15. & 20. lib. 5. ad Att.

Tum vero] Nam, Amano direpto ac vaſtato, litteras tamen ad ſenatum non miſit. de quo ſic epiſt. 9. lib. 3. *Recte factum a me puto, quod non ſtatim ut imperator appellatus ſim, ſed aliis rebus additis, æſtiviſque convectis, litteras miſerim.*

In præſenti] Hoc tempore. Livius lib. 34. *Daret talenta centum argenti in præſenti. In præſentia* etiam dicebant.

Quod optaſti] Vt negotii tantum haberem, quod eſſet ad triumphum ſatis. epiſt. 5. lib. 8.

Vt ſcribis] Epiſt. 5. lib. 8. *Multum ac diu ludetur, ut plus biennium in his tricis moretur.*

Spiſſius] Serius: ut in Bruto: *Spiſſe, atque vix ad Antonium, Craſſumque pervenimus.* Et lib. 2. de Orat. *Principia tarda ſunt, & exitus tamen ſpiſsi, & producti eſſe debent.* Et, quoniam ſpiſſis liquida opponuntur; factum eſt, ut *Liquido* pro *facile* veteres uſurpaverint. epiſt. 10. lib. 10. *Lectis tuis litteris, liquidius de toto ſenſu tuo judicavi.* Et epiſtola 27. lib. 11. *Alia ſunt, quæ liquido negare ſoleam, ut de ipſo ſuffragio.*

Præſentia] Nec præſentia tamen, nec præterita, ſed futura ſe dixit a Cœlio exſpectare. epiſt. 8.

EPISTOLA XI.

P. 91. ÆDILI CVR.] Superiores epiſtolas inſcripſit, ÆDILI CVR. DES. nunc ædilitatem Cœlius inierat, nam epiſtola Megalenſibus eſt ſcripta: quo die ludos ante templum Magnæ matris Deum ædiles curules dabant.

Putares ne umquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent, &c.] Similiter epiſt. 63. lib. 13. *Non putavi fieri poſſe, ut mihi verba deeſſent; ſed tamen in M. Lælio commendando deſunt.*

Veſtra oratoria] Iocatur; quia Cœlius quoque locum inter oratores obtinebat. epiſt. 8. *Novi ego vos magnos patronos.*

Noſtratia?] Quibus vulgo utimur.

De provinciis] Timebat, ne quid de prorogando provinciarum tempore ſenatus decerneret.

Famam] Ob juſtitiam, & abſtinentiam.

Fortuna] Quæ poteſt aliquo caſu de fama detrahere. Fortunam nominat, quia de ſua culpa non timet.

Metuenda] Epiſt. 17. lib. 5. ad Att. *Hanc gloriam juſtitiæ, & abſtinentiæ fore illuſtriorem ſpero, ſi cito deceſſerimus.*

Pag. 92. *Belli*] Parthici. dixit enim in proxima epiſtola: *Sed, ut redeam ad Parthos, hæc æſtas habuit hunc exitum ſatis felicem: ea, quæ ſequitur, magno eſt in timore.* Epiſt. 21. lib. 5. ad Att. & 1. lib. 6. ad eundem.

Ad conſtitutam diem] Pridie Kal. Sext. quo die in provinciam venit. ep. 6. lib. 3. & ad Att. epiſt. 15. lib. 5. *nam duos menſes, Iunium, & Quinctilem ſperabat fore, ut Bibulus ſuſtineret.* quod ad Atticum ſcripſit epiſtola lib. 6.

De pantheris] Quas Cœlius petierat, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...diuis, id eſt Romamis, daret. epiſt. 4. 6. 7. 9. lib. 8. quædam animalia ...m mares, quam feminæ, mu...ntum genere ſignificantur, ut ..., *merula :* non enim dicimus, ...s, *merulus :* quædam virili, ut ...*urdus :* non enim dicitur, *corva*, ... Varro libro 8. ling. Lat.

...arum] Per jocum ſublata a ſe ...ia ſignificat.

...riam] Hoc totum inter Cice... ...dicula Plutarchus memorat.

...tho] Venatore. epiſt. 6. lib. 8. ...is eſt, de quo epiſt. 15. lib. 12. ...us de bello Alex.

...quid erit, tibi erit] Hoc genus ...nti, *ſimiliter deſinens* Latini, ...τον Græci vocant. quo de ...cripſit egregie Demetrius. ne... colligendis Græcorum exem...tam conſumam: Latinis, & uno ... Cicerone contenti ſimus. epi... *Si quid offenderit : ſibi totum, ...i offenderit.* Philip. 1. *Huc ſi ...eſſerit, non tam mihi, quam vobis ...ib. acceſſerit.*

...rcule] In oratore, *Pomeridianas, ...quadrigas, quam Poſtmeridianas, ... dixerim; & Mehercule, quam Me...* bis tamen in Verrem, *Mehercu...*, & in Catil., & pro Plancio; pro ...o autem, & in Bruto, *Hercules.*

...itas tua] Cujus cauſſa pantheras

...lies admonebat] Adſpectu, vel ...one rei præſentis, in memoriam ...ut voluntatem, opinionemve ...nur abſentis. epiſt. 19. lib. 7. *Ut ... Velio navigare cœpi, inſtitui Topi...ſtotelica conſcribere, ab ipſa urbe ...itus, amantiſſima tui.* epiſt. 8. ...d Att. *Signa noſtra velim impo...e tibi palæſtræ gymnaſiique vide...ſſe. etenim ibi ſedens hæc ſcribe... me locus ipſe admoneret.* De Orat. ... *Cur non imitamur Socratem illum, ...n Phædro Platonis? nam me hæc ...anus admonuit.* Ibidem libro ter... *...is de rebus Sol me ille admonuit, ...or eſſem : qui ipſe jam præcipitans ...ue hæc pæne præcipitem evolvere coegit.* In epiſt. ad C. Cæſarem, apud Nonium: *Quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor. ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quam ad præſentis temporis gloriam.* Varro lib. 1. Rei ruſt. *Annus octogeſimus admonet me, ut ſarcinas colligam, antequam proficiſcar e vita.*

Ipſis Megalenſibus] Et Megalenſes & Romani ludi ad ædiles cur. pertinebant: ut in Dione legimus, lib. 39. dies igitur Megalenſium, qui dabantur Aprili menſe, Ciceronem admonebat ludorum Romanorum, quos Cœlius Septembri menſe daturus erat. Atque hinc licet conjicere, cum utrique ludi ab ædilibus curarentur, majore tamen ſumptu atque apparatu Romanos dari ſolitos: de quorum ſpectaculo Cœlium, pantheras petentem, non de Megalenſibus, video laboraſſe. Ludos Megaleſia per ſex dies, a pridie Non. April. ad v. Id. fuiſſe, faſti dierum antiqui demonſtrant. nam, etſi deam perlatam eſſe pridie Id. Apr. in ædem Victoriæ Palatinæ, eumque diem feſtum fuiſſe, cum lectiſternio, & ludis, qui Megaleſia vocati ſunt, Livius dicat: poſtea tamen eos ludos in pridie Non. rejectos eſſe, crediderim, accedente præſertim Spartiani teſtimonio; qui cum IIX. Id. Apr. ipſis Megalenſibus interemptum Caracallam narret, ſatis indicat, Megalenſium primum diem pridie Id. Apr. non fuiſſe. niſi ſi quis mendoſum eſſe Livii locum, & pro *pridie Id.* legendum, *pridie Non.* arbitretur: ne, diſſidentibus antiquis, opinione dubia fluctuemus. Dicta Megaleſia a Græcis, ut auctor eſt Varro: quod ex libris Sibyllinis accerſita ab Attalo rege Pergami prope murum Megaleſion, ubi templum ejus deæ: unde advecta Romam. Quo tempore, & quam ob cauſſam ſint accerſita, vel quia patet ex Livio, vel quod brevitatem ſequimur, omittemus. Unum addendum videtur: labi turpiter eos, qui ludos Megalenſes & Romanos eoſdem eſſe crediderunt: cum Romani a rege Priſco, Megalenſes in republ. poſt multos annos inſtituti ſint: & Romani

menſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

menſe Septembri, Megalenſes Aprili darentur: Romani in honorem Iovis, Junonis, Minervæ; Megalenſes Matris magnæ Deum: Romani primum Circenſes, deinde etiam Scenici fuerint, Megalenſes tantum Scenici.

EPISTOLA XII.

Pag. 93. *COnciones*] Tribunorum pl. maximeque Curionis, qui valebat in primis eloquentia, & Cæſaris cauſſam acerrime tuebatur. ejus enim conciones contra conſulum actiones de provinciis, id eſt de ſucceſſione Galliarum, quis dubitet ſignificari epiſtola 1. lib. 6. ad Att. in eo loco? *Magna in ſpe ſum, mihi nihil temporis prorogatum iri, habebam acta urbana uſque ad Nonas Mart. ex quibus intelligebam, Curionis noſtri conſtantia omnia potius actum iri, quam de provinciis.* Varro, *Contio*, non, *Concio*, ſcribendum ſignificat, quaſi Coactio. Feſtus *Concio, quaſi convocatio, a Ciendo.* veterum librorum ſcriptura Varronis opinionem probat. Mediceus quoque ſemper, *Contio*.

Quinquatrus] Dictum fortaſſe nominandi potius, quam ut alii putarunt, generandi caſu. mallem tamen, *Quinquatribus:* ut intelligatur dies, quo geſtæ ſunt res, non quo allatæ: cum inferat, *Citeriora nondum audiebamus.* nam in vetere libro Hieronymi Ferrarii legitur, *Quinquat.* ut etiam pro Gladiatoribus, *Gladiat.* antiquis in libris quandoque ſcriptum vidimus. *Quinquatrus* autem quinque dies feſti fuerunt, Minervæ dicati. Ovid. lib. 3. Faſt.

Vna dies media eſt, & fiunt ſacra Minervæ,
Nomina quæ a junctis quinque diebus habent.

Varro *Quinquatrum diem* ait appellatum, quod erat poſt diem quinctum Id. Mart. id eſt, XIV. Kal. Apr. & quamquam ex Ovidio conſtet, *quinquatrus* fuiſſe quinque dies: tamen, cum Cicero *quinquatrus* nominat, non ſemper eos omnes dies, ſed interdum primum dumtaxat eorum ſignificat, ut epiſt. 25. lib. 12. *Quinquatribus, frequenti ſenatu cauſſam tuam egi non invita Minerva. etenim eo ipſo die ſenatus decrevit, ut Minerva noſtra, cuſtos urbis, quam turbo dejecerat, reſtitueretur.* Et ad Att. epiſt. 9. libro 9. *Venit ad me Matius quinquatribus.* & alibi.

Ridere tecum] Ob dementias quorundam quas ex amicorum litteris cognoverat.

Pag. 94. *Annuum munus*] Annuam provinciæ adminiſtrationem: cujus cum primus dies fuerit pridie Kal. Sext. poſtremus III. Kal. eſſe debuit. epiſt. 5. & ad Attic. epiſt. 15. 19. lib. 9. & epiſt. 2. lib. 6.

Diogenes tuus, cum Philone] Diogenes Græcus, amicus Cœlii, non libertus: Philo autem libertus. epiſt. 7. lib. 8.

Peſſinunte] Peſſinus opidum Phrygiæ, clarum templo Matris magnæ Deum, cujus ad urbem Romam tranſlata ſtatua eſt. ad Ciceronis provinciam pertinuit; qui duas in majore Phrygia διοικήσεις habuit, unam ultra Mæandrum flumen, alteram citra, Ciceroni extra ordinem attributam. qua de re alio loco plenius olim diximus.

Iter habebant ad Iatoregem] Non ſatis mihi poſſe videor pro ejus merito laudare Jacobum Taurellum Fanenſem, virum optimum, exquiſitæ doctrinæ, præſtantis ingenii: qui, deleta macula, quæ jam inveteraverat in pervulgatis omnibus libris, huic loco ſuam, ut ego quidem arbitror, integritatem reſtituit. cum enim in nullo vetere libro reperiatur, *Ad Dejotarum regem*, ut eſt impreſſis ad hanc diem omnibus; in pleriſque autem, *Ad Jatoregem*; quæ in Mediceo quoque ſcriptura eſt; acute Taurellus vidit, mutatione minima legi poſſe, *Ad Adiatorigem:* quem Comanorum regem hoc tempore fuiſſe, Strabo docet lib. 12.

Ab adoleſcentia judicavi] Judicavit eo tempore, cum e quæſtura Sicilienſi Romam revertit. nam in Campania viro nobili obviam factus, cum eum

rogaſſet

rogáſſet, quid de ipſo civitas, ob res in Sicilia geſtas, exiſtimaret; reſpondit ille, ubi nam fuiſti? ex quo intellexit, quod hic Cœlio ſcribit, obſcuram eſſe peregrinationem omnem, nec ab urbe diſcedendum. Hoc Plutarchus. *Adoleſcentiam* igitur vocat quæſturæ tempus. qua de re in epiſt. 1. h. l.

Obſcura, & ſordida] Quia dixerat, *in iſta luce vive*. tribus enim verbis metaphoram perficit, *Luce, Obſcura, Illuſtris*. quod genus attente conſiderandum iis, qui eloquentiæ ſe ſtudio dediderunt. Addidit autem, *Sordidam*, ut hoc dicat: vel obſcurum eſt, nec cernitur, quod in provincia geritur; vel, ſi cernitur, præ urbanis actionibus ſordidum videtur.

Pag. 95. *Integritatis*] Abſtinentiæ: quia ne teruncio quidem provinciæ ſumptui fuit: quod ipſe, non ſine quadam inani gloria, vere tamen ad Atticum ſcripſit epiſt. 16. 17. 20. 21. lib. 5. & hic epiſt. 1. 3. 4. 5. lib. 15.

Contemnenda] Si hoc provinciale munus recuſaſſem. qui enim provinciam contemnit, quam multi ſpe rapinarum appetebant: is laudem conſequitur integritatis. Hoc modo locutus eſt Philip. ultima: *Supplicatione decernenda, hoſtes eos, de quibus decernitis, judicetis neceſſe eſt.* pro, ſi decreveritis.

Spes triumphi, inquis?] Niſi in provinciam iviſſes; quæ tibi, inquies, triumphi ſpes eſſet? reſpondet: ego mihi præclarum in conſpectu, & conſuetudine meorum, quibus moleſtiſſime tamdiu careo, triumphum ducerem.

In deſiderio] Ad Att. epiſt. 18. lib. 5. *Dici non poteſt, quam invitus a vobis abſim, &c.*

Te dignas] Scriptas diligentiſſime de omni ſtatu reip. ne, cum venero, rudis plane ſim.

EPISTOLA XIII.

Pag. 96. *Fortaſſe enim non perferuntur*] Obtinuiſſe conſuetudinem, ut *Fortaſſe*, potius quam *Fortaßis*, diceretur; quia ſcilicet *Fortaßis* abſurdum auribus videbatur; auctor eſt Cariſius. cujus teſtimonio permotus, legendum arbitror, *Fortaſſe*, non *Fortaßis*, in epiſt. 3. libro primo ad Q. Fr. cum præſertim in meo quoque vetere libro ſcriptum videam, *Fortaſſe*.

Vel quas proxime acceperam] *Vel*, hic non diſtinguit, ut alibi: ſed præcipuum quiddam notat; ut epiſt. 24. lib. 7. *Amoris tui, quoquo me verti, veſtigia: vel proxime de Tigelio.* Et Terentius in Hec. *Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi.*

Et officii, & conſilii] *Officii*, quia retulerat ad Ciceronem de Tullia Dolabellæ collocanda: *conſilii*, quia ſcripſerat Cœlius his verbis: *Unum illud monere te poſſum: ſi res tibi non diſplicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate oſtendas; & exſpectes, quemadmodum exeat ex hac cauſſa: ne qua invidioſum tibi ſit, ſi emanarit.* epiſt. 9. lib. 8.

Prudentibus] Eadem ſententia epiſtola undecima libro ſexto. *Quæ facimus*, inquit, *ea prudentiſſimo cuique maxime probata eſſe volumus.*

Valde diligo; meque ab eo diligi ſenſi] Eadem ſententia in epiſtolæ fragmento ad Panſam, apud Nonium: *De Antiocho feciſti humaniter: quem quidem ego ſemper dilexi, meque ab eo diligi ſenſi.*

Simultatem] Suſceptam ex eo, quod frater ejus P. Clodius capitali odio a Cicerone diſſideret.

Depoſuimus] Auctore Pompejo, cujus filio Appii filia nupſerat. id ex Quinctiliani lectione cognovimus, qui recitat hæc verba Ciceronis ex libro epiſtolarum incerto ad M. Brutum: *Ego cum in gratiam redierim cum Ap. Claudio, & redierim per Cneum Pompejum.*

Conſul] Conſulatum geſſit cum L. Domitio Ahenobarbo.

Studiorum] Optime ſe animatum oſtendit erga ſtudia mea.

Quoniam] Conjungit hic potius, quam cauſſam exponit: quo item officio, *Nam*, interdum fungitur.

Κωμικὸς μάρτυς accidit Phania] Libertus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bertus Appii Phania, præter ceteros, mea in Appium officia cognovit, ut comicus teſtis ea, quibus in comœdia lites diſcordiæque tolluntur. Accidit autem, quia caſu quodam in comœdiis fieri videtur, ut aliquis, præter exſpectationem, adveniens, involutam rerum notitiam explicet, patefactaque veritate ſedet omnes turbas. De hoc liberto epiſt. 1. libro ſexto.

Pag. 97. *Jam*] Præterea, ut alibi ſæpiſſime.

Pompeji] Qui Appii filiæ ſocer fuit. epiſt. 4. & 10. libro tertio.

Honoribus] Conſulatum geſſerat, Ciliciæ præfuerat, augur erat.

Liberis] Tres filias habuit, ut epiſt. 4. 8. 10. libro tertio licet conjicere. mares, ut puto, non genuit, ſed adoptavit C. Clodii fratris ſui filios duos: qui ambo Appii Claudii, major, & minor, appellabantur. minor nominatur in epiſt. 7. libro octavo, quo loco vide quæ diximus.

Propinquis] Cognatos ſignificari, manifeſtum eſt; cum ſequatur, *Affinibus*; ut in oratione pro Plancio: *Cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis conjunctus.* Et Cæſar libro ſecundo bell. Gall. *Propinquitatibus affinitatibuſque conjuncti.* Quibus ex locis, differre *Affinitatem* a *Propinquitate*, conſtat. Rurſus *affinitatem* video propinquitatis nomine interdum appellari, ut in oratione pro Quinctio: *Si pietate propinquitas colitur; qui affinem prodit, impius ſit, neceſſe eſt.* Et alibi.

Affinibus] Qui nuptiarum jure conjunguntur. Significat tres Appii generos, Cornelium Lentulum, M. Junium Brutum, Cn. Pompeji filium, de quibus epiſt. 4. 8. 10. libro tertio.

Collegam] In auguratu. epiſt. 4. 10. libro tertio.

Collegii laude] Cum ſcripſit Appius de jure augurali: quos libros ad Ciceronem miſit itaque hic ſubjungit, *Studioſum mei.* vide epiſt. 9. & 11. lib. 3.

Pag. 98. *Quod mihi ſignificabant*] Contemnendum non putavi meorum omnium librorum conſenſum; & quod antea pro *Mihi*, *Nonnihil* legebatur, commenticium duxi; cum præſertim Mediceus quoque liber, non ille quidem hoc in loco plane ſit emendatus, ſed ita prope tamen ad veritatem accedat, ut emendari vel minimo negotio poſſit. habet enim, *Quod nihil ſignificabant*: in quo mei omnes planiſſime: *Quod mihi ſignificabant.* Miror autem eos, qui Florentiæ hos epiſtolarum libros nuper ediderunt, non modo Medicei libri, cui ſe tantum tribuere profitentur, auctoritatem neglexiſſe, (nam in illo, ut dixi, eſt, *Quod nihil ſignificabant*) verum etiam, contra veteres omnes libros, imprimi voluiſſe, *Non nihil*, nulla in Scholiis mentione facta. certe enim aliqua ratione probari oportuit, quod ab antiquis libris, vel ſaltem (omitto alios, quos ipſi contemnunt) quod a Mediceo diſcreparet; cum præſertim, ſi verbum, *Subdubitare*, perpenderent, intelligere potuerint, *Non nihil*, otioſum eſſe minimeque neceſſarium: nam adjuncta verbo particula, *Sub*, non nihil oſtendit.

Subdubitare] Vide epiſt. 9. lib. 8.

Inſtitutorum] In adminiſtranda provincia, cui anno proximo præfuerat Appius.

Diſſimilitudinem] Hac de re ſic ad Appium ipſum ſcribit epiſt. 8. lib. 3. *Si quem mea inſtituta in provincia non delectant; & quaſi diſſimilitudine inſtitutorum meorum ac tuorum lædi ſe putat; cum uterque noſtrum recte fecerit, ſed non idem uterque ſecutus ſit: hunc ego amicum habere non curo. liberalitas tua, ut hominis nobiliſſimi, latius in provincia patuit: noſtra ſi anguſtior, & ſi de tua prolixa, beneficaque natura limavit aliquid poſterior annus, propter quandam triſtitiam temporum; non debent mirari homines, cum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior, & temporibus, quibus alii moventur, iiſdem ego movear, me eſſe acerbum ſibi, ut ſim dulcis mihi.* At Atticum autem epiſt. 1. lib. 6. *Nihil a me fit cum ulla Appii contumelia. tan-*

tum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mmodo diſsimilitudo meæ rationis of-idit hominem. quid enim poteſt eſſe tam ſsimile, quam, illo imperante, ex-uſtam eſſe ſumptibus & jacturis pro-nciam: nobis obtinentibus eam, num-um nullum eſſe erogatum nec privatim, c publice? quid dicam de illius præfe-is, comitibus, legatis? quid etiam de pinis, de libidinibus, de contumeliis, &c.

Poſt hoc negotium] An hoc dicit? ex-pta provinciæ adminiſtratione, in ıa non ſequor illius inſtituta, excepta iam, de qua ad me ſcripſiſti, accu-tione Dolabellæ, in qua nullam ani-ni mei alterutram in partem ſignifica-ionem fieri volo, ceteris in rebus pro ıppii periculo deprecabor. Hæc mihi on placet interpretatio. nam cum di-at, *Deprecatorem me pro illius periculo ræbeo*, non de futuro, ſed de præ-enti loquitur Appii periculo. quod um ita ſit; alia requiritur explanatio, ıæc ſcilicet: Antea nihil umquam fe-i, nihil dixi contra Appii exiſtima-ionem: poſtquam autem eo temerita-is progreſſus eſt Dolabella noſter, ut i negotium faceſſat, deprecatorem ne pro illius periculo præbeo. non e-nim tam impium, aut ſceleratum Ci-ceronem fuiſſe credibile eſt, ut deeſſe Appio in tanto periculo voluerit, cum ad ipſum Appium epiſt. 10. lib. tertio ta ſcripſerit: *Conteſtans omnes deos, pro-mitto, atque confirmo, me pro tua digni-tate (malo enim dicere, quam pro ſalute) in hac provincia, cui tu præfuiſti, rogan-do, deprecatoris; laborando, propinqui; auctoritate, cari hominis, ut ſpero, apud civitates; gravitate, imperatoris ſuſce-pturum officia atque partes: omnia volo a me & poſtules, & exſpectes. vincam meis officiis cogitationes tuas.*

Noſtri] Nondum generi, ſed amici: cujus ſalutem duobus capitis periculis Cicero defenderat: quod ſcripſit ad Appium epiſt. 10. libro tertio, & unde-cima libr. ſexto.

Veternus civitatis] Scripſerat Cœlius hoc modo: *Niſi cum ego cum aquariis & tabernariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet.*

Gaudebam] Quieto reip. ſtatu; de quo timueram, creato tribuno pl. Cu-rione, cujus ingenium noveram.

Congelaſſe] Cælii verba ſunt epiſt. 9. libro octavo: *Curioni noſtro tribunatus conglaciat.*

Noſtrum amicum] Curionem; qui ne nimium caleret, extimueram.

Extrema pagella] Unica igitur pagi-na totam Cœlii epiſtolam, quæ libro octavo nona legitur, comprehendebat. ex quo patet, longiores, aut brevio-res paginas fuiſſe. nam illa Cœlii epi-ſtola ſatis longa eſt: brevis autem, quam ſcripſit Cicero libro undecimo hoc ini-tio, *Exſpectanti mihi.* quæ tamen una pagina non continebatur: cum in ex-trema ſcripſerit Cicero: *Altera jam pagella procedit.*

Pupugit me] Commovit me. ſic ad Att. epiſt. 16. libro ſecundo: *Ita me pupugit, ut mihi ſomnum ademerit.*

Chirographo] Cum in reliqua epiſtola amanuenſis opera uſus eſſet.

Præter me] Qui de Curione, & ob levitatem, & ob æs alienum hoc facile putavi.

Pag. 99. *Riſum noſtrum*] Ridebat Cicero cum familiaribus hominum ſtultitias. epiſt. duodecima.

Juriſdictionum] Forum egerat Lao-diceæ ex idibus Febr. ad Kalend. Maj. omnium diœceſium, præter Ciliciæ; poſtquam in Ciliciam profectus eſt, in-fra, & 2. & 4. libro ſexto ad Atti-cum.

Locupletaram] Qua ratione civitates locupletaverit, oſtendit his verbis e-piſt. 2. libro ſexto ad Att. *Mira erant in civitatibus ipſorum furta Græcorum, quæ magiſtratus ſui fecerant. quæſivi ipſe de iis, qui annis decem proximis magiſtra-tum geſſerant. aperte fatebantur. itaque ſine ulla ignominia ſuis humeris pecunias populis retulerunt.*

Superioris luſtri] Provinciales homi-nes vectigalia publicanis debebant ſu-perioris etiam luſtri: quæ ut libenter ſolverent, Ciceronis opera & auctori-tate factum eſt. qua de re ſic in eadem ad Att. epiſtola: *Populi, nullo gemitu, publi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

publicanis, quibus hoc ipſo luſtro nihil ſolverant, etiam ſuperioris luſtri reddiderunt. itaque publicanis in oculis ſumus. vectigalia vero quincto quoque anno, quod *luſtrum* vocabatur, perſolvi ſolita, demonſtrant Varro & Feſtus. Mirum, quam hic libri antiqui omnes, nullo prorſus excepto, in mendo conſentiant: habent enim pro, Confeceram, *Conferam*: pro, Locupletaram, *Locupletarin*: pro, Superioris, *Superioribus*: pro, Conſervaram, *Conſervata in.*

Sine ulla querella] *Nullo gemitu*, ſcripſit ad Att.

Privatis, ſummis, infimis] Ne quis putet hominum tria genera ſignificari; nam privati ſunt infimi, & ſummi. medios omiſit Cicero, qui ſummis & infimis includuntur. non omiſit autem in prima Philippica, in qua dixit: *Cum a ſummis, mediis, infimis, cum denique ab univerſis hoc idem fit.* Et in 13. *Omnes te dii, homines, ſummi, medii, infimi, oderunt.*

In Ciliciam] Ut ibi reliquam jurisdictionem abſolveret.

Militaremque rem collocaſſem] Erat enim præſidium relinquendum, ſi quid Parthi conarentur. Mediceus liber, & mei quattuor, *Militaremque collocarem*: corrupte. duo mei, *Militaremque rem collocaſſem*: ſincere. unus, *Militaremque cum collocaſſem*: minus mendoſe, nec tamen recte.

Ex S. C.] Decreverat enim ſenatus, ut, anno confecto, decederet. epiſt. 5. lib. 6. ad Att. *Eſſe officium meum putavi, exercitum habere quam proxime hoſtem, quoad mihi præeſſe provinciæ per S. C. liceret.* Nec dubito, quin ſenatus id decreverit, M. Marcello conſule referente; ad quem hæc ſcripſit epiſt. 7. lib. 15. *Ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi & S. C. & lege finiſti.*

Te ædilem videre] Ut præſens honore tuo fruar.

Miro deſiderio me urbs afficit] *Mirum me deſid rium tenet urbis*, epiſt. 11. *Si non eſſem tamdiu in deſiderio rerum mihi cariſſimarum*, epiſtola duodecima.

EPISTOLA XIV.

Pag. 100. *VIro optimo, & homine doctiſſimo*] Conjungit bonitatem, & doctrinam: quia nec imperita bonitas, nec improba doctrina laudatur.

Vos magnos patronos] Jocatur cum laude Cœlii, ut epiſt. 11. cum dixit, *Iſta veſtra oratoria.*

Veſtra opera] Solent enim magni patroni graves tantum cauſſas recipere.

Res Romanas] Ἔμφασις eſt in verbo, *Romanas.* ſic ad Att. epiſt. 17. lib. 4. *Ad quid laboramus res Romanas?* Et epiſt. 8. lib. 6. *Velim diſpicias res Romanas.* Et alio loco: *Jam exclames neceſſe eſt, res Romanas diutius ſtare non poſſe.*

EPISTOLA XV.

Pag. 101. *PRudentius*] Quia ſcripſerat Cœlius epiſt. 11. lib. 8. *Deſcendimus ad pactionem.* quod optimum in re difficili Curionis & Cœlii conſilium fuit.

De ſupplicatione] Mihi confecta, quinque dierum, ut opinor. nam ordinaria, quæ conſularibus decernebatur, longior non fuit. quod ex Livii loco docemur. is enim lib. 45. de ſupplicatione Paullo Æmilio ob Macedonicam victoriam decreta, ſic inquit: *Supplicatio pro concione populi indicta eſt ei ante diem v. Id. Oct. cum eo die in quinque dies.* Extra ordinem Pompejo duplicata eſt, confecto Mithridatico bello, ut eſſet decem dierum, quæ quinque fuerat. quamquam in oratione de provinciis modo decem, modo duodecim legitur. ego tamen decem probo: ut conſularis duplicetur ſupplicatio: quam quinque dierum fuiſſe, exemplo Paulli, proxime recitato, cognoſcitur. nam C. Mario ſupplicationem decretam plurium dierum, quam Paullo, id eſt, ſex fortaſſe, aut ſeptem, pauciorum quam C. Pompejo, cui duplicata eſt ſupplicatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

o conſularis, quod ante contigerat
nini, declarat eadem oratio, &
: quadrat, ut, quemadmodum
npejo quinque dies amplius, quam
ris, item Cæſari quinque amplius,
m Pompejo, extra ordinem tri-
ntur, ut eſſent quindecim omnino:
d, præter eandem orationem, o-
idit ipſe Cæſar lib. 2. bel. Gal. poſt-
ue aliis rebus geſtis, eandem quin-
dierum acceſſionem eſſe factam,
retamque ſibi viginti dierum ſup-
ationem, idem ſcripſit lib. 4. ibi-
n. *Supplicatio* autem dicebatur cum
ulus univerſus ad omnia deorum
npla, cæſis victimis, de victoria
ta gratulabatur. quibus diebus nihil
re cum populo licebat: ut epiſt. 5.
. ad fratrem Cicero docet his verbis:
ſul eſt egregius Lentulus: dies comi-
es exemit omnes: nam etiam Latinæ
urantur: nec tamen ſupplicationes
rant. ſic legibus perniociſsimis obſiſti-
. De gratulatione autem in ſuppli-
ionibus ad omnium deorum aras
ta, cum alibi, tum epiſt. 18. libro
decimo & epiſt. 5. lib. 15. & Philip.
. ſic: *Gratæ vero noſtræ diis immorta-*
us gratulationes erant, gratæ victimæ,
n interfecta ſit civium multitudo. Et in
dem, in extremo: *Prætor urbanus*
plicationes per dies quinquaginta ad
nia pulvinaria conſtituat. Atque hic
nor adeptis victoriam civibus, ſimul
n imperatoris nomine, a ſenatu
cernebatur; ut ex eadem Philip. &
ælii epiſtola 11. libro octavo, & aliis
eterea locis plane cognoſcitur. A
incipio, uno tantum die ſupplica-
n exiſtimo; poſtea numerum ambi-
ne auctum. *ante Camilli victoriam de*
jis nemini quattuor dierum ſupplicatio
creta: ut ait Livius libro quinto. ali-
ot poſt annis Papirio & Carvilio coſs.
ia Samnites viciſſent, item quattri-
i ſupplicatione publicum gaudium
lebratum eſſe, idem libro decimo
rrat. Senatus augendi, aut minuen-
dierum numeri poteſtatem habuit:
deo enim, multis poſt annis Neroni
Salinatori, in majore, quam Camilli, aut Papirii, Carviliique victoria, nempe ob Haſdrubalem, Hannibalis fratrem, cum exercitu cæſum, trium duntaxat dierum ſupplicationem decretam. quod ab eodem lib. 27. proditum obſervavi.

Is] Hirrus.

Iratus] Quia ſuperatus a Cicerone in petitione auguratus.

Ei] M. Catoni.

Divinis laudibus] Non decreverat Cato ſupplicationem, locutus tamen erat honorifice de rebus ab eo geſtis. vide epiſtolam ipſius Catonis, & eam, qua Cicero reſpondet, lib. 15.

Quæ ſequuntur] Triumphum ſignificat: qui pleriſque poſt ſupplicationem dabatur.

Dolabellam] De cujus affinitate gratulatus erat Cœlius epiſt. 12. libro octavo.

Ea] Vitia quædam Dolabellæ, quibus illum ſibi antea parum utilem fuiſſe, & emendatum iri pudore Tulliæ, ſcripſerat Cœlius.

Cui tuæ epiſtolæ reſpondeant] Cum qua congruant epiſtolæ tuæ. congruunt enim cum ea, qua reum a Dolabella factum eſſe Appium ſignificaveras. hoc igitur videris dicere, moderatiorem in poſterum fore. *Reſpondere* valet hic, conſentire, convenire. ſimilitudinem enim ſignificat. Epiſt. 5. *Non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non reſpondeat.* De Univerſitate: *Dextra dextris reſpondent.* Lib. 3. de Fin. *Quid poſterius priori non convenit? quid ſequitur, quod non reſpondeat ſuperiori.* In oratore: *Forenſibus noſtris rebus etiam domeſticæ litteræ reſpondebunt.* Virgilius Æn. lib. 1. *Dictis reſpondent cetera matris.* Quæ ſignificatio cum & his, & aliis exemplis notiſſima ſit, fugit eos tamen, qui legendum putant, *Reſpondeam:* errore puerili; quo enim referetur, *Ea?* quod ad, *Reſpondeant*, ſpectare, niſi qui prorſus in litteris cæci ſint, omnes vident. eſt autem ordo: Scio, cui, tuæ epiſtolæ reſpondeant ea, quæ ſcribis Tulliæ meæ prudentia temperari poſſe. ut dandi caſu, *Tuæ epiſtolæ*, dictum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſit, non nominandi, ut acceperunt ii, qui elegantiſſimum loquendi genus non agnoverunt: unde temeritas, mutandique libido nata eſt.

Ex tuis litteris] In quibus Dolabellæ ſermonem perſcripſerat, de Tulliæ nuptiis & Ciceronis affinitate gloriantis. de quo ſic epiſt. 10. libro tertio, *Cujus ſermo puerilis erat, jam antea ad me a M. Cœlio familiari noſtro, perſcriptus.* Hæ Cœlii litteræ non exſtant.

Miſi ad Appium] Significat epiſtolam 10. lib. 3.

Sic vivitur] Sic vitæ conſuetudo poſtulat.

Quod actum eſt, dii approbent] Epiſt. 12. lib. 3. *Ego vero velim mihi, Tulliolæque meæ, ſicut tu amiciſſime & ſuaviſſime optas, proſpere evenire ea, quæ, me inſciente, facta ſunt a meis.*

Tua humanitas] Quæ tua eſt humanitas: bonum & jucundum generum mihi præſtabis.

Reſpub.] Perturbata contentionibus civium: cum ex Gallia revocari Cæſarem optimates cuperent, contra quam lege Trebonia conceſſum fuerat; tribuni vero pl. maximeque Curio nihil contra Cæſaris exiſtimationem decerni pateretur. epiſt. 11. & 12. libro octavo.

Faveo Curioni] Quem a puero dilexerat. epiſt. 1.

Cæſarem] Cujus in Gallia legatus fuerat Q. Cicero: & ſummam erga ſe, fratremque ſuum liberalitatem extollit Cicero epiſt. 9. libro primo.

Honeſtum eſſe] Ne honor ejus imminuatur. imminuitur autem, ſi, ante datum lege tempus, ex provincia revocatur.

Pag. 102. *Emori poſſum*] Cujus in primis opera ſum ab exſulio reſtitutus. ſic epiſt. 2. ad Att. lib. 7. *Pro Pompejo libenter emori poſſum, facio pluris omnium hominum neminem.*

Non valde te jactas] Nondum Cœlius ad Cæſaris cauſſam propendebat.

Bonus civis] Faves enim optimatibus, & ſenatui; quia Cæſarianos homines diligis, maximeque C. Curionem, & M. Antonium. Scripſerat enim Cœlius epiſt. 14. libro octavo: *Mearum rerum quid conſilii capiam, non reperio. nam mihi cum hominibus his & gratia & neceſſitudo eſt. tum cauſſam illam, non homines, odi.*

Cœlium] C. Cœlium, ad quem ſcribit epiſtolam ultimam hujus libri.

Præpoſui] Ut, præter quæſtoriam poteſtatem, auctoritate atque imperio proconſulis uteretur. quo modo enim ſine imperio, ſi res ferret, bellum gerere potuiſſet? ideo P. Sextius proconſul vocatur epiſt. 6. libro quinto, qui tamen quæſtor in provinciam profectus erat. Nec adverſatur illud epiſt. 7. lib. 7. ad Att. *Senatum bonum putas, per quem ſine imperio provinciæ ſunt?* Nam ſignificat eos, quos ſenatus, populuſque cum imperio mittere conſueſſet. præerant enim quæſtores, aut legati, a decedentibus proconſulibus relicti.

Puerum] Sic epiſt. 6. lib. 6. ad Att. *Provinciæ præfecimus Cœlium. puerum, inquies, & fortaſſe fatuum, & non gravem, & non continentem. aſſentior. fieri non potuit: nam, præter fratrem, nemo erat, quem ſine contumelia quæſtori, nobili præſertim, anteferrem.*

Nobilem] Non ſua, ſed majorum virtute. adhuc enim erat adoleſcens. *nobiles* autem non patricii tantum, ſed plebeji etiam homines appellabantur. honoribus enim qui aliqua virtute excelleret, Romæ nemo excludebatur.

Omnium fere exemplo] Plerique enim, de provincia decedentes, præponere quæſtorem ſolebant. epiſt. 18. Legebatur olim in vulgatis omnibus libris, *Exemplum.* nos ex antiquis, & more Latini ſermonis, & ex ipſa quoque ſententia, primi repoſuimus, *Exemplo.*

Pag. 103. *Pontinius*] Qui legatus fuerat Ciceronis, & Cœlium honore ſuperabat, non quod legatus, ſed quod præturam geſſerat, atque etiam de Allobrogibus triumphaverat. præturam Cicero, Salluſtius, Epitome Liviana, triumphum Dio nominat.

A Q.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

A Q. fratre] Legato, qui & ipſe ...torius erat, Aſiamque per trien... ...m rexerat. Quattuor legatos habuit ...cero in provincia, fratrem, Cn. Pon... ...ium, M. Annejum, L. Tullium: quos ...minat epiſt. 4. lib. 15.

Vt ſenatus voluiſſet] Facto S. C. de ...o epiſt. 7. & 13. hujus libri, & 7. ... decimoquinto, & ad Att. epiſt. 6. ...6. *Videbam ſermones, Hui fratrem ...iquit? num eſt hoc, non plus annum ob...ere provinciam? quid, quod ſenatus ... voluit præeſſe provinciis, qui non præ...ſſent? at hic triennium.*

Quoniam alterum me reliquiſſem] No...us; *Fratrum proprietatem Nigidius ...utiſſime dixit; Frater eſt, inquit, di...us, quaſi fere alter.*

Senatum eos voluiſſe provinciæ præeſſe] ...natus hoc decreverat eo S. C. quod ...œlius ad Ciceronem miſit cum epiſt. ... libro octavo.

Duorum] Pompeji, & Cæſaris: de ...ibus epiſt. 6. lib. 6. ad Att. *Pompe...s, eo robore vir, iis radicibus, Q. Caſ...um ſine ſorte delegit, Cæſar Antonium: ...o ſorte datum offenderem? aut etiam in...uirerem in eum, quem reliquiſſem? hoc ...elius, & hujus rei plura exempla.*

Omnes Caſſios Antonioſque complexi ...int] Ejus enim honoris cauſſa, quem ...ompejus in Q. Caſſium, Cæſar in ...I. Antonium contulit, ab univerſa ...ente Caſſia gratiam inierunt.

Hominem adoleſcentem] Pro, *adole...centem*, ut libro primo de Orat. *Ne...que hæc in eam diſputo ſententiam, ut ...homines adoleſcentes a dicendi ſtudio de...erream.*

P. 104. *Alienare nolui*] Eſſet enim ig...nominia, ſi quem ei anteferrem. ep. 18.

De Ocella] De Ser. Ocella, triduo bis in adulteriis deprehenſo. *Ocellas*, ab oculorum parvitate nominatos, Plinius ſignificabat libro undecimo capite 37.

Parum plane] Quia Cœlius, ubi deprehenſus eſſet Ocella, ſignificare noluerat. vide epiſt. 10. libro octavo.

In actis] Quibus urbanæ res ſingulorum dierum ſcribebantur. Tacitus lib. 3. *Matrem Antoniam, non apud auctores rerum, non diurna actorum ſcriptura reperio, ullo inſigni officio functam.*

Trans montem Taurum] Ubi erat Cicero, cum de Matrinio cognovit.

De Matrinio] Matrinium, ſcribam ædilicium, nominat in oratione pro Cluentio. Videtur Cœlius ædilis curulis aliquid adverſus eum, vel etiam pro eo, reip. aut amicitiæ cauſſa feciſſe.

Sit auditum] Non igitur Cœlius id ſcripſerat.

Eteſiæ] Venti a Septemtrione ad Occidentem, inde in Orientem flantes, ut lib. ſecundo Met. docet Ariſtoteles: itaque curſum Ciceronis impediebant, in Italiam ex Græcia navigantis. Flare incipiunt VI. id. Jul. diebus octo ante Caniculæ ortum, ut ait Columella, nec deſinunt niſi poſt dies XL. auctore Plinio. Gignuntur, ut eodem libro docet Ariſtoteles, humorem diſſolvente Sole in Septemtrionis regione collectum. epiſt. 25. lib. 12. & epiſt. 11. lib. 15. & ad Att. lib. 6. epiſt. 7. & 8.

Celeriter] Jam enim de provincia deceſſerat: quod paullo ante dixit.

EPISTOLA XVI.

Pag. 105. *MAgno dolore*] Quia tota Cœlii epiſtola ſcripta eſt miſerabiliter, præſertim in eo loco: *Si tibi tu, ſi filius unicus, ſi domus, ſi ſpes tuæ reliquæ tibi curæ ſunt; ſi aliquid apud te nos, ſi vir optimus gener tuus valet; &c.* Et ad Atticum epiſtola ſeptima lib. 10. *M. Cœlii epiſtolam, ſcriptam miſerabiliter, quæ hoc obſervaret, ut expectarem, ne fortunas meas, ne unicum filium, ne meos omnes tam temere proderem, non ſine magno fletu legerunt pueri noſtri.*

Ratio ipſa] Quæ nihil dolendum oſtendit, quod abſit a culpa.

Deſperatione rerum] Cum jam pridem de republica deſperaverim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Obduruiſſet] Sic, ut novum dolorem non ſentiat. epiſt. 5. lib. 4. *Qui non in illis rebus exercitatus animus callere jam debet?* epiſt. 2. libro nono: *Conſuetudo diuturna callum jam obduxit ſtomacho.* Ad Atticum epiſt. 18. lib. 2. *De Statio manumiſſo angor equidem, ſed jam prorſus occallui.* Ad eundem epiſt. 2. lib. 13. *Sed jam ad iſta obduruimus, & humanitatem omnem exſuimus.*

Ex meis ſuperioribus litteris] Hæ litteræ non exſtant,

Querellam temporum] Accuſabam tempora: nihil tamen me triſte cogitare, quod tu ſcribis, oſtendebam.

Sollicitum haberent] Sollicitarent; ut epiſt. 3. lib. 7. *Sollicitum te habebat cogitatio tum officii, tum etiam periculi mei.* Eodem modo epiſt. ad Att. ult. lib. 9. & 1. lib. 16. *Mare infeſtum habere*, pro infeſtare. quo modo etiam locutus eſt lib. 3. de repub. apud Nonium. & Varro in libris Rerum humanarum, *Multa*, inquit, *loca, infeſta habuerunt ſingulari latrocinio.* Sollicitabant autem Ciceronem tempora, quia belli civilis, id eſt, publicæ calamitatis, initia videbat.

Ab excitata fortuna ad inclinatam] Excitata Cæſaris, inclinatam Pompeji: cum Cæſar Italiam, ejecto Pompejo, teneret. tranſlata ſunt, *Excitata, inclinatam, jacentem.*

Pag. 106. *Collectam gratiam effunderem*] Alia tranſlatio, nec obſcura ſententia.

Florentiſſimi hominis] Cæſaris, cujus ita proſpera fortuna erat, ut nihil ei deeſſe videretur.

A meque ipſe deficerem] Qui ſemper id egi, ne civili bello intereſſem.

Initio] Belli civilis.

Meum triſte conſilium] Quod oſtenderat in litteris ad Cœlium.

Vt diſcederem fortaſſe] Non ut irem ad Pompejum; quod tu ſuſpicatus es; ſed ut diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines; non modo ut abeſſem a bello, ſed etiam, ne quoſdam homines viderem, quorum indignitatem faſtidiunt oculi mei. Notat quorundam Cæſarianorum inſolentiam, qui, Cæſare urbis potito, nimis arroganter ſe jactarent, bonoſque viros, id eſt optimates, quorum in numero Cicero erat, contemnerent.

Quondam] Significat illud tempus, quo Cœlius contra cives improbos pro rep. ſenſerat. nam, ut Cicero ſcripſit in Bruto, *talis tribunus pl. fuerat, ut nemo contra civium perditorum popularem, turbulentamque dementiam a ſenatu, & a bonorum ſtatu ſteterit conſtantius.*

Oculorum] Nec ſtomachus, inquit, meus, nec oculi quoſdam homines ferre poſſunt. itaque ſolitudinem fortaſſe cogitavi.

Indignitate] Quod ab iis, contra quam deceat, multa fiant. ſcripſerat Cœlius: *Si nonnullorum hominum inſolentiam & jactionem ferre non potes: eligas, cenſeo, aliquod opidum vacuum a bello.* epiſt. 2. libro nono, *Putarent me iccirco diſcedere, quod quoſdam homines oculi ferre non poſſent.*

Pompa lictorum] Lictores habebant, quicunque erant cum imperio. Cicero autem e provincia reverſus, nondum in urbem introierat, ſpe triumphi: quod urbem ingredientibus deponendum erat imperium, niſi ſi triumphantes introirent: quo die tantum lex imperium in urbe dabat. habebat igitur ſecum lictores, eoſque cum faſcibus laureatis, & imperator vocabatur. quo fiebat, ut in ſolitudinem, & in latebras abdere ſe non poſſet. *Pompam* vocat, quia lictores cum laureatis faſcibus proconſuli præibant.

Onere] Quidam libri, *Honore*. placet, *Onere*: ut ad illud reſpondeat, *Moleſta hæc pompa*; & cum ſtomacho dictum ſit: quod, qui ſpecie ſit honor, ei vere tali tempore ſit onus.

In voculas] Qui præferri vident laureatos faſces, aliquid in nos contumelioſe dicunt: quaſi ſtulte cogitemus de triumpho, pulſo jam Italia Pompejo, quem ſecuti ſumus.

De profectione] Ad Pompejum, in Græciam. jam enim mare tranſierat.

Vobis]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

obis] Te, & meis.

ea prædiola] Propinqua mari: de quis vide epiſt. 14. & 28. libro decimoquarto.

ceſſ. eſt] Non quia navigationem orem, ſed ne amicis moleſtus hoſpis ſim. ſic epiſt. 23. lib. 7. *Libentius mim diverſorium Terracinæ; ne ſemper ti moleſtus ſim.*

maritimis] In villis & opidis, ad e ſitis.

maritimis facillime ſum] Pro, *li-rſum:* ut epiſt. 33. lib. duodecimo: *hic vel ſine Sica* (*Tironi enim me-ſt*) *facillime poſſem eſſe, ut in ma-* Et lib. 2. Off. *Diſerti igitur ho-is, & facile laborantis, quodque atriis eſt moribus, multorum cauſ-& non gravate, & gratuito defen-tis, beneficia & patrocinia late pa-*

Pag. 107. *Navigare*] Ad Pompe-n.

Qui convenit] Mihi, qui ſemper pa-auctor fui. epiſt. 23. libro ſeptimo: *rtis ſignum quo mihi, pacis aucto-*

Contra eum] Cæſarem.

Satisfeciſſe] Quod adhuc me cum mpejo non conjunxerim, nec in-eſſe bello voluerim.

Nullo modo] Licet ad Pompejum na-em, non tamen ei plane ſatisfa-m: quia ſerius ad eum, quam vo-rat, iverim. Reſpondet ad eam Cœlii ntentiam: *Denique illud cogita: quod enſa fuerit, in iſta cunctatione te prius iiſſe. nunc te contra victorem facere. em dubiis rebus lædere noluiſti, & ad fugatos accedere, quos reſiſtentes ſequi lueris, ſummæ ſtultitiæ eſt.*

Mihi obviam veniſti] Ad urbem ex ovincia revertenti.

Sed nonne tum providiſti] Emendavi ſic enim arbitror) locum ex conjectu-, adjuvante veterum librorum varie-te: quorum habet unus meus, & al-r, qui Leonici fuit, *Sed ſermonem um providiſti:* alius, *Sed nomen tuum ovidiſti:* Sigonii unus, *Sermonem um providiſti:* alter ejuſdem, *Si no-men tuum providiſti:* cum quo video conſentire veterem item librum, quem præſtans ingenio & doctrina vir, mihique cariſſimus Pax Scala, ſumptum ab optimo, & in primis erudito Ottonello Diſcalcio, proximis diebus ad me attulit. Fulvii Urſini, doctiſſimi viri, unus, *Sermonem tam pium audiſti.* Mediceus & ipſe, ut arbitror, mendoſe, *Sermonem Tampii vidiſti.* cum quo videtur conſenſiſſe liber Petri Pagani, in quo nunc, deraſa charta, legitur, *Sermonem tam pium vidiſti.*

Pag. 108. *Ab urbe relinquenda*] Quod Pompeji conſilium Cicero numquam probavit. teſtes ad Atticum epiſtolæ.

Omnia potius] Rebus omnibus a Pompejo, & ab iis, qui, Pompejo duce freti, bellum civile cupierunt, peſſime geſtis.

Nihil tam fugiſſe] Quod oſtendit, ſero admodum ad Pompejum profectus, de quo ſic ad Marcellum epiſtola ſeptima libro quarto: *Neque tu interfuiſti rebus gerendis; & ego, id ſemper egi, ne intereſſem.* Et ad Cæcinam epiſt. 6. libro ſexto: *Suſceptum bellum eſt, quieſcente me; depulſum ex Italia, manente me, quoad potui.*

Q. Hortenſium] Ciceronis æmulum in eloquentia.

Bello civili] Sullanis temporibus geſto.

Non arbitror] Ob ea, quæ fortiter in conſulatu geſſimus. epiſt. 2. libro quinto ſuam in conſulatu fortitudinem nominat.

Nec me iſta terrent] Scripſerat Cœlius: *Si exiſtimas eandem rationem fore Cæſari in dimittendis adverſariis, & condicionibus ferendis, erras. nihil, niſi atrox & ſævum, cogitat, atque etiam loquitur.*

Pag. 109. *Mones ut caveam*] Cœlii verba ſunt: *Cogita, ne te tuoſque omnes funditus evertas; ne te ſciens, prudenſque eo demittas, unde exitum vides nullum eſſe.*

Redemiſſem] A republ. in me ipſum tranſtuliſſem. redimit enim, qui ali-

quid in ſe recipit: & publicani, vectigalia ſuo periculo conducentes, *redimere* dicebantur.

Memoriam nominis mei] Egregia ſententia, egregieque dicta: Memoria nominis mei, ſi erit ulla reſp. ſatis amplum filio meo patrimonium futura eſt. In oratione pro domo: *Liberis noſtris ſatis amplum patrimonium nominis noſtri ac noſtræ memoriæ relinquemus.* Et libro ſecundo de Off. *Optima hereditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior, gloria virtutis rerumque geſtarum.* Sic & Iſocrates ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα, περὶ τοῦ βασιλεύειν: Περὶ πλείονος ποιοῦ, δόξαν καλὴν ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν· ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ἡ δ' ἀθάνατος.

Generum meum] P. Cornelium Dolabellam.

Adoleſcentem optimum] Cœlius *virum optimum* appellat epiſtola duodecima libro octavo.

Hæc tantum] Nonnulli veteres libri, *Tamen*: quod ideo magis placet, quia verbum, *Oblectabar*, quod in communibus miſeriis locum habere non videtur, excuſat.

Specula] Unde nata? e communibus miſeriis, id eſt, e civili bello: quod æris alieni moleſtia Dolabellam meum liberabit. quæ mihi in tantis malis, unica oblectatio eſt. *Speculam* vero potius, quam ſpem, vocat, non quia revera exigua ſpes eſſet: (plane enim vivebat, cum jam Cæſar urbe Roma, univerſaque Italia potitus eſſet, fore neminem, qui Dolabellam, Cæſaris amiciſſimum, de creditis pecuniis auderet appellare: itaque, quod ad Dolabellam attinet, ſpes illa ſumma erat) ſed quia, ſi cum publica calamitate conferretur, minimum quiddam eſſe videretur. Sic Philip. decima: *Erat ei ſpecula in C. Antonio.* Et Plautus in Perſa: *Ecquid eſt mihi in te ſpeculæ?* Advertit Priſcianus libro tertio: *In* es *producta deſinentia, feminina tertiæ declinationis vel quinctæ, abjecta* s, *aſſumere* cula, *& facere deminutivi, & ſervare* e *productam, ut* dies, diecula, res, recula: *& reliqua ſimilia, exceptis duobus*, Merces, *unde* Mercedula, *non* Mercula; *&* Apes, *unde* Apicula, *non* Apecula.

Ab iis moleſtiis] Ab ære alieno: cujus cauſſa, ut creari tribunus pleb. poſſet, plebejus poſtea factus eſt, legemque de tabulis novis promulgavit, de quo queritur Cicero in epiſt. 23. libro undecimo ad Atticum his verbis: *O dii, generumne noſtrum potiſſimum, ut hoc, vel tabulas novas?* Dio etiam hoc aperte narrat lib. 42.

Liberalitate ſua] Immoderatos generi ſumptus honeſto nomine *Liberalitatem* appellat. Miror hic nonnullis placere, *Libertate*, referentibus ad Appii accuſationem. quaſi vero Dolabella de Appio, ejuſque amicis, propinquis, affinibus valde laboraret: aut illa propter Appium Cicero ſubjungere debuerit: *Velim quæras, quos ille dies, &c.* quis neſcit, viros nobiles ab adoleſcentibus gloriæ cupidis accuſari ſolitos eſſe, nec ideo tamen eorum inimicitias timori fuiſſe?

Pag. 110. *Quam acerbos ſibi*] Cum ſatisfacere creditoribus non poſſet.

Hiſpanienſem caſum] Hiſpanienſis belli exitum. Cœlii verba: *Quod ſi totum tibi perſuadere non poſſum; ſaltem, dum, quid de Hiſpaniis agamus, ſciatur, exſpecta. quas tibi nuncio adventu Cæſaris fore noſtras.*

Ita eſſe, ut tu ſcribis] Venturas eſſe in Cæſaris poteſtatem.

Aſtute] Aſtute agerem, ſi exitum Hiſpanienſis belli exſpectarem, ut ex eo vel manendi, vel diſcedendi conſilium caperem; manendi, ſi Cæſar vinceret; diſcedendi, ſi duriore fortuna idem uteretur.

In eaſdem ſolitudines] Simulare Ciceronem ne putemus, quod, cum hic ſe ſolitudines cogitare oſtendat, ad Pompejum tamen paullo poſt navigaverit. diu enim quid ageret, incertus conſilii fuit; cum ad Pompeji ſocietatem officium ac pudor impelleret; ad manſionem autem non modo preces amicorum, ſed propinquorum etiam lacry-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...ſammæ hortarentur. ad Att.l.10.ep.9. ...itam, *opinor, capeſſemus, dum quod* ...*Hiſpania: quod quidem propemodum* ...*or ex Cæſaris litteris, ipſius volun*... *, facere poſſe; qui negat, neque ho*...*ius, neque tutius mihi quidquam eſſe,* ...*m ab omni contentione abeſſe. Dices,* ...*ergo ille tuus animus, quem proximis* ...*eris? adeſt, & idem eſt: ſed uti*...*ide meo ſolum capite decernerem. lacru*...*meorum me interdum molliunt, pre*...*tium, ut de Hiſpaniis exſpecte*...

Vaticinor] Non, divino, ſed, aluci...t, & inſanio: ut in oratione pro ...tio: *Eos, qui dicerent, dignitati eſſe* ...*viendum, reipub. conſulendum, ſub*...*da pro patria pericula, vulnera exci*...*ada, mortem oppetendam, vaticinari* ...*ue inſanire dicebat.*

Deſperationes] Contendentibus de ...gulari potentia Sulla & Mario: quo ...npore ſenes boni viri numquam fo... ſperabant, ut ſalutem ac dignita...n afflicta reſpub. recuperaret.

Ætatis vitio] Friget enim, ac de...it in ſenectute ſanguis, & cum ſan...ine animus. itaque non facile ad ...elioris fortunæ ſpem erigitur. quod, ...men evenit contra, Sulla mor...o.

Sed tamen] Poteſt omnino fieri, ut ...atis utar vitio, ut illi; qui deſpe...m, cum deſperandum fortaſſe non ...: verumtamen peſſimo in ſtatu rem...ub. eſſe, ex eo cognoſcitur, quod ...agiſtratus Oppio paratur, Cæſaris ...nico, qui, rep. ſalva, contemptus ...ceret.

Togam prætextam] Quinque homi...um genera prætextis togis utebantur, ...ueri, ad ineuntem ætatis annum 17. ...nagiſtratus omnes, vel urbani, vel qui ...rant in coloniis & municipiis, ma...iſtri ludorum compitaliciorum; ſena...ores, cum deorum feſtos celebrabant ...ies; ſacerdotes, quorum e numero ...ugures erant. Triumphantes quoque ...rætexta uſos eſſe, videtur indicare Va...erius Max. lib. 7. cap. 1. cum ait: *Con*...*ulatus decus, imperatoriam poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi prætextam largita eſt.* Sed hoc prætextæ genus ab illo ſuperiore, quod in quinque hominum genera diſtribuimus, aliquo diſtinctum fuiſſe ornamenti genere, omnino crediderim. Cicero, Livius, Pedianus, Macrobius, alii.

Curtius] Fortaſſe eſt Poſthumus Curtius: de quo in epiſt. 2. lib. 9. *Currens ad illum Poſthumus Curtius venit, nihil niſi claſſes loquens, & exercitus: eripiebat Hiſpanias, &c.* Quibus ex verbis, amicum Cæſaris fuiſſe, conſtat.

Dibaphum] Purpuram bis tinctam, præſtantiorem ea, quæ ſemel tingebatur: ut oſtendit lib. 9. cap. 39. Plinius. Auguratum arbitror ſignificari. nam epiſt. 9. lib. 2. ad Att. *Vatinii*, ait, *ſtrumam Sacerdotii* διβάφῳ *veſtiant.* loquitur enim de auguratu Q. Metelli Celeris, paullo ante mortui, cujus in locum Vatinius ſurrogari cupiebat: quod ex oratione in ipſum facile cognoſcitur.

Infector moratur] Vide, inquit, qui ſtatus reip. ſit: audet Curtius dibaphum cogitare: ſed, quod cogitat, non facile conſequetur: vel quia Cæſar differt: vel quod is eſt, qui nullo modo auguratum populi comitiis obtinere poſſit. ut, *Infector*, vel de Cæſare dicatur, vel de ipſo populo, cujus ſuffragiis hoc tempore auguratus dabatur lege, quam tulerat T. Atius Labienus, tribunus plebis. qua de re pluribus verbis in libro noſtro de Legibus.

Tamen in ſtomacho] Quamquam ſim iratus. eſt enim in ſtomacho ſedes iracundiæ. hinc, *Stomachum facere*, pro, iracundiam commovere, epiſt. 9. lib. 1. & *Stomachoſæ litteræ*, iracundæ, epiſt. 11. lib. 3. Stomachabatur autem, quod toga prætexta Oppio texeretur, quod Curtius dibaphum cogitaret: quæ, ſi quieta reſp. eſſet, ſperare non auderent. *Ridere in ſtomacho*, leporem quendam habet e contrariorum ſocietate: ut epiſt. 9. lib. 1. *Sed in moleſtia gaudeo.* Quo loco plura.

Pag. 111. *Ridere*] Jocari. nam in eo

joeus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

jocus eſt, *Eum infector moratur.* luſiſſe eum videtur, *Dibaphum infector.*

Videas] Curam ſuſcipias, ut ejus incommodis, ſi fieri poteſt, medeare.

Quibuſcumque erimus in terris] Hæc verba cogitare omnino de diſceſſu Ciceronem ſignificant: etſi poſſunt etiam ad ſolitudinem referri.

Tua fides] Quæ cum amicitiæ noſtræ, tum conſuetudini quoque tuæ debetur.

EPISTOLA XVII.

C *Aninio Salluſtio*] Moneo lectorem; in omnibus antiquis libris, quos quidem aut habeam nunc, aut umquam habuerim, *Caninio*, legi: quod ſi mendo vacat, legendum fortaſſe, *Caninio Salluſtiano*, id eſt, e Salluſtiis in Caninios adoptato. certe *Caninio Salluſtio*, junctis duarum familiarum nominibus, emendatum eſſe non poteſt. Mediceus liber, *Caninio Salluſti.* in ejuſdem tamen libri indice, *Salluſtium*, omiſſo *Caninii* nomine. Sunt, qui ex ingenio legant, *C. Salluſtio.*

Procoſ.] Secutus ſum meos veteres libros: quibus in omnibus eſt, *Procos.* non *Proquæſ.* etſi novum omnino videtur, cum proconſul adhuc in provincia ſit, alterum eodem nomine appellari. nondum enim Bibulus de provincia deceſſerat. fieri tamen poteſt, ut *Caninius* hic a Bibulo, brevi diſceſſuro, provinciæ præponeretur, poteſtate in eum tranſlata. & fortaſſe cognomen ei fuit Vejentoni. nam Bibulus decedens provinciæ Vejentonem præfecit. epiſt. 3. libro ſeptimo. eodem modo Proconſul appellatur P. Sextius epiſt. 6. lib. 5. qui tamen quæſtor cum Antonio proconſule in Macedoniam profectus erat. quo item in loco mendum cum irrepſiſſet in recentiores libros; & *Proquæſtori*, legeretur; nos e ſeptem antiquis, *Proconſuli*, repoſuimus.

Litteras] Binas: nam infra nominat ejus alteram epiſtolam.

Stator tuus] Indicat hic locus, quæſtores item ut proconſules, ſtatoribus uſos eſſe. lictoribus autem & viatoribus carebant, ut ex Varrone docet Gellius: itaque nec vocationem, nec prehenſionem habebant.

Tharſi] Urbs Ciliciæ fuit, quo ſe Cicero contulerat Non. Jun. epiſt. 4. lib. 6. ad Att.

Pag. 112. *Nec quemquam fore arbitror*] Non fefellit eum conjectura. nemo enim ſucceſſit, impedimento provinciis omnibus objecto, quia S. C. de provinciis interceſſum a tribunis pleb. ne ſucceſſor Cæſari mitteretur. vide epiſt. 5. libro octavo.

Ad diem] Venerat in provinciam pridie Kal. Sext. ut ſcripſit epiſt. 6. l. 3. eodem die igitur decedendum erat, anno confecto III. Kal. Sext. De quo ſic epiſt. 2. lib. 6. ad Atticum: *Annuæ mihi operæ ad* III. *Kal. Sext. emerentur.* Et ibidem, 3. *Mihi ad* III. *Kal. Sext. de provincia decedendum.*

Ciceronum cauſſa puerorum.] Epiſt. 7. lib. 6. ad Att. *Rhodum volo puerorum cauſſa, inde quamprimum Athenas.*

Reipub.] Cujus turbulentum eſſe ſtatum ſi cognovero, ſubſiſtam in itinere.

Succeſſor tuus] Marius, quem nominat infra.

In Aſia] In ea parte Aſiæ, quæ ad Ciceronis provinciam pertinebat: tres enim ei Aſiæ diœceſes attributæ erant. epiſt. 63. lib. 13.

De rationibus referendis] Lex Julia, quam C. Julius Cæſar conſul tulerat, provinciarum rationes referri jubebat. eam legem, quia contra auſpicia lata eſſet, Bibulus, Cæſaris inimicus, ſervare nolebat: quem Salluſtius decreverat imitari. epiſt. 20. lib. 5. & orat. in Piſonem.

A Bibulo] Syriæ proconſule. Præfuerunt Syriæ, ut a primo incipiam, conſularis Pompejus Magnus, mox ab eo decedente præpoſitus, quæſtor M. Æmilius Scaurus; prætorii, L. Marcius Philippus, Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus; conſulares A. Gabinius, M. Licinius Craſſus, M. Calpurnius Bibulus,

Bilus, quæſtor Cæſaris, Sex. Julius Car, Decidius Saxa. Hæc ex Appian. Dione, aliis.

erta quadam ratione] Propter inimitias & contentiones in conſulatu: Bibulus, Cæſare legem ferente, impediendi cauſſa de cælo ſervaret; Cæſ utem, contemptis auſpiciis, nihilo ſe ıs legem perferret. Suetonius, Plutarchus, alii.

Apamea] Probo conjecturam eorum, qui *Epiphanea* legunt: quæ erat s periculo Parthici belli multo propquior, quam Apamea. De Apamea S ibo libro decimo ſexto, & ait eſſe c ıditam a Seleuco Nicatore, Apaıınque ab ejus uxoris nomine nunatam. eandem Phrygiarum urbium ximam, & commune Græcorum Iorumque hoſpitium fuiſſe, condiıque non a Seleuco, ſed ab ejus fi Antiocho, a ſe ipſo diſſentiens ait li o duodecimo.

Deduci] A me.

Non oportuiſſe] Ob irruptiones Partrum.

Ceteros] Malim, *Certos*, ut eſt in obus antiquis libris: ne ſit commu omnium, ſed quorundam tantum nio de præſidio non deducendo. oqui paucis verſibus pugnantia loeretur: cum ſubjungat: *Omnia præfia, commotus hominum non dubio ſerme, dimiſi.*

Minus commodos] Cum aliqua connelia, parum gratos. *Litteræ comdæ*, dixit in epiſtola ad fratrem li o tertio.

Tranſierint] Euphratem, domum leuntes. confirmatur infra, iis ver, *Commotus hominum non dubio ſerne dimiſi.* Euphrates autem imperii omani ad Orientem terminus fuit.

Omnia præſidia] Non Apameæ tanm; ſed locis pluribus collocata.

Magna & firma] *Magna*, militum mero; *Firma*, uſu belli, & fortiline.

Mei quæſtoris] Non C. Cœlii, ſed eſcinii. quod ex epiſt. 20. lib. 5. & 26. . 13. cognoſcitur.

Apameæ] De Apamea jam ſtatuerat, nondum fortaſſe de Laodicea. quod ideo dico, quia lex Julia rationes deponi non apud unam, ſed apud duas civitates jubebat, & earum exemplum ad urbem deferri. itaque depoſuit eas Cicero Laodiceæ, & Apameæ. epiſt. 20. lib. 5.

De præda mea] De tota præda, me imperatore facta.

Pag. 113. *Quæſtores urbanos*] Ad quos, Romam reverſus, prædam in bello factam deferre cogitabat. hoc modo conjungendum: Præter quæſtores urbanos, ne teruncium quidem tacturus eſt quiſquam.

Populum R.] Cujus pecunia curabatur a quæſtoribus urbanis.

Teruncium] Argenteum nummum, a tribus unciis appellatum: reſpondebat æreo quadranti: ut eſſet quarta pars libellæ: quæ erat argenteus nummus, ita nominatus, quia valore aſſi æreo librali reſponderet. imminuto poſtea aſſis pondere, libellæ tamen vetus nomen manſit, habita ratione libralis aſſis, qui principio Romæ percuſſus eſt.

Laodiceæ] Hanc urbem numero inter Aſiaticas tres διοικήσεις, Ciceronis imperio attributas; cum in eorum imperio ſoleret eſſe, qui Aſiæ præerant: vide epiſtola ſexageſima ſeptima libro decimo tertio.

Prædes] Ut, quantum hic pecuniæ depono, tantum mihi Romæ ex permutatione numeretur.

Et mihi, & populo] Ejus enim pecuniæ pars ad ipſum, reliqua ad populum R. pertinebat.

Drachmis] Drachmarum octo genera fuere, Attica, Euboica, Babylonica, Corinthiaca, Ægyptia, Æginetica, Hebraica, Syriaca. Sed Atticam duplicem invenio, priorem uſque ad Solonem obſervatam, poſteriorem a Solone inductam, minore quidem pondere, ſed eodem, ut arbitror, numero in minæ. Solonis enim drachmæ leviores antiquis erant quarta parte ipſarum antiquarum: ut nonaginta ſex Solonis drachmæ non plus ponderis haberent,

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quam ſeptuaginta duæ ſuperiores. quod ex Plutarcho videmur poſſe conjicere. ait enim, centum drachmarum a Solone minam eſſe factam, cum antea ſeptuaginta trium fuiſſet. quibus verbis non id, opinor, ſignificat, pauciores in mina drachmas ante Solonem fuiſſe: (nam mihi non fit veriſimile, variatum eſſe in Attica mina drachmarum numerum: licet Fannius & Priſcianus, inter ſe quoque diſſidentes, ille ſeptuaginta quinque, hic octuaginta drachmarum minam conſtituant) ſed illud, centum drachmas, a Solone percuſſas, non plus habuiſſe ponderis, quam ſeptuaginta quinque ſuperiorum temporum. quod idem erat, ſi dixiſſet, e drachmarum ſeptuaginta quinque veterum pondere novas centum a Solone factas. In quo illud operæpretium eſt animadverti; cum dicimus in mina drachmas centum fuiſſe, drachmas quidem centum numero ſignificari, ſed pondere tantum nonaginta ſex; cum in eo pondere centum ferirentur, quattuor centeſimas lucrante officina. ita ſeptuaginta duæ pondere, numero erunt ſeptuaginta quinque; & quadraginta octo, quinquaginta: & viginti quattuor, viginti quinque: cum drachmam unam in viginti quinque officina lucretur: quæ ſunt duæ in quinquaginta, & tres in ſeptuaginta quinque, & quattuor in centum: quas modo centeſimas quattuor appellavi. De hoc poſteriore drachmarum genere, a Solone inducto, loquitur Livius libro trigeſimo quarto cum ait, *in tetradrachmo denarios fere tres ineſſe.* ex quo fit, ut, cum in mina ſint tetradrachma viginti quinque numero, pondere autem viginti quattuor, id eſt, drachmæ centum numero, pondere autem nonaginta ſex, in eadem mina ſint denarii ter viginti quinque numero, pondere autem viginti quattuor, id eſt, ſeptuaginta quinque numero, pondere ſeptuaginta duo. Nec vero, quia Livius addidit, *Fere*, propterea quiſquam dubitet. nam, cum monetæ pondus paullum nonnumquam & apud Græcos, & apud Romanos imminui non ignoraret, ideo, veritus ne quando tetradrachmum, & denarii tres officinarum fraude minæ æquarentur, de incerta re ſibi plane affirmandum jure non putavit. Cum igitur & denarius & antiqua drachma æque ſuperent Soloninam drachmam quarta utriuſque parte, tertia vero Soloninæ; patet, ejuſdem eſſe ponderis denarium & antiquam drachmam; & ex eo ſequi, ut ſeptem antiquæ drachmæ in uncia Romana feriantur, æque ac denarii: in uncia vero Attica denarii octo, æque ac drachmæ. Sed, quoniam Solon cum drachmæ pondus minuit, id maxime ſecutus eſt, ut debitores onere levarentur æris alieni; propterea drachmæ pondus in moneta dumtaxat imminutum, in medicinis autem videtur idem remanſiſſe, ut a denarii pondere nihil differret. ideo ſcripſit Plinius lib. 21. cap. ult. *Drachma Attica denarii argentei habet pondus.* fere enim Attica obſervatione medici utuntur. Quod ſi ita eſt: mirari non ſatis poſſum, cur & Varro apud Plinium, & Feſtus, & Pollux de priore drachma, quaſi adhuc in moneta etiam, non in medicina tantum, obſervaretur, ita loquantur, tamquam Solonina obſoleviſſet. æſtimant enim talentum ſex millibus denarium. qua æſtimatione denarium drachmæ reſpondere perſpicuum eſt. quod refellit Livii locus ſupra recitatus. Hujus explicandæ quæſtionis non equidem rationem ullam invenio: neque me vel Budæi doctrina, vel Agricolæ diligentia, vel omnino cujuſquam libri juvant. non enim affirmare auſim, quod interdum cogitavi, L. Sullam, captis Athenis, leges, & inſtituta, ſimulque drachmam a Solone inductam, immutaſſe: cum id neque Plutarchi, nec omnino cujuſquam antiqui ſcriptoris teſtimonio comprobetur. quare ſcrupulum ſaltem, qui me angit, occultandum non putavi, ut haberent alii, quo ingenium intenderent, cum ipſe, quantum res poſtulat, præſtare non poſſem. De mina vero; ſive illa antiqua, ſive poſteriore, a Solone inducta, hoc amplius dixerim, neutram libræ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

... Romanæ æqualem pondere fuiſſe. ...qua enim gravior, poſterior levior, qu... libra, fuit. probemus utrumque. In So...nis mina denarios tantum fuiſſe ſe-p...ginta duos, cum de tetradrachmo ag...mus, oſtendimus. at in libra Ro-m...a denarios octuaginta quattuor Pli...us & Celſus ponunt. ſunt igitur in...ra Romana duodecim denarii plu-re...uam in mina Solonina. quod idem e... ac ſi dicas: libra ſuperat pondere m...am Soloninam ſeptima ſui parte, ...Soloninæ. In drachma vero an-tic... ſi tantumdem eſt ponderis, quan-t... in denario; quod jam probatum e... ſequitur, ut, quemadmodum dra-ch...æ ſunt in mina nonaginta ſex, item de...rii totidem in libra ſint. quod fal-ſu... eſt. fuere enim tantum octuagin-ta ...attuor. ita fit, ut libra pondere ſu-pe...tur a mina antiqua ſeptima ſui par-te, ...ctava vero minæ. Veriſimile autem e... libram Romanam, quemadmodum ab... ttica utraque mina differt, ſic Eu-bo...æ reſpondere: quia major Africa-n..., cum Antiocho regi tributi leges im...oneret, talenta Euboica præſcripſit; q...i nihil, aut certe parum Euboica m...a differret a libra Romana. Con-cl...imus igitur ſic. Octo drachmæ an-ti...æ Atticæ æquales pondere ſunt o-ct... denariis; octo Soloninæ, ſex dena-rii... octo Euboicæ, ſeptem denariis. H...c, ut nihil omittatur, quod ad dra-ch...arum cognitionem pertineat, o-m...s omnium gentium æſtimabimus, ...oſita moneta Romana, primum ve-...e, deinde recentiore.

...rachma Attica, ante Solonem, ...dem fuit cum denario ponderis, & v...it aſſes ſedecim, id eſt, denarium ...m. loquor enim de denario poſte-ri...e, ad ſedecim aſſes aucto, bello Pu-n...o ſecundo. aſſes vero ſedecim, ba-j...i Romani ſunt duodecim, & ſex ſe-p...næ alterius bajocci.

...rachma Solonis aſſes duodecim: ...occi novem, & fragmenta, eadem p...portione.

...uboica, Romanæ unciæ octava pars, aſſes quattuordecim: bajocci un-decim, & fragmenta.

Babylonica, aſſes ſedecim cum triente: bajocci tredecim, & fragmenta.

Corinthiaca, aſſes ſedecim cum beſſe: bajocci tredecim, & fragmenta.

Ægyptia, aſſes decem & octo, cum beſſe: bajocci quindecim.

Æginetica, & Hebraica civilis, aſſes viginti: bajocci ſedecim, & fragmenta.

Hebraica ſacra, aſſes quadraginta: bajocci triginta duo, & fragmenta.

Syriaca, aſſes quadraginta octo; bajocci triginta octo, & fragmenta.

ccc ıↄↄↄ] Centum millibus: quæ ſunt quadraginta millia ſeſtertiorum: ſi modo drachmæ Atticæ ſunt, non Syriacæ: quod interdum dubitavi: cum hic Salluſtius è Syria ſcripſerit, in qua Bibuli quæſtor fuit. hæc porro ſumma duodecim ſcutatorum millia noſtratis pecuniæ conficiet. Harum notarum, numerum indicantium, quæ fuerit olim origo, etſi ante multos annos expoſui in Commentario epiſtolarum ad Atticum: tamen hic me locus admonet, ne ſilentio prætermittam. Numerorum notas primum quincto loco veteres variarunt, deinde decimo, mox quinquageſimo, tum centeſimo, eodem in reliquis ordine conſervato, mutato numeri ſigno, quoties numerus a quinario ad duplum, & a duplo rurſus ad quinarium perveniſſet.

Prima nota fuit, I, unus, uſque ad quattuor iterata.

Secunda nota, V, quinque, in quinario primum numero variata.

Tertia, X, decem, in duplo quinario, ut jam dixi, mutationem recipiens.

Quarta, L. quinquaginta, aucto poſt tertiam notam, id eſt, poſt, X, in quincuplum numero.

Quincta, C, centum, duplicato quinquagenario.

Sexta, ıↄ, quingenta, & hic quincupli ratione ſervata.

Septi-

Septima, cIↃ, mille, habita dupli ratione.

Octava mutatio fuit, cum ad quinque mil. perveniſſent. nam, ne toties cIↃ iterarent, his notis uſi ſunt, IↃↃ.

Nona mutatio, a quincuplo in duplum, recepit has notas ccIↃↃ, decem millia.

Decima, a duplo in quincuplum, IↃↃↃ, quinquaginta millia.

Vndecima, & ultima, a quincuplo in duplum, cccIↃↃↃ centum millia.

Nec ultra notarum mutatio progreſſa eſt. non enim veteres, ut ait Plinius, ultra centum millia numerabant. quod ſi ducenta, vel trecenta, aut quadringenta millia ſignificari oporteret; has notas, cccIↃↃↃ, bis, ter, quater, &, ſi opus eſſet, ſæpius iterabant. cujus exempla moris & in libris, & antiquis lapidibus exſtant. Sunt igitur notæ omnino undecim variæ deinceps a nobis demonſtratæ, tamen iterandæ.

I, Vnus:
V, quinque:
X, decem:
L, quinquaginta:
C, centum:
IↃ, quingenta:
cIↃ, mille:
ccIↃↃ, decem millia:
IↃↃↃ, quinquaginta millia.
cccIↃↃↃ, centum millia.

Quam cognitionem legentibus non injucundam fore, ſum arbitratus.

Hoc etiam adjungam, a prima nota, I, ceteras omnes fluxiſſe. nam, V, duæ primæ notæ ſunt, infima parte conjunctæ. item, X, eſt quinarii numeri nota duplicata, cum duæ, V, in acuto angulo conjungantur. at, L, quid eſt, niſi prima illa nota, I, recta, & altera proſtrata, ſimul junctæ? quod ſi addideris in ſumma parte aliam primam notam, item proſtratam: fiet ⊏, centum. non enim priſcis temporibus, pro centum, ſcribebat, C, quod ad ætatem noſtram permanſit, ſed, ⊏: quæ erant tres primæ notæ conſociatæ, una recta, duæ proſtratæ, cum recta conjunctæ, una in ſuperiore parte, altera in inferiore. Quingenta vero fecerunt, addita ad tres notas, quas proxime nominavi, quarta recta, cum duabus proſtratis conjuncta, hoc modo, Π. qua figura duplicata, fecerunt mille hoc modo, |||: unde poſtea, librariorum arbitrio, variæ notæ, quæ, mille ſignificarent, factæ ſunt, quarum nonnullas oſtendemus. nam ex ||| fieri cœptum eſt ⊂|⊃, & ∞, & cIↃ, & CD, unde M. derivatum, quo pro mille hodie quoque utimur: cum olim nota fuerit, non littera.

Præda] Vniverſa præda, ex Amano monte direpto ac vaſtato. nam, Pindeniſſo capto, omnem prædam, equis exceptis, Cicero militibus conceſſerat, quod ipſe ſcribit epiſt. 20. lib. 5. ad Att.

Omnis enim pecunia ita curatur, ut præda à Præfectis; quæ autem mihi attributa eſt, à quæſtore curetur.] *Præda* vocatur id, quod ex hoſtibus partum, nondum neque diviſum eſt, neque urbanis quæſtoribus traditum, ut ii mox in ærarium inferrent. poſt diviſionem *præda* non dicitur. ideo *prædam* Cicero vocat eam pecuniæ partem, quæ, venditis mancipiis, bello captis, exacta, ad populum R. pertinebat: partem autem ſibi attributam, non jam *prædam*, ſed *pecuniam* appellat. Mancipia vero tantum nominavi, quia reliqua omnis præda, equis exceptis, militibus conceſſa. qua de re ſic epiſt. 20. ad Atticum libro 5. *Militibus, equis exceptis, reliquam prædam conceſſimus. mancipia venibant Saturnalibus tertiis. cum hæc ſcribebam in tribunali, res erat ad H. S. cxx.* Quod ad præfectos, prædæ cuſtodes, attinet: ne lector communi vocabulo decipiatur, dicendum eſt, quot genera præfectorum in Ciceronis provincia fuerint, & qui nam hic ſignificentur. Genera igitur fuere quattuor, unum eorum, qui equeſtribus turmis præerant: alterum, qui evocatis: tertium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tertio, quibus in civitatibus proconſul aſſidue commorari non poſſet, in iis ipſi jus dicerent, & in extremo anno ad generales conventus, a proconſule indictos, proficiſcerentur, ut, ſi quid in civitatibus perperam judicaſſent, querelas omnium proconſul audire, & reſcindere præfectorum ſententias poſſet. Quorum genus fuit præfecti fabrum, vel præfectus potius: nam unum dumtaxat habuiſſe Cicero videtur. De ſingulis, quantum res patietur, breviter agemus, ut antiquitatis notitia, minimo ſtudioſorum labore, minima moleſtia, propagetur. Cum ſingulis legionibus, vetere Romuli inſtituto, terceni erant equites: qui dicebantur *alæ*: quod ſicut alites dextra ſiniſtraque, tamquam alis, tegerentur. Gell. lib. 16. cap. 4. & Servius in eum verſum Æn. lib. 4. *Dum trepidant alæ.* item Liv. l. 40. Dividebantur in decem turmas: turmæ ſingulæ in tres decurias: ſingulis decuriis præerant, qui *decuriones* vocabantur: ſed horum unus, reliquis duobus honoratior, non ſuæ tantum decuriæ, ſed turmæ etiam præerat: itaque *præfectus*, non *decurio*, dicebatur: reliqui autem duo, *decuriones*. Erant igitur in decem turmis decem præfecti, præterea viginti decuriones. omnibus autem decem turmis, id eſt, alæ, unus præerat, nec tamen is erat ſummus equitum dux in exercitu. nam principem locum obtinebat, qui non uni alæ, id eſt, decem turmis, ſed utrique alæ, vel etiam pluribus, cum eſſent plures in exercitu legiones, præeſſet. quod probabitur exemplis. De præfecto turmæ ſic in oratione pro Marcello: *Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.* Præfectum vero alæ diximus libro 2. Off. in eo loco: *Cum Pompejus alæ alteri præfeciſſet.* Porro, cum Plutarchus dicat, in exercitu Pompeji præfectum equitum Pharſalico prælio Labienum fuiſſe; quis eum putet, qui legatus Cæſaris Gallico bello per tot annos fuerat, reſque geſſerat non mediocri laude dignas, in caſtris Pompeji, ad quem, relicto Cæſare, tranſiit: unius tantum legionis equitibus præfuiſſe? equidem nihil dubito, quin præfectura ſignificetur omnium plane equitum, qui cum Pompejo militarent. idemque ſentio de Cæſarianorum equitum præfecto C. Voluſeno: de quo ſcripſit hæc Cæſar lib. 3. *Conati ſunt præfectum equitum C. Voluſenum interficere; ut cum munere aliquo perfugiſſe ad Pompejum viderentur.* Nominat idem Cæſar eodem libro Q. Varum præfectum equitum C. Domitii Calvini, id eſt, duarum legionum, de quibus paullo ante mentionem fecit. De his igitur & alæ utriuſque, (nam duas legiones Cicero habuit in provincia) & turmarum quoque præfectis loquitur Cicero in hac epiſt. nam præfectis fabrum, aut juris dicundi, ac ne evocatorum quidem, prædæ conſervandæ curam commiſſam eſſe, non eſt ut credatur. de iiſdem equitum præfectis in epiſt. 8. lib. 3. & epiſt. 20. lib. 5. & ad Attic. epiſt. 17. lib. 5. mentionem Cicero facit: quo in utroque loco cum tribunis mil. eos nominat: itemque lib. 3. in Verrem: *Quæſtores*, inquit, *legatos, præfectos ſuos, tribunos multi miſſos fecerunt; & de provincia decedere juſſerunt, quod eorum culpa ſe minus commode audire arbitrarentur.* Et in orat. pro Cluentio: *Quæ in Stalenum dicta ſunt ab iis, qui M. Æmilio legati, & præfecti, & tribuni mil. fuerunt.* Eoſdem conjunxit Cæſar lib. 1. bel. civ. *Tribunos mil. & præfectos circummittit.* De præfecto autem evocatorum epiſt. 6. lib. 3. De iis, qui jus dicerent, ad Att. epiſt. 4. 7. 11. 21. lib. 5. & ad eundem epiſt. 1. 2. 3. lib. 6. quibus Cicero amicorum rogatu, aut judicio ſuo præfecturas detulit juris dicundi in civitatibus, iis rejectis, qui negotiarentur, ne juſtitiam lucri cupiditas perturbaret. Præfectus fabrum Ciceronis unus tantum appellatur Q. Lepta epiſt. 7. lib. 3. nec plures uno fuiſſe crediderim: quamquam, ut dixi, duas legiones Cicero habuerit: quod ipſe ad Atticum ſcripſit epiſt. 15. lib. 5. & Plutarchus in ejus vita confirmat. nam, ſi, quot legiones in exercitu, totidem præfecti fabrum

 fuiſſent:

fuiſſent: haud valde eſſet honeſtatus a Cæſare familiariſſimus ejus, Cornelius Balbus, cui prætor & conſul præfecturam fabrum detulit: ut eſt in oratione pro ipſo habita. nam, quod ait Cæſar in epiſtola ad Oppium & Balbum, lib. 9. ad Att. *Duo præfecti fabrum Pompeji in meam poteſtatem venerunt*; Q. Vibullium Rufum, Corfinii captum, & Cn. Magium, in itinere deprehenſum, ſignificat: quorum utrumque in binis legionibus præfectum fabrum arbitror fuiſſe: ut duorum conſulum exercitus, qui a Pompejo regebantur, duos omnino præfectos fabrum habuerint. duas enim legiones, dixi jam, conſularem exercitum fuiſſe. ſic igitur in conſulari Ciceronis exercitu, id eſt, in duabus legionibus, præfectus fabrum unus fuit Q. Lepta. quod eo magis arbitror, quia unus etiam præfectus fabrum Ap. Claudii nominatur, epiſt. 8. lib. 3. Hos præfectos omnes, exceptis jus dicentibus, opinor in proconſulis cohorte prætoria fuiſſe, eoſque in provinciam ab urbe deductos. quos autem in tertio genere poſuimus, id eſt ii, qui jus dicebant, non fuiſſe de cohorte prætoria, ſed longe a proconſule diverſis civitatibus juriſdictionem habuiſſe. in hoc numero locum Scaptio petiit a Cicerone M. Brutus, ut in epiſt. 21. lib. 5. ad Att. & in prima lib. 6. ad eundem.

Mihi attributa eſt] Quæ *manubiæ* vocabantur: ex quibus publica monumenta plurimi fecerunt, Q. Catulus e Cimbricis manubiis porticum in palatio, quam P. Clodius, Ciceronis ædibus adjunctam, evertit, L. Metellus Dalmaticus ædem Caſtoris: alii alia.

A quæſtore] Vtrum L. Meſcinio Rufo, ad quem ſunt epiſtolæ tres ultimæ l. 5. quique nominatur epiſt. 26. lib. 13. & 6. lib. 16. an C. Cœlio Caldo, ad quem ſcribit epiſtolam ultimam hujus libri, & quem epiſt. 15. nominat. Meſcinium omnino ſignificari puto, qui rationes provinciæ cum M. Mindio fratre, & cum ſcriba Ciceronis adminiſtravit. nam C. Cœlius, ſero admodum in provinciam venit, ut ex epiſt. ult. cognoſcitur.

De legionibus] Feſtus ait, C. Marium legionem primum conſcripſiſſe ſex millium, & ducentorum hominum, cum antea quattuor millium fuiſſet, unde etiam *quadrata* appellabatur. ſed Feſtum refellere videtur Livius lib. 29. cum ait, Legiones ita ſuppletas eſſe, ut ſingulæ ſena millia, & ducentos pedites, trecenos haberent equites. & alibi ſæpe. Quod ſi ita eſt; non primus C. Marius legionem conſcripſit ſex millium, & ducentorum hominum. Verum Feſti opinionem Polybius probat lib. 6. & fortaſſe Livius non de ordinaria legione, ſed de aucto extra ordinem, cogente bello, militum legionariorum numero locutus eſt. nam, & ſociorum numerum in caſtris Romanis, quos altero tanto plures, quam Romanos in caſtris ex formula fœderis eſſe debuiſſe, Livius lib. 3. & 8. Vellejus lib. 2. oſtendunt. non eundem ſemper fuiſſe, ſed pro conſulum arbitrio, ex eodem Livio conſtat l. 21. 41. 42. primus igitur ordinarium in legione ſex millium & ducentorum militum numerum C. Marius fecit, cum antea ordinarius eſſet numerus quattuor millia, ut ait Feſtus, vel, ut Polybius, quattuor millia ducenti: (nam veteres non omnino ſubtiliter numerorum ſemper definire ſoliti ſunt) interdum autem, ne numerum legionum, quæ binæ ſingulis conſulibus dabantur, augerent, milites addebant legionibus, ſed extra ordinem.

In Syriam] Quæ Syriæ contra Parthos præſidio eſſet.

Otium eſſe in Syria] Sublato metu Parthico. *Otium* pro pace uſurpavit & libro 1. de Off. *Nobis remp. gubernantibus, non togæ arma ceſſere? neque enim in rep. periculum fuit gravius umquam, nec majus otium.*

Marium ſucceſſorem] Salluſtii: nam Bibulo, quemadmodum Ciceroni, ſucceſſor nemo fuit, ob diſcordias inter Cæſarem & Pompejum exortas. quod Cicero futurum divinans, dixit ſupra: *De ſucceſſore meo nihil audivi: nec quemquam fore arbitror.* Et Cœlius epiſt. 5. lib. 8. *Succeſſionem futuram propter Galliarum* con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ontroverſiam non video. Et paullo poſt: *De Galliis conſtituetur : erit, qui intercelat : deinde alius exſiſtet, qui, niſi libere iceat de omnibus provinciis decernere ſeatui, reliquas impediat.* Cum igitur onnium provinciarum ſucceſſio impelita ſit : malim credere, Salluſtii poius, quam Bibuli, ſucceſſorem hic ſinificari. Victo Pompejo, Syriæ præuit, juſſu Cæſaris, ut ait Dio libr. 47. iex. Iulius, Cæſaris quæſtor, ac proinquus : mox Decidius Saxa, ab Antoio præpoſitus, ut idem Dio ſcripſit liro 48 ante Bibulum autem Syriæ præuerat Craſſus, qui periit in Parthis; ane Craſſum Gabinius; ante Gabinium Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, x prætura; ante Marcellinum L. Marius Philippus, item prætorius; ante Philippum M. Æmilius Scaurus quæſtor Pompeji Magni, ab eo decedente præoſitus; ante Scaurum Pompejus ipſe, ui Mithridatem devicit.

Sine cauſſa] Immo gravem ob cauſàm : cum Cicero Marcellino & Philippo coss. auctor ſenatui fuiſſet, ut Cæari ob res in Gallia proſpere geſtas uindecim dierum ſupplicatio decerneetur, item ut ſtipendium ac decem leati decernerentur. quæ bilem omnious Cæſaris inimicis maximam comnoverunt, præcipue Bibulo, qui conſul um Cæſare collega acerrime de repub. ontenderat. Læſerat igitur Bibulum Cicero in ornando Cæſare, de ipſius tanen exiſtimatione nihil detraxerat, ropterea ait, *Sine cauſſa*.

Antiochiæ] Ex qua Parthos C. Caſius, quæſtor M. Craſſi, jam rejecerat. piſt. 10. & libro 15. epiſt. 14.

Metus] Cum adventare Parthi diceentur.

Officio quæſtorio] Quæſtoris enim & rætoris conjunctio liberorum neceſſiudini proxima fuit. Epiſt. 10. lib. 13. Et in Divinatione.

Prætore] *Prætor* vocatur Bibulus, qui *roconſul* videtur appellandus fuiſſe : ivit nim poſt conſulatum in Syriam. ſic piſt. 21. lib. 5. ad Att. *Quod prætori lare conſueſſint.* Quo loco *Prætori*, dictum eſt, pro omnibus, qui præeſſe Ciliciæ, ſive poſt præturam, ſive poſt conſulatum, conſueviſſent. item lib. 1. de Orat. *Cum ego*, inquit, *Scævola, prætor Rhodum veniſſem.* qui proconſul in Aſiam ibat; ut ex Epitome Liviana l. 70. cognoſcitur. Manſit autem hoc nomen in omnibus, qui provincias regerent, habita ratione illorum temporum, cum ſoli prætores in provinciam ibant: quorum loco ivere poſtea propter bella conſules & proconſules. Contra, qui ex prætura in provinciam iverant, & *proconſules* interdum vocati, ut oſtendimus ep. 1. l. 1. & *prætores*, ut ep. 55. l. 13. & Oppius Allienum, Siciliam poſt præturam adminiſtrantem, *prætorem* vocat in libro de bello Africo. Aſconius quoque magiſtratum omnem, cui pareret exercitus, *prætorem* a veteribus ait appellatum : unde *cohors prætoria, tabernaculum prætorium*, & in caſtris *porta prætoria*. epiſt. 1. lib. 1.

Thermum] Q. Minucium Thermum, Aſiæ proprætorem, ad quem ſcribit epiſtolam ſequentem. & lib. 13. epiſt. 53. 54. 55. 56. 57.

Reticere] Cum tamen de Parthico bello ſcriberet. Epiſt. 5. lib. 6. ad Atticum.

Pag. 114. *Litteram*] Ne litteram quidem ſcripſit, non modo epiſtolam. ſic in oratione pro Archia : *Quoties ego hunc vidi, cum litteram ſcripſiſſet nullam, magnum numerum optimorum verſuum de iis ipſis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore?* Et de Oratore l. 2. *De conformandis hominum moribus nulla littera in eorum libris inveniretur.* Et in Piſonem : *Nullam ad ſenatum litteram mittere auſus.* Hac de re ſic epiſt. 5. l. 6. ad Attic. *Bibulus moleſtus mihi non erat; de omnibus rebus ſcribebat ad me potius.*

Periculum pertinere] Quia Cilicia Syriam attingit. epiſt. 10.

De auguratu] Vt ejus filius in locum alterius filii auguris, quem Alexandrini equites occiderant, ſurrogaretur.

Miſericordia] Bibulo duobus filiis orbato. de quibus Valerius Max. lib. 4. cap. 1. his verbis : *M. Bibulus, cum in*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Syria moraretur provincia; duos egregiæ indolis filios ſuos a Gabinianis militibus Ægypti occiſos cognovit. quorum interfectores ad eum vinctos regina Cleopatra miſit, ut graviſſimæ cladis ultionem arbitrio ſuo exigeret. at ille, oblato beneficio, quo nullum majus tribui lugenti potuerat, dolorem moderationi cedere coegit; carnificesque ſanguinis ſui intactos e veſtigio ad Cleopatram reduci juſſit, dicendo, poteſtatem hujus vindictæ non ſuam, ſed ſenatus eſſe debere. Et Cæſar lib. 3. bell. civ. *Erant præterea equitum duo millia, qui inveteraverant compluribus Alexandriæ bellis, Ptolemæum patrem in regnum reduxerant, Bibuli duos filios interfecerant.* Id etiam ſignificatur epiſt. 5. lib. 6. ad Att. *Cum Bibulus in tanto mœrore ſuo maximam curam belli ſuſtineret.*

Bibulo] Adoleſcenti, qui de tribus Bibuli filiis ſuperfuerat unus.

Dedi operam] Ipſius cauſſa non debui, tamen operam dedi, miſericordia coactus, & quod ejus filium ſemper dilexi.

Populi pecunia] Quam ex ipſius provincia Syria, & ex mea Cilicia collectam, Romam ad quæſtores urbanos deferendam ſimul curavimus.

Permutaretur] *Permutari pecunia* dicitur, cum alicubi numeratur, quæ alibi ſolvatur, ejus periculo, qui permutandam ſuſcepit.

Alariis] Erant in exercitu duo genera equitum, legionarii, & auxiliares. *alarii* dicebantur auxiliares, quod iis, tamquam alis, pedites tegerentur. Cincius apud Gellium: *Alæ dictæ exercitus, equitum ordines; quod circum legiones dextra ſiniſtraque, tamquam alæ in avium corporibus, locabantur.* Et Servius in illud Virg. lib. 4. Æn. *Dum trepidant alæ:* ſubjunxit hæc: *Alæ, equites, ob hoc alæ dicti, quia pedites tegunt alarum vice.* In alis autem auxiliares potius equites, quam legionarios, locari ſolitos, tum in hoc loco, (ſequitur enim *Auxiliariis:* qui jam dicti ſunt *alarii)* tum in aliis obſervavimus. Cæſar bell. Gall. lib. 1. *Omnes alarios in conſpectu hoſtium pro caſtris minoribus conſtituit: quo minus multitudine militum legionariorum pro hoſtium numero valebat, ut ad ſpeciem alariis uteretur.* Livius quoque libro 31. *Dextera ala (in alas diviſum ſocialem exercitum habebat) in prima acie locata eſt: in ſubſidiis duæ Romanæ legiones.* Et libro 35. *Siniſtra ſociorum equitum ala, & extraordinarii prima in acie pugnabant.* Subjungit: *Equites legionum extra aciem in locum patentem tribunos mil. educere conſul juſſit: inde, cum ſignum dediſſet, impetum ex adverſo facerent.* Et infra: *C. Livium Salinatorem, qui præerat alariis equitibus, quam concitatiſſimos equos immittere jubet, & legionarios equites in ſubſidiis eſſe.* Et lib. 40. *Alarii equites, poſtquam Romanorum equitum tam memorabile facinus videre, & ipſi, virtute eorum accenſi, in perturbatos jam hoſtes equos immittunt.* Hos ipſos alarios Cicero ſignificat, cum ſubjungit: *Equitibus auxiliariis.* & Salluſtius in Jugurtha: *Conſtitutos in utroque latere tamquam alas equites auxiliarios demonſtrat.* Cæſar libro primo bell. civil. *Crebras ſtationes diſponunt equitum, & cohortium alariarum; legionariaſque interjiciunt cohortes.* Livius libro 10. *Sp. Nautius dux alaribus cohortibus erat.*

Tranſpadanis] Trans Padum lectis, ut contra Parthos mitterentur.

Auxiliariis] Qui a populis amicitia conjunctis auxilio venerant, ut Romanas provincias a Parthis defenderent.

Pag. 115. *Jejuni*] Humilis animi & infirmi, ut qui debilitantur inedia. contra, *Erectum excelſumque animum* dicimus.

Ariobarzanem] Cappadociæ regem. epiſt. 2. lib. 15. & oratione pro lege Manilia. Hunc poſtea C. Caſſius, interfecto jam Cæſare, auxilia ſibi & M. Bruto negantem, occidit. Dio lib. 47.

Per me] Me conſule referente.

Ariobarzanis] Quem a Mithridate Cappadocia pulſum Sulla reſtituit. Appianus in Mithridatico, Plutarchus in Sulla. Hunc per inſidias interfectum Cicero ſignificat epiſtola 2. libro decimo quinto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XVIII.

Q. *Thermo*] Q. Minucio Thermo, qui poſt præturam Aſiam adminiſtrabat. Vide epiſt. 53.54.55.56.57. ›. 13. & ad Atticum epiſtola 13. 20. ›. 5.

Proprætori] Potuit & *prætor* appella-. nam epiſt. 13. lib. 5. ad Atticum: *æci*, inquit, *quaſi Epheſio prætori, ſe acres obtulerunt.* Et omnino qui pronciis præeſſent, ſive conſulatu, ſive ætura functi, *prætores* interdum vobantur: ut epiſtola proxima, proinſul Bibulus cum eſſet, *prætor* dictus t.

Homini gratiſſimo] Ne videatur nova gaudere, laudat eum ab ante acta vi-: quaſi dicat: etſi nihil a tua conſuedine alienum exſpectavi, tamen, gratibi eſſe ſtudia mea, vehementer gauo.

Pag. 116. *Integritate & clementia*] um ex iis, qui provincias regerent, ucisſimi avaritiæ & crudelitatis criine vacarent.

Nihil addi poſſe] Correctio proximæ ntentiæ; quia dixit: *Mihi ſcito in dies ajori curæ eſſe dignitatem tuam.* non diget, inquit, aliena opera dignitas a: tamen ea mihi curæ eſt. Hac pruntiæ laude Cicero excellit, ut in ſcriendo, quaſi ſcopulum, vitet arroganam. quod indicare operæ pretium xiſtimo; ne, dum verborum eleganam ſequimur, peccemus in ſententiis. ude enim in Thermum collata, excuvit non modo ſuperiora, verumetiam a, quæ infra ſequuntur.

De rationibus tuis] De eo, quod ad te rtinet. epiſt. 9. libro primo: *Quæ tionibus reipubl. putem conducere.* Et piſtola ſecunda libro quinto: *Meæ raones ita tulerunt.* Et epiſtola ſecunda bro 3. *Proſpicias & conſulas rationibus eis.*

Graves ſuſcepturum] Animadverten- tranſlatio: unde ductum, *Inimicias deponere.*

Adoleſcens] Quæſtor.

Ignominia] Si provinciæ non præponatur, cum decedes. nam quæſtor legatos honoris gradu ſuperabat. quod confirmatur epiſt. 15. in eo loco: *Neque erat ſuperiore honore uſus, quem præficerem.*

Superiorem] Honore enim legati a quæſtore ſuperantur. itaque Philip. 10. poſt quæſtores nominantur in ſententia Ciceronis: *Senatui placere*, inquit, *Q. Hortenſium proconſulem cum quæſtoribus, prove quæſtoribus, & legatis ſuis provinciam Macedoniam obtinere, quoad ei ex S. C. ſucceſſum ſit.* Quod ſi legati prætores antea fuerint, plus videtur eis proconſul tribuere debere, quam quæſtoribus. vide epiſtolam decimamquintam.

Et quæſtor tuus] Amplificat ſententiam iteratio verbi, ut epiſt. 7. *A tribuno pleb. & a Curione tribuno.*

Promptos] In agendo.

Non indiſertos] In dicendo.

Terrores] Poterat enim audax tribunus pleb. lege lata quem vellet ejicere: quod ipſe Cicero ſenſerat, pulſus a Clodio tribuno pleb.

Præbuerit] In adminiſtranda provincia, cum tu deceſſeris. epiſt. 18. libro quinto: *Te colligas, virumque præbeas.* & epiſt. 4. lib. 8. ad Att. *Superbum ſe præbuit in fortuna noſtra.* & ad eundem epiſt. 16. lib. 15. *Præbeo me credulum.*

Ex aliqua parte] Quandoquidem tu eum provinciæ præfeceris.

Offenderit] Peccaverit. ut epiſt. 2. libro nono: *Quis eſt, qui in tantis tenebris nihil offendat?* & ad Lentulum epiſt. 7. libro primo: *Si cecidiſſet, ut volumus & optamus, omnes te & ſapienter, & fortiter; ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdem illos, & cupide, & temere feciſſe, dicturos.* Vide quæ diximus epiſtola 14. libro 5.

Sibi totum] Tu enim alienam culpam præſtare non debes.

Nihil tibi offenderit] Leporis ac venuſtatis aliquid eſt iterato verbo *Offenderit.* quale illud epiſt. 11. *Quidquid erit, tibi erit.* Et epiſt. 6. libro ſexto: *Quicquid valebo vel auctoritate, vel gratia, valebo tibi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Quæ mihi veniebant in mentem] Hic quidem cum nominandi caſu; ut etiam in Terentii Phorm. *Mihi veniebat in mentem ejus incommodum.* Cum generandi autem caſu, epiſt. 3. libro 7. *Solet in mentem venire illius temporis.* Et lib. 5. de Fin. *Venit mihi Platonis in mentem.* Alibi, nullo caſu adjuncto, cum appendice alterius verbi, tribus modis. Pro Roſcio Amerino: *Tibi in mentem venit, facito, quemadmodum vitam hujuſce depinxeris.* In Divin. *In mentem tibi non venit, quid negotii ſit, cauſſam publicam ſuſtinere?* Plautus in Mil. *Cum venit in mentem, mores ut mihi mutandi ſient.* Animadvertimus, & dandi caſum quandoque omiſſum, ut apud Terentium in Eun. *Illud de Rhodio dictum cum in mentem venit.* Et Virgilius Æneid. lib. 4.

Cum venit in mentem, quorum conſederis arvis?

Et Plautus loco proxime recitato.

In Ciliciam] Erat igitur in Aſia; cujus tres diœceſes provinciæ ſuæ attributas eſſe, ſcribit epiſt. 67. lib. 13. erat autem Laodiceæ, ubi manſit ad Idus Maji: quod ſignificat epiſt. ult. lib. 5. ad Att. & 2. lib. 6. ad eundem. ergo ſcripta eſt epiſtola non quibus conſulibus Cicero ivit in provinciam, Sulpicio & Marcello, ſed quibus deceſſit Paullo & Marcello.

Dii approbent] Fortunent. quod enim dii approbant, proſpere ſuccedit.

Pag. 117. *Poſteritatis otio*] Poſteri temporis otio. *Poſteritas* enim non ſolum poſteros, verum etiam poſterum tempus oſtendit: ut Orat. 1. in Catilinam: *Si mea voce perterritus ire in exſulium animum induxeris; video, quanta tempeſtas invidiæ nobis, ſi minus in præſens tempus, recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat.* Et infra ibidem: *An invidiam poſteritatis times?* Cæſar etiam libro primo bell. civ. *Habeat rationem poſteritatis & periculi ſui.*

Conſules] *Proſpicies & conſules*, dixit epiſt. 2. lib. 3.

EPISTOLA XIX.

Caldo] Cognomen Cœliorum in antiquo nummo humaniſſimi & eruditiſſimi hominis Fulvii Vrſini. Duos quæſtores habuit Cicero in Cilicienſi provincia, L. Meſcinium Rufum, de quo in epiſt. 19. 20. 21. libro quinto, epiſt. 26. libro 13. epiſt. 6. libro ſexto, & Cn. Voluſium, de quo epiſt. 11. libro quinto ad Atticum; in extremo autem anno, diſcedente Voluſio, (ſic enim eſt credendum) ſucceſſit Cœlius Caldus, quem provinciæ decedens Cicero præpoſuit. epiſt. 15. & libro ſexto ad Att. epiſt. 6.

Te mihi quæſtorem obtigiſſe] In pleraſque provincias cum proconſulibus aut proprætoribus ſinguli juris dicundi gratia quæſtores ibánt, in nonnullas bini, ut in Siciliam Lilybætanus, & Syracuſanus: quod ſcriptum eſt apud Aſconium. duos & Cicero habuit in Cilicienſi provincia, Cn. Voluſium, de quo epiſt. 11. libro quinto ad Att. & Q. Meſcinium, de quo epiſt. 26. libro 13. epiſt. 6. libro decimo ſexto, & ad Att. epiſt. 4. 7. libro ſexto, nec tamen aliis, qui eandem provinciam rexerant, duos quæſtores fuiſſe arbitror: ſed Ciceroni, ut tres διοικήσεις Aſiaticæ extra ordinem, ſic honoris cauſſa duo quæſtores dati. quorum alter in quattuor veteribus diœceſibus, Cilicia, Pamphylia, Lycaonia, Phrygiæ majoris parte ultra Mæandrum, quæ ab ordinario Ciliciæ proconſule, vel proprætore ſimul omnes regebantur, alter in tribus novis, ademptis Aſiæ provinciæ, Laodicea, Cibyra, Apamea jus diceret. Voluſium ſuſpicor ante finem annui imperii, avocatum fortaſſe negotiis, diſceſſiſſe, & in ejus locum forte Cœlium veniſſe, extremo, ut opinor, menſe adminiſtrationis annuæ. nam epiſt. 5. ad Attic. lib. 6. *Annuum tempus*, inquit, *prope jam emeritum habebamus: dies enim* XXXIII. *erant reliqui.* Et infra; *Mihi deceſſionis dies* λεληθότως *obrepebat: qui cum advenerit;* ἄλλο πρόβλημα, *quem præficiam, niſi Cœlius quæſtor venerit: de*

quo

adhuc nihil certi habebamus. Eum ... ero decedens provinciæ præpoſuit. ... t. 15. & ad Att. epiſt. 6. lib. 6.

... am ſortem] Proconſules, & proprætores aut ſortiebantur provincias, aut ... nparabant inter ſe: quod epiſtola 9. ... 1. oſtendimus: quæſtores autem ... 1 comparatione, quod equidem ... m, ſed ſortitione ibant in provin... . lib. 3. ad Q. fratrem: *Quæſtorem ... es non tuo judicio delectum, ſed eum, ... m ſors dedit.* Et pro Murena: *Quæ... a utriuſque propemodum pari momento ... is fuit.* Interdum tamen petentibus ... conſulibus dabatur, ut, quem vel... t, quæſtorem ſine ſorte delectum in ... vincias ducerent. quod Cæſar Pom... uſque impetrarunt. epiſt. 6. ad Att. ... 6. *Pompejus Q. Caßium ſine ſorte de... t, Cæſar Antonium: ego ſorte datum ... nderem?* Nec tamen id ſine S. C. aut ... e lege factum. de S.C. Livius lib 30. *... ium, cujus ante legati, eo anno quæſtoris ... ra ſortem ex S. C. opera utebatur, cum ... lico equitatu ab ſiniſtro cornu oppoſuit.* ... lege Cicer. orat. 2. in Antonium: *... æſtor es factus: deinde continuo ſine ..., ſine ſorte, ſine lege ad Cæſarem cucur... i.*

Ad eam neceßitudinem, quam nobis ... tribuiſſet] Maximam ſcilicet, ac li... orum neceſſitudini proximam. quod ... m ſorte eveniebat, id evenire deo... n voluntate veteres arbitrabantur. ... pterea *ſors divina* vocatur. Philip. 3. *... i ſunt*, inquit, *quos ſors divina dele...?* Et poſt: *Duarum credo provincia... ſortes minus divinas fuiſſe.* Et in Di... atione: *Accuſavi eum, cui quæſtor ... ram, qui cum me ſors conſuetudoque ... jorum, qui cum me deorum hominumque ... licium conjunxerat.* Quod ad neceſſi... dinem attinet, *Mos majorum*, inquit ... iſt. 10. libro decimo tertio, *hanc ... eſturæ conjunctionem liberorum neceßi... dini proximam voluit eſſe.* & epiſt. 26. ... uſdem libri: *L. Meſcinius mihi quæſtor ... t: ſed hanc cauſſam, quam ego, ut a ... joribus accepi, ſemper gravem duxi, ... it virtute ſua juſtiorem.* Et in Divina... ne, & oratione pro Plancio. *Neceſ-ſitudo* autem & *Neceſſitas* idem ſunt, & duobus modis accipiuntur, vel pro conjunctione ſanguinis, aut amoris & officii ut pro Sulla: *Si noſtram neceſſitatem, familiaritatemque violaſſet.* Et in oratione C. Cæſaris, qua legem Plautiam ſuaſit: *Equidem mihi videor pro noſtra neceſſitate non labore, non opera, non induſtria defuiſſe.* Vel pro eo, quod neceſſe eſt: ut ſæpe apud Ciceronem, Salluſtium, & alios. vide Gellium libro 13. cap. 3.

Poſtea, cum] Sic olim emendavi contra veteres libros, ſecutus videlicet conſuetudinem Latinæ linguæ: quod alii, ut video, poſtea probarunt. moneo tamen lectorem, in omnibus antiquis libris, & quos ante multos annos vidi, & quibus nunc utor, plane ſcriptum eſſe, *Poſtea quam*, mendi origine, ut opinor, inde ducta, quod veteres, *quom*, pro *cum*, ſcribere ſoliti ſunt. libro etiam 11. epiſt. 12. ad Att. idem mendum ſuſtuli. item lib. 2. de leg. quis non videt ita legendum, *Poſtea, cum ſumptuoſa fieri funera cœpiſſent*; non, *Poſtea, quam.*

Nihil neque a te ipſo] Idem ſcripſit ad Att. epiſt. 4. lib. 6.

Pag. 118. *In Cilicia*] Quo ſe iturum nonis Maji, dixit epiſt. 13.

In caſtris] Vt rem militarem ante deceſſionem ſuam collocaret. epiſt. 13.

Officium] Erga me: quia ſcripſiſti humaniſſime.

Ingenium] Quia ſcripſiſti elegantiſſime.

Opportuno] Vt ante, quam decedam, in provinciam venire poſſis.

C. Virgilius] Qui Siciliam proprætor adminiſtraverat, ut in oratione pro Plancio. Mirum eſt, quam hic omnes in mendo conſentiant veteres libri, cum habeant, *conſul Virgilius*: qui numquam conſul fuit. ex littera *C.* quam librarii pro *Conſul*, interpretati ſunt, vitium fluxit.

De tua præſertim dignitate] *Dignitatem* hic pro honore potius, quam pro exiſtimatione, quæ res geſtas conſequitur, Cicero uſurpat, ut epiſt. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Conjunctione] Quæſtor enim ei, cui quæſtura obtigit, arctiſſimo neceſſitudinis vinculo conjungitur, epiſt. 10. libro 13.

Quæcumque] Alibi ponitur pro, *Omnia quæ*, ſubſequentibus duobus verbis, ut, Quæcumque facis, mihi grata ſunt: hic pro *Omnia*, ſimpliciter, unico ſubjuncto verbo: quidquid garriat inepta Grammaticorum turba. ubi enim eorum auctoritate, qui Latini ſermonis uſu & ſcientia floruerunt, probari aliquid poſſe video; quiſquilias contemno. Sic ad Att. epiſt. 21. lib. 3. *Te oro, ut, ſi quid erit, quod perſpicias, quamcumque in partem, quam planiſſime ad me ſcribas.* Et ad eundem lib. 12. Et in Catilinam orat. 2. *Quæ ſanari poterunt, quacumque ratione ſanabo.* De oratore: *Permultos excellentes in quocumque genere videbis.* Et Virg. l. 3. Æn.

In te proficiſcentur] Ad Appium epiſtola 1. lib. 3. *Intelligo omnia, quæ a me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſſima.*

Pag. 119. *Maxime tua*] Quia cogitabat eum decedens provinciæ præponere. ep. 15. & ad Att. epiſt. 4. l. 6. cum de quæſtore Meſcinio bene non exiſtimaret, ut ibidem oſtendit, & epiſt. 3. ejuſdem libri.

LIBRI III.

EPISTOLA I.

Pag. 121. APpio] Ejus App. Clodii filio, qui cum P. Servilio Iſaurico conſul fuerat, anno urbis DCLXXIV. Obiit poſt pugnam Pharſalicam, ut auctor eſt Valerius libro primo cap. ſexto. Repudiatum ab hac gente Lucii prænomen, ob turpem duorum gentilium vitam, Suetonius oſtendit.

Pulchro] Gentis Claudiæ fuere Pulchri, Nerones, Marcelli; patricii Pulchri & Nerones, plebeji Marcelli. quod Aſconius aliique tradiderunt. Nobilitatam hanc gentem duobus de triginta conſulatibus, dictaturis quinque, cenſuris ſeptem, triumphis ſex, duabus ovationibus, in Tiberii vita Suetonius dixit.

Imp.] Ex qua pugna ſit hoc nomen adeptus, non apparet: rem tamen ab eo bene geſtam, non modo hæc inſcriptio, quæ *imperatorem* nominat, ſed ultima etiam epiſtola declarat: nam in ea ſuum ſtudium Cicero in ſupplicatione ob res proſpere geſtas Appio decernenda commemorat. Speravit etiam triumphum; quem ei P. Dolabellæ ademit accuſatio, ut epiſtolæ ſuæ demonſtrant, una Ciceronis, decima hujus libri, altera Cœlii, nona libri octavi.

Quod vidi] Et aperta ſententia eſt, & ita legitur in ſeptem antiquis libris. aliis placuit, *Quod juvet:* quod quale ſit, eruditi judicabunt.

Reliquas res] Quas ab illo de ſtatu reip. audies.

Providentius] Providentia periculum vitat. *Providentius* igitur dixit, pro, majoris cautionis. poſſunt enim in alienas manus litteræ pervenire.

Pag. 122. *Videntur aliquæ meæ partes*] Vt aliquid ego quoque tibi ſignificem.

Ingenii] Quod amorem conciliat. ut enim corpori valetudo integra, color optimus, apta membrorum compoſitio, ſic animo ſpecies quædam & pulchritudo ingenium eſt. omnis autem pulchritudo amorem conciliat.

Officii, humanitatis] Latius patet *humanitas*, quam *officium*.

Gratiſſima] Ex quo intellexi, te bona fide mecum in gratiam rediiſſe.

Cœruimus] Ob inimicitias P. Clodii, Appii fratris, qui anno proximo perierat, a Milone, Ciceronis amiciſſimo, interfectus.

Quoniam tu ita vis] Tibi placet officiis coli amicitiam noſtram: quod ſi tibi non placeret, facerem invita Minerva. qui ſi efficies, ut idem tuis quoque propinquis placeat; (tacite Appium hortatur, ut reliquos Clodios, ob vete-

res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...cum P. Clodio inimicitias infenſos, ...ſi reconciliet) eandemque Minervam, ...m abs te non invitam habeo, ab ... accipiam: ego plane hoc non Mi...væ magis, quam tibi, referam acce...m, & jure eam non tam Pallada, ut ...atur, quam Appiada, de tuo nomi... nuncupabo. Iocum autem Cicero ...eſivit in nominibus ſimiliter deſi...ntibus. In Mediceo libro Græcis lit...is majuſculis, Π Α Λ Λ Α Δ Α, ſcri...um eſt.

Non invita Minerva] Feliciter, ſuc...ſu proſpero. abiit in adagium, *Invi...*, vel *non invita Minerva aliquid face...* epiſt. 25. lib. 12. *Cauſſam tuam egi ... invita Minerva.* Offic. libro primo: *...hil decet invita*, ut ajunt, *Minerva*. Et ...oratius in Arte poetica:

...u nihil invita dices facieſve Minerva.

Cilix] Quod ſervis nomen fuerat, ...em liberti retinebant, licet præno...en etiam & gentilicium nomen ejus ...quo liberabantur, aſſumerent. *Cilix* ...tem hic vocabatur, quia ſæpe a pa...a ſervi appellabantur, ut *Ægypta* in ...iſt. 13. lib. 16.

Phaniam] Ad te proficiſcentem, ...jus frui conſuetudine, licet Cilicem ...beam, valde cuperem. epiſt. 13. li...o 2.

Iuriſconſultum] Eundem antea Len...lo, Ciliciæ proconſuli, commenda...t epiſt. ult. lib. 1. eſt autem is, de quo ...iſt. 11. lib. 7.

Si non eſt] Non eſt jocus a veritate ...junctus. epiſt. ult. lib. 1.

Aliis] Quorum cauſſas *recipit*, nec ...ptime defendit.

Pag. 123. *Agit gratias*] Quod hu...naniter eum tractes.

EPISTOLA II.

CONtra voluntatem meam] Depoſuit enim provinciam conſul: qua de ...e in epiſt. 2. lib. 5. in ea vero ad Ca...onem libro 15. *Si quiſquam*, inquit, *...uit umquam remotus & natura, & magis ...tiam, ut mihi quidem ſentire videor, ra...ione atque doctrina, ab inani laude & ſermonibus vulgi; ego profecto is ſum. teſtis eſt conſulatus meus: in quo, ſicut in reliqua vita, fateor ea me ſtudioſe ſecutum, ex quibus vera gloria naſci poſſet: ipſam quidem gloriam per ſe numquam putavi expetendam. itaque & provinciam ornatam, & ſpem non dubiam neglexi.*

Cum imperio] Duabus legibus dato, Cornelia a ſenatu, Curiata a populo.

Moleſtiis] Confirmat illud, *Contra voluntatem meam.*

Quam ego ſum] Artificium petentis. voluntatis enim optimæ ſignificatio parem elicit voluntatem.

Pro noſtra ſumma conjunctione] Iure, *Summa*, dixit: quia conjungebantur & collegio, cum eſſet uterque augur, & benevolentia, poſt gratiam reconciliatam. itaque dixit epiſt. ſequenti, *Succeſſori conjunctiſſimo & amiciſſimo.* Et epiſt. 4. *Collegii conjunctio non mediocre vinculum mihi quidem attuliſſe videtur ad voluntates noſtras copulandas.*

Potes autem plurimis] Habet ornamentum iteratio verbi; ut epiſt. 5. libro ſexto: *Quotieſcumque filium tuum video, (video autem fere quotidie) polliceor ei ſtudium meum.* vide illud, *Si qui ſunt, qui velint, qui pauci ſunt.* epiſt. 1. lib. 1.

Ex S. C.] Decreverat enim ſenatus, ut duas provincias conſulares, Syriam & Ciliciam, Bibulus & Cicero ſortirentur. Ciceroni Cilicia obtigerat. hujus S. C. mentio fit epiſt. 7. & 13. libro ſecundo, & ſeptima libro decimo quinto. hic autem lex non nominatur, quia lata nondum erat: ſed lata paulo poſt. nominatur autem epiſt. 7. lib. 15.

Quoad ejus facere potueris] Quantum in te erit. nota locutio.

Pag. 124. *Quaſi decurſus*] Lenitur interdum tranſlatio præpoſito verbo, *Quaſi*, aut ejuſmodi alio: quod Ciceronis, Demetrii, & alii aliorum libri oſtendunt.

In eo genere] Vide illud, *in eo genere*, epiſt. 1. lib. 2.

Tui conſilii eſt] Tu conſiderabis. Appii prudentiam, & ſimul modeſtiam ſuam, qui nihil petat nominatim, oſtendit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Pluribus verbis] Clauſula in primis efficax ad impetrandum. nam & ea nominat, quæ movere Appium debeant; & id ipſum tamen diſſimulat, ne diffidere videatur aut Appii voluntati, aut prudentiæ.

Res] Cum is, qui provinciam ſucceſſori tradit, operam omnino dare debeat, vel honoris ſui, vel reip. cauſſa, ut eam quam maxime aptam, explicatamque tradat.

Pro ſe] Cur ego pro ipſa re plura dicam; cum ſatis ipſa pro ſe loquatur? patet enim, quid te in tradenda mihi, tui amantiſſimo, provincia facere oporteat.

Voluptatem eſſe capturum] Cum officii me tui memorem, gratumque cognoſces.

EPISTOLA III.

BRundiſium] Vbi duodecim amplius dies, & valetudinis incommodo, & Pontinii, legati ſui, exſpectatione commoratus eſt. epiſt. 8. lib. 5. ad Att.

Pag. 125. *Præſidio*] Ob metum Parthici belli.

Supplementum] Vt ad binas legiones, quas & Cicero, & Bibulus habuit, copiæ adderentur.

Bibuli] Cui Syria obtigerat, poſt Craſſum a Parthis interfectum.

Legionibus] Plutarchus cum Cicerone in Ciliciam iviſſe narrat duodecim millia peditum, duo millia, & ſexcentos equites. quamquam in equitum numero ſuſpicor eſſe mendum. non enim cum duabus legionibus tantus videtur equitatus eſſe potuiſſe. niſi ſi ſexcenti Romani, reliqui omnes auxiliarii, extra ordinem, metu ſcilicet Parthici equitatus: qui poſt Craſſi necem imminere Romanis provinciis videbatur.

Sulpicius conſul] Ser. Sulpicius Rufus, ex tribu Lemonia, juris civilis cognitione excellens; cujus præclaram habemus epiſtolam, qua Ciceronem conſolatus eſt libro quarto.

Paſſurum ſe negaret] Ne exhauriretur militibus Italia, ſi forte delectum novarum copiarum tempora reip. poſtularent.

Multa queſti ſumus] Ego & Bibulus. notandum loquendi genus. ſic alibi, *Multa peccas*, & *Multa deos venerati*, dixit Cæcina epiſtola ſeptima libro 6.

Tabellariis] *Tabellarii* dicti a tabellis codicillorum, quod eas ultro citroque ferrent ante chartæ & membranarum uſum: ut *librarii* a libris arborum, in quibus epiſtolæ ſcribebantur. Beatus Hieronymus epiſtola quadrageſima ſecunda ad Niceam.

Conjunctiſſimo] Non refertur ad benevolentiam. quorſum enim proxime ſubjunxiſſet, *Et amiciſſimo*? ſed ad adjunctionem auguratus, quæ alterum alteri non leviter commendabat. Sed, quia fieri poterat, ut, qui ſimul augures eſſent, inter eos tamen amor non eſſet; ideo intulit, *& amiciſſimo*: ut ſe non ſolum collegii jure, verum etiam benevolentia conjunctum Appio ſignificaret. nominat eandem collegii conjunctionem epiſtola ſequenti.

Pro noſtra conſtantiſſima voluntate] Sic quinque libri veteres: duo, & Mediceus, *Pro noſtra conſociatiſſima*, ut voluntas utriuſque, poſt reditum in gratiam, *conſociatiſſima*, dicatur. Sin, *conſtantiſſima*, retinemus; utriuſque parem in conſtantia voluntatem, quæ poſt reditum in gratiam officiis mutuis declarata fuerat, ſignificari credamus. quam ſententiam confirmat illud epiſtolæ 13. lib. 2. *Ego Appium valde diligo: meque ab eo diligi ſtatim cœptum eſſe, ut ſimultatem depoſuimus, ſenſi. nam & honorificus in me conſul fuit, & ſuavis amicus, & ſtudioſus ſtudiorum etiam meorum. mea vero officia ei non defuiſſe, tute es teſtis. Conſtantiam* ſuam infra quoque, epiſt. 9. Cicero nominat. Quod quiſque magis probat, id ſequatur. Alii, cur Cic. in Ap. voluntas appellari *conſtantiſſima* poſſet, dicunt ſe neſcire, cum ea magnis ſimultatibus interrupta ſit. Cic. autem id agit, ut oſtendat, etſi Appii conſuetudine propter inimicitias P. Clodii ſit uſus, nunquam tamen ei ſe fuiſſe inimicum, neque ſuam in illum priſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...inam voluntatem unquam fuiſſe ...mutatam. Epiſtola etiam hujus li... ita ſcribit, *Conſcientia meæ con...tis erga te voluntatis.*

...ag. 126. *Integrum*] Abeſſe tamen ... cohortes comperit. mendax igitur ...ius, veræ autem Appii ad ſenatum ...ræ de militibus dimiſſis. epiſt. 6.

... *C.*] De non imminuendis copiis.

...ag. 127. *C. Pontinium legatum*] ...torium, ac triumphalem, hunc Πομ...νον, & Πομπτῖνον Græci libri nomi...t: ex Latinis alii *Pomptinum*, alii *Po...inum*; nonnulli, quos ſecutus ſum, ...*tinium*, ut inter Romanas gentes, ...e in *ius* deſinebant, agnoſcatur. Ci...onis, Ciliciæ proconſulis, quæſtores ...re L. Meſcinius, Cn Voluſius, C. ...elius; legati, Q. Cicero ejus frater, ...Pontinius, M. Annejus, L. Tullius; ...unus mil. Q. Fufidius; præfectus ...catorum, Antonius; præfectus fa...um, Q. Lepta; ſcriba, M. Tullius; ac...ſus, Pauſanias; interpres, M. Marci...s. de quæſtore Meſcinio, epiſt. 19. ...20. lib. 5. epiſt. 26. lib. 13. epiſt. 6. ... 16. De Voluſio, epiſt. 11. lib. 5. ad ...t. De Cœlio, qui paucis diebus ante, ...am Cicero decederet, in provinciam ...nit, epiſt. 19. lib. 2. & ad Att. epi...la 5. libro 6. De legatis, epiſt. 4. ...15. De tribuno mil. epiſt. 12. lib. 13. ...e præfecto evocatorum, epiſt. 6. h. lib. ...e præfecto fabrum, epiſt. 7. h. libro. ...e ſcriba, epiſt. 20. lib. 5. De accenſo, ...iſt, 7. h. lib. De interprete, epiſt. 54. ...b. 13.

EPISTOLA IV.

C*Lodio*] Præfecto fabrum. epiſt. 8.

Meum ſtudium erga te & officium] ...tudio voluntas, officio res ipſa decla...tur.

Q. Fabius] Fabiam gentem a Fabio, ...erculis filio, dictam, ait Plutarchus. id ...robare videtur Feſtus: apud quem ...ripta ſunt hæc: *Fovii, qui nunc Fabii ...icuntur, dicti, quod princeps gentis ejus ...e ea natus ſit, cum qua Hercules in fovea ...ncubuit.* Deinde ſubjungit: *Alii putant eum primum oſtendiſſe, quemadmodum urſi & lupi foveis caperentur.*

Pag. 128. *Virgilianus*] A Virgiliis in Fabios adoptionis jure transierat.

Flaccus] Valeriorum cognomen.

M. Octavius Cn. F.] Qui hoc anno ædilitatem curulem cum M. Cœlio petiit. epiſt. 2. lib. 8.

Libro augurali] De augurum diſciplina ſcripto: de quo fit mentio epiſtola nona & undecima & apud Feſtum.

Amantiſſime] Amore enim adductus videbatur, ut eum librum ad Ciceronem ſcripſerit.

Miſiſti] Vnum Appius miſerat, reliquos miſſurum ſe pollicitus erat. ideo epiſtola nona: *Velim, quod reliquum eſt promiſſi ac muneris tui, mihi perſolvas.* Et epiſtola undecima cum ſcripſiſſet Appius, *confeciſſe jam ſe reliquos libros, ac miſſurum*; reſpondit Cicero: *Augurales libros ad commune utriuſque noſtrum otium ſerva.*

Summa neceſſitudinis officia] Quæ ſumma eſſe poſſunt noſtræ conjunctionis officia. Placeret, *Summæ neceſſitudinis.*

Conſtabunt] Non obſcura erunt, ſed patebunt. epiſt. ſequenti. & 34. libro decimo.

Ex quo tempore] Depoſitas ab Appio & Cicerone inimicitias jam ante P. Clodii necem, atque adeo ante Appii conſulatum, indicat epiſtola decima, & lib. ſecundo epiſtola decimatertia, & oratio pro Milone.

Duarum ætatum] Seneſcente jam Pompejo, Bruto juvene. utrumque cum laude nominat epiſt. 11.

Filiæ tuæ ſocerum] Duo Pompeji filii fuere, Cneus, & Sextus. Appii generum puto Cneum fuiſſe. nam Sexti conjugem Libonis filiam apud Dionem invenio.

Generum tuum] Poſtea Porciam, Catonis Vticenſis, avunculi ſui, filiam, duxit uxorem, Appii filia dimiſſa: quod ex epiſtolis ad Atticum intelligitur.

Collegii] Cum augur uterque eſſet. epiſt. 13. lib. 2.

Honorifice a te approbata] Scripto ad me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

me augurali libro. epiſt. 9. & 11.

Non mediocre vinculum] Apud majores enim non modo amicitiam violari fas non erat, ſed ne cooptari quidem ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus. epiſt. 10.

Pag. 129. *Ne mentiar*] Licet nihil te, mea cauſſa, contra commodum tuum velim facere.

EPISTOLA V.

TRalles] Vrbem Lydiæ.

Neminem potuiſti] Captat benevolentiam ab Appii prudentia.

Ex alio repetita] Hæ Ciceronis litteræ non exſtant.

Pag. 130. *Confirmata*] Mutuis officiis.

Fide] Fidem nominat, quia redierant in gratiam. epiſt. 8. *Si quis eſt, qui neminem bona fide in gratiam putet redire poſſe; non noſtram is perfidiam coarguit, ſed indicat ſuam.*

Vt mihi conſuleres] Vt mihi expeditam provinciam traderes.

Mea ratio] Meum provinciale munus, totum negotium, quod ad provinciam pertinet.

Solutior] Sine impedimento. ſic epiſtola 9 lib. primo: *Si mihi eſſent omnia ſolutiſſima:* pro, ſi meam voluntatem nulla res impediret. Quod autem hic dixit, *Mea ratio facilior ac ſolutior*, epiſtola 2. *Facilior erit quaſi decurſus mei temporis.*

Sequitur illud] Nam apud bonos viros gratia gratiam parit.

Quibus adhuc] Poſt reconciliationem reſident nonnumquam veteris odii reliquiæ, præſertim ſi graviores injuriæ anteceſſerint, quales a P. Clodio, Appii fratre, Cicero tulerat. ideo ſuſpicari poterant homines, non eſſe Appio Ciceronem amiciſſimum. epiſt. 8.

Neque enim obſcuris perſonis] Cum Cicero & Appius conſulares auguralesque eſſent. clarus igitur uterque. translatio a fabulis, in quibus veterum heroum, aut regum, id eſt non obſcuras, ſed illuſtres perſonas hiſtriones ſuſtinebant.

In cauſſis] In negotiis. dixi *Cauſſam* id ſæpe appellari a Cicerone, quod proprie ad aliquem pertinet. vide illud epiſt. 1. libro primo: *In cauſſa hæc ſunt.*

Tunc mihi ille dixit, quod claſſe tu velles decedere] Sic locutus epiſt. 28. lib. 7. *Memini, quod mihi deſipere videbare.* Aut diſtingue ſic: *Tunc mihi ille dixit: quod claſſe tu velles decedere, perſore, accommodatum tibi, &c.* ut ſit, *Quod*, pro quia.

Ad Sidam] Præponit *Ad*, cum ſit loci nomen proprium, ut epiſt. 3. lib. 8. *Ad Capuam, ad Luceriam.* Sed hunc locum ex epiſtola ſequenti, in qua *Sida* nominatur, aliquis fortaſſe, mutavit. nam libri veteres, etiam Mediceus, habent, *Ad illam*, quod ferri poteſt.

Pag. 131. *Laodicea*] Vide, quæ diximus epiſt. 17. lib. 2.

Ad meum adventum] Vſque ad meum adventum.

Tua ratio] *Ratio* non eſt voluntas, non negotium, non conſuetudo, non conſilium: quid igitur? unico verbo non ſatis videtur explicari poſſe: hic quidem, *Tua ratio poſtea eſt commutata*, valet, mutaſti quod te facturum oſtenderas: non eadem fuit ſententia tua. Tale illud epiſt. 8. *Mea ratio in tota amicitia noſtra conſtans & gravis reperietur.* Vide, quæ diximus in eo loco, *Mea ratio fuit alia*, epiſt. 9. lib. 1.

Pridie Kal. Sext. puto] Non erravit. nam eo die Laodiceam pervenit. epiſt. ſeq & ad Att. epiſt. 16. lib. 5.

Pag. 132. *Mihi debetur*] Vel in provinciæ commoda, vel in annuum ipſius victum, vel in ſtipendia militum eroganda.

Ad exercitum] Quem Appius reliquerat, cujus mentio fit epiſt. 2. Sic ad Att. epiſt. 15. lib. 5. *Iter Laodicea faciebam ad III. non. Sext. in caſtra in Lycaoniam.* Quamquam, ſi Plutarcho credimus, duas legiones Cicero ipſe in Ciliciam transjecit.

Ad Iconium] In Lycaonia, ubi erat exercitus. epiſt. ſequenti, & 4. lib. 15. ad Att. & 15. lib. 5.

Fallit]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

llit] De itineris ratione.

lbre ipſa] Ab ipſo negotio : quo ſſe diutius impediat, quam ut poſ- circiter idus Sext. ad Iconium eſſe.

neris tibi imponere nec audeo quic- , &c.] Non potuit neque vere- ius petere, neque vehementius.

uod tuo commodo fieri poſſit] De hoc endi more ſatis diximus epiſtola 1. 1.

lagni intereſt] Vt colloquerentur triuſque inſtitutis in regenda pro- ia, in quibus, quod & hæ ad ipſum ium, & ad Atticum epiſtolæ decla- t, non idem uterque ſenſit.

i quis caſus] Retinet modeſtiam n : quod enim de Appii voluntate icatur, id in caſum confert.

Pag. 133. *Conſtabunt*] Sic locutus tola proxima.

Scævola] Muciæ gentis cognomen. vel Appii legatus, vel quæſtor in vincia fuerat.

Vellem potuiſſe obſequi] Sic antiqui nes libri, non *potuiſſet*: quod eſt impreſſis. nihil igitur mutandum, n alibi quoque ſic locutus Cicero ſit. epiſt. 1. lib. 7. *Vellem a principio te iſſe amiciſſime monentem.* & epiſt. 11. . 8. *Vellem tecum fuiſſe.*

EPISTOLA VI.

g. 134. N*On magis mihi faveo*] Non minus a te, quam a e ipſo, præſtari amicitiæ noſtræ ea, æ debentur, officia cupio.

Meo facto] Quod a me factum eſt, ut convenirem antequam decederes.

Quæſivi ex Phania] Epiſtola quinta.

Noſſe locum] Honeſtiorem ſcilicet, am reliqui liberti.

In prima provincia] Dixi jam, pri- am urbem provinciæ Laodiceam iſſe. epiſt. proxima.

Pag. 135. *Vbi me quamprimum vide- poſſes*] Vt Laodiceæ, id eſt, in prima ovincia; quod L. Clodius dixerat. os enim fuit, ut ii, qui decedebant, ucceſſorem exſpectarent in prima pro- incia. Ad Atticum epiſtola 26. libro uodecimo.

Eo diſceſſiſti] In ultimam provinciam : de quo ſic ep. 16. lib. 5. ad Att. *Appius, ut audivit nos venire, in ultimam provinciam ſe conjecit, Tarſum uſque, ibique forum agit.* & ibidem epiſtola ſequenti.

Ad decedendum] Lex Cornelia, L. Sullæ dictatoris, concedebat rectoribus provinciarum, ut per triginta dies poſt ſucceſſoris adventum in provincia morari poſſent.

Alieni] Non amici, nulla neceſſitudine conjuncti.

Tarſum] In Ciliciam, in ultimam provinciam : quod dixit epiſt. 16. libro quinto ad Att.

Et eſt in multis] Abeſt hoc a meo vetere libro : & ſane gloſſema eſſe potuit antecedentium verborum.

Pag. 136. *Forum agere*] Ius dicere. epiſt. 8. & ad Attic. epiſtola 16. libro quinto, & Feſtus.

Succedi] Pro, ſucceſſum iri. unus antiquus liber, *Succedere.*

Abſenti mihi] Cum tu, abſente me, Tarſi forum ageres. Non dicit, *Abſenti a provincia*, cum in eam jam veniſſet. quod ſupra infraque oſtendit : ſed abſenti ab eo loco, ubi forum Appius agebat.

Detractus] Tua juriſdictione Tarſenſi.

Paucitate] Exſiles legiones vocat epiſt. 15. lib. 5. ad Att.

Abeſſe tres cohortes] Facta ſeditione. quinque nominat epiſt. 4. lib. 15. *Cum,* inquit, *ante adventum meum ſeditione quadam exercitus eſſet diſſipatus; quinque cohortes ſine legato, ſine tribuno mil., denique etiam ſine centurione ullo apud Philomelum conſidiſſent; reliquus exercitus eſſet in Lycaonia : M. Anneio legato imperavi, ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret.* Cohortem ex pluribus manipulis conſtare, ait Varro lib. 4. in ea fuiſſe homines quingentos, Valerio Maximo, Plutarcho, Cæſare, Appiano teſtibus probatur. nam Valerius duas Camertum legiones a C. Mario civitate donatas, Plutarchus mille Camertes ait. Iam Cæſar libro tertio bell. civ.

cum

cum dixiſſet: *Cohortes* CX. *expleverat.* ſubjunxit: *Hæc erant millia* LV. Idem pugna Pharſalica quartam aciem ex ſex cohortibus conſtituit: quod Plutarchus in Cæſare confirmat: at eos fuiſſe tria millia, & idem Plutarchus in Pompejo, & Appianus quoque plane narrat. Poſtea, re militari commutata, ſexcentos in cohorte video fuiſſe: nam Cincius apud Gellium legionem ex centuriis ſexaginta, cohortibus decem conſtituit.

Ne litteras quidem ullas] Cum te quotidie exſpectarem; tantum tamen abeſt, ut ipſe veneris, ut ne litteras quidem ullas a te acceperim. Hic non video, cur mutari quidquam neceſſe ſit.

Evocatorum] Milites erant emeriti, ſubito ex agris in militiam evocati: quos Cicero ex S. C. in provincia contraxerat: ut epiſt. 4. libro decimoquinto. Craſtinum evocatum in prima acie contra Pompejanos procurrentem nominat Cæſar lib. 3. bel. civ. Evocatos etiam Antonius habuit in Mutinenſi certamine, epiſt. 30. lib. 10. & Octavianus, Dio lib. 45.

Pag. 137. *Cohortes*] Quas ſecum Appius habebat. nam exercitus univerſus erat in Lycaonia, unde abeſſe dixit tres cohortes epiſt. 15.

Aliquid negotii gerere] Contra ſempiternos hoſtes Amanienſes. epiſt. 10. lib. 2. & 4. lib. 15. & ad Att. epiſt. 19. lib. 5.

Litteræ tuæ] In quibus, cupere ſe cum Cicerone congredi, ſcripſerat Appius.

Secus] Male, ſecus ac vellem. ſic, *Aliter*, uſurpabant, ut lib. 2. de rep. apud Gellium, *Cum ad villam veniſſet, & omnia aliter offendiſſet.*

Loci] Occaſionis.

Correxeris] Aliquo in me officio.

Salva lege] Quæ ultra dies triginta, poſt ſucceſſoris adventum, non permittebat in provincia permanere.

Pridie Kal. Sext.] Sic epiſt. 2. 4. libro 15. & ad Att. epiſt. 16. lib. 5.

In Ciliciam] A Laodicea in Ciliciam. epiſt. 4. lib. 15.

Per Cappadociam] Nam & alia erat, eaque brevior, in Ciliciam via: quam cur omiſerit, exponit epiſtola 4. libro 15.

EPISTOLA VII.

Pag. 138. *Cicero imp.*] Sic eſt inſcribendum, non, *procos.* Scripſit enim, ut ipſe ait, hanc epiſtolam Laodiceæ: quo ſe contulit æſtivis confectis, id eſt, Amanienſibus victis, qua victoria imperator appellatus eſt, & Pindeniſſo capto. fuit autem Laodiceæ a III. id. Febr. uſque ad non. Maji: quod epiſt. 2. lib. 6. ad Att. oſtendit.

Legati Appiani] Quos monumentum exſtruere ad Appii laudem cupientes Cicero impedierat. epiſt. 9. Appianos populos in conventu Synadenſi Plin. lib. 9. cap. 29. nominat. Alii ſunt autem legati, de quibus ep. 8. illos enim queritur Appius prohibitos eſſe ire Romam ad ſe laudandum, horum autem ædificationem impeditam.

Volumen] Litteras *Volumen* appellat, non quod involutæ clauderentur, (plicabantur enim epiſtolæ, involvebantur autem libri) ſed quod earum longitudo ſpeciem voluminis efficeret. itaque ſubjecit, (ut unas litteras hic *volumen* appellari conſtet) *Eadem epiſtola petebas.* ſic epiſt. 30. lib. 12. *Non te epiſtolis, ſed voluminibus laceſſerem.* pro, ita longis, ut voluminum inſtar eſſent. Alibi vero *epiſtolarum volumina* nominat, quia deſcriptæ multæ, circa lignum eſſent involutæ. ad Att. lib. 9. epiſt. 9. *Evolvi volumen epiſtolarum tuarum.* Ad Tironem, epiſt. 17. lib. 16. *Tuas epiſtolas vis referri in volumina.* Et Tuſculanas quæſtiones *volumina* appellat: Plinius quoque ſuos nat. hiſt. libros, *volumina:* Ovidius quindecim libros Metamorphoſeos, *ter quinque volumina. Vmbilicos* ligna illa, quæ voluminibus abſolutis adderentur, ideo dicta, quod umbilici noſtri formam imitarentur, Porphyrio ſcriptum reliquit. inde natum, *ad umbilicum ducere*, pro abſolvere: quod Horatius de ſuis jambis dixit: *pervenire ad umbilicum*, Martialis. Hujuſmodi

mo autem umbilicos non modo ligneos, verum etiam oſſeos, corneoſve ornamenti gratia interdum fuiſſe, idem Porphyrio auctor eſt: pingi etiam ſolito Martialis. Extremæ partes, quod, extra volumen eminentes, cornuum ſimilitudinem præ ſe ferrent, *cornua* vocabantur: quibus ornamentum aliquod adde ſolitum, oſtendit Ovidius, cum librum ſuum elegia prima Triſtium ſic alloquitur:

Candida nec nigra cornua fronte geras.

Nec eras candida cornua, quæ fortunæ ſunt indicia lætioris, cum ſit atrata frons, qualem in calamitate noſtra decet eſſe. Eſt enim *frons libri*, exterior voluminis pars: *frontes* vero cum appellantur, exterior, & interior: itaque dixit idem proximo inferiore verſu,

Nec fragili geminæ poliantur pumice
frontes.

Et Catullus:

Cui dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?

Martialis quoque *pumicatam* libri *frontem* dixit libro primo.

Ædificationem] Templum, opinor, Appio erigere volebant, ut optime de re merito.

Pag. 139. *Peracute*] Excogitaſti enim, quod a me cogitatum non eſt.

Tributa] Quibus Appio monumentum extruerent.

Decepiſſem] In Aſiam. nam, cum in provinciam veniſſet, a Laodicea in Ciliciam profectus eſt. ibi pugnavit cum Amanienſibus, Pindeniſſumque cepit, inde æſtivis jam confectis, Laodiceam iterum rediit: unde rurſus ad abſolvendam juriſdictionem Tarſum in Ciliciam ivit.

Æquitatem] Ironia.

Tributa] Quæ civitates imponebant, ut collecta pecunia ædificaret.

Non poteram] Rem cauſſamque cognoſcere.

Ad me] In Ciliciam: ut ibi de negotio cognoſcerem.

Liberto] Accenſi munus libertis deferri ſolitum, indicat epiſtola 16. ad Atticum libro quarto. in qua Antiochus Gabinius quidam, A. Gabinii libertus & accenſus nominatur. & ep. 1. lib. 1. ad Q. frat.

Pag. 140. *Accenſo meo*] Apparitorum multa genera, inter quos accenſi quoque erant, dicti, quod ſæpius ad neceſſarias res accirentur, ut ait Varro.

Audivi, cum diceret] Sic libro 2. de Orat. *Sæpe ex ſocio meo audivi, cum is diceret, ſocerum ſuum Lælium ſemper fere cum Scipione ſolitum ruſticari.*

Vigilia] Nox in tres vigilias, & in quaternas horas vigiliæ dividebantur.

Fabrum] Qui exercitum ſequebantur, ut adminiſtrarent quæ ad bellum neceſſaria viderentur. *Fabrum* autem, non *Fabrorum*, probaſſe Cicero videtur. de quo ſic in Oratore: *Iam, ut cenſoriæ tabulæ loquuntur, fabrum, & procum, audeo dicere, non fabrorum, & procorum.*

Ap. Claudio] Patriciæ gentis, conſulari, augurali, opibus, ingenio, propinquis, affinibus florentiſſimo: ut omittam antiquorum nobilitatem, de qua diximus ep. 1.

Imperatori] Appellato, & a militibus & ab ſenatu: qui etiam ei ob victoriam ſupplicationes decreverat. epiſtola ultima.

Ambitioſius] Studioſius: cum nullum officii genus ſoleam prætermittere.

Quid ni] Ciceronis, non Appii verba: ideo parentheſi includenda. Cur non crederem, inquit, id a te dictum? cum te tuæ gentis antiqua nobilitas ſuperbum faciat.

Appius Lentulo] Appius ſuccedens Lentulo decedenti.

Prudentia] Naturalem ſignificat. nam ſeparatim deinde rerum uſum nominat.

Vrbanitatem] *Vrbanitas* & *dicacitas* non idem ſunt. itaque Demoſthenem, ait Quinctilianus, urbanum fuiſſe, non dicacem. *urbanitatem* autem eſſe illam, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque ſenſu, neque verbis, neque ore, geſtuve poſſit deprehendi: ut non tam ſit in ſingulis dictis, quam in toto colore dicendi: quales apud Græcos ἀττι-

κισμὸς

κισμὸς ille, redolens Athenarum proprium ſaporem. Cicero autem in oratione pro Cœlio: *Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam: quæ ſi petulantius jactatur, convicium; ſi facetius, urbanitas nominatur.*

Virtus] Habet enim ſimilitudinem quandam urbanitatis.

P. 141. *Appietatem*] Productione nominis fit ſonitus auribus ingratus: & ſimul ipſa res, nomini ſubjecta, deformatur. Appius autem novum Ciceronis nomen, præ ſuo Lentulique contempſerat. quam ſuperbiam irridet Cicero, Claudiæ familiæ inſitam, ut ex omni patet hiſtoria, & his maxime Taciti verbis libro 1. *Tiberium Neronem, maturum annis, ſpectatum bello, ſed vetere atque inſita Claudiæ familiæ ſuperbia.*

Ornamenta virtutis] Ipſam virtutem, a qua nullum abeſt ornamentum: vel, *ornamenta*, illa quæ a virtute proficiſcuntur: cum *Appietas* & *Lentulitas* nomina quidem ſpecioſa ſint, virtutis tamen ornamenta non habent.

Hominum opinionibus] Nam re vera non ſunt ampliſſima, ſi virtute careant. vulgus autem ipſam tantum honorum ſpeciem admiratur.

Vobis reliquiſſent] Qui ea nomina ſua virtute nobilitarunt: quorum vos nomina retinetis, virtutem non imitamini. Oſtendit Appium non a ſe ipſo, ſed a majoribus nobilem eſſe.

Maxima imperia] Præturam, & conſulatum: quæ vocantur *imperia*. unde illud lib. 9. ad Att. *Conſules non rogantur a prætoribus, quod majus imperium rogari a minore non ſit jus.* Præſtant autem poteſtate ceteris omnibus magiſtratibus: ideo *maxima imperia* vocantur. nam cenſura, licet inter majores magiſtratus, imperio tamen carebat.

Ad honorem] Summus enim honor conſulatus: de quo ſic Livius libro ſecundo: *Libertatis originem inde magis, quia annuum imperium conſulare factum eſt, quam quod diminutum quidquam ſit ex regia poteſtate, numeres. omnia jura, omnia inſignia primi conſules tenuere. id modo cautum eſt, ne, ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur.*

Ad gloriam] Patefacta enim & oppreſſa Catilinæ conjuratione, tantum adeptus eſt gloriæ, nihil ut expetere amplius poſſet.

Superiorem numquam] Quod Appio re ipſa detraxit, verbis reſtituit. nam, cum dixit, *Viros eos, qui ea vobis reliquiſſent, magnos arbitrabar*; nimirum iis viris non eſſe Appium ſimilem oſtendit: rurſus, cum ſe non eſſe Appio ſuperiorem fatetur, nec ſibi tamen quidquam ad honorem aut gloriam deeſſe, ornat Appium ampliſſima laude, qui ſit ei par, qui ſibi nihil nec ad honorem neque ad gloriam acquirendum putet.

Vel Cneum Pompejum] Appii ſententiam Pompeji ſententia ac judicio debilitat: ut in forenſibus cauſſis, ubi teſtibus res agitur, opponuntur ignobilioribus clari viri, egentibus locupletes.

Omnibus, qui umquam fuerunt] Solus enim ad eam diem ter Pompejus triumphaverat, ex tribus orbis terrarum partibus victoria comparata.

P. Lentulum] Hunc nominat, cujus beneficio in patriam redierat, ne videatur eum proprie nominaſſe, cum dixit, *Lentulitatem.* poteſt enim nomen illud in omnes Lentulos, qui nobilitatem a majoribus accepiſſent, non in hunc, qui ſua virtute clarus erat, cuique Cicero plurimum debebat, cum quadam contumelia conferri.

Quem mihi ipſi antepono] Præclarum artificium. nam, ſi & me vobis parem ſperavi eſſe factum; & Lentulum mihi ipſi antepono: ſequitur, ut eundem vobis quoque anteponam. quid igitur laborem, ſi tu me quaſi novum hominem, contemnis, te autem, tamquam nobilem, magni facis; cum dixeris, *Cicero Appio noluit.* nam eos viros, quos & mihi & tibi antepono, aliter exiſtimare video.

Si aliter exiſtimas] Si diſſentis a Pompejo & Lentulo; & ideo me contemnis; quia novus homo ſum.

Pag. 142. *Nihil orabis*] Non eſt hoc ſine quodam Appii contemptu: ita enim

effertur, quaſi rudiorem peritior doceat, & quaſi, nobilitas quid ſit, Appius ignorare videatur.

Vt, quid ſit εὐγένεια, quid ſit nobilitas, intelligas] Vt intelligas, utrum idem ſint, an inter ſe differant εὐγένεια, & nobilitas. Quaſi dicat: falleris, cum vel te putas, quia ſis εὐγενὴς, hoc eſt claro genere natus, ideo nobilem eſſe, vel me, quia non ſum εὐγενὴς, propterea nobilem eſſe non poſſe. poteſt enim εὐγένεια eſſe, ubi non ſit nobilitas; & nobilitas, ubi non ſit εὐγένεια. nobilitas enim a majoribus non accipitur, ſed virtute, magniſque in rempub. meritis comparatur. Hæc fuit Athenodori ſententia: quam homo novus Cicero libenter probat. Ariſtoteles autem in Politicis libris nobilitatem in majorum claritate, & in opibus ponit.

Sandonis filius] Patris nomen adjunxit, ut eum diſtingueret ab altero Athenodoro, ejus æquali. nam, ut ait Strabo lib. 4. Athenodori duo fuere: quorum alter, qui Cordilio vocatus eſt, cum M. Catone vixit, & apud eum obiit; alter vero, Sandonis filius, quem & Cananitam a quodam vico appellant, Cæſaris Auguſti præceptor fuit. De hoc ipſo Athenodoro Suidas mentionem facit: & idem Sandonem Philoſophum nominat, hujus, opinor, Athenodori patrem.

Quid de his rebus] Quid de præſtantia, quid de nobilitate ſcripſerit.

Amiciſſimum] Epiſtolæ clauſula non caret arte. lenit enim amoris commemoratio animum Appii, iratum fortaſſe ob ſuperiora. ita Cicero non ſolum cauſſa, ſed etiam humanitate vincit.

Pag. 143. *Laborarim*] Cum aliis in rebus, de quibus epiſt. 9. tum in ſupplicatione tibi decernenda, de qua epiſtola ultima.

Iſta cura] Hoc te movere non debuit. alios habeo cupidos honoris mei, maxime vero Cn. Pompejum: quem ſignificat, cum ait, Μητίετα Ζεύς. recitat autem Agamemnonis verba apud Homerum, contra Achillem, lib. Iliad. 1. Apud me alii quoque, qui me honorabunt, maxime vero conſiliarius Iupiter: ut, quemadmodum Agamemnon ſuum Iovem appellavit Neſtorem, ſic de Pompejo Cicero intelligat, a quo ſe amari vehementer putabat. aut nihil proprie de Pompejo, ſed univerſe de amicis omnibus dixit, licet extrema Homeri verba ad unum ſpectent. Fortaſſe etiam non ſcripſit Cicero illud, Μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς, ſed aliquis addidit, ut verſum abſolveret, ignarus Ciceroniani moris. Quid enim notos Poetarum verſus a primo ad ultimum nominaret? exemplo illud eſt (ut omittam alia) ep. 18. libro ſexto: Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα.

Natura] Naturæ vitia nonnihil excuſantur. ſimul igitur & accuſat, & excuſat Appium.

Non perficies] Si tua mihi officia defuerint, non mea quidem culpa, ſed quod φιλαίτιος natura ſis, & calumniis in amicos delecteris: ego tamen retinebo conſtantiam meam; officia, quæ ſoleo, in te conferam: quæ ſi tibi minus grata fuerint, non laborabo.

Conſcientia officii mei] Veritas enim, & innocentia, ſuis freta viribus, animos addit: delicta vero ſequitur metus & humilitas.

Benevolentiæ] Simulare enim, aut diſſimulare, aut omnino quidquam celare, benevolentia non patitur. quod etiam indicat illud epiſt. 14. lib. 1. ad Att. *Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quam hominem eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, una communicem; qui me amet; qui ſapiat; qui cum loquar, nihil fingam, nihil diſſimulem, nihil obtegam.*

Certo judicio ſuſceptam] Eo ſuſceptam animo, ut perpetuo conſervarem. Hoc dicit, ne videatur ficte in gratiam rediiſſe: quod ſuſpicari Appius videbatur, cum in malam partem acciperet ea, quæ minime contra ejus exiſtimationem a ſe fieri Cicero voluerat.

Quoad tu voles] Ita ſuam humanitatem declarat, ne pluris tamen, quam ejus dignitas ferat, Appii amicitiam æſtimare videatur. tale illud epiſt. 2. libro quinto, *Maneo in voluntate, &c. quoad voles tu, permanebo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA VIII.

CUM *ad urbem eſſes*] Antea, *Iſſes:* nos, *Eſſes*. *Eſſe* autem *ad urbem* dicebantur, qui cum poteſtate provinciali aut nuper e provincia revertiſſent, aut nondum in provinciam profecti eſſent. ſic enim ſcripſit Aſconius: eoque modo Cicero, Salluſtius, & alii ejuſdem ætatis locuti. ſolebant autem, qui ob res in provincia geſtas triumphum peterent, extra urbem exſpectare, donec, lege lata, triumphantes urbem introire poſſent. Et de triumpho Appium cogitaſſe, ex epiſt. 10. cognoſcitur; ne triumpharet, accuſatione Dolabellæ factum eſt, epiſt. 6. libro octavo.

Pag. 144. *Refrigerato*] Imminuto. ſic in Verrem, *Refrigerata accuſatio*. manifeſta tranſlatio: cum actionem vis frigoris impediat. ſic ad Dolabellam, epiſtola decima libro nono: *Vnum vereor, ne haſta Cæſaris refrixerit*. Contra *Calere* dicitur id, quod ſine intermiſſione fit. epiſtola prima libro octavo: *Rumores caluerunt*. ad Attic. epiſt. 16. lib. 4. *Judicia calent*.

Hominum provincialium] Quibus de meo in te animo falſa narrantibus credidiſti. Phryges & Lycaones nominat epiſt. 10.

Brevi reſponderem] Brevis reſponſio non fuit: ſed brevis fortaſſe præ Appii querella: dixit enim, *Cum tu tam multis verbis ad me de improborum oratione ſcripſiſſes*.

Definitum aut certum] Nam neque rem nominaverat Appius, ex qua non eſſe ſibi amicum Ciceronem conjiceret: neque certa ſigna poſuerat, cum ex vultu & taciturnitate de Ciceronis animo conjecturam faceret.

Pro tribunali] In tribunali: ut *Pro roſtris, pro æde*; ſic enim Feſtus interpretatur.

Poſſum intelligere] Quia conſcius mihi ſum animi erga te mei. ex quo ſequitur, ut, quid a te dicatur, non intelligam.

Pag. 145. *Ex ſuperiore, & ex æquo loco*] Et pro tribunali, & privatis in locis.

Ad legatos] Queſtus erat Appius, quod legatos civitatum Romam ire, ut Appium in ſenatu laudarent, prohibuiſſet.

Elegantius] Commodius: quia ita ſumptus civitatum minui, ne tuam tamen dignitatem imminuerem.

Juſtius] Quid enim juſtius, quam levare ſumptibus egentiſſimas civitates, præſertim cum ipſæ poſtulent?

Totum genus legationum] Hanc unam ob cauſſam legatos Romam ire, ut te laudarent, neſciebam.

Tuo nomine] Tui laudandi cauſſa.

Principes] Primarii cives.

Cum ſolvendo non eſſent] Cum ea tributa ſolvere non poſſent. ad Atticum epiſtola decima lib. 13. *Magius ſolvendo non erat*. Off. lib. 2. *In pecuniis creditis occultat ſuum gaudium, ne videatur non fuiſſe ſolvendo*.

Sapientem] Sapientis autem eſt, inania contemnere.

Vt nunc loquimur] Non quod, *Vrbanus*, novum eſſet verbum, cum eo Plautus quoque non ſemel uſus eſſet; ſed quod nova ſignificatio. quod enim peregrini homines ab urbanis morum elegantia & lepore vincebantur; inde cœptum Ciceronis ætate, *urbanus homo* dici, pro eo, cujus in factis aut dictis nihil odioſum, nihil inconditum, nihil turpe notaretur. epiſtola etiam proxima urbanitatem in Appio laudavit.

Pag. 146. *In ea enim civitate*] Ex his verbis, proxime legendum, *Synnadenſium*, non *Myndenſium*, conjicio: cum dixerit jam, *Idque me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis diſputaviſſe*.

Conſilium totum] Ut Romam venirent tui laudandi cauſſa.

Suo ſumptu] Non civitatum. dixit enim; *Vt ſumptus egentiſſimarum civitatum minuerem*.

Legitimo] Quantum lex Cornelia concedebat. epiſtola decima.

Quid

Quid enim reprehendi poteſt] Ex his, quæ Synnadis pro tribunali diſputa-i.

Quaſi conſulto] Quia de induſtria vi-us eſt edicere, ne quis injuſſu ſuo Ro-nam proficiſceretur; ut impedimen-um profecturis Romam legationibus bjiceret.

Si cujus aures] Quærit enim cauſſas liſcordiarum.

Edictum] Ex quo in provincia jus licerem.

Tranſlaticium eſt] Uſitatum, quod ad omnes conſuetudine transfertur. ſic Cœlius epiſt. 5. *Noſti hac tranſlaticia.* Ad Att. epiſt. 23. lib. 3. *Alterum caput eſt tranſlaticium de impunitate.* In Verrem: *In re tam uſitata, ſatis eſt oſtendere omnes antea jus ita dixiſſe, & hoc vetus edictum tranſlaticiumque eſſe.* Suetonius in Nerone: *Raptum inter maximos imbres tranſlaticio funere extulit.* Et Plin. lib. 10. cap. 50. *Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum invenio, jam lege C. Fannii conſulis, ne quid volucrum poneretur, præter unam gallinam, quæ non eſſet altilis: quod deinde caput tranſlatum, per omnes leges ambulavit.* Hæc igitur eſt ſententia Ciceronis. Quod edixi, ne legati Romam injuſſu meo proficiſcerentur; ex quo ſuſpicatus es, me exquiſiviſſe aliquid, in quo te offenderem: novi nihil feci, aut a me exquiſitum, ut minuerem dignitatem tuam: tranſlaticium id fuit, uſitatum antea. cum enim nec privatæ rei cauſſa, nec ut homini privato, nec ut in privato loco, ſed ut in ſenatu gratias tibi agerent, mitti legatos intelligerem; cur in eo me de tua privata contumelia cogitaſſe putas? quod ſi tua privata res, non publica, ageretur; querendi fortaſſe de me ſi non veram, ſpecioſam tamen cauſſam haberes. nunc, ſi privatæ rei cauſſa legari credidiſſem, plane deſipiens fuiſſem.

Pag. 147. *Publico orbis terræ conſilio*] Oratione 4. in Antonium: *Senatum, id eſt, orbis terræ conſilium, delere geſtit.* Et in eundem 7. *Turpe eſt, ſummo conſilio orbis terræ, præſertim in re tam perſpicua, conſilium intelligi defuiſſe.*

Excluſi eos] Privavi eos proficiſcendi poteſtate, qui me in caſtra ad Iconium, & qui trans Taurum perſequi non poſſent. nam ſi nec injuſſu Ciceronis Romam ire, nec unum perſequi trans Taurum poterant, ut eundi facultatem impetrarent, videbantur excludi, id eſt, prorſus omni eundi Romam poteſtate privari. Hoc ſuſpicatus erat Appius. Cicero refellit.

In caſtra] Ad Iconium. epiſt. 5. 6. & epiſt. 4. lib. 15.

Trans Taurum] Iconium enim cis Taurum fuit.

Commoratus] *Biduum Laodiceæ, quatriduum Apameæ, triduum Synnadis, totidem Philomeli.* ſic enim ſcripſit ad Catonem epiſt. 4. lib. 15. aliter tamen ad Att. epiſt. 16. & 20. lib. 5. Commoratus autem, quia jus in iis opidis dixit. *qua juriſdictione nihil æquabilius, nihil lenius, nihil gravius eſſe potuiſſe,* ſcripſit ad Attic. epiſt. 20. lib. 5.

Venditionem tributorum] Cum enim exigi celeriter tributa non poſſunt, venduntur alicui, qui, quanti emit, tantum ſtatim de ſuo numerat: deinde exigit acerbiſſime, accepta cogendi poteſtate.

Capitum atque oſtiorum] Cum per ſingula capita atque oſtia exiguntur tributa per eos, quibus vendita ſunt. Feſtus: *Tributorum collationum cum ſit alia in capite, alia ex cenſu, dicitur etiam quoddam temerarium, ut poſt urbem a Gallis captam collatum eſt. quia proximis quindecim annis cenſus alius non erat.*

Pag. 148. *Per magiſtratus ſuos*] Hoc adjunxit, ne perditas ab Appio civitates videatur dicere. perditas tamen per Appium maxime, ſignificat in epiſtolis ad Att. atque hæc ipſa tributa ita memorat epiſt. 16. libro quinto: *Audivimus nihil aliud, niſi imperata ἐπικεφάλαια ſolvere non poſſe; omnes poſſeſſiones omnium venditas: civitatum gemitus, monſtra quædam non hominis, ſed feræ neſcio cujus immanis.* In epiſtola vero 2. lib. 6. expilatas a ſuis etiam

magiſtratibus civitates, eaſque pecunias ſuo juſſu redditas eſſe narrat.

Non neceſſario] Nec enim ulla neceſſitate cogebantur eas legationes Romam mittere.

Iſtiuſmodi ſermones] Quod ais viſum eſſe quibuſdam, edictum meum quaſi conſulto ad iſtas legationes impediendas eſſe accommodatum; & illud, me exquiſiviſſe aliquid, in quo te offenderem.

Non debuiſti credere] Aut enim, ſi credidit, imprudens; aut, ſi finxit ipſe, non amicus.

Minime liberale] Indignum homine liberaliter educato.

Generum tuum Lentulum] Tres igitur Appius generos habuit. nam de duobus Cn. Pompeji filio, & M. Bruto, mentionem fecit epiſt. 4. Retulit autem ad eum Romæ. Sed mihi ſuſpectus locus eſt. cur enim ad hunc potius retulit, qui nuſquam præterea nominatur, quam ad reliquos generos? auget ſuſpicionem diſſenſio veterum librorum: nam Lentuli mentionem plerique non habent.

Libertum tuum] Phaniam. epiſt. 5.

Præfectum] L. Clodium. epiſt. 5. 6.

Auctoribus] Monent enim, ne inter amicos tale quidquam dicatur, quale tu ad me ſcripſiſti, hoc inquam: *Diſputabant; ego contra diſſerebam.*

Diſputabant] Contra te Cicero.

Contra diſſerebam] Cum ego te contra illos defenderem.

Dicebant] Ideo legationes a te impeditas, quia meæ laudi inimicus eſſes.

Voluiſſes] Id enim ei dixerat L. Clodius. epiſt. 5. & 6.

Taurum ipſe tranſiſti] Quod hominis alieni & fugientis congreſſum fuiſſe, ſcripſit epiſt. 6. ad Atticum autem epiſt. 16. lib. 5. *Appius, ut audivit nos venire, in ultimam provinciam ſe conjecit, Tarſum uſque, ibique forum agit.* Et in ſequenti ad eundem: *Appius noſter, cum me adventare videret, profectus eſt Tarſum Laodicea: ibi forum agit; cum ego ſim in provincia. quam ejus injuriam non inſector.*

Conventus] Juris dicendi cauſſa.

Pag. 149. *Non dicam plura*] Quæ mihi de te dicta ſunt.

Objurgem] Quod malevolorum ſermonibus aures dediſti.

Culpa eſt] Qui genus ſermonis inducis in amicitiam noſtram minime liberale.

Quod audis] Cum iſtiuſmodi ſermonibus non debueris credere.

Mea ratio] Eodem modo epiſt. 5. *Tua ratio poſtea eſt commutata.* Et epiſt. 9. lib. 1. *Mea ratio fuit alia. Mea*, inquit, *ratio conſtans & gravis reperietur:* pro, nihil inconſtanter aut leviter commiſi: perpetuam quandam in tota amicitia noſtra conſtantiam & gravitatem ſervavi: cum tua ratio neque conſtans fuerit, id quod ex vitato congreſſu poſſum ſuſpicari; neque gravis, cum credideris Phrygum & Lycaonum malevolis de me ſermonibus. epiſt. 10. in extremo.

Aſtutiorem] Quaſi conſulto ad legationes impediendas meum edictum accommodaverim. quæ aſtutia videtur.

Callidius] Cum ironia. potius enim ſtultitia, quam calliditas eſt.

Non arbitrarer] Non enim fore putabam, ut in provinciam irem. epiſt. 2.

Jure optimo] Nam, ſi ego te in provincia læderem, tu me abſentem jure optimo deſereres.

Quod te putem nolle dici] Recte: nec aliter eſt in antiquis libris. nam illa inferiora ſubjungit Cicero ad Appium conſolandum; *Hos ego ſermones, &c.* Quis autem non laboraſſe Appium credat, ſi ſuæ cohorti malediceretur? debet enim, qui provinciæ præeſt, non ipſe tantum vacare culpa, ſed ſuos quoque præſtare. quod Cicero fratrem ſuum Aſiæ proconſulem, diligenter monet in illa præclara de officio proconſulis epiſtola.

Male dicitur] *Male dicere alicui*, eſt de fama ſermonibus detrahere.

In plures] Non enim tibi, ſed tuis male dicitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Pag. 150. *Clodius*] L. Clodius, præ-ectus fabrum. epiſt. 5.

Aliorum improbitate] Vſitata ratio timinis derivandi. nam & in Ver. l. 2. *Ajunt eum*, inquit, *queri ſolere non umquam, ſe miſerum, quod non ſuis, ſed iorum comitum peccatis & criminibus rematur.*

Multi ſunt] Ut reprimere non potue-m, etiam ſi vellem.

Non offendunt] Nec enim tu aliorum ıcta præſtare debes.

Laceßivi numquam] Non excitavi, on commovi.

Repreßi] Sic Cœlius epiſt. 1. lib. 8. *os ſermones repreßit.* Et epiſt. 9. ejuſ-em libri: *Retudit ſermones.*

Neminem bona fide in gratiam redire] ermonum hæc erat cauſſa improbis ominibus.

Dißimilitudine] Vide epiſt. 13. lib. 2. c ad Att. epiſt. 1. lib. 6.

Lædi ſe putat] Notat homines pro-inciales, qui non eoſdem e Cicero-is inſtitutis fructus caperent, quos ex ppii adminiſtratione capere conſue-erant. Huc ſpectat id, quod ſequitur: *iberalitas tua latius in provincia patuit.* t illud paullo poſt: *Non debent mirari omines me eſſe acerbum ſibi, ut ſim dul-is mihi.* Alii legendum arbitrantur, *ædi te putat*: diſcedentes primum ab ntiquis libris, deinde etiam (ut mihi ideor oſtendiſſe) a mente Cicero-is.

Pag. 151. *Liberalitas tua*] Cum vi-leatur eum laudare, carpit, quaſi ex lieno liberalem.

Vt hominis nobilißimi] Excuſat qua atione poteſt Appii inſtituta. nobili-as enim ad liberalitatem hortatur. Sed le nobilitate quid ipſe ſentiat, ſuperio-re docuit epiſtola.

Limavit aliquid] Detrivit aliquid, de-traxit, imminuit, ut lima ſolet. Hic moneo lectorem, cui fucum fieri non patior, in omnibus, quos ego adhuc iderim, antiquis libris, pro *Limavit*, ſſe, *Limabit*, uno dumtaxat excepto, n quo eſt, *Limitavit.* quo equidem tot ibrorum conſenſu valde moveor: nec puto, ſi quid obſcurum nobis eſt, aut etiam corruptum videtur, propterea ſtatim repudiandum. *Limitare* autem *de alicujus prolixa natura*, fortaſſe eſt, quod aliquis prolixe & liberaliter facere conſueverit, id quaſi intra limites reducere, quos largiendo tranſire non liceat.

Propter quandam triſtitiam temporum] Callide; ne videatur ſua ſponte ab Appio diſſentire. Temporum, inquit, ratio liberalitatem reſpuit, in qua fortaſſe te, ſi ſoluta mea voluntas eſſet, imitarer.

Ad largiendum ex alieno] Acerbe in Appium. quaſi ejus liberalitas ex alieno fuerit, ideoque late patuerit in provincia.

Quibus alii moventur] Sapientis enim eſt, parere temporibus. epiſt. 9. lib. 4.

Acerbum ſibi] Quia largitiones Appii non imitor.

Vt ſim dulcis mihi] Vt meæ laudi conſulam. aperta tranſlatio, contrariis expreſſa, ut in Lælio: *Scitum eſt illud Catonis, multo melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videntur.*

Aut oneris] Fortaſſe ne quid ei mandaretur, ſi Parthi in Syriam irrumperent: quod poſt M. Craſſi necem timebatur.

Aut temporis] Suſpicabatur fore, quod accidit, ut ſucceſſor ei non mitteretur propter Gallias impedita provinciarum omnium ſucceſſione. qua de re epiſt. 10. lib. 8. & 10. libri ſecundi.

Hortenſium] Q. Hortenſium oratorem.

Noſtrum collegam] Collegam Appii & Ciceronis in auguratu: quod legitur in prœmio libri de claris orat. & Philip. 2.

Familiarem] Appio quidem ita ſtuduit, ut eum, a Dolabella accuſatum, defenderet. in Bruto.

Sententia bima] Vt provinciæ per biennium ab iiſdem obtinerentur.

Pag. 152. *Amanum*] Quo in monte

quæ geſſerit, ſcripſit ad Cœlium ep. 10. lib. 2. ſed copioſius ad Catonem epiſt. 4. lib 15.

Mopſueſtiæ] Opidum Ciliciæ, cujus in gymnaſio Syriæ rex Seleucus, Grypi filius, ob tyrannidem iniquiſſimam a populo crematus eſt. Appianus in Syriaco.

Parthico ornatu] Quo plus terroris inferrent. finitimi Syriis Arabes ſunt: ideo facilis irruptio eſt. epiſt. 8. libro 8.

Pompejum noſtrum] Quo abſente infirma reſp. videtur. ad Att. epiſt. 11. lib. 5. *Pompejus mihi quoque videbatur in Hiſpaniam iturus. id ego minime probabam: qui quidem Theophani facile perſuaſi, nihil eſſe melius, quam nuſquam illum diſcedere.* Reverſus tamen e provincia, ut contentiones inter Cæſarem & Pompejum ſedarentur, cenſuit, ut in Hiſpaniam iret: de quo ſic epiſt. 6. lib. 6. *Eundum in Hiſpaniam cenſui. quod ſi feciſſet, civile bellum nullum omnino fuiſſet.*

Hiſpaniam] Quam per legatos abſens adminiſtrabat, acceptam lege Trebonia in quinquennium.

EPISTOLA IX.

Pag. 153. *Vix tandem*] Quantopere eas Appii litteras exſpectaret, hoc principio ſignificat. ſero enim nimis videtur fieri, quod vehementer cupimus.

Dignas Ap. Clodio] Quaſi aliæ Appii litteræ non tam ipſius voluntate, qui natura ad humanitatem inclinaret, ſed ob ſermones improborum ſcriptæ ſint.

Urbanitatem] Humanitatem illam, quæ in urbanis hominibus agnoſcitur. epiſt. 7. *Homo, mea ſententia, ſumma prudentia, multa doctrina, plurimo rerum uſu: addo urbanitatem, quæ eſt virtus, ut Stoici putant.* Et epiſt. 8. *Te hominem non ſolum ſapientem, verum etiam (ut nunc loquimur) urbanum.*

Ex Aſia] Ex ea parte Aſiæ, quæ ad provinciam Ciliciam non pertinuit.

Proficiſci] Romam, ut te laudarent.

Appianorum] De quibus epiſt. 7.

Reſcripſi tibi ſubiratus] Iracundiæ confeſſio ſatisfactio quædam eſt, præſertim cum adjunxerit, *Conſcientiam meæ conſtantis erga te voluntatis.*

Liberto meo] Libertum ſuum vocat quod ejus uxoris libertus eſſet. id quod oſtendit epiſt. 4. & 5. lib. 2. ad Att. aut duo Philotimi fuerunt, unus Ciceronis, alter Terentiæ libertus.

Cognovi] Culpam in alios confert, quo levius peccaſſe Appius videatur. nam omnino peccatum aliquod in eo fuit, quod audierit, & crediderit. epiſt. proxima: *Sin alii tecum hæc loquuntur; tua tamen, quod audis, culpa non nulla eſt.*

Acceſſeris] Non enim introierat, quia triumphum ſperabat.

Fide] Poſt gratiam reconciliatam.

Officiis tuendis erga te obſervantia] *Tueri*, non eſt *defendere*, ſed *colere*: ut epiſt. 68. lib. 13. *Tuebor omni obſervantia patrem tuum.*

Conſtantia] Confirmat illud, quod dixit: *Mea ratio in tota amicitia noſtra conſtans & gravis reperietur.* Omnino ſignificat, ſe, poſt reconciliatam gratiam, amici officio numquam defuiſſe: itaque fidem & conſtantiam ſuam hic nominavit.

Parem gratiam] Operam Appio ſuam Cicero navarat in ſupplicatione impetranda. epiſt. 13. *Cum de tuis rebus geſtis agebatur, inſerviebam honori tuo.*

Studio & benevolentia] Addidit benevolentiæ nomen; quia multi ſtudent, nec tamen diligunt.

Vel amore potius] Major in amore vis, quam in benevolentia: ſicuti plus eſt amare, quam diligere. epiſt. 14. lib. 9. *Quis erat, qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum acceſſit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe.* Et epiſt. 47. lib. 12. *Ut ſcires, eum non a me diligi ſolum, verum etiam amari, ob eam rem tibi hæc ſcribo.* Epiſt. 1. ad M. Brutum: *Clodius tribunus pl. deſ. valde me diligit, vel, ut ἐμφα-*

τικώ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ικώτερον dicam, valde me amat. Et d eundem ex incerto libro apud Noiium: *Sic igitur facies, & me aut amais, aut, quo contentus ſum, diliℯs.*

Spe] Ex tuis rebus geſtis, & quia am adeptus erat ſupplicationem: quæ riumphi prærogativa quædam ſolebat ſſe, ut ait Cato epiſt. 5. libro decinoquinto.

Facilius conſequerer] Exemplo tuo, um ego quoque Ciliciæ præſim; nec nihi, ſucceſſori tuo, negari poſſe videatur, quod tibi conceſſum ſit.

Pag. 154. E'πικύρειον] Eſſet hoc ejus hominis, qui Epicuri ſententiam equeretur, id eſt, qui ad ſe ipſum omnia referret, & in ſua utilitate cuncta poneret. epiſt. 12. libro ſeptino.

Dignitas atque amplitudo] *Amplitulinem* & *dignitatem* conjunxit etiam piſt. 5. lib. 1.

Longi ſubſellii] Senatum ſignificat, a quo tarde omnia explicarentur.

Judicatio] In judicandis rebus, de quibus conſulitur. petebatur enim a enatu triumphus: deinde facto S. C. ex ad populum ferebatur, ut ei, qui triumphaturus eſſet, eo tantum die, quo triumpharet, imperium in urbe eſſet. alioqui urbem introire cum imperio nemini licebat. itaque de Pontinii triumpho legem a Ser. Galba prætore latam eſſe, legimus in Dione libro 39.

Item unum alterumve diem] Conſuetudinem ſenatus in protrahendo rerum exitu ſignificat.

Reliquum promiſi] Scripſerat ad Ciceronem Appius librum unum de jure augurali, reliquos promiſerat. epiſt. 4. & 11. & Feſtus in verbo *Solliſtimum.*

Tale quiddam] Ob hanc fortaſſe cauſſam, ut Appium remuneraretur, ſcripſit Cicero librum de auguriis, quem Cariſius nominat.

Conſiderandum eſt] Si gratus eſſe volo.

Quonam genere] Quo muneris genere: id eſt, quid ad te ſcribam, ut te remunerer.

Videar] Si, accepto a te munere, nihil remittam.

Ut ſupplicatio] Pro rebus in Amano monte geſtis: ex qua victoria imperator appellatus eſt. quamquam Pindeniſſum etiam poſtea cepit. epiſt. 10. libro ſecundo, & 4. lib. 15.

Pag. 155. *Difficultas navigandi*] Miſit enim litteras ad ſenatum menſe Januario. quod ad Att. epiſt. 20. lib. 5. ſatis oſtendit.

In ipſum diſceſſum ſenatus] Diſcedebat ſenatus Aprili menſe, cujus fere dies omnes vel ludis dabantur, vel feſti erant, vel comitiales, quibus haberi ſenatum non licebat. id quod ex antiquis dierum faſtis, quos a nobis explanatos edidimus, licet intelligere. erant autem inter ludos, qui dabantur Aprili menſe, Megalenſes, quos ædiles curabant. Romani vero ab iiſdem ædilibus Septembri menſe dabantur: quorum item cauſſa ſenatum diſceſſiſſe, ex iis verbis conjicio, quæ ſunt libro primo de Orat. *Dici memini, ludorum Romanorum diebus L. Craſſum, quaſi colligendi ſui cauſſa, ſe in Tuſculanum contuliſſe. veniſſe eodem Q. Mucius dicebatur, & M. Antonius.*

Incidiſſe meas literas] Ex quibus referri ad ſenatum de ſupplicatione mea, ideo fortaſſe non potuit, quia frequens ſenatus non affuerit: infrequenti enim ſenatu fieri S. C. non potuerat: quod oſtendimus epiſt. 9. lib. 1. in eo loco: *Mihi eſt ſenatus aſſenſus, ut de agro Campano, frequenti ſenatu, idibus Maji referretur.*

Imperator appellatus] Devictis Amanienſibus. epiſt. 10. lib. 2. & 4. libro decimoquinto.

Aliis rebus additis] Capto Pindeniſſo die quinquageſimo ſeptimo, poſtquam oppugnari cœptum erat. epiſt. 4. lib. 15.

Æſtiviſque confectis] Cum in hiberna milites dimittuntur; nec jam bellum geri per anni tempus licet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA X.

Pag. 156. *DE temeritate eorum*] Dolabellam ſignificat, qui Appium accuſaverat.

Tibi negotium faceſſerent] Te accuſarent. *Negotium* & pro re ſimpliciter capitur, ut alibi, & pro re moleſta ac difficili, ut cum additur verbum *Faceſſere*. quid autem accuſatione moleſtius ac durius? In Verrem: *Cum audiſſent ei negotium faceſſitum.* Pro Cluentio: *Si cui forte negotium faceſſetur. Faceſſere periculum*, in eadem ſententia dixit in Divinatione: *Exhibere negotium*, libro 3. Off.

Vt me collegi] Cum ad rationem me quieto animo revocare cœpi. Sic epiſt. 9. lib. 1. *Collegi ipſe me, & cum ipſa quaſi rep. ſum collocutus.*

Cetera] Quod ad periculum accuſationis attinet.

In tuis] Præſertim in Pompejo, ejus filiæ ſocero, & in Bruto genero: quos pro Appii abſolutione laboraſſe, patet ex epiſtola ſequenti.

Etiam honori] In adverſis enim virtus elucet, &, ut aurum igne, ſic innocentia ſententiis judicum probatur.

Ereptum] Recitemus Cœlii verba ex epiſtola nona libro octavo, quæ locum interpretantur: *Non dubito, quin perlatum ad te ſit, Appium a Dolabella reum factum; ſane quam non ea, qua exiſtimaveram, invidia. neque enim ſtulte Appius, qui, ſimul atque Dolabella acceſſit ad tribunal, introierat in urbem, triumphique poſtulationem abjecerat. quo facto retudit ſermones; paratiorque viſus eſt, quam ſperaverat accuſator.*

Ego ſemper judicavi] Nam, ſi triumphum exoptaſſet, conſul non depoſuiſſet. qua de re epiſtola ſecunda libro quinto, copioſe autem epiſt. 4. lib. 15. quin ipſa verba recitabo: cur enim meo labori parcam, ut alios labore levem? *Si quiſquam fuit umquam remotus & natura, & magis etiam, ut mihi quidem ſentire videor, ratione atque doctrina, ab inani laude, & ſermonibus vulgi; ego profecto is ſum. teſtis eſt conſulatus meus: in quo ſicut in reliqua vita, fateor ea me ſtudioſe ſecutum, ex quibus vera gloria naſci poſſet. ipſam quidem gloriam per ſe numquam putavi expetendam. itaque & provinciam ornatam, & ſpem non dubiam triumphi neglexi.*

Victor] Abſolutus.

Triumphum] Tantum enim honorem, tantam lætitiam, abſolutus, ex inimicorum dolore capies, quantum, ſi triumphans urbem introires.

Nervis] Propter virtutem tuam. tranſlatio eſt a corpore ad animum.

Opibus] Dixi jam, quantumcumque eſt, quo valemus, *Opum* nomine totum ſignificari.

Conteſtans omnes deos] Teſtes vocans omnes deos.

Promitto] Ad Cœlium etiam epiſtola 12. libro ſecundo ita ſcripſit: *Poſt hoc negotium, & temeritatem noſtri Dolabellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo.*

Malo enim dicere] Ominis cauſſa, *dignitatem* potius, quam *ſalutem*, nominat; ne periclitari Appius de ſalute videatur.

Pag. 157. *Gravitate imperatoris*] Ponderis enim plus habebunt officia mea, ob acceptam mihi ex imperatoris nomine dignitatem.

Suſcepturum officia] Ne quis ex provincia Romam iret, ut adverſus Appium teſtimonium diceret. hinc illud epiſtola ſequenti: *De mercenariis teſtibus, a ſuis civitatibus notandis, niſi jam aliquid factum eſt per Flaccum, fiet a me, cum per Aſiam decedam.*

Omnia volo a me & poſtules & exſpectes: vincam meis officiis cogitationes tuas] Non diſſimilis illa ſententia epiſtola ſexta libro primo: *A me omnia ſumma in te ſtudia officiaque exſpecta. non fallam opinionem tuam.* Et hic infra: *Quid mihi mandaſti, in quo non exſpectationem tuam diligentia mea vicerim?*

Injuriam mihi fieri putabam, cum rogabar] Tale illud epiſtola nona libro primo: *Tuæ res mihi tantæ curæ ſunt, ut me nolim admoneri; rogari vero ſine magno dolore*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ore vix poſſim. Ideo dixit epiſt. 13. l. 9. *Peto a te, vel, ſi pateris, oro.* Rogarat autem Appium Cicero, ut præſta- ſibi quidquid poſſet pro ſalute ſua. & elius epiſt. 9. lib. 8. *Appius in te ximam ſpem habet.*

Pompejum] Socerum filiæ tuæ.

Vnum ex omnibus] Pluris facio, quam nes.

Brutum] M. Brutum, Appii generum. iſt. 4.

Facinus] Quod non liceat.

Dedecus] Quod non deceat. gravius tem *Facinus*, quam *Dedecus*.

Pontinius] C. Pontinius, Ciceronis gatus, prætorius, qui de Allobrogis triumphaverat, Appio ipſo conſule ljuvante. epiſtola decima ſexta libro arto ad Atticum: *Erit cum Pontinio Appius conſul.*

Tractatus eſt] Quia conſul Appius, ut oxime dixi, adjutor ei fuit in obtiendo triumpho.

Fide] Cum debitam amicitiæ fidem æſtitiſti.

Pag. 158. *A me invitiſſimo*] Sic ma-, quam, *Invitiſſime*: nam, Pontinium on libenter diſceſſiſſe, verba illa ſatis ſtendunt, *Maximis rebus ſuis coactus.* unc ſignificationem ſuæ voluntatis & moris in Pontinium Cicero dat, cum quit, *A me invitiſſimo.*

Laodiceam] Vt in provincia operam aret, ne teſtes in Appium Romam rent, ex quo patet, accuſatum Appium le rebus in provincia geſtis, quibus najeſtatem populi Romani læſiſſe videretur.

Amplitudini iſta ſollicitudo futura] Idem aliis verbis paullo ante, *Iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore.*

Si vero efficis, ut cenſores creentur] Quod ſi accidat; fore non dubitat, ut Cenſor ipſe Appius creetur. itaque ſubjungit: *Et ſi ita geſſeris cenſuram.* creatus autem eſt cum L. Piſone, in quem exſtat Ciceronis oratio. epiſtola decima tertia libro octavo. De Divinatione libro primo. Dio lib. 40. oratione contra Salluſtium.

Et potes] Cum tibi neque animus neque conſilium deſit.

Prorogetur] Ne quid ad hoc annuum provinciæ munus temporis addatur.

Hic tibi ſatisfecerimus] Paullo ante dixit, *Promitto atque confirmo, me pro tua dignitate (malo enim dicere, quam pro ſalute) in hac provincia, cui tu præfuiſti, rogando deprecatoris, laborando propinqui ſuſcepturum officia atque partes.*

Navare] Præſtare, tribuere.

Hominum atque ordinum] Epiſtola quoque nona libro primo, conjunxit homines & ordines: *Cum me comitiis centuriatis, cunctis ordinibus, hominibuſque incumbentibus, omnibus denique ſuis viribus reſp. recuperaſſet.* Ordines autem in civitate tres fuere, ſenatus, equites, plebs.

Minime miranda, & maxime jucunda] *Nec miror, & gaudeo*, dixit epiſtola prima libro 10.

Ampla] Vt mihi plurimis in rebus uſui eſſe poſſit.

P. 159. *Iucunda*] Ob multas ſuavitates. addit enim, *Iucunda*; ne videatur eum diligere dumtaxat humanitatis cauſſa.

Vna] Vna in primis. habet enim non tam definiendi, quam augendi vim.

Adoleſcente] Dolabella.

Duobus capitis judiciis] Epiſtola 11. lib. 6. ſcribit ſe Dolabellæ periculis non defuiſſe. *Capitis* autem *judicium* fuit, quo libertas aut civitas amittebatur.

Oblivisceretur] Amicitiæ, quæ mihi tecum intercedit, rationem non haberet.

Vel ornamentis, vel præſidiis] Iis rebus, quæ vel ornamento, vel præſidio eſſe poſſunt: quas memorat epiſt. 13. lib. 2. *Quid*, inquit, *eſt cauſſæ, cur mihi non ſit in optatis, complecti hominem florentem ætate, opibus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis?*

Vt leviſſime dicam] Non dicam, omnia, ſed, multa deeſſent.

Sermo ſtultus] Dictitabat fortaſſe, probari a Cicerone accuſationem illam, hoc argumento, quod ſibi tunc filiam ſuam collocaſſet.

Cœlio] Hæ Cœlii litteræ, quas hic Cicero ſignificat, non exſtant. nam in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

iis, quas habemus, nulla ſermonis hujus Dolabellæ mentio fit. de jungendo autem inter eum & Tulliam, Ciceronis filiam, matrimonio, loquitur Cœlius in duabus epiſtolis, 9. 12. libro octavo.

Pag. 160. *Conjunctionem*] Amicitiam, quæ antea fuerat. epiſtola undecima libro ſexto.

Novam] Nuptiis filiæ conciliatam.

Neque id eſt obſcurum] Multos enim & illuſtres, & ex ſuperiore, & ex æquo loco, ſermones habitos eſſe cum ſumma Appii laude, dixit epiſtola octava.

Alienum tempus eſt] Ne ſatis gravem ex accuſatione curam ſuſtinenti hoc etiam addam moleſtiæ.

Neceſſarium] Quia ſignificatur in tuis litteris ſuſpicio quædam & dubitatio.

Legationi] Hac de re vide epiſtolam octavam.

Si clam, magis aperte inimicus] Si quis eſt, qui ſe veteribus ita libris addixerit, ut locum conjecturæ nullum relinquat; legat hic, *Sic jam magis aperte inimicus eſſem.* nam ita diſerte ac plane in antiquioribus libris, etiam in illo Mediceo, ſcriptum eſt. ſin perquirenda veritas eſt, & licet a mendoſis incorrupta diſtinguere: dubitandum, opinor, non erit, quin hic pro, *Sic jam*, reponatur, *Si clam*; pro *Eſſem*, *Eſſe*. quod olim a ſingulari viro, Petro Daneſio Pariſienſi, Epiſcopo Vaurenſi, quem ab adoleſcentia mea dilexi vehementer & colui, acute animadverſum ita probavi, ut imprimi voluerim. neque hæc poſtea conjectura hominibus eruditis, cum & ipſi has epiſtolas emendarent, diſplicuit.

Quæ ſunt ii] Epiſt. 8. *Si quis eſt, qui neminem bona fide in gratiam putet redire poſſe; non noſtram is perfidiam coarguit, ſed indicat ſuam.*

In obſcuro odio] Si clam te odiſſem. quod proxime dicit.

In quo tibi nihil nocerem] Iterat illud, *In quo potui, ſi te palam odiſſem, minus, quod tibi obeſſet, facere?*

Ad me adire quoſdam memini, nimirum ex Epicteto, qui dicerent] Quis non videt, abundare illud, *Nimirum ex Epicteto?* quod vitium nec olim in noſtris libris hærere paſſus ſum; & nunc eo magis in ſententia confirmor, quod a veteribus octo libris noſtram opinionem video comprobari. Præterea, non ex Epicteto, ſed ex multis civitatibus ad Ciceronem adiere, ut immoderatis ſumptibus levarentur. quod epiſtola octava demonſtratur his verbis: *Apameæ cum eſſem, multarum civitatum principes ad me detulerunt, ſumptus legatis decerni nimis magnos.* Adde his Lambinum in Notis.

Nimirum ex Epicteto] Licet alii credant quod lubet, ego tres illas dictiones, *nimirum ex Epicteto*, Ciceronis eſſe non exiſtimo, neque hactenus in vetuſtis codicibus inveni: ut mirari non ſatis poſſim, Florentinis qui venerit in mentem affirmare, in omnibus eas eſſe libris manuſcriptis: cum ego in nullis hactenus quidem legerim: quanquam & multos, & vetuſtiſſimos habuerim.

Pag. 161. *Non tam imperavi, quam cenſui*] Non tam hoc imperii, quam judicii fuit. non hoc pro imperio feci, ſed quod ita faciendum cenſui.

Ad legem Corneliam] Sumptum videtur lex Cornelia definiiſſe, cum ad eorum laudem, qui provinciis præfuiſſent, legationes Romam mitterentur. huc illud ſpectat, quod ſcriptum eſt epiſt. 8. *Laudaturum me, ſi quis ſuo ſumptu functus eſſet officio; conceſſurum, ſi legitimo; non permiſſurum, ſi infinito.*

Rationes civitatum] Tabulæ publicæ, in quas accepti expenſique ratio refertur.

Induxit] Vſurpari ſolitum eſt hoc verbum in expenſis perſcribendis. eodem modo locutus oratione 2. in Rullum: *Vt agros, inquit, a vobismet ipſis emptos, quanti velletis populo Romano induceretis.* Et in Verrem libro primo: *Tutores, pecuniam prætori ſi pupillæ nomine dediſſent, grandem præſertim, quemadmodum in rationem inducere poſſent, non videbant.*

Non modo ſublatus] Vetitos, edicto meo.

Quere-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Quererer] Quod leviſſimis homini-
s aures præbueris. epiſt. 8. *Tua, quod dis, culpa nonnulla eſt.*

Hoc tuo tempore] Cum ſis reus, nec dere laboranti moleſtiam debeam. iſt. 9. libro primo: *Scripſi tres libros temporibus meis.* epiſt. 6. libro ſendo: *Novitate meorum temporum.* ad tt. epiſt. 12. libro undecimo: *Eum ti- commendare hoc meo tempore non audeo.* on videtur hoc loco, quod ad refelndas Grammaticorum inanes nugas rtinet, omittendum. Clamant, ac ne jurejurando confirmant, in iis reis, quæ ad ſecundam perſonam refentur, ſemper *Iſte*, non *Hic*, uſurpari litum in Latina lingua. qui ſi dilinter, quam late pateat uſus Latini rmonis, attendiſſent: non dubito, in aliter ſentirent. de Appii accuſaone dixit hic Cicero, *Hoc tuo tempore,* on *iſto.* & ad Furnium, epiſt. 25. lio decimo: *Hæc ambitioſa feſtinatio.* m tamen de Furnii feſtinatione loueretur. Cœlius etiam epiſt. 8. lib. 8. *ec exiguitas copiarum:* de provinciali iceronis exercitu. Hujus generis exnpla, quæ vitandæ ſatietatis cauſſa ætermitto, Cicero multa ſuppeditat: i mihi vel unus pluris eſt, quam ones Grammatici.

Nihil de te] Non contra te, ſed pro e diſputabo.

Nihil in me] Multis argumentis oendit, cur Appius malevolorum ſeronibus non debuerit credere. arguenta autem ducit primum a perſona a, cum ait, *Nihil in me:* deinde a perna Appii, cum ſubjungit: *Florentiſſii hominis:* tum a tempore, in eo, *Ejus xiſtimationem oppugnare in provincia, jus laudem domi defenderis:* ab ipſa re, um inquit, *In ea re animum oſtendere imicum, in qua nihil obſis:* ab ingrati nimi culpa, cum inquit, *Quid erat aum:* a conſtantia ſua, *Quid in conſulatu o fruſtra mecum egiſti:* ab utili, *Quid ibi tandem erat utilius?* a ſtudiis, a nſuetudine, a litteris, *Quid illa vinla:* ab hominum opinione, *Quid illa ndem popularia?* poſtremo a Cn. Pompeji perſona, *Quis umquam tanti, &c.*

Perfidioſum & inſidioſum] A quibus vitiis longe vir bonus abeſt, & is, qui ſe ſtudiis optimis liberalique doctrinæ dediderit.

Humile] Refertur ad illud, *Si ſatis magni animi.*

Iejunum] Ad illud, *Non minimi conſilii.* cujus enim conſilii eſt, jejunum quiddam ad lædendum deligere, & oſtendere voluntatem nocendi, in quo nocere nihil poſſit?

Agnoſcere] *Agnoſcere*, & hic, & alibi non numquam, verum fateri eſt. epiſt. 4. lib. 4. *Illam partem excuſationis nec agnoſco, nec probo.*

Sin aſtutum & occultum lubet fingere] Epiſtola 8. *Quod ſi quis me aſtutiorem fingit.*

Pag. 162. *Quid eſt, quod minus cadere in ejuſmodi naturam poſsit*] Epiſt. 8. *Quid poteſt eſſe callidius, &c.*

Florentiſsimi hominis] Epiſt. 13. lib. 2. *Quid eſt cauſſæ, cur mihi non ſit in optatis, complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis.*

Ejus oppugnationem oppugnare in provincia] Idem epiſt. 8.

Cujus laudem] Præſertim in ſupplicatione, de qua in epiſt. ult.

In qua nihil obſis] Dixit idem paullo ante. Et ſimiliter in Verrem: *Vt conjecturam faceretis, qualem in his rebus in me L. Metellum fuiſſe putaretis, in quibus rebus obeſſe mihi poſſet, cum in hac re tam aperta cupiditate fuerit, in qua nihil obfuit.*

Ne tunc quidem] Ne tempore quidem exſulii mei, cum actum eſt de me reſtituendo.

Prope neceſſe eſſet] Quia frater tuus, P. Clodius, me oppugnaret.

Eas agere partes] Oppugnare ſalutem meam.

Cognoviſſem] Reverſus in patriam ab exſulio.

Expetiſſet] Nam, qui in gratiam inviti redeunt, rurſus amicitiam facile diſcindunt. Vtitur Cicero hoc verbo ad tollendam occulti odii ſuſpicionem.

Te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Te Puteolis proſequerer] In provinciam proficiſcentem: quod in more fuit. epiſt. 6. libro 13. *Cum te proſequerer paludatum.*

In quo non exſpectationem tuam diligentia mea vicerim] Supra, *Vincam officiis meis cogitationes tuas.*

Affines] Maxime Pompejus & M. Brutus. epiſtola quarta.

Aſtutia] Quod utilitatem meam ſpectaverim.

Sapientia] Eſt enim ſapientis, ejus amicitiam expetere, in quo illa ſint, quæ proxime nominavit.

Pag. 163. *Atque hæc domeſtica*] Hæc, quæ commemoravi, privata ſunt, & inter nos: exponam nunc, quæ publice nota ſunt, ac populo patent. *Atque*, non copulat, ut alibi: ſed concludit. Epiſt. 1. lib. 6. *Atque hæc eo pertinet oratio, ut perditis rebus omnibus, tamen ipſa virtus ſe ſuſtentare poſſe videatur.* Interdum & concludit, & viam ſimul aperit ad aliam ſententiam, aut ad aliam argumenti partem: ut Phil. 1. *Atque hæc communiter cum collega: illa porro propria Dolabellæ.* Simile illud epiſt. 2. lib. 12. *Sed hæc tolerabilia: illud non ferendum.* Et Phil. 2. *Sed hæc vetera, illud vero recens, Cæſarem meo conſilio interfectum.*

Quid illa tandem popularia] Notanda tranſeundi ratio, colligata ſententia unico verborum ambitu, & inducto novorum argumentorum initio: ut Tuſcul. 1. *Vetera jam iſta, & religione omnium conſecrata: quid in hac rep. tot tantoſque viros, ob remp. interfectos, cogitaſſe arbitramur?* Et in Verr. libro tertio: *Privatim hoc modo: quid publice?*

Reditus illuſtris in gratiam] Cum enim clari in civitate viri in gratiam redeunt, non poteſt eſſe obſcura illa reconciliatio, præſertim ex graviſſimis inimicitiis. accedit illud, quod, cum in gratiam per Pompejum rediiſſent, auctoritate & opibus eximium, illuſtris eo quoque nomine reditus in gratiam fuit. rediiſſe autem in gratiam auctore Pompejo, ex epiſtola Ciceronis ad M. Brutum, cujus teſtimonio utitur Quinctilianus, intellexi.

Ne per imprudentiam quidem errari poteſt ſine ſuſpicione perfidiæ] Confirmat hoc, quod ſcripſit Cœlius epiſt. 9. libro octavo de Appio a Dolabella accuſato: *Cum quo ſimultates ſi tibi non fuiſſent, liberius tibi de tota re eſſet. nunc, ſi ad illam ſummam veritatem legitimum jus exegeris, cavendum tibi erit, ne parum ſimpliciter & candide poſuiſſe inimicitias videaris.* Et in oratione pro Gabinio: *Ego cum omnes amicitias tuendas ſemper putavi ſumma religione & fide, tum eas maxime, quæ eſſent ex inimicitiis revocatæ in gratiam: propterea quod integris amicitiis officium prætermiſſum, imprudentiæ, vel, ut gravius interpretemur, negligentiæ excuſatione defenditur: poſt reditum in gratiam ſi quid eſt commiſſum, id non neglectum, ſed violatum putatur, nec imprudentiæ, ſed perfidiæ aſſignari ſolet.*

Ampliſſimi ſacerdotii] Auguratus, fuit enim uterque augur. epiſt. 4. & libro ſecundo epiſt. 13. *Ampliſſimum* autem vocat *ſacerdotium*, non quia ceteris præſtaret; nam ea quidem dignitas pontificatus maximi fuit; ſed quod eſſet inter ampliſſima. Pontificatum autem maximum vere *ſacerdotium ampliſſimum* vocat Phil. 13. Augures autem inter ſacerdotes fuiſſe, indicat Plinius lib. 8. cap. 28. his verbis: *Artem auguria ſecere apud Romanos: & ſacerdotum collegium vel maxime ſollemne eſt.*

Reſtitutum] Cum me ab exſulio revocavit.

Cum ipſe abeſſet] Diu abſuit Pompejus, bellorum cauſſa. geſſit enim Hiſpanienſe, Piraticum, Mithridaticum; cum Cicero aut magiſtratus gereret, aut certe ſenator eſſet.

Contentionem meam] Summum ſtudium. epiſt. 9. lib. 1. *Cæſaris, ut illum defenderem mira contentio eſt conſecuta.* epiſt. 6. libro ſecundo: *Quantopere mihi eſſet, omni non modo contentione, ſed etiam dimicatione elaborandum.*

Pro Milone] Reo ob necem P. Clodii.

Adverſantem actionibus ſuis] Cicero enim pro Milonis, amiciſſimi ſui, ſalute contende-

ccendebat: Pompejus conſul id,quod
a pub. eſſet, diligenter curabat: itaque,
cu judicium de Milone fieret, forum
a atis militibus ſepſit: quod queritur
C ero in oratione pro Milone.

Pag. 164. *Invidia*] Quia ſuſpicio
fi, conſilio Ciceronis Clodium a Mi-
l e interfectum: idque Plancus & Q.
P mpejus tribuni pleb. ſeditioſis con-
c nibus perſuadere populo conati ſunt.

Armis denique texit ſuis] Exercitum
e tempore Pompejus in urbe habuit,
i quid reſpubl. ei commiſſa, detrimen-
t aperet. quam rem, ut novam & in-
j tam, accuſat Cæſar his verbis libro
t tio de bell. civ. *Non nullos ambitus*
mpeja lege damnatos, illis temporibus,
ibus in urbe præſidia legionum Pompejus
huerat, in integrum reſtituit. Quod au-
n ait, *Texit*, explanatur hic locus epi-
la Balbi lib. 9. ad Att. in qua ſunt
c: *Mihi placet, te ad eum ſcribere, &*
eo præſidium petere, ut petiſti a Pom-
o temporibus Milonianis. Præſidium
tem illud Cicero petiit metu plebis
Clodii necem concitatæ.

Phrygi, aut Lycaoni] Phrygiam &
caoniam ad provinciam Ciliciam
rtinuiſſe, vel hic locus oſtendit.

Filius] Cneus. nam Sextum Libo-
s filiæ virum fuiſſe puto: ut diximus
iſt. 4.

Eas ad me litteras miſerit] Filium a
ompejo, non modo litteras, ad Cice-
nem Appii cauſſa miſſum iri, credi-
m eſt. epiſt. 9. libro 8.

Ita de me meriti] Cum mihi patriam,
beros, ſalutem, dignitatem, memet &
ſum mihi per illum reſtitutum pu-
m.

Quæ a me perfecta, quæque inſtituta
nt, cognoſce] Alii, *Profecta*, mihi pla-
t, *Perfecta*: nec tamen placet ſine au-
toritate veterum librorum. & recte
onjunguntur; *Quæ perfecta jam, quæque*
ſtituta ſunt. Cognoſce, dixit, quia cum
itteris commentarium mittebat de re-
us a ſe pro Appio actis & agendis. par-
em quidem ipſius epiſtolæ deſiderari
ullam puto. quamquam alii contra
entiant.

Quæ a me perfecta, quæque inſtituta ſint, cognoſce] Florentini, *quæ a me profecta.* nos veterem lectionem conſervamus: dicit enim, exponere ſe velle, non ſolum, quæ pro Appio jam perfecerit, ſed etiam quæ inſtituerit. expoſuit autem, opinor, in commentario, quem literis adſcriptum mittebat.

Magis pro dignitate, quam pro periculo] Sic in principio hujus epiſtolæ: *Me pro tua dignitate (malo enim dicere, quam pro ſalute.)*

Pag. 165. *Audiemus*] Audiit. cenſor enim creatus eſt Appius, ut paullo ante oſtendimus, cum L. Piſone.

Magiſtratus] Non proprie: ſi jurisdictio aut imperium magiſtratum facit. nam neque jus dicebant cenſores, nec imperium habebant.

Maximi animi] Cum cenſor ſummos viros, etiam conſulares, e ſenatu interdum ejiceret.

Summi conſilii] Valeat conſilio cenſor, opus eſt, cum de univerſa civitate judicet, omniumque plane civium notandorum poteſtatem habeat.

Cogitanda eſſe cenſeo] Opinor hic adjuncta fuiſſe, quæ a ſe perfecta & inſtituta dixit.

P. VICTORIUS.

Pag. 161. *Nimirum ex Epicteto*] Mirantur nonnulli quod dixerim, in omnibus quos vidi manu ſcriptis, tria hæc verba eſſe, cum ipſi in nullis invenerint: quod tamen ſine cauſa faciunt: illa enim merito admirationem movere debent, quorum cauſa obſcura eſt, & facile explicari non poteſt: hujus rei ratio proclivis & aperta eſt, quia tantæ vetuſtatis ac probitatis codices nacti non ſunt. Quod ſi illi qui & eruditi ſatis & diligentes ſunt, ea repudiarunt poſtquam a me declarata & confirmata ſunt, mirantur librarios imperitos & negligentes homines, quamvis in libris unde exſcribebant invenerint, ea reliquiſſe? Omnes qui neſcirent *Epictetum* regionem eſſe, monſtra verba illa putarent. Cur autem tantopere diſplicere debeant non video, nec ipſi aliquid afferunt. Num barbara ſunt, & parum Ci-
cerone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cerone digna? aut illarum ſententia abſurda eſt? Atqui docebo aliis in locis, cum de ſimili re ageret, Ciceronem eodem pacto locutum eſſe: nam de puritate harum vocum ambigi non poteſt. In Verrem, LXXXI. *De qua expugnatione cum legati ad C. Neronem in Aſiam, Samo veniſſent:* eandem enim vim hic habet *Samo*, quod ſupra *ex Epicteto.* Neque ego tam impudens aut ſtultus eſſem qui hæc fingerem quæ facile redargui poſſunt: ſemper enim præ me tuli ex duobus maxime hæc exemplaribus accepiſſe, quorum alterum eſt in Divi Marci, alterum in nobiliſſima Medicex familiæ bibliotheca. illa autem omnibus diei horis ab unoquoque videri ac tractari poſſunt. Conferebam jam hunc libellum quum Lodovicus Faber ac Donatus Ianoctius, humaniſſimi atque eruditiſſimi viri, hunc induſtria ſua ac diligentia laborem meum adjuvare volentes, ut qui his ingenuis literis valde delectantur & mihi honorique meo amiciſſimi ſunt, ad me ſcripſerunt, ſe quoque hæc ſæpe ſuis ſedibus injuſte exturbata verba in duobus manu ſcriptis exemplaribus reperiſſe, qui ſunt optimi ac liberaliſſimi hominis Ioannis Gaddii, quod mihi audire jucundum fuit: illa enim Romæ poſita in illuſtri ac ſtudioſis hominibus ſemper aperta atque hoſpitali domo, fidem meam defendent, & me ab omni crimine vindicabunt.

EPISTOLA XI.

Pag. 166. P*ramum*] Ciliciæ fluvium.

Majeſtatis] Quo eum crimine Dolabella reum fecerat.

Permultum ante] Reſpuunt hoc aures meæ, cum Latini ſermonis conſuetudo, *Permulto ante*, requirere videatur. quamquam, Valla quid ſcripſerit, non me fugit. ſed in antiquis fero omnia, (quamquam, mendoſa non eſſe, quis præſtat?) non omnia tamen imitor.

Inſignibus ad laudem viris] *Inſignia ad maximam laudem*, dixit etiam in Oratore.

Complexus] Præ gaudio ex tua abſolutione ſuſcepto.

De ambitu vero quid intereſt, inquies, an de majeſtate] Hactenus Appio, judicio majeſtatis abſoluto, gratulatus eſt Cicero: deinceps bene ominatur de ambitus judicio, quod ſupererat. æque enim in utroque crimine expertem culpæ eſſe Appium oſtendit: ipſumque inducit hoc modo interrogantem. Putas idem eſſe, de ambitu & de majeſtate abſolvi, an aliquid intereſſe? id eſt, qui exitus fuit judicii de majeſtate, eundem ne fore putas ejus judicii, quod de ambitu fiet? Reſpondet Cicero. Ad id, quod agitur, ad cauſſam tuam nihil intereſt. nam, etſi diverſa ſint crimina, nec neceſſe ſit, qui de majeſtate abſolvatur, eundem abſolvi de ambitu: tamen, cum tu majeſtatem auxeris, ambitum non attigeris, quis eundem judicii exitum non exſpectet? Abſoluta hac parte, quæ tum ad gratulationem facti judicii, tum ad amovendam futuri moleſtiam pertinet, convertit Cicero orationem contra Dolabellam; ut Appium duplici afficiat gaudio, primum ex iis, quæ de ipſo jam dixit, deinde ex iis, quæ in ejus accuſatorem dicturus eſt. Verumtamen, inquit, ex duobus criminibus, quæ tibi objicit accuſator, alterum in ipſum potius conferendum videtur; cum ſit majeſtas, ut Sulla ſua lege ſanxit, ne in quemvis impune declamare liceat; ille vero te prorſus innocentem, ut oſtendit judicii exitus, accuſavit: itaque lege Cornelia puniendus: ab altero autem cum te longiſſime abeſſe omnes judicent; (honorum enim tuorum curſus cui ſuſpectus umquam fuit?) ſequitur, ut improbe te Dolabella, malevolentia impulſus accuſet.

Pag. 167. *Declamare*] Palam maledicere, ac de fama detrahere. quod ſi majeſtatis crimen eſt: multo magis, cum homo innocens accuſatur.

Ambitus] Ambitum eſſe, cum honores

...res pecunia quæruntur, ignorat ne-
...).

Ita apertam vim habet] Hoc loco *Vim* ...ipio pro natura : ut ſit quaſi ambitus ...initio. ſic locutus libro primo Off. ...*plex eſt vis animorum atque natura.* & ...Orat. *Eloquentiæ vim & naturam ex-* ...*emus.*

Improbe] Improbus eſt, vel qui am- ...um accuſat, vel qui defendit. cum ...in largitio facta, aut non facta igno- ...i non poſſit; nemo vir bonus ejus ...icti nomine quemquam accuſabit, ...o eum vacare ſatis liqueat. rurſus ...cens reus improbe defendet, quod ...ltorum teſtimonio probetur. im- ...bus igitur Dolabella, qui te de am- ...u accuſet, cujus honorum curſus ne- ...ni ſuſpectus umquam fuit. Hoc to- ...n pro Appio contra Dolabellam, ge- ...rum ſuum, tempori ſerviens Cicero ...legit: quod factum excuſat in epiſtola ...Cœlium lib. 2. his verbis : *Quid, ſi* ...*am legas, quam ego tum ex tuis litteris* ...*ſi ad Appium? quid agas? ſic vivi-* ...

Riſus] Patefacta, atque exagitata ...cuſatoris tui levitate ac ſtultitia.

Bonorum & fortium] Nam neque ti- ...da probitas, neque improba forti- ...do utilis reip.

Pag. 168. *Vel ætatis*] Non modo ...noris, verum etiam ætatis.

Orba] Vt orbati parentibus pupilli ...os tutores caros habent, incolumeſ- ...e eſſe cupiunt.

Pompeji & Bruti] Vnam ex duabus ...ppii filiis uxorem duxerat Cn. Pom- ...ji filius, alteram M. Brutus. epiſt. 4. ...utus vero & laudavit reum Appium, ...defendit. illud ex Diomede; hoc ex ...ro de claris Orat. conſtat.

Fidem] Affinitati debitam.

Virtute & officio] Virtute, quod po- ...erint; officio, quod noluerint ac la- ...oraverint.

Omnium ſæculorum & gentium prin- ...*is*] Eundem ornavit, laude ſingulari, ...iſt 7. *Quem omnibus, qui umquam fue-* ...*nt, antepono.*

Juventutis] Vere. nam probitate, doctrina, animi magnitudine, ſtudio in remp. neminem cum M. Bruto conferendum fuiſſe, quis negabit?

Mercenariis] Qui mercede conducti ex Aſia Romam iverant, ut in Appium teſtimonium dicerent.

Per Flaccum] Cum loquatur de iis, qui ex provincia, cui præfuerat Appius, contra eum Romam profecti erant: non poſſum ſuſpicari, Flaccum proprætorem eſſe. nam eandem provinciam Cicero poſt Appium rexit. aliquis fortaſſis de Ciceronis cohorte fuit, in Aſiam ab eo miſſus, ut mercenarios teſtes a ſuis civitatibus notandos curaret.

Per Aſiam] Nunc enim erat in Cilicia.

Quaſi formam] Tranſlata verba, ne aſperitatem habeant alieno loco, molliuntur præpoſitis adverbiis, *Quaſi*, *Tamquam*, *Veluti*, & ſimilibus. *Forma* eſt ad cujus exemplar aliquid fit, ut ædificium. ſed *forma* transfertur ad multas res, & uſurpatur ita ſæpe, ut jam in proprii fere verbi naturam tranſierit: itaque nihil interdum, molliendi cauſſa, Cicero præponit, ut epiſt. 8. lib. 2. *Abs te futura exſpecto: ut ex tuis litteris cum formam reip. viderim, quale ædificium futurum ſit, ſcire poſſim.*

Communium] Quæ ad omnes æque pertinent.

Quam timebam] Hoc anno, id eſt L. Paullo, M. Marcello coss. diſſidere cœpit a Cæſare Pompejus, ſero timens, quem ipſe cum antea ſemper, tum biennio ante conſul tertium auxerat. epiſt. 6. lib. 6.

Majora præſidia] Poteſt hoc quoque ad illud referri, *Quam timebam.*

Se ad Pompeji ductum applicaverunt] Vt Pompejus, tamquam dux omnia regeret.

Rempub.] Quæ putabatur eſſe in partibus Pompeji.

Nam] Alibi, *Nam*, cauſſam rei antecedentis demonſtrat, hic ad aliam ſententiam transjicit. ut epiſt. 9. lib. 1. *Nam de Appio quod ſcribit.* & epiſt. 16. lib. 2. *Nam, quod rogas, ut reſpiciam generum meum.* Et epiſt. 32. lib. 7. *Nam,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

de judiciis quod quereris, multo laboro minus.

Augurales libros] Quos Appius de jure augurali ad Ciceronem ſcripſerat epiſt. 4. & 9. ad Attic. autem lib. 10. epiſt. 7. *Auguria*, inquit, *me incitant ex quadam ſpe non dubia, non hæc collegii noſtri ab Appio, ſed illa Platonis de tyrannis.* Feſtus in verbo *Solliſtimum.*

Tua promiſſa] Reliquos augurales libros, primo antea miſſo, quos Cicero epiſtola 9. petierat his verbis: *Velim, reliquum quod eſt promiſſi ac muneris tui, mihi perſolvas.*

Ad urbem] Eorum more, qui ex provincia cum imperio reverſi ad urbem exſpectant, ut eis triumphus decernatur. epiſt. 8. *Videbam te hanc epiſtolam, cum ad urbem eſſes, eſſe lecturum.*

Otioſiſſimum] Non, ut poſtea cognovit, accuſationis cura impeditum. ex quo diutius ad urbem otioſe permanere Appio non licuit; ſed, abjecta triumphi poſtulatione, urbem ingreſſus eſt. epiſt. 9. lib. 8.

Orationes tuas] Vel quas habuit pro ſe ipſo in majeſtatis judicio, quo erat abſolutus: vel quibus antea varias cauſſas defenderat. nam eum in Bruto nominat Cicero inter oratores, ac laudat his verbis: *Ap. Claudius, collega, & familiaris meus, & ſatis ſtudioſus, & valde cum doctus, tum exercitatus orator, & cum auguralis, tum omnis publici juris, antiquitatiſque noſtræ bene peritus.*

Tullius] Non videtur hic eſſe L. Tullius legatus, de quo epiſt. 3. lib. 15. & ad Att. epiſt. 4. 11. 21. lib. 5. ſed potius ex familiaribus Appii, quod Ciceronis verba demonſtrant. fuere igitur quinque Tullii, præter Ciceronem noſtrum. hic familiaris Appii, & L. Tullius legatus, & M. Tullius ſcriba, de quo epiſt. 20. lib. 5. & L. Tullius Montanus, de quo epiſt. 50. ad Attic. lib. 12.

Pag. 169. *Bis ad te ſcripſi*] Duas epiſtolas ſignificat, 8. & 10. in quibus leviter Appium accuſat, quod improborum ſermonibus crediderit. nam de vitato congreſſu queritur epiſt. 6. de Appianorum vero ædificatione impedita purgat ſe epiſt. 7.

Quod genus querellæ] Non enim te, quod improbus ipſe eſſes, ſed quod improbis credidiſſes, accuſavi.

Diſertæ] Ornate loquentes.

Ariſtarchus] Grammaticus Alexandrinus Ariſtophanis diſcipulus, ut in Cariſio & Suida legimus. is Homeri verſus judicavit, ut veros ab adulterinis ſecerneret. epiſt. 10. lib. 9.

Proavo] Ap. Claudio Cæco, qui cenſor aquam Claudiam in urbem perduxit, anno urbis CDXLI. ſed is antiquior, quam proavus. parum enim ſubtiliter Cicero temporum rationem examinat. Quid, quod idem in hujus App. Cæci mentione non ſolum ab hiſtoria diſcrepat, cum appellet hic proavum, qui longiore diſtat intervallo, ſed ipſe etiam ſibi non conſtat: nam quem in hac epiſtola proavum, in oratione de haruſpicum reſponſis abavum Clodii vocat. *Ne id quidem ſentis*, inquit, *conniventes illos oculos abavi tui magis optandos fuiſſe, quam hos flagrantes ſororis?* Fuit autem Ap. Cæcus P. Clodii non proavus, aut abavus; ſed tritavus: quod ex faſtis maxime Capitolinis licet colligere. ſimilis ἀνιςορησία Ciceronis in oratione pro domo cognoſcitur: *C. Atinius*, inquit, *bona Q. Metelli avi tui, Q. Metello conſecravit.* Metellum Macedonicum (hunc enim ſignificari, ex Plinio lib. 7. c. 44. & epitome Liviana lib. 59. cognovimus) avum appellat Q. Metelli Nepotis, qui tum conſul erat, cum proavus ejus, non avus fuerit. nam Macedonici filius Balearicus genuit Nepotem, patrem hujus Nepotis, quem Cicero appellat: quod Pedianus in commentario Cornelianæ, & faſti etiam Capitolini declarant.

EPISTOLA XII.

V*Irtutis, induſtriæ*] Multis rebus ornat virtus & induſtria: ſed multis virtute

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...tute præditis non numquam deſuit ...duſtria ; qua excellunt ii, qui & ...ompte res aggrediuntur, & diligen... perficiunt.

Pag. 170. *Ne in tabellæ quidem late...*] In tabellis quibus judices abſolve...nt, aut condemnabant reos, latere ...terat malevolentia. quis enim ſciret, ...uo damnatus eſſet? quæ tamen in ...ellis occulte impugnare Appium ...levolentia potuit, nulla fuit: quo...m ſententiis omnibus abſolutus ...

Non horum temporum, non horum ho...num atque morum] Tempora ſunt ...mica virtuti, hominum voluntas ad ...gitium propenſa, mores conſuetu...ne corrupti. quis igitur exitum ju...ii tui tam glorioſum exſtitiſſe non ...retur?

De me autem] Quod autem ad filiam ...eam, accuſatori tuo collocatam, per...et: ſuſcipe meam perſonam, ut pu... te eſſe, qui ego ſum: tum intelliges, ...hi ignoſcendum eſſe, nunc hæſitan... quia nec tu facile inveneris, quod ...as. hæſito autem, quia neque poſ...n dicere probari a me novam affini...em, quæ cum accuſatore tuo contra... ſit; nec improbare debeo, ne ma... omnibus proſequar eam rem, quam ... quoque mihi proſpere cupis eveni...

Eum te eſſe finge qui ego ſum] Epiſt. 23. ... 7. *Fac quæſo, qui ego ſum, eſſe*

Si facile inveneris] Tibi accidet, quod ...c mihi, ut non invenias, quod di... ita intelliges, ignoſcendum nunc ... hæſitationi meæ. quod ſi invene..., quod dicas, ne ignoſce.

Hæſitationi meæ] Quia non poſſum ...licare, utrum mallem, factas, an ...ectas cum Dolabella nuptias. ſi fa..., lædi videtur amicitia noſtra, cum ...ſatoris tui affinitatem probem: ſi ...o infectas, non ominabor optime de ...e conjugio. quod cum ita ſit, æquum ..., a te ignoſci hæſitationi meæ. ſin ...er ſentis: finge te eſſe, qui ego ſum; ...uoque hæſitabis.

Sed ita cecidiſſe] Sed quod ita ceciderit, ut agerentur eo tempore, cum tu reus eſſes; omnino felicitatem aliquam & ſpero, & opto; verumtamen cum hac ſpe conjunctus dolor eſt, quod acta ſint eo tempore, quo ego minime voluiſſem: quem mihi dolorem minuit ſapientia & humanitas tua: ſapientia, quod cum perſpicies hanc rem, me inſciente, a meis eſſe factam, prorſus omni me culpa liberandum intelliges: humanitas, quod nihil te durius de me ſuſpicari tua natura patietur.

Pag. 171. *Opportunitas temporis*] Non enim opportuno tempore facta res eſt. itaque, ut rem ipſam probem, tempus tamen probare non poſſum.

Ea de re] De nuptiis.

Neque non me tamen mordet aliquid] Quiddam tamen eſt, quod moleſte feram, hoc videlicet, quod quo tempore Dolabella tuam ſalutem oppugnabat, eo ſit a meis ei filia mea in matrimonio collocata.

In quo unum non vereor] In quo unum certo ſcio, non te parum perſpicere, &c.

Ab aliis] A M. Cœlio. epiſt. 9. l. 8. tres antiqui libri, *Ab illis*: quinque, *Ab aliis*.

Tam longe] In provincia.

Ad me ne referrent] Falſum: nam retulit ad eum Cœlius. epiſt. 9. l. 8.

Rem probaſſem] Probari a ſe rem oſtendit, ne male ominetur. proxime: *Neque enim triſtius dicere quidquam debeo ea de re, quam tu ipſe ominibus optimis proſequeris.*

De tempore] Vtrum affinitas cum Dolabella, quo tempore Appium accuſabat, jungenda, an poſt exitum judicii rejicienda; ne quid Appio ejus conjugii fama, propter auctoritatem, & gratiam Ciceronis, apud judices noceret.

Laborantem] Cum non facile reperiat, quod dicat in ea re, quam neque improbare vult, ne filiæ nuptias omine parum læto proſequatur, neque improbare audet, ne Appium offendat. ideo, ſe hæſitare jam dixit, & inſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tutæ orationis exitum non reperire.

Jam tunc] Cum ex amicorum litteris de Dolabellæ & filiæ matrimonio cognovi.

Omnia negotia] Quæ pro Appii abſolutione in majeſtatis judicio facere poterat. nam, quod ad ambitum pertinet, nullum Ciceronis provinciale negotium ei prodeſſe poterat: cum ambitus largitio ſit in urbe facta obtinendi honoris gratia.

Studio] Ad animum pertinet, ac voluntatem: ad operam autem id, quod ſubjunxit, *Acrius, apertius.* quod paullo poſt declarat his verbis, *Benevolentior tibi, quam fui, nihilo ſum factus, diligentior quidem ad declarandam benevolentiam multo.*

Annuo] Annuum erat provinciarum imperium. de qua re in epiſt. 7. lib. 1.

Decedenti] Primus deceſſionis dies fuit, III. Kalend. Sext. ut apparet ex epiſt. 6. & ad Attic. epiſt. 15. lib. 5. epiſt. 3. lib. 6.

Ante diem III. *non.*] Perinde eſt, ac ſi dixiſſet, III. *non.* id ex lib. 16. epiſt. 5. ad Tironem intelligi facile poteſt. *Ante diem* III. *non.* veteres dicebant, id eſt, die tertio ante nonas. nam, cum dicitur, III. *non.* conciſa locutio eſt: quæ integra eſſet, ſi diceres, III. *die ante nonas.* qua non utebantur antiqui, ſed ejus loco, *Ante diem* III. *nonas.*

Sidam] Maritimam partem provinciæ vocat epiſt. 5.

Servilius] Amicus Appii; qui fortaſſe iverat in provinciam, tum ut Appium Ciceroni præſens commendaret; tum etiam ut hominum provincialium odia in Appium leniret; ne Romam, dicturi adverſus eum teſtimonia, proficiſcerentur. quibus enim rapinis provinciam Appius exhauſtam reliquerit, qui gemitus conſecuti, ſcribit ad Attic. Cicero epiſt. 15. & 16. lib. 5. & epiſt. 1. lib. 6.

Pag. 172. *Benevolentior, quam fui, nihilo ſum factus, diligentior quidem ad declarandam benevolentiam multo*] Similis locus epiſt. 60. lib. 13. *Cujus calamitas etiam officioſiorem me facit in illum: nam benevolentior, quam ſemper fui, eſſe non poſſum.*

Vetus] Quæ ante annos aliquot eſſe cœperat, quo tempore inter Ciceronem, & P. Clodium, Appii fratrem, exortæ inimicitiæ ſunt, M. Piſone, M. Meſſalla coss. ad Atticum epiſt. 14. lib. 1.

Simultas] Simultas occultum & mediocre poſt benevolentiam odium eſt.

Stimulabat] Non ſimultas, quæ tunc nulla erat, ſed ejus memoria.

Ficte reconciliatæ gratiæ] Ideo ſcripſerat Cœlius ad eum epiſt. 9. lib. 8. *Cavendum tibi erit, ne parum ſimpliciter & candide poſuiſſe inimicitias videaris.*

Affinitas] Dolabellæ, Appii accuſatoris.

EPISTOLA XIII.

Pag. 173. *QUaſi divinarem*] In ipſo litterarum exordio a ſuis in Appium officiis benevolentiam captat: quod mire valet ad id, quod petimus, impetrandum. Incipit autem, *Quaſi divinarem*; quia, cum Appio ſupplicationem curavit, revera de provincia non cogitabat: itaque dixit epiſt. 2. *Cum & contra voluntatem meam, & præter opinionem accidiſſet, ut mihi cum imperio in provinciam proficiſci neceſſe eſſet.* Ita & auget officium ſuum erga Appium, & ſe ipſum ambitione liberat.

Tali in officio] In ſupplicatione.

De tuis rebus geſtis] Pro quibus ſupplicationem petebas.

Inſerviebam] Hoc verbo ſumma diligentia declaratur, quam domino ſervi debent, &, niſi ſint improbi, præſtant.

Plus, quam acceperas, reddidiſti] Probitatis eſt, acceptum beneficium non diſſimulare: liberalitatis, etiam augere verbis: idque genus omnino quoddam eſt gratiæ referendæ, quo hic utitur Cicero. Eſt autem præclara inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ter eos conſuetudo, qui mutuis offi-
is amicitias ita colunt, non ut paria
ribus, ſed ut majora, quam accepe-
nt, reddere conentur. ita, quos
ictus amor parit, iiſdem alitur atque
getur, nec unquam aut ſine amore
uctus, aut ſine fructibus amor eſt.
Bruto: *Illud Heſiod:um laudatur a
ctis, quod eadem menſura reddere ju-
t, qua acceperis, aut etiam cumulatio-
, ſi poſſis.* Et lib. 1. Offic. *Si ea quæ
ceperis utenda, majore menſura, ſi
odo poſſis, jubet reddere Heſiodus: quid-
am beneficio provocati facere debemus? an
n imitari agros fertiles, qui multo plus
ferunt, quam acceperunt?* ad Att. e-
ſt. 12. lib. 15.

Quid enim ad me non perſcripſit] Tri-
ıs modis hanc explicare ſententiam
otuit, vel affirmantibus verbis, hoc
odo, *Omnes ad me perſcripſerunt:* vel
eminata negatione, ſic, *Nemo ad me
n perſcripſit:* vel interrogando; quod
cit: quia modus hic efficacior eſt, quam
liqui duo, & ad ſignificandum valet
urimum.

Auctoritate orationis] Quæ ceteros
ommovere potuit. cujus enim vita
robatur, cujus in privatis publiciſque
ognita virtus eſt, ejus exemplo facile
ucuntur omnes.

Sententia] Qua Ciceroni ſupplicatio-
em decrevit.

Domum veniendo] Ad magiſtratus, ut
os de ſupplicatione Ciceronis rogaret.
piſt. 9. lib 1. *Noſtrum ſtudium exſtabit
n conveniendis magiſtratibus.*

*Nullum onus officii cuiquam reliquum
eciſſe*] Nihil cuiquam faciendum re-
iquiſſe, plane omnia feciſſe mea cauſ-
a.

Hæc mihi ampliora multo ſunt] Appii
morem ſupplicationi, atque adeo re-
us omnibus, quæ proficiſci ab amore
oſſint, anteponit. non enim amor
b utilitatem, ſed utilitas ob amorem
eſtimanda.

Quam illa ipſa] Similem ſententiam
uſurpavit in re diſſimili, lib. 1. de Le-
gib. *Sunt hæc majora, quam illa ipſa,
quorum hæc cauſſa præparantur.*

Laborantur] Cum labore fiunt. Vſus eſt eodem verbo neſcio quo libro, ex quo Lactantius lib. 7. cap. 11. hæc recitat: *Nihil eſt, quod ſit manibus humanis laboratum, quod non aliquando ad interitum redigatur. Elaborari*, dixit epiſtola 16. lib. 9.

Inſignia virtutis] Honores.

Sed virtus] Teſtimonium virtutis mihi das, cum hæc mea cauſſa facis. quam ego laudem pluris, quam illa ipſa, in quibus operam ac ſtudium ponis, debeo æſtimare.

Mihi propono fructum amicitiæ noſtræ ipſam amicitiam] Alii fructum ſibi proponunt amicitiæ, honores, commoda, aliquid omnino: ego, præter ipſam amicitiam, nihil ſpecto: in ea mihi ſtatuo omnes fructus. quanti enim apud me eſſe debet, quod tu me diligas, cum talium virorum tanta ſtudia aſſequi ſola virtus poſſit? Simile illud in Lælio: *Amicitiam, non ſpe mercedis adducti, ſed quod ejus omnis fructus in ipſo amore ineſt, expetendam putamus.*

Qua nihil eſt uberius] Cur ego alios mihi fructus amicitiæ noſtræ proponam, cum neque fructum ullum cum ipſa amicitia conferendum, neque tamen ea quidquam uberius, aut fructuoſius exiſtimem?

Studiis] Litterarum. magna eſſe poteſt in omnibus rebus, maxima vero in communibus ſtudiis ubertas amicitiæ noſtræ. Tacite oſtendit Cicero, quanti fecerit eum librum, quem de jure augurali Appius ad eum ſcripſerat: idque ſibi curæ eſſe, ut ſimili eum munere remuneretur. epiſt. 4. & 9.

Devinctus eſt] Eadem metaphora uſus eſt epiſt. 10. *Quid vincula, quibus quidem libentiſſime adſtringor, quanta ſunt? ſtudiorum ſimilitudo, &c.*

Cum iis artibus] Gratiam init ab Appio promiſſa ſtudiorum conjunctione: quod & ejus doctrinam magni facere, & ad ejus honorem ac laudem velle ſua ſtudia conferre videatur.

Omnes tuos] Callide hoc injecit. non enim id ſolum indicat, quam inique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſerat Appium a Dolabella reum factum; ſed etiam, cum ipſe, graviter læſus, tamen in gratiam cum omnibus Appii propinquis, id eſt cum omnibus Clodiis, redierit, idque ipſius Appii cauſſa fecerit, viciſſim eum debere tanti Ciceronis amicitiam facere, ut ejus generum Dolabellam odiſſe deſinat.

Pag. 174. *Non deſpero*] Petere aperte non audet, ut Dolabellæ reconcilietur: ſed modeſte petit, & Appii humanitati confidere videtur, cum ait, *Non deſpero.*

Nihil ad te] Habet rationem Appii dignitatis, quia pluris facere adoleſcens Dolabella Appii amicitiam, viri in primis honorati, quam contra Appius Dolabellæ, debebat: accedebat æquitas: utrum enim decet, eum, qui injuriam intulit, an eum, qui accepit, de reconciliatione laborare?

Noſtrum eſt onus] Ego efficiam, ut reconciliationis initia a genero meo proficiſcantur.

Intelliges] Re ipſa perſpicies.

Hac re novata] Quod mihi Dolabellam affinitate devinxerim.

Additum potius aliquid] In proxima epiſtola nihil ad ſtudium ac benevolentiam, ſed ad voluntatem quidem benevolentiæ declarandæ multum eſſe additum dixit.

Adverſus magiſtrum morum] Coram magiſtro morum. quaſi epiſtola cenſorem alloquatur. modeſte enim agere in conſpectu cenſorum oportebat. itaque notatum legimus, qui paullo liberius iis præſentibus hiaſſet. *Magiſtri morum* cenſores vocabantur, quia regendis moribus quincto quoque anno crearentur. de quibus Cicero lib. 3. de legib. *Mores populi regunto.* Poteſtatem cenſoriam Trebellius Pollio in Valeriani vita oſtendit his verbis: *Suſcipe cenſuram, quam tibi detulit Romana reſpubl., quam ſolus mereris judicaturus de moribus noſtris. Tu æſtimabis, qui manere in curia debeant: tu equeſtrem ordinem in antiquum ſtatum rediges: tu cenſibus modum pones: tu vectigalia firmabis: divides ſtatum: res publicas recenſebis. Tibi legum ſcribendarum auctoritas dabitur. Tibi de ordinibus militum judicandum eſt: tu arma reſpicies: tu de noſtro palatio, tu de judicibus, tu de præfectis eminentiſſimis judicabis: excepto denique præfecto urbis Romæ, exceptis conſulibus ordinariis, & ſacrorum rege, ac maxima virgine Veſtalium, ſi tamen incorrupta permanebit, de omnibus ſententias feres.*

LIBRI IV.

EPISTOLA I.

Pag. 175. C. *Trebatius*] Juriſconſultus, ad quem miſit Topicorum libros. fuit in Gallia cum Cæſare ante bellum civile commendatus a Cicerone diligenter. epiſt. 5. lib. 7.

Familiaris meus] Et quidem cum eo ſæpe familiariter jocatur in epiſtola lib. 7.

Acceſſiſſem] Reverſus e Cilicia. nam, triumphi ſpe, urbem ingreſſus non eſt. dicebant veteres, *Ad urbem accedere, & Ad urbem eſſe*, de iis, qui extra pomerium, triumphandi ſpe, morabantur.

Propius] Urbem.

De officio utriuſque noſtrum] Quid nos, exorto civili bello, deceat agere. Licebat autem per Cæſarem neutram partem ſequi, & vel in urbe, vel, ubi quiſque vellet, longe ab armis tutam ac quietam vitam ducere. id Pompejus non concedebat, qui diſcedens ab urbe dixerat, hoſtium ſe loco habiturum, qui ſuis in præſidiis non fuiſſet. tueri autem rempubl. Pompejus videbatur, quia conſules omneſque fere magiſtratus ſecum haberet: ſed Cæſaris caſtra firmiora: itaque bonos ac ſapientes cives, quo in numero & fuit, & habitus eſt Sulpicius, jure ſollicitabat officii deliberatio.

Salvis rebus] Salva, incolumi, ſtante rep.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

r. eodem modo locutus eſt, cum de privata loqueretur. epiſt. 30. lib. 7.

Sic enim eſt dicendum] Nunc enim perditæ res ſunt, afflicta repub.

Occidenti] Eadem tranſlatione, *Reviviſcentis reip.* dixit epiſt. 4.

Abſens] Cum eſſet in provincia.

Defenſorem pacis] Nam, cum M. Marcellus conſul & provincias Gallias ante legitimum tempus, & privilegium Cæsari, quod ei populus conceſſerat, ut abſens conſulatum petere poſſet, eripere conaretur; Sulpicius collega reſtitit; quod iniquum putaret ea reſcindi, quæ populus juſſerat; eamque fore civilis belli cauſſam intelligeret. Suetonius.

In conſulatu] Conſule Sulpicio in provinciam Cicero profectus eſt. ep. 3. l. 3.

Poſt conſulatum] Cum C. Marcellus, M. Marcelli frater patruelis, conſul idem in Cæſarem tentavit: ut ſcripſit Suetonius. is enim conſulatum ex Marci fratris auctoritate geſſit: ut legitur epiſt. 9. cui ſucceſſit L. Lentulus, & ipſe Cæſaris cauſſæ acerrimus adverſarius.

Veneram] Ex provincia. venit autem pridie non. Jan. L. Lentulo, C. Marcello coss. abſuit igitur toto anno, quo C. Marcellus, Marci frater, cum Paullo conſul fuit.

Solus eram] Cum dixerit, ſuam & Sulpicii ſententiam de rep. eandem eſſe; ſolus non fuit. quare, *Solus* accipio, id eſt, cum pauciſſimis.

Rudis] Quattuor cauſſas colligit, cur pacem ſuadens nihil profecerit: primum, quod ſero venerit, ita jam aucta diſcordia, ut ſedari vix poſſet: deinde, quod optimæ ſententiæ ſocios non habuerit: tum, quia parum auctoritate valuerit, quod in publica cauſſa, cum ſero veniſſet, rudis eſſe videretur: poſtremo, quod in homines pugnandi cupidos inciderit. ſignificat autem maxime L. Lentulum conſulem, Domitium Ahenobarbum, Scipionem Pompeji ſocerum: quos etiam tacite carpit ep. 14. & lib. 6. epiſt. 21. lib. 9. epiſt. 6. lib. 16. epiſt. 10. & ad Att. epiſt. 11. lib. 8.

Nihil] Cum jam occiderit reſp. quod proxime dixit.

Quam honeſtiſſime] Ut in his miſeriis quam licet honeſte vitam traducamus.

Nec enim] Cauſſam affert, cur nemo ſit, quicum ſibi potius, quam cum Sulpicio, communicandum putet. Noſti, inquit, egregie, quid clariſſimi viri fecerint, quid doctiſſimi faciendum præceperint. itaque, quid nobis quoque faciendum ſit, optime judicabis.

Clariſſimorum] Clariſſimos & doctiſſimos, quia tum a rebus, tum a libris petitur prudentia.

Quos ſemper coluiſti] Quorum libros diligentiſſime legiſti. ſic enim interpretor. aut, ſi quid hoc ad homines ipſos potius, quibus ob doctrinæ præſtantiam Sulpicius honorem ſemper habuerit, referre malit; valde non contenderim: modo illud, *Præcepta*, ſic accipiatur, non quæ e ſermonibus viventium, ſed quæ ex doctiſſimorum libris accepta ſint.

Pag. 177. *Te fruſtra in ſenatum*] Aperire incipit ſententiam ſuam, quam paullo poſt clarius etiam oſtendit, cum ait, urbem eſſe ſine legibus, judiciis, jure, fide; ut in ea bonis, ac ſapientibus civibus, quales Cicero & Sulpicius habiti ſunt, vix jam honeſtum eſſe domicilium videretur.

Conventum ſenatorum] Nam ſenatus appellari non debet, in quo nec ſenatores multi, nec eorum libera, metuque ſoluta voluntas eſt. non enim decerni quidquam poteſt, quod ei diſpliceat, cujus arma dominantur. erat urbs hoc tempore, ac tota jam Italia in Cæſaris poteſtate, Pompejo in Græciam, cum utroque conſule, ac majore parte magiſtratuum profecto.

Ejus] Cæſaris.

Ut te imitarer] Ut irem in ſenatum. id enim Cæſar cupiebat: ne, abſente Pompejo, ſimul abeſſe reſp. videretur. locutus autem erat Sulpicius in ſenatu

de pace, & de Hiſpaniis: quod proxime ſubjungitur: contra quam Cæſar volebat. itaque hoc, *Vt te imitarer*, interpretor, ut iret quidem Cicero in ſenatum, non tamen ut eadem, quæ Sulpicius, de pace, & de Hiſpaniis diceret. Quæ cum Cicero ſe dicturunı oſtendiſſet, *ego vero*, inquit Cæſar, *iſta dici nolo*. epiſt. 17. lib. 9. ad Attic. Iviſſe autem Sulpicium hoc tempore in ſenatum, oſtendit epiſt. 3. lib. 10. ad Att. in qua ſunt hæc: *Facile patior, quod ſcribit, ſecum Tullum, & Servium queſtos eſſe, quia non idem quoque ſibi, quod mihi, remiſiſſet. homines ridiculos; qui, cum filios miſiſſent ad Cn. Pompejum circumſidendum, ipſi in ſenatum venire dubitarent.*

Cum me rogaret] Formiis: quod ex epiſt. 17. & 18. lib. 9. ad Att. intelligitur.

De pace] Ut ageretur de concordia Cæſaris, & Pompeji.

De Hiſpaniis] Senatui non placere, Cæſarem in Hiſpanias contra Pompeji legatos proficiſci.

Oſtendi me eſſe dicturum] Epiſt. 1. lib. 10. ad Atticum: *Quid eſſem de pace dicturus, dixi; ipſe valde repudiavit.*

Dicta ſunt] In ſenatu, antequam Cæſar iret in Hiſpanias.

Rem vides, quo modo ſe habeat] Perditum reip. ſtatum demonſtrat, ut confirmet quod dixit, nihil jam eſſe, licet colloquantur, in quo reip. opitulari poſſint. Notandus Latini ſermonis uſus: *Rem vides, quo modo ſe habeat*: pro, vides, quo modo ſe res habeat: ut apud Cœlium, epiſt. 8. lib. 8. *Noſti Marcellum, quam tardus*. & ad Att. epiſt. 21. lib. 14. *Noſti virum, quam tectus*. Sic Terentius in Ad. *Illum, ut vivat, optant*. & Plautus in Aul. *Tu me, & ego te, qualis ſim, ſcio*. & Cæſar lib. 1. bel. Gal. *Rem frumentariam, ut ſatis commode ſupportari poſſet, timebant.*

Orbem terrarum] *Orbem terræ*. epiſt. 7. lib. 5. *Orbem* ſimpliciter, lib. 2. de rep. apud Lactantium: quod Poetis uſitatius.

Imperiis diſtributis] Cum Italiam & Gallias Cæſar; Hiſpanias, Græciam, & reliquas populi Romani provincias Pompejus teneat.

A;dere bello] Apta tranſlatio: quia nec incendio quidquam citius conſumit, nec igni quidquam bello ſimilius; æque enim proſternit, ac delet quæcunque invaſerit. ad Attic. epiſt. 5 l. 6. *Cum ardeet Sy;ia bello*. In Oratore: *Ex omnibus terris una Gallia communi non ardet incendio.*

Sine legibus] Quarum vocem quis in armorum ſtrepitu exaudiat?

Judiciis] Bello intermiſſis, fuga magiſtratuum. nec vero judiciis locus eſſe poteſt, cum ſublatæ leges ſint.

Jure] Non modo judicia, ſed omnino jus univerſum jacet. legum enim & judiciorum exitium ſequitur juris everſio.

Fide] Pertinet, opinor, hoc ad creditas pecunias: quarum in ſolutione, niſi judicia fiant, debitores fidem non præſtant. Pro lege Manilia, *Scimus*, inquit, *Romæ ſolutione impedita, fidem concidiſſe*. & Cæſar lib. 3. de bello civ. *Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur.*

Relictam direptioni & incendiis] Pompeji, & conſulum fuga. nam cum Cæſar primum Piſaurum, Fanum, Anconam, deinde Iguvium, Auximum occupaſſet, tantus repente, his verbis auditis, in urbe terror invaſit, ut, cum Lentulus conſul ad aperiendum ærarium veniſſet, ad pecuniam Pompejo ex S. C. proferendam, protinus, aperto ſanctiore ærario, profugeret. Cæſar enim adventare, jam jamque adeſſe ejus equites falſo nunciabantur. hunc Marcellus collega, & plerique magiſtratus conſecuti ſunt. Cn. Pompejus, pridie ejus diei ex urbe profectus, iter ad legiones habebat, &c. Hoc ipſe Cæſar ſcripſit lib. 1. bel. civ. Dio l. 41. & Cicero ipſe ad Tironem, epiſt. 11. lib. 16. *Patriam ipſam vel diripiendam, vel inflammandam reliquimus*. & ep. 2. lib. 8. ad Att. *Non expulſi, ſed evocati*

e patria;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

trias; quam non ſervandam ad redi- n ſtrorum, ſed diripiendam inſlam- idamque reliquimus.

Audeam] Eo redacta res eſt, ut nec are quidquam audeam: cum tamen are multa, vel ſine ſpe, ſoleamus. de illud lib. 1. de Orat. *Inſperanti bi, ſed valde optanti, cecidit, ut in m ſermonem delaberemur.*

Sin] Sæpius, antecedente *Si* uſur- tur: interdum tamen ſimpliciter, ut . 1. de Orat. *Plerique ad honores adi- cendos, & ad remp. gerendam nudi niunt, atque inermes, nulla cognitio- rerum, nulla ſcientia ornati: ſin ali- is excellit unus e multis, effert ſe.*

Homini prudentiſſimo] Eidem in epi- ola ſequenti ſummam tribuit ſapien- im, in tertia prope ſingularem.

Colloqui] De officio utriuſque no- um. quod Trebatius ſcripſerat.

Longius] Formiis enim, aut prope, it initio belli civilis. epiſt. 10. lib. 16. *aliæ regiones deſcriptæ ſunt, quam quiſ- ue partem tueretur: nos Capuam ſumpſi- us.* Et epiſt. 11. *Ego adhuc oræ mari- mæ præſum a Formiis.* Et ad Att. e- ſt. 11. lib. 7.

Invitus] Quia relicta ſit direptioni : incendiis, & quia non leges in ea, on judicia, non jus, non fides ulla . epiſt. 30. lib. 7. *Cupio aliquo perve- ire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec cta audiam.*

Si quid] Si quam ob rem.

Exire ex urbe] Vt colloquamur.

Fortaſſe arrogo] Fortaſſe enim mihi ſſentor, cum mihi tantundem, quan- um tibi, tribuo. *Arrogare* dicimur *obis ea*, quæ noſtra non ſunt.

Statuerimus] Vt nobiſmetipſis con- ulamus: quoniam nihil jam videmur pitulari poſſe reip.

EPISTOLA II.

'ag. 179. P*Hilotimum*] Libertum Te- rentiæ Ciceronis. epiſt. 3. ib. 8. epiſt. 18. l. 14. & ad Att. epiſt. 5. ib. 6.

Poſtumia] Vxor Sulpicii, de qua Sue- tonius in Julio ſic: *Pronum & ſumptuo- ſum in libidines fuiſſe conſtans opinio eſt, plurimaſque & illuſtres feminas corrupiſſe, in quibus Poſtumiam Ser. Sulpicii, Lol- liam A. Gabinii, Tertullam M. Craſſi, Cn. Pompeji Muciam.* Hoc nomen cum originem inde duxerit, quod, qui poſt humatum parentem naſcerentur, *Poſtu- mii* dicebantur, tamen in antiquis nummis, & lapidibus Capitolinis ſine aſpirandi nota ſcriptum eſt.

Servius] Sulpicii filius, patris præ- nomine; quo appellabantur filii primo loco nati. Hic Sulpicii filius ad obſi- dendum Brundiſii Cn. Pompejum ive- rat. epiſt. ultima lib. 9. ad Attic. & 3. & 12. lib. 10. ad eundem.

In Cumanum.] Quo poſſet cum Ci- cerone colloqui. epiſt. 8. lib. 10. ad Att. *Servium*, inquit, *exſpecto: rogor enim ab ejus uxore, & filio.*

Meum conſilium] Quid tibi agendum ſit.

Auctoritate] Ob honores magna cum laude adminiſtratos. geſſerat autem Sulpicius biennio ante cum M. Marcel- lo conſulatum.

Quid rectiſſimum ſit] Eadem ſenten- tia epiſt. 19. lib. 5. iiſdem fere verbis: *Quid rectum ſit, apparet; quid expediat, obſcurum eſt.*

Non poteſt eſſe dubium] In epiſt. 19. lib. 5. dixit, *Dubitare non poſſumus.* o- ſtendit eundum ad Pompejum, etiam- ſi non expedire videatur.

Meam cauſſam] Vt idem ab utroque capi conſilium oporteat. nam *conjuncta mea cauſſa cum tua eſt*, valet, eodem in ſtatu ſumus, eadem ratio eſt, perti- net idem ad utrumque noſtrum. Con- trarium eſt illud in epiſt. 9. lib. 1. *Mea ratio fuit alia.*

Nihil eſſet utilius] Vt quidem ipſe Cicero putabat, cui, quod honeſtum, id unum utile videbatur. Cæſar autem nihil melius, quam regnare exiſtima- bat: itaque verſus illos Euripidis de Phœniſſis in ore habere ſolitus eſt,

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι

Κάλλιστον ἀδικεῖν· τ᾽ ἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών.

Quos Cicero ita vertit lib. 3. Off.

Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratia
Violandum eſt: aliis rebus pietatem colas.

Pag. 180. *Defendenda pace*] Genus loquendi, pro, ſi pacem defenderemus: ut in proœmio lib. 1. Off. *Orationem Latinam, legendis noſtris, efficies pleniorem:* pro, ſi noſtra leges.

Nos fefellerit] Non Cæſar, ſed id quod arbitramur. dicimus enim ſimpliciter interdum, *Non me fallit.* Fefellit autem in eo Ciceronem opinio, quod Cæſar, cum ei nihil eſſet utilius concordia, rem tamen ad arma deducere maluerat.

Geruntur] A Cæſare in Hiſpania contra Pompeji legatos; pulſo enim Italia Pompejo, ad urbem Cæſar excurrit, inde in Hiſpaniam. Quo autem tempore cum Sulpicio collocutus eſt Cicero, bellum in Hiſpania gerebatur. id cognoſcitur ex epiſt. 11. 12. lib. 10. ad Att.

Geſta ſunt] Cum Pompejus ejectus Italia ſit, Cæſar urbe & Italia ſit potitus.

Curſus rerum] Vt enim adhuc, ita deinceps armis agentur omnia.

Qui exitus] Perſpicis exitum fore vel Cæſaris, vel Pompeji tyrannidem. epiſt 11. lib. 8. ad Att. *Vterque regnare vult.* & alibi ſæpe.

Ergo] Cum videas, quem in locum res deducta ſit; ſequitur, ut, in urbe ſi manſerimus, vel probare ea, quæ fient, quod turpe eſt, vel ſaltem intereſſe cogamur, etiam ſi non probemus: quod periculoſum erit.

Quorum altera] Sic in decem antiquis libris: in duobus, *Quarum.* antiquitatem magis redolet, *Quorum:* & vereor, ne quis ob verbum, *Altera*, ſcribendum putaverit, *Quarum.*

Reſtat] Cum videas, probare turpe eſſe; intereſſe etiamſi non probes, periculoſum; reſtat, ut diſcedendum putemus.

Quod conſilium] De diſceſſu dubitandum non eſt: reſtat deliberatio, quid conſilii diſcedentes capiamus, maxime quidem, quo nos conferre debeamus.

Numquam] Quia ſalutis publicæ ſpes nulla ſupereſt.

Non ſit conjunctum] Satis plane ſignificat, ſi velit Sulpicius ad Pompejum tranſire, colloquendum eſſe: alioqui non oportere: ſibi enim captum jam eſſe conſilium. id cognoſcitur ex epiſt. 13. lib. 10. ad Att. *Servium*, inquit, *exſpecto, nec ab eo quidquam* ὑγιές. Cum in eadem paullo ante ſcripſerat, ſe de Hiſpania cogitare.

Exſpectabo] Et hoc verbo captum ſibi de diſceſſu conſilium oſtendit.

Quod tuo commodo fiat] De hoc loquendi genere dictum eſt epiſt. 1. lib. 1.

Servio, & Poſtumiæ] Epiſt. 8. l. 10. ad Att. *Hic ego Servium exſpecto: rogor enim ab ejus uxore & filio.*

EPISTOLA III.

Pag. 181. *Sollicitum*] Ob remp. ſervitute oppreſſam. jam enim Cæſar, iterum devictis Pompeji partibus, unus omnia tenebat.

Præcipuo] Cum enim commune ſit exitium, cur tu præcipue doleas? Iterum Plancium admonuit epiſtola ultima: *Non debes aut propriam fortunam & præcipuam poſtulare, aut communem recuſare.*

Quodam] Ita loquimur, cum ſingulare quiddam notamus, ut epiſt. 4. lib. 2. *Eſt enim tibi gravis adverſaria conſtituta & parata, incredibilis quædam exſpectatio.* Et in oratione de provinciis: *Quod magni cujusdam hominis & perſapientis videtur.* Et lib. 2. de Orat. *Craſſi reſponſum excellentis cujuſdam ingenii & ſingularis.*

Minime miror] Cum plane perierit reſp.

Meum] Dolorem.

Quodam modo] Si dixiſſet, *Meum agnoſco*, ſuum quoque præcipuum eſſe in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

in communibus miſeriis dolorem ſignificaſſet. ita nullum ſibi locum ad levandam Sulpicii ſollicitudinem relinqueret. dixit igitur, *Quodam modo*, ut indicet ſibi quoque acerbiſſimam fuiſſe perniciem reip., nec tamen in communibus miſeriis præcipuo quodam dolore ai.

Agnoſco] Me quoque dolere confiteor. epiſt. ſeq. *Illam excuſationis tuæ partem nec agnoſco, nec probo.*

Prope ſingulari] Cur addit, *Prope*, in viro gravi, verborum quaſi lenocinium reſpuenti, nimium aſſentari videatur. Sic Acad. 4. *Omitto per ipſum Ariſtotelem, meo judicio in Philoſophia prope ſingularem.* Valet autem, *Singularis*, interdum minus quam incredibilis, interdum plus: minus, ut epiſt. 54. l. 13. *Longa apparitione ſingularem & prope incredibilem patris Marcilii fidem cognovi.* Plus, ut lib. 1. de Orat. *Antonii incredibilis quædam, & prope ſingularis, & divina vis ingenii.*

Tuis bonis] Tua virtute & memoria recte factorum.

Alienis malis] Quibus afflicta reſp. cecidit. Notat perditos hominum mores, in primiſque pernicioſam publicæ libertati ambitionem Cæſaris & Pompeii.

Laborare] Malis laborare, apte conjunguntur.

Me quidem] Conſolamur & ratione, & exemplo. ratione uſus eſt in proxima ſuperiore ſententia: exemplum hic adfert de ſe ipſo.

Nemini concedo, qui majorem, &c.] Nemo eſt, cui moleſtiæ plus attulerit interitus reip. ſimile illud epiſt. 3. l. 10. *Nunc me, amantiſſimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audies; omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reip. ſtatu acquires.* & eodem libro, epiſt. 29. *Nec iis concedo, ut te ſalvum velint, quam ego.*

Pernicie & peſte] Augent ſuperlata nomina: quod etiam rhetores docent; major autem eſt in peſte, quam in pernicie, ſignificatio.

Conſiliorum] Quia de rep. ſemper optime ſenſi. quod tibi quoque, optimo ac ſapientiſſimo viro, ſolatio eſſe debet.

Multo enim ante] Quattuordecim annis ante cum eſſet conſul. Id clariſſime oſtendit epiſt. 4. ad Att. lib. 10. *Præclara*, inquit, *conſcientia ſuſtentor, cum cogito me de rep. aut meruiſſe optime, cum potuerim, aut certe numquam niſi divine, cogitaſſe; eaque ipſa tempeſtate everſam eſſe rempubl. quam ego quattuordecim annis ante proſpexerim.*

Tempeſtatem] Procellam, quæ rempubl. afflixit.

Abfui] Cum eſſet in Cilicia proconſul: quo ivit Sulpicio conſule, ut patet ex epiſt. 3. lib. 3. & ad Att. lib. 5.

Magnam partem] Menſes circiter octo. nam videtur ineunte Majo, aut extremo Aprili menſe Roma diſceſſiſſe. epiſt. 2. lib. 5. ad Atticum.

Monuiſti ſenatum] Conſolationem affert anteactæ vitæ commemoratio. ideo narrationem hanc induxit, ut, quemadmodum ſe levari dixit gravitate doloris ob conſcientiam conſiliorum ſuorum, itidem Sulpicius e ſuis in remp. officiis conſolationem capiat.

Omnibus bellis civilibus] Tribus, quæ commemorat his verbis Phil. 8. *Contendit Sulla cum Sulpicio de jure legum, quas per vim latas Sulla dicebat: Cinna cum Octavio de novorum civium ſuffragiis: rurſus cum Mario & Carbone Sulla; ne dominarentur indigni.*

Superiores] Sic locutus in Verrem, & in Acad.

Pag. 183. *Conſilium tuum*] Ne Cæſari ante conceſſum lege Trebonia tempus ſuccederetur, & ut abſenti conſulatum petere liceret. in quo diſſentiebat a M. Marcello collega. epitome Liviana 108. Contentiones inter conſules de ſucceſſore C. Cæſari mittendo, agente in ſenatu M. Marcello conſule, ut Cæſar ad petitionem conſulatus veniret, &c. Suetonius, Plutarchus, Dio, alii.

Occidiſſe] Conſulares, Pompejum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Magnum, L. Lentulum, Bibulum, Domitium Ahenobarbum, Scipionem Pompeji ſocerum prætorium, M. Catonem; alios præterea, qui bellum paci, odio Cæſaris, prætulerant.

In tantis tenebris] Non dicit, conſcientiam optimorum conſiliorum nihil prodeſſe, ſed pro malis reip. parum. nam eſſe aliquem conſcientiæ fructum, paullo ante oſtendit in ſe ipſo.

Parietinis] Libri veteres quinque, *Perpetuis*: duo, *Perditivis*: unus diſerte, *Parricidiis*: Mediceus, *Partetinis*: ex quo *Parietinis* legendum, alii ante nos recte cenſuerunt. Sunt autem *Parietinæ*, parietum ruinæ. Cic. ad rempubl. tranſtulit, &, *Quaſi*, præpoſuit, veritus ne paullo durior translatio videretur. quod præcipit Craſſus lib. 3. de Orat. *Mollienda*, inquit, *translatio eſt præpoſito ſæpe verbo.*

Vix conſolabilis] Recte addidit, *Vix*: ut conſolabilem tamen eſſe oſtendat: quod ei propoſitum eſt: cum hanc unam ob cauſſam ad Sulpicium ſcribat, ut eum a mœrore abducat.

Ipſe] Cujus in poteſtate ſunt omnia.

Lumen] Tribus verbis metaphoram abſolvit, *Lumen*, *Exſtinctis*, *Elucere*; & hac fortaſſe tranſlatione uſus eſt, cum illud proxime dictum, *In tantis tenebris*, recordaretur.

Exſtinctis ceteris] Luminibus reip. Phil. 5. *Pompejo patre, quod imperii populi Romani lumen fuit, exſtincto.*

Sanctitatem] Sanctitatem definiit lib. 1. de Nat. deor. *ſcientiam colendorum deorum.* hic accipitur pro ſumma probitate, ut in Phil. 1. *Quod in juventute habemus illuſtrius exemplum veteris ſanctitatis?*

Prudentiam] Non enim ſatis eſt optima velle, quod ſanctitas eſt; ſed optima etiam videre, in præſtanti cive requiritur.

Hæc] Primum optimorum conſiliorum recordatio, deinde judicium Cæſaris omniumque civium.

Magna eſſe debent] Dixit jam, debere eum ſuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare.

A tuis] Uxore, & filio.

Pag. 184. *A multis ac magnis moleſtiis*] Sæpe Cicero conſolatur abſentes miſeria civitatis, quam afflictam & deformatam civis bonus libenter nemo videt. unde illud ad Sextum epiſt. 17. lib. 5. *Illud utinam ne vere ſcriberem, ea te rep. carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet.* Et ad Torquatum epiſt. 1. lib. 6. *Oculi augent dolorem.*

Vererer] Vererer, inquit, quia graves atque acerbæ audienti etiam eſſent, non modo videnti.

Meliore] Non igitur dolendum eſt, quod a tuis abſis.

Certior fieres] Quia ſcire hæc ipſe per te non poſſes. ſignificat autem duas maxime res, de quibus certiorem Sulpicium fecit, judicium Cæſaris omniumque civium, & miſerrimum ſtatum civitatis.

Reliqua] Non dubito, quin ſtudia Philoſophiæ ſignificet: cum inferat, *Quæ ego ipſe experiens quotidie ſic probo, ut ea mihi ſalutem afferre videantur.* Everſa enim rep. Philoſophiæ ſtudia longo intervallo intermiſſa revocavit: quod ipſe confirmat in procemio Tuſc. 1. & lib. 3. Off. & alibi.

Salutem] Eandem ſententiam retulit epiſt. 12. lib. 6. *Vnum*, inquit, *eſt perfugium, doctrina ac literæ, quibus ſemper uſi ſumus: quæ ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam ſalutem.* epiſt. 2. lib. 9. *Stet* (inquit) *nobis illud, una vivere in ſtudiis noſtris; a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam ſalutem.* epiſt. 28. lib. 13. *Studia illa noſtra, quibus antea delectabamur, nunc etiam vivimus.*

Omnium doctrinarum] Ergo & Philoſophiæ: quod paulo poſt confirmat, cum ait: *Ad eas te referas artes, quibus a primis temporibus ætatis ſtudium dediſti.*

Ad bene vivendum] Bene vivendi præcepta Philoſophorum libris continentur.

Optimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

timis rebus] Florente rep.

quo acquieſcamus] In epiſt. 3. l. 9. *Nunc in re alia acquieſcimus.*

l ſcientia vel natura] Non modo enim a literis, ſed a natura etiam ipſa prudentiam accipimus: *Quid te* (inquit) *& ſcientia & natura prudentem, hortor, ut ad eas te referas artes, quibus &c.*

i arti] Eloquentiæ.

eque in curia, neque in foro] Neque in ſenatu, neque in judiciis. epiſt. 6. *Nihil in foro agere libebat: adſpicere curiam non poteram.* Idem queritur in proœmio lib. 3. Off. *Exſtincto ſenatu, deletisque judiciis, quid eſt, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere possimus?*

uæ ſcientiæ] Juris civilis. *Scientias* quoque, numero multitudinis, Cicero dixit in libro de Senect. quod ſingulare tamen exemplum adhuc inveni.

xcellenti ac ſingulari] Vicit enim hac laude Sulpicius ſuperiores omnes. quod ei tribuit Cicero in libro de claris Orat. cum eum dicat ad jus civile non ſolo Dialecticam, verum etiam literarum ſcientiam loquendique elegantiam adjunxiſſe.

on multo plus] Plus omnino, ſed non multo: quia, ſublata cauſſarum actione, pauci de jure conſuluntur. quorſum enim? cum judices, non quid leges jubeant, ſed quid is nolit, cujus nutus modo pro legibus eſt, in ſententiis ferendis ſpectare cogantur.

Non equidem te moneo] Tali vel ſcientia vel natura præditum. facerem enim inſolenter.

Mihi ita perſuaſi] Prorſus ita credo, te quoque in iiſdem Philoſophiæ ſtudiis verſari.

Rebus]. Pro, *artibus.* dixit enim, *ut ad eas te referas artes.*

i minus prodeſſent] Cum tamen vehementer proſint, quippe quæ ſalutem afferre videantur. paullo ante.

Animum a ſollicitudine abducerent] Quaſi enim aberramus a moleſtiis, dum literas tractamus. epiſt. 37. lib. 12. ad Att. *Ego hic ſcribendo dies totos, nihil equidem levor; ſed tamen aberro.* Et ibidem proxime: *Sive hanc aberrationem a dolore de egerim.* & epiſt. 44. ibidem: *ego hic duo magna συντάγματα abſolvi: nullo enim alio modo a miſeria quaſi aberrare poſſum.*

Tibi uni concedam, præterea nemini] Sic in extrema oratione pro Marcello: *Ut vix C Marcello, optimo & amantiſſimo fratri, præterea quidem cederem nemini.*

Gratia refertur] Quod amantem redamat atque obſervat.

EPISTOLA IV.

Pag. 185. V*No exemplo*] Ut, ſi qua perīret, aliqua tamen perferretur epiſtola.

Nec agnoſco] Veram eſſe non confiteor. agnoſcimus enim, quæ antea novimus: ignota vero agnoſcere non poſſumus. non agnoſcit igitur Cicero cauſſam excuſationis, quam Sulpicius in orationis paupertatem referebat: quia verborum inopem eum non cognoverat. epiſt. 20. lib. 5. *Id ego agnovi meo juſſu eſſe factum.* & epiſt. 3. lib. 11. *Neque agnoſcimus quidquam eorum.* & in Lælio: *Quod mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amice.*

Εἰρωνεύεσθαι] Diſſimulare. quod Socrati uſitatum in diſputando fuit, cum iis, quos refellere volebat, plus tribuere videretur.

Εἰρωνευόμενος] Simulans. Eſt enim ironia modo diſſimulatio, ut proxime; modo ſimulatio, ut hic. diſſimulamus enim vera; cum occultamus ea, quæ ſunt; ſimulamus falſa; cum ea fingimus eſſe, quæ non ſunt. Late igitur patet ironia: & eſt omnino, ut ait Aquila, cum aliud verbis ſignificamus, aliud re ſentimus. Addit Beda: gravitate pronunciationis adjuvandam: alioqui confiteri videbitur, quod negare contendit.

Subtilitati & elegantiæ] *Subtilitas* in ſententiis, *elegantia* in verbis. *ſubtilitas* autem a Dialectica maxime ſumitur,

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quam Sulpicius egregie cognovit: eoque maxime adjumento & Scævolæ & ceteris omnibus juriſconſultis antecelluit. hoc enim ei teſtimonium tribuitur in lib. de claris Orat. quo in libro ſubtilitas etiam ejus & elegantia nominatur his verbis: *Adjunxit & litterarum ſcientiam, & loquendi elegantiam; quæ e ſcriptis ejus, quorum ſimilia nulla ſunt, facillime perſpici poteſt: cumque dicendi cauſſa duobus peritiſſimis operam dediſſet, L. Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo; Galli, hominis acuti & exercitati, promptam in agendo & in reſpondendo celeritatem ſubtilitate diligentiaque ſuperavit.* Quinctilianus etiam, Sulpicium ex tribus orationibus inſignem famam conſecutum eſſe, lib. 10. ſcriptum reliquit. Alibi *Subtilitas* non idem valet, ſed venuſtas potius quædam eſt orationis, & naturalis quaſi color, nullo adhibito artis pigmento: qualis apud nos eſt Cæſaris ſermo, apud Græcos Lyſiæ. itaque l. 3. de Orat. *ſubtilitatem quidem illi Cicero tribuit, acumen autem Hyperidi.* Et in Bruto illud: *Lyſias egregie ſubtilis ſcriptor atque elegans:* ſic accipio, non ut acutum ſcriptorem Lyſiam dici putem, ſed ut purum, ut venuſtum, ut politum, ut plane Atticum. Attica enim ſubtilitas ipſa per ſe laudatur, iis carens ornamentis, quæ ab arte ſumuntur. qua laude Catonem Cenſorium afficit Cicero in eodem libro infra: *Qui in Græcis* (inquit) *antiquitate delectantur, eaque ſubtilitate, quam Atticam appellant, hanc in Catone non noverunt quidem. Hyperidæ volunt eſſe & Lyſiæ. laudo: ſed cur nolunt Catonis?* Atticum igitur dicendi genus illud, in quo Lyſias excelluit, (nam plura genera, ut ait Cicero fuerunt) non ornatum, copioſum, illuſtre, ut Demoſthenis & Æſchinis; non acutum, ut Hyperidis; ſed exſile, jejunum, ſiccum, politum tamen & venuſtum fuit: idque tum indicant eæ, quæ exſtant, illius orationes: tum ipſe Cicero, ſi Lyſiæ orationes non haberemus, clariſſime tamen oſtenderet. nam in eodem libro aliquanto poſt, *Atticum,* ait, *ſe Calvus noſter dici oratorem volebat. inde erat iſta exſilitas, quam ille de induſtria conſequebatur.* Et paullo poſt: *Si quis jejunitatem, & ſiccitatem, & inopiam, dummodo ſit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit: hoc recte dumtaxat: ſed quia ſunt in Atticis alia meliora, videat ne ignoret & gradus, & diſſimilitudines, & vim, & varietatem Atticorum.* Et infra: *Si acutum, prudens, & idem ſincerum, & ſolidum, & exſiccatum genus orationis probant; nec ullo graviore ornatu oratorio utuntur; & hoc primum eſſe Atticorum volunt: recte laudant. eſt enim in arte tanta, tamque varia etiam huic minutæ ſubtilitati locus.* Nam, quod non ita multo poſt dicitur, *Lyſia pictius eſſe nihil poſſe:* id affertur ex Attici perſona, nimium in Græcos ambitioſi, & a Cicerone diſſentientis, qui Catonem Lyſiæ comparaverat. Cicero autem ipſe de Lyſia quid ſentiat, declarat in Oratore his verbis: *Dicat igitur Attice venuſtiſſimus ille ſcriptor ac politiſſimus Lyſias, (quis enim id poſſit negare?) dum intelligamus hoc eſſe Atticum in Lyſia, non quod tenuis ſit atque inornatus, ſed quod nihil habeat inſolens aut ineptum.* Et paucis interjectis, *Qui Lyſiam,* inquit, *ſequuntur, cauſſidicum quendam ſequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, ſubtilem & elegantem tamen.* Eandem ſubtilitatem, quæ ab acumine diſtat, notavit in Lyſia Quinctilianus lib. 10. *Lyſias,* inquit, *ſubtilis atque elegans, & quod nihil, ſi oratori ſatis ſit docere, quæras perfectius. nihil enim eſt inane, nihil arceſſitum: puro tamen fonti, quam magno flumini, propior.* Et libro 12. *Quid Periclem? ſimilem ne credimus Lyſiacæ gracilitati?* Item lib. 9. *Neque illud in Lyſia dicendi textum, tenue atque rarum, lætioribus numeris corrumpendum erat.* Hinc *agere cauſſas ſubtiliter,* pro, ſimplici quodam & puro, & ad docendum, non ad promovendum, aut delectandum, apto dicendi genere in cauſſis uti, dixit Cicero epiſt. 21. lib. 9. *Privatas* (inquit) *cauſſas, & eas tenues agimus ſubtilius.* Et in Oratore: *Tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes, ſubtili quadam &*

preſſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ratione limari. Et infra: *Oratio-* *tilitas imitabilis illa quidem vide-* *existimanti, ſed nihil eſt experien-* *is.* Et pro Balbo: *A quo hæc quæ* *ic percurro, ſubtiliſſime ſunt omnia* *ta.* Et epiſtola 21. ad Atticum De repub. *quid ego tibi ſubtiliter?* *riit.* Et in epiſt. ad M. Brutum: *llam habes: quibus igitur literis tam* *te ſcriptis aſſequi poſſum, ſubtilius* *icem, quæ gerantur, quæque ſint in* *quam tibi is exponet, qui & optime* *novit, & elegantiſſime expedire &* *ad te poteſt?* Elegantiam autem re ab ornatu, oſtendit Cicero in la ad Cornelium Nepotem: *Quis* *ſententiis aut acutior, aut crebrior?* *erbis aut ornatior, aut elegantior?*

haicum negotium] Achajæ admi-ndæ curam, a Cæſare mandatam. quam opinor ei majorem Græciæ m eſſe commiſſam, licet Achajæ ne provincia vocaretur. nam in 1. & 4. l. 6. & epiſt. 18. 21. 22. l. 13. *Sulpicium Athenis præeſſe:* quæ Achajæ urbs, ſed inter Achajam & doniam fuit. in ſexta vero ejuſ-ibri epiſtola, *Brutum*, ait, *Galliæ*, *ium Græciæ præfecit.* vide infra epi-12.

ines cauſſæ] Quarum una fuit, ut s miſer eſſet, cum ea non videret, n oppreſſa patria contra leges mo-ue majorum fierent. nam oculi em augent, nec avertere a miſeriis ationem ſinunt.

uctoritate & prudentia] Decet, qui auctoritate & prudentia va-eum nihil committere, quod in a-m reprehenſionem poſſit incurre-

liter cecidiſſe rem] Putaſti te, cum be abeſſes, a moleſtiis etiam abſu-n. id, ut ſcribis te fefellit. epiſt. 7. *Si cecidiſſet, ut volumus & opta-*

rculſa & proſtrata jacent] Dixi jam latis augeri vim ſententiæ. ſequi-atem, ut perculſa proſternantur, rata jaceant.

ediſſimo] Ex iis quæ ſequuntur. bello enim omnia deformantur. alibi quoque epithetum idem cum bello junxit.

Is cuique locus] Vide eandem ſententiam in epiſt. 1. lib. 6.

Tui conſilii] Quod Achaicum negotium non recuſaveris.

Ne id quidem] Non modo libere ſentire ac dicere, ſed ne ſcribere quidem tuto poſſumus. ſumus enim hic in eorum poteſtate, qui diligenter, quæcunque agimus, obſervant: quique vel minima re ſi offendantur, parata nobis graviſſima injuria eſt.

Moderatius] Sane in victoria ſe moderatiſſimum Cæſar præbuit: de quo Suetonius hæc: *Moderationem clementiamque tum in adminiſtratione, tum in victoria belli civilis admirabilem exhibuit: nec ulli periiſſe, niſi in prœlio, reperientur, exceptis duntaxat Afranio, & Fauſto, & L. Cæſare juvene. denique extremo tempore, etiam quibus nondum ignoraverat, cunctis in Italiam redire permiſit, magiſtratuſque & imperia capere.* Confirmat ipſe Cicero ſæpe in his epiſtolis, in hac quidem in extremo: *De reliquis nihil melius ipſo eſt.* in ſexta *liberalem* Cæſarem appellat. in ſeptima, *non paſſurum* ait, *ut injuria fieret.* in decimatertia: *Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanitatem; ſed ea plus non poteſt, quam vis & mutatio omnium rerum atque temporum.*

Inſolens] Victores enim inſolentes facit: epiſt. 9. *Miſerius nihil, quam ipſa victoria: quæ, etiamſi ad meliorem venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque reddit.*

Uno te vicimus] Cum in reliquis tua melior, quam noſtra conditio ſit.

Marcelli] M. Claudii Marcelli, qui, Pompejo in Pharſalia devicto, cujus partes ſecutus erat, exſulabat.

Collegæ] In conſulatu.

Salute] Reſtitutione a Cæſare impetrata.

Pag. 187. *Armis diſceptari*] Iudiciale verbum ad arma tranſtulit, cum diſceptari legibus, non armis, de jure ſoleat. epiſt. 14. *Videbam quanto periculo* de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

de jure publico diſceptaretur armis. Epiſtola 1. lib. 3. *Dolebam, pilis & gladiis, non conſiliis neque auctoritatibus noſtris, de jure publico diſceptari.* Quid autem proprie ſit *Diſceptare*, locus indicat in Partitionibus: *Aut auſcultator eſt modo, qui audit, aut diſceptator, id eſt, rei ſententiæque moderator.* Et in oratione pro Dejorato: *Hanc, C. Cæſar, cauſſam, ſi in foro dicerem, eodem audiente & diſceptante te, quantam mihi alacritatem populi Romani concurſus afferret.* Id ad prætorem proprie attinebat. nam lib. 3. de leg. ita ſcriptum animadverti: *Iuris diſceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, prætor eſto.* Et pro Cæcina: *Perſæpe diſceptatore domeſtico dijudicatur.* ſic lib. 13. epiſt. 26. ad Sulpicium: *Perſcripſimus iis, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controverſiam vocarentur, te arbitro, &, quod commodo tuo fieri poſſet, te diſceptatore uterentur.* itidem dixit: *Videbam, quanto periculo de jure publico diſceptaretur.*

Acerbitate Marcelli] Significatur id, quod Suetonius expoſuit his verbis: *M. Marcellus conſul, edicto præfatus de ſumma ſe rep. acturum retulit ad ſenatum, ut Cæſari ſuccederetur ante tempus, & ne abſentis ratio haberetur. nec provincias ei & privilegium eripere contentus, retulit etiam, ut colonis, quos rogatione Vatinia Novum comum deduxiſſet, civitas adimeretur; quod per ambitionem & ultra præſcriptum data eſſet.* Commemoravit igitur Cæſar offenſiones Marcelli, quo ſcilicet majus faceret beneficium ſuum: deinde ſe reditum ejus in patriam ſenatus precibus largiri dixit in oratione pro ipſo: *Intellectum eſt enim, cum M. Marcellum ſenatui, populoque Romano, & reipub. conceſſiſti, commemoratis præſertim etiam offenſionibus, te auctoritatem hujus ordinis dignitatemque reipubl. tuis vel doloribus, vel ſuſpicionibus anteferre.*

Æquitate tua] Cum Marcello collegæ tuo reſtitiſti. de quo idem Suetonius: *Summa ope reſtitit, partim per interceſſores tribunos, partim per Ser. Sulpicium, alterum conſulem.* Id ſignificatur etiam in epiſt. 3. in eo loco: *Cognoſcebam, quæ tua eſſet in hoc peſtifero bello cavendo & prædicendo ſententia.*

Senatui roganti] Non modo preces, verum etiam lacrumas ſenatus, ut Marcelli reditum impetraret, nominat in extrema oratione, qua Cæſari ob Marcellum reſtitutum, & ſuo & ſenatus nomine gratias egit.

Ne hominis quidem cauſſa, negaturum] Alii legunt, *Ne ominis quidem:* quibus aſſentiri nullo modo poſſum. dixit enim Cæſar; ſe non eſſe roganti ſenatui, ne ipſius quidem Marcelli cauſſa, a quo graviter eſſet offenſus, negaturum. quamquam (ajebat) in me fuerit acerbior; tamen, ne hac quidem cauſſa, ſenatui deprecanti ejus reditum negabo. non tanti apud me erit Marcelli ipſius injuria, quanti ſenatus univerſi conſenſus & deprecatio. Ad hunc locum pertinet illud ex epiſt. 6. lib. 6. *Marcellum, cui maxime ſuccenſebat, cum ſumma illius dignitate reſtituit.*

L. Piſone] Patriciæ gentis Calpurniæ: nam Calpurnii Bibuli plebeji: is Cæſaris ſocer erat. exſtat in eum Ciceronis oratio.

C. Marcellus] Marci frater germanus, qui cum L. Lentulo conſul fuit, biennio poſt Marcum conſulem: nam patruelis fuit alter Cajus, qui conſulatum geſſit cum L. Paullo, anno poſt Marcum conſulem proxime ſequenti: ut epiſt. 9. hujus libri, & epiſt. 9. lib. 15. & apud Suetonium in Iulio. de germano fratre infra: epiſtola 7. 9. 11. & in oratione pro Marcello in extremo.

Abjeciſſet] Nulla ſuæ dignitatis habita ratione: quo magis Cæſarem moveret. dolor enim ſummus in verbo, *abjeciſſet* oſtenditur.

Supplex] Senatus amorem ac deſiderium abſentis Marcelli Seneca in conſolatione ad Albinam declarat his verbis: *Illi reditum impetravit ſenatus publicis precibus, tam ſollicitus ac mœſtus, ut omnes iſto die Bruti habere animum viderentur, & non pro Marcello, ſed pro ſe deprecari, ne exſules eſſent, ſi ſine illo fuiſſent.*

Acce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ccederet] Accedere ad ſe ſupplicem ſe...rum Cæſar paſſus eſt: eundem ac-ci...e ſupplicem ad pedes ſuos, paſſus ...: numquam eſſet. alia enim C. Mar-..., fratris reditum deprecantis, alia ſe-...s ratio fuit: quem ſupplicare quidem ...M. Marcello decuit, abjicere ſe ad ...ris pedes, oblitum ſuæ dignitatis, ...lquaquam decuit. nec Cæſar ipſe, ... omnia quidem ſuæ poteſtatis eſſe, ...iem tamen adhuc aliquam reipubl. ...nere vellet, indignitatem illam tu-...t. Quare nihil mutandum.

...oli quærere] Cum res ejuſmodi eſt, ...am ne longa quidem oratione pro ...untate noſtra ſatis exprimere vi-...mur poſſe; confugimus ad hoc lo-...ndi genus, & ad illud, *Quid quæris?* ...imilia quædam.

Rogati] Sententiam. Hic mirari li-..., cur in re minime dubia ſententiæ ...arentur. conſenſit enim ſenatus ...verſus in Marcelli ſalute deprecan-... quod illud proxime dictum oſten-...: *Fecerat hoc ſenatus, ut cunctus con-...eret, & ad Cæſarem ſupplex accede-...* Quod cum ita ſit: cur ſententiæ ... ſi parum certa ſenatorum voluntas ...t, rogabantur? ſcripſit enim Varro, ...e Gellio lib. 4. Epiſtolicarum quæ-...onum, *S. C. duobus modis fieri ſolitum, ... per diſceſſionem, ſi conſentiretur; aut ſi ... dubia eſſet, per ſingulorum ſententias ...uiſitas.* Ego Cæſarem opinor, licet ...atus voluntatem perſpexiſſet, voluiſ-...amen ſententias rogari, quo certius, ...d quiſque ſentiret, intelligere poſſet: ...taſſe etiam, ut in dicenda ſententia ...guli ſibi gratias agerent, de Marcello ...publ. reſtituto.

Pag. 188. *Volcatium*] L. Volcatium ...llum, qui cum M. Æmilio Lepido ...nſul fuerat, triennio ante Cicero-...m.

Si eo loco eſſet] An hoc dicit? ſi ea, ...a Marcellus dignitate eſſet, negavit ſe ... patriam rediturum: cum epiſt. 18. ... 14. ſimiliter dixerit: *Videte, quid ...i faciant iſto loco feminæ.* Hoc mihi ...n probatur. non enim, quod ad di-...itatem attinet, ſibi Marcellum Vol-catius antepoſuiſſet, quippe qui conſul ante eum fuerat annis XIV. An, *Si eo lo-co eſſet*, ſi eſſet in ſenatu? ut ſe Cæſari, dum in ſenatu eſſet, gratias acturum ne-gaverit. Ineptum hoc videtur. ubi enim magis, quam in ſenatu, ea de re, quæ in ſenatu agebatur, agi Cæſari gratias de-cuit? Puto igitur hoc dici: negavit ſe in patriam fuiſſe rediturum, ſi Marcel-lus fuiſſet; id eſt, ſi eadem, quæ Marcel-lus conſul, contra Cæſarem feciſſet; & ſi cum Pompejo poſtea adverſus eun-dem Cæſarem pugnaſſet, nec ſe, poſt victum Pompejum, victori credidiſſet: quæ cum Marcellus feciſſet, inconſtan-tiæ videbatur eſſe, nec ſatis honorifi-cum, beneficio ejuſdem Cæſaris quem vehementer oppugnaverat, in patriam redire. Atque ad hanc ſententiam per-tinet illud Plauti in Bacch.

Verum, ut ego opinor ſi ego in iſtoc ſiem loco,
Dem potius aurum, quam illum corrum-pi ſinam.

Et Catonis illud apud Rufinianum: *Si vos in eo loco eſſetis, quid aliud faceretis?*

Magnitudo animi] Quia ſalutem ini-mico ſuo largitus eſſet.

Egi Cæſari gratias] Luculenta exſtat oratio: cujus in extremo ſunt hæc: *Sic tibi gratias ago, ut, omnibus me rebus a te non conſervato ſolum, ſed etiam or-nato, tamen ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri jam poſſe non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit.*

Metuo] Metuo, ne, cum in ſenatu loqui cœperim, idem poſthac ſæpe co-gar facere, ut Cæſaris voluntati ſer-viam. Idem in oratione: *Meæ priſtinæ vitæ conſuetudinem mihi, C. Cæſar, inter-cluſam aperuiſti.*

Honeſto otio] Litterato. dixit enim epiſt. 3. ſe, poſteaquam nihil eſſe loci eloquentiæ, neque in foro, neque in curia viderit, omnem ſuam curam at-que operam ad Philoſophiam contuliſ-ſe. & hic paullo poſt ſubjungit, *ut meis ſtudiis ſerviam.*

Intra modum] *Modice*, eſt cum modo: *Intra modum*, minus. ut enim *Supra* & *Infra*,

Infra, ſic *Vltra* & *Citra*, atque interdum etiam *Vltra* & *Intra* opponuntur: quod Gellius lib. 12. cap. 13. oſtendit, modeſte refutata Apollinaris ſententia, qui *Intra* negabat pro *Citra* poſſe accipi. Epiſt. ult. lib. 9. *Epulamur una non modo non contra legem, ſed etiam intra legem.*

Studiis] Quod eſſe unicum ſolatium in malis proxime dixit.

Ingraveſcit] Augetur a ponderibus. tranſlatio.

Ætatis maturitate] Sexagenarius jam erat Cicero, cum hanc epiſtolam ſcripſit. eſt enim hic annus urbis DCCVI. quo Cæſar III. cum M. Lepido conſul fuit: Cicero autem natus eſt anno DCXVI. L. Caſſio Longino, C. Mario coſs.

His temporum vitiis, ut nulla res alia, &c.] Epiſt. 3. *His vero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquieſcamus.* & epiſt. 3. lib. 9. *Nulla nunc in re alia acquieſcimus.* Et ſane plura brevi tempore, everſa, quam multis annis, ſtante rep. ſcripſit: quod ipſe fatetur in proœmio lib. 3. Off.

Aliquid jam noctes te adjuvabunt.] Eadem ſententia, non iiſdem verbis epiſt. 25. lib. 7. *Aliquantum jam etiam noctis aſſumo.*

Virtute] Virtutis hic neque probitatem neque doctrinam ſignificat, cum probitatis antecedat mentio, doctrinæ ſubſequatur. eſt igitur præſtantia quædam in omnibus rebus; quæ licet cum probitate non idem ſit, ab ea tamen, & ab animi magnitudine prudentiaque oritur. qui enim virtutis nomen in eum cadere poſſit, qui vel probitate careat, vel humili atque imbecillo animo ſit, vel denique parentem altricemque virtutum omnium prudentiam deſideret? Eodem modo virtutem uſurpavit epiſt. 5. lib. 6. & epiſt. 27. lib. 13.

Doctrinaque] Dabat in primis operam Philoſophiæ. epiſt. 3.

Communicat] Servio patre per litteras mandante, cui moleſtum jam eſſet Achaicum negotium. ideo ſupra dixit, *Tui te conſilii pœnitet.*

Pag. 189. *Ipſo*] Quo nihil eſſe moderatius, jam dixit epiſt. 17. lib. 9.

Noſtrum conſilium] Qui ſuademus tibi, ne decedas.

Conſulimus tibi] Non quid voluntas noſtra ferat, ſed quid e re tua ſit, in conſilio dando ſpectamus.

EPISTOLA V.

TUlliæ] Quam exſtinctam morbo quem ex partu contraxerat (ut ait Plutarchus) pater ita graviter doluit, ut nec ab amicorum conſiliis, nec a Philoſophiæ præceptis quidquam ſolatii capere poſſet.

Pag. 191. *Propterea quia*] Ciceroni, Terentio, Plauto uſitatius eſt, *Propterea quod.* ſic, *Ideo quod*, *Ideo quia*, veteres dicebant.

Pari moleſtia] Simili potius quam pari. nam, ſi par eſſet, afflictus afflictum conſolari non poſſet. & infra, majorem eſſe Ciceronis dolorem quam ſuum, in eo ſignificat: *Non quod ea te fugere exiſtimem: ſed, quod forſitan dolore impeditus, minus ea perſpicias.*

Conari] Conamur ea, quæ minime licet perficere. unde illud Ciceronis (opinor) in Oratore: *Nos conamur, Demoſthenes perficit.*

In præſentia] *In præſenti*, epiſt. 10. lib. 2. alibi tamen, *In præſentia.*

Brevi] Modo rei, modo temporis brevitatem demonſtrat: hic rei, & epiſt. 9. lib. 1. *Tantum dicam brevi.* & epiſt. 3. lib. 2. *Brevi tamen ſic habeto.* Temporis autem brevitas indicatur epiſt. 6. lib. 6. *Vt ſpero, brevi gratulabimur.* Et lib. 5. in Verrem: *Brevi poſtea eſt mortuus.* Et in epiſtola Pompeji lib. 8. ad Att. *Cum ille majores brevi copias habiturus ſit.* Plautus in Rudente: *Poſſe eum brevi fieri divitem.*

Non quod ea te fugere exiſtimem; ſed quod forſitan, dolore impeditus, minus ea perſpicias] Hoc addit, ne ſibi prudentiæ laudem, Ciceroni ademptam, tribuere videatur. ſic Cic. epiſt. 5. lib. 5. *Quia fieri poteſt, ut tu ea perturbatiore*

animo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mus cogites; puto eſſe meum, quid ſentiam exponere.

Erepta] Cum enim ea, quæ antea bonis ac fortibus viris reſpubl. deferebat, ad unius poteſtatem tranſlata cunctaint, erepta nobis videntur eſſe: quandoquidem non jam amplius a noſtra virtute & induſtria exſpectantur.

Honeſtatem] *Honeſtas* definiri poteſt, honeſti & recti ſpecies quædam, collecta ex iis rebus quæ laudem habent ſingulæ.

Pag. 192. *Dignitatem*] Exiſtimationem, ortam ex honoribus præclare adminiſtratis.

Qui non] *Qui*, pro *Quo modo*, ut alibi quoque, hic uſurpari conſtat.

In illis rebus] In amiſſione patriæ, honeſtatis, dignitatis, honorum omnium.

Callere] Quaſi callo ex conſuetudine animo ſic obduruiſſe, ut novum dolorem jam non ſentiat. Proprie Plautus in Pſeud. *Plagis coſtæ callent.* Ad animum hic Cicero tranſtulit, ad ſtomachum autem epiſt. 2. lib. 9. *Diuturna conſuetudo callum jam obduxit ſtomacho meo.* Dicimus & *Occalleo* ſimpliciter, ut ad Attic. epiſt. 18. lib. 2. *Angor equidem, ſed jam prorſus occallui.*

Minoris] Quam illa quæ ſunt erepta.

An illius vicem, credo doles] An doles id, quod illi contigit? verbum enim, *Vicem*, hoc videtur ſignificare, cum cum verbo *Doleo*, conjungitur. ad Attic. epiſt. 6. lib. 4. *Illius vicem minime dolemus.* Alibi aliter accipitur, ut epiſt. 9. lib. 1. *Noſtram vicem ultus eſt ipſe ſeſe.* pro, ultus eſt ipſe injurias nobis illatas: quod ipſi facere debuimus.

Credo] Ironia: quaſi credendum minime ſit, ob ea quæ ſequuntur. nec eſt indignationis quædam vis, cum hæc duo conjunguntur, *An credo?* quod enim per interrogationem pronunciatur, in eo ſimplex ironia non eſt: ſic Lucretius;

An, credo, in tenebris vita ac mœrore jacebat?

Legi etiam poſſet ſimplici ironia: *At illius vicem, credo, doles.*

Et tu veneris, & nos ſæpe etiam incidimus] Apparet modeſtia Sulpicii, qui Ciceroni plus, quam ipſe ſibi, tribuat. nam in *Veneris* ratio; in *Incideris* caſus eſt. neceſſe (inquit) eſt, pro tua prudentia, in eam cogitationem ſæpe veneris, in quam nos quoque ſæpe incidimus. hoc non pendet ab eo, *Neceſſe eſt*, ſed per ſe conſiſtit, interpoſitum, ut ſe quoque incidere in eam cogitationem Sulpicius oſtenderet. Quod quia parum eſt animadverſum, propterea legendum alii putarunt, *Ut*, pro, *Et*, contra veteres omnes libros, quos quidem ego inſpexerim: multis autem, amicorum ſtudio & benignitate, nunc utor.

Non peſſime cum iis eſſe actum] Peſſime iis non eveniſſe. In Lælio: *Cum Scipione, quis neget actum eſſe præclare?*

Mortem cum vita commutare] Notandum loquendi genus, Ciceroni (quod ſciam) non uſitatum.

Sine dolore] Exſtinctos naturali morte ſignificat. cum dolore enim moriuntur, quibus vita per vim eripitur.

Cum aliquo adoleſcente primario conjuncta] Divortium cum Tullia fecerat Dolabella antequam pareret. quod cum ex hoc loco, tum ex epiſt. 18. l. 6. in qua ſunt hæc: *Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus: ſed cum ea, quemadmodum ſpero, ſatis firma ſit, teneor tamen, dum a Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem.* Scripſit tamen ad Dolabellam epiſt. 11. lib. 9. de filiæ morte cum amoris in eum ſignificatione non vulgari, (ob eam cauſſam opinor) quod temporis cauſſa, Cæſare dominante, apud quem gratioſus erat Dolabella, ſimulandum fuit. Notanda Pediani indiligentia, qui Tulliolam ſcripſit apud virum ſuum P. Lentulum ex partu deceſſiſſe: cum neque Lentulus inter Ciceronis generos quiſquam fuerit; & illa, ut Sulpicii verba oſtendunt, & ut ipſo teſte Cicerone probavimus, poſt divortium perierit.

n Pag.

Pag. 193. *Pareret*] Pepererat: ſed infans obiit: de quo ſic Cicero ad Att. epiſt. 16. lib. 10. *Tullia mea peperit puerum* ἐπταμηνιαῖον, *quod* εὐτόκησεν, *gaudebam; quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt.* Alii legunt *Pararet.* decem octo libri habent, *Pareret:* unus omnino *Pararet.* mihi, *Pareret*, eſſe rectius, & librorum conſentientium auctoritas, & ſententia ipſa perſuaſit. Optandum (inquit) videtur, ut filios pareret, quos aliquando cum florentes cerneret, lætaretur.

Per ſe] Suo ſtudio, ſuaque induſtria.

Ordinatim] Honorum hic erat ordo; quæſtura, tribunatus pl., ædilitas, prætura, conſulatus, cenſura. inter quæſturam & tribunatum, itemque inter tribunatum & ædilitatem annuum erat intervallum. ædilitatem, interpoſito biennio, prætura: præturam, eodem interjecto ſpatio, conſulatus ſequebatur. cenſuræ poſt conſulatum definitus annus non erat.

Liberalitate] Diſſentientibus antiquis libris, quorum alii *Liberalitatem*, alii *Libertatem*, habent, ſententiam conſului; quæ mihi, *Liberalitate*, probare magis viſa eſt. quo nomine non largitio tantum, ſed officium quodlibet, omniſque benignitas indicatur, ut epiſt. 9. lib. 1. in extremo: *Ad tuam liberalitatem, qua te ſcio libentißime ſolere frui, pertinet, te ſine ulla mora provinciam ſucceſſori concedere.* Quamquam ex, *Libertate*, aliquid etiam elicio ſententiæ: ut oſtendat Sulpicius, neminem amicis jam navare operam aut ſtudium poſſe, cum libertas omnibus adempta ſit.

Uterentur] Omnino hic diu me torſit anceps dubitatio: cum in octo ſcriptis libris, *Vti*, viderem, non *Vterentur.* nam etſi non eſt, unde verbum *Vti* commode pendeat; cum ab illo, *Poſſent*, interpoſita bonorum mentione disjungatur: tamen, quia plurimi apud me ſolet eſſe veterum exemplarium teſtimonium, hærebam, hæſique tamdiu, donec in libro perantiquo Caroli Sigonii plane & diſerte ſcriptum vidi, *Vterentur.* quod in hoc toto verborum ordine atque ambitu, locum habet aptiſſimum.

Horum] Quæ ſunt hæc? nimirum, quæ proxime nominavit, res a parente tradita, honores, amici.

Ademptum] Vi & injuria bellorum civilium. ſupra: *Cogita ea nobis erepta eſſe, quæ hominibus non minus, quam liberis cara eſſe debent, patriam, honeſtatem, dignitatem, honores omnes.* Quid igitur, inquit, horum, quæ adempta prius quam data ſunt, ad vivendum illam invitare potuit?

At vero malum eſt liberos amittere] Artis eſt, ex adverſarii perſona nobis objicere, quod ejus tueri cauſſam videatur, nec tamen ad tuendum ſatis valeat. adhibetur hoc genus, ubicunque diſputatur, in orationibus quidem frequentiſſime, in epiſtolis nonnunquam, ut Ciceronis ad Brutum. quem locum lib. 3. recitat Quinctilianus: *Propoſitis plurimis, quæ honeſte ſuaderi Cæſari poſſent; ſim ne bonus vir, ſi hæc ſuadebam? minime. ſuaſoris enim eſt finis, utilitas ejus cui quiſque ſuadet. At recta ſunt. Quis negat? ſed non eſt ſemper rectis in ſuadendo locus.* & ad Gallum epiſt. 23. lib. 7. *At pulchellæ ſunt. Novi optime, & ſæpe vidi: nominatim tibi ſigna, mihi nota, mandaſſem, ſi probaſſem.* In oratione autem pro Cœlio: *At enim poſtea ſcimus & vidimus eſſe hunc in illius amicis. Quis negat?* Ἀντεισαγωγὴ Græce vocatur hæc figura: cum difficile aliquid & contrarium fateri cogimur, ſed contra injicimus non minus firmum; qualia ſunt hæc de Ptolemæo rege apud Ciceronem: *Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis.* Aquila de figuris.

Hæc] Quæ cum patimur, jucunda eſſe vita non poteſt.

Ex Aſia] Non quæ tertia orbis terrarum pars eſt, ſed ea in qua Attalus regnaverat, quam ab eo legatam poſſedit poſtea populus Romanus.

Ægina] Inter Cyclades inſula nobiliſſima,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

liſſ a, ab Ægina Æaci matre nomi- nat; cum *OEnopia* vocaretur antea, teſt Ovidio lib. 7. Met. & Stephano. de c Strabo, Plinius, Mela, alii.

egaram] Sitam urbem inter Pelo- po ieſum, Atticam, & Bœotiam.

g. 194. *Piræeus*] Athenarum por- tus quadringentarum navium capax: op ım quoque ejuſdem nominis, quod L. ulla, præfecto Mithridatis regis Ar elao defendente oppugnavit. vide G ium lib. 15. cap. 1.

rinthus] Achajæ urbs opulentiſſi m quam L. Mummius evertit anno ir s DCVI. Plutarchus, Vellejus, alii. Be cauſſa fuit, quod legatos Roma- ni ſordibus Corinthii maculaverant. St bo l. 8. Cicero in oratione pro lege M il.

pida] Urbes nobiliſſimas vocat *O- pi*. Corinthum quidem *totius Græciæ* ... *n* appellat in oratione pro lege Ma- ni & l. 1. de Divin. modo *urbem*, mo- do *dum* Pheras nominat. *Ariſtoteles* (i uit) *ſcribit, Eudemum Cyprium Phe- ras veniſſe; quæ erat urbs in Theſſalia* ... *admodum nobilis: in eo igitur opido* ... *graviter ægrum Eudemum fuiſſe, ut* ... *es medici diffiderent.*

Diruta] Corinthi quidem vix reli- ... n veſtigium, ait Cicero in Agraria ... oſtea reſtitutam a Cæſare, Strabo ... rat libro ultimo.

los homunculi] Argumentum a ma- jo. nam ſi opida intereunt; quis p re homines miretur? Priſcianus li 3. *Sæpe inveniuntur deminutivorum d inutiva in diverſas deſinentia formas,* ... *omo, homuncio, homunculus, homulus,* ... *ullulus.*

Si quis noſtrum interiit] Aliis placet, ... *ſtrorum*: ut de propinquis dicatur. S l mutare non eſt neceſſe. eodem e- r n ſententia redit, ſi *Noſtrum* legimus ... n omnibus antiquis libris. nam etſi ... univerſo hominum genere dictum ..., *Si quis noſtrum interiit*; pro, Cum ... idit, ut homo aliquis intereat: ad ... tamen homines referri, qui nobis ... i ſunt, quis non intelligit? cari ... m ſunt non omnes omnibus, ſed omnes ſuis: & quia nemo fere eſt, qui carus alicui non ſit; ideo generatim recte Cicero dixit, quod deinde in par- tes dividitur, *Si quis noſtrum interiit, indignamur.*

Cadavera] Interitus opidorum eſt everſio. apte igitur, *Cadavera.*

Cohibere] Vel *Cohibere*, in timore mortis, nec vitam hanc magis, quam deceat, diligere; cum opida quoque eundem cum hominibus interitum ex- ſpectent: vel *Cohibere*, pro colligere, quod eſt accurata cogitatione rationem perpendere: ut epiſt. 9. lib. 1. *Colle- gi ipſe me, & cum ipſa quaſi repub. ſum collocutus.*

Hominem te eſſe natum] Id eſt, eum cui moriendi neceſſitas impendeat. unde illud Anaxagoræ, nunciata filii morte, *Sciebam me genuiſſe mortalem*, Tuſc. 3. quo ſpectaſſe arbitror Poetam illum, cum Telamonem, audita A- jacis filii nece, dicentem induxit: *Ego cum genui, moriturum ſcivi.* In eadem Tuſcul. Et hic infra: *Quoniam homo nata fuerat.*

Modo, uno tempore, tot viri clariſſi- mi] Emphaſim habent ſingula. Omit- to, inquit, vetera. modo interitum vidiſti & virorum, & clariſſimorum, & multorum, & uno tempore. cur angeris ob amiſſam unius muliercula animulam, cui tamen communi na- turæ lege moriendum aliquando fuit?

Tanta deminutio] Non quod ab im- perio populi Romani gentes defece- rint, ſed quod civili bello, & vectiga- lium fructus, & majeſtas, ac vires e- tiam populi Romani, cæſis tot homi- num millibus, imminutæ ſint.

Omnes provinciæ] Italia, cum Cæſar Pompejum ejecit: Hiſpania, cum Pom- peji legatos & exercitum in ſuam po- teſtatem redegit: Græcia, cum ipſum Pompejum devicit: Ægyptus, unde victoriam non ſine vitæ periculo, re- portavit: Aſia, propter Pharnacem, Mithridatis regis filium, quem Cæſar, Alexandria revertens, nullo negotio ſuperavit: Africa, in qua Scipionem & Jubam regem vicit: Hiſpaniam rurſus,

in qua hoc tempore Cæſar conſul IV. adverſus Pompeji liberos bellum gerebat. motum in Gallia fuiſſe nullum puto.

Conquaſſatæ] Impetu belli labefactatæ, incommodis & calamitatibus affectæ. pro Sextio: *Etiam exteras nationes illius anni furore conquaſſatas videbamus.*

Mulierculæ animula] Deminutis nominibus jactura levior oſtenditur.

Pag. 195. *Homo nata*] Nata, ut moreretur. morti enim homines debentur. paullo ante: *Hominem te eſſe natum. Hominem* incerti ſexus Donatus dicit eſſe, cum illud Terentii in Eun. interpretatur: *Inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt here, ſenem mulierem.* Et Plautus in Ciſt. *Hominis miſeræ miſeri.* Alii tamen aliter ſentiunt.

Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam avoca] Neſcio quo modo mendum huc irrepſerit, quod vulgatos omnes libros occupavit, iis tantum exceptis, quos olim edidit pater meus, quem pro eximia conſervandæ antiquitatis cura laudare ſatis nemo poſſit. ac mutationem quidem eſſe factam, eo magis miror, quod omnes libri veteres, quotquot unquam viderim, habent, *Ad cogitationem*, non, *Ac cogitationem*, ut impreſſi. reſtituamus igitur veritatem, vel negligentia vel opinione corruptam. Fac, inquit, Sulpicius, quod ego feci; qui cum oppida, quondam florentiſſima, proſtrata ac diruta vidiſſem, inde animum ad cogitandum avocavi, reprehendique communem errorem, quod indignamur, ſi quis noſtrum interiit, aut occiſus eſt, quorum vitæ exiguos natura terminos circumſcripſit; cum uno loco tot opidorum cadavera projecta jaceant. hæc me cogitatio valde confirmavit. Etiam tu, cum tot viri clariſſimi uno tempore perierint, imminutum valde ſit imperium, provinciæ omnes conquaſſatæ, ab hiſce rebus, ut ego ab opidorum excidio, ad cogitationem animum avoca; nec unius mulierculæ tantopere commovearis interitu; ſed ea potius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. *Ad cogitationem tuam* dixit, pro, ad eam cogitationem quæ ad te ipſum pertinet; cum illa, de tot virorum clariſſimorum interitu, de imperii deminutione, de provinciarum clade, non de ipſo proprie, ſed aliena cogitatio fuerit. ab hiſce igitur rebus ad cogitandum de te ipſo animum converte.

Ab hiſce rebus] Quæ te excruciant; cum in cæde tot virorum clariſſimorum, in imperio deminuto, provinciis conquaſſatis, plus omnino damni, quam in unius mulierculæ animula, factum ſit.

Tua perſona] Gravem enim perſonam ſuſtines, cum ampliſſimos magiſtratus eximia cum laude geſſeris. Videtur in verbo *Perſona* honorificum quiddam ineſſe: ut lib. I. de Fin. *Suſpicor fore, qui genus hoc ſcribendi, etſi ſit elegans, perſonæ tamen & dignitatis eſſe negent.*

Quamdiu ei opus fuerat] Non enim, cum reſpub. occideret, opus fuit.

Prætorem, conſulem] Magiſtratuum alii majores, alii minores vocabantur: majores, prætor, conſul, cenſor: minores reliqui. hic majores duo nominantur, prætura & conſulatus. nam cenſuram Cicero non geſſit. Gellius lib. 13. cap. 14.

Augurem] Augur creatus eſt (ut ait Plutarchus) in locum P. Craſſi a Parthis cum patre M. Craſſo interfecti, cum ab exſulio reſtitutus eſſet, antequam iret in provinciam. nam antea ſacerdotium illud non appetiverat: ut ipſe ad Catonem ſcripſit epiſt. 4. libro 15.

Adoleſcentibus primariis] Tribus. nupſit enim primum C. Calpurnio Piſoni Frugi, ut eſt in epiſt. 2. lib. I. ad Attic. deinde Furio Craſſipedi, de quo epiſt. 7. lib. I. ad Lentulum, & epiſt. 4. lib. 2. ad fratrem: quo mortuo, vel relicto, (nam neque de obitu ejus, neque de divortio conſtat) P. Cornelio Dolabellæ collocata eſt, ut in epiſt. 12. lib. 8. & epiſt. 16. lib. 2. & alibi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

& abi. a Dolabella, ut jam diximus, dimiſſa, periit ex partu. in quo notavimus olim Plutarchi & Aſconii indiligentiam, qui duos tantum Ciceronis generos nominarunt, Piſonem & Lentulum, in Lentuli etiam nomine peccantes. nam inter Ciceronis generos Lentulus nemo fuit.

...mariis] Omnibus quidem patriciis generis. patriciæ enim gentes, & admodum antiquæ, Calpurnia, Furia, Cœlia.

In reſp. occideret, vita exceßiſſe] Eandem ſententiam initio lib. 3. de Orat. cum de L. Craſſi morte loqueretur conſolationis loco poſuit. *Non vidit* (inquit) *flagrantem bello Italiam, non ardentem invidia ſenatum, non ſceleris nefarii principes civitatis reos, non luctum filiæ, non exſulium generi, non acerbiſſimam C. Marii fugam, non illam poſt reditum ejus cædem omnium crudeliſſimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipſe florentiſſima multum omnibus gloria præſtitiſſet, ut ille qui hæc non vidit, & vixiſſe cum repub. pariter, & cum illa ſimul extinctus eſſe videatur.* Et in libro de claris oratoribus opportuno tempore Hortenſium obiiſſe oſtendit, appropinquante reipub. interitu. *Occidit*, inquit, *cum lugere facilius rempub. poſſet, quam juvare: vixitque tam diu, quam licuit in civitate bene beateque vivere.*

...c nomine] Hanc ob cauſſam, quod vir nunc exceſſerit.

Ciceronem eſſe] Multis jam clarum virtutibus. vis major eſt in ipſo nomine quam ſi dixiſſet, *Cogita qui ſis.* tale illud epiſt. 7. lib. 3. *Appius Lentulo, Lentulus Appio proceßit obviam.* Et epiſt. 2. ad Att. lib. 5. *Cum Hortenſius veniret, & infirmus, & tam longe Hortenſius.* Et epiſt. 2. ad Q. Fratrem lib. 1. *Cato adoleſcens nullius conſilii, ſed tamen civis Romanus, & Cato.* Et illud Cæſaris ad gubernatorem tempeſtati diffidentem: *Cæſarem vehis.* Lugere autem in funere & in reliquis calamitatibus, quo quoque nobilior & præſtantior eſt vir, eo minus licet. itaque præclare Ennius:

Plebes in hoc regi anteſtat loco: licet
Lacrumare plebi, regi honeſte non licet.

Neque imitari] Ita pendet hoc a verbo *Noli*, ut ex eo tamen eliciatur affirmatio: hoc modo: *neque velis imitari malos medicos.* nam quædam ex negatione & affirmatione compoſita, ut, *Nemo* ex *non* & *homo*, *Nolo* ex *non* & *volo*, in prima ſententiæ parte vim habent negandi, ut hic, *Noli te oblíviſci Ciceronem eſſe:* in ſecunda affirmant, ut, *Neque imitari:* quod ita regitur (ut diximus) a verbo *Noli*, ut ſubaudiatur non ea pars quæ in eo verbo negat, ſed ea tantum quæ affirmat. Sic & Cicero locutus epiſt. 30. lib. 2. *Noli imprudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere.* nam particula *Nec*, reſpicit ad *Noli*, ſic tamen, ut, *Velis*, eliciatur, quod in *Noli* incluſum eſt. Horatius quoque affirmationem ex *Nemo*, eduxit in iis verſibus:

Qui fit Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu ſors objecerit, illa
Contentus vivat, laudet diverſa ſequentes?

hoc enim, *Laudet diverſa ſequentes*, cum referri neceſſe ſit ad *Nemo:* tamen affirmative ſumi, plane conſtat.

Quæ aliis tute præcipere ſoles, ea tute tibi ſubjice] Sic Cicero ad M. Brutum: *Eſt alienum tanto viro, ut es tu, quod alteri præceperit, id ipſum facere non poſſe.*

Longinquitas temporis] Eadem ſententia aliis verbis epiſt. 16. lib. 5. & epiſt. 4. lib. 6. & epiſt. 28. lib. 7. Tale illud Philippidæ:

Ὁ κοινὸς ἰατρός σε θεραπεύσει χρόνος.

& Menandri:

Πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναγκαίων κακῶν χρόνος ἐστίν.

& Diphili:

Λύπης δὲ πάσης γίνετ᾽ ἰατρὸς χρόνος.

& Philetæ:

Ἀλλ᾽ ὅτ᾽ ἐπὶ χρόνος ἔλθῃ, ὅς ἐκ Διὸς ἄλγεα πέσσειν
Ἔλλαχε, καὶ πενθέων φάρμακα μοῦνος ἔχει.

Sapientia occurrere] *Impetret ratio, quod dies impetratura eſt*, dixit epiſt. 11. lib. 12. ad Att.

Si quis inferis ſenſus eſt] Dubitat in eo, quod Philoſophorum alii negaverant, alii crediderant potius, quam probaverant. Cicero in Catone majore, Platonem ſecutus, reſidere in morte ſenſum putat. epiſt. 16. lib. 15. ita diſputat, quaſi ancipiti ſententia diſtrahatur. Iſocrates dubitaverat. nam in Euagora, Εἴ τις, inquit, ἐστὶν αἴσθησις τοῖς τετελευτηκόσι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων. Et in Platæenſium ſupplicatione: Εἴ τις ἄρα τοῖς ἐκεῖ φρόνησίς ἐστι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων. Et in oratione Æginetica: Θρασύλοχος, ὁ πατὴρ ταύτης, ἡγοῖτ' ἂν δεινὰ πάσχειν, εἴ τις ἐστὶν αἴσθησις τοῖς τεθνεῶσι περὶ τῶν ἐνθάδε γινομένων, ὁρῶν τὴν μετὰ θυγατέρα ἀποστερουμένην τῶν χρημάτων.

Qui illius amor in te fuit] Notum loquendi genus: quod valet, *Pro amore in te ſuo.* epiſt. 78. lib. 13. *Quæ tua natura eſt.* & ad Att. epiſt. 9. lib. 6. *Quæ tua prudentia & temperantia eſt.* Et ad eundem epiſt. 7. lib. 7. *Quæ tua eſt humanitas.* & in epiſt. M. Bruti ad Ciceronem.

Pag. 196. *Pietas in omnes ſuos*] Dixi jam, *Pietatis* nomen plus omnino, quam *amoris*, ſignificare. ut in epiſt. 9. lib. 1. perſpicue cernitur, uſurpatur in deos, parentes, propinquos, optime de nobis meritos.

Reipublicæ tempora] Miſerrima, ob amiſſam libertatem.

Aliorum victoriam] Hoc dicit, quia paullo ante Cæſar Pompeji liberos in Hiſpania devicerat.

Si hoc unum propoſuero] Sic loquimur, cum ita nos aliquid dicturos eſſe oſtendimus, ut aliquid tamen præponere velimus. epiſt. 10. lib. 13. *Videor mihi, cum ſeparatim de probitate ejus & moribus dicturus fuiſſem, ſi prius cauſſam, cur eum tantopere diligerem, tibi expoſuiſſem, &c.* Et lib. 2. Offic. *Quoniam nonnumquam hoc ſubſidium neceſſarium eſt, quemadmodum eo ſit utendum, dicemus, ſi prius iis de rebus, quæ virtuti propiores ſunt, dixerimus.* Et in Phil. 14. *Ad litteras veniam, quæ ſunt a conſulibus & proprætore miſſæ, ſi pauca ante, quæ ad ipſas litteras pertinent, dixero.* Et in eo commentariolo, qui de optimo genere oratorum inſcribitur: *Aggrediamur jam quod ſuſcepimus, ſi prius expoſuerimus, quæ cauſſa in judicium deducta ſit.* In Verrem lib. 3. *Hæc dicentur alio loco: nunc proficiſcemur ad reliqua, ſi pauca erimus a vobis, judices, deprecati.* Et ibidem infra: *Omnes iniquitate, de quibus ante dixi, ſui quæſtus cauſſa reperiſſe convincam, ſi prius illud propugnaculum, quo contra meos omnes impetus uſurum ſe putant, ex defenſione ejus dejecero.*

Adipiſci] *Apiſci* placet aliis. non contemno antiquitatem, colo etiam & obſervo: ſed *Adipiſci* cur non retineam, cum omnes in eo mei veteres libri, nullo diſcrepante, conſentiant.

Onus] Vt ferre non queas. reſpexit ad id, quod proxime dixerat, *Æque ferre.*

Hæc una] In adverſis conſtantia & fortitudo.

Tranquilliore eſſe animo] Sic libri ſeptem antiqui: alii, *Tranquilliorem.* utrumque recte.

Provincia] Achaja: quæ & *Græcia* dicta eſt. epiſt. 6. lib. 6. & *Ptolemais.* de tota Sulpicii Achaica juriſdictione, vide quæ diximus epiſt. 12.

P. VICTORIVS.

Hem nos homunculi indignamur] Non pigebit rem parvi momenti notare: unuſquiſque ut vult, accipiat. Scias optime lector in illo Mediceo codice, quem omnium probatiſſimum judicamus, eſſe *Homunciuli*: quod fortaſſe erratum librarii putaremus, niſi in aliis antiquiſſimis exemplaribus vocem hanc legi accepiſſemus. Vidimus nos Terentianum codicem Angeli Politiani, illum inquam, quem ipſe olim Venetiis cum Petri Bembi codice contulit, ſuaque manu accuratiſſime emendavit, qui locum hunc in Eunucho ſic legit: *Ego homunicio non facerem?* exemplar ſane ipſum non vidi, fidem tamen habeo diligen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

litiani, manu enim ſua ſumma & ſtudio ſe id opus peregiſſe t. Mirifice autem laudat antiqui- ejus codicis Politianus, literiſque mis earum, quibus quondam Pi- nunc vero Florentinæ Pandectæ æ ſunt, exaratum dicit: jam tum- ptimæ Bembi indoli blanditur, & , quem etiam ſibi diligenter ope- uam in ea collatione, quamvis pe- erum præſtitiſſe dicit: eaque de uguratur, quæ poſtea uberrime itit: eſt enim vir is, qui propter ;ias ſuas & admirabiles ingenii & i dotes, & ab omnibus laudatur, & ullam aſſentationis ſuſpicionem ri poteſt: ſed non capiunt hæ tactiores paginæ debitas tanto viro s. Si igitur ſic etiam optimus ille x habet, diligentius res animad- nda eſt: a grammaticis enim et hæ res conſideratæ in corruptis co- us non inveniuntur, ut his duobus deleta erat hæc vox, niſi ex vetuſtis plaribus eruta eſſet. Sunt autem ulla in hac epiſtola aliquanto an- ora, ut *Confieri*, etſi Virgilius etiam ce uſus eſt, & *Oppidum*, pro oppi- m, quod item ab antiquo codice ptum eſt: & infra *Apiſci*, pro adi- , quam vocem ſæpe & Lucretius, acitus uſurpant.

EPISTOLA VI.

go vero, Servi, vellem] Cum in re- ſcribendo amici conſilium aut vo- tatem comprobamus, utimur ſimili ncipio. ad Curium, epiſt. 30. lib. 7. *vero jam te nec hortor, nec rogo, ut do- redeas: quin hinc ipſe evolare cupio.* Varronem, epiſt. 5. lib. 9. *Mihi ve- d nonas bene maturum videtur fore.* Tironem, epiſt. 12. & 22. lib. 16. Att. epiſtola 40. 42. lib. 13. & ep. 3. 16.

a ſcripſiſti] Quod prudentiæ & do- næ fuit.

Dolorem adhibuiſti] Quod humani- s & amoris.

Illi tempori] Illi calamitati: ut epi- ſtola 9. lib. 1. *Habui non temporum ſo- lum rationem meorum, ſed etiam naturæ.* Et ibidem paullo poſt: *Scripſi tres li- bros de temporibus meis.*

Tibi gratum] Eadem fere ſententia clauſit epiſtolam tertiam.

Iucundiora] Iucunditati locus non eſt in rebus miſeris. nec fere jucundum quidquam, quod non idem gratum: gra- ta vero multa, non eadem jucunda. epi- ſtola 18. lib. 13. *Tale judicium tuum non poteſt mihi non ſumme eſſe jucundum.* quod cum ita ſit, eſſe gratum neceſſe eſt. epi- ſtola 15. lib. 5. *Gratus & optatus amor tuus: dicerem, jucundus, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem.* Similiter epiſt. 15. lib. 1. ad Att. *Fuit mihi ſæpe & laudis noſtræ commemoratio jucunda, & timoris conſolatio grata.* & epiſt. 20. lib. 3. ad eundem: *Avunculum tuum officio fun- ctum eſſe, probo: gaudere me tum dicam, ſi mihi hoc verbo licebit uti.* Ibidem epi- ſtola 24. *Iſta veritas, etiamſi jucunda non eſt, mihi tamen grata eſt.*

Non oratio tua ſolum, & ſocietas pæne ægritudinis, ſed etiam auctoritas] Tria conſolantur: rationes ad minuendum luctum aptæ; dolor ejus ipſius qui con- ſolatur; auctoritas demum ſapientis & clari viri, quæ rationibus vim & pon- dus addat. rationes & auctoritatem attigit in epiſt. ad Brutum, hoc modo: *Me quidem cum rationes quas collegeras, tum auctoritas tua a nimio mœrore deter- ruit.* Et ibidem proxime: *Iudicium tuum magni æſtimans, idque veritus, me ipſe collegi, & ea quæ didiceram, legeram, ac- ceperam, graviora duxi, tua auctoritate addita.*

Ægritudinis] *Vt Ægrotatio in corpore, ſic Ægritudo in animo, nomen habet* Tuſ- cul. 4. & ibidem: *Præclare noſtri mole- ſtiam, ſollicitudinem, angorem, propter ſi- militudinem corporum ægrorum, Ægritudi- nem nominaverunt.*

Q. Maximus] Quos hic nominat, eoſdem & alios præterea, ut exemplo multorum ſedaret luctum ſuum, in eo libro collegit, quem De conſolatione ad ſe ipſum inſcripſit. legimus enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

hæc in Epitaphio Nepotiani, apud Divum Hieronymum: *L. Paullus ſeptem diebus inter duorum exſequias filiorum triumphans urbem ingreſſus eſt. Prætermitto Maximos, Catones, Gallos, Piſones, Brutos, Scævolas, Metellos, Marcios, Craſſos, Marcellos, atque Aufidios; quorum non minor in luctu, quam in bellis, virtus fuit; & quorum orbitates in Conſolationis libro Tullius explicavit.* In tertia Tuſculana Gallum non nominat. *Qualis* (inquit) *Q. Maximus fuit, efferens filium conſularem: qualis L. Paullus, duobus paucis diebus filiis amiſſis: qualis M. Cato, prætore deſignato, mortuo filio: quales reliqui, quos in Conſolatione collegimus.* Q. Maximus eſt ille Fabius, qui rem Romanam ſecundo Punico bello, ſuperiorum ducum temeritate everſam, cunctando reſtituit: de quo Ennius,

Vnus, qui nobis cunctando reſtituit rem.

quem verſum Virgilius uſurpavit lib. 6. Etſi Maximi cognomen ab avo, Q. Fabio Rulliano, accepit, ut ex Livio & Valerio conſtat: tamen cum *Q. Maximus* legitur, non ille Rullianus, ſed hic Verrucoſſus ſignificatur, ut in libro de Sen. *Multa in eo viro præclara: ſed nihil eſt admirabilius, quam quo modo ille mortem Marci filii tulit, clari viri & conſularis.*

Magnis rebus geſtis] Quarum illa fuit maxima, quod Hannibalem juveniliter exſultantem patientia ſua mollivit. Arpos quoque recepit: quod opidum Hannibalis præſidio tenebatur.

L. Paullus] Æmilius, qui Macedoniam, victo rege Perſa, ad imperium adjunxit, intulitque ex præda in ærarium bis millies centies H-S. ut ait Vellejus, id eſt, ſexagies tricies centena millia ſcutatorum.

Duos ſeptem diebus] Patet hiſtoria apud Plutarchum, Livium lib. 45. Vellejum lib. 1. & alios.

Veſter Gallus] Qui Sulpiciæ gentis fortaſſe, cum hic Cicero conſularium virorum exemplis uti videatur. hic eſt C. Sulpicius Gallus, qui conſul devicit Ligures, anno urbis DXXVII. de quo ſic in Lælio: *Memineram Paullum, videram Cajum: ſed hi nec comparantur Catoni.* Et paullo poſt: *Viros bonos numeremus Paullos, Catones, Cajos, Scipiones, Philos.* Et infra ibidem: *Hac nos adoleſcentes benevolentia ſenes illos, L. Paullum, M. Catonem, C. Gallum, P. Naſicam, Ti. Gracchum diliximus.*

Pag. 198. *M. Cato*] Ille Cenſorius, & bellicis rebus & doctrina clarus.

Filium] De quo ſic in libro de ſenectute Cato ipſe loquitur: *O præclarum illum diem, cum in illud animorum concilium cœtumque proficiſcar; & cum ex hac turba & colluvione diſcedam: proficiſcar enim non ad eos ſolum viros, de quibus ante dixi, ſed etiam ad Catonem meum: quo nemo vir melior natus eſt, nemo pietate præſtantior: cujus a me corpus crematum eſt: quod contra decuit ab illo meum: animus vero non me deſerens, ſed reſpectans, in ea profecto loca diſceſſit, quo mihi ipſe cernebat eſſe veniendum. quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum, non quod æquo animo ferrem: ſed me ipſe conſolabar, exiſtimans non longinquum inter nos digreſſum & diſceſſum fore.* Plutarchus ait a patre virum optimum in ejus libris appellari ſolitum: nec ab eo, ſed a Salonino Catone, quem e Salonii ſcribæ filia, poſt obitum prioris uxoris, cenſorius Cato ſuſceperat, originem duxiſſe Catonem illum, qui ſe Vticæ interfecit. quod Gellius confirmat l. 13. cap. 19.

Adſpicere curiam non poteram] Curia, templum, ædes ſacra, diverſa eſſe poſſunt. nam curiæ, ut ait Varro, duorum generum; eæ, quibus ſacerdotes res divinas curabant, a Romulo inſtitutæ; & eæ, ubi ſenatus humanas, ut curia Hoſtilia: quæ neque templum fuit, niſi poſtquam per auguria conſtituta eſt; neque ædes ſacra, quia nulli deo dicata. ſed cum ſenatuſconſulta non niſi locis per auguria conſtitutis, quæ *templa* vocabant, haberi poſſent: propterea & curia Hoſtilia, & Pompeja, & Julia quoque, cum profanæ fuiſſent, per auguria conſtitutæ ſunt. quod a Varrone proditum indicat Gellius lib. 14. cap. 7. Eadem ratione *tem-*

plum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

...a ab æde ſacra diſtat. nam *templum* ...ſe auguratum eſt, non ſanctum: ...r vero *ſacra* per ſe ſancta, non au...ta, ut ædes Veſtæ: ſed ſi augurio ...ſtituitur, ut multæ, quod ait Var... tunc & ſancta & augurata eſt, ideo... & curia, & templum. Roſtra in ...) ſæpe *templa* nominantur, quod ...urato conſtituta: quæ tamen neque ...m ſacram, neque curiam fuiſſe, ſa... conſtat.

Induſtriæ meæ fructus] Induſtriæ fru...s erat, prodeſſe amicis in foro, rei... in curia.

Fortunæ] Quis eſt hic fortunæ locus? ...taſſe, quia fortuna induſtriam ad...at.

Frangerem ipſe me] Illata animo vi, ...illa graviſſima toleranter tamen fer...

Conſenuiſſe]Nihil muto, ne diſſentiam ...e cauſſa ab omnibus antiquis libris, ...os quidem adhuc viderim. nec videtur ...ſcura ſententia. Illa, inquit, quæ me ...aviter affecerant, conſenuiſſe jam ...debantur: nam vetuſtas dolorem ſe...t: nunc eadem hoc tam gravi vulne... recrudeſcunt. Metaphora eſt ab iis ...orbis, qui licet vetuſtate non omni...) tollantur, quotidie tamen ex ...nſuetudine leviores fieri videntur. ...on enim ſublata ea mala Cicero ſigni...cat, ſed animum ſuum diuturnitate ...nquam occalluiſſe, ut aliquanto mi...us ea ſentiret: nunc autem veterem ...bi acerbitatem novo eſſe vulnere re...ovatam. Accedit ejuſdem Ciceronis ...eſtimonium. nam epiſt. 26. lib. 7. *Se...eſcentis*, ait, *morbi remiſſio*. Sic *Se...eſcens laus*, alibi dixit.

Pag. 199. *In ejus bonis*] Quæ nunc ...ulla ſunt.

Et domo abſum, & foro] Erat igitur ...n agris.

Levatio] *Ratio*, mei veteres libri ...omnes: quod ſententia non caret. A...liorum tamen conjectura non diſpli...cet.

Tibi amiciſſimi] Quia conſul Sulpi...cius M. Marcello collegæ, Cæſari Gal...jas ante diem eripere conanti, reſti...terat, paciſque ſemper auctor fuerat. epiſt. 1. & 3. & Suetonius. amiciſſimus etiam Sulpicio Cæſar, quia ſuis in præſidiis ejus filius civili bello fuerat. epiſt. 17. & 18. lib. 9. ad Attic. & 3. lib. 10. ad eundem.

EPISTOLA VII.

Pag. 200. *ETſi eo te adhuc conſilio uſum intelligo*] Monendi partes qui ſuſcipit, vitare debet vitium arrogantiæ. ideo capit initium Cicero a laude Marcelli. Porro, quia facilius impetrat amicus, quam alienus: mentionem induxit veteris amicitiæ.

Non quin ab eo diſſentiam] Non enim eo, quo Marcellus conſilio uſus erat; quippe qui, poſt Pharſalicam pugnam, deſperatis rebus Brundiſium ſe contulit. infra, *De quo*, inquit, *quid ſentiam, nihil attinet dicere; cum appareat, ipſe quid fecerim.*

Non anteponam] Captat benevolentiam a modeſtia ſua, & a Marcelli laude.

P. 201. *Non aliena a dignitate*]Hoc addit, quia Romæ vivere, cum unius voluntas pro legibus eſſet, contra dignitatem Marcellus exiſtimabat. potius tamen pro tuenda ſalute, fortuniſque conſervandis, quam pro dignitate, rationes adducuntur. niſi ſi ad dignitatem illud pertinet: ſi per Cæſarem liceat in alienis etiam locis quiete ac libere vivere, cogitandum tamen eſſe, Romæ ne potius & domi, an Mitylenis & Rhodi vivendum eſſe videatur.

Ego eum te eſſe] Aggreditur probare, ſatis jam officio Marcellum feciſſe: ut oſtendat, debere eum aliquando cum ſuis in patria vivere.

Multo ante] Itaque Cæſaris potentiam, adempta ei provincia, minuere conatus eſt: in quo Sulpicium collegam habuit adverſarium. Suetonius, & epiſt. 3. ad Att. lib. 8.

Ita gerendi] Quod urbem Pompejus primum, deinde Italiam, ſtulto conſilio deſeruit. hoc in epiſtolis ad Att. ſæpe accuſat Cicero, atque etiam e-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

piſt. 11. lib. 16. ad Tironem: *Vrbem,* inquit, *reliquimus; quam ſapienter, aut quam fortiter, nihil attinet diſputare.*

Copias] Militum numerum: quem cum, ante Cæſaris adventum, maximum promiſiſſet, Cæſaris adventu nunciato, paratum exercitum non habuit: ex quo Favonii vox illa, *Nunc, Pompei, terram pede percute:* quia promiſerat, ubi terram pede percuſſiſſet, ilico futurum, ut adeſſent ingentes peditum equitumque copiæ. quod poſtea non præſtitit. epiſt. 3. lib. 7. *Neque magnas copias, neque bellicoſas.*

Genus exercitus] Ex tironibus magna ex parte collectum. epiſt. 3. lib. 7. *Signa*, inquit, *tirone & collecticio exercitu cum robuſtiſſimis legionibus contulit.*

Qua in ſententia me quoque fuiſſe] Confirmat idem in oratione pro Marcello. *Noſtri* (inquit) *ſenſus ut in pace ſemper, ſic in bello congruebant.*

Ne intereſſem] Cum bellum ſuſciperetur. ideo dixit epiſt. 6. lib. 6. *Suſceptum bellum eſt, quieſcente me; depulſum ex Italia, manente me, quoad potui.* Et epiſt. 11. lib. 16. *Ego adhuc oræ maritimæ præſum a Formiis, nullum majus negotium ſuſcipere volui.* & ep. 11. ad Att. lib. 7.

Conſilio, auctoritate] Eandem ſententiam aliis verbis enunciavit epiſt. 1. lib. 6.

Cum ſpe vincendi] Idem aliis verbis epiſt. 3. lib. 7. *Non putavi* (inquit) *cum integri pares non fuiſſemus, fractos ſuperiores fore.*

Sapientem & bonum] *Bonum*, quia bellum civile pro ſalute, ad dignitatem patriæ ſuſcipiat; *ſapientem*, quia invitus: cum exitus victoriæ maxime ſit incertus.

Extrema libenter non perſequi] Vt ii, qui ſe in Africam contulerunt. Scipionem, Catonem, Labienum, alioſque ſignificat. quos neque Marcellus, neque Cicero ſecuti ſunt. epiſt. 6. l. 9.

In Africam] Ad Jubam regem, qui, Curione Cæſarianarum partium duce interfecto, equitatum firmiſſimum, & elephantos plurimos habebat. ideo ſtultitiam eorum qui ad beſtiarum auxilium confugerant, carpit Cicero in epiſt. 6. lib. 9.

Pag. 202. *Medium*] Ut neque bellum renovares, neque Romam redires, ſed in opidum liberum, & ab armis remotum, te reciperes.

Vt mihi quidem videtur] Hoc interpoſuit modeſtiæ cauſſa, ne Marcelli conſilium plane reprehendere videatur.

Fortunas] Veritus, ne, præter alias cauſſas, hoc etiam nomine Marcellus exſulare ſtatuiſſet; quod fortunarum ſuarum incolumitatem deſperaret, optime Cæſarem in eum eſſe animatum ſignificat, nec dubitandum, quin ſuas fortunas obtinere poſſit.

Penes quem eſt poteſtas] Qui rempub. tenet. dixit paullo poſt: *Qui locus hoc dominatu vacat?* &, *Qui omnia tenet*, in epiſtola ſequenti: *Ad quem delata ſunt omnia*, epiſt. 9. *Qui plurimum poteſt*, epiſt. 13. *Qui rerum potiuntur*, epiſt. 8. lib. 1.

Beneficium non putares] Latenter ſignificat, ſi Marcellus, ut multi, veniam a Cæſare velit petere, ejus fortunas omnes fore ſalvas. quod ut faciat, aperte non hortatur; ne magni animi virum offendat: hortationis autem loco, prudenter ſubjungit illud: *De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere; cum appareat, ipſe quid fecerim.* Poſt Pharſalicam enim pugnam, Cæſar & Ciceroni & aliis ignoverat.

Cogitandum tibi tamen eſſet] Primum argumentum ſumpſit a fortunarum ſpe, alterum ab exemplo ſui facti, tertium a Cæſaris poteſtate, quartum hic ſubjungit ab honeſtate. nam ut Mitylenis aut Rhodi vivere æque ac Romæ tutum ſit, certe honeſtius in patria tua. Verbum autem, *Cogitandum*, ad honeſtum ſpectaſſe Ciceronem potius, quam ad jucundum, ſignificat: quamquam in epiſtola ſequenti, cum ſimili uteretur argumento, dixit: *Qui locus eſt domeſtica ſede jucundior?* quamquam ibi ſtatim de dignitate ſubjunxit.

Cujuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ujuſmodi res eſſet] Quæcunque reſ- eſſet, quod epiſt. 9. expreſſit.

Mitylenis] Quo ſe contulerat a Phar- ſa pugna. in Bruto: *vidi enim Mi- ty nis virum.* Et Valerius Max. lib. 9. ca 11. & Seneca in libro de Conſo- latione ad Albinam. & hic epiſt. 3. li 7.

Pag. 203. *Veremur*] Minus eſt, quam *emus.* valet enim: quem ne offen- mus, veremur.

Cum ejus poteſtas orbem terrarum com- a ſit] In epiſtola ſequenti, *Qui lo- hoc dominatu vacat?*

Alienæ] *Minor enim in externis locis facinus verecundia.* epiſt. 9.

Etiam ſi oppetenda mors eſſet] Non do Romæ eſſe malim, cum in urbe nus, quam in externis locis, peri- i eſſe videam, ſed etiam ſi oppeten- mors eſſet.

Futura perpetua] In re tua familiari n perpetuam injuriam, ſed repen- um aliquem, te abſente, prædo- m impetum extimeſco.

Qui eſſent] Cæſarianos quoſdam in- ni audacia, & fortaſſe egentes, de- nat.

C. Marcelli] Qui conſul fuerat poſt . Marcellum anno proximo.

Fratris optimi] *Patruelis*, ut ait Sue- nius.

Te deprecantur] Tuam ſalutem a Cæ- e precibus petunt. *Deprecamur*, vel m expetimus aliquid, vel cum recu- mus. prior ſignificatio patet hic, & oratione pro Marcello: *Cum*, inquit, . *Marcellum, deprecantibus vobis, con- ſervavit.* Et ad Cornificium epiſt. 24. . 12. *Senatus legatos non ad pacem de- ecandam, ſed ad bellum denunciandum iſerat, niſi legatorum nuncio paruiſſet.* lterius exemplum ſignificationis u- um illud pro Balbo, cum ſuppetant ulta, recitabimus: *Quiddam de com- uni conditione omnium noſtrum, depre- ndæ malevolentiæ cauſſa, deprecandum idetur.*

Precibus tardiores] Hic locus oſten- it, C. Marcellum, etſi Cæſaris dig- itatem, ut in Suetonio legimus, conſul oppugnaverat, civili tamen bello non interfuiſſe. alioqui deprecatore ipſe quoque eguiſſet: quod de ſe ipſo Cicero ſubjungit.

Deprecatore] In primis pro eo depre- catus videtur gener ejus Dolabella. e- piſt. 7. lib. 11. ad Att. in oratione ta- men pro Marcello, ut ſerviret præſen- tis Cæſaris auribus, ejuſque gratiam humanitatis laude colligeret, ait ſe, nullo deprecante, reipub. redditum.

A tuis reliquis] A reliquis Marcel- lis. qui videntur de Marcelli reditu non valde laboraſſe. nam & in ſequenti e- piſtola, *Redeo*, inquit, *ad unum illud, me tuum fore cum tuis; ſi modo erunt tui.* idque Marcellus ipſe in ſuis litteris ſig- nificavit, in eo loco: *In ſumma pau- citate amicorum, propinquorum, ac ne- ceſſariorum, qui vere meæ ſaluti faverent, te cupidiſſimum mei, ſingularemque mihi benevolentiam præſtitiſſe cognovi.* Quare interdum mihi venit in mentem ſuſpi- cari, ne de his etiam loquatur, cum ſcripſit, *Ii qui eſſent, auderem ſcribere, niſi te intelligere confiderem.*

Non adhibemur] Ad conſilium de tuo reditu capiendum. epiſt. 25. lib. 10. *Hæc eadem locutus ſum domi meæ adhibito Quincto fratre meo, & Cæcina, & Cal- viſio.* Et epiſt. 7. lib. 11. *Cum adhi- buiſſet domi meæ Lupus me, & Libonem, & Servium.*

EPISTOLA VIII.

Pag. 204. *Hominem virumque*] Sæ- pe utrumque conjungi- tur ad augendam laudem. nam *Homo* commune nomen eſt: *Vir*, proprium eorum qui aliqua laude præſtant.

Virtuti] Cujus eximia vis non in ſe- cundis, ſed in adverſis rebus agnoſci- tur.

Præbeam præſtemque] Multi enim ſe præbent, nec præſtant. & in verbo *Præbeo*, ſpecies quædam propenſi ad ju- vandum animi; in *Præſto*, res ipſa & a- ctio declaratur.

Adſim præſto] In vulgatis libris, *Sim præſto.* ego, cum in antiquis omni- bus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bus, *Adſim*, viderem; etſi ad ſententiam, utro modo legatur, parvi refert; tamen, antiquitatis conſervandæ cauſa, *Adſim*, malui.

Pag. 205. *Quæ poſſum*] Vereor ne commenticium hoc ſit: nullo quidem in antiquo libro reperitur, & abeſſe poteſt.

Ea quoque] Mei veteres omnes libri, uno tantum excepto, addunt *Etiam*. nec diſplicet. augeri enim quodam modo ſententia videtur, ſi *Etiam*, averſa ſemicircula nota a *Quoque* disjungat, ut ſequentibus ſerviat.

Putent] Et hic aliquot non recenter ſcripti libri habent, *Putem*.

Vel cenſuiſſe] Correctione utitur, quia dixerat jam, *Neque monere te audeo, præſtanti prudentia virum.*

Reque principem] Qui principem dignitate & auctoritate locum tenebis, neceſſitate, qua excuſantur actiones noſtræ, cedes tempori, cum ad unum Cæſarem referri omnia videbis, & feres. in epiſt. ſeq.

Ad exſulandum] Si Romæ ut in rep. id eſt, ut in antiquo legum ac morum optimorum domicilio eſſe non potes; ſis tamen ut in exſulio.

Hoc dominatu vacat] *Cum ejus poteſtas quem veremur, terrarum orbem complexa ſit.* in epiſt. ſuperiore.

Sed, mihi crede] Quamquam, inquit, præter jucunditatem, volo te etiam de tua priſtina dignitate ſperare plurimum.

Favet ingeniis] Eandem rationem, cum Cæcinam ſpe melioris fortunæ conſolaretur, uſurpavit. *Ingeniis*, (inquit) *excellentibus, quale eſt tuum, mirifice delectatur.*

Nobilitatem] A majoribus acceptam.

Dignitatem] Ipſius Marcelli.

Res] Natura bellorum civilium, quæ non concedit, ut victor eos qui contra arma tulerint, vehementer ornet.

Ipſius cauſſa] Rationes ejus, id quod ad ipſum proprie pertinet.

Pag. 206. *Si modo erunt tui*] Quis non intelligit, carum ſuis Marcellum non fuiſſe? licet in obſcuro cauſſa ſit. ideo in epiſtola ſuperiore: *A tuis reliquis non adhibemur.*

EPISTOLA IX.

Pag. 207. *Quo te animo cenſerem eſſe oportere*] Cum hortaretur Marcellum, ut omnino ſuam voluntatem cum amicorum ſententia conjungeret, ac vivere in patria mallet, quod Cæſar conceſſurus videbatur, quam in externis atque alienis locis. non enim de Cæſaris clementia, quæ & in epiſt. 7. declaratur, ſed de Marcelli pertinacia dubitabat.

Quæcunque eſt] Epiſtola 7. *Cujuſmodi res eſſet.*

Cum illud idem auribus percipias] Non eſt tuum, minus laborare, cum audias, quam cum videas.

Quod etiam majus videri ſolet] Contra in epiſtola 13. *Nec audio ſolum, quod ipſum eſſet miſerum, ſed etiam id ipſum video, quo nihil eſt acerbius, eorum fortunas diſſipari.* Et ad Torquatum epiſt. 1. l. 6. *Oculi augent dolorem, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt.* Eſt enim hoc in oratoris artificio, ut eaſdem res temporis cauſſa modo oppugnet, modo defendat. Propterea in illis ad Nigidium ac Torquatum epiſtolis pro auribus contra oculos; in hac ad Marcellum, quem redire in urbem cupiebat, pro oculis contra aures argumentatur.

Tibi ipſi] *Tibi præcipue ob nobilitatem & dignitatem tuam*, epiſtola 8.

Tempori cedere] Ad Att. epiſtola 50. lib. 12. *Temporibus parere, omnes πολιτικοὶ præcipiunt.*

Ut nunc quidem eſt] Præſentem rei ſtatum hoc loquendi genere veteres oſtendebant: quaſi dicerent quid futurum ſit, affirmare non licet: ſed, ut nunc quidem eſt, res ita ſe habet. ad Att. epiſt. 28. lib. 12. *Quæ ſi manebunt, quærenda eſt excuſatio ad Brutum: &, ut nunc eſt, manſuræ videntur.* Acad. lib. 4. *Ut quidem ſe nunc cauſſa habet.* Valet idem, *Quo modo nunc eſt*: quod ad Attic. ſcripſit epiſt. 2. lib. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſuorum quidem] Per quos vicit. quæquius ferre debemus, ſi minus noſtr...itatur. Hanc ſententiam plane corrobant ea, quæ ſequuntur.

...*njunctum eſſe periculum ſuo cerneret*] Al... hanc lectionem videntur ſuſpecta habuiſſe. Nos eam in vetuſto codic... Ioannis Scalæ, & in aliis manu ſcr...tis libris invenimus.

...g. 208. *Certorum hominum*] Scipi...em in primis, Pompeji ſocerum, D...itium Ahenobarbum, L. Lentul... notat epiſt. 2. lib. 6. Domitium & L...tulum nominat. eoſdem ſignificat ep... . 6. ejuſdem libri.

...*inime prudentium*] Cum tu bellum al...r gerendum cenſeres: ut in epiſtola.

...*agis communem*] Magis uſurum fu...e conſiliis noſtris.

...*ncertis in rebus*] Cum incerta victori...ſſet: cum bellum gereretur.

...ag. 209. *Sapientiſſimum conſilium*] C...n horum malorum initia & videres &...avere velles.

...*ratre tuo*] Qui conſul fuit cum Len...,anno primo civilis belli, biennio p... Marcum conſulem. placet enim h... dici de germano potius, quam de p...uele fratre: quia veriſimilius eſt g...nanum, quam patruelem, conſula... geſſiſſe ex Marci auctoritate: & C...ar lib. 1. bel. civ. Lentulum conſul...ut inimicum ſuum nominans, de M...rcello collega nihil umquam tale dic...: contra, iniquum fuiſſe Cæſari fra...n Marci patruelem C. Marcellum, & a...eo traditas Pompejo duas legiones, C...ſari ereptas, docet Hirtius lib. 8. bel. ...l. & Dio lib. 40.

Ex auctoritate tua] Opinor C. Marc...lum, de quo hic ſermo eſt, non ad...odum in conſulatu acerbum Cæſari ...ſſe. nam hic certe, ſtudioſos retinen... pacis duos fratres Marcellos fuiſſe, ...enditur: quorum conſilia Pompejus ...glexit.

Vobis auctoribus] Tutam pacem exi...ſo bello præferentibus.

Deſideraturum] Neglexiſſet potius, ...antea: id enim veriſimilius.

Sæpe] Quater, contendentibus Sulla & Sulpicio, Cinna & Octavio, Sulla rurſus & Mario, Cæſare & Pompejo. Phil. 8.

Ipſa victoria] Epiſt. 4. *Civilibus bellis victoria ſemper eſt inſolens.* Et in oratione pro Marcello: *Quoties ego eum vidi ferocitatem ipſius victoriæ extimeſcentem?*

Eorum arbitrio, per quos vicit] Eadem ſententia epiſt. 18. lib. 12. *Iis mos gerendus, quibus adjutoribus parta victoria.*

Etiam invito] Cæſarem culpa liberat, ſi quid agat, quod bonis civibus non probetur: vide epiſt. 17. lib. 9.

Illa] Pompejanorum: quorum crudelitatem ſemper extimuit. infra epiſtola 14. *Si viciſſent ii, ad quos ego, pacis ſpe, non belli cupiditate adductus, acceſſeram; intelligebam tamen, & iratorum hominum, & cupidorum, & inſolentium quam crudelis eſſet futura victoria.* confirmat idem epiſt. 21. lib. 5. & epiſt. 17. lib. 8. & epiſt. 6. lib. 9. & ad Att. epiſtola 6. lib. 11.

Opes] Dixi jam, *Opum* nomine, quidquid valemus, totum ſignificari.

De rep.] Quam crudelis Pompejanorum victoria quietam ac tranquillam eſſe non pateretur.

Qui finis iſtius conſilii eſt] Epiſtola 7. *Habet iſta ratio modum quendam.*

Vt in tali re] Quæ laudari fortuna poteſt, libertate amiſſa? ſed ut in tali re, fortuna etiam laudatur; quæ ſimpliciter, hoc ſtatu rerum, laudari non poteſt. Corrigit ſententiam hic loquendi modus: ut epiſt. 3. lib. 15. *Mihi, ut in ejuſmodi re, maxime curæ eſt, ut, quæ copiis & opibus tenere vix poſſumus, ea manſuetudine & continentia noſtra, ſociorum fidelitate teneamus.* Simile illud in Bruto: *Cliſthenem multum, ut temporibus valuiſſe dicendo.* Et in Lælio: *multæ etiam, ut in homine, Romano litteræ.*

Laudatur] Optatur, non laudatur fortuna: ſed hic Cicero vulgarem loquendi morem ſecutus eſt.

Pag. 210. *Neceſſario*] Non ſponte: nam boni cives bellum civile ſuſcipiunt inviti. Sic epiſt. 7. *Oſtendiſti, ſapientem & bonum civem initia belli civilis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

lis invitum ſuſcipere, extrema non libenter perſequi. Cur autem neceſſario? quia, quibus in caſtris Pompejus, conſules omneſque fere magiſtratus eſſent, in iiſdem eſſe reſp. videretur.

Extrema perſequi nolueris] Quia ſe Mitylenas contulit, multis in Africam ad Iubam regem, belli renovandi ſpe, proficiſcentibus.

Honeſto otio] Tacite ſignificat; non poſſe Marcellum eandem ſibi fortunam diu præſtare; ſed, ſi ideo abſit, quia honeſto illo otio delectetur, valde timendum, ne caſus aliquis ejus conſilia perturbet.

Statum] Quod in eodem ſtatu permanſeris, nullam tibi fortuna varietatem ac mutationem attulerit.

Famam dignitatis] Cum quiete & libere, honeſto otio, viveres; quo tuæ dignitatis fama conſervabatur. nam & qui profecti in Africam ſunt, ſtatum ſuum non tenuere, vel in acie interfecti, vel incommoda miſeriaſque perpeſſi: & eorum, qui ſe victori crediderunt, dignitas eſt imminuta.

Nunc vero] Cum jam ſatis a te factum ſit & boni civis officio & dignitati tuæ.

Dulcior patria] Epiſt. 8. *Quis locus eſt domeſtica ſede jucundior?*

Deformior] Amiſſis ornamentis ſuis.

Multis claris viris] Conſularibus ſeptem, Pompejo, Bibulo, P. & L. Lentulis, Ap. Pulchro, Domitio Ahenobarbo, Scipione.

Non iſſe ſupplicem victori] Vereor, ne quis hunc locum ex ingenio mutaverit. nam & uſitatius erat, *Iſſe ſupplicem ad victorem*, quemadmodum epiſtola 4. *ad Cæſarem ſupplex accederet*; & in meis omnibus antiquis libris non *Iſſe*, ſed *Eſſe*, legitur. in uno tantum, *Fuiſſe*, ſcriptum video. ac mihi quidem vel *Eſſe*, vel *Fuiſſe*, magis placet, quam *Iſſe*.

Aſpernari ejuſdem liberalitatem] Ex hoc loco fieri conjectura poteſt de reditu Marcelli jam impetrato. ego tamen, non confectam rem, ſed optimam Cæſaris voluntatem, & propenſam ad lenitatem naturam ſignificari puto. magis enim, ne Marcellus beneficium Cæſaris recuſaret, atque omnino redire nollet, quam ne Cæſar ſe difficilem ad ignoſcendum præberet, verebatur. quod etiam locus ille confirmat in epiſt. 7. *Intellexi, nihil aliud eſſe, quod dubitationem afferret ei, penes quem eſt poteſtas, niſi quod vereretur, ne tu illud beneficium non putares.*

Carere patria] Non omni patria, ſed hac, ob amiſſam libertatem miſerrima.

Conſulere temporibus] Ea facere, quæ temporum ratio, quæ incolumitas, & vita, & fortunæ tuæ poſtulant.

Incolumitati] Latius patet, quam vitæ nomen. nam incolumitate ſtatus rerum univerſus judicatur. Subjunxit autem, *Vitæ, & fortunis*, ut, quæ unico nomine comprehenderat, duobus exprimeret: quo magis, re ante oculos propoſita, Marcellus moveretur.

EPISTOLA X.

Pag. 211. Nihil novi] Præter id, quod ſcripſerat in ſuperioribus litteris, quæ non exſtant; in quibus Marcello reditum gratulatus erat: ut ipſius Marcelli ſequentes litteræ demonſtrant.

Theophilus] Marcelli libertus, qui & ante ad eum litteras attulerat. epiſt. 9. ex quo patet, has litteras aliquot poſt illas menſibus datas eſſe.

Tarda deceßio] Vt qui non admodum libenter in hanc rempub. venias.

Niſi oculorum] Tale illud in epiſtola ſuperiore, *Non eſt porro tuum, uno ſenſu oculorum moveri.*

Rei familiaris] Quæ, Marcello abſente, non diligenter ab ejus procuratoribus adminiſtrabatur: vel quod timendum eſſet, ne in eam prædonum impetus fieret: quod ſcripſit epiſt. 7.

In omnes partes] Ad omnia. ut epiſtola 6. lib. 11. ad Att. *Brundiſii jacere, in omnes partes moleſtum.* Et in epiſtola Vatinii, lib. 5. *Me tibi in omnes partes defendendum putes.* Contrarium illud epiſt. 10. ad Att. lib. 13. *Hoc nullam ad partem valet ſcilicet.*

Reliqua] Rationes, quæ te ad celerem reditum hortentur.

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

od ad tempus] Non quouſque, ſed quo lane tempore. ſic epiſt. 5. lib. 9. *mas*, pro *nonis*.

EPISTOLA XI.

Pag. 12. P*Lurimum valuiſſe apud me*] Quantum ex hac epiſtola lice conjicere, laudatam in libro de cla oratoribus Marcelli eloquentiam pa plus, quam veritas concederet, ex mo. nam cum ei verborum elegam, & copiam, & ſplendorem , dignitatem motus Cicero tribu t; adjunxit, nullam oratoris in eo vir tem deſiderari: atque etiam ſibi em eſſe, oſtendit Bruti teſtimonio, qu loquentem inducit. *Plurimum* lego omnibus antiquis libris. alii *plu n:* & cum inſcriptione conjun : ut ſit, *Salutem plurimam.* ad ſen am utro modo legatur, nihil in . ego veteres libros libenter ſe qu.

uterer veſtro conſilio] Vt in pa , ſuadentibus vobis, redeundum em.

s quemadmodum ſit acta] Cum a re de reditu meo eſt impetratum. ex epiſt. 4. cognoſcitur.

b optimo ſit animo] *Facere gratula n*, & Cicero dixit epiſt. 2. lib. 4. ad At

opinquorum] Quos Marcelli non cupidos fuiſſe, indicat illud epi 8. *Si modo erunt tui.*

eceſſariorum] Diſtinguit ab amicis opinquis neceſſarios, qui ſunt ar e quadam benevolentia devincti.

eliqua] Præter unum te, ſine quo e in adverſa neque in ſecunda for mihi vivendum ſtatuo.

irorum & amicorum] Virorum vir , amicorum benevolentia carere poſſum.

hoc] Quod in ſumma amicorum, inquorum, neceſſariorum paucita num te mei cupidiſſimum cogno vi

EPISTOLA XII.

Pa 213. Q*Voniam caſus & natura in bonis dominatur*] Cum non ignoretis, etiam bonis, non modo improbis, caſu & natura vitam adimi. Hoc Sulpicius, Marcelli nece commotus, non ſine quadam indignatione dixit. nam, re vera non in bonis tantum, ſed in omnibus hominibus caſus & natura dominatur. Locus poſtulat, ut *caſus* & *natura* diſtinguantur: quod ita commode fiet, ſi mortis genera, quando hic de Marcelli agitur morte, perſequamur. Mortis cauſſas in duo genera divido. aut enim intus oriuntur, aut extra: intus, vel natura, vel fato: extra, vel vi, vel caſu. Natura moriuntur, quibus in ſenectute animam e corpore quaſi ſua manu natura molliter educit: quod accidit, cum vitalis calor paulatim exſtinguitur. Fato, qui morbo aliquo, ante illam diem, quo per ipſam naturam pervenire licuiſſet, vitam amittunt. non enim Peripateticis libenter aſſentior, qui naturam & fatum idem eſſe crediderunt: quos Alexander ſecutus in libro de Fato, nihil inter naturam & Fatum, præter nomen, intereſſe, accurata diſputatione probare conatur. idem ſenſit Macrobius: idem Gellius: qui cum recitaſſet illud Demoſthenis ex oratione περὶ τοῦ στεφάνου: Ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγενῆσθαι, τὸν τῆς εἱμαρμένης, καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει· ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν, ἀποθνήσκειν ἐθελήσει: ſubjunxit: *Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixiſſe, id multo ante Demoſthenes τὴν πεπρωμένην, καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellavit. αὐτόματος enim θάνατος, quaſi naturalis & fatalis, nulla extrinſecus vi coactus, venit.* Hæc Gellius: quam recte, nondum ſtatuo. mihi enim neque Demoſthenis verba neque Ciceronis cogere videntur, fatum & naturam idem eſſe. quin, ſi modus loquendi, τὸν τῆς εἱμαρμένης, καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον, attendatur; articuli repetitio, diverſas potius eſſe res quam unam & eandem, ſignificat: idque ipſe Cicero, niſi fallor, oſtendit, cum ait oratione prima in Antonium: *Præter naturam, præterque fatum.* Quod ſi quis in dubium revocat:

vocat: gravem teſtem citabo, principem Latinorum poetarum, Virgilium: qui cum de Didone, ipſa ſibi mortem conſciſcente, verſum illum protulit:

Sed, quia nec fato, merita nec morte
peribunt:

fatum a natura manifeſte disjungit. Cujus teſtimonio ſubſcribere videtur Tacitus: apud quem Germanicus, eripi ſibi vitam veneno exiſtimans, hæc loquitur: *Si fato concederem, juſtus mihi dolor etiam adverſus deos eſſet; quod me parentibus, liberis, patriæ, intra juventam præmaturo exitu, raperent: nunc, ſcelere Piſonis & Plancinæ interceptus, ultimas preces pectoribus veſtris relinquo; referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus inſidiis circumventus, miſerrimam vitam peſſima morte finierim.* *Fatum* appellat eam mortem, quæ præmaturo quidem exitu, nulla tamen humana vi, contingit. præmaturus autem exitus a natura certe non eſt, ſed ante illum terminum, quem ipſa natura præſcripſit, robuſtis longiorem, brevem imbecillis. nam, ſi quando robuſtus ante imbecillum decedit, non ad naturam refero, ſed ad fatum, id eſt, ad eas cauſſas, unde oriuntur ii morbi, qui naturam vincunt, mortemque ante finem a natura præſtitutum arceſſunt. quod evenire ſibi Germanicus negat. Nec vero Chryſippi ſententiam probo, qui pertinere ad omnia fatum dicebat. quod ſi ita eſſet: fato omnes, quacunque ætate, quocumque mortis genere, perirent. ſed hunc firmiſſimis argumentis refellit Alexander: quem ſequor in hac quidem parte: in altera vero, quod fatum & naturam idem eſſe putat, cur ei non aſſentiar, illa ſuperiora demonſtrant. Reſtat mortis alterum genus, quod in duo ſubjecta genera diviſimus, vim & caſum. Vis voluntatem habet, caſus non habet. voluntas ſive noſtra ſit, ſive aliena, vim conſtituit: noſtra, cum aliquis ferro, veneno, aliave re ipſe ſibi mortem conſciſcit: aliena, cum ab inimico, vel etiam a feris opprimitur: quarum etſi voluntas ferarum propria non ſit; appetitus tamen ille ſpeciem voluntatis habet. Caſus voluntatem excludit. ſi quis enim, vel inopinata ruina, vel naufragio, vel ictu teli temere miſſi, a vita diſcedit, eſt illa quidem inimica naturæ vis; ſed quia voluntas abeſt, ad caſum refero, non ad vim: ſi modo conceditur, ut hæc ſubtilius examinetur. ſin paullo communius, & (ut ita dicam) rudiore Minerva diſputamus; utrumque, ſive adſit, ſive abſit voluntas, ad caſum referri poteſt: quem fortunam quoque nominemus: non quod ignoremus ea quæ ſcripſit Ariſtoteles Phyſicorum lib. 2. cum caſum & fortunam diſtingueret: ſed ubi mortis genera diſcernuntur, concedatur alterum ab altero non differre. itaque cum necem Didonis ad fortunam retuliſſet Virgilius illo verſu:

Vixi, &, quem dederat curſum fortuna, peregi:

ſubjunxit Servius: *Humana vita tribus continetur, natura, fato, fortuna, id eſt, caſu, qui ad omnia pertinet, quæ extrinſecus ſunt.* Quibus verbis primum illud oſtendit, fortunam & caſum idem eſſe: deinde, quidquid extrinſecus accidat, vel cum voluntate, vel ſine voluntate, ad caſum pertinere: quod Alexandro quoque placuit: qui fortunam & caſum, ita ſimul nominat, ut alterum ab altero non diſtinguat. Ex quibus efficitur, ut mortis tria tantum ſint genera, natura, fato, caſu ſive fortuna: ſin caſum a voluntate disjungimus, quattuor, natura, fato, caſu, vi. Reliquum eſt, ut oſtendamus, quam ſententiam probaverit Sulpicius, cum in bonis caſum & naturam dominari dixit. Primum illud pono: diſſentire illum a Chryſippo, qui ad fatum omnia retulit: diſſentire etiam a Cicerone & Virgilio, qui tria mortis genera fecerunt. deinde illud ſubjungo: Cum Peripateticis, naturam & fatum idem eſſe placuerit; ſatiſque conſtet, non omnes homines natura & fato, id eſt, (ut idem utrumque eſſe Peripateticis hic largiamur) naturali morte non omnes interire; neceſſe videri, iiſdem placuiſſe, alteram eſſe, præter naturam & fatum, interitus humani cauſ-

caſum. ea vero nihil aliud, quam caſus, id eſt, externa vis, ſive humana, cum voluntate, ſive non humana, ſine voluntate, videtur eſſe poſſe. Et Demoſthenes, Cicero, Virgilius, Tacitus, aliiq; in cauſſam mortis præter naturam, cæterque fatum agnovere. Secutus igitur Peripateticos Sulpicius, (dederat enim operam Philoſophiæ, ut epiſt. 3. lib. & in Bruto) duo tantum genera mortis fecit, caſum, & naturam: ſive fortunam & fatum: quoniam quidem nec differre fortunam a caſu, auctoribus Virgilio, Servio, Alexandro etiam Peripateticorum interpretum principe, ſatis oſtendimus: & inter naturam & fatum nihil intereſſe præter nomen, idem Alexander ex Ariſtotelis mente prodidit. itaque duobus nominibus cauſſas mortis omnes, cum periiſſe Marcellum caſu, non natura, ſignificaret, ellet, Sulpicius comprehendit.

[P]ag.214. *Vos certiores facere*] Pendet ab *Viſum eſt faciendum:* quam apte, alii dicent. uſitatius enim erat, *Vos certiores ut facerem:* aut, *Viſum eſt vos certiores facere.* quod alii quoque viderunt.

[Coll]*egam*] In conſulatu.

[Cum] *ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque juriſdictionem abſolverem*] Provincia Sulpicii, vocatur *Achaia* non modo epiſt. 4. hujus libri, verum etiam epiſt. 26. 27. 28. lib. 13. ſed mirari aliquis poſſit, cur epiſt. 6. lib. 6. Sulpicius præeſſe Græciæ dicatur. Primum, quæſtionis perſolvendæ gratia, illud pono: licet provincia Sulpicii, in qua præter Achaiam Peloponneſus tota cum adjacentibus inſulis, præterea Epirus Græciaque fuit, *Achaia* vocaretur, vere tamen ac proprie regionem illam *Achaiam* dici ſolitam, quæ tota extra Peloponneſum fuit, *Bimaris* dicta, quod duo maria Ægæum & Ionium, navigatione diverſa, fere conjungeret: de qua Mummius, everſa Corintho, triumphavit. *Hæc modo Achaia, anguſta, in qua cervice Peloponneſum contingit Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Scironius appellatur ſinus.* Et paullo poſt, *Sinum Corinthiacum* LXXXV. M. *paſſ. in longitudinem uſque Iſthmum tranſmittunt. Achaiæ nomen provinciæ ab Iſthmo incipit.* Idem infra: *Ab Iſthmi anguſtiis Hellas incipit, noſtris Græcia appellata, in ea prima Attica, antiquitus Acte vocata, attingit Iſthmum parte ſui, &c.* Quibus ex locis, etiam ex Ptolemæi teſtimonio, conſtat, regionem illam, quæ tenui cervice Peloponneſum contingit, Helladem vocari, & eandem Græciam; in ea vero eſſe, & ab Iſthmo incipere, tum Achaiam, quæ & Græcia & Hellas dicta ſit, quia commune regionis nomen aſſumpſerit, tum etiam Atticam, quæ ipſa quoque eodem pro Achaia jure commune vel Græciæ vel Helladis nomen uſurpare potuit: cum præſertim Theſſalia quoque & Græcia & Hellas dicta ſit, generali vocabulo, ut libr. 4. & 7. Plinius prodidit. Duplex igitur *Achaia*, vetus illa bimaris, & hæc recentior Sulpicii provincia, veterem complexa: quam Cicero cum Græciam appellavit, reſpexit ad Græciam univerſam a Sulpicio adminiſtratam: quæ, poſt captam Corinthum, in provinciæ formam, ſimul cum ipſa Achaia, redacta eſt: ut in Achaia Pauſanias docet. *Achaiam* vero idem Cicero Sulpicii provinciam vocat; quia reliquæ ejus provinciæ partes, a nobiliori nomen acceperunt; & quia, occaſione devictæ Achaiæ, totus ille terrarum tractus, ut diximus, in provinciæ formam eſt redactus. Sic & Cilicia, a Cicerone adminiſtrata, provinciæ nomen dedit: licet Aſiaticas aliquot diœceſes complecteretur. Quattuor hic dubitationes, non inutiles fortaſſe, ſubjungam. Prima eſt, utrum Athenæ ad Sulpicii juriſdictionem pertinuerint, an ſuis legibus, ut aliæ quædam urbes, uſæ ſint. Partem provinciæ dixerit fuiſſe, qui morantem in ea urbe Sulpicium animadverterit: quod epiſtolæ duæ, prima & quarta lib. 6. declarant. Mihi tamen omnino libera videtur; non modo quia Plinius, Strabo, Dio, & alii ſatis id conſtanter aſſeverant; verum etiam, quia tutum in ea Romanis exſulibus domicilium fuit. de

O Tor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Torquato plane conſtat ex epiſtola 1. 3. 4. lib. 6. de Memmio ex epiſt. 1. libro 13. jam Dolabella, cum Ciceronem, exorto civili bello, hortatur epiſtola 9. lib. 9. ut Athenas ſe conferat, argumento, niſi fallor, eſſe poteſt, provinciæ partem Athenas non eſſe. Nec tamen provinciæ finibus excedebat Sulpicius, cum Athenas iret: ſed ad liberam urbem, poſitam in provincia, nec tamen provinciæ partem, vel animi cauſſa proficiſcebatur, tum ut urbis adſpectu, tum etiam ut Philoſophorum ſermonibus & conſuetudine frueretur: vel quia conventum Athenis agere, commodum eſſet. Secundo loco, venit in mentem ambigere de Theſpiis. nam Plinius, ubi Athenas, ibidem ait, opidum liberum Theſpias fuiſſe. At Cicero epiſt. 22. lib. 13. commendat Sulpicio Manlium, qui negotiabatur Theſpiis. quo videtur oſtendere, intra provinciæ terminos fuiſſe. Sit ita, verumtamen hoc non obſtat, quin ſui juris opidum, quodque Græci vocant αὐτόνομον, fuerit: ut in eo Sulpicium, tanquam illius provinciæ proconſulem, auctoritate quidem valuiſſe concedamus, juris autem dicendi & imperandi poteſtatem habuiſſe nullam putemus. Occurrit tertia, non exigui ſane momenti, dubitatio. Sulpicii provincia Græcia fuit: is tamen in Aſiam ſe profectum eſſe epiſt. 5. ſignificat. quod mirum videri poteſt: niſi ſi vel Sulpicium Cæſar, cum omnia ſuo moderaretur arbitratu, ſolvit legibus, ut iret quocunque publici commodi ratio poſtularet: vel ejus imperio partem Aſiæ extra ordinem attribuit, item ut Cilicienſi provinciæ tres διοικήσεις Aſiaticas a ſenatu attributas videmus. quamquam id quidem vix crediderim, imminutam eſſe hoc tempore Aſiaticam jurisdictionem, quæ ad P. Servilium, Cæſaris collegam, pertinebat: ut ex epiſt. 67. lib. 13. conſtat. Poſtrema quæſtio de Achaia. quæ ſi, Cæſare vivo, provincia fuit: cur eam, interjectis fere centum annis, a Veſpaſiano in provinciæ formam una cum Cilicia eſſe redactam, Suetonius ait? Achaiam in provinciam retulit Mummius: ut ex Pauſania & Strabone cognoſcitur. libertatem ei Nero imperator dedit: ut ſcripſit Plinius lib. 4. c. 6. eandem in provinciæ formam Veſpaſianus redegit.

Supra Maleas] Veteres libri omnes, *Majas*, non *Maleas*, quod omnino mendoſum eſt, nec tamen contemnendum. quid enim obeſt, notam eſſe omnibus ac teſtatam antiquitatem? cum ſæpe ex ipſo mendo, mutatione aliqua litterarum, elici veritatem conſtet. *Maleam* autem Virgilius, Livius, omnes denique nominant: *Maleas* vero unus, quod ſciam, Plinius junior in epiſt. ad Trajanum lib. 10. Græcis verbis, ὑπὲρ Μαλέας. quod ſi legatur hic *Supra Maleas*, interpretaremur, ſuperato Malearum promontorio, Laconicæ provinciæ, navigantibus valde periculoſo.

In Italiam verſus] Antique: ut Cœlius quoque epiſt. 15. lib. 8. *Ad Alpes verſus*. & Hirtius de bello Africano: *Ad Cercinam inſulam verſus*. Et Livius lib. 1. *Ad meridiem verſus*.

Poſtridie ejus diei] IIX. Cal. Iun. Sic *poſtridie ejus abſolutionis* dixit Cœlius epiſt. 2. lib. 8. *Poſtridie ejus diei*, Cæſar lib. 1. bel. Gall.

Horam decimam noctis] Ne quis miretur, cum hic dies IIX. Calend. Iun. ſignificetur, decimam noctis horam ſignificari. nam, etſi menſis Maji extremi noctes non modo ad decem, ſed nec ad novem horas in Italia producuntur, tamen apud veteres in more fuit, ut æſtivæ noctes pariter & hibernæ, itemque dies ſemper in duodenas horas diſtribuerentur, hoc modo, ut æſtivarum noctium contractiores horæ eſſent, dierum vero longiores; hibernarum noctium longiores, dierum breviores. ita fit, ut extremo menſe Majo, cum longiſſimi dies, breviſſimæ autem eſſent noctes, in duodenas tamen horas tam nox quam dies divideretur, ſed nox in breviores, dies autem in longiores. qua ratione hora noctis decima, erit, ut hodie noctem dividimus, hora noctis ſeptima cum octavæ fortaſſe dimidio. Vide,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

de, quæ diximus epiſt. 30. lib. 7.

one] Cognomen eſt non modo M… orum, ſed etiam Flaminiorum, ut vet… es nummi declarant. *Cilones dicti,* … Feſtus, *ab eminentiore fronte*; vel, … riſius, *a capite oblongo & compreſ-ſo.*

gione] Brevior eſt quam gladius, aut… re Nonio. Suetonius in Caligula: *Re… ti ſunt in ſecretis ejus duo libelli, di-ver… titulo: alteri gladius, alteri pugio … erat.*

…g. 215. *Secundum aurem*] Poſt au-rem exemplis abundamus.

…pſum interfeciſſe] Quod eum com-mi… facinoris pœniteret. cauſſam ne-cis … cero ignorat epiſt. 10. lib. 13. ad At… Valerius hanc ponit lib. 9. cap. 11. qu… cum eſſet Marcello Magius vetere con… nctus amicitia, eique in Pompeja-na … ilitia comes fuiſſet; indignaretur ali… os ſibi amicorum ab eo præferri.

…gerem medicos] In aliquot antiquis lib… non eſt, *Cogerem:* ego, cum in qu… que eſſe videam, approbante ſen-ten… a, retinendum putavi.

…er] Servus. ſic enim loquebantur, ut … empla declarant.

…cidini] Manliorum cognomen fuit *Acidinus.* conſtat ex lib. 2. de orat. ex … llejo lib. 2. ex lapidibus Capitoli-nis … n quibus conſul eſt *L. Manlius A-cid… us.* anno DLXXIV.

…m codicillis] *Codicilli,* tabellæ ce-rat… erant, in quibus ſtylo pangebatur, a … ce, id eſt, arboris libro, nominati. … *aria* quoque dicebantur, a pungen-do … uod ſtylus in iis pungendo ſcribe-ret … codicillorum uſum ante Trojana … fuiſſe, Homerus oſtendit in illo … ἰλ. ζ,

…ράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

… verſu de codicillis locutum eſſe … dit Plinius his verbis lib. 13. c. 13. … *& Homerus Bellerophonti codicillos …, non epiſtolas, prodidit?* & lib. 33. cap… 1. Modo autem ipſi codicilli mit-teb… atur, ut hæc oſtendit epiſtola, & ad … am epiſt. 18. lib. 6. *Statim quæſivi … o per codicillos.* Et ad Q. Fr. epi-ſtola 13. lib. 2. *Epiſtolam hanc convicio efflagitarunt codi illi tui.* Modo non mittebantur, ſed ex iis litteræ deſcri-ptæ: unde in epiſtola ultima lib. 9. *Harum ad te exemplum in codicillis exa-ravi.* Codicillorum uſum, poſt inven-tam etiam chartam, feſtinatio retinuit, cum in omnibus locis, ut in convivio, itinere, in navi, in ſenatu, charta, atra-mentum, calamus non ſemper in prom-ptu eſſent, moram autem res non fer-ret.

Teterrimo] *Tater* & *Clarus* oppo-nuntur.

Pepercerant] Cæſar enim ei reditum in patriam conceſſerat.

Pag. 216. *Dominus eorum*] Servis enim capitale erat, qui dominum non defendiſſent, ut ex Vlpiani verbis, Syl-lanum S. C. interpretantibus, cogno-ſcitur. Confirmat hoc hiſtoria. nam Tacitus lib. 14. *Præfectum urbis,* inquit, *Pedanium Secundum ſervus ipſius interfe-cit, ſeu negata libertate, cui pretium pepi-gerat, ſive amore exoleti infenſus, & do-minum æmulum non tolerans.* ceterum, cum vetere ex more familiam omnem, quæ ſub eodem tecto manſitaverat, ad ſupplicium agi oporteret, concurſu ple-bis, quæ tot innoxios protegebat, uſque ad ſeditionem ventum eſt. Idem Taci-tus paullo poſt eam pœnam in ſervos vetere S. C. decretam, oſtendit his ver-bis: *Conſulari viro domi ſuæ interfecto per inſidias ſerviles, quas nemo prohibuit, aut prodidit, quamvis nondum concuſſo S. C. quod ſupplicium toti familiæ nuncia-batur.*

Lecticariis] Lecticarii fuere ſervi, vel qui lecticam geſtabant: unde *Octopho-rus Anicianus* epiſt. 9. lib. 2. ad Q. Fr. vel qui fabricarentur, ut pro Amerino: *Mitto haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios.* Imperatorum tamen ætate, lecticarii non ſervi, ſed liberti fuere: quod hic lapis Romæ trans Tiberim, ad D. Cæciliæ, declarat: DIS. M. TI. CLAV-DIO. AVG. LIB. TIGRANO. EX. CORPO-RE. LECTICARIORVM. CAESARIS. VIX. ANNIS. LXXXV. M. LICINIVS. ATI-METVS. ET. SEXTIA. FELIX. BENEME-

 RENTI.

RENTI. POSVERVNT. Hunc ut fabrum potius, quam qui lecticas ferret, fuiſſe putem, facit illud, *Ex corpore*; quod videtur ad artifices pertinere. Vnde alibi:

Corpus Lenuncularior um. Auxiliariorum. Oſtienſium.

Corpus Cuſtodiarior.

Corpus Dendrophororum.

Corpus Tignuariorum.

Intra urbem] Quod Solonis lege vetitum Romani poſtea tranſtulerunt in duodecim tabulas. Cicero lib. 2. de Leg. *In urbe ne ſepelito, neve urito.* Pauſanias quoque ſepulchra multa extra urbem poſita, urbanum nullum commemorat.

In quo vellemus gymnaſio] Cum tria eſſent, ut ait Suidas, Λύκειον, Κυνόσαργες, Α᾽καδημία.

Gymnaſio Academiæ]. In quo docuerat Plato. nomen accepit, Laertio teſte, ab Academo heroe, vel, ſi Heſychio credimus, a lavacro prope poſito. *Gymnaſia* vero dicta, quod in iis luctarentur nudi: quam exercitationem *palæſtram* vocarunt. multis enim annis inventa eſſe gymnaſia, ante quam Philoſophi in iis garrire cœperunt, auctor eſt Cicero lib. 2. Orat. poſtea placuerunt ea loca Philoſophis, in quibus de quo vellent ſcientiæ genere diſputarent. Sed Academiam Plato, Lyceum nobilitavit Ariſtoteles. Vitruvius lib. 5. cap. 11. exhedras etiam conſtitutas ait cum ſedibus, ubi Philoſophi & Rhetores diſputare poſſent.

Collegio] Collegii cauſſa: quia conſules una fuerant.

Propinquitate] *Propinquitas* modo generale nomen eſt, id eſt, cognationis & affinitatis commune: modo cognationem proprie ſignificat. Commune nomen eſt, ut lib. de Amicitia: *Cives potiores ſunt quam peregrini, & propinqui quam alieni.* De Fin. lib. 3. *Velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris.* Pro Quinctio: *Si pietate propinquitas colitur: qui affinem prodit, impius ſit, neceſſe eſt.* Cognationem deſignat, ut epiſt. 13. lib. 2. *Liberis, propinquis, affinibus.* Et in oratione pro Plancio: *Cum illo maximis vinculis propinquitatis & affinitatis conjunctus.* Et Cæſar lib. 2. bell. Gall. *Propinquitatibus affinitatibuſque conjuncti.*

P. VICTOR.

Supra Majas Italiam verſus] Locus hic ſemper corruptus eſt habitus, multique multis modis eum corrigere aggreſſi ſunt: nos tantopere in hac re dubii ſumus, ut nihil aſſerere audeamus, faciliuſque, quid nobis non placeat, quam quid probemus, pronuntiare poſſimus. In tanta autem obſcuritate, & veri ignoratione, vulgatam lectionem retinere, tutius nobis viſum eſt, quam novam aliquam, & eam parum firmam reponere. In omnibus enim manu ſcriptis nulla varietate *Supra Majas* ſcriptum eſſe animadvertimus. quod quamvis non probemus (quid enim ſignificent ea verba, non intelligimus) tamen niſi veriorem ſcripturam reſtitueremus, cur mutaremus, cauſa non fuit. Nonnulli nuper ita caſtigationem illam pervulgatam *Supra Maleas* amaverunt, ut ita ſcribere in libris, quos formis excuderunt, non dubitarint: nec eos ſane reprehendimus, quamvis imitati non ſimus. Audimus enim doctis viris hanc emendationem valde probari: in cauſa autem fuit, quod ſingulari potius numero animadvertimus locum illum appellari, promontoriumque *Maleæ* dici, & a Græcis, & a Latinis auctoribus. Navigationem autem fuiſſe quampiam valde celebrem, quam ὑπὲρ Μαλέας appellabant, plures auctores tradunt: ſic autem (niſi fallor) eam vocabant, quia ſi e Piræeo, exempli cauſa, in Italiam navigandum erat, duo erant curſus, unus quem ὑπὲρ Μαλέας dicebant, quia neceſſe eſſet id promontorium navibus ſuperare, qui erat ſane brevior, ſed pericula quædam continebat propter anguſtias illas. Tunc enim dicitur quis ſupra promontorium tranſmittere, quum non longinquum ab eo curſum tenet, ſed prope illud navigat: Alter autem, cum per pelagus aliquis navigat, & longe ſe removet a terra. Sunt autem inſulæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſulæ quædam e regione Maleæ promontorii non valde ab eo diſtantes, inter quas & promontorium, qui tranſibant, ὑπὲρ Μαλέας navigare dicebantur: quem curſum fortaſſe Marcellus tenere in ſua navigatione conſtituerat. Plut. in Arato valde hanc rem aperit: Α'νήχθη μὲν οὖν ἀπὸ Μετώνης ὑπὲρ Μαλέας ὡς τῷ διὰ τοῦ πόρου δρόμῳ χρησόμενος πρὸς δὲ μέγα πνεῦμα, καὶ πολλὴν θάλασσαν ἐκ πελάγους κατιοῦσαν ἐνδύντος τοῦ κυβερνήτου παρεισφερόμενος μόλις ἥψατο τῆς ἀδρίας πολεμίας οὔσης. Præterea Plinius junior in epiſtola ad Trajanum ſic de ea navigatione loquitur, *Nuntio tibi me Epheſum cum omnibus meis* ὑπὲρ Μαλέας *navigaſſe, quamvis contrariis ventis retentus.* Avunculus item ejus in hiſtoriæ naturalis lib. 4. cap. 14. hanc eandem rem videtur innuere de inſula Cythera loquens, *Hæc ſita eſt a Maleæ promontorio,* v. *mil. paſſ. ancipiti propter anguſtias ibi navium ambitu.* Cum autem Latini etiam homines Græcis verbis hanc navigationem appellare ſint ſoliti, quod teſtimonio Plinii in epiſtolis probatur, ſuſpicari poſſet aliquis etiam Sulpicium ὑπὲρ Μαλέας ſcripſiſſe, ſed imperitos poſtea librarios locum depravaſſe, cum in aliquo fortaſſe exemplari præpoſitionem illam Latina voce, quam ſignificat, declaratam legiſſent, unde poſtea creditum ſit *Maleas* numero multitudinis accuſandi caſu, ut præpoſitio illa requirit, dictum: & ſic locum tantopere paulatim contaminatum eſſe, ut nihil inquinatius fuerit. Hæc autem levis quædam eſt conjectura. Negari non poteſt locum valde perturbatum fuiſſe, ideoque nihil ſtatuere de eo tutum exiſtimavimus. Strabo tamen numero multitudinis *Maleas* appellat, ſed neſcio an potius urbem aliquam in ea regione eodem nomine appellatam intelligat. Hæc ejus e lib. 8. verba ſunt: εἶτα Ο'νου γνάθος λιμένα ἔχουσα, εἶτα Βοία πόλις, εἶτα Μαλεαὶ, στάδιοι δ' εἰς αὐτὰς ἀπὸ τῆς Ο'νου γνάθου πεντήκοντα, καὶ ἑκατόν. ἔστι δὲ καὶ Α'σωπος πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ. Præpoſitionem autem *In* ante vocem illam *Italiam* repoſuimus, quia eam in vetuſtioribus codicibus invenimus, & ita etiam locutum Hirtium obſervavimus de bello civili, cum ſcripſit, *ad Cordubam verſus.* quare non mirandum eſt etiam Sulpicium *In Italiam verſus* dixiſſe.

EPISTOLA XIII.

Pag. 217. *Non modo certa res ulla*] Aliis *Nulla*, mihi *Ulla* placet. ſequor enim & meos veteres novem libros, & ſententiam ipſam, atque etiam conſuetudinem Latinæ linguæ. *Non modo certa res ulla*, dixit pro, *Nedum certa res ulla*: ut ad Lentulum epiſt. 9. lib. 1. *Non modo præmiis, ſed ne periculis quidem compulſus ullis, ad eorum cauſſam me adjungerem.* Quo loco plura hujus generis exempla collegimus. Tantum, inquit, abeſt, ut mihi certa res ulla, ut ne genus litterarum uſitatum venerit in mentem.

Unam partem] Genus litterarum familiare & jocoſum, epiſt. 4. lib. 2.

Aut promiſſio auxilii alicujus, aut conſolatio doloris tui] Eandem ſententiam repetivit epiſt. 10. & 13. libro 6.

Pag. 218. *Pari fortuna*] Uterque enim, Pompeji partes ſecutus, Cæſarem offenderat. Atque hoc ipſo quædam videtur eſſe conſolatio: levat enim dolorem fortunæ ſocietas.

Caſus meos ſuſtentabam] Exciderat ſtatu illo, in quo eum induſtria ſua perpetuaque in rempub. merita collocarant: nunc ſuſtentari ſe dicit aliorum opibus, id eſt, eorum auctoritate & gratia, quos, veteri ſibi neceſſitudine conjunctos, plurimum ob victoriæ ſocietatem poſſe apud Cæſarem intelligebat. hi porro erant potiſſimum, Panſa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Poſtumius. epiſt. 12. lib. 6. Eadem tranſlatio eſt, *Suſtentare caſus*, & *Suſtentare cadentem.*

Queri, quod ita viverem] Eadem ſententia in epiſt. 3. lib. 6. *Ita vivere, ut non ſit vivendum, miſerrimum eſt.*

Et in epiſt. 3. lib. 7. *Vbi non ſis qui fueris, non eſſe cur velis vivere.*

Privatim] Publica enim Cicero concidit calamitate.

Eis conficior curis] Quas ſignificavit in eo, *queri quod ita viverem*, ob exitium reip.

Hoc ipſum] Non modo in aliis rebus, ſed in hoc ipſo, quod maneam in vita: in quo peccare tamen mihi videor. cur enim, cum occideret reſpub. ipſe vivam? Quærit divus Auguſtinus in libro, ſane non contemnendo, quem tamen pauci legunt, de Grammatica, cur, cum *iſtud* & *illud* in genere neutro dicimus, non item dicamus *ipſud*, ſed *ipſum*. Quæſtionem ſolvit hoc modo: *antiqui enim magis Ipſus dicebant in nominativo ſingulari, generis maſculini, quam Ipſe. hanc antiquitatis rationem attendentes artis ſcriptores pronomen hoc ad formam nominis tranſtulerunt: ut, quo modo in nomine, juſtus, juſta, juſtum, dicimus, & perfectus, perfecta, perfectum; ſic & hoc pronunciaretur pronomen, ipſus, ipſa, ipſum, non ipſud, quo modo iſtud & illud.*

Peccare me exiſtimem] Epiſt. 1. lib. 16. *Peccaſſe mihi videor, qui a te diſceſſerim.*

Mors] Perierant Pompejus, P. Lentulus, M. Cato, alii præterea multi, Ciceronis familiariſſimi.

Fuga] Fugerant, poſt Africanum bellum, in Hiſpaniam ad Pompeji liberos multi. Poteſt & de M. Marcello accipi, qui ſe, victo in Pharſalia Pompejo, Mitylenas contulerat: atque etiam de ipſo Nigidio, deque aliis qui deſperata victoria exſulare maluerant, quam belli civilis extrema perſequi: ad quos exſtant in his libris conſolatoriæ Ciceronis epiſtolæ.

Amicis] Licet non familiariſſimis.

Quondam] Ipſo conſule, cum patefacta & oppreſſa Catilinæ conjuratio eſt.

Te ſocio] Tribus cauſſis Nigidium diligit, ob ſtudium in remp., ob doctrinam, ob ejus in ſe merita, quæ memorat in epiſtolæ clauſula; idque Plutarchus in Ciceronis vita comprobat his verbis: Ὁμοίως Πόπλιος Νιγίδιος, ᾧ τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα παρὰ τὰς πολιτικὰς ἐχρῆτο πράξεις. Idemque in opuſculo, Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, ſic ait: Κικέρων γὰρ αὐτὸς ὡμολογεῖ, τὰ κάλλιστα, καὶ μέγιστα τῶν συμβουλευμάτων, οἷς ὀρθῶς ἐνυπατεύων τὴν πατρίδα διέσωσε, μετὰ Ποπλίου Νιγιδίου τοῦ φιλοσόφου συνθεῖναι.

Reſp.] Quæ cives omnes, ſui ſtudioſos, benevolentia conjungit, licet non omnes familiaritate.

Naufragiis] Fortunarum. ſubjunxit enim, *Eorum fortunas diſſipari.* ſic ad Lentulum epiſt. 9. lib. 1. *Naufragia rei familiaris.* pro Rabirio perd. reo, *Naufragia fortunarum.*

Quo nihil eſt acerbius] Sic ad Torquatum epiſt. 1. lib. 6. *Oculi augent dolorem, qui ea quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt.* Et ad eundem epiſt. 4. *In omnibus malis miſerius eſt videre, quam audire.*

Eorum fortunas diſſipari] *Naufragia*, dixit proxime.

Illud incendium] Catilinæ conjurationem: qua, tamquam aliquo incendio, niſi nos opem tuliſſemus, reſp. deflagraſſet.

Vis] Cum, in ſumma Cæſaris humanitate, frui tamen vetere gratia, auctoritate, gloria non liceat. Notanda Ciceronis prudentia, qui, cum everſam rempub. queratur, Cæſarem culpa liberat. quo etiam utitur artificio, epiſt. 4. *Nec id* (inquit) *victoris vitio, quo nihil moderatius, ſed ipſius victoriæ vitio, quæ civilibus bellis ſemper eſt inſolens.* Et epiſt. 9. *Multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda ſunt.* Et epiſt. 10. lib. 6. *Injuriam temporum*, non Cæſaris appellat.

Iis rebus omnibus] Quas agere, cum florerem gratia, auctoritate, gloria, conſueveram.

Vt quidem videor] Ideo ceteris videor diſplicere, quia careo rebus iis omnibus, quibus, &c.

Pag. 219. *Sontibus*] Nam & nocentibus opem interdum tulit ejus eloquentia.

Quid ſit forti & ſapienti homine dignum] In laude latet admonitio.

In iis autem] In communibus: quod quidem conſolationis genus quoddam eſt: nam propriæ magis angunt. propria vero Nigidii miſeria erat, carere patria ſuorumque conſpectu: de quo dixit Cicero, *In quibus es hoc tempore.*

Fortaſſe ſemper] Vere vaticinatur. numquam enim poſtea libertatem reſp. recuperavit.

Qui plurimum poteſt] Cæſar, quem ſignificavit iiſdem verbis epiſt. 10. l. 6. aliter autem epiſt. 7. hujus libri, *Penes quem eſt poteſtas:* & aliter quoque epiſt. 8. 9.

Non ſcribo hoc temere] Sic epiſt. 7. lib. 2.

Quibus eſt iratior] Propter bellum in Africa renovatum. epiſt. 13. lib. 6. *Africanæ cauſſæ iratior, diutius velle videtur eos habere ſollicitos.*

Reſpondere triſtius] Veniam precantibus negare.

Pag. 220. *Poßit neceſſe eſt*] *Non enim jacere perpetuo poteſt: & omnino vires aliquas recuperabit.* epiſt. 10. libro 6.

Qui me admodum diligunt] Idem ſcripſit ad Cæcinam lib. 6. epiſt. 7. ad Balbum epiſt. 12. ejuſdem libri, ad Ligarium epiſt. 14. ibid. ad Gallum epiſt. 24. lib. 7. ad Pætum epiſt. 20. lib. 9.

Meus pudor] Et hic ſuperbiæ culpam removet a Cæſare.

Inſinuabo] Pro *inſinuabor:* arte quadam aditum mihi aperiam ad intimam ejus familiaritatem. In Verrem lib. 3. *Videtis, ut moneat Apronium, quibus rebus ac muneribus inſinuet in familiaritatem Metelli.* quem locum eſſe depravatum nonnulli, fortaſſe hoc loquendi genere offenſi exiſtimarunt. De orat. lib. 1. *Quod ita nati eſſemus, ut & blandiri, & ſuppliciter inſinuare iis poſſemus, a quibus eſſet petendum.* Et Livius lib. 40. *Fraudis humanæ inſinuaverat ſuſpicio animis.* Quæ ſi quis omnia mendoſa putat, Virgilium ita canentem audiat:

Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
Inſinuat pavor. ——

Quo loco, *Inſinuat*, pro *inſinuatur*, ait Servius.

Pervenire poſſe] Me ſubauditur.

Tuis] Fortunis.

Ut te horter & obſecrem] Nihil muto. ſic enim in octo vetuſtiſſimis exemplaribus inveni. aliorum tamen lectionem non improbo: etſi eam in libris ſcriptis ipſe quidem nondum inveni.

Accepiſti] Eorum ſcripta legeres.

Pag. 221. *Triſtißimo meo tempore*] Cum ejectus a Clodio exſularem.

EPISTOLA XIV.

OBtinere] Cum in urbem poſt Pharſalicam pugnam revertiſſet.

Pag. 222. *Evenire*] De Publiliæ matrimonio, quam ſexagenarius virginem duxit, dimiſſa Terentia, quia rem domeſticam ipſo abſente, negligenter adminiſtraverat; præter alias cauſſas, quæ commemorantur a Plutarcho. Quinctilianus lib. 6. cap. de riſu, cum Cicero objurgaretur, quod virginem jam ſenex duxiſſet, reſpondiſſe ait, Cras erit mulier. Hoc & Q. Fufius Calenus ei, ut lib. 46. Dio narrat, in oratione ſua objecit. Sed & hanc, quia Tulliæ morte lætari videretur, ab eo dimiſſam, iidem Plutarchus & Dio prodiderunt. Publiliæ nomen fuiſſe, ex epiſtolis ad Attic. accepimus.

Regere] Ne tantis oppreſſi malis concidamus. apta tranſlatio, ob ea quæ ſequuntur.

Adſunt] Quæ nunc ſuſtinemus.

Impendent] Quæ vitari non videntur poſſe. ſic ad Varronem epiſt. 1. l. 9. *Et ea quæ premant, & ea quæ impendeant.*

Bello] Africano: quod Scipio Pompeji ſocer, & M. Cato, freti Jubæ regis auxiliis renovaverant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Cædem] Cædem a Pompejanis timet, a Cæſare ſervitutem. epiſt. 9. *An tu non videbas mecum ſimul, quam illa crudelis eſſet futura victoria?* epiſt. 17. l. 8. *Si timor veſtræ crudelitatis non eſſet; ejecti jampridem hinc eſſemus.* epiſt. 6. l. 9. *Si eſſent noſtri potiti, valde intemperantes fuiſſent.* Ad Attic. epiſt. 6. lib. 11. & Cæſar lib. 1. bell. civ.

Secundas etiam res noſtras] Epiſt. 21. lib. 5. *Quanquam multum interſit inter eorum cauſſas, qui dimicant: tamen inter victorias non multum interfuturum puto.* epiſt. 6. lib. 9. *Extremum malorum omnium eſſe civilis belli victoriam: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus.*

De jure publico] Vter regnaret, Cæſar an Pompejus.

Diſceptaretur armis] Sic locutus epiſt. 4.

Pacis ſpe] Ut agerem de reconciliatione Cæſaris & Pompeji.

Cupidorum] Epiſt. 1. *Incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias.* epiſt. 6. lib. 9. *Vidi noſtros amicos cupere bellum.* epiſt. 10. lib. 16. *Incidi in ipſam flammam civilis diſcordiæ: cui cum cuperem mederi, &, ut arbitror, poſſem, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt.* & epiſt. 11. ad Attic. lib. 8. *Ego me in hac omni cauſſa facile intelligebam pugnandi cupidis hominibus non ſatisfacere.* Et in eadem in extremo: *ego condicionibus, illi armis diſceptare maluerunt.*

Inſolentium] Notam inſolentiæ Pompejanis inurit, & in oratione pro Marcello: *Quoties*, inquit, *ego eum, & quanto cum dolore, vidi cum inſolentiam certorum hominum, tum ipſius victoriæ ferocitatem extimeſcentem?*

Crudelis] Dictum eſt proxime de crudelitate Pompejanorum.

Ampliſſimorum] Hoc refertur ad honores & dignitatem: nam & conſules, & conſulares, & magiſtratus fere omnes Pompeji in caſtris fuere.

Malebant] Significat maxime L. Domitium, Scipionem, Metellum, L. Lentulum conſulem, & alios pugnandi cupidos. epiſt. 6. lib. 9. Cæſar l. 1. bel. civ.

De eo, quod egerim] De Publiliæ nuptiis.

Tam miſero tempore] Cum victis in Pharſalia Pompeji partibus, in urbem rediit.

Pag. 223. *Res domeſticas*] Dimiſſam ab eo Terentiam ait Plutarchus, quia rem familiarem, ipſo abſente, male tractaſſet, æriſque plurimum alieni contraxiſſet: quod ut diſſolveret, virginem Publiliam, admodum divitem in tutelam ſibi traditam, ſuadentibus amicis, uxorem ſibi duxit.

Mea ſalus & meæ fortunæ] In fortunis uxorem accuſat; in ſalute Quinctum fratrem, fratriſque filium: qui vehementer illum, poſt Pharſalicam pugnam, apud Cæſarem oppugnarunt, cum ſe dicerent auctore Marco adverſus illum arma cepiſſe. ad Att. lib. 11. epiſt. 5. 8. 9. 10. 13. 14. 15. 16. 21.

Scelus] Et hoc in fratrem potius fratriſque filium, quam in uxorem, confertur. Scelus Quincti fratris nominat etiam in epiſt. 21. libro 11. ad Att.

Novarum] Ob novas nuptias.

Veterum] Notat uxorem, fratrem, fratris filium.

Præcipue timendum] In epiſt. ſequenti, *Ne quo periculo te proprio exiſtimares eſſe.*

Alteros] Cæſarianos, quos oppugnaſti.

Quidem certe] Si opera & conſilio minus valebo, ſtudio quidem certe non deero.

EPISTOLA XV.

Communes miſerias] Ex interitu reip.

Pag. 224. *Tamenetſi*] Pro *tametſi*, illud enim productum, hoc vero contractum. ſic locutus in epiſt. 17. lib. 5, ad Att. *Nos, tamenetſi hoc te ex aliis audire malo, ſic in provincia nos gerimus.* Cicero de petitione conſulatus: *Quæ tamenetſi ita ſcripta ſunt.* lib. 3. de O-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cat. ex vetere Poeta:

At Romanus homo, tamenetſi res bene geſta eſt,
Corde ſuo trepidat.

Catullus:

Quæ tamenetſi uno non eſt contenta Catullo;
Rara verecundæ ſurta feremus heræ.

Terentius quoque in Andr. *Tamenetſi hoc verum eſt.* & apud Paullum L. v. Interdum, tit. quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicatur: *Interdum, tamenetſi ſcientia noceat, tamen reſtitutio facienda erit.* Cariſius quoque, diligens Latini ſermonis obſervator; *Tamenetſi*, inquit, *nulla poſſit eſſe regula certior.*

Ne quo periculo te proprio exiſtimares eſſe] In proxima dixit, *Ne quid tibi præcipue timendum putes.*

Omnes] Qui Pompejum ſecuti ſumus.

In communi] Communia vero mala feruntur levius, quam propria.

Eo animo ſimus inter nos] Sic amemus inter nos, ut antea.

Præſtare] Re ipſa efficere.

LIBRI V.

EPISTOLA I.

Pag. 225. Q. *Metellus*] Qui biennio poſt cum L. Afranio conſulatum egregie geſſit, ut ex ep. ad Att. liquet. in oratione etiam pro Cœlio: *Simul ac pedem limine extulerat, omnes prope cives virtute, gloria, dignitate ſuperabat.* Exſtinctum veneno uxoris Clodiæ ſcelere, quæ P. Clodii ſoror erat, infra eadem oratio ſignificat. de hoc in Bruto ſic: *Duo Metelli, Celer, & Nepos, nihil in cauſſis verſati, nec ſine ingenio, nec indocti, hoc erant populare dicendi genus aſſecuti.*

Celer] Cognomen hoc gens Metellorum accepit, ut Plutarchus in Coriolano docet, ab eo qui gladiatorum munus patri mortuo celerrime dedit.

Procos.] Proconſul Metellus poſt præturam citeriori Galliæ præfuit, Silano & Murena coſs. cum prætor ob Catilinæ motus, a Cicerone conſule in Picenum, agrumque Gallicum, qui a Piceno ad Rubiconem pertinebat, miſſus eſſet. erat autem hic ager Gallicus non Galliæ citerioris, quam poſtea Metellus rexit, ſed Italiæ pars, disjunctus a Gallia Rubicone flumine; *Gallicus* autem appellatus, quia Senones eum poſſederant. Nec vero mirum videatur, proconſulis nomine provinciam rexiſſe, qui conſulatum non geſſerat. id enim uſitatum fuiſſe ſupra docuimus. Plinius quoque lib. 2. cap. 67. *proconſulem* appellat. *Nepos* (inquit) *tradit, Q. Metello Celeri, L. Afranii in conſulatu collegæ, ſed tum Galliæ proconſuli, Indos a rege Suevorum dono datos.*

Reconciliata] Oſtendit, ſimultatem inter ſe & Ciceronem aliquando fuiſſe: Cicero negat, vel vere, vel diſſimulanter.

Metellum] Nepotem.

Fratrem] Germanum: ut pater utrique fuerit Q. Metellus Nepos, Balearici filius, Macedonici nepos. nam hunc Nepotem, Ciceronis inimicum, filium ejus Nepotis fuiſſe, qui cum T. Didio conſul fuit anno DCLV., Pedianus oſtendit in commentario Cornelianæ. Hic oritur quæſtio; Si fratres germani, cur utrique prænomen idem? Reſpondetur; quia Celer, cui etſi fortaſſe Lucio prænomen eſſet, tamen adoptatus a Q. Metello Celere, eo qui nominatur in lib. de claris oratoribus, omiſſo vetere prænomine, Quinctus appellatus eſt, & cum prænomine Celeris etiam cognomen accepit, ex adoptionum conſuetudine. opinor autem, poſt hanc adoptionem natum eſſe fratrem ejus, qui nominatur in hac epiſtola, quem pater ſuo prænomine appellari voluit. id ex eo poſſum ſuſpicari, quia Celer conſulatum prior geſſit: ex quo patet, natu majo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

majorem fuiſſe. Rurſus objiciat aliquis, credibile non eſſe, ut pater unicum filium adoptandum conceſſerit. ſed licet opinari, cum hic Metellus a Q. Metello Celere eſt adoptatus, alterum ei fuiſſe majorem natu fratrem, qui appellaretur Quinctus: quod veriſimile eſt: quia filius primo loco natus prænomen patris aſſumebat. quo, poſt adoptionem minoris fratris, mortuo, tertius poſtea natus patris prænomine Quinctus dictus ſit. Fratres autem germani potius, quam patrueles videntur fuiſſe: quia, ſi patrueles, unde utrique prænomen Quinctio? an a patribus? at ita credi neceſſe eſſet, duos Metelli Balearici filios, quem hujus Nepotis avum fuiſſe oſtendimus, eodem prænomine uſos eſſe: quod veriſimile parum videtur. germani igitur potius. idque etiam Cicero ſignificat in eo loco: *Meus me ſenſus, quanta vis fraterni ſit amoris, admonet*. Quæ verba majorem, quam inter patrueles, amorem videntur oſtendere.

Ob dictum] Vide, quæ Cicero reſpondeat.

Pag. 226. *Familiæ dignitas*] *Cum intra duodecim ferme annos*, ut ait Vellejus lib. 2. *conſules Metelli fuiſſent, aut cenſores, aut triumpharint amplius duodecim.* unde illud Nævii apud Pedianum: *Fato Metelli Romæ fiunt conſules.* Originem ducebant Celer & Nepos ab eo L. Metello, qui primo Punico bello triumphavit, hoc modo: Celeris & Nepotis pater is fuit Q. Metellus Nepos, qui cum T. Didio conſul fuit, anno 655. avus Q. Metellus Balearicus, conſul anno 630. proavus Q. Metellus Macedonicus, conſul anno 610. abavus Q. Metellus, conſul anno 547. atavus L. Metellus, qui de Pœnis triumphavit, conſul anno 502. Hæc ex hiſtoriæ obſervatione. in qua Plinii ἀνιστορησίαν deprehendimus, qui Macedonici patrem putat L. Metellum, Punico triumpho clarum: cum avum fuiſſe, non patrem ſatis conſtet. Metellus autem Calvus, Macedonici frater, qui cum Fabio Serviliano conſul fuit anno 611. genuit Metellum Calvum, qui conſulatum geſſit cum L. Cotta, anno 634. hic Q. Metellum Numidicum: Numidicus Q. Metellum Pium: Pius adoptavit P. Scipionem, qui Pompeji Magni ſocer fuit.

Provinciæ] Citeriori Galliæ.

Bellum gero] Cum Salaſſis, & inalpinis gentibus, quæ nondum populo Romano parebant. & cum iiſdem pugnaſſe D. Brutum, cognoſcitur ex ep. 4. lib. 11.

Pœnitebit] Nimis arroganter; itaque reſpondit Cicero: *Tibi, pæne minitanti nobis per litteras, hoc reſcribo.*

Te tam] Suſpicor eſſe conjecturam: nam in omnibus antiquis libris video plane ſcriptum eſſe, *Etiam.*

Non ſperabam] In rebus, quas minime volumus, uſurpatur nonnumquam hoc verbum, ut Virgil. lib. 4.

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

EPISTOLA II.

Pag. 227. C*Onſervatam*] In conſulatu, anno ſuperiore, oppreſſa conjuratione Catilinæ.

Propinquos tuos] In primis Metellum Nepotem, Celeris fratrem, Ciceronis inimicum, ut infra patet.

Domeſticis] Quas maxime Lentulus & Cethegus, egreſſo jam Catilina, in urbe comparabant.

Armatis hoſtibus] Catilina & Manlio. Salluſtius, Ciceronis orationes, alii.

Occulta] Ne qua per Italiam, cum aliquo reip. damno, erumperet conjuratio.

Tanti & tam præclari muneris] Modus amplificandi. conjungitur enim cum magnitudine laus: cum interdum poſſit eſſe alterum ſine altero. ſic pro lege Maniiia: *De quo homine vos tanta & tam præclara judicia feciſtis?* Pro Milone: *In hoc tanto & tam præclaro naturæ motu.* In Antonium oratione 5. *Habeat hujus tanti facti tamque præclari decreto noſtro teſtimonium ſempiternum.* In eundem 6. *Hoc veſtro judicio tanto tamque præclaro excitatus.* In eundem 7. *Hunc tantum tamque præclarum apparatum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

…u. Et lib. de leg. 3. *Tam præclara le-* *…voce laudatus.* Ejuſdem generis il- … in Verrem lib. 6. *Incredibile eſt,* *…m multa & quam præclara fuerint.* Et … Milone: *Quantæ quoties occaſiones:* *…m præclaræ fuerunt.* Iam non vereor, …n hæc tam multa ex ipſo Cicerone …a recitaverim, ne mihi poſthac petu- …is & inſulſa Grammaticorum turba …em intendat, quod aliquando ſcri- …rim, *Tanti ac tam præclari muneris* *…tium unde ſumi aptius potuit.* abunda- …enim *Tam* arbitrabantur, quoniam …*æ*, in compoſitione augeret: ignari, …am libera interdum, ſoluta artis …rammaticæ vinculis, excurreret Lati- … lingua: quod & nos per otium non- …nquam conferentes intelleximus; & …telliget, quicumque conferendi cu- …m ſuſceperit. Nec vero deerant alia …uſdem Ciceronis exempla, ut in Ver- …m bis præterea in eodem libro, in …ullum, in Catilinam, pro Flacco, ora- …one 5. in Antonium, & in libro de …aris oratoribus.

A tuis propinquis] Iterum *propinquos* …ominat: quod eſt, iterum Metello in- …onſtantiam objicere, quem a grati ani- …i ſignificatione propinquorum iniqui- …s abduxerit.

Honorificentiſſimis] Quid enim ho- …orificentius, quam Italiam tibi ab ar- …atis hoſtibus & ab occulta conjuratio- …e defendendam tradere?

Pag. 228. *Aperte confitebar*] Cum …mbitionis confeſſio riſum moveret.

Par voluntas] Aculeus in Metellum: …uaſi rebus ampliſſimis atque honorifi- …entiſſimis a Cicerone ornatus, parem …oluntatem non reddiderit.

Provinciam] Cum ex conſulatu in …alliam ire poſſet, maluit in urbe re- …nanere. quod ipſum epiſt. 4. lib. 15. …cripſit ad Catonem his verbis: *Pro-* *…vinciam ornatam, & ſpem non dubiam* *…riumphi neglexi.* Et ad Att. epiſtola 1. …ib. 2. ait *ſe, cum provinciam in concione* *…depoſuit, orationem habuiſſe.* In oratione …utem in Piſonem: *Ego provinciam Gal-* *…liam, ſenatus auctoritate, exercitu, & pe-* *…unia inſtructam & ornatam, quam cum* *Antonio communicavi, quod ita exiſtima-* *bam tempora reip. ferre, communicavi.* Et Phil. 2. *Imitare me, qui inſtructam orna-* *tamque a ſenatu provinciam depoſui, ut* *incendium patriæ, omiſſa omni cogitatione,* *exſtinguerem.* Atque hanc ipſam Galliam a Metello adminiſtratam, Plinii jam teſtimonio probavimus, & Salluſtius etiam ac Dio lib. 37. oſtendit.

Sortitione] Vel ſortiebantur provincias inter ſe, vel comparabant, id eſt, pactione, quam quiſque vellet, capiebant. epiſt. 9. lib. 1.

Veſtra] Inter te & collegas tuos facta.

Collegam meum] C. Antonium, collegam Ciceronis in conſulatu. Opinor, cum Galliam Antonio Cicero tradidiſſet, id quod ex oratione in Piſonem demonſtravimus, & Salluſtius narrat, eum dediſſe operam, ut omnino Metellus Galliam ſortiretur, arte fortaſſe aliqua ad curandum ſortis eventum adhibita: cum ipſi gratior eſſet Macedoniæ adminiſtratio, quam hoc anno ſuſcepit: ut ex epiſt. 10. lib. 1. ad Att. intelligitur.

Facta ſortitione] In qua tibi obvenerat Gallia.

Collegas tuos] Prætores. nam in magiſtratu provincias ſortiebantur.

Ea præſcriptione eſt] Quid hac præſcriptione ſignificetur, communis intelligentia fortaſſe non aſſequitur: quod exponere conabimur. Duplex erat in S. C. præſcriptio, neceſſitatis una, honoris altera: neceſſitatis, quod infirmum erat S. C. cum in decernendo certus ac lege definitus ſenatorum numerus non affuiſſet: itaque ſingulis S. C. ut valerent præſcribebatur, quot ſenatores affuiſſent. de quo Feſti verba recitabo: *Numera ſenatum, ait quivis ſenator conſuli, cum impedimento vult eſſe, quo minus faciat S. C. poſtulatque, ut aut res quæ afferuntur, dividantur, aut ſinguli conſulantur; aut, ſi tot non ſint ſenatores quo numero liceat præſcribi S. C.* tulit etiam legem C. Cornelius tribunus pl. quem Cicero defendit. non ille quidem de omnibus S. C. ſed de iis, quibus

aliquem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

aliquem ſolvi legibus placeret, ut ita rata eſſent, ſi ducenti ſenatores affuiſſent. Quod Feſti locus, etſi non plane, tamen quodam modo confirmat. Altera, quæ auctoritatem S. C. adderet, præſcriptio erat, cum nobiliſſimi ſenatores ſcribendo aderant. qui certus numerus non erat, ſed pro ejus dignitate & gratia, cujus de honore in S. C. ageretur. quo de genere præſcriptionis hic puto ſignificari: & illud infra, *Obſcurum eſſe non poßit*, ſic interpretor, ob eorum claritatem, qui ſcribendo affuerunt. Et in eo S. C. quod Cœlius Ciceroni miſit, epiſt. 10. lib. 8. legendum opinor, *S. C. quod tibi miſi factum eſt, auctoritateſque præſcriptæ:* non *perſcriptæ*. nam ſenatorum nomina qui affuiſſent ſcribendo, *S. C. auctoritates* dicebantur, & ante S. C. ſcribebantur. de quo etiam more loquitur in epiſt. ad Catonem 6. lib. 15. cum inquit; *Hæc S. C. non ignoro ab amiciſsimis ejus, de cujus honore agitur, ſcribi ſolere.* non quod ii ſcriberent, ſed quod ſcribendo adeſſent, & fortaſſe etiam dictarent. Sic in Agraria 2. *Collegas ſuos, adſcriptores legis agrariæ, non repudiabit; a quibus ei locus primus invidiæ in præſcriptione conceſſus eſt.* Et lib. 3. de Orat. legitur in antiquo Borromei libro, *In auctoritatibus præſcriptis exſtant*, ubi eſt in pervulgatis, *Perſcriptis.*

Profectus es] Poſt ſortitionem profectus eſt Metellus prætor non in Galliam, quam poſt præturam adminiſtrandam ſortitus erat, ſed in Picenum, in quo permanſiſſe uſque ad illud tempus, cum Catilina victus eſt, e Salluſtio cognoſcitur. Catilina ſuperato, Galliam provinciam accepit.

Pag. 229. *Proxime*] Poſt necem Catilinæ videtur Metellus, antequam in Galliam iret, Romam revertiſſe.

Parare] Nam extremo anno conſulatus Ciceronis, id eſt, IV. idus Decembris, ut mos erat, magiſtratum inituτus erat Metellus Nepos tribunus pl. deſignatus.

Claudia] Impudica muliere, P. Clodii ſorore, de qua in oratione pro Cœlio, & epiſt. 1. lib. 2. ad Attic. Plutarchus in Cicerone *Quadrantiam* vocatam ſcribit, a quadrantibus in ejus loculos ab amatore conjectis.

Vxore tua] Quomodo uxor fuerit Celeris, cum ejus fratrem P. Clodium, fratrem patruelem Celeris nominet Cicero in oratione pro Cœlio? an eadem & ſoror & conjux? ſic opinor: ut Clodius & Clodia filii fuerint Cæciliæ, ſororis ejus Metelli, qui Celerem & Nepotem genuit.

Pag. 230. *Veſtra ſorore Mucia*] Vxore Cn. Pompeji, ut ex Pediano, Plutarcho, Dione, ad Att. epiſt. 10. lib. 1. planum fit. ſoror autem fuit avorum Metellorum, Celeris & Nepotis, vel quod ejus mater patris ſoror eſſet; vel quod Celeris & Metelli mater, Muciæ gentis, id eſt, ſoror eſſet patris hujus Muciæ. ſic enim feminæ ſorores dicuntur, licet germanæ non ſint, ut mares ſæpe fratres appellantur, cum ſint patrueles, aut conſobrini. Potuit etiam ſoror eſſe uterina, Celeris & Nepotis hoc modo, ut eorum mater, viro mortuo, Q. Metello Nepote, nupſerit Q. Scævolæ, ex quo poſtea Muciam hanc peperit. eam & Dio lib. 37. ſororem vocat Metelli Celeris. cum hac poſtea, ſtupratam a C. Cæſare ſuſpicatus, poſt duos ſuſceptos filios, divortium Pompejus fecit. epiſt. 10. lib. 1. ad Attic. Pedianus, Suetonius, Plutarchus, Dio.

Deterrerent] Removerent, non minis aut injecto metu, ſed rationibus & precibus. interdum enim *Deterrere* & *Cohortari*, ut contraria opponuntur. l. 1. de orat. *Vereor, ne majorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum.* Exempla non deſunt.

Quod te audiſſe credo] Patet ſententia: nec diſcrepant mei veteres libri, quibus in omnibus plane legitur, *Credo*. At in uno Mediceo libro eſt *Certo*, non *Credo*. ex quo aliis orta de mendo conjectura. mihi veriſimile non fit reliquos omnes libros ab uno illo eſſe deſcriptos; cum & ab illo & ſæpe inter ſe diſſentiant. nec vero librum ullum tam antiquum eſſe arbitror, qui omni prorſus vacet mendo; quippe cum ne illa qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

dem interdum, quæ a nobis cogitata noſtra manu ſcribimus, emendata s eſſe videamus.

In aliquo magiſtratu] Ne minimo dem. ſic in meis antiquis libris. nec e video, cur quidquam mutetur. aut utandum, placeret, *Minimo magitu:* ut legebat Vbaldinus Bandillus: cum ſit in Mediceo libro, *In animagiſtratu.* ſic opponerentur *Conſul Minimo Magiſtratu.*

Pridie Kal. Ian.] Vltimo conſulatus :.

Pag. 231. *Concionis habendæ*] De res in conſulatu actis: ut more comratum erat.

Privavit] Pro poteſtate tribunicia.

Vt jurarem] Conſules, commemorarebus in conſulatu geſtis, jurare ſoi ſunt, omnia ſe conſilia atque facta reip. dignitatem commodumque reliſſe, quod Ciceroni & Metellus perſit: reliqua commemorare vetuit.

Veriſsimum pulcherrimumque jusjuranum] Hoc, remp. a ſe uno conſervam. de quo ſic in oratione pro domo: *eip. ſemper intereſſe putavi, me illius lcherrimi facti, quod ex auctoritate ſetus, conſenſu bonorum omnium, pro ſalupatriæ geſsiſſem, ſplendorem verbis diitatemque retinere; præſertim cum mihi ni in hac republ. audiente populo Roma, opera mea hanc urbem & hanc remp. ſe ſalvam jurato dicere fas fuiſſet.* Et in iſonem; *Ego, cum in concione, abiens maſtratu, dicere a tribuno pl. prohiberer, uæ conſtitueram; cumque eis mihi tanummodo, ut jurarem, permitteret; ſine lla dubitatione juravi, rempub. atque anc urbem mea unius opera eſſe ſalvam.* dem confirmat Dio lib. 37. Plutarhus autem, prohibitum Ciceronem a uobus tribunis, Metello, & Beſtia, prolidit falſo: nam Beſtia non eodem ano cum Metello tribunatum geſſit: Betia Cicerone conſule, quod Salluſtius ſtendit, Metellus anno ſequenti. quod el hic locus declarat. nam tribuni pl. nagiſtratum inibant IV. idus Decemris. itaque non eum concione privare otuit Beſtia extremo conſulatus die, id eſt, Kalendis Ianuarii, cum III. idus Dec. tribunatu abiiſſet: ſed id a Metello factum, qui tribunatum, antequam Cicero conſulatum abſolviſſet, inierat.

Populus] Confirmatum a populo Ciceronis jusjurandum, & oratio in Piſonem loco proxime recitato, & Plutarchus in Ciceronis vita demonſtrat.

Pag. 232. *Indicta cauſſa*] Significabat, Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, Ceparium, conſcios & participes conjurationis Catilinæ, indicta cauſſa, contra leges moremque majorum, eſſe condemnatos. animadvertiſſe autem in eos Ciceronem dicit, quod eo jubente in carcere ſtrangulati ſunt, ut Salluſtius, Plutarchus, Dio ſcriptum reliquere. Appianus hoc addit, Ciceronem eos necari in conſpectu ſuo juſſiſſe, quod falſum eſt.

Hominem gravem] Cum ironia, ut Tuſc. 2. *Hominem exercitatum. quis tot verba tanto in luctu continuat?* Phil. 13. *Turpem vero actionem, qua defenditur ampliſsimi auctoritas ordinis contra crudeliſsimi gladiatoris amentiam.* Ad Q. Fr. epiſt. 4. lib. 3. *Lepidum amicum Salluſtium, qui mihi aut inimicitias putet periculoſas ſubeundas fuiſſe, aut infamiam ſempiternam.*

Agere] In ſenatu.

Non judicio, neque diſceptatione] Eadem conjunxit lib. 4. de repub. *Iudiciis enim ac magiſtratuum diſceptationibus legitimis propoſitam vitam, non Poetarum ingeniis, habere debemus.*

Impreſsione] *Impreſsionem facere*, quo loquendi genere Varro, Hirtius, Livius uſi ſunt, eſt cum impetu irruere.

Reſtitiſſem] Acerrime diſputando. ſcripſit etiam contra Metelli concionem: ut eſt in epiſt. 9. lib. 1. ad Att. & in Gellio lib. 18. cap. 7.

Caſu] Sic ep. 17. ad Att. l. 1. *Reliqua ſic a me aguntur & agentur, ut non committamus, ut ea quæ geſsimus, fortuito geſsiſſe videamur.* Et Phil. 5. *Quis eſt, qui hunc non caſu exiſtimet recte feciſſe? Laus enim a conſilio pendet, non a caſu.* itaque Cicero, cum ea commemorat, quæ pro ſalu-

te

te reipub. in opprimenda Catilinæ conjuratione geſſerat, caſum a ſe rejicit, conſilium aſſumit. *Ego committam* (inquit in oratione pro Sulla) *ut ea quæ pro ſalute communi geßi, caſu magis & felicitate a me; quam virtute & conſilio geſta eſſe videantur?* Et in Catilin. 3. *Curemque ut ea virtute, non caſu geſta eſſe videantur.* In epiſtola quoque ad Curium lib. 7. conſilio caſum quaſi opponit, & ex caſu felicitatem deducit. *Sapienter hæc* (ait) *reliquiſti: feliciter, ſi caſu.* Propterea dixit etiam in oratione pro Sulla: *Caſu magis & felicitate: quia poßit ex caſu felicitas naſci, nullo noſtro merito.*

Celatum] Vel peccavit Nepos, ſi te celavit: vel tu, ſi celatus non es, inique facis, qui me accuſes, quem oppugnatum non ignoras.

Pag. 233. *Diſſolutio*] *Diſſolutus* eſt, qui fert ea quæ non debet; aut indulget plus, quam oporteat. in epiſt. ad M. Brutum: *Neque diſſolutum a te quidquam homines exſpectant, nec crudele.* Et lib. 3. Offic. *Negligere quid de ſe quiſque dicat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti.*

Sedens] Aſſenſio enim paucis verbis abſolvitur. ſtantes autem ſententiam pluribus verbis dicebant.

Lenißime] Cum alii graviſſime ſentirent: quibus non aſſenſi.

Sentire] Cum ageretur in ſenatu de Nepote tribuno pleb. puniendo, quia leges iniquiſſimas adverſus collegarum interceſſionem ferret: cui Cæſar prætor cum opem ferret, utrumque decreto patrum adminiſtratione reipubl. ſummotum, Suetonius narrat. propterea ſcripſerat Metellus Celer, *Fratrem meum capite ac fortunis per te oppugnatum iri.*

Curare non debui] Quis enim curat, ut ſublevetur inimicus?

Sublevaretur] Opinor alterum ſignificari decretum, quo Metello & Cæſari ſenatus ignovit, inducto priore decreto. Suetonius.

Diſertus ab officiis tuis] Supra dixit: *Velim judices, ſatis ne videatur his omnibus rebus, cum proxime Romam veniſtis mutuo reſpondiſſe.*

Æquum te judicem præbeas] *Quod impulſus dolore ita cum fratre tuo de repub. diſputavi, ut ſentiret ſibi cum viro forti & conſtanti eſſe pugnandum.* ſic locutus in epiſt. 1. lib. 2.

Exercitus] Tres eum legiones habuiſſe, cum in Piceno præſideret, ait Salluſtius: nec fuiſſe pauciores, cum Galliam proconſul regeret, conſentaneum eſt.

Pag. 234. *Vtendum*] Placet. pro mea tamen conſuetudine lectorem admoneo, in antiquis duodecim libris eſſe, *Tuendum*, non, *Vtendum.*

Quoad voles tu] Humanitatem oſtendit, habita ratione gravitatis. nam invitum amare dementiæ eſt.

EPISTOLA III.

IMportunißimi] Publ. Clodii, qui Nepotis frater appellatur & in ep. 3. lib. 4. ad Att. fratres autem fuere, vel conſobrini, vel quod Clodii mater, patris Nepotis ſoror fuerit.

Contumeliæ] In Ciceronem.

Concionibus] Ita longis, itaque acerbis litteris, ut concionari videatur.

Onerat] Mihi moleſtus eſt.

Leniuntur] Earum acerbitate non moveor, quæ minuitur ac tollitur officiis tuis.

Ejuſmodi homines] Sic mei veteres libri. unus, *Hominis.* ut ſit, Ejuſmodi hominis quia leves contumeliæ ſunt, a me deſpiciuntur. ita opponentur, *Onerat*, &, *Leves.* ſin *Homines* legatur, poteſt eſſe eadem ſententia, hoc modo: quia ſunt leves ejuſmodi homines, a me deſpiciuntur eorum contumeliæ. poteſt etiam ſic: deſpiciuntur a me, tanquam leves, ejuſmodi homines. Mediceus liber, *Ab ejuſmodi homine:* ſententia eadem, quæ elicitur ex *Ejuſmodi hominis.*

Pag. 235. *Commutata perſona*] Tranſlatio ab hiſtrionibus, qui, commutata perſona, diverſas agunt partes.

Invitum] Nemo ſervatur invitus. ſed qui

ui palam peccat, nec pœnæ metu flagitiis abſtinet, is cum impunitatem cupiſcitur, ſervari videtur invitus. Clodii autem cunctis pæne ſceleribus inquinatam vitam quis ignorat.

Provinciæ] Dixi jam præfuiſſe Nepotem Hiſpaniæ, dixi autem auctoribus Appiano lib. 2. bell. civ. Plutarcho in Cæſare, Dione lib. 39.

Si poteris] Nolim te fratris injuriæ ita commoveant, ut propterea de tua in me voluntate quidquam detrahatur.

EPISTOLA IV.

Collega] P. Lentulo conſule, Ciceronis reditum enixe curante: ut ex epiſt. & orationibus conſtat.

Pag. 236. *Mitiſsimam*] Quæ mihi antea diffidenti, ſpem attulit auxilii ſui. fortaſſe oratio illa ſignificatur, quam habuit primo conſulatus die, referente de reditu Ciceronis collega ejus P. Lentulo. vide pro Sex.

Sum coactus] Malo, *Sum conatus*, ut eſt in quattuor antiquis libris: nam *Coactus*, cum proxime dictum ſit *Inductus*, ſententia non deſiderat. *Conatus* autem ſignificat, non invitum Ciceronem ſcripſiſſe, inductum ejus oratione mitiſſima.

Tuorum] Clodiorum, cum eſſet frater P. Clodii.

Tuas inimicitias] Fortaſſe quas cum C. Curione, qui de Dardanis triumphavit, acerbiſſimas geſſerat. vide Pedianum in commentario Cornelianæ.

Pag. 237. *Magiſtratum*] Conſulem P. Lentulum, qui cum primo conſulatus die de revocando Cicerone retuliſſet, confecta res non eſt, noctem ſibi ad deliberandum poſtulante Sext. Attilio Serrano tribuno plebis, quem *Gavianum* appellat in oratione pro Sextio.

Conſervandorum] Sic in uno tantum vetere libro: cui potius aſſentior, quam reliquis omnibus, in quibus eſt, *Re ſervandorum*. aut *Reſervandorum*, dixit, habita ratione temporis omiſſi: quaſi iterum ſervandorum, quos antea non ſervaveris, cum poſſes.

Non erit] Exitium a P. Clodio impendere univerſæ reip. dicit: ſiquidem plus poſſit unus, quam conſul, ſenatus, populus.

EPISTOLA V.

Imp.] Fortaſſe rem militarem feliciter geſſerat, cum hæc epiſtola ſcripta eſt: poſtea vero male pugnavit. nam triennio poſt, Cæſare & Bibulo coss. idem damnatus eſt, quod in Thracia & Myſia parum proſpere rem geſſiſſet. epitome Liviana, Dio, Obſequens.

Niſi commendaticias] Non igitur hæ ſunt commendaticiæ, licet Atticus commendetur. argumentum enim hoc videtur, ut ei Cicero, Attico rogante, ſuum ſtudium in accuſationis, quæ parabatur, periculo deferret: quam partem non ante aggreſſus eſt, quam ei, commemoratis officiis ſuis, ingrati animi vitium exprobravit.

Ipſi Pomponio] Qui Ciceronis animum, nonnihil ab Antonio abalienatum, reconciliari cupiebat.

Pag. 238. *Officia deſiderem*] Infra ſubjunxit, *Nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis.* Et in epiſtola ſequenti: *Ejus in me officia omnes deſiderant.*

A me in te profecta] Defenderat jam eum Cicero in ſenatu, cum de revocando ex Macedonia ageretur: quod ex epiſtola ſequenti cognoſcitur.

Falſo in me ſolere conferri] Cum dicas, comperiſſe te, me tibi amicum non fuiſſe: quod falſo a te dicitur.

Delata] De querellis tuis. Libentius enim ad querellas Antonii refero, quam ad id quod legitur epiſt. 10. l. 1. ad Att. de parte pecuniarum, quæ contra leges ab Antonio in provincia cogerentur Ciceroni danda.

Conſtantia] Etſi non deberem, cum te non eſſe in me gratum audirem; feci tamen, ne inconſtans in amicitia viderer. epiſt. 8. *Quæ a me ſuſcepta defenſio*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſenſio eſt, te abſente, dignitatis tuæ, in ea jam ego non ſolum amicitiæ noſtræ, ſed etiam conſtantiæ meæ cauſſa permanebo.

Pag. 239. *Reliqua*] Fore putabat, ut de repetundis accuſaretur. quod ex epiſt. 10. lib. 1. ad Attic. ſatis conſtat. fit enim in eo mentio & de coactis ab Antonio pecuniis, & de prætore ad populum acturo. quamquam non niſi triennio poſt, Cæſare & Bibulo coss. accuſatus eſt, ut Suetonius & oratio pro domo demonſtrat. quo tempore, Cicerone defendente, damnatum eſſe, ex oratione pro Cœlio & ex Dione cognoſcitur. damnatum autem de majeſtate, accuſante Cœlio, & Dio & proxime nominata oratio videtur ſignificare: de repetundis etiam oſtendit locus ille in epiſt. 10. lib. 1. ad Attic. *Antonium in cogendis pecuniis dictitare, partem mihi quæri.* Quod altero confirmatur argumento, quia damnatum accuſante Q. Maximo plane demonſtrat oratio in Vatinium, ut de majeſtate a Cœlio, de repetundis a Maximo accuſatus, ex utroque crimine damnatus ſit. nam & duos quæſitores, Q. Claudium & Cn. Lentulum, apud quos reus factus eſt, in eadem oratione video nominari.

Epistola VI.

P. *Sextio*] Quæſtor Antonio fuit & conſuli Romæ, & proconſuli in Macedonia. quod ex oratione pro ipſo patet.

Procos.] Sic omnes antiqui libri, eadem ratione, qua Proconſul Salluſtius in epiſt. 17. lib. 2. inſcriptione nominatur.

Pag. 240. *Frugi*] Ad quod genus hominum prudentia ſpectare videtur. itaque ſubjunxit, *Non ſatis credidi homini prudenti.*

Q. Fuſium tribunum pl.] Hic locus epiſtolam Meſſalla & Piſone coss. ſcriptam eſſe ſignificat. nam hoc anno tribunatum a Fuſio geſtum ait Dio lib. 38. idque confirmat Aſconius, qui, quo tempore Clodius de inceſtu accuſatus eſt, hujus Fuſii opera factum tradit, ne a ſenatu aſperius decerneretur. de inceſtu autem Clodii actum Piſone & Meſſallâ coss. ex epiſt. ad Att. lib. 1. in quibus etiam Fuſius tribunus plebis nominatur, facile intelligitur. Idem, interfecto Clodio, acerrimus Milonis fuit adverſarius: & a Cicerone notatur in oratione pro Milone, cum ait: *Diviſa ſententia eſt, poſtulante neſcio quo: nihil enim neceſſe eſt, omnium flagitia proferre.* Biennio poſt, ædilitate omiſſa, præturam geſſit Cæſare & Bibulo coss. legemque de ſuffragiis tulit. teſtis Dio. conſul fuit cum P. Vatinio, anno DCCV. ut faſti docent Capitolini. Socer fuit Panſæ conſulis, qui Mutinenſi prœlio, partium reipub. contra M. Antonium defenſor, interfectus eſt. Defendit Antonium in ſenatu, a Cicerone oppugnatum: ut ex Philippicis & epiſtolis ad Brutum conſtat. Caleno cognomen fuit.

Scripſeras] Cupere te, ut tibi ſuccederetur.

De Craſſo] A Craſſo. Notum loquendi genus. Hoc & in ea declamatione, quæ Salluſtii nomine inſcribitur, in Ciceronem confertur his verbis: *Domum ipſam tuam vi & rapinis funeſtam tibi ac tuis comparaſti; videlicet ut nos commonefacias, quam converſa reſp. ſit, cum in ea domo habitares, homo flagitioſiſſime, quæ P. Craſſi, viri conſularis, fuit.*

XXXV] Tricies quinquies: ut ſubaudiatur, *centenis millibus nummum:* id eſt, centum quinque ſcutatorum millibus. accepit autem mutua a P. Sulla, qui tum reus erat, *H-S. vicies*, id eſt, ſexaginta ſcutatorum millia, ut ait Gellius lib. 12. cap. 12. Hæc domus primum fuerat M. Livii Druſi, ejus qui tribunus plebis initio belli Italici a neſcio quo eſt interfectus. deinde poſſedit eam Craſſus hic, a Cicerone nominatus; poſt Craſſum, Cicero; poſt Ciceronem, Cenſorinus; poſt Cenſorinum, Statilius Siſenna. quod Vellejus lib. 2. memoriæ tradidit.

Vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Vt cupiam conjurare] Iocatur: quia Catilina ejuſque ſocii, cum æs alienum feneratoribus ſolvere non poſſent, in patriam conjurarunt. Salluſtius.

Excludunt] Conjurationis participes.

Pag. 241. *Ex obſidione*] Maxime enim contra feneratores & locupletes facta conjuratio eſt. quo ſpectat illud in epiſt. 1. lib. 1. ad fratrem: *Publicani, quod ita negotiantur, ut locupletes ſint, noſtri conſulatus beneficio incolumes ſe fortunas habere arbitrantur.* Et lib. 2. Off. *Numquam vehementius actum eſt, quam me conſule, ne ſolveretur: armis & caſtris tentata res eſt.*

Exemerit] Oppreſſa enim conjuratione feneratores impendenti periculo liberati.

Omnino ſemiſſibus magna copia eſt] Et Mediceus liber & reliqui habent, *Omni*, non *Omnino*, uno excepto, qui Thomæ Leonici fuit, doctiſſimi hominis, in quo eſt, *Omnino. Omni*, pro *cuilibet*, duriuſcule poſitum videtur. nam illud epiſt. 3. lib. 7. ad Att. *Hic omnia facere omnis, ne armis decernatur:* poteſt eſſe quarto caſu, numero multitudinis. quare *Omnino*, malui, conſenſu tamen antiquorum exemplarium indicato. Deeſſe, inquit, nummi non poſſunt, ſi quis uſuras ſemiſſes velit pendere, id eſt, ſenos annuos pro centenis. hæc autem civilis & moderata fuit uſura: graviſſima vero omnium, quæ legibus concedebatur, ea fuit, cum duodeni annui pro centenis: quæ *centeſima* vocabatur. in quo diſſentire cogor a doctis hominibus, qui affirmant, unciarium fenus leviſſimum fuiſſe: quod, ut arbitror, graviſſimum fuit, idemque cum centeſima. uſurarum enim quædam nomina menſtruam ſolutionem, quædam annuam ſignificant, menſtruam ut centeſima, unciaria, ſemunciaria: annuam, ut ſemis, triens, bes. nam ſi centeſima vel unciaria, vel ſemiunciaria, ſemel in anno ſolverentur: quis tantulo quæſtu pecuniam ſuam collocaſſet? rurſus, ſi bes, vel ſemis, vel etiam triens, uſura menſtrua eſſet: quis tanta rei familiaris jactura, fenebrem pecuniam accipere voluiſſet? Opinor igitur unciarium fenus & centeſimam idem eſſe: ut ratio habeatur menſtruæ ſolutionis, non annuæ: ſemunciarium autem idem cum ſemiſſibus: ut in ſemiſſibus annua ſolutio ſpectetur, in ſemunciario fenore, menſtrua. propterea l. 5. ait Tac. XII. *tabulis ſancitum eſſe, ne quis unciario fenore amplius exerceret; cum antea ex libidine locupletum agitaretur: deinde rogatione tribunicia uſuram ad ſemuncias redactam.* Nam, ſi duodecim tabulæ annuum fenus unciarium ſignificaſſent; & ſi tribuni pl. poſtea de ſemunciario, item annuo rogationem tuliſſent: graves admodum poſtea ſemiſſes uſuræ viſæ eſſent, quas tamen civiles ac modicas fuiſſe, tum Plinius lib. 14. cap. 14. tum alii ſatis oſtendunt, graviſſima vero centeſima, quæ tamen legibus concedebatur: ſupra vero non licebat: ideoque cum trientem, ſemis, beſſem, nominari videmus, non de menſtrua, ſicut in unciario fenore, ſed de annua dictum uſura exiſtimare debemus: alioqui non fuiſſet graviſſima omnium centeſima.

Ego autem meis rebus geſtis] Mea, inquit, præcipua cauſſa eſt: cum ob res a me geſtas, id eſt, ob feneratores, quibus exitium Catilina moliebatur, *bonum nomen*, id eſt, bonæ fidei debitor exiſtimer. Debitorum nomina in expenſi codicem referebantur. inde factum, ut *Nomen* acciperetur & pro debita pecunia, unde *exigere nomina*, in Verrem; & pro debitore, ut hic, & quod ab Alphio feneratore dici ſolitum refert Columella, *vel optima nomina non appellando fieri mala.*

Antonium] C. Antonium, collegam Ciceronis in conſulatu, qui hoc tempore Macedoniam regebat.

Omnes] Omnes, qui teſtes ſunt meorum in te meritorum. Dixit enim in epiſtola ſuperiore: *Meus in te animus quam ſingulari officio fuerit, & ſenatus, & populus Romanus teſtis eſt.*

Deſiderant] Sic in proxima ſuperiore: *Si abs te ſumma officia deſiderem, mirum nemini videri debeat.* Et ibidem, poſt: *Nullam mihi abs te relatam eſſe*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

gratiam, tu es optimus teſtis. Notatur ingrati animi vitium hoc verbo : quia deſiderantur ea, quæ non habeamus.

Pag. 242. *Inſenatu*] Cum ageretur de Antonio ex provincia ob rapinas revocando : ut ex epiſt. 10. lib. I. ad Att. intelligo : in qua ſcriptum eſt hoc : *Pompejani prodromi nunciant, aperte Pompejum acturum, Antonio ſuccedi oportere.* Et ibidem paullo poſt, pecuniæ nominantur a C. Antonio injuſte coactæ. ea porro epiſtola iiſdem, quibus hæc, id eſt, Piſone & Meſſalla coss. ſcripta eſt. Revocatus tamen Antonius hoc anno non eſt, ſed in provincia manſit uſque ad conſulatum Cæſaris & Bibuli ; quibus conſulibus damnatus eſt, atque etiam videtur aliquot ejus anni menſes in Macedonia fuiſſe, ſi epitomæ Livianæ verba conſiderentur.

Graviſſime] Vt, *graviter accuſare*, ita *graviter defendere*, dicitur : quæ ſummi ſtudii ſignificatio eſt.

Defendi] Quamquam, nec licere ſibi eum defendere, nec libere, jam ad Atticum ſcripſerat, epiſt. 10. lib. I.

Commovi] Ita commovit, ut manſerit poſtea C. Antonius in provincia uſque ad Cæſarem & Bibulum coss.

P. VICTOR.

Emi eam ipſam domum millibus nummum XXXV.] Nos antiquam ſcripturam repoſuimus, ſed ſuſpicamur hunc locum non vacare mendo. Nec enim eſt hoc pretium domus illius, quæ invidiam Ciceroni faciebat. In codice, qui eſt in Divi Marci bibliotheca, aliquantum ſpatii inane relictum eſt, ubi vulgares codices *Millibus nummum* habent. ille Mediceus contractius ſpatium habet, & anguſtius. Sed etiam dubitari poteſt, quia *Domum* eſt extrema dictio lineæ, etſi non tam producta ſit linea illa, ut æqualis ſit aliis, an fortaſſe relictum ſit a librario, non quia deſit, ſed, quia numerum integrum locus ille non caperet : quem cum ipſe interrumpere & frangere nollet, citius ad initium alterius lineæ properarit. Cupio hunc locum diligentius animadverti a peritioribus : nos ut in antiquo præcipue illo ſcriptum invenimus, ſic & ipſum locum deſcripſimus, & quæcunque ſuſpiciones ortæ ſunt, ſignificamus. Exiſtimamus enim aliquam notam deeſſe, & eam aut ante, aut ſupra collocatam numerum hunc augendi vim habuiſſe. Nam etiam vulgata lectio non idoneum pretium illius domus ſignificat. Budæus etiam, cujus judicium in his rebus magni apud omnes eſſe debet (is enim hæc acute, & perdiligenter tractavit) numerum hunc inquinatum eſſe cenſet, legique debere arbitratur: *Tricies quinquies ſeſtertium.* Ejus opinionem confirmant noſtri vetuſtiores codices, qui duabus illis dictionibus vacant, in quibus maxime vitium eſſe putat, ut aliqua fortaſſe (ut diximus) nota deſideretur, quæ his numeris appoſita pecuniam eam redderet: aut per hos numeros (quod vix veriſimile eſt) ſumma illa ingens pecuniæ ſignificetur. Ipſe quid ſentiat de hoc loco, lib. III. De aſſe & partibus ejus expoſuit.

EPISTOLA VII.

C*N. F.*] Cn. Pompeji Strabonis, qui de Aſculanis & Picentibus conſul triumphavit, anno DCLXIV.

Magno] Hoc ei cognomen dedit Sullæ ſalutatio ; cum adhuc eques Romanus, adoleſcens annos natus XXIV. Siciliam, ejecto Perperna, cæſo Carbone conſule, Marianarum partium ducibus, recuperaſſet, Africam vero XL. diebus, interfecto Cn. Domitio, Hiarba, Numidiæ rege, capto ſubegiſſet. epitome, Vellejus, Plinius, Plutarchus, alii.

Miſiſti] Ex caſtris, confecto bello Mithridatico : ex quo triumphavit anno ſequenti, pridie Kal. Oct. die natalis ſui, ut ſcripſit Plinius lib. 37.

Spem otii] Ab externis bellis. unus enim, reliquis devictis aut pacatis, formidandus hoſtis Mithridates videbatur : cum quo per annos triginta continenter bellum geſſit populus Romanus.

Polli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Pollicebar] Id maxime pollicitus eſt in oratione pro lege Manilia.

Veteres hoſtes] M. Craſſum & L. Lucullum puto ſignificari; quibus potentia & gloria Pompeji moleſta ſemper fuit.

Novos amicos] Pompejo quidem ita reconciliatos, ut apertas non gererent inimicitias, ejus tamen ſecunda fortuna valde mœrentes.

Perculſos] Perculſi deturbantur, & deturbati jacent. ideo dixit, *Perculſos atque ex magna ſpe deturbatos, jacere.* ſic epiſt. 4. lib. 4. *Perculſa & proſtrata fœdiſſimo bello jacent omnia.*

Pag. 243. *Ex magna ſpe deturbatos*] Non dubito, quin hoc loquendi genus, ut alia multa, a Græcis fontibus deduxerit. dixit enim Plato in Euthyphrone: Ἀπ᾽ ἐλπίδος με καταβαλὼν μεγάλης ἀπέρχῃ.

Meorum officiorum] Quorum te non ſatis eſſe memorem, litteræ tuæ ſignificant. Officia vero Ciceronis in Pompejum erant multa: cum ejus dignitatis ab adoleſcentia fautor, in prætura autem & in conſulatu adjutor etiam exſtitiſſet. quod ſcripſit ad Lentulum epiſt. 9. lib. 1. prætor enim ſuaſit Maniliam rogationem, ut ei bellum Mithridaticum demandaretur: conſul ad ſenatum retulit, quia maritimis terreſtribuſque bellis virtute ſua Pompejus finem attuliſſet, ut ei duplicaretur ſupplicatio conſularis, id eſt, dierum decem, decerneretur: quod antea nemini conceſſum erat. in oratione de provinciis.

Non mutuo reſpondetur] Et hic mordet Pompejum, qui ſuis officiis non mutuo reſpondere videatur.

Facillime patior] Hoc loquendi genere neque lætitia, neque moleſtia ſignificatur: perinde ac ſi dicas, non laboro. probatur exemplis. epiſt. 9. lib. 1. *Facile patior ea me de repub. ſentire ac dicere, quæ maxime cum mihi, tum etiam reipub. rationibus putem conducere.* pro non invitus ea ſentio ac dico. & epiſt. 11. lib. 6. *Veſtorius ad me ſcripſit, te mihi gratias agere. hæc prædicatio tua mihi grata eſt: eaque te uti facile patior.* Et ad Att. epiſt. 43. lib. 12. *Hirtium aliquid ad te* συμπαθῶς *de me ſcripſiſſe, facile patior.*

Mea ſumma erga te ſtudia] Quæ non tanti Pompejus æſtimare videbatur, ut eum diligeret: idque ſignificaverat gratulatione prætermiſſa.

Res eas geſſi] Quarum cauſſa ſenatus ei togato ſupplicationem decrevit; Q. Catulus parentem patriæ nominavit; L. Gellius civicam coronam deberi a rep. dixit. epiſt. 4. lib. 15. & in Piſonem, Gellius lib. 5. cap. 6.

Ne cujus animum offenderes] Ut C. Cæſaris, aut M. Craſſi, quos occulte favere conjuratis multi ſuſpicati ſunt. Craſſum etiam, ut conſcium & participem conjurationis in ſenatu a L. Tarquinio nominatum, ſcripſit Salluſtius, confirmaverunt Plutarchus & Dio. Cæſar quidem, ne conjurati vita privarentur, accurata oratione diſſeruit. idem Salluſtius, Plutarchus, Appianus, alii.

Tanto conſilio tantaque animi magnitudine] Quod utrumque requiritur in cuſtode civitatis: & in utroque Ciceronem excelluiſſe, cum illa indicia communis exitii indagavit, patefecit, exſtinxit, hiſtoriæ demonſtrant.

Africanus] Minor, qui Carthaginem & Numantiam evertit. hunc enim Cicero ſignificat, cum ſimpliciter eum nominat.

Pag. 244. *Lælium*] Ut duo Africani, ſic Lælii duo memorantur: quorum utrorumque pariter amicitia celebratur. nec in re manifeſta exemplis opus eſt.

EPISTOLA VIII.

CUm *conſulibus*] Cum Domitio & Appio, fortaſſe contendentibus, ut revocaretur Craſſus; quandoquidem dirarum obnunciatione neglecta, in provinciam iviſſet: quod pernicioſum reip. fore videbatur, ſicuti fuit, ipſo cum exercitu a Parthis interfecto.

Pag. 245. *Interruptum*] Ob eam ſimul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

multatem, quam inter eos Catilinæ temporibus exortam, quia Craſſus conjurationis conſcius & particeps putaretur, Plutarchus in Craſſi vita prodidit.

Peſtes hominum] Vt & Craſſum & ſe ipſum culpa liberaret, artificiis hominum hic, proxime autem varietate temporum factum eſſe dicit, ne, quemadmodum inſtituerant, perpetuo amarent inter ſe. *Peſtes hominum*, pro peſtiferi homines, vitandi tamquam peſtis.

Laude] Laus enim ſita eſt in mutua benevolentia: cum utriuſque dignitas utriuſque augeri poſſit officiis. confirmatur infra, cum dixit: *Is enim tu vir es, & eum me eſſe cupio, ut amicitiam noſtram utrique noſtrum laudi ſperem fore.*

Immutarunt] Minus eſt, quam *alienarunt*: ut, quo nunc erga Craſſum animo ſit, vel hoc probet argumento, quod, eo a ſe alienato, ipſe tamen adduci non potuerit, ut amare prorſus deſineret.

Optatum magis, quam ſperatum] Hoc refertur ad id quod ſequitur, *Florentiſsimis rebus tuis*: quia rebus afflictis, non florentiſſimis, amor vere perſpicitur. Mihi autem, inquit, contigit, quod optabam potius, quam ſperabam, ut optimo rerum tuarum ſtatu, mea tamen & memoria veteris noſtræ neceſſitudinis, & poſt reconciliatam gratiam fides perſpici poſſet. Confirmat hanc ſententiam epiſtola ad Pætum: *Non facile dijudicatur amor verus, & fictus, niſi aliquod incidat ejuſmodi tempus, ut quaſi aurum igne, ſic benevolentia fidelis periculo aliquo perſpici poßit: cetera ſunt ſigna communia.* Eodem loquendi genere uſus eſt lib. 2. ad Q. fr. *Id erat hujuſmodi, ut magis optandum, quam ſperandum putarem.* Et lib. 1. de Orat. *Inſperanti mihi & Cottæ, ſed valde optanti utrique noſtrum cecidit, ut in iſtum ſermonem, Craſſe, delaberemini.* & Balbus lib. 8. ad Att. *Vt adduci ad ullam condicionem Pompejus poßit, magis opto, quam ſpero.*

Fides] Quæ maxime requiritur in iis, qui poſt ſimultatem amicitia juncti ſunt. ad Ap. epiſt. 8. lib. 3. *Si quis eſt, qui neminem bona fide in gratiam putet redire poſſe; non noſtram is perfidiam coarguit, ſed indicat ſuam.* Et ad eundem, epiſt. 10. *Si eſſem ea perfidia, qua ſunt ii, qui in nos hac conferunt.*

Vxor tua] Tertullæ nomen fuiſſe, & a Cæſare ſtupratam, Suetonius auctor eſt.

Tui Craßi] Filii Marcus & Publius; quos hoc tempore conſtat fuiſſe Romæ: quamquam Publius paullo poſt patrem ſubſecutus eſt, cum quo periit in Parthis. Marcum autem & ante hoc tempus, & poſt in Gallia, Cæſaris quæſtorem fuiſſe, patet ex lib. 1. 2. 3. 5. 6. quos ipſe Cæſar de rebus a ſe in Gallia geſtis compoſuit.

Nituntur] Plus eſt, quam *utuntur*. eſt enim *Niti*, fulciri, ſuſtentari, quaſi roboris in eo, qui nititur, pro rerum gravitate parum ſit.

Non me repentino] Ne videatur ſimulata & ad artem compoſita benevolentiæ ſignificatio, quia tam prolixe, cum paullo ante ſimultas inter eos fuiſſet, officia ſua polliceatur ac deferat; non eſt hæc, inquit, augendæ tuæ dignitatis repentina voluntas, ſed quædam priſtini ſtudii renovatio, a prima adoleſcentia ſuſcepti.

Vt primum forum attigerim] Toga virili ſumpta, abſoluto anno ætatis 26. Vel ad eos qui jus civile profitebantur, vel in forum, ut oratores audirent, adoleſcentes ire ſoliti ſunt. Cicero ſtatim ad Scævolam Juriſconſultum acceſſit, deductus a patre, ut ipſe ſcribit in Lælio. primam vero privatam cauſſam pro P. Quinctio egit annos natus XXVI. publicam XXVII. pro Sex. Roſcio Amerino: quod utrumque Gellius animadvertit.

Pag. 246. *Obſervantiam*] Vel ætatis, vel honorum gratia. Sex enim annis natu major, quam Cicero, erat Craſſus, totidemque prior conſulatum geſſit. jure igitur plus Craſſo tribuit, quam ſibi: ut infra quoque: *Is enim tu vir es, & eum me eſſe cupio.*

Non

Non tam re] Injuriarum memoria coire animos & conjungi amore mutuo vix patitur: ideo præteritæ offenſæ ſuſpicione utrumque liberat.

Violata] Sic ad Att. epiſt. 15. lib. 1. *Illa, quæ violata, expiabuntur. Violari* enim dicitur, quaſi ſacroſancta amicitia ſit.

Inania] Indigna quæ cogitemus: levia minimi ponderis.

Eum me eſſe cupio] Laudis cupiditatem profiteri, arrogantiæ non eſt: & modeſtia benevolentiam conciliat.

Statues ipſe] Nihil petit; quid tamen expetat eo, quod ſequitur, oſtendit. eſt enim hæc epiſtola ut omnium officioſiſſima, ſic eadem omnium prudentiſſime ac modeſtiſſime conſcripta.

Quod ad honeſtatem & gloriam tuam ſpectet] Quod tibi vel honori vel gloriæ poſſit eſſe. Non omnino idem, ſed ſimile in epiſt. 1. lib. 10. *Omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam ad tuam amplitudinem conferemus.*

Publio] Quo intercedente, Cicero & Craſſus reconciliati ſunt. amabat is Ciceronem unice propter eloquentiam. epiſt. 8. lib. 2. ad fratrem: *Totum negotium Craſſo permiſi, meque in ejus poteſtate dixi fore. interfuit huic ſermoni P. Craſſus, adoleſcens noſtri, ut ſcis, ſtudioſiſſimus.* Et in Bruto: *Quæ quidem etiam cum P. Craſſo M. F. cum initio ætatis ad amicitiam ſe meam contuliſſet, ſæpe egiſſe me arbitror; cum eum vehementer hortarer, ut eam laudis viam rectiſſimam eſſe duceret, quam majores ejus ei tritam reliquiſſent. erat enim cum inſtitutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus: ineratque & ingenium ſatis acre, & orationis non inelegans copia: prætereaque ſine arrogantia gravis eſſe videbatur, & ſine ſegnitia verecundus.* Interfectus eſt a Parthis, ut Plutarchus, Appianus, Dio multis verbis exponunt.

Pag. 247. *Conſtantiæ*] Ne famam inconſtantiæ ſubeam. epiſt. 5.

Mea ſponte] Similiter epiſt. 8. lib. 6.

Quoad ejus fieri poſſit] Quam maxime poſſit, quantum liceat.

Deſiderium] Quo tenentur amici tui, hoſpites, clientes, qui, te præſente, opera, conſilio, auctoritate, & gratia tua nitebantur.

Meo labore] Quem eorum cauſſa, non modo tua, ſuſcipiam.

Minuatur] Tolli enim prorſus non poteſt, propterea dixit, *Quoad ejus fieri poſſit.*

EPISTOLA IX.

Pag. 248. V*Atinius*] *Struma* dictus, quia tumidam ſtruma cervicem haberet. ex quo eum, ut in Plutarcho legimus, *inflatum oratorem* Cicero per jocum appellavit. Eodemque ſpectat illud in oratione contra eum habita in ſenatu: *Repente enim te, tamquam ſerpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intuliſti.* Et in ea pro Sextio: *Si medentur reipub. qui exſecant peſtem aliquam, tamquam ſtrumam, civitatis.* Et ad Attic. epiſt. 9. lib. 2. *Vatinii ſtrumam ſacerdotii διβάφῳ veſtiant.* *Vatinios* autem, *Vatios*, *Varos* a cruribus dictos ait Plinius lib. 11. cap. 45.

Imper.] Ab exercitu, nondum a ſenatu appellatus: cum nondum decretæ eſſent ſupplicationes.

Cliens] Defenderat eum, rogatu Cæſaris, Cicero, a Calvo de ambitu accuſatum: quo judicio abſolutus eſt. defendit & alio crimine judicio publico, ut Valerius Max. lib. 4. cap. 2. ſcriptum reliquit.

In honore] In ſupplicationibus à ſenatu impetrandis.

Adoptem] Eligam patronum: vel, *Adoptem*, exoptem: ut Ciceronis filius epiſt. 24. lib. 16. *Adoptatiſſimus adventus*, dixit, pro *exoptatiſſimus.*

Pag. 249. *Fato*] Fatum ait Alexander cauſſam eſſe, & cauſſam agentem: cauſſarum enim quattuor genera eſſe; quæ agit, ut ſtatuarius; quæ materia eſt, ut æs, aut lapis, ex quo fit ſtatua; quæ forma, quam ſtatuarius ex ea materia facere cogitavit; quæ finis, ut cum artifex non id ſolum ſpectat, ut ſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tuam faciat, ſed ut, ſtatua facta, vel pecuniam, vel honorem conſequatur. Porro, non ejuſdem generis agentes cauſſæ ſunt. quædam enim aguntur alicujus rei gratia, quædam vero nihil eo, qui agit, cogitante. quæ aguntur aliqua cauſſa, vel a natura vel a ratione aguntur. quæ ratione aguntur, & agi poſſunt, & non agi: agendi enim facultas in nobis eſt. itaque ejuſmodi rerum cauſſa fatum non eſt, verum electio noſtra. eſt igitur fatum in iis, quæ natura fiunt, nec inter fatum & naturam, præter nomen, quidquam intereſt. æque enim & natura, & fato, equus ex equo, homo ex homine generatur. nam, ut naturalis rerum omnium generationis cauſſæ primæ divina ſunt, certo ordine & perpetuo motu circumducta, ita fati non aliæ cauſſæ ſunt, quam quæ a divinis pendent. Nec tamen fatum eſt cauſſa, propter quam ſemper aut hoc aut illud neceſſario fiat, ſed plerumque: ut in iis quoque, quæ natura fiunt, locum habent ea quæ interdum præter naturam fiunt. Atque hanc eſſe Peripateticorum de fato opinionem, ex Alexandro cognoſcitur. Alii vero fato omnia fieri voluere, quos refellit idem Alexander: cum ab iis fortunam, & caſum, & omnes humanæ vitæ actiones, & conſultationem auferri dicat. Vide epiſt. 12. lib. 4.

Liberalitatem] *Liberalis* eſt, non modo qui pecuniam largitur, ſed etiam qui quocumque officii genere ſubvenit, aut commodat. epiſt. 9. lib. 1. in extremo. & epiſt. 9. lib. 5.

Ad ſenatum] Ut ſupplicationes ei decernerentur.

De rebus geſtis] In Dalmatia: ut in epiſtola, quæ ſequitur.

Tuus ſervus] Dionyſius. in epiſtola ſequenti, & lib. 13. epiſt. 77. ad Sulpicium.

Cum Vardæis] Dalmatiæ populis; a quibus olim vaſtatam Italiam, auctor eſt Plinius lib. 3. cap. 22. Antea *Vardacis*, nos olim, *Vardæis*, reſtituimus.

In Dalmatiam] In quam cum aufugiſſe jam audierat: dixit enim, *Dicitur mihi cum Vardæis eſſe*. Dalmatiæ nomen ab urbe Daimnio deductum, ſignificat Strabo lib. 7.

Ad v. *id Quinct.*] Scripta igitur eſt epiſtola ante reditum Cæſaris ex Hiſpania, in qua Pompeji liberos jam devicerat. nam Vellejus eum Romam Octobri menſe revertiſſe, auctor eſt.

Narona] Et fluvius & caſtellum fuit. Plinius, Ptolemæus.

EPISTOLA X.

Pag. 250. *Omnia mihi dura*] Cum neque ſervum invenire, neque de Catilio, quod petis, facile poſſim concedere.

Imperas] Jam igitur ei per litteras Cicero de Dionyſio ſervo mandaverat. nam in ſuperiore epiſtola nihil ſibi mandatum Vatinius dixit.

De Catilio] Pirata.

Apage te] Hac voce rejicimus a nobis eos, qui moleſti ſunt. utuntur ea frequenter comici.

Matres familias] Feminas honoratas. Hoc nomen pluribus modis accipitur: primum quæ peperit ex marito patre familias: deinde, quæ tantummodo maritum patrem familias habet, licet non pepererit: tertio, quæ convenerit in manum, id eſt, per coemptionem nupſerit; quæ ſola in heredis locum veniebat: quarto, quæ maritum amiſerit, viduaque honeſte vivat. Primum probatur ex Feſto, cum ait: *Nec vidua hoc nomine, quæ ſine filiis eſt, appellari poteſt.* Quod negat Vlpianus. Secundum ex Cicerone in Topicis. *Genus* (inquit) *eſt uxor: ejus duæ formæ, una matrum familias, earum, quæ in manum convenerunt; altera earum, quæ tantummodo uxores habentur.* Quod Gellius auctoritate veterum videtur confutare, ſolam affirmans appellatam eſſe matrem familias, quæ in mariti manu mancipioque eſſet. Tertium hæc ipſa ex Topicis proxime recitata verba demonſtrant. Accedit Quinctilianus. *Si quis* (inquit lib. 5.) *cum legatum ſit ei,*

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quæ viro mater familias eſſet, neget deberi ei, quæ in manum non convenerit. Et Gellius lib. 18. cap. 6. *Matrem familias ab idoneis vocum antiquarum explanatoribus eam ſolam appellatam dicit, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioque eſſet: quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui heredis locum veniſſet.* Eodem ſpectat illud Servii in lib. 7. Æn. *Per coemptionem facto matrimonio, ſibi invicem ſuccedebant: teſtari tamen arbitratu ſuo poterant. nam a tutoris poteſtate liberabatur, quæ mater familias fiebat.* Quartum & ultimum de vidua matre familias, oſtendit Ulpianus l. pronunciatum, 47. D. de verb. ſign. *Matrem familias accipere debemus eam, quæ non inhoneſte vixit. matrem enim familias a ceteris feminis mores diſcernunt, atque ſeparant. proinde nihil intererit, nupta ſit, an vidua, ingenua, an libertina.* & Cicero in oratione pro Cœlio *matrem familias* Clodiam viduam vocat. De his opinor locutum Vatinium, neque cogitaſſe, an maritum haberent, vel peperiſſent, aut per coemptionem nupſiſſent, aut viduæ ingenuæve eſſent; ſed tantummodo rationem habuiſſe honeſtatis earum & auctoritatis. Sic oratione in Antonium: *Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta inter matres familias verſabantur.* & 3. in eundem: *Matres familias, virgines, pueri ingenui abripiuntur.* In Verrem quoque: *Mitto adhibitam vim ingenuis, matres familias violatas.* Nam, quod ait Gellius appellatam eſſe *matrem familias* eam ſolam, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioque eſſet: verius fortaſſe, quam *Eam ſolam,* dixiſſet, *Eam proprie:* ut ei cum Cicerone conveniret, qui duo genera matrum familiarum conſtituit in Topicis. Niſi ſi juris hereditarii Gellium, vel eos potius, quos Gellius ſecutus eſt, rationem habuiſſe dicamus: quod ea ſola, quæ in manum conveniſſet, marito mortuo heres eſſet: quæ vero aliter nupſiſſent, jure hereditatis excluderentur. *Matres familias,* & *matres familiæ* dicebant veteres. *familias* autem generandi caſu; quia nomina, ut Plinius dubii ſermonis lib. 6. admonuit, in *a* finita ſingulari nominativo, *as* ſyllaba declinabant, ut *Maja Majas.* Ideo Salluſtius, amator priſcæ linguæ, dixit hiſt. lib. 4. *Caſtella cuſtodias theſaurorum in deditionem acciperentur.* Quod ne celebraretur, Siſenna effecit. ait enim, eum, qui diceret *pater familiæ*, etiam pluraliter dicere debere, *patres familiarum,* & *matres familiarum.* quod quoniam erat durum, & longe jucundius, *patrum familias*, ſonabat, etiam *patri familias* ut diceretur, conſuetudo probavit, & tamen ratio Siſennæ non eſt valida. nec enim neceſſe eſt, pluralem numerum rei unitati adhibere. & Varro de ſcenicis originibus primo & tertio libro dixit: *matres familiæ:* & Gracchus, *patres familiæ,* non *familiarum.*

Simius] Deductum a ſimia, per contemptum. epiſt. 2. lib. 7. *Hic ſimiolus, animi cauſſa, me, in quem invehe-retur, delegerat.* Horatius in Serm. *neque ſimius iſte. Simia* quoque de homine dicebant. epiſt. 13. lib. 8. *Illius ſimiæ vultum ſubire.* Afranius in Temerario: *Quis hic eſt ſimia, qui me hodie ludificatus eſt.*

Non ſemiſſis] *Semis*, aſſis dimidium fuit: *as* autem, nummus æreus, quadrantes quattuor continens. *homo* igitur *non ſemiſſis*, minimi pretii, nihili æſtimandus. ſimiliter Perſius Satyra 5. *Hic Dama eſt, non treſſis agaſo;* pro, tribus aſſibus non æſtimatus.

Pag. 251. *Actione*] Actione legis: ut actio furti, & ſimilia. Libri veteres; *Actiones*; unus Sigonii, *Actores.* mihi vel *Actione* (ut imprimi volui, una littera *s* abjecta) vel *Actores*, placet. nam *Actiones*, vacare mendo non arbitror.

Si Appii os haberem] Si eſſem ea, qua Appius impudentia. Epiſt. 8. lib. 9. *Noſti os ejus adoleſcentioris Academiæ.* In Verrem: *Noſtis os hominis.* Pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Cluentio: *Quod tandem os eſt illius patroni, qui ad eas cauſſas ſine ulla ſcientia juris audet accedere?* Interdum additur, *durum*, ut apud Terentium in Eun. ubi Donatus: *Os durum, os impudens: ut contra mollis frontis dicuntur, qui ſunt reverentes.* Et quia ferro nihil eſt durius, propterea *ferreum Piſonis os*, ut inſignem quandam notaret impudentiam, Cicero vocavit in oratione contra ipſum habita. Appius hic, cui ſe ſucceſſiſſe Vatinius dicit, non eſt is, ad quem ſunt epiſtolæ lib. 3. qui bello civili, Pompejum ſecutus, jam perierat: ut auctor eſt Valerius libro 1. cap. 6.

Pag. 252. *Tuo diſcipulo*] Declamabant nobiles adoleſcentes præſente Cicerone, ut ejus præceptis erudirentur. Epiſt. ult. lib. 7. *Caßius tuus & Dolabella noſter ſtudiis iiſdem tenentur, & meis æquißimis utuntur auribus.* Et epiſt. 18. lib. 9. ſuos diſcipulos vocat Cæſaris familiares: & in ſexta ejuſdem libri.

Cæſar] Conſul, idemque dictator.

Juſtißimi] Ob numerum cæſorum hoſtium. Sic epiſt. 10. lib. 2. *Victoria juſta imperator appellatus ſum.* & Phil. 14. *Is demum eſt juſtus ac verus triumphus, qui optime meritis de repub. defertur ac datur.* & Suetonius in Calig. *Querens inter cetera, fraudatum ſe juſto triumpho.*

Triumphi] Qui ſupplicationem fere ſequebatur. epiſt. 15. lib. 2.

Ipſi] Dalmatiæ.

Poſt ſupplicationes] Scripta, necdum miſſa ſuperiore epiſtola, certior factus de ſupplicationibus ſibi decretis in Dalmatiam, ut bellum conficeret, ſtatim profectus eſt, opida ſex cepit. quo facto, eandem miſit epiſtolam, quam per dies plures in manibus habuerat, ut aliquid de rebus a ſe poſt ſupplicationes geſtis appingeret.

Unum hoc] Quod a me proxime relictum eſt.

Meam cauſſam] Non jam ut ſupplicationes, quæ decretæ fuerant, ſed ut triumphum, quaſi confecto bello, conſequeretur. triumphaſſe autem illum triennio poſt, faſti Capitolini oſtendunt.

In omnes partes] Sic ad Marcellum, *Valere in omnes partes*, epiſtola 10. lib. 4.

EPISTOLA XI.

Pag. 253. *GRata tibi eſſe officia mea, non miror*] Epiſt. 20. l. 10. *Studia mea erga te, tibi tam grata eſſe minime miror, vehementerque lætor.*

Sura] Cognomen videtur aut liberti, aut etiam civis ingenui. nam & Lentulus ille *Sura* vocatus eſt, qui prætor in conjuratione Catilinæ in carcere necatus eſt, & *Lentuli Curis* mentio fit epiſt. 4. lib. 8.

Et non laborioſa mihi, & honeſta] Proxime dixit in eadem ſententia, *Quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur.* Similiter epiſt. 9. lib. 5. *Hoc eo pertinet, ut nihil exiſtiment eſſe tam difficile, quod non pro te mihi ſuſceptum, jucundum ſit futurum.*

Fidem dederis] Redire nolebat, pœnæ metu, Dionyſius ad Ciceronem, a quo ſurreptis multis libris, aufugerat. epiſt. 77. lib. 13.

Improbus] Ut redire nolit. Ergo non erat Dionyſius in poteſtate Vatinii, quod etiam confirmatur ſuperioribus verbis; *Quamcumque ei fidem dederis, præſtabo.* Allici enim eum condicionibus, ut ad ſe rediret, omnino Cicero volebat. condicionibus autem cum ſervo cur ageretur, ſi eſſet in poteſtate Vatinii?

In triumpho] Cum de triumpho, tamquam certa de re, loquatur; apparet, ſcriptam epiſtolam eſſe poſt ſupplicationes decretas. Triumphavit autem Vatinius poſt interitum Cæſaris. oppreſſa rurſus ab Octaviano rep. quod lapides Capitolini docent.

Dii male faciant] Sic epiſt. 21. lib. 11. *Dii iſti Segulio male faciant.*

Moleſti] Quia nimium acriter reſiſtunt.

Ut ſcribis] Dixi jam, has Vatinii literas,

teras, in quibus etiam uxorem ſuam Ciceroni commendaverat, periiſſe: ut alias quoque aliorum multas, quibus Cicero reſpondet, periiſſe conſtat.

Bellicoſi] Vardæos quidem Italiæ populatores, ut jam dixi, Plinius appellat. *Bellaces* & *Bellicoſi* non iidem ſunt: cum poſſint bellaces eſſe populi, id eſt bellorum gerendorum ſtudio delectari, nec tamen bellicoſi, id eſt, in bellis excellere. quorum vero fortitudo eminet, ii *bellicoſi* vocantur.

EPISTOLA XII.

Pag.254. L. *Lucceio*] Fortaſſe is eſt, de quo ſic in oratione pro Cœlio: *Habeo L. Lucceium, ſanctiſſimum hominem, & ſanctiſſimum teſtem.* Et ſubjungit: *An ille vir, illa humanitate præditus, illis ſtudiis, artibus, atque doctrina, &c.*

Coram me tecum] Petitionis impudentiam excuſat, initio a modeſtia ſumpto.

Conantem] Ad res difficiles, quæque ad exitum non perducantur, hoc verbum adjungitur.

Pæne ſubruſticus] Eſt enim, quatenus pudor deceat. nullus improbitatem aut ſtultitiam, nimius agreſte quiddam indicat.

Pag. 255. *Tuis*] Animadvertenda numeri ſuavitas ex jambo poſt ſpondeum ſententiam claudente, ut paullo poſt, *Commendari tuis.*

Vicit opinionem meam] Hoc induxit callide, ad benevolentiam colligendam.

Auctoritate] Quod eſſet Lucceius in reipub. maximis graviſſimiſque cauſſis cognitus, atque in primis probatus, infra.

Vivi] In extrema epiſtola: *Vt noſmet ipſi vivi gloriola noſtra perfruamur.*

Italici] Marſici, vel ſocialis. Tribus enim modis appellatur illud bellum, quod cum ſociis Italicis, indignantibus civitate ſe, lege Licinia & Mucia eſſe extruſos, varia diu fortuna & periculoſo eventu geſtum eſt. quamquam Cicero lib. 2. de Off. metu judiciorum excitatum oſtendit. ſed fortaſſe utrumque fuit. primi quidem Marſi, unde Marſici belli nomen fluxit, Julio & Rutilio coss. arma ſumpſerunt. ſolus, confecto bello triumphavit de Aſculanis & Picentibus conſul Cn. Pompejus Strabo, Magni pater.

Civilis] Quo reſp. victis Marii partibus ad unius arbitrium L. Sullæ tranſlata eſt.

Calliſthenes] Olynthi natus, Ariſtotelis diſcipulus, comes Alexandri Magni bello Perſico, cujus etiam res geſtas litteris mandavit. interfectus ab eo, vel quia, more Perſico, divino cultu venerandum non cenſuerit, vel quod in eum cum aliis conjuraſſe putaretur.

Timæus] Duo Timæi memorantur, hic quidem Siculus hiſtoricus, quem valde Cicero laudat lib. 2. de Orat. Plutarchus in Nicia reprehendit; alter Philoſophus Pythagoreus, Locris natus, cujus nomine Plato librum De natura inſcripſit.

Pyrrhi] Epirotarum regis, qui cum Romanis in Italia bellum geſſit. Plutarchus, Trogus lib. 17. Ejus bella Timæus propria complexus eſt hiſtoria. Τιμαίου, inquit Dionyſius lib. 1. Antiquit. τοῦ Σικελιώτου τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱστοριῶν ἐν ταῖς κοιναῖς ἱστορίαις ἀφηγησαμένου, τοὺς δὲ πρὸς Πύῤῥον τὸν Ἠπειρώτην πολέμους εἰς ἰδίαν καταχωρείσαντος πραγματείαν.

Polybius] Præceptor & comes Africani minoris, cujus hiſtoriæ pars aliqua ad noſtram ætatem pervenit.

Numantinum] Numantiam Scipio Æmilianus, annis 14. poſt Carthaginem, excidit. Vellejus, Appianus, alii.

Pag. 256. *Conjurationem*] Factam ipſo conſule a duobus maxime patriciis, L. Sergio Catilina, prætorio, P. Cornelio Lentulo, conſulari, & prætore iterum.

Cauſſam totam] Quidquid ad eam conjurationem pertinet, & cum ea conjunctum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Vno in argumento] Scire non inutile eſt, quid in problemate ſcripſerit Ariſtoteles, cujus initium eſt, διὰ τί ποτε τῶν ἱστοριῶν ἥδιον ἀκούομεν τῶν περὶ ἓν συνεστηκυιῶν, ἢ τῶν περὶ πολλὰ πραγματευομένων.

Vna in perſona] In ipſo tantum Cicerone, conjurationis vindice.

Vberiora atque ornatiora] Quod ad ſcriptoris quoque laudem pertinet. commendat enim hiſtoriam vehementer copia rerum & verborum ornatus.

Semel] In eo, quod tibi occupatiſſimo tantum oneris imponam.

Bene] Valde: ut, *Bene mane*, *Bene doctus*.

Naviter] Strenue. in eo ſcilicet, quia poſtulet, ut ornetur.

Leges hiſtoriæ] Tres hiſtoriæ leges Cicero ipſe commemorat lib. 2. de Orat. primam, ne quid falſi dicere audeamus; alteram, ne quid veri non audeamus; tertiam, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit, ne qua ſimultatis. ex his legibus tertia hic ſignificatur, ut ſequentia declarant.

Quodam in procemio] Varie procemiis veteres hiſtorici uſi ſunt, teſte Luciano in libro de hiſtoria conſcribenda: apud Latinos quidem Livius & paucis & brevibus, Salluſtius pluribus & longioribus: apud Græcos autem ut l. 16. auctor eſt Diodorus Siculus, Ephorus ſingulis libris ſingula procemia propoſuit.

Affici] Commoveri: afficit autem gratia, cum nos ad eam, quam ratio non probat, voluntatem perducit. quamquam interdum bona de re uſurpatur hoc verbum, & abſolute, nullo caſu, ut epiſt. 6. lib. 16. *Varie ſum affectus tuis litteris, valde priore pagina perturbatus, paullum altera recreatus.* Legunt alii, *Electi*; alii, *Allici*. Suum cuique arbitrium relinquo. ego non video, cur quattuordecim veterum librorum, in quibus eſt, *Allici*, conſenſum aſpernari debeam: cum præſertim nec in ſententia, nec in loquendi genere vitii quidquam eſſe videatur.

Pag. 257. *Herculem Xenophontium*] De quo ſcribit Xenophon lib. 2. Memorabilium, & Cicero lib. 1. de Off. his verbis: *Herculem Prodicus dicit, ut eſt apud Xenophontem, cum primum pubeſceret, quod tempus a natura ad deligendum, quam quiſque viam vivendi ſit ingreſſurus, datum eſt, exiſſe in ſolitudinem, atque ibi ſedentem diu ſecum multumque dubitaſſe, cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius eſſet.* Idem de Prodico Suidas.

A principio conjurationis uſque ad reditum] A conſulatu Ciceronis, quo patefacta conjuratio eſt, & conſulatu Lentuli & Nepotis, quo rediit ab exſulio: quod integri quinquennii ſpatium fuit.

Scientia] Quam tenes, & quam tua cum laude oſtendes vel in explicandis cauſſis rerum novarum, vel in remediis incommodorum.

Cauſſis rerum novarum] Sumptibus nimiis, imperii immoderati ac licentiæ cupiditate: quæ Salluſtius perſequitur.

Remediis] Quæ civilibus malis adhiberi poſſunt, quæque Cicero ipſe conſul adhibuit.

Perfidiam] Sæpe fidem hominum accuſat in epiſt. ad Attic. ad Q. Fratrem, ad Lentulum: nominatim vero ſe deſtitutum & inductum queritur a Pompejo, qui ſe numquam ei defuturum juraverat, & ab Hortenſio, Catone, Arrio.

Caſus noſtri] Calamitates, quas ob patriam e conjuratorum inſidiis ereptam pertulit.

Varietatem] Quia varia fortuna ſum uſus: cum a ſumma dignitate ad ultimas miſerias inimicorum me detruſerit injuria: rurſuſque in patriam eximio cum honore, expetitus ab omnibus, redierim.

Pag. 258. *Habet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem*] Quod in proverbium abiit. unde lib. 2. de Fin. contra Epicureos, *Quid ſi etiam*, inquit, *jucunda memoria eſt præteritorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rum malorum? Vt proverbia nonnulla veriora ſint, quam veſtra dogmata. vulgo enim dicitur, *jucunde acti labores.* unde Virgilius:

Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.

Nec male Euripides:

Suavis eſt laborum præteritorum memoria.

Græcus autem verſus hic eſt:

Ἀλλ᾽ ἡδὺ, τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Caſus alienos ſine ullo dolore intuentibus] Lucretius:

Suave, mari magno turbantibus æquora ventis,
E terra magnum alterius ſpectare laborem.

Mantineam] Vrbem Arcadiæ, nobilitatam clade Lacedæmoniorum, & victoria Epaminondæ, Thebanorum ducis. Æmilius Probus, Juſtinus l. 6. Strabo lib. 8.

Epaminondas] Quem ſummum ducem exterarum gentium videtur Cicero judicare lib. 1. de Oratore, cum ait: *Vterer exemplis Africanorum & Maximorum: Epaminondam atque Hannibalem nominarem.* & lib. 3. *Pythagoreus ille Lyſias Thebanum Epaminondam, haud ſcio, an ſummum virum unum omnis Græciæ.*

Non cum quadam miſeratione delectat] Cum ex illius interitu miſeratio, ex animi autem magnitudine conſtantia oriatur. Tuſc. 1. *Quam me delectat Theramenes, quamque elato animo eſt? etſi enim flemus, cum legimus; tamen non miſerabiliter vir clarus emoritur.*

Clypeum eſſe ſalvum] Aliter Probus in ejus vita, cujus verba recitabo. *Epaminondas* (inquit) *cum animadverteret, mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimulque ſi ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet, animam ſtatim amiſſurum, uſque eo retinuit, quoad renunciatum eſt, viciſſe Bœotios. id poſtquam audivit, Satis, inquit, vixi: invictus enim morior.* Cicero lib. 2. de Fin. & de clypeo, & de victoria percunctatum Epaminondam oſtendit. *Cum viciſſet* (inquit) *Lacedæmonios apud Mantineam, ſimulque ipſe gravi vulnere exanimari ſe videret, ut primum deſpexit, quæſivit, ſalvus ne eſſet clypeus: cum ſalvum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, rogavit, eſſent ne fuſi hoſtes: cumque id quoque ut cupiebat, audiſſet, evelli juſſit eam, qua erat transfixus, haſtam. ita multo ſanguine profuſo, in lætitia & in victoria eſt mortuus. Clypeum* ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, quia corpus celet, appellatum Servius ait: Plinius ἀπὸ τοῦ γλύφειν, id eſt a ſculpendo: & irridet Grammaticos, qui deducerent a cluendo. Trebellius Pollio in Claudii vita videtur exiſtimaſſe, ex Grammaticorum ſententia dicendum, *clypeum*, non, *clypeus*: ut ait: *Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum ſenatus totius judicio in Romana curia collocatum eſt.* Verum omnes Poetæ ſemper *clypeus*, numquam *clypeum*, dixere. quod ſi de ſoluta oratione Grammatici illi loquebantur, ne id quidem concedi poteſt, ut recitata proxime Ciceronis verba declarant.

Themiſtoclis] Hujus vitam Æmilius Probus & Plutarchus exponunt.

Fuga] Fugit ad Artaxerxem, Perſarum regem, veritus iram Athenienſium, quibus in ſuſpicionem venerat initæ cum Perſarum rege contra Græciam ſocietatis.

Reditu] Reditum Themiſtoclis poſt fugam non invenio. forte ſecutus eſt Cicero annales, quos neque Plutarchus neque Probus viderint, aut quibus habendam fidem non putarint: quando & de interitu ejus aliter alios exiſtimaſſe, in Bruto legimus. Memini, cum homo ingenioſus, induſtriaque excellens, familiaris meus Hieronymus Ferrarius, cui mortuo bene ſit, legendum opinabatur, *Interitu*, pro *Reditu.* quæ conjectura, etſi diſſentit ab antiquis libris, tamen, quia cum ſententia congruit, prætermittenda non fuit.

Ordo ipſe annalium] Quo quaſi filo perpetua texitur hiſtoria.

Pag. 259. *Mediocriter*] Non multum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tum. viri autem excellentis ancipites variique caſus non mediocriter, id eſt multum, retinent. ſeipſum alienis deſignat exemplis.

Retinet] Delectat. *retineri* enim videtur, qui libenter legit. Eodem modo verbum *Capior* ad delectationem transfertur.

Quaſi enumeratione faſtorum] Vt faſti delectant, enumerandis rebus, quæ ſingulis diebus agantur. unde Ovidius *Faſtos* inſcripſit libros ſuos.

Exitu notabili] Vt notabilis fuit ejus in patriam reditus poſt exſulii calamitatem.

Quo mihi acciderit optatius] Modus loquendi, pro, *Quam ob cauſſam mihi acciderit optatius.* tale illud lib. 1. de orat. *Stultitia excuſationem non habet: quia nemo videtur, aut quia crudus fuerit, aut quod ita maluerit, ſtultus fuiſſe. quo etiam gravius judicium in dicendo ſubimus.*

Quaſi fabulam] *Fabulam* vocat, non quia fictæ ſint res, ſed quia, tamquam fabula, varios actus habeat.

Et conſiliorum & temporum] Quædam enim actiones conſiliis hominum proprie tribuuntur, quædam temporibus potius quam conſiliis.

Non vereor, ne videar aucupari] Hoc dicit: certe me non putas aucupari gratiam tuam aſſentiuncula quadam: cum ipſe te optime noveris.

Neque autem ego ſum ita demens] Eſſem autem demens, ſi laudari vellem ab eo, qui non ipſe propriam in me laudando ingenii gloriam conſequeretur. laudari enim ab eo velle, qui careat ingenio, dementis eſt. itaque me tibi aſſentari, non eſt cur exiſtimes: neque id ſane tibi in mentem venire arbitror.

Pag. 260. *Ille*] De celeberrimis viris, & apud omnes fama cognitis, hoc pronomen uſurpamus, ut de Ageſilao infra. Alexandro autem quis majorem nominis celebritatem conſecutus? qui paucis annis & Darium ultimum Perſarum regem, & oceano tenus omnia ſuperavit, prolatis ab angulo Thraciæ ad extremum orientem imperii terminis.

Apelle] Pingendi laude omnium clariſſimo.

Lyſippo] Vnde Horatius epiſt. 1. lib. 2.

Edicto vetuit, ne quis ſe, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra,
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Addit Plinius lib. 37. cap. 1. eundem Alexandrum vetuiſſe edicto, in gemma ſe ab alio ſcalpi, quam a Praxitele, ejus artis clariſſimo. Tres vero hos artifices, & edictum Alexandri ſimul nominat lib. 7. cap. 37. Apulejus autem lib. 1. Florid. Polycletum, non Lyſippum ait fuiſſe, qui Alexandrum ære duxit.

Corporis ſimulacrá] Simulacrum & imago ſunt idem, ab effigie quiddam differunt. idem eſſe, indicat id quod ſequitur infra: *Qui neque pictam, neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe.* nam ſimulacra jam vocaverat Cicero, pictam ab Apelle, fictam a Lyſippo imaginem Alexandri. ſunt igitur *ſimulacra* & *imagines*, quæ pinguntur, & quæ finguntur: *effigies* autem, contra Vallæ ſententiam, eſt, quæ fingitur, non quæ pingitur: quod ipſum nomen arguit. & Cicero Tuſcul. 3. cum dixit, *Eminentem effigiem virtutis*, ad ficta opera ſpectavit; cum vero ſubjunxit, *Adumbratam imaginem gloriæ*, ad picturam: non quod *imago* tantum picturæ ſit, ſed quod, cum vocabulum generale ſit omnium ſimilitudinum, picturam quoque complectitur. *effigies* autem vel ſolida eſt, ut ſignum & ſtatua; vel expreſſa, ut celatum opus, & quæ in cera, anulo impreſſo, effingitur imago. latiorem igitur ſignificationem habet *ſimulacrum* aut *imago*, quam *effigies*: nec neceſſe eſt, ut *ſimulacrum* qui dicit aut *imago*, addat *effigies*; cum & *ſimulacrum* & *imago* ſimilitudines omnes comprehendant, itaque ſtatuam Ennii, quam lib. 38. Livius nominat, Valerius Maxim. l. 8. cap.

cap. 15. vocat *effigiem:* qui vero *effigies* dicit, interdum addit *ſimulacrum* aut *imago*, quaſi explanandi gratia, non quod re vera idem ſint: ut Cicero in Verrem: *Effigies & ſimulacrum alicujus.* & lib. 1. de Nat. deor. *Effigies hominis & imago deus.* A parte enim tranſimus ad totum, non a toto ad partem.

Ignotis nota faciebant] *Ignotis*, poſuit, non pro iis qui ignorarentur, ſed qui ignorarent illa ſimulacra: ut id quod patitur, accipiatur pro eo quod agit: antique. nam & Plautus in Pſeudolo: *Novi; notis prædicas.* pro, iis qui noverunt. Et noſter in oratione pro Cœlio; *De dignitate, Cœlius notis ac majoribus natu, etiam ſine mea oratione, tacitus facile ipſe reſpondet.* Et in Verr. lib. 6. Livius lib. 3. *Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat.* Et Curtius: *Ignoti jumenta agebant.*

Nihilo ſunt tamen obſcuriores clari viri] Hoc tum ad aliorum, virtute præſtantium, tum ſuam etiam ad laudem ſcripſit. claritatem, inquit, & ſplendorem a mutis imaginibus virtus non accipit, ſed ingenii monumentis celebrata immortalem famam conſequitur. hoc Ageſilao contigit, quem Xenophon laudibus extulit. hoc & de me ipſo futurum confido, ſi in tua ſcripta pervenero. *Obſcuriores, clari viri:* nota contraria. ſic epiſt. 5. lib. 2. *Obſcuro ſermoni clariſſimam vocem* oppoſuit.

Spartiates] Spartanus: a Græco Σπαρτιάτης. nomina ita deſinentia patriam ſignificant. & *Spartiata*, idem erat: nam utroque modo dicitur: ut *Tegeates, Tegeata; Eleates, Eleata; Crotoniates, Crotoniata.*

Ageſilaus ille] Eorum qui Spartæ regnarunt, tum aliis virtutibus, tum bellicæ rei ſcientia præſtantiſſimus.

Perhibendus] *Perhiberi* dicitur id, de quo omnes conſentiunt. *Non minus perhibendus eſt Ageſilaus*, valet non minore hominum conſenſu celebrandus. Tuſcul. 1. *Tyndaridæ fratres victoriæ populi Romani nuncii fuiſſe perhibentur.*

Neque pictam neque fictam] Vt Alexandri pinxerat imaginem Apelles, finxerat Lyſippus. Ageſilaus ita ſenſit, non quod eſſet claudus, & brevi corpore, ut apud Æmilium Probum, Athenæum lib. 14. Dionem Chryſoſtomum in oratione Corinthiaca ſcriptum eſt; ſed quod memoriæ perpetuitatem a virtute potius, quam ab imagine corporis, exſpectandam duceret. qua de re Xenophontis præclara verba recitabo: Τοῦ μὲν σώματος εἰκόνα στήσασθαι ἀπέσχετο πολλῶν αὐτῷ τοῦτο δωρεῖσθαι θελόντων. τῆς δὲ ψυχῆς οὐδέ ποτε ἐπαύετο μνημεῖα διαπονούμενος, ἡγούμενος τὸ μὲν ἀνδριαντοποιῶν, τὸ δὲ αὐτοῦ ἔργον εἶναι, καὶ τὸ μὲν πλουσίων, τὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν.

Vnus enim Xenophontis libellus] Qui exſtat, de Ageſilai laudibus ita ſcriptus, ut imaginem animi atque ingenii, omni præſtantiorem imagine corporis mirabiliter exprimat. Quem vero *libellum* appellat Cicero, tempori ſerviens, eundem Themiſtius in oratione, qua Cæſari gratias agit, *longum librum* vocat, & ab eo ſcriptum ait, ut Ageſilao gratiam referret, quod ejus opera a Spartanis agro donatus eſſet. Videndus Xenophon lib. 5. ἀναβάσεως. Pauſanias in Eliacis lib. 1.

Imagines omnium ſtatuaſque ſuperavit] Cum de ſtatuis etiam *imago* dicatur; ſine cauſſa, *ſtatuas* videtur addidiſſe. Verum addidit, quia proxime non de omni, ſed de picta tantum & ficta imagine locutus erat: nec eo genere ſtatuæ omnes comprehenduntur: ſunt enim non modo fictæ, id eſt æneæ, ut Alexandri ſtatua a Lyſippo facta, & Sp. Caſſii, quam Plinius lib. 34. cap. 6. nominat: verum etiam marmoreæ, quæ ſcalpuntur. ut igitur Xenophontis librum omnibus omnium ſimulacris Cicero præferret; marmorea etiam opera, quæ antea non nominaverat, pictis & fictis adjunxit.

Omnes omnium] Cum lepore. ut epiſt. 32. lib. 7. *Omnia omnium dicta in me conferri.* Et pro Milone: *Omnibus omnia minabatur.* Catullus de Lesbia:

Omnibus una omnes ſurripuit Veneres.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Pag. 261. *Timoleonti*] Corinthio, cujus res geſtas Timæus expoſuit. vitam ejus ab Æmilio Probo & Plutarcho ſcriptam habemus. Timæi ſcripta perierunt.

Herodoto] Qui novem libros Muſarum nominibus inſcripſit; & in eorum ſeptimo & octavo, quorum alteri Polymniæ, alteri Vraniæ nomen eſt, Themiſtoclis virtutem & prudentiam ſingularem oſtendit. *Parentem hiſtoriæ* lib. 1. de leg. Cicero vocat, quia princeps hiſtoriam ornaverat, ut idem Cicero lib. 2. de Orator.

Sigæum] Trojæ promontorium.

Dixit] His verbis: *O fortunate adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris.* In oratione pro Archia & Plutarchus in vita.

Nævianus] Apud Nævium Poetam.

A laudato viro] Abs te, pater, laudato viro. alloquebatur enim patrem Hector apud Nævium, ut ex epiſt. 6. lib. 15. cognoſcitur.

Quod nonnulli ſæpe reprehendunt] Itaque proverbio reprehenditur: *Te ipſum laudas, tamquam Aſtydamas.*

Multorum exemplo] L. Sulla Commentariorum libros 22. ut auctor eſt Plutarchus, compoſuit de rebus ſuis. M. Scaurus, ille princeps ſenatus, tres libros de vita ipſius acta perſcripſit, quos memorat Cicero in Bruto, & Tacitus in Agricolæ, ſoceri ſui, vita. ejuſdem Scauri æqualis & inimicus, P. Rutilius vitam ſuam litteris mandavit, forſitan æmulatione permotus. Hos maxime & alios quoque Cicero ſignificat.

Verecundius ipſi de ſeſe ſcribant] Impeditum ſe ipſum laudare, dixit Cæcina in epiſtola ad Ciceronem.

Præcones ludorum gymnicorum] Præcones in ludis gymnicis erant Poetæ Melici, qualis fuit Pindarus, & alii, qui lyra & cantu certatim Olympionicarum laudes & præclara facta celebrabant. ex magno autem Poetarum numero, qui ceteris ingenio præſtitiſſe putabatur, is & Olympionici coronam imponebat; cum tamen ejus patriam, non eum, coronari pronunciaret; & ipſe, tamquam Poetico certamine victor, ab alio Poeta, eum laudante, coronabatur. Plinius lib. 16. cap. 4. Ludi autem gymnici erant, in quibus nudi exercebantur, apud urbes Græciæ, Elidem, & Piſas. eadem *Olympica certamina* vocabantur. nam, quæ Piſæ, *Olympia* poſtea appellata. Nudi autem certabant, ut apud Pollucem ſcriptum eſt, lucta, curſu, pugillatione, diſco, ſaltu. Vide Plutarchum περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἀνεπιφθόνως ἐπαινεῖν. Horum ludorum inventorem Arcadem Lycaonem Plinius nominat lib. 7. cap. 56.

Ceteris victoribus] Olympionicis, qui non a quovis Poeta, ſed a victore coronabantur. *Ceteris* igitur dixit, quia ipſi quoque præcones, quos fuiſſe Poetas diximus, victorés erant, itaque poſt ludorum miſſionem corona donabantur.

Coronas] Oleaſtri. Plinius lib. 15. cap. 4. & lib. 16. cap. 44. & Plutarchus in Catone.

Se victores eſſe] Præconum quoque certamen fuiſſe, tum ex hoc admonemur loco, tum ex Pauſania, cujus hæc ſunt verba Eliac. α. Σαλπιγκταῖς δὲ ἐφεστηκόσιν αὐτῷ, καὶ τοῖς κήρυξιν ἀγωνίζεσθαι καθέστηκε.

Pag. 262. *Alacres animo ſumus*] Plus omnino ſignificavit, quam ſi *Cupimus* aut aliquid ſimile dixiſſet; nam in alacritate index lætitiæ motus ineſt.

Suſcipis cauſſam] Sæpe jam dixi, *Cauſſam* pro eo, quod agitur uſurpari.

Commentarios] Perpetuam ac diligentem, nullis ingenii luminibus diſtinctam, rerum narrationem. *commentarii* enim dicuntur, qui materiam hiſtoriæ præbent. In Bruto, de Cæſaris commentariis: *Nudi ſunt, recti & venuſti omni ornatu orationis tamquam veſte detracta: ſed, dum voluit alios habere parata, unde ſumerent, qui vellent ſcribere hiſtoriam; ineptis gratum fortaſſe fecit, qui volunt illa calamiſtris inurere; ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XIII.

BEnevolentiam] Quæ ipſa per ſe valet ad conſolandum; conjuncta vero pari prudentia, multo plus.

Pari prudentia] Rationibus ad levandum curas accommodatis.

Non aliunde pendere] Quod perfectæ virtutis eſt: ſine qua fortunam quotidie cogimur timere. *aliunde* igitur *pendet*, qui extrinſecus, id eſt ab ipſa fortuna, exſpectat omnia. Hæc tota ſententia ex Platonis Epitaphio ſumpta eſt: Ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων πλανᾶσθαι ἠνάγκασται καὶ τὰ ἐκείνου, τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται ζῆν.

Pag. 263. *Aut bene, aut male*] Fortunæ enim arbitrio vel beatam vitam vel miſeram exſpectat, qui virtute caret.

Suſpenſas] Minime firmas. incerta enim ſunt, quæ in fortuna ponuntur. Præclare in hanc ſententiam pronunciavit illa Cicero in Paradoxo 2. *Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique in ſe uno ſua ponit omnia. cui autem ſpes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil poteſt eſſe certi, nihilque quod exploratum habeat permanſurum ſibi ne unum quidem diem.*

Tempeſtatum] Adverſa tempora *Tempeſtates* vocat, tranſlatione uſus, ut epiſt. 3. lib. 4. *Multo ante, tamquam ex aliqua ſpecula, proſpexi tempeſtatem futuram.* Cum, inquit, ego quoque fortunæ vim contemnerem, præſidii ſatis eſſe ad omnes caſus in una virtute exiſtimaram; ab hac tamen ſententia, temporibus vexatus, prope deſciveram: ſed me labantem confirmarunt litteræ tuæ.

Concurſu] Concurrentibus in me calamitatibus, ſuoque impetu inſitam illam opinionem non omnino quidem, ſed aliquantum labefactantibus atque convellentibus.

Convulſa] Metaphoræ concluſio: quam in verbo *Excidiſſet*, inſtitutam, verbis deinde ſimilibus exceptam, & ad exitum ſententiæ conſervatam videmus. *Convellere* autem plus aliquanto ſignificat, quam *labefactare*. nam *labefactare* movere eſt, non amovere & auferre: *convellere* vero, ita movere, ut ſeparatio ſequatur. itaque ſeorſum, quaſi diverſa, ponuntur in oratione pro Cluentio: *Si quam opinionem jam veſtris mentibus comprehendiſtis, ſi eam ratio convellet, ſi ratio labefactabit.* & lib. 2. de Oratore: *Ne convellere adoriamur ea, quæ non poſſint commoveri.*

Proximis litteris] Binis igitur litteris Ciceronem Lucceјus conſolatus erat. nam de poſterioribus in eo ſignificat, *Cui te opitulari video.* de prioribus, cum ait: *Et id feciſſe etiam proximis litteris, multumque profeciſſe ſentio.*

Sed etiam declarandum] Poteſt enim obſcura eſſe ſignificatio, cum non omnia ſigna perſpicue demonſtrent; declaratio non poteſt. Pro Milone: *Si umquam locus ampliſſimorum virorum delectis viris datus eſt, ubi ſua ſtudia erga bonos & fortes cives, quæ vultu & verbis ſæpe ſignificaſſent, re & ſententiis declararent.*

Itaque] Quiddam accederet ad ſententiam, ſi legeretur, *Atque*: nec tamen, *Itaque*, rejicio, præſertim ab antiquis libris comprobatum. *Atque hoc etiam* legendum putat Hieronymus Ferrarius, ſenſu omnino meliore: tamen nihil immutandum duxi, cum libri omnes manu ſcripti cum impreſſis conſentiant.

Hæc aliquando futura meliora] Hic locus oſtendit, Lucceji conſolationem adhibitam eſſe non ad eam tantum ſollicitudinem, quam ex obitu filiæ Cicero capiebat, ſed ad mœrorem etiam ex reip. pernicie ſuſceptum. idemque confirmatur infra, in eo loco: *Et domeſtica feremus, ut cenſes, & publica paullo etiam fortius fortaſſe, quam tu ipſe, qui præcipis.*

Caſus gladiatorii] Gladiatorum ſimilitudine Lucceјus probare ſtuduerat, non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

non eſſe penitus de rep. deſperandum: cum ſæpe, qui jam victus ab adverſario gladiator videtur, is ita convaleat, ut victorem proſternat.

Vitabant] Non quod re vera proficerent, ſed eo ſpectabant, ut ad aliquam ſpem traducerer. ex quo videbam, te aliqua ſpe teneri: cum ego prorſus deſperem.

Cum aliquid ſperes] Cum ego nihil ſperem: &, qui nulla ſpe tenetur, eum eſſe fortem quis non miretur?

Ita affectum] Eo calamitatis & miſeriæ redactum.

Fractum debilitatumve] Vt enim integris firmitas, ita fractis debilitas ineſt. ſic epiſt. 9. lib. 1. *In te potiſſimum fractam illam & debilitatam vim ſuam contulit*. Pro Flacco: *Quæ urbs auctoritate tanta eſt, ut jam fractum prope ac debilitatum Græciæ nomen hujus urbis laude nitatur.* De Orat. lib. 1. *Adoleſcentulus ſic in initio accuſationis exanimatus ſum, ut hoc ſummum beneficium Q. Max. debuerim, quod conſilium continuo omiſerit, ſimul ac me fractum ac debilitatum metu viderit.*

Monitis] Tantam apud ſe eſſe Lucceji auctoritatem oſtendit, ut, quamquam de rep. prorſus actum putet, dolorem tamen, eo monente & præcipiente, abjicere decreverit.

Domeſtica] Interitum filiæ.

Spes aliqua] Ob rationes a te collectas, maximeque ob gladiatorios caſus.

Vt tu tamen idem] Adductis jam rationibus ad aliquam ſublevandæ reipub. ſpem accommodatis, ad illam poſtremo conſolationem Luccejus confugerat, ut diceret, vel in ſumma deſperatione fortitudinem tamen eſſe Ciceroni præcipue retinendam. cur enim qui maximas res, adverſis patriæ temporibus fortiſſime geſſerit, idem non perpetuo ſe ſui ſimilem, id eſt, fortem conſtantemque præbeat?

Conſcientiæ] Quod eſt maximum ſolatium in malis. epiſt. 3. lib. 4. *Multa me conſolantur, maximeque conſcientia conſiliorum meorum*. & epiſt. 1. lib. 6.

Te auctore] Conſilio tuo.

Geſſimus] Catilinæ tempora ſignificat. tunc enim maxime virtus Ciceronis enituit: & eas ſæpe res glorioſe commemorat.

Ab animo cujuſquam aut conſilio] In opprimenda conjuratione non animi tantum, ſed conſilii quoque præſtantia opus fuit. ideo conjungit utrumque in epiſt. 7. cum ait: *Quæ cum veneris, tanto conſilio, tantaque animi magnitudine geſta eſſe cognoſces.*

Aliquid] Quid amplius potuit? Nimirum haud paullo plus, quam ſatis eſt, avidior gloriæ fuit Cicero noſter: quod ipſe ad Dolabellam ſcribens, epiſt. 14. lib. 9. ingenue confeſſus eſt. nos autem amemus ingenium, & imitemur, quantum licet, eloquentiam, cujus in illo præſtantiſſimum habemus exemplum: ſi qua tantis virtutibus adſperſa labes fuit, ut eſt ſæpe nævus aliquis in pulcherrimo corpore, diſſimulemus potius quam reprehendamus.

Ad ea] Ad illa præclara Philoſophiæ ſtudia, quæ maxime poſt everſam remp. coluit: quod ejus indicant ſcripta, de Officiis, de Finibus, Tuſculanæ diſputationes, & alia.

Secundæ res ornantur] Quia Philoſophiæ præceptis ita nos gerimus in ſecunda fortuna, ut ab omnibus temperantiæ laudem conſequamur.

Adjuvantur] Tum quia Philoſophiæ tractatio ita delectat, ut a cæteris moleſtiis animum abducat: tum etiam, quia, quod abſit a culpa, non eſſe malum perſuadet, ideoque nec magnopere dolendum. Laudat eadem ſtudia in epiſt. 3. lib. 4. & epiſt. 12. lib. 6. & epiſt. 2. 3. lib. 9. & alibi ſæpe.

Iiſdem ſtudiis] Sic malo, ut eſt in duobus antiquis libris, quam, ut in duodecim, *Iiſdemque ſtudiis*. copulam non video neceſſariam eſſe, & additam ſuſpicor e conjectura, quod illud, *Animorum conjunctione*, ad verbum *Fruemur*, referendum videretur: cum a ſe ipſo potius regatur; ut ſit: ideo ſimul eſſe videbimur, quia fruemur iiſdem ſtudiis, animis conjunctis.

EPISTO-

EPISTOLA XIV.

Pag. 265. *QVam a me diſceſſeras*] Cur hoc mendoſum ſuſpicati quidam ſint, quibus placuiſſe video, *Quam diſceſſerat*, non equidem intelligo; præſertim cum antiqui omnes libri, quibus quidem ego nunc utor, cum vulgata lectione conſentiant.

Hinc] Ab urbe.

Solitudine] In quam ſe poſt obitum filiæ Cicero contulerat. ad Attic. epiſt. 13. lib. 12. *Me hæc ſolitudo minus ſtimulat, quam iſta celebritas. te unum deſidero: ſed litteris non difficilius utor, quam ſi domi eſſem. ardor tamen ille urget & manet, non mehercule indulgente me, ſed tamen non repugnante.* Et ibidem, epiſt. 14. 15. 16. 18. 21. 22.

Cum ſcribas] Scripſit in ſolitudine librum de Conſolatione ad ſe ipſum. ſcripſit etiam libros quinque de Finibus: quod utrumque ex epiſtolis ad Atticum intelligitur.

Quorum conſueſti] Quorum aliquid agere conſueſti. Græca figura.

Pag. 266. *Lacrumis & triſtitiæ*] Fletus & mœror dolentis animi ſigna ſunt. quæ tamen ſæpe ratio minuit, interdum etiam plane tollit. propterea Ciceronem hortatur Luccejus, ut a lacrumis triſtitiaque abſtineat.

Non poſſum te non, ſi concedis] In vulgatis libris, *Nec poſſum*. malui, *Non poſſum*, ut habent omnes antiqui libri. alterum *Non*, quod refertur ad verbum *Accuſare*, paullo videtur durius. verum in antiquorum ſcriptis, unde haurimus ubertatem Latinæ linguæ, excuſanda omnia, non omnia tamen imitanda. quamquam hic veterum librorum diſſenſio nonnullam mendi ſuſpicationem affert. alii enim habent, *Non poſſum te nam ſi concedis*: alii, *Non poſſum te ſi non concedis*: alii, *Non poſſum te nam ſi non concedis.*

Aperta non videbis] Quid enim apertius, quam, nihil profici querellis?

Duplicari] Augetur enim dolor retractando.

Vel noſtram communem] Vel ita vive, ut vivimus omnes: vel, ſi noſtram conſuetudinem imitari non vis, vive ſaltem, ut ſolebas ipſe; ſequere eam conſuetudinem, quæ tua ſolius ac propria fuit, ut ab iſto angore te liberes.

Tuam ſolius] Sic pro Q. Roſcio: *Tuas ſolius Cherea tabulas flagitamus.* Livius lib. 2. *Gratæ in vulgus leges fuere: quas cum ſolus pertuliſſet, ut ſua unius gratia eſſet; tum demum comitia collegæ ſubrogando habuit.*

Propriam] Si non impetro, ut ad communem, ſaltem, ut ad tuam conſuetudinem redeas, & peto, & impetrare debeo.

Studio] Minuendi doloris tui cupiditate.

Pag. 267. *Contrariæ*] Nam neque plura ſcribo, ne te obtundam; & plura tamen libenter ſcriberem, ne permaneres in intercepto, id eſt, ne ſuſceptum dolorem diutius ferres. Fortaſſe autem dixit, *cupio te non obtundere.* quod alteris jam litteris antea conſolatus erat.

In altera] In hoc ſtudio meo levandi doloris tui.

In altera] Quod hortor & rogo, ut iſtis te moleſtiis laxes.

Non offendas] *Offendere* quinque modis accipitur. Aut enim eſt *lædere:* quæ notiſſima ſignificatio eſt: propterea ſuperſedeo exemplis. Aut *reperire:* ut epiſt. 9. lib. 1. *Non offendes eum bonorum ſenſum, mi Lentule, quem reliquiſti.* Et epiſt. 14. lib. 4. *Tam miſero tempore nihil novi conſilii cepiſſem, niſi in reditu meo nihilo meliores res domeſticas, quam rempubl. offendiſſem.* Aut *incidere:* ut lib. 2. de invent. *Quod ſi in ceteris quoque ſtudiis a multis eligere homines commodiſſimum quodque, quam ſeſe uni alicui certo vellent addicere, minus in arrogantiam offenderent.* Aut peccare, vel aliquid committere, unde exiſtimationis, honoris, benevolentiæ jactura fiat. ut epiſt. 7. lib. 1. *Si cecidiſſet ut volumus & optamus, omnes te & ſapienter & fortiter; ſin aliquid eſſet offenſum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſenſum, eoſdem illos & cupide & temere feciſſe dicturos. Et epiſt. 18. lib. 2. *Si dignum ſe majoribus ſuis præbuerit, ut ſpero & opto: tua laus ex aliqua parte fuerit: ſin quid offenderit, ſibi totum, nihil tibi offenderit.* Et epiſt. 4. lib. 10. ad Attic. *Eumque perturbatum, quod intelligeret, ſe apud ipſam plebem offendiſſe de ærario.* Et pro Cluentio: *Qui bis apud judices offendiſſet.* Aut paſſive ſumitur: quæ minus nota ſignificatio eſt. non enim eſt hic, *offendas*, pro *pecces*, ut credidit homo doctus, exemplis adductus alio ſpectantibus, ſed pro *offendaris.* quod ipſe probat Cicero. nam epiſt. 1. lib. 1. ad Q. F. *Si quis eſt*, inquit, *in quo jam offenderis, de quo aliquid ſenſeris; huic nihil credideris, nullam partem exiſtimationis tuæ commiſeris.* In Verrem lib. 1. act. 2. *Hoſpes Janitor, veritus ne quid in ipſo ſe offenderit, hominem ſumma vi retinere cœpit.* Et Cæſar lib. 2. bel. civ. *At, credo, ſi Cæſarem probatis, in me offenditis.* Quæ ſi attendantur, profecto patiendi vim potius habere videbuntur, quam agendi.

EPISTOLA XV.

Dicerem, jucundus] Dixi jam, nihil eſſe jucundum, quin idem gratum; non contra: nam ſæpe multa grata, non eadem jucunda. epiſt. 6. lib. 4. *Cujus officia jucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerunt, nunquam tamen gratiora.*

In omne tempus] Ad temporis & nomen ipſum, & ſignificationem utimur particula *In.* Epiſt. 14. lib. 11. *In multa ſecula videbamus remp. liberatam.* Et in oratione 12. in Rullum: *In hunc annum profeſſus ſum otii me & concordiæ patronum.*

Ob eam unam cauſſam] Ob interitum filiæ: quo equidem angor, ſed non hæc una me torquet cura, verum illa ſimul, quod nec ab amicis, qui ſuperſunt pauciſſimi, nec ab ipſa rep. quæ ipſa quoque interiit, nec mehercule a litteris, quæ negare perfugium videntur, ſolatium petere poſſum. Eripuit igitur mihi jucunditatem in omne tempus non tam filiæ mors, quam amiſſio reip. & amicorum: quæ remedia tanti vulneris eſſe debebant.

Quam tu ſuſpicaris] Scripſerat enim Luccejus: *Sin autem ſicut hic dum eras & lacrumis & triſtitiæ te tradidiſti.*

Leniſſimis & amantiſſimis verbis] Ita enim ſcripſerat Luccejus, ut & modeſtiam ſuam, & eximiam in Ciceronem benevolentiam oſtenderet.

Regraviter accuſas] In eo loco: *Tu ſolus aperta non videbis?*

Illius tanti vulneris] Cruciatus ex obitu filiæ ſummus tranſlatione demonſtratur. eſt enim acerbus vulnerum dolor, eoque magis, quo graviora ſunt. ideo ſatis non putavit, *Vulneris*, ſed addidit, *Tanti.* ſic ad Sulpicium, epiſt. 6. lib. 4. *Hoc tam gravi vulnere.*

Habuimus enim fere communes] Propterea ſcis, quam non multi ſuperſint.

Occiderunt] Civili bello Cæſaris & Pompeji, ut duo Lentuli, L. Domitius, M. Bibulus, App. Claudius, L. Scipio, conſulares omnes.

Obduruerunt] Ut M. Marcellus, qui Mitylenis in exſulio maluit, quam in patria ſervitute oppreſſa vitam ducere: poſtea tamen, Ciceronis litteris, reditum ſuadentibus, permotus, cum ad urbem ſe conferret, in itinere a familiari ſuo Magio Cilone occiſus eſt. epiſt. 12. lib. 4.

Pag. 268. *Vetuſtas*] Vetus notitia. epiſt. 10. lib. 10. epiſt. 16. lib. 11. epiſt. 32. lib. 13.

In Tuſculano] Quæ villa fuerat antea L. Sullæ dictatoris. Plinius lib. 23. cap. 6.

Vicinitas non requiritur] Poſſunt cives, licet prope non habitent, crebro tamen, nec ullo incommodo, ſimul eſſe, quia forum commune ſit, quo omnes quotidie fere coeunt.

Florere] Gratia, auctoritate, gloria. epiſt. 13. lib. 4. *In qua urbe modo gratia, auctoritate & gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus.*

Opor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Oporteret] Quia ſenibus rerum pro rep. geſtarum optimorumque conſiliorum præmia ſunt gratia, auctoritas, gloria.

Vivere etiam puderet] Amiſſa libertate, ſine qua bonis civibus dulce nihil eſt. epiſt. 13. lib. 4. *Sæpius mihi veniebat in mentem, queri, quod ita viverem, quam gaudere, quod viverem.* Et epiſt. 3. lib. 7. *Ubi non ſis, qui fueris, non eſſe cur velis vivere.*

Domeſticis] Non domeſticis ornamentis, ſed ſolatiis: ornamentis autem forenſibus. nam, cum eum reipub. calamitatibus mœrentem conſolari filia ſoleret, domeſticum quoque, illius morte, ſolatium amiſerat. epiſt. 6. lib. 4. *Mihi, amiſſis ornamentis iis, quæ eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud ſolatium, quod ereptum eſt.* Et in eadem, paullo poſt: *Non enim, ut tum me a republica mœſtum domus excipiebat, quæ levaret; ſic nunc, domo mœrens, ad rempublicam confugere poſſum, ut in ejus bonis acquieſcam.*

Forenſibus ornamentis] Honeſtate, dignitate, honoribus. hæc enim nominat Sulpicius in epiſt. 5. lib. 4. & Cicero reſpondens *Ornamenta ſua* vocat. Poteſt etiam referri ad gratiam, auctoritatem, gloriam: quibus cum antea Cicero floruiſſet, caruit omnino poſt interitum reipublicæ, idque ſcribit epiſt. 13. lib. 9.

Pag. 269. *Quid enim aliud facere poſſum*] Sublata reipublicæ adminiſtrandæ facultate.

Ipſæ illæ] Quibus utor aſſidue.

A portu] In eas enim ego me, tot malis vexatus, tamquam ex tempeſtate in portum recepi: ſed ejicior & excludor: hoc eſt, ne in iis quidem acquieſco: quandoquidem exprobrare mihi videntur, quod in ea vita maneam, in qua miſeria ſemper eadem futura ſit. oderunt enim turpia: nec ſervitute quidquam turpius.

In qua nihil inſit, niſi prorogatio miſerrimi temporis] Quod Plautus dixit in Trin. *Illi producit vitam ad miſeriam.*

Hic] Quæ cum ita ſint, tu tamen ea me abeſſe urbe miraris. ſubjungitur admiratio narrationi: ut epiſt. 13. l. 7. *Hic tu me etiam inſimulas.* In Verrem lib. 5. *Hic tu etiam dicere audebis: Eſt in judicibus ille familiaris meus.* Pro Archia: *Hic tu Heracleenſium tabulas requiris.* Sic epiſt. 9. lib. 1. *Hic ego quantum humano conſilio efficere potui, circumſpectis rebus omnibus, rationibuſque ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum omnium.*

Fori, curiæ] Judiciorum, & ſenatus. nam in foro judicia, in curia ſenatus habebatur. epiſt. 6. lib. 4. *Nihil in foro agere libebat: adſpicere curiam non poteram.*

Medicinam] Perfugium, ſolatium, portus, medicina, remedium vulneris, eodem ſpectant: quibus nominibus Cicero utitur in hac epiſtola.

Doloris oblivionem] Aberrationem quandam a dolore. ſic enim appellavit epiſt. 37. lib. 12. ad Atticum. *Qui me* (inquit) *fractum & debilitatum putant; ſi ſciant, quid litterarum & cujus generis conficiam; credo, ſi modo homines ſint, exiſtiment me, ſive ita levatus ſim, ut animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferam, reprehendendum non eſſe; ſive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberaliſſima, doctoque homine digniſſima, laudari etiam oportere.*

Si id egiſſemus] Si id utrique noſtrum curæ fuiſſet, ut una eſſemus.

Propter quotidianos metus] Qui enim quotidie timet, non modo non agit, ſed ne cogitat quidem ea quæ agenda eſſent.

Omne tempus] Poſt ſuum a Theſſalica pugna reditum in Italiam.

Offenderet] Offenderet quidem, ſed non tam graviter. nam, ſi eſſemus una; teque non ita, ut horis omnibus timeo, male affectum viderem; & minus angerer.

Mœror meus] Tu quoque leviorem, quam nunc, ex mœrore meo moleſtiam præſens ſuſciperes. amor enim majora fingit omnia.

Conſequamur] Non dicit, *curemus*, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſed *conſequamur*. ſitum enim id erat in utriuſque poteſtate. paullo ante, *Nec mehercule*, inquit, *video quid impediat.*

Aptius] Ne tua me valetudo, te mœror meus offendat.

P. VICTOR.

Quam diſceſſerat] Antiqua hic olim a nobis, & elegans lectio reſtituta eſt, quam tamen quibuſdam non probavimus, ſpero tamen illam doctis aliis, & ingenioſis viris probatum iri. Lib. 8. epiſtolarum ad Atticum Cicero eodem pacto locutus eſt; quum enim Pompeji peccata colligeret, & omnis de eo ſermo eſſet, nomen ipſius nunquam poſuit: *Aluerat Cæſarem, eundem repente timere cœperat, conditionem pacis nullam probarat, &c.* Poſſemus & alia exempla adferre: ſed hoc, quod valde accommodatum eſt, contenti erimus, & alios etiam fore arbitramur. Poſtquam autem illius elegantiſſimæ epiſtolæ, & cum magno ardore animi ſcriptæ, mentionem fecimus, oſtendemus in Græcis verbis, quæ in ipſa incluſa ſunt, nihil vitii contineri, nec illa Ariſtophanis eſſe, quemadmodum nonnulli crediderunt, qui valde in hac re falſi ſunt. Quamvis autem hujus rei maturum tempus nondum ſit, ſemper tempeſtivum eſſe puto, ſtudioſos literarum adjuvare. In optimo noſtro epiſtolarum exemplari ita leguntur, ut a nobis exſcripta ſunt, necnon in commentariis Suidæ: quod mihi non parvum argumentum eſt, illa recte habere. Animadverti poſtea ipſa a Clemente uſurpari in VI. Stromate, & eodem pacto ibi legi, ut in epiſtolis Ciceronis, & in Commentariis Suidæ; nam vetuſtos etiam libros Suidæ inſpexi, eoſque nihil ab excuſis diſſentire cognovi: quare his tot, tamque incorruptis teſtibus de ſinceritate illius lectionis credendum puto. Qui ea nuper ad Ariſtophanis lectionem redigere voluerunt, non animadverterunt hanc præclaram ſententiam ab alio Poeta accepiſſe Ariſtophanem, & eam ad ſenſum ſuum exponendum accommodaſſe, quemadmodum crebro facit, & ut nonnullos etiam Latinos Poetas facere notum eſt. Quicquid autem ſenſui ſuo non quadrabat, lepidiſſimus comicus commutavit. Sed in extremo quod planum facit, veterem eam ſententiam fuiſſe, & non ab ipſo tunc primum prolatam; nam quod verus ipſius auctor dixerat, καὶ τὸ δίκαιον σύμμαχον ἔσται, καὶ οὐ μήποθ' ἁλῶ κατὰ πράσσων, (id autem percipitur ex commentariis Clementis, & Suidæ, qui plura ejus ſententiæ verba, quam Cicero, adducunt) Ariſtophanes ita confirmavit: καὶ οὐ μήποθ' ἁλῶ περὶ τὴν πόλιν ὢν ὥσπερ ἐκεῖνος δειλὸς καὶ λακκοκαταπύγων. Poſt ſententiam illam ſuis verbis expoſitam, Clemens eruditiſſimus ſcriptor hæc adjungit, quæ vim, intellectumque illius non parum aperiunt: αὕτη δὲ εὐσυνειδησία τὸ ὅσιον τὸ πρὸς τὸν θεὸν καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαιον διασώζει, καθαρὰν τὴν ψυχὴν φυλάττουσα διανοήμασι σεμνοῖς καὶ λόγοις ἁγνοῖς, καὶ τοῖς δικαίοις ἔργοις. Verba autem ipſa, quæ ſunt elegantiſſima, cum ad eum locum deveniemus, accuratius declarabimus, & omnem vim illorum ſtudioſe illuſtrabimus.

EPISTOLA XVI.

Pag. 271. *Etſi unus*] Non diſſimile principium epiſt. 18.

Tantum cepi doloris] Hoc ipſo jam incipit conſolari. nam doloris communicatio ſolatii nonnihil afferre ſolet. epiſt. 6. lib. 4. *Quantum*, inquit, *præſens me adjuvare potueris, & conſolando, & prope æque dolendo, facile ex eo intelligo.* Sic Sulpicius epiſt. 5. lib. 4.

Longius] Dolemus uterque, ſed impari dolore; cum tu filium lugeas, ego tuo dolore doleam.

Tamdiu] Non ſtatim igitur eum conſolatus eſt, audito interitu ejus filii.

Pervulgata] Quæ patet omnibus: ſed nos propriam quandam e ſtatu noſtræ civitatis conſolationem capere debemus; qui ejuſmodi eſt, ut beatiſſimi

vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

videantur, qui liberos non ſuſceperunt, minus autem miſeri, qui his temporibus amiſerunt, quam ſi eoſdem bona aut denique aliqua republ. perdidiſſent. Conſolatio hæc a communi omnium hominum condicione ſumitur, ut epiſt. 18. & lib. 6. epiſt. 6. altera, quæ ſequitur proxima, a temporum ſtatu: quod idem notavimus infra, in epiſt. 18.

Ea lege natos] Interpretatio antecedentium verborum.

Vt omnibus fortunæ telis propoſita ſit vita noſtra] Quod etiam ſenarius ille Nævii Poetæ docet:

Pati neceſſe eſt multa mortalem mala.

Accidiſſe] Cum adverſi aliquid nobis accidit, eventa aliorum memoria repetamus.

Neque hæc] Conſolationem unam propoſuit; deinde ſubjunxit, *Hæc*, quaſi non unam ſolam propoſuiſſet. verum, quæ conſolationis unius partes ſunt, *conſolationes* appellat. partes autem hæ ſunt, una, *Homines ut nos eſſe meminerimus*; altera, *Neque eſſe recuſandum*; tertia, *Ne tam graviter*; poſtrema, *Eventiſque aliorum*.

Vſurpatæ] In ſermonibus uſurpatæ, atque etiam ſcriptis conſignatæ. nam *uſurpari* dicitur, quod uſitatum antea, ſermonibus refertur, ut Phil. 2. *Quod ſi te in judicium quis adducat, uſurpetque Caßianum illud, Cui bonum fuerit.* & alibi.

Memoriæque litteris proditæ] Scriptis ab hominum oblivione vindicatæ. Poſuit idem aliis modis, ut, *memoriæ proditæ*, *litteris proditæ*. verum, *Memoriæ litteris proditæ*, ita dixit, quaſi, memoriæ proditæ litterarum adjumento.

Status ipſe noſtræ civitatis] Quem intuens diligere vitam nemo debet.

Pag. 272. *Aut denique aliqua*] Oſtendit nullam eſſe remp. quo adducor, ut poſt interitum Pompeji ſcriptam epiſtolam exiſtimem.

Tuum deſiderium] Quia deſideras, quos amiſiſti.

Tuarum rerum cogitatione] Non puto, *Tuarum rerum*, de fortunis dici, ſed de liberis immatura morte ereptis: ut ſit, *Tuarum rerum*, pro, *tuorum incommodorum*: quod indicant & quæ antecedunt, & quæ ſequuntur.

Vniverſum] Dixit jam, *Statui adhibere aliquam modicam conſolationem, quæ levare dolorem tuum poſſet, ſi minus, ſanare potuiſſet.* Tua, inquit, cauſſa ſi doles, quia cares iis quos dilexiſti: prorſus tibi iſtum dolorem evelli poſſe non arbitror: hæret enim quodammodo in ipſa natura, quæ amorem quendam in ea, quæ procreata ſunt, cunctis ingeneravit animantibus.

Quæ magis amoris eſt] Qui enim ſua potius, quam aliorum cauſſa angitur, vere non amat. contra, id magis amoris eſt, aliorum miſerias ipſorum cauſſa lugere, non noſtra.

Nihil mali eſſe in morte; in qua ſi reſideat ſenſus, immortalitas illa potius, quam mors, ducenda ſit; ſin ſit amiſſus, nulla videri miſeria debeat, quæ non ſentiatur] Hæc ſe Cicero legiſſe dicit. legerat autem cum aliorum alia, tum illud Xenophontis lib. 8. Cyri pædiæ de ipſo Cyro moriente: cujus hæc ſunt verba ad filios: Ε'ν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν, μήτε ἢν μετὰ τοῦ θείου γένωμαι, μήτε ἢν μηδὲν ἔτι ὦ. Eandem ſententiam, ut auctore Lactantio cognovimus, libro de Legibus incerto expreſſit Cicero his verbis: *Gratulemur nobis, quoniam mors aut meliorem, quam qui eſt in vita, aut certe non deteriorem eſt allatura ſtatum. nam ſine corpore, animo vigente, divina eſt vita; ſenſu carente, nihil profecto eſt mali.* Et in Hortenſio, apud Auguſtinum: *Magna ſpes eſt, aut ſi hoc, quod ſentimus & ſapimus, mortale & caducum eſt, jucundum nobis, perfunctis muneribus humanis, occaſum, neque moleſtam extinctionem, & quaſi quietem vitæ fore: aut ſi, ut antiquis Philoſophis, hiſque maximis longeque clariſsimis placuit, æternos animos ac divinos habemus, ſic exiſtimandum, quo magis hi fuerint ſemper in ſuo curſu, id eſt in ratione & inveſtigandi cupiditate, & quo minus ſe* admi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

admiſcuerint atque implicuerint hominum vitiis atque erroribus, hoc illis faciliorem adſcenſum & reditum in cælum fore.

Si reſideat ſenſus] Quod ſenſere Pherecydes, Pythagoras, Socrates, Plato, alii poſtea. Tuſcul. 1. idque ipſe Cicero comprobat in libro de Senectute, ex Catonis Cenſorii perſona. in oratione autem pro Archia dubitare videtur his verbis: *Hæc ſive a meo ſenſu poſt mortem abfutura ſunt, ſive, ut ſapientiſſimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebunt; nunc quidem certe cogitatione quadam ſpeque delector.*

Sin ſit amiſſus] Qua in ſententia maxime fuit Epicurus; cum ita diſputaret: *Mors nihil ad nos. nam quod diſſolutum eſt, ſenſu caret: quod ſenſu caret, nihil ad nos.* Sextus Empiricus l. 3. Pyrrh. hypot. cap. 24.

Reliquerit] A vita diſcedens.

Deceptus] Tamquam aliquo bono privatus.

Peſtilentiſſimo] Quo, tamquam peſte aliqua, occiderunt.

Pag. 273. *Ne quid iis quos amaſti, mali putes contigiſſe*] Quod putare debes tribus de cauſſis, vel ſi reſideat in morte ſenſus, vel ſi cum corporibus animi ſimul intereant, vel quod ea reip. impendeant, quæ qui reliquerit, nullo modo deceptus eſſe videatur.

Cura doloris tui] Cura illa, quia doles tua cauſſa.

Non cum illis] Non enim ideo dolebis, quia mali aliquid iis evenerit; ſed ob incommodum tuum.

A puero] Sapientia non cadit in puerum: ſed elucere tamen in illa ætate ſigna quædam futuræ ſapientiæ poſſunt. eſt igitur laudatio paullo liberalior, ut ad minuendum mœrorem valeat. qualis enim de nobis opinio eſt, tales ut re ipſa nos præſtemus, operam dare ſolemus. itaque poſt laudem ſequitur admonitio; tuendam eſſe gravitatem, & conſtantiæ ſerviendum.

Incommodorum tuorum] Quod amiſeris eos, quos amabas.

Dilexeris] Etſi *Diligere*, minus eſt, quam *Amare*: quod patet ex illo loco epiſt. 14. lib. 9. *Tantum acceſſit ad amorem, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe*: & ex altero epiſt. 1. ad M. Brutum: *Clodius valde me diligit, vel, ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat*; tamen hic pro *amare* accipitur. paullo enim ante dictum eſt, *Ne quid iis quos amaſti, mali putes contigiſſe.*

Sejunctus] Cur nihil in morte mali ſit, antea demonſtravit, vel manente ſenſu, vel amiſſo.

Tuenda] Qui tuetur, defendit: & quoniam, qui defendit, conſervare cupit; ideo factum, ut *Tueri* pro *conſervare* capiatur, ut hic.

Conſtantiæ] Conſtantia gravitatem ſequitur, ut inconſtantia levitatem. recte igitur gravitas primum, deinde conſtantia nominata eſt, ut etiam epiſt. 6. lib. 2.

Serviendum] Quid eſt, *ſervire conſtantiæ*? exſequi ea, quæ conſtantia poſtulat, nihil contra committere.

Quod allatura eſt ipſa diuturnitas] Eandem ſententiam Sulpicius in ipſo Cicerone conſolando uſurpavit, epiſt. 5. lib. 4. *Nullus* (inquit) *dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. hoc te exſpectare tempus, tibi turpe eſt, ac non ei rei ſapientia tua te occurrere.* Et Cicero epiſt. 28. lib. 7. & epiſt. 11. ad Attic. lib. 12. Quod autem hic *Diuturnitas*, paullo poſt, & epiſt. 28. lib. 7. dixit, *Dies*: Sulpicius autem, *Longinquitas temporis.*

Præcipere] Paullo poſt, *Anteferre* & *Repræſentare.* ad Attic. lib. 10. *Non præcipiam, ſed exſpectabo conſilium.*

Conſilio prudentiaque] Paullo poſt, *ratione.*

Mulier] Vim diuturnitatis exemplo mulierum oſtendit, quas ratio non conſolatur. quod ſi muliebrem luctum dies minuit; multo magis minuet in viris, qui conſilio prudentiaque præſtant. quod igitur futurum eſt, cur non ratio repræſentet?

Repræſentare] Repræſentat is, qui, quod aliquanto poſt facturus eſt, ſtatim facit.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Pag. 274. *Benevolentiſsimi atque amiciſsimi*] Etſi *benevolentia* pro amore ſumitur; quia nemo fere cuiquam, niſi quem amet, bene velle beneque cupere videtur: proprie tamen *benevolus* ab amico, & *benevolentia* ab amicitia differt. quod hic locus oſtendit, & ille lib. 1. de Finib. *Quos tu paullo ante tum memoriter, tum etiam amice & benevole collegiſti.* Et in oratione pro Oppio, cujus teſtimonio utitur lib. 9. Quinctilianus: *O amorem mirum! o benevolentiam ſingularem!* Ad Appium epiſt. 9. lib. 3. major amoris vis quam benevolentiæ demonſtratur. *Nihil eſt* (inquit) *quod ſtudio, & benevolentia, vel amore potius effici non poſsit.*

EPISTOLA XVII.

P. SEXTIO P. F.] Vix opinor, ac plane non opinor hunc eſſe P. Sextium, pro quo exſtat Ciceronis oratio, qui C. Antonii primum conſulis, deinde Macedoniæ proconſulis quæſtor fuit. cur ita exiſtimem, occurrunt hæc: primum, fuiſſe illum quem Cicero defendit, Lucii filium, non Publii. ut indicat inſcriptio epiſtolæ ſextæ lib. 5. neque in eo libri veteres a recentioribus vulgatis diſſentiunt. nec dubito, quin Tiro, qui patroni ſui Ciceronis epiſtolas in volumina retulit, utrique Sextio in litterarum inſcriptione prænomen patris, ut internoſcerentur, addiderit, quoniam utrique prænomen & nomen idem eſſet. Altera cauſſa eſt: quod ille P. Sextius L. F. Romæ fuit uſque ad initium belli civilis, & inter eos, qui cum imperio eſſent, nominatur: ut patet in epiſt. 16. ad Att. lib. 7. & ad eundem epiſt. 15. lib. 8. & hic Publii filius ante civile bellum videtur abfuiſſe. cum enim ait Cicero, nullas ideo ſe litteras ad eum miſiſſe, quia priora tempora in ruinis reip. jacuerint, quis non eo conjiciat, Sextium ante ruinas reipub. id eſt, ante civile bellum, abfuiſſe? Tertio loco illud pono. Hic Sextius P. F. quo tempore hanc Cicero epiſtolam ſcripſit, exſulabat, judicio damnatus: quod ex iis verbis intelligo: *Poſteriora autem me a ſcribendo tuis injuſtiſsimis atque acerbiſsimis incommodis retardarunt.* & infra ſemel & iterum illius judicii fit mentio. hæc autem epiſtola, cum illa verba intueor, *Proxime recenti adventu meo:* ſcripta mihi videtur paullo poſt Alexandrinum bellum, quo tempore Cicero, qui Brundiſii diu jacuerat, conceſſu Cæſaris in urbem rediit. At ille Sextius L. F. quem Cicero ante civile bellum luculenta, quæ exſtat, oratione defendit, non modo non ſtatim poſt Alexandrinum bellum, ſed etiam poſt devictos in Hiſpania Pompeji liberos lege Pompeja cauſſam dixit. teſtem habeo epiſtolam 47. lib. 13. ad Att. Appianus quidem Sextium quendam lege Pompeja de ambitu ante belli civilis tempora damnatum, auctor eſt lib. 2. bell. civ. Sed is omnino eſſe non potuit, neque hic P. Sextius P. F. quem diximus poſt Alexandrinum bellum eſſe damnatum; neque ille L. F. qui paucis ante Cæſaris necem menſibus lege Pompeja eſt accuſatus. Aut igitur eſt alius P. Sextius, præter hos duos: aut Appianus errore temporum, quo peccat ſæpe, lapſus eſt, quippe qui in eo ipſo loco damnatos eodem; quo Sextium, tempore abſentes Milonem & Gabinium dixerit. in quo dupliciter peccat, primum, quia neque Milo neque Gabinius abſentes, verum præſentes damnati ſunt; deinde, quod Gabinius non Pompejo tertium conſule, ut ille ait, ſed anno ſuperiore, Calvino & Meſſalla coss. damnatus eſt. quod cognoſcitur ex Dionis hiſtoria lib. 39. de Milone autem præſente, ex oratione pro illo habita & Pediano interprete. Concludamus igitur, aut duos eſſe P. Sextios, aut in hujus epiſtolæ titulo mendum eſſe, & P. SESTIO, fortaſſe legendum, ut eſt in antiquo Maffei libro: aut P. SITTIO, cum in alio item antiquo libro *P. Sitti*, legatur, ubi eſt in impreſſis, *P. Sextii*, quod alii quoque viderunt: ſed quia hunc eſſe P. Sextium, pro quo exſtat oratio, ſibi jam perſuaſerant, ideo mendoſum eſſe veterem librum exiſtimarunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

In ruinis reip. noſtriſque] Cum & reſp. civili bello & ſimul bonorum civium auctoritas concidiſſet. priora enim vocat tempora, quæ ſtatim civile bellum conſecuta ſunt.

Iacuerunt] Id eſt, ego jacui per illa tempora, mœrore ſcilicet afflictus.

Poſteriora] Acceſſit poſt ea, ne ſcriberem, altera cauſſa, quod abhorrebat animus a ſcribendo, cum incommoda tua cogitarem injuſtiſſima atque acerbiſſima.

Injuſtiſſimis] Quia damnatus erat injuſte: ideo ſubjungit illa, cum eo tempore invidia annonæ, inimici non ſolum tui, verum etiam amicorum tuorum, iniquitas totius judicii, multaque alia reip. vitia plus, quam cauſſa ipſa veritaſque, valuiſſent.

Acerbiſſimis] Quid enim acerbius, quam carere patria, liberis, propinquis, amicis, præſertim eum, qui non ſuo delicto, ſed judicum exſulet injuria.

Incommodis] Exſulio, in quo multa perferuntur incommoda.

Tuam virtutem] Etſi *Virtus* a *Viro* dici putatur, tamen etiam adoleſcentes a virtute laudantur: itaque infra Sextii filii virtus quater nominatur.

Pag. 275. *Ego te*] Sæpe narrationem orditur ab hoc pronomine, ut epiſt. 9. lib. 1. *Ego me, Lentule, initio rerum atque actionum tuarum.* Et iterum paullo poſt: *Ego ſi ab improbis & perditis civibus rempubl. teneri viderem.* Et tertio, aliquanto poſt: *Ego, cum mihi cum illo jam magna gratia eſſet.* Sic in epiſt. 6. lib. 5. *Ego, tua gratulatione commotus.* Et ep. 3. lib. 10. *Ego, Plance, neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra ante aliquanto, quam tu es natus.* & ad Att. epiſtola 14. lib. 1. *Ego enim, quam diu ſenatus auctoritas mihi defendenda fuit.* Quæ ſunt omnia narrationum initia.

Primis temporibus illis] Patet verborum ſententia, ſed ignota hiſtoria. Hoc alii opinati ſunt ad Sextium, pro quo exſtat oratio, pertinere, & ſignificari tempus illud, quo C. Antonius, Macedonia male adminiſtrata, in judicium vocatus eſt; quod ejus quæſtor Sextius, quaſi criminum conſcius & particeps, accuſatus ſit. ego jam ſatis videor probaſſe, alium hunc eſſe P. Sextium. præterea, quod omnino leve non eſt; quamquam non hac una ratione nititur opinio noſtra; nulla plane cujuſquam criminis aut invidiæ in Sextium concitatæ mentio fit in epiſt. 6. lib. 5. cum Antonii tamen accuſatio nominetur.

Invidiam] *Invidiam* pro infamia ſæpe uſurpat Cicero: de quo diximus in epiſt. 1. lib. 1.

Cum in tui familiariſſimi judicio ac periculo tuum nomen conjungeretur] Vide exiſtimari poſſe, cauſſam de vi nunc ſignificari, in qua Cicero Sextium reum ornatiſſima, quæ exſtat, oratione defendit. nam & Milo, Sextii familiaris, eodem tempore de vi reus fuit, quo ſpectare aliquis putaverit illa verba quæ ſunt in oratione pro Sextio: *Quo modo in hoc genere præſidii comparati accuſas Sextium, cum idem laudes Milonem?* Et in Vatinium: *Quæro cum in rep. adminiſtranda T. Annio cum P. Sextio conſiliorum omnium ſocietas fuerit; (id quod non ſolum bonorum, verum etiam improborum judicio declaratum eſt: eſt enim uterque reus ob eandem cauſſam, & eodem crimine) qui poſſis eos, quos crimine conjungis, teſtimonio disjungere?* Hinc oriri conjectura poteſt, hunc eſſe P. Sextium, pro quo legitur oratio. maneo tamen in ſententia de Sextiis duobus: & hunc ſtatuo non eſſe illum, cui Cicero de ſe in tribunatu pl. optime merito, de vi poſtea in judicium adducto, gratiam cumulate retulit patrocinio ſuo. Nam illud minus me movet: *cum in tui familiariſſimi judicio ac periculo tuum nomen conjungeretur.* non enim ideo Sextium Cicero defendit, quod ejus nomen in ejus familiariſſimi judicio ac periculo conjungeretur; ſed quod ſuo proprio crimine, proprio etiam accuſatore Albinovano, (nam Milonem P. Clodius ædilis accuſavit) in judicium vocaretur. itaque cum judicium Milonis accuſante ad populum Clodio partium impetu & contentione diſturbatum eſſe Cicero ad Q. Fratrem ſcripſiſſet: ſubjunxit hæc,

ſæc, quaſi de alia re: *Ad* IV. *id. Sextius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu eſt poſtulatus, & eodem die a quodam M. Tullio de vi, & quamquam uterque de le vi, non tamen ad eoſdem judices, nec ab iſdem accuſati ſunt, ſed Milo ad populum:* ut in epiſt. 3. ad Q. Fratrem, *Sextius autem ad prætorem, & judices ab ipſo prætore delectos; & ille, ut dixi, accuſante Clodio, hic M. Tullio Albinovano.* Alii, *Tuum crimen*, non *Tuum nomen*. utrumque recte.

Proxime recenti adventu meo] Poſt Pharſalicam pugnam Cicero, ſpe veniæ ductus, in Italiam rediit; ad urbem tamen, non niſi confecto Alexandrino bello, venia jam impetrata ſe contulit. oſtendunt hoc epiſtolæ lib. 11. ad Att.

Rem aliter inſtitutam] Rationem Sextii defendendi abſentis, ut opinor: nam, ſi Cicero eum Romæ vidiſſet, non attuliſſet perpetuam tam longi temporis excuſationem: quod fecit initio epiſtolæ: ex quo liquet, Sextium non modo poſt damnationem, ſed etiam aliquanto ante ab urbe abfuiſſe.

Invidia annonæ inimici non ſolum tui] Cum ei propter annonam, quod frumentum fortaſſe in ædilitate vili pretio vendidiſſet, non modo ejus inimicus, verum amici etiam inviderent. Non eſt inuſitatum Ciceroni duobus uti generandi caſibus, ut in lib. de Senect. *Quid de P. Licinii Craſſi & pontificii & civilis juris ſtudio loquar?* Et lib. 2. de Nat. deor. *Iis artibus, quarum judicium eſt oculorum.* Et Phil. 14. *Cujus imbecillitatem animi virtus, & ſpes victoriæ confirmavit.*

Valuiſſent] Quia damnatus eſt.

Publio tuo] Filio.

Hortarer rogaremque] Hortationi ſæpe adduntur preces. vide epiſtolam ſequentem, & primam lib. 1.

Hominem te & virum] Ab homine ſapientiam, a viro fortitudinem poſtulat. eſt enim ἔμφασις in *Virum*: ut in epiſtola ſequenti: *Te colligas, virumque præbeas.* & Phil. 2. *Ille vir fuit, nos quidem contemnendi.* Et in quadam ad Atticum epiſtola: *Si vir eſſe volet, det præclara ſynhodia.* & in Bruto: *Vidi Mitylenis virum, & vidi plane virum.*

Communem] Non quod omnes damnentur injuſtis judiciis, ſed quod quilibet damnari poſſit, præſertim ubi concurrant hæc, invidia multorum, iniquitas judicii, reip. vitia. ideo ſequitur: *Quem neque vitare quiſquam noſtrum poteſt.*

Incertumque] Vt communis eſt caſus, quia cuivis poteſt incidere: ſic incertus, quia ne ſibi incidat, præſtare & efficere nemo poteſt. quæ enim ſequuntur verba, *Vitare*, & *Præſtare*, illud ad communem caſum, hoc refertur ad incertum.

Dolori] Ex injuſta calamitate ſuſcepto.

Fortunæ] Addidit, *Fortunæ*, ut eum culpa liberaret.

Ceteris] Athenis maxime: qua in civitate, qui præter ceteros virtute & rerum geſtarum gloria florerent, in exſilium nullo crimine mittebantur. Sic Miltiades, Themiſtocles, Ariſtides, Cimon pulſi ſunt. exæquari enim omnes, nec eminere quemquam utile viſum eſt in libera civitate.

Fortiſſimis atque optimis] Non dubito, quin de fortiſſimo viro Themiſtocle, atque aliis nonnullis rei bellicæ fama clariſſimis, de optimo autem Ariſtide cogitarit, quem ob inſignem juſtitiam oſtraciſmo ejectum eſſe, Plutarchus & Æmilius Probus narrant.

Pag. 276. *Ea te rep. carere*] Eadem ratio in duabus epiſtolis, quarta & ſexta lib. 6.

Cepiſſe] Etſi, *Teſtimonium accipere*, dixit Cicero in Verrem: tamen hic malim, *Dediſſe*: quod verbum eo magis placet, quia congruit optime cum eo quod dictum eſt, *Debitum ejus virtuti.* & *Dare teſtimonium*, frequens loquendi modus apud Ciceronem, ut epiſtola 16. lib. 13. *Iudicii mei teſtimonium ei libenter dedi.* Et lib. 3. de leg. *Tam præclarum mihi dediſti judicii tui teſtimonium.* Et alibi.

Virtuti] Ad probitatem atque animi præſtantiam, non ad doctrinam refero: & paullo poſt; *Pietatem, virtutem, induſtriam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Refricem] Hujuſce nominis vim in prima ad Lentulum epiſtola jam oſtendi.

Induſtriam] Non enim ſe, ut multi adoleſcentes, languori & ignaviæ dedidit.

Tuam eſſe, tecum eſſe duces] Nam, ſi doles, quod tali filio careas: minus dolebis, ſi illius virtutem, ubicunque erit, tuam eſſe, tecum eſſe duces.

Animi tui conſcientia] Hoc & ſatis per ſe patet, & explanatur ſequentibus verbis. interdum tamen venit in mentem de mendo ſuſpicari, cum in omnibus antiquis libris, quibus quidem nunc utor, ſcriptum videam, *Amici tuæ conſcientiæ*.

Pag. 277. *Injuria*] Non jure damnatum Sextium, dixit jam in eo loco, *Invidia annonæ*: & in eo, *Multis fortiſſimis atque optimis viris, injuſtis judiciis, tales caſus incidiſſe*.

Ego] Promittendi officii locus, quo maxime ſolamur afflictos, extremæ fere datur epiſtolæ. exſtat exemplum in his tribus conſolatoriis, ſuperiore, & hac, & ſequenti.

EPISTOLA XVIII.

Pag. 279. *NOn hortor ſolum*] De hoc verbo diximus in epiſtola 1. lib. 1. & in proxima ſuperiore.

Rogo atque oro] Humilitas in *orando* major eſt, quam in *rogando*. unde *adorare*. *orare* etiam eſt cauſſam agere, unde *orator*, ac tunc, ratione finis idem eſt quod *rogare* & *petere*, quamquam actio diverſa. qui enim rogat, & qui orat, & qui petit, impetrare aliquid cupiunt, & omnes petunt. ſed petitio *rogantis* cum ſolis precibus eſt; *orantis*, cum rationibus & precibus; unde *orator*, qui rationibus interdum, ita cauſſa poſtulante, preces adjungit. petenti neque preces neque rationes neceſſariæ ſunt: quæ ſi adduntur, tum vel *rogare* proprie dicitur, vel *orare*; ſi non adduntur, *petere* ſimpliciter.

Te colligas] Ne iterentur eadem, videat lector ea, quæ de hoc loquendi modo diximus in epiſt. 9. lib. 1. ad eum locum, *Collegi ipſe me, & cum ipſa quaſi rep. ſum collocutus*.

Virumque præbeas] Vt dolori fortiter ac fortunæ reſiſtas, quemadmodum virum decet. eadem ſententia in epiſtola ſuperiore. notum loquendi genus. vide illud epiſt. 18. lib. 2. *Qui ſi dignum ſe majoribus ſuis præbuerit*.

Dedit] Dedit hominum ſtudia, honores, exiſtimationem.

Abſtulit] Non dicitur id auferri, quod petentes non impetramus, ſed quod poſſidentes amittimus. itaque non ad repulſam, ſed ad condemnationem hoc refero. aufert autem condemnatio patriam & convictum amicorum.

Homines novi] *Homo novus* & *nobilis* opponuntur. qua de re dictum eſt pluribus verbis in epiſt. 7. lib. 1.

Plurimi] Quibus damnatio patriam abſtulit.

Tu vero] Hæc tota ſententia mire valet ad conſolandum, a tribus deducta fontibus, a præſentibus bonis, a ſpe futurorum, ab ejus innocentia.

Fortunas] Quæ ſi abeſſent, incommodum augeretur exſulii.

Et liberos] Quos damnatus non amiſit.

Neceſſitudine & benevolentia conjunctiſſimos] Amplificatio. nam & amoris cauſſa, & amor, & ſummus amor tribus verbis oſtenditur.

Sis habiturus] Apte conſolatur, qui & amico minuit opinionem præſentis mali; & id ipſum tamen non diuturnum fore pollicetur. quod utrumque Cicero præſtat. cum enim de leviſſimo Fabii incommodo jam dixiſſet; de ſpe reditus, tamquam minime dubia, ſubjunxit: fortaſſe quod eum judices non exſulii perpetui, ſed aliquot annorum pœna damnaſſent. alioqui cur illi promitteret Cicero facultatem vivendi cum ſuis?

Iudicium] Hoc ſi attendimus, de Fabii damnatione dubitare non poſſumus.

Ex tam multis] Hoc adjunxit, ne Pompejo, quo tertium conſule, & fortaſſe ex legibus ab eo latis, illa judicia facta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

[illeg.]a erant, injuſtitiæ maculam inurat. c[illeg.] enim cogeretur judicium impro-b[illeg.], quo Fabius damnatus erat; callide [illeg.]mico veliſicatus eſt, & Pompeji ta-[illeg.]n dignitatis rationem habuit.

[U]na ſententia] Quæ Fabium ſenten-t damnarunt, una tantum plures fue-[illeg.] quam quæ abſolverunt.

Eaque dubia] Quia condonatum u-[illeg.]s potentiæ judicium exiſtimatur: de [illeg.]licum enim integritate non conſtat. [illeg.]n tuo, inquit, delicto; ſed unius po-[illeg.]ntia ad gravium ſententiarum nume-[illeg.]n acceſſerit. Et hic Pompejo parcit [illeg.]bus modis. non enim dicit, *Eaque [cor]rupta*, ſed, *Eaque dubia*: nec, *Poten-[tia]e Pompeji*, ſed, *potentiæ alicujus*: nec, *[co]ndonatum ſit*, ſed *Condonatum exiſti-[ma]tur.*

Moleſtiam] *Incommodum* appellavit [ſu]pra. notandum hoc genus ad copiam.

Quam leviſsime ferre.] Quam tamen [i]ſe non leviſſime ferebat: dixit enim [i]n prima epiſtolæ parte, *Nullam rem [g]ravius jamdiu tuli, quam incommodum [t]uum.* ſed illud, ut dixi, quaſi conſolan-[d]i gratia poſuit.

Et qui eſſe debet] Hoc addit, quia licet [e]xſpectari ſoleat exitus promiſſæ rei, ta-[m]en exſpectatur magis cum promitti-[t]ur id quod debetur.

EPISTOLA XIX.

Pag. 280. R*Vfo*] Cognomen hoc eſſe L. Meſcinii, Ciceronis antea quæſtoris in Cilicia, jampridem exiſtimavi, adductus in hanc opinionem epiſtola ſequenti: in qua tum de rationibus agitur ab eo referendis, quod quæſtorii muneris erat, tum etiam Rufi frater M. Mindius nominatur: & idem L. Meſcinii frater appellatur in epiſt. 26. lib. 13. Nunc lætor opinionem confirmari meam vetere argenteo nummo, ita inſcripto, L. MESCINIVS RVFVS. is nummus eſt apud virum doctiſſimum, Epiſcopum Ilerdenſem, Antonium Auguſtinum. Alterum poſtea nummum præſtans vir Latina & Græca lingua, omnique liberali doctrina perpolitus, Fulvius Vrſinus mihi oſtendit. De Meſcinio autem quæſtore non ſolum in epiſt. 26. lib. 13. cujus proxime teſtimonio ſum uſus, verum etiam in epiſt. 6. lib. 16. & iis ad Atticum fit mentio. alter Ciceronis quæſtor, qui ſerius in provinciam ivit, C. Cœlius fuit, is ad quem ſcribit ultimam epiſtolam libri ſecundi.

Pag. 281. *Quod mihi oſtenderas*] Pro, *ſignificaveras*, ut infra: *ſi feceris id, quod oſtendis.* & epiſt. 1. lib. 1. *Ceteris in rebus ſe acerrimum tui defenſorem oſtendit.* & epiſt. 8. lib. 9. *Etſi, munus flagitare, quamvis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus.*

Liberius judicium] Nam in provincia officio quæſtorio adductus videri poterat eum ſtudioſe colere: cum præſtare quæſtor prætori ſuo debeat, quidquid officio poteſt; nec in eo liberum judicium ſit. Confecta vero provincia, liberum judicium datur, & verus animi ſenſus apparet neceſſitudine quæſtoria ſolutus.

Meo conſilio] Quod eo non acceſſerim, quo me venturum putaveras. Fortaſſe propius ad ea loca ſe Cicero contulerat, unde tutior commodiorque in Græciam tranſitus daretur. dicit enim in extrema epiſtola: *Si ſimul placebit, ſtatim ad me venies.*

Cepi fructum & judicii & officii tui] Id eſt, fructum attuliſti & judicii & officii tui: declaraſti non dubiis argumentis & judicium & officium tuum.

Iudicii] *Iudicium* prius, deinde *officium* nominavit. eundem igitur in afferenda utriuſque cauſſa ordinem ſervat. contra vero in epiſtola ultima libro 15. *Habes*, inquit, *de Calvo judicium & conſilium meum; conſilium, quod hortandi cauſſa laudavi; judicium, quod de ingenio ejus valde exiſtimavi bene.*

Fortes ac boni viri] *Fortes*, qui pericula mortemque ipſam pro patria contemnant; *boni*, qui recte ſentiant, honeſtumque rebus omnibus anteponant. ſignificaverat Meſcinius, velle ſe ad Pompejum tranſire, &, quoniam in bellum euntibus adverſa multa proponuntur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tur; quæ tamen fortem bonumque virum a ſententia non deterrent: ideo, quaſi ut currentem incitaret, imitationem in eo laudat fortium ac bonorum virorum.

Officii] Erga me, pro noſtra neceſſitudine.

Conſilium captum] Eandem cum Pompejo, reipubl. cauſſam tuente, ſubire fortunam conſtitui.

Iamdiu] Atticum tamen, anceps animi, ſæpe litteris conſuluit, quid ſibi agendum cenſeret. certior enim in Cæſaris caſtris victoria videbatur. ad extremum, pudore victus, ad bellum civile, tamquam ad peſtem ante oculos poſitam, profectus eſt. qua de re ſic epiſt. 6. lib. 6. *Valuit apud me plus pudor meus, quam timor. veritus ſum deeſſe Pompeji ſaluti, cum ille aliquando non defuiſſet meæ. itaque vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus, ut in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus.*

Si feceris id quod oſtendis] Si mecum eris, ut ſcripſiſti, quodcumque conſilii cepero.

Magnam habebo gratiam] Tamquam id mea cauſſa feceris.

Timori] Quod ea timueris, quæ bellorum natura fert.

Mihi] Optanti, ut mecum ſis.

Quid rectum ſit, apparet; quid expediat, obſcurum eſt, ita tamen, ut, ſi nos ii ſumus, qui eſſe debemus, id eſt ſtudio digni & litteris noſtris, dubitare non poſſimus, quin ea maxime conducant, quæ ſunt rectiſſima.] Iiſdem fere verbis in epiſt. 2. lib. 4. eandem extulit ſententiam: *Si, quid rectiſſimum ſit, quærimus; perſpicuum eſt: ſi, quid maxime expediat; obſcurum. ſin ii ſumus, qui profecto eſſe debemus, ut nihil arbitremur expedire, niſi quod rectum honeſtumque ſit: non poteſt eſſe dubium, quid faciendum nobis ſit.*

Studio digni & litteris noſtris] Litteris enim optime vivendi præcepta traduntur: quæ qui non obſervat, ſtudio & litteris, quibus operam dat, indignum ſe præbet.

Quare tu] Ita in impreſſis: ſed in antiquis *que tu*: aut *quæ tu*: quomodo legitur in libro Petri Bembi, Cardinalis omni laude cumulati, & in libro Mediceæ bibliothecæ. docti locum diligentius conſiderent: ego hoc notare mei officii eſſe duxi.

Pag. 282. *Si ſimul placebit*] Mecum ire ad Pompejum.

Sin idem placebit, atque eodem] Sin & tibi placebit idem quod mihi, & ut eodem proficiſcamur; nec tamen rationes tuæ ferent, ut ſtatim navigare mecum in Græciam poſſis.

Omnia] Quæ ſtatuero & de diſceſſu, & de tempore.

Amiciſſimum judicabo] Non potuit modeſtius petere, & plane ſervat id, quod dixerat: *Non enim dimittam pudorem in rogando meum.*

EPISTOLA XX.

Pag. 283. *SI ad me miſiſſes*] Si mihi ſignificaſſes, eo te veniſſe, quo antea conſtitueras. *Mittere ad aliquem*, interdum eſt non ſolum miſſo nuncio, ſed miſſis etiam litteris aliquid ſignificare: ut ad Tironem epiſtola 9. lib. 16. *Curio miſi, ut medico honor haberetur; & tibi diceret, quod opus eſſet.* qua de re ſcripſerat jam ad eundem his verbis: *Scripſi ad Curium, quod dixiſſes, daret. medico ipſi puto aliquid dandum eſſe, quod ſit ſtudioſior.* Significatio autem per nuncium, non per litteras facta, illa eſt in epiſt. 8. lib. 11. *Eo tempore Polla tua miſit, ut ad te, ſi quid vellem, litterarum darem, cum quid ſcriberem, non habebam.*

M. Tullius, ſcriba meus] Ciceronis libertus, fortaſſe Laurea cognomento, cujus egregios verſus, in Ciceronis Academiam ſcriptos, recitat Plinius l. 31. cap. 2. quod ſi quis dixerit hunc eſſe M. Tullium Tironem, qui & ipſe, libertate donatus, patroni prænomen & nomen aſſumpſit: negabo: quia Tiro liberatus eſt poſteaquam è provincia ad urbem Cicero rediit: at ille ſcriba, qui rationes in provincia tractavit, libertus omnino fuit. Scribas enim ſervos non fuiſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

fuiſſe, ex eo conſtat, (ut alia, quæ multa occurrunt, argumenta prætercam) quod Romanis omnes nominibus appellatos videmus.

In rationibus dumtaxat referendis] Quas M. Tullius ſcriba ad ærarium retulerat, ex more. nam in oratione in Piſonem, *Rationes*, inquit, *ita ſunt perſcriptæ ſcite & litterate, ut ſcriba, ad ærarium qui eas retulit, &c.* Interea Cicero proconſul, quia cum imperio erat, ſpe triumphandi extra urbem manebat nec introiit, niſi poſt Pharſalicam pugnam, abjecta demum triumphi ſpe.

Ius vetus, & mos antiquus] Cum lege Iulia nondum lata, rationes in provincia non relinquebantur. tunc enim eas ad urbem rectores provinciarum cum ſuis quæſtoribus conferebant.

Pro conjunctione noſtræ neceſſitudinis] De qua vide epiſtola ult. lib. 2. & 26. lib. 13. & in Divinatione, & pro Plancio.

Lege Iulia] A C. Iulio Cæſare in primo conſulatu lata. vide epiſt. 17. lib. 2.

Relinquere rationes in provincia] Apud duas civitates, ut infra.

Pag. 284. *A meo ſervo ſcriba*] Dixi jam ſcribarum ordinem e civibus Romanis fuiſſe: quare *ſervus* hic appellatur, non quia ſerviret, (jam enim liberi hominis prænomine & nomine, *M. Tullius* dictus eſt) verum memoria præteriti temporis, quo apud Ciceronem in ſervitute fuerat. & fortaſſe ita locutus Cicero, ut ipſa referret Rufi verba, exprobrantis, quod rationes ita Cicero ad ærarium retuliſſet, ut a ſervo ſuo ſcriba eas accepiſſet.

Majorem tibi habere non potui] Quia totum ſcribam meum tibi tradidi.

Quam pæne ipſe mihi] Quia permiſi, ut rationes tecum, abſente me, conficerentur; nec ad eas poſtea quidquam, præter lectionem, adhibui.

Et honeſtum & utile] Notanda copia: ſupra enim dixit: *Nihil eum feciſſe ſcientem, quod eſſet contra aut rem aut exiſtimationem tuam.*

Cui potius id negotii darem, quam darem] Sic omnes quos ego viderim, ſcripti libri, tribus exceptis, duobus M. Antonii Maffei, tertio, quem vir doctiſſimus idemque omnium humaniſſimus, Ioan. Vincentius Pinellus, emptum ex Leonici Thomæi bibliotheca, mihi dono dedit. in iis non eſt, *Quam darem*, ſed, *Quam tibi*. quod mihi tamen (ut, quod ſentio, dicam) ſubabſurdum, atque etiam falſum videtur. non enim id ei Cicero negotii dedit, ſed ſcribæ ſuo: cui deinde Rufus fratrem ſuum adjunxit. quare crediderim illud, *Quam darem*, ſive, *Quam tibi*, abundare, additum ab imperito, qui putaret id per ſe conſiſtere non poſſe, *Cui potius id negotii darem.* quod ita conſiſtit, ſi ſubaudiatur, *Quam Tullio, ſcribæ meo.* adjuvat opinionem noſtram Maffei liber, in quo tantum illud eſt, *Cui potius id negotii darem:* in margine autem, *Quam tibi.*

Pag. 285. *Quæ nobis maxime videbantur*] Ob utriuſque dignitatem. Strabo lib. 16. ait eas ob concordiam ſorores vocatas, & utramque conditam a Seleuco Nicatore, Apameamque de uxoris ejus nomine, Laodiceam ex matre nuncupatam. idem lib. 12. vocat eas Phrygiarum urbium maximas.

Conſolutas] Sic antiquus liber Fulvii, & duo Maffei, & Mediceus: alius, *Conſulatas*: tres, *Conſolatas*: unus Maffei, *Conſolidatas*. quod mihi non placet. primum offendor inſolentia verbi: deinde, quænam iſta conſolidatio eſſe potuit? *Conſignatas*, malim, aut, *Conlatas*. nam eas cum quæſtore conferri in provincia oportere, & conlatas jam eſſe, dixit. fero tamen, *Conſolutas*, non ſolum quia ſic eſt in tribus antiquis libris: verum etiam, quia pro, *Abſolutas*, accipi poteſt: ut a, *Confectas*, ita differat, quemadmodum differt, *Abſolvere*, a *Perficere*. unde lib. 2. de nat. deor. *in omni natura neceſſe eſt abſolvi aliquid aut perfici.*

De Voluſio quod ſcribis] Voluſius, multæ nomine, magnam pecuniæ vim publice debebat. eam pecuniam Valerius periculo ſuo exigendam a Voluſio ſuſceperat, prædeſque dederat: quos puto Ci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

to Ciceronis legatum & præfectum fuiſſe: id enim ſequentibus verbis indicatur. videtur autem Cicero, cum rationes conficeret, Voluſium liberare voluiſſe, & a prædibus multam amovere, ut eorum fortunis conſuleret. quod ejus conſilium & factum infra demonſtratur. contra Rufus Valerium quidem, & prædes liberare, ſed nomen illud a Valerio ad Voluſium transferre cupiiſſet. quod Cicero ex amicorum, præcipueque Camilli hominis peritiſſimi ſententia, fieri non potuiſſe demonſtrat: aut enim Valerii mancipiis prædes teneri, qui ſe pecuniam illam, a Voluſio debitam, curaturos jam promiſerant: aut ſi prædes liberandi eſſent, Voluſium quoque ſimul oportere liberari, quod utrumque ut fieret, rationem a ſe initam eſſe infra Cicero dicit.

Non eſt id rationum] In rationibus id fieri non poterat: huic rei, quam te voluiſſe video, locus in rationibus non fuit.

Pag. 286. *C. Camillus*] Is, opinor, quem, ut ſibi amiciſſimum, nominat in ep. 20. lib. 9. & epiſt. 14. lib. 14. & ad Atticum epiſt. 5. lib. 5. & ad eundem epiſt. 16. & 23. lib. 11.

Prædes] Varro lib. 5. diſſimiles ait eſſe *Prædem*, *Vadem*, *Sponſorem*: & *Prædem* eſſe, qui, a magiſtratu interrogatus, in publicum ut præſtet; a quo, & cum reſpondet, dicitur *Præs*. ſic & Feſtus, *Præs*, inquit, *eſt is, qui populo ſe obligat, interrogatuſque a magiſtratu, ſi præs ſit, reſpondet, Præs.*

H-S XXX.] Scutati nongenti.

XIX.] Scutati quingenti ſeptuaginta.

Curata] Pro Voluſio debitore.

Mancipis] *Manceps* dicitur, qui aliquid conducit, aut ſuo periculo faciendum exigendumve redimit; quod in Voluſiana pecunia Valerius, datis prædibus, fecerat.

Ex qua, reliquum quod erat] Præter id, quod curatum eſſe dixit Valerii mancipis nomine; quod in rationes relatum non eſſe, inita de Voluſio prædibuſque liberandis ratione, infra ſignificat; reliquum neſcio quid vel Voluſius ipſe, vel pro Voluſio Valerius ſolverat: quod in rationibus perſcriptum, Cicero ad ærarium retulit.

In rationibus retulit] *Referre in rationes* & *in rationibus*, diverſa ſententia dicitur: *in rationes*, cum nomen aliquod in conficiendis rationibus inter cetera nomina perſcribitur: *in rationibus*, cum aliquid una cum reliquis rationibus ad ærarium refertur.

Quod minime tamen laboro] Hoc dixit, ne prudentiæ laudem appetere videatur: quod vanitatis eſt. congruit cum hoc loco præclarum illud in epiſtola ad Catonem lib. 15. *Si quiſquam fuit unquam remotus & natura & magis etiam, ut mihi quidem ſentire videor, ratione atque doctrina ab inani laude & ſermonibus vulgi; ego profecto is ſum. teſtis eſt conſulatus meus: in quo, ſicut in reliqua vita, fateor ea me ſtudioſe ſecutum, ex quibus vera gloria naſci poſſet: ipſam quidem gloriam per ſe numquam putavi expetendam.* In epiſtola tamen ad Dolabellam, lib. 9. *Sum*, inquit, *avidior etiam, quam ſatis eſt, gloriæ.* Et pro Archia: *Iam me vobis, judices, indicabo; & de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortaſſe, verumtamen honeſto, vobis confitebor.*

Legatum meum præfectumque] Alii legunt, *Præfectumque Q. Leptam.* nos olim ſuſtulimus, *Q. Leptam*, auctoritate quidem veteris libri, ſed multo etiam magis ratione adducti. cur enim Cicero præfecti ſui nomen ponat, legati prætermittat? quaſi vero ad alienum & ignotum hominem ſcriberet, non ad quæſtorem ſuum, qui & legatos, & præfectum fabrum, & univerſam proconſulis Ciceronis cohortem optime noverat. præterea res hic agitur Rufo notiſſima, de qua etiam ipſe ad Ciceronem ſcripſerat: ut ei prædum Valerianorum nomina ſignificari, nequaquam neceſſe fuerit. Vnde igitur præfecti nomen huc irrepſit? Notum eſt hominibus emendandi peritis, quanta ſit facta labes in optimis libris eorum inſcitia, qui cum libros deſcriberent, verba interpretantia, a ſtudioſis adjecta, non

gnoſcentes, omnia permiſcebant. eo-em errore, ut opinor, inter verba Ciceronis receptum eſt, *Q. Leptam:* cum neſcio quis, eum in Cilicia præfectum fabrum cum Cicerone fuiſſe, ex epiſt. 7. lib. 3. didiciſſet, adſcribere legati nomen non potuit: quia conjicere facillimum non erat, quis ex quattuor cum præfecto præs Valerii fuiſſet. quattuor autem fuiſſe Ciceronis legatos, Q. Fratrem, C. Pontinium, M. Annejum, L. Tullium, ex epiſt. 4. lib. 15. & aliis cognoſcitur. Accedit auctoritas veterum duorum librorum, unius Vincentii Riccii, quo ſum uſus adoleſcens, ut eo tempore in Scholiis meis teſtatus ſum; alterius, quo nunc utor, M. Antonii Maffei, a quo abeſt præfecti nomen. tertius eſt apud me liber, cujus in margine ſcriptum video, *Q. Leptam:* cum a continuatione verborum Ciceronis abſit.

Maxima calamitate levatos] Ex his verbis conjicio, inter prædes Valerianos legatum & præfectum fuiſſe. nam & infra dicit: *ut multa tam gravis Valerianis prædibus depelleretur, à me inita ratio eſt.*

Pag. 287. *Non deberent eſſe obligati*] Cauſſam non addit: ſed hoc puto ad ad æquitatem potius, quam ad jus referri. prædes enim qui ſunt, omnino tenentur, niſi ſatisfacit is, pro quo prædes facti ſunt. verum æquitatis videtur eſſe, conſulere fortunis eorum, qui humanitate adducti pro aliquo ſe obligarunt, eoque magis, ſi cives & amici ſint. id ut fieret, ita rationem Cicero inivit, ne quid tamen populus amitteret. quod infra quaſi gloriatur.

Tanto officio meo] Cum populi Romani res ageretur, quam curare debet proconſul.

Tanto etiam periculo] Si quid enim ſcriba erraret in rationibus, aut improbe committeret, non in eum, ſed in proconſulem, cui mandata populi res eſt, culpa conferretur.

Cum id ne recitaſſet quidem] Cum id, non modo me non jubente, ſed etiam inſciente, in rationes retuliſſet. *Recitaſſet*, dixit, quia ſcriba prius ea ſcribebat, quam in tabulas referret; nec referebat, niſi cum proconſule communicaſſet.

Prudentiæ, cum rem a me non inſipienter excogitatam quidem putas] Sic plane in omnibus meis veteribus libris duobus exceptis, in quibus eſt, *Non inſipienter quidem excogitatam:* & uno, a quo abeſt *Non.* verum ne ſic quidem locus mendo vacat. non magna mutatio fiet, ſi legatur; *Ne inſipienter quidem excogitatam*; nam quod nonnulli legunt, *Non inſipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putas:* id ego, quod ad ſententiam attinet, non improbo: ſed, quia plus additur, quam emendandi moderata ratio poſtulet, malui notam apponere indicem errati, quam ex fallaci & lubrica conjectura, immodico præſertim additamento, librum immutare.

Pag. 288. *Multa tam gravis*] Reorum damnatorum alibi eſt *multa*, hic & prædum & mancipis Valerii, ut quidam arbitrantur, ut mihi videtur, prædum tantum. quod enim a mancipe ſolvitur, qui de publico aliquid redemit, id ego *multam* dici poſſe vix crediderim, quippe cum ſit ea non inopinata ſolutio: præſtat enim, quod & promiſit, cum redimeret, & omnino ſe præſtaturum putavit. at præs promittit ille quidem pro alio: fore tamen, ut ipſe dependat, neque putat, &, ſi acciderit, moleſte fert. quare nomen *multæ* in prædes recte convenit, qui ſolvunt inviti, magiſtratu cogente, ſicuti qui a judicibus damnantur: in ipſum Valerium non cadit, qui cum ſolvit, præter opinionem nihil facit. Hoc ideo dixi, ne quis miretur diſſentire me ab iis, qui proxime pro, *T. Mario* legunt, *T. Valerio:* ut de multa *Valerio* quoque mancipi depellenda dicatur. ego enim unum ex prædibus arbitror fuiſſe T. Marium; & Ciceronem hoc dicere, initam a ſe rationem, non modo ut legatus ejus & præfectus, quibus præcipue cavere deberet, verum etiam ut ipſe T. Marius, qui de ſua cohorte non eſſet, maxima calamitate levaretur.

Non ſolum probant, ſed etiam laudant]

Multa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Multa probamus ſine laude, ut ea, quæ recte communiter fiunt: laudamus autem nihil, quod idem non probemus, & in quo præcipua quædam virtutis & ingenii ſignificatio non eluceat.

Cum populis ſuum ſervaret] Ita fortunis conſulere tot vel amicorum vel civium, ut populo tamen nihil adimeret. Apparet ingenium Ciceronis, qui rationem iniverit, qua cum ſatisfaceret humanitati, depellenda amicis & civibus tam gravi multa, honori tamen ſuo, re populo conſervata, non deeſſet. *populi autem eſſe* dicebatur, & erat, quod in ærarium, ex quacunque re collectum, inferebatur. unde, *Cavere populo*, valet, cavere ne quid ærarium detrimenti patiatur. Livius lib. 7. *Tarda nomina & impeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, ærarium, menſis cum ære in foro poſitis, diſſolvit; ut populo prius caveretur.*

Tot vel amicorum vel civium] Communi quodam jure cum civibus, proprio cum amicis conjungimur. itaque priore loco amici, deinde cives nominantur. amici autem ac neceſſarii Ciceronis, legatus & præfectus, qui tamen iidem cives erant: cives vero tantum, non etiam amici, T. Marius, Valerius, Voluſius.

Nam de eo logeo] Particula, *Nam*, ſæpe lectorem commode traducit ad diverſam ſententiam. ut hic, & infra, *Nam de H-S nongentis millibus.* & ep. 9. lib. 1. *Nam de Appio. quod ſcribis, ſicut de Cæſare, te non reprehendere: gaudeo tibi conſilium probari meum.* & ep. 1. lib. 7. *Nam quid ego te athletas putem deſiderare?* & ad Attic. epiſt. 10. lib. 3. *Nam quod me tam ſæpe, & tam vehementer objurgas.* & eodem libro epiſt. 15. *Nam quod purgas eos, &c. Logeum* fuiſſe fanum arbitror, in quo pecuniæ deponerentur: ubi pecunia quoque illa, in provincia Ciceronis exacta, a Rufo quæſtore juſſu Ciceronis depoſita eſt auctore Pompejo. Infra res eadem attingitur.

Pag. 289. *Auctore*] Hortante, & ſuadente. quod videtur ideo Pompejus feciſſe, ut ea pecunia ipſe poſtea uti poſſet, quemadmodum uſus eſt. *Actore*, liber Mediceus, mendoſe: *Auctore*, mei omnes.

Agnovi] Non negavi: confeſſus ſum, id quod res erat, meo juſſu eſſe depoſitam. *Agnoſcere* dicimur, quod verum fatemur eſſe. epiſt. 4. lib. 4. *Illam partem excuſationis, qua te ſcribis, orationis paupertate, iiſdem verbis epiſtolas ſæpius mittere, nec agnoſco nec probo.*

Tua] Quæ ad Rufum ex adminiſtratione provinciæ, ſalvis legibus, pervenerat. nam illa, qua Pompejus eſt uſus, populi fuit.

Quam tu] Nullus omnino liber antiquus, quem ego viderim, habet, *Quam tu:* ſed alii, *Quam tum:* alii, *Quam tamen:* alii, *Tamen quam:* & poſt, *Depoſuerat*, omnes habent, non, ut in impreſſis, *Depoſueras.* quocirca valde ſuſpicor de mendo. non enim placet, *Tua, quam tu depoſueras.* quid? non illam quoque depoſuerat, quam abſtulit Pompejus?

Sextius] Nominatur inter Pompejanos, qui cum imperio fuere initio civilis belli, epiſt. 15. ad Attic. lib. 8. nec dubito, quin eam pecuniam Pompejo mandante acceperit, ut ea deinde in bello ex ipſius voluntate, id eſt, contra Cæſarem uteretur.

Sed hoc ad te nihil intelligo pertinere] De populi pecunia loquitur, a Pompejo ſumpta, non de illa, quæ Rufi fuerat: de qua non diceret, *Hoc ad te nihil intelligo pertinere.* Non eſt, inquit, quod labores de hac pecunia, quam, a te juſſu meo depoſitam, Pompejus accepit. quid enim tua refert? cum exſtet S. C. quo conſtat, cui data ſit, exſtent tuæ meæque litteræ, quibus conſtat, cui data ſit. Timebat ſcilicet Rufus, ne quando ejus pecuniæ rationem reddere cogeretur; quia Cicero in rationibus non adſcripſiſſet eam ſuo juſſu a Rufo eſſe depoſitam. qua de re queſtus erat per litteras Rufus.

Monumentis teſtata, cui data] Hoc explanatur proxime ſequentibus verbis. *monumenta* enim ſunt S. C. & litteræ

ræ Ciceronis & Ruſi. data vero pecunia P. Sextio ſignificatur: ſi modo ita legendum eſt, de quo ſubjungam, quid ſentiam.

P. Sextio] Non hic agitur de pecunia Rufi, qua uſus erat Sextius, ſed de publica, juſſu Ciceronis depoſita: quod in rationibus omiſſum queſtus erat Rufus. itaque legi malim, ſi modo per veteres libros liceat, *Pompejo:* quem uſum ea pecunia eſſe, paullo ante dictum eſt. opinor enim pro, *Pompejo*, aliquem ſcripſiſſe, *P.* brevitatis cauſſa, imperite ſcilicet: cum hæc littera prænomen indicet, non gentem. inde alius, quia prænomen illud per ſe conſiſtere non poſſe intelligeret, & Sextium paulo ante nominari animadverteret, addidit, *Sextio.* Corrumpi autem invicem hæc nomina, *Pompejus* & *Publius*, librariorum culpa contractam ſcribendi rationem ſequentium, ex epiſtola quoque nona lib. I. cognovimus. nam in eo loco, *Cum, ut laudaret P. Sextium, introiiſſet in urbem:* veteres libri aliquot habent, *Vt laudaret Pompejum Sextium:* nonnulli, *Vt laudaret Pomp. Sextius.* ex quo patet, rudes antiquitatis librarios accepiſſe hoc prænomen, *P.* pro nomine Pompeji.

Non adſcripſi] In rationibus: in quibus hoc tantum ſcriptum erat, pecuniam a Rufo depoſitam. Rufus autem illud adſcribi, quod verum erat, voluiſſet, depoſitam a ſe Ciceronis juſſu, ita fore ratus, ut, quocumque caſu illa pecunia periiſſet, aut in quemcumque uſum eſſet erogata, ipſe omni periculo & cura liberaretur.

Tua nihil referebat] Quia certiſſimis & graviſſimis monumentis teſtata jam iſta pecunia erat, cui data eſſet, quo S. C. quibus tuis, quibus meis litteris.

Referendum] Hinc apparet, provinciæ rationes & a proconſule & a quæſtore ſeparatim referri ſolitas eſſe. quod opinor lege Julia, quæ jam nominata eſt, ſancitum eſſe.

Idem ipſe ſentio] Vt addas in illius pecuniæ mentione, quod ego non addidi, depoſitam a te eſſe meo juſſu.

Pag. 290. *Diſcrepabunt*] Hic aliquis objiciat: immo diſcrepabunt; cum idem non erit in utriuſque rationibus. Futilis objectio. non enim in eo diſcrepant rationes, cum aliquid in alteris omittitur; ſed cum adverſantur ea, vel diſſentiunt, quæ in utriſque ſcripta ſunt. &, ut ſilentio nec affirmatur quidquam, nec negatur: ita, quod ſcriptum non eſt, ab eo quod ſcriptum, diſcrepare non videtur.

Quod ego quidem non addidi] Mediceus liber, *Quod ego qui non addidi*; mendoſe: quid mirum? liber mendo nullus vacat: ſed ex multis depravatis unus ut corrigatur, opera dari ſolet. emendatiores hic libri quattuor, Sigicelli unus, alter Fulvii Vrſini, duo Maffei: habent enim, *Quod ego quidem non addidi.*

Nec cauſſa eſt, cur negem] Juſſu meo illam pecuniam a te depoſitam. cauſſam, cur neget, non eſſe dicit, ut oſtendat abeſſe periculum, de quo Rufus metuere videbatur, ne quando ejus pecuniæ, qua Pompejus uſus erat, ratio exigeretur, cum inſtare videretur mutatio temporum, commoto civili bello.

Et tu nolles] Negari a me. obſequerer voluntati tuæ, vel, ſi quid eſſet cauſſæ, cur negarem, id eſt, etiam ſi moleſtiam aliquam ex ea pecunia timerem.

H S nongentis millibus] Scutatorum noſtratium XXVII. millibus.

Sive frater tuus] M. Mindius, qui rationes cum ſcriba confecerat.

De logeo] De fano. ſupra.

Parum gratioſum eſt] Sic libri veteres quinque: alii, *Gaviſum eſt.* utrumque mendoſum. nam, *Gratioſum*, de inanimatis rebus non dicitur: ſed *gratioſi homines* appellantur. Nec, *Gaviſum eſt*, politus litteris quiſquam probaverit. Mediceus liber, *Graviſum.* Corrado placuit, *Gratum viſum:* nobis olim, *Proviſum:* quod nec a *Graviſum* longe diſtat, nec ſententia caret. nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

in eo dicit parum eſſe proviſum, quia cum pecunia illa deponeretur, additum non erat deponi juſſu Ciceronis proconſulis. de quo ſupra.

Referendis] Quo modo, *referendis*, cum & ſupra relatas jam eſſe dixerit, & infra idem ſignificet? Accipio, *Referendis*, pro in relatione rationum, dum rationes referuntur: ut præſenti tempore utatur Cicero ob eam cauſſam, quia corrigere aliquid etiamnum in relatis jam rationibus licebat. propterea ſubjunxit, *Quid per leges liceat.* quæ verba demonſtrant, non eſſe ademptam corrigendi facultatem, ſed corrigi non omnia licere: itaque Rufo videndum, quid a Cicerone petat: nihil enim contra leges impetraturum.

Pag. 291. *Cum S. C. non ſim uſus*] Videtur Cicero temporis aliquanto plus decreto ſenatus habuiſſe ad rationes referendas, quam legibus: quo tamen tempore uti noluit, ſed rationes confeſtim retulit, juſtis de cauſſis, ut ſupra dixit, metu ſcilicet exorientis belli civilis.

Quid per leges liceat, conſiderandum eſt] Modeſte ſignificat, velle quidem ſe aliquid corrigere in rationibus ex Rufi voluntate, ſed ita, ne quid amicitiæ cauſſa contra leges committat.

Te certe in pecunia exacta ita efferre, ex meis rationibus relatis non oportuit] Libri aliquot ſcripti, etiam Mediceus, *pecuniæ exactæ:* nonnulli, *Iſta offerre.* Placet idem, quod olim, *Pecunia exacta*, non eadem tamen ſententia, quæ olim placuit. non enim illud, *Te efferre*, ſignificare nunc arbitror iracundiam Rufi, qua ſit elatus, quod Cicero pecuniæ ab illo exactæ mentionem nullam in rationibus referendis feciſſet; verum refero ad erogatam a Rufo pecuniam refero, cum ſciret, eam ſcriptam eſſe in rationibus jam relatis. Vt in exacta, inquit, pecunia ita efferres, ita erogares, ex meis rationibus relatis non oportuit: id eſt, per meas rationes tibi non licebat. Hanc noſtram opinionem adjuvare videntur & ſuperiora verba: *De eo mihi quid per leges liceat, conſiderandum eſt*; & quæ ſequuntur proxima: *Niſi quid me fallit: ſunt enim alii peritiores.* Exactæ pecuniæ plus conſumpſerat Rufus, quam ſcriptæ rationes, præſertim jam a Cicerone relatæ, paterentur: id cum in rationibus Ciceronis, ut cum ſuis conſentirent, corrigi vellet; de eo quid ſibi per leges liceat, conſiderandum Cicero reſpondet: mox indicat non licere, ſubjungens *Non oportuit.* atque in hac opinione, poſſum, inquit, falli: ſunt enim alii peritiores. Ut Rufum quodam modo conſoletur.

Pag. 292. *Aut etiam velle*] Etiam ſi tua non interſit.

Si ullo modo facere poſſim] Id eſt, ſi per leges liceat.

De beneficiis] Proconſules, proprætores, atque etiam, ut hic locus indicat, quæſtores, cum ad urbem a provinciis revertiſſent, eorum nomina poſt relatas rationes ad ærarium deferebant, quorum ſtrenua fidelique opera uſi eſſent. hi autem erant ex iis, quos ſecum in provinciam duxerant. qui *deferri in beneficiis* dicebantur; quod eorum virtus ac fides reip. profuiſſet. in quo erat eorum, qui deferebant, ambitio quædam, oſtendendis non modo ſuis, verum aliorum quoque beneficiis in remp. Detulerat igitur Cicero, non exſpectato quæſtore, ſuos contubernales, præfectos, tribunos mil.: quoſdam autem non detulerat, ut centuriones & tribunorum mil. contubernales: de quibus ait rem eſſe in integro, ſi Rufus eos deferre velit. Morem hunc oſtendit oratio pro Archia: *In beneficiis ad ærarium delatus eſt a L. Lucullo prætore, & conſule.* Et pro Balbo: *In prætura, in conſulatu præfectum fabrum detulit.*

Tribunos mil.] Duodecim. ſeni enim creabantur in ſingulis legionibus, ut Polybius docet. legiones autem duas, qui conſularis erat exercitus, in provincia Cicero habuit: quod ipſe ad Atticum ſcribit epiſt. 15. lib. 5. & Plutarchus idem narrat in ejus vita. Tribunos mil. primo tres fuiſſe, qui ſingulis tribubus, a Romulo inſtitutis, præeſſent,

ſent, deinde ſex, interjecto tempo- ſexdecim, poſtremo 24. ut ſeni eſ- ent in ſingulis legionibus, Livius, Po- bius, alii declarant. Creati primum iis, qui exercitibus præeſſent, mox opuli ſuffragio: ut interdum tamen, apparatu maximi belli, conſulum rætorumque arbitrio deligerentur. oſtremo teſte Pediano, partem co- um imperatores fecere, qui *Rufuli* vo- abantur, partem populus, qui *Comi- iati*. Idem ex Feſto, licet mutilato, olligi tamen videtur poſſe: qui etiam Rufulorum nominis, omiſſam a Pe- iano & aliis, cauſſam ponit, quod Rutilius Rufus de eorum jure legem ulisſet.

Præfectos] Equitum. vide epiſt. 17. ib. 2. ne repetantur eadem.

Contubernales] Nobiles adoleſcentes cum conſulibus, & proconſulibus, & prætoribus etiam, ut rerum uſu mature inſtruerentur, in provincias exibant. Pro Cœlio: *Profectus eſt in Africam Q. Pompejo contubernalis.* pro Plancio: *Adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam, ſic ab illo dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulabat.* In Bruto: *Qui ſe illi contubernalem fuiſſe dicebat.* Suetonius de Cæſare: *Stipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi prætoris contubernio.* In urbe etiam contubernales erant conſulum: Cicero in conſulatu, quem peregit in urbe, contubernales habuit. unde illud in ea pro Sulla: *Lucius ille Torquatus, cum eſſet meus contubernalis in conſulatu.*

Ratio me fefellit] *Ratio* hic pro opinione, quam ratiocinatio peperit, accipitur.

Triginta diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſem] Non vulgaris loquendi modus. eſt enim, *Triginta diebus, quibus rationes retuliſſem*: pro, triginta diebus poſtquam rationes retuliſſem. tempus deferendi trigeſimo die a relatis rationibus definiebatur. Conſtat ex hoc loco, relatas prius ad ærarium rationes, quam deferrentur ii, qui bene de rep. meriti eſſent.

Neceſſe eſſe] Lege Julia jubente: quæ ſignificatur etiam paullo poſt.

Pag. 293. *Res eſt in integro*] Licet tibi eos deferre.

Genus enim horum beneficiorum] Deferendis centurionibus & tribunorum mil. contubernalibus certam diem lex non definiebat: tribunis autem mil., præfectis, & contubernalibus, de quibus facta paullo ante mentio eſt, ſpatium triginta dierum.

H-S centum millibus] Scutatorum tribus millibus.

Memini] Ergo ab eo tempore dies interceſſerant multi. quo licet intelligere, non ſtatim Ciceronem, poſtquam ad urbem rediit, hanc epiſtolam ſcripſiſſe.

Myrina] Libri duo, Sigicelli, & Fulvii, habent, *Smyrna*. reliqui, *Myrina*. utraque nota urbs, Smyrna in Ionia, Myrina in Æolia. quis poteſt divinare, ex utra ſcripſerit Rufus eas litteras? Smyrna quidem naviganti in Italiam Meſcinio propinquior & commodior.

Non mei errati, ſed tui] Erratum in rationibus, antea ſcripſerat Rufus: quod niſi corrigeretur, H-S centum millia ſibi eſſe de ſuo perſolvenda. reſcripſit Cicero, corrigi non poſſe, quia rationum exemplum in provincia depoſuerat, a quibus diſcrepare non oportet eas, quas ad ærarium relaturus eſſet: ſed tamen ei pro ſuis facultatibus benigne commodaturum. aliquanto autem poſt ſcripſit Rufus eas litteras, quibus Cicero nunc reſpondet.

Fratris tui, & Tullii] Qui rationes, abſente Cicerone, confecerant. ſupra.

Deceſſimus] Sic omnes, quos viderim, veteres libri. a quibus olim diſcedendum putabam, & legendum, unius litteræ mutatione, *Deceſſemus*. nunc me ipſe revoco, & ita ſtatuo, ſyncopen eſſe non poſſe in iis verbis, quorum in præteritis ultima ſyllaba eſt, *ſi*: ut *Cedo, Ceſſi, Ceſſiſſem*, non *Ceſſem*; eodemque modo in compoſitis, *decedo, recedo, incedo, diſcedo, concedo.* antea *deceſſiſſimus* legebatur.

Credo] Ita loquitur ut de re non recenti, quæ potuit, ſpatio interjecto, effluere ex memoria.

Pro animi mei voluntate] Vt eram animatus, pro animi mei ſenſu. Eodem modo *animus velle* dicitur: ut Varro lib. 5. L. L. *Animus ita eſt, ut puncto temporis pervolet, quo vult.* Et in orat. poſt red. ad Quir. *In ſtudiis veſtris tanta animorum declarata eſt voluntas.* Et Lucretius lib. 2. *Ex animique voluntate id procedere primum.* Idem lib. 4. *Ergo animus cum ſeſe ita commovet, ut velit ire. Iudicium animi*, lib. 2. de orat. & lib. 3. bis.

Facultatum] Hoc nomen late patet: itaque dixit Cicero lib. 1. de Invent. *Facultates ſunt, aut quibus facilius fit, aut ſine quibus aliquid confici non poteſt.* Et pro Rabirio: *Quæ ſi in illo minima fuiſſent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur.* & in Partitionibus, vires, animus, copiæ, opes, tempus, locus, *Facultatum* nomine comprehenduntur. *Facultatum*, ait, *infirmatione utetur, ſi aut vires, aut animum, aut copias, aut opes abfuiſſe demonſtrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum.* Sumuntur & pro occaſionibus commodorum, ut epiſt. 15. ad Att. lib. 1. *Exponis, quas facultates aut provincialium, aut urbanorum commodorum & aliis temporibus, & me ipſo conſule prætermiſeris.* Transferuntur ad ſignificationem rei familiaris, ut epiſt. 13. lib. 11. ad Att. *Velim conſideres, ut ſit, unde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarii. ſi quas habuimus facultates, eas Pompejo detulimus.* Et in Verrem lib. 2. *Sthenius ab adoleſcentia paullo ſtudioſius hæc comparabat, ſupellectilem ex ære elegantiorem & Deliacam, & Corinthiam, tabulas pictas, etiam argenti bene facti, prout Thermitani hominis facultates ferebant, ſatis.*

Quam tum habebamus] Diſtat igitur hoc tempus ab eo non parum, quo rediit ex provincia: cum & hic, *Tum*, & proxime dixerit, *Memini*, &, *Credo.* nec vero dubie ſignificat, ad arma rem eſſe deductam, amiſſa ſpe facultatum, quam ante habuerat.

Obligatum] Deberi ſibi a Cicerone mutuam pecuniam ex litteris ab eo antea humaniſſime ſcriptis, Rufus oſtenderat.

Moleſtæ] Quia pecuniam a debitoribus poſcunt, quæ propter belli difficultatem expedita non eſt. propterea dixit Cæſar lib. 3. bell. civ. *Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur; conſtituit, ut arbitri darentur; per eos fierent æſtimationes poſſeſſionum, quanti quæque earum ante bellum fuiſſent, atque eæ creditoribus traderentur.*

Perveniſſet] Ex adminiſtratione Cilicienſi. de qua pecunia ſic epiſt. 17. lib. 2. *Omnis pecunia ita tractatur, ut præda a præfectis. quæ autem mihi attributa eſt, a quæſtore curetur.*

Epheſi] Vrbs Ioniæ nobilis fuit, extra Ciceronis provinciam, cui præfuit Cicerone proconſule, Q. Thermus. ut patet epiſt. ad Att. 13. & 14. lib. 5.

Apud publicanos] Ciceronis amantiſſimos, eique cariſſimos: erant enim equeſtris ordinis: quem ordinem conſul cum ſenatu in gratiam reduxerat. vide illud in epiſt. 8. lib. 1. *Ordinem conjunctiſſimum.* & ad Att. epiſt. 15. & 16. lib. 1.

H-S xx11] Parva ſumma, ſcutati DCLX. itaque legendum opinor, *Bis & vicies*, ut eſt in epiſt. 1. lib. 11. ad Attic. *In ciſtophoro in Aſia habeo ad H-S bis & vicies.* loquitur de hac Epheſi depoſita pecunia; nam Epheſus in Ionia, quæ regio eſt Aſiæ. ſunt autem bis & vicies, ſcutatorum LXVI. millia.

Omnem] Partem potius, quam omnem: nam Cicero partem exegit, & apud Egnatium trapezitam depoſuit, ubi tutius fore videbatur. hoc duæ ad Atticum ſcriptæ epiſtolæ, ſecunda & tertia lib. 11. declarant. in prima ſcripſerat hæc Cicero: *In ciſtophoro in Aſia habeo ad H-S bis & vicies.* In ſecunda, *Ex ea*, inquit, *pecunia, quæ fuit in Aſia, partem dimidiam fere exegi. tutius videbatur fore ibi, ut eſt, quam apud publicanos.* In tertia ſic: *Pecunia apud Egnatium eſt. ſit a me, ut eſt.* Deinde ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſubjunxit eodem in loco: *Etſi egeo re-* *bus omnibus: quod is quoque in anguſtiis* *eſt, qui cum ſumus; cui magnam dedi-* *mus pecuniam mutuam, opinantes nobis,* *conſtitutis rebus, eam rem etiam honori* *fore.* & ad eundem epiſt. 13. ejuſdem libri: *Si quas habuimus facultates, eas* *Pompejo tum, cum id videbamur ſapien-* *ter facere, detulimus.* Quare fictam excuſationem attulit Cicero tempori ſerviens, tum ut de H-S centum millibus Rufum conſolaretur exemplo jacturæ ſuæ: tum etiam, ut ei, mutuam pecuniam, tanquam ex promiſſo debitam, poſcenti, juſtius negare videretur.

De H-S centum millibus] Quæ Rufus ærario debebat, ex relatis a Cicerone rationibus: ſed erratum ſcripſerat, idque corrigendum. reſcripſit Cicero corrigi non poſſe; verum ſe de ſuo, quantum poſſet, ei commodaturum.

Cibariis] Publice datis.

De mea liberalitate] Cum aliqua exprobratione dictum.

Mihi expenſa tuliſſes] Mihi commodaſſes.

Pag. 294. *Æſtimationem accipere*] Poſſeſſionem æſtimatam accipere pro pecunia mihi commodata. Hic locus videtur indicare ſcriptam hanc epiſtolam Cæſare iterum & Servilio iterum coss. poſt latam a Cæſare legem de æſtimandis poſſeſſionibus, quanti quæque ante civile bellum fuiſſent; ut debitoribus conſuleretur; quorum erat iniqua condicio, jacentibus prædiorum pretiis: quod fere ſolet in bellis evenire. dicebantur autem poſſeſſiones illæ, *æſtimationes*, ut epiſt. 16. lib. 9. & epiſt. 18. ejuſdem libri. Rufus, cum Cæſar conſulatum ſecundum, in quo legem illam tulit, inierit poſt illud tempus, quo Cicero ad Pompejum in Græciam tranſiit; (nam, Cæſare in Hiſpaniis contra Pompeji legatos bellum gerente, Cicero tranſiit; ut ex epiſt. ultima lib. 10. ad Attic. intelligitur) Cicero autem hanc ad Rufum epiſtolam in Italia ſcripſerit; quod indicant primæ epiſtolæ verba, & multo etiam magis illa, quæ in extremo fere ſunt; *Cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te:* ratio perſuadet, hanc epiſtolam & ante ſecundum eſſe ſcriptam Cæſaris conſulatum, & ante profectionem Ciceronis in Græciam. *Æſtimationem* igitur accipio pro poſſeſſione æſtimata, non ex lege Cæſaris, quæ lata nondum erat, ſed ut æſtimabantur res, quas inopes a pecunia debitores creditoribus dabant. Sic & Livius loco jam citato, lib. 7. *Tarda nomina & impeditiora inertia debitorum potius, quam facultatibus, aut ærartum, menſis cum ære in foro poſitis, diſſolvit, ut populo prius caveretur; aut æſtimatio æquis rerum pretiis liberavit.*

Scindi] Varie dixit, hic quidem *Scindi*; alibi *Conſcindi*, ut epiſt. 18. lib. 7. &, *Concerpito*, epiſt. 10. lib. 10. ad Atticum.

EPISTOLA XXI.

Pag. 295. *Ita mihi communia omnia, quæ opto, contingant*] Verbum *Communia*, video eſſe in omnibus veteribus libris præter unum, qui fuit olim Hieronymi Ferrarii, nunc eſt Caroli Borromæi Cardinalis. in eo eſt, *Commoda*, non, *Communia*: quod olim probavi: cum & Plautus in Trin. ſimiliter dixiſſet: *Ita commoda, quæ cupio, eveniunt.* Nonnulli, *Communia*, putarunt abundare. quorum non diſplicet opinio. ne tamen tot librorum conſenſus repudietur; videndum etiam atque etiam an probabilis aliqua ſententia elici poſſit, nullo nec deleto verbo, nec mutato. Ita mihi, inquit, ea, quæ opto, contingant omnia communia, ut vehementer velim. id eſt: ita te rerum omnium, quas opto, participem habeam, ut eſſe tecum vehementer velim. nam ad verbum, *Communia*, ſubaudio, *Tecum*: ut ſit: ita mihi tecum communia, quæ opto, contingant omnia. Occurrit alia ſententia, quam non occultare conſilium eſt. Ita mihi res omnes publicæ, quales opto, contingant. nam, *Communia*, & *Communes res*, pro publicis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

blicis rebus accipi, nemo (ut opinor) dubitat. idque vel hoc uno conſtat exemplo, quod obſervavimus epiſt. 8. lib. 1. *Ex eodem de toto ſtatu rerum communium cognoſces, quæ quales ſint, non facile eſt ſcribere. Communem quoque rem*, dixit epiſt. 27. lib. 7. *Communium fortunarum*, epiſt. 12. lib. 5. Hoc totum ad eruditorum hominum judicium refero. nam ipſe nihil affirmo; tantum enitor, ut veterum librorum auctoritatem conſervem.

Etenim, cum eſſet major] Aliis placet, *Ut enim*, pro *Etenim*: quia ſic habent plerique veteres libri. ſolœciſmi ſpecies apparet. quid refert? inquiunt. quam multa præterea hujuſce generis in Cicerone deprehenduntur. His itaque reſponderi videtur poſſe: ſolœciſmum, ſi modo libri veteres in eo conſentiant, ferendum: ſin aliter, tollendum. itaque, cum habeam duos veteres libros, unum M. Antonii Maffei, quo etiam olim, commodante ejus fratre Bernardino Cardinali, uſus ſum; alterum Fulvii Vrſini, in quibus diſerte legitur, *Etenim*: libenter aufero ſolœciſmum, & integritatem Cicerone dignam reſtituo.

Et virorum, & civium bonorum] Differre putantur *bonus vir*, & *bonus civis*. quam diſtinctionem oſtendimus ep. 9. lib. 1. in eo loco: *Eumque quem bonum virum ſemper habuiſſet, bonum civem eſſe pateretur.*

Pag. 296. *Jucundorum*] Bonitas, jucunditas, amor, cauſſæ ſunt, cur amemus, unaque eſſe cupiamus. propterea dixit, *Bonorum, Iucundorum, Amantium mei.* quæ tria conjungit in epiſtola etiam 24. lib. 9. *Moneo te, quod pertinere ad beate vivendum arbitror, ut cum viris bonis, jucundis, amantibus tui vivas.*

Hominum] *Vir* & *Homo* differre, pauci neſciunt. hic tamen, *Hominum*, potuit omitti; ut omiſſum eſt loco proxime recitato ex epiſtola ad Pætum, ſed additum eſt ob interpoſitam civium mentionem. nam, ſi eſſet omiſſum, ad cives illa referrentur, *Iucundorum, & amantium mei.* cum ſit aptius, *Iucundorum hominum, & amantium mei.*

Erat nemo, qui cum eſſem libentius, quam tecum; & pauci, quibuscum æque libenter] Satis modeſta ratio captandæ benevolentiæ. non enim omnibus Meſcinium, ſed Meſcinio neminem antefert, comparat paucos. ita vitatur illa, quæ veritati fidem detrahit, ὑπερβολή.

Alii interierint] Inſignes quidem, & conſulares, M. Calpurnius Bibulus, L. Domitius Ahenobarbus, L. Cornelius Lentulus, P. Lentulus; præterea, C. Curio tribunicius.

Alii abſint] Aberant conſulares duo, P. Scipio, Pompeji ſocer, qui bellum in Africa contra Cæſarem gerebat; & M. Marcellus, qui poſt Pharſalicum prœlium, cum ſpe vincendi ſimul abjecta certandi etiam cupiditate, voluntarium Rhodi aut Mitylenis exſilium ſibi delegerat. aberat & M. Cato prætorius, qui cum Scipione cauſſam Pompejanam acerrime tuebatur. nec Romæ tunc erant M. Brutus, nec Ser. Sulpicius, ille Galliæ, hic Græciæ præpoſitus: ut epiſt. 6. lib. 6.

Mutati voluntate] Non eodem, quo antea in Ciceronem animo, temporibus mutati & victoria Cæſaris.

Neceſſario] Eſt enim Cæſaris familiaribus inſerviendum, temporis cauſſa.

Frequentant domum meam] Sic lib. 1. Off. *Si domus alio domino ſolita eſt frequentari.* Et, *Frequentare ludos*, lib. 1. de Invent. Alio modo, *Celebratur domus*, epiſt. 5. lib 2. ad Q. Fratrem.

Ad ſummum] *Summum* epiſt. 1. lib. 2. *A te vero bis terve ſummum, & eas perbreves, accepi.* & *ad ſummum* dicitur Ciceronis exemplo.

Perfugio] Hoc verbum interdum ſolum Cicero affert, ut hic: interdum conjungit, ut epiſt. 15. lib. 5. *Litteris utor aſſidue: quid enim aliud facere poſſum? ſed neſcio quo modo ipſæ illæ excludere me a portu & perfugio videntur.* Et pro Archia: *Perfugium ac ſolatium adverſis hæc ſtudia*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſtudia præbent. Perfugium autem litteræ ſunt duobus modis: vel quod eas dum tractamus, moleſtias obliviſcimur; vel quod animus, præceptis utiliſſimis conformatus, humana omnia, præter honeſtum, contemnit, nihil præter culpam extimeſcit. de fructu autem quem afferunt litteræ, vide epiſt. 3. lib. 4. & epiſt. 13. lib. 5. & epiſt. 2. & 3. lib. 9.

Conſcientia conſiliorum meorum] Sæpe hanc ſententiam uſurpat, epiſt. 3. lib. 4. epiſt. 1. & 4. & 6. & 10. & 13. & 21. lib. 6. & epiſt. 3. lib. 7. quæ recitare longum eſt: indicare loca, & quaſi digitum ad fontem intendere, unde hauriant qui copiæ ſtudent, ſatis duco.

Niſi invidiſſet is] Pompejum, opinor, deſignat; a quo ſe proditum, contra datam fidem, ſæpe queritur.

Pag. 297. *Me enim amabas*] Mea cauſſa illum non amabas, cujus invidiam perfidiamque noſſes.

Beatus eſſet] Hoc dicit: Si mecum ad tuendam libertatem conſenſiſſet, neque pernicioſam reip. cum Cæſare ſocietatem coiiſſet: non modo viveret, ſed beatus eſſet, & cum eo omnes boni. De Cæſare autem, & victore jam, & a quo veniam paullo ante impetraverat, hæc, ut, opinor, ſcribere non auderet. nec invidit ei Cæſar, qui ſemper popularis fuit, & ab urbe multos annos abfuit, dum in Gallia bellum gereret, ſed Pompejus, qui parem ſibi Ciceronem in ſenatu non ferret.

Nullius vim] Epiſt. 3. lib. 7. *Notum,* inquit, *tibi omne conſilium meum eſſe volui; ut primum ſcires, me numquam voluiſſe plus quemquam poſſe, quam univerſam remp. poſtea autem quam alicujus culpa tantum valeret unus, ut obſiſti non poſſet, me voluiſſe pacem.*

Arma] Cæſaris.

Quæ ſemper timueram] Epiſtola 3. ad Attic. libro decimo: *Præclara,* inquit, *conſcientia ſuſtentor, cum cogito me de repub. aut meruiſſe optime, cum potuerim, aut certe numquam, niſi divine, cogitaſſe, eaque ipſa tempeſtate everſam eſſe remp. quam ego* XIV. *annis ante proſpexerim.*

Quem ego idem effeceram] In conſulatu. epiſt. 9. lib. 1. *Non offendes eundem bonorum ſenſum, Lentule, quem reliquiſti: qui confirmatus conſulatu noſtro, nonnumquam poſtea interruptus & afflictus ante te conſulem, recreatus abs te totus eſt, nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus.* Eodem illud ſpectat ex epiſt. 15. lib. 1. ad Att. *Tueor, ut poſſum, illam a me conglutinatam concordiam.*

Quavis tuta condicione] Quavis, modo tuta. epiſt. 6. lib. 6. *Cauſſa belli orta eſt: quid ego prætermiſi aut monitorum, aut querellarum? cum vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem.* Et ad Att. epiſt. 5. lib. 7. *Ego is ſum, qui illi concedi, putem utilius eſſe, quod poſtulabat, quam ſigna conferri: ſero enim reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos.* Et ad eundem epiſt. 11. l. 8. *Præ me tuli, me nihil malle, quam pacem; non quin eadem timerem, quæ illi: ſed ea bello civili leviora ducebam.* Et ad Pompejum: *Mea ſemper quæ fuerit ſententia, primum de pace vel iniqua condicione retinenda, deinde de urbe, meminiſſe te arbitror.*

Rerum Africanarum] Africani belli, quod inter Cæſarem, & Scipionem ac regem Jubam geſtum eſt.

Quid interſit, non ſane intelligo] Cauſſam infra exponit: quia non multum inter victores interfuturum putat. de Pompejanorum crudelitate, ſi viciſſent, vide epiſt. 9. & 14. lib. 4. & epiſt. 6. lib. 9.

Inter victorias non multum interfuturum] Idem epiſt. 3. & 4. lib. 6. item epiſt. 9. & 4. lib. 4. & epiſt. 6. lib. 9.

Injuriam] Urbe carebat Meſcinius, hac illi, ut opinor, a Cæſare pœna impoſita, quia Pompejum initio belli ſecutus eſſet. nam, quin hoc tempore fuerit in Italia, dubitandum non eſt; cum ſubjungat Cicero: *Ad te veniam brevi. Injuriam* igitur, quod urbe immerito careret. Sic ad Cæcinam, eadem

dem cauſa exſulantem, epiſt. 5. lib. 6. *Hærere non poteſt in tam bonis civibus tam acerba injuria.* Et epiſt. 10. lib. 6. *Injuriam temporum.*

Cum tuam ſummam humanitatem, tum etiam tuas litteras] Naturam & doctrinam laudat: quarum altera efficiat, ut pacatiore animo Meſcinius injuriam ferat; altera, ut humana omnia, cum abſit culpa, ne putet in malis eſſe numeranda.

Pag. 298. *Sicut omnes fere*] Quod reprehendere cœperat, excuſat multorum exemplo. nam, *Fere*, dixit, ne omnino ſuperiorem ejus mollitiem excuſaret.

Vita ingenua] Quam nunc tempora eripiunt. quod enim ſentimus, eloqui libere & ingenue non licet.

Beata & libera] Nunc miſerrima & ſerviente.

Nullum ſenſum] De quo tamen dubitare viſus eſt in epiſt. 16. ſed orationem tempori accommodat.

Si me diligis] Dubitatio videtur, quæ nulla tamen eſt. valet enim, pro amore in me tuo, pro eo quantum me diligis, & in extrema epiſtola, *Me velim*, inquit, *ut facis, diligas*, qui locus ex hoc dubitationem tollit.

Servias] Et *Servire*, & *Inſervire*, & *Indulgere*, & *Obſequi valetudini*, dicitur. epiſt. 9. 17. 18. ad Tironem lib. 16.

LIBRI VI.

EPISTOLA I.

Pag. 300. A. *Torquato*] Manliæ gentis, patriciæ, antiquiſſimæ. patriciam autem & Cicero hanc gentem fuiſſe oſtendit in oratione pro Sulla. verum & plebejos fuiſſe Manlios idem teſtatur in Phil. 1. *Propter unius*, inquit, *M. Manlii ſcelus, decreto gentis Manliæ, neminem patricium M. Manlium vocari licet.* Niſi hæc dixit habita ratione ſui temporis; cum & patricii & plebeji eſſent Manlii; non quod eo tempore, quo Manlius Capitolinus damnatus eſt, Manlii duorum generum eſſent. Livius quidem lib. 6. hoc Manliæ gentis decretum memorat, omiſſa patriciæ mentione. *Torquati* cognomen a Torque natum, quem Gallo ſingulari pugna victo detraxit T. Manlius. qua de re Livius lib. 7. Gellius lib. 9. cap. 13. Cicero lib. 1. de Fin. & Tuſc. 4. & de Off. lib. 3. Hunc Manlium vocat optimum virum epiſt. 1. ad Attic. lib. 1. Tranſiit ante Ciceronem in Græciam ad Pompejum, ut in epiſtola 7. ad eundem lib. 9. Africam videtur adminiſtraſſe poſt præturam: nam conſul numquam fuit. leguntur enim hæc in oratione pro Plancio: *Adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam, ſic ab illo graviſſimo, & ſanctiſſimo, atque omni laude & honore digniſſimo viro dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentis modeſtiſſimi pudor poſtulabat.*

Etſi ea perturbatio eſt omnium rerum, ut ſuæ quemque fortunæ maxime pœniteat; nemoque ſit, quin ubivis, quam ibi, ubi eſt, eſſe malit] Infra eadem ſententia, epiſtola 4. *Tempus eſt hujuſmodi, ut ſuam quiſque condicionem miſerrimam putet, & ubi quiſque ſit, ibi eſſe minime velit.* Hic advertendum, quater in primis hujus epiſtolæ comprehenſionibus repetitum, *Etſi, Tamen*: in quo ſi quis hodie noſtrum offenderet, excuſari vix poſſet.

Pag. 301. *Quiſquis*] *Quiſquis*, pro *Quiſque* interdum veteres uſurparunt, ut hic ipſe Tuſc. 5. *Ut quicquid objectum, eſt, quod modo a natura non ſit alienum, eo contenti non quærunt amplius.* In Verrem lib. 4. *Ita odorabantur omnia; ut, ubi quidquid eſſet, aliqua ratione invenirent.* Plautus Trinummo: *Sin unum quidquid ſigillatim & placide percunctabere.* Lucretius autem ſæpiſſime.

Oculi augent dolorem] Oratorie modo ſenſum oculorum auget, aurium imminuit, modo contra. nam epiſt. 9. l. 4. aurium ſenſu plus doloris, quam oculis percipi

ercipi dixit: quia Marcello reditum uadebat: hic, ut abſentem Torquatum onſoletur, oculis augeri dolorem ait. & epiſt. 4. *In omnibus*, inquit, *malis a-erbius eſt videre, quam audire*. & ep. 13. ib. 4. *Nec audio ſolum, quod ipſum eſſet miſerum, ſed etiam video, quo nihil eſt a-erbius, eorum fortunas diſſipari.*

Intueri coguntur] Quo dolor fit acerbior. audire autem, qui non vult, non cogitur: itaque poteſt avertere cogitationem a miſeriis.

Nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt] A conſuetudine enim oculorum animum abducere, difficilimum eſt.

Multarum rerum deſiderio] Quas cum rep. perdiderimus.

Cum magna moleſtia tuos tuaque deſideras] Liberos in primis: de quibus epiſtola 4. *Reliquum eſt, ut te angat, quod abſis a tuis tam diu. res moleſta, præſertim ab iis pueris, quibus nihil poteſt eſſe feſtivius.*

Aut præcipuam aliquam fortunam poſtulare, aut communem recuſare] Sic epiſtola 15. lib. 4. *Non debes aut propriam fortunam & præcipuam poſtulare, aut communem recuſare.*

Agitare animo] Tribus modis hoc verbum ad eandem ſententiam accommodatur, *Agitare animo*, *Agitare in mente*, *Agitare* ſimpliciter. primus hoc in loco modus oſtenditur, & pro Fonteio: *Vos & ſæpius eandem rem animis agitare, & diutius unoquoque de teſte cogitare poteſtis.* Alter lib. 1. de Nat. deor. *Habet nihil aliud, quod agitet in mente.* Tertius in Verrem: *Si hoc unum agitare cœperit, eſſe aliquod genus cogendæ pecuniæ.*

Ut non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem aut timorem] Vt in tuis cogitationibus locum deſperationi aut timori nullum tribuas: id eſt, ut neque de reditu deſperes, neque ſaluti tuæ timeas.

Qui in te adhuc injuſtior, quam tua dignitas poſtulabat, fuit] Cæſarem ſignificari manifeſtum eſt: de quo paullo mitius epiſt. 4. *Ejus enim, qui tardior in te levando fuit, quam fore putaramus, non eſt mihi dubia de tua ſalute ſententia.*

Non magna] Affirmant duæ negantes particulæ, ſed ita, ut aliquid imminuant. plus enim erat *magna ſigna*, quam, *Nec non magna.*

Nec tamen is ipſe] Cur ſalutis amittendæ timore angamur, cum is ipſe, a quo ſervari volumus, eodem timore vacare non poſſit? Augurium Ciceronis brevi Cæſaris interitus comprobavit.

Omnium bellorum exitus incerti] Vtrius partis victoria ſit futura, incertum eſt. epiſtola 4. *Omnis belli Mars communis, & ſemper incerti exitus prœliorum.* & Phil. 10. *Vt concedam incertos exitus eſſe belli, Martemque communem.*

Ab altera] Si Cæſar vicerit in Hiſpania.

Sejunctum ab omnium interitu] Aut ſimul omnes victoris clementia ſervabimur; aut ejuſdem ira peribimus. epiſtola 4. *Illud cuivis facile eſt docere, cur præcipue tu dolere nihil debeas.*

Ab altera] Si vicerint Pompejani.

Numquam timuiſſe] Licet a bello diſceſſeris. *Numquam*, dicit, ut ſignificet nec antea, bello ſcilicet Africano, timuiſſe Torquatum a Pompejanorum victoria.

Pag. 302. *Quaſi conſolationis loco*] Non plane conſolationis loco: quia, cum patria, quæ nobis rerum omnium cariſſima debet eſſe, periclitetur; minus angi privatis incommodis debemus. itaque communis periculi recordatio, quaſi quædam conſolatio videtur eſſe. Hujus generis illud eſt in epiſtola ſequenti: *Miſera eſt illa quidem conſolatio, tali præſertim civi & viro, ſed tamen neceſſaria, nihil eſſe præcipue dolendum in eo, quod accidat univerſis.*

Multa dicant] Quæ ad conſolandum valent. ſignificat ea, quæ inſignes Philoſophi de ſedando luctu conſcripſerunt: quorum ſententias poſtea Cicero, amiſſa filia, in ſua ſcripta tranſtulit, ægritudinis leniendæ cauſſa. eorum nomina recitat divus Hieronymus in Epitaphio Nepotiani. *Legimus*, inquit, *Crantorem, cujus volumen ad confovendum dolorem ſuum ſecutus eſt Cicero: Platonis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tonis, Diogenis, Clitomachi, Carneadis, Poßidonii ad ſedandos luctus opuſcula percurrimus; qui diverſis ætatibus diverſorum luctum vel libris vel epiſtolis minuere ſunt conati: ut etiam, ſi illorum areret ingenium, de illorum poſſet fontibus irrigari.

Vereor, ne conſolatio nulla poſsit vera reperiri] Mei veteres libri, *Vlla*, omnes habent: ſed, *Nulla*, requirit ſententia. nam *Vereor* cum ſimplici negatione conjunctum, uſurpatur in rebus, quas accidere nolimus, ut *Vereor ne filius peccet:* cum gemina vero negatione, in rebus, quas accidere nollemus: ut, *Vereor ne filius non recte vivat:* volumus enim filium recte vivere: interdum, quod idem valet, pro gemina negatione utimur, *ut*, hoc modo: *Vereor ut filius recte vivat.* quare videtur aut legend. hic, *Vereor ut conſolatio ulla poßit vera reperiri:* aut, *Vereor ne conſolatio nulla poßit vera reperiri.* nam & paullo poſt cum dicit, *Vereor ne nefas ſit dicere:* hoc ſignificat, nefas ſit dicere. ſic igitur, ſi dicas, *Vereor ne conſolatio ulla poſsit vera reperiri:* hoc ſignifices, conſolatio aliqua poſſit vera reperiri. quod a Ciceronis mente diſcrepat. nullam enim ait ſibi videri eſſe conſolationem tanti mali, præter illam, &c. Vide, quæ de hoc verbo, *Vereor*, diximus in epiſt. 1. lib. 2.

Quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum] Non enim omnes, qui præteritam vitam æque laudabiliter traduxerint, æque conſcientia ſuſtentantur: ſed ut quiſque firmo aut infirmo animo eſt, ita majorem aut minorem a conſcientia conſolationem capit. quo ſpectat illud in epiſt. 4. *Quæ tamen, ſi poſsis eam ſuſcipere, maxima eſt.*

Satis eſt] Ergo felicitas non ab iis rebus, quæ ab aliis aut a fortuna dantur, ſed a nobis eſt: quæ Stoicorum fuit opinio: ut Acad. lib. 1. ſed Ariſtoteles Eth. lib. 1. & Polit. lib. 7. adjunxit externa bona.

Bene beateque vivendum] *Bene vivit*, qui cum virtute vivit: *beate*, cui nihil omnino deeſt. addidit enim *Beate*, quia *recte vivere*, non idem eſt cum beate vivere: quod Ethic. lib. 1. ad Eudemum ſcripſit Ariſtoteles. nobilitas enim, proles, opes, divitiæ, amici, vires etiam corporis & pulchritudo ad beatitudinem conferunt: ſine quibus tamen licet bene vivere: quod virtutis eſt.

Vereor, ne eum, qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſsit, miſerum eſſe nefas ſit dicere] Interrogandi nota ſententiam alii concludendam putant. quibus aſſentirer, ſi legeretur, *Verear*. quomodo autem nunc eſt, elicitur hoc: fortaſſe nefas eſt eum appellare miſerum, qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſit. nam ut, *Non vereor ne*, negationem ſignificat: ut illud epiſt. 7. lib. 2. *Non vereor, ne quid timide, ne quid ſtulte facias:* idem eſt, ac ſi dicas, nihil te timide, nihil ſtulte facturum confido: & epiſt. 12. lib. 5. *Non vereor, ne aſſentatiuncula quadam tuam gratiam videar aucupari.* ut igitur qui dicit, *non vereor ne*, negat, non affirmat: ſic qui ait, *vereor ne*, affirmat potius, quam negat. timet enim aliquid futurum, quod nollet. quocirca, *Vereor ne nefas ſit dicere*: valet, opinor eſſe nefas: vel fortaſſe nefas eſt dicere. Minime igitur neceſſaria eſt nota illa interrogantibus uſitata. Neque vero, *Non vereor*, legendum eſt: ne ſine cauſſa diſcedamus ab antiquis libris.

Optimorum conſiliorum] Cum dixerit, *Bene ſentire, recteque facere*, videtur hic addere debuiſſe, *Atque factorum.* ſed nobilius poſuit, nec alterum, licet omitteret, excluſit.

Miſerum] Non enim eo te miſerum putes, quia reſp. miſerrima eſt; cum te poſſis optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare.

Victoriæ præmiis ductos] Vt Pompejanos quoſdam: de quibus epiſt. 6. *Victa eſt auctoritas mea non tam a Pompejo (nam is movebatur) quam ab iis, qui duce Pompejo freti, peropportunam & rebus domeſticis & cupiditatibus ſuis belli victoriam fore putabant.* hanc rem & Cæſar attigit lib. 1. de bell. civ.

Officium] Epiſt. 5. lib. 9. *Secuti ſumus non ſpem, ſed officium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Qui neque cum id faciebamus, tam era-nus amentes] Hæc particula, *Neque*, hic habet vim quandam, non ſæpe uſitatam: ſubauditur enim, *non modo:* ut ſit: *non modo nunc, ſed neque tunc.* Simpliciter epiſt. 15. lib. 9. *Neque ego aliter accepi.* & epiſt. 4. ad Attic. lib. 1. *Neque id ne glexi.*

Pag. 303. *Si id evenit*] Vt vinceremur.

Ingredientibus nobis in cauſſam] Publicam cauſſam ſuſcipientibus contra Cæſarem, ſenatui dicto non audientem. Eandem ſententiam poſuit epiſt. 12. in eo loco: *Cum recordarer te in hoc ipſum bellum eſſe ingreſſum, non ſolum victor beatus, ſed etiam ſi ita accidiſſet, victus ut ſapiens eſſes.* Nec diſſimiliter in epiſt. 6. *Sin propter incertos exitus eventuſque bellorum poſſe accidere, ut vinceremur, putaſſes: non debere te ad ſecundam fortunam bene paratum fuiſſe, adverſam ferre nullo modo poſſe.*

Cadere animis] *Cadimus animo*, & *Cadit animus*, utrumque enim dicitur: in Lælio: *Nec debilitari animos aut cadere patitur.* Et Tuſc. 1. *Simul animus cum re concidit.* Et Phil. 3. *Allato nuncio de quarta legione, mente concidit.*

Præſtandum] *Præſtare culpam* dicitur, qui culpam vitat. hoc præſtare debemus: reliqua ne curemus: non enim præſtanda nobis ſunt; quia malum in una culpa ſitum eſt.

Perditis rebus omnibus] Hoc refertur ad illud: *Reliquum eſt, ut te excruciet commune periculum reipub.* Hæc, inquit, ideo dixi, ut intelligas, vel ſi omnia interierint, virtutem tamen ſuſtentare ſe ipſam poſſe. Quanta igitur cujuſque virtus, tantam ille ab ipſa virtute conſolationem capit. quod ſupra dixit, *Quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum, tanta conſolatio eſt*; atque hæc virtus, hoc robur, hi nervi ſunt eorum, qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſunt. Quod autem hic, *Perditis rebus*, infra dixit, *Perdita rep.* & in epiſtola ſequenti, *Remp. funditus interire:* & ibidem paullo poſt: *Sin omnino interierint omnia.* & epiſt. 21. *Everſis omnibus rebus:* & epiſtola ult. libri ſuperioris, *Fortunam funditus everſam.* Contrarium eſt, *Salvis rebus*, epiſt. 1. lib. 4.

Quicumque ſtatus eſt futurus] Infra: *Nec dubitare debes, quin aut aliqua rep. ſis futurus, qui eſſe debes: aut, perdita, non afflictiore condicione, quam ceteri.* Idem in epiſtola ſequenti.

Atque hæc mihi ſcribenti veniebant in mentem] Eleganter interdum a particula *Atque* ſententiam ordimur, ut proxime, *Atque hæc eo pertinet oratio.* & epiſt. 6. *atque utebar familiariſsime Cæſare.* & ad Terentiam epiſt. 4. lib. 14. *Atque ego, qui te confirmo, ipſe me non poſſum.*

Deſperationem] Cum de rep. deſperabam, ſi res ad arma deduceretur.

Conſilium improbabam] Pugnari nolebam: cupiebam quamvis iniqua condicione pacem. epiſt. 4. & 6. & libro ſuperiore, epiſt. ult.

Multo ante confirmata per nosmetipſos] Cum Pompejus iterum conſul operam dedit, ut Cæſari Galliarum adminiſtratio in alterum quinquennium prorogaretur. de quo in epiſt. 6. Ipſum Pompejum conſulem pugnaſſe dicit. & ad Att. epiſt. 3. lib. 8. de Pompejo: *Iſtum in remp. ille aluit, auxit, armavit: ille legibus per vim & contra auſpicia ferendis auctor: ille Galliæ ulterioris adjunctor: ille gener: ille provinciæ propagator: ille abſentis in omnibus adjutor.* Eadem dixit in Phil. 2.

Pag. 304. *Pilis & gladiis, non conſiliis neque auctoritatibus*] Sic epiſtola 7. lib. 4. *Non enim iis rebus præſtabamus, quibus valere poteramus, conſilio, auctoritate, cauſſa, quæ erant in nobis ſuperiora; ſed lacertis & viribus, quibus pares non eramus.*

De jure publico diſceptari] De ipſa rep. contendi. ſic epiſt. 4. lib. 4. *Poſteaquam armis diſceptari cœptum eſt de jure publico.* & epiſt. 14. ejuſdem libri: *Quanto periculo de jure publico diſceptaretur armis.*

Neque ego divinabam] Futura non videbam: ſed, ne acciderent, timebam.

Eventu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Eventu atque exitu] Exitus eventu, non eventus exitu, poſterior eſt. nam ultra eventum exitus eſt: ultra exitum nihil omnino.

Id futurum quod evenit] Fore, ut Cæſar vinceret.

Exploratius promittere] Non plane promittere, ſed exploratius, quam de victoria Pompeji. hoc quidem exploratius, quam illud, promittere, divinare tamen plane non poteram.

Iis rebus] Conſiliis, auctoritatibus, cauſſa. paullo ante. & epiſt. 7. lib. 4.

Militum robore] Epiſt. 3. lib. 7. de Pompejo: *Signa tirone & collecticio exercitu cum legionibus robuſtiſsimis contulit.*

Sed tu illum animum] Tale illud Sulpicii: *Noli imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur ſe tenere medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt.*

Philargyrus] Liberti cognomen, quod in ſervitute nomen unicum fuerat. valet autem, *Amator argenti.*

Suſpenſi] Exſpectatione eventus. pugnabatur enim in Hiſpania: itaque dixit ſupra: *Cum omnium bellorum exitus incerti ſint, &c.* & epiſt. 6. *Videmur intelligere, non diuturnum bellum fore.*

In ea urbe] Athenis. Pro Flacco: *Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur.* & lib. 1. de Orat. *Athenæ omnium doctrinarum inventrices.* epiſt. 4.

Nata & alta] In Bruto: *Vides ne, ut in ea ipſa urbe, in qua & nata & alta ſit eloquentia, quam ea ſero prodierit in lucem?* Veteres ab *Alo* & *Altum*, & *Altum* deducebant. Priſcianus, & Diomedes.

Ratio ac moderatio vitæ] Ob doctrinam, religionem, jura, leges. ideo putabantur Athenæ in tutela Minervæ.

Ser. Sulpicium] Græciæ præpoſitum a Cæſare. epiſt. 6. *Brutum Galliæ præfecit, Sulpicium Græciæ.* vide, quæ diximus epiſtola 12. lib. 4.

Benevolentia & ſapientia] Quæ ſapienter in re noſtra dicuntur ab amicis, creduntur facilius, & magis movent, quam ſi dicantur ab alienis. ideo conjunxit cum ſapientia benevolentiam. epiſt. 4. in extremo.

Auctoritatem & conſilium] Omnino cavendum civile bellum, cujus initia cernebantur, Sulpicius conſul cenſuit. epiſt. 4. lib. 4. *Abſens*, inquit, *cognoſcebam, quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cavendo & prædicendo ſententia.* & quæ ſequuntur.

Togati potius potentiam quam armati victoriam ſubiſſemus] Simile illud in epiſt. 6. *Nolo hunc exiſtimare, ea me ſcripſiſſe Pompejo, quibus ille ſi paruiſſet, eſſet hic quidem clarus in toga, & princeps, ſed tantas opes, quantas nunc habet, non haberet.* Subiſſemus, inquit, potentiam, ut ut rem gravem, ſed victoria tamen leviorem. ideo in epiſt. 4. *Cupiebam quamvis iniqua condicione pacem.* & in ultima ſuperioris libri: *Quavis tuta condicione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare.*

Quam neceſſe fuit] Amorem ſuum declarat, ac ſtudium confirmandi Torquati, cum plura etiam fortaſſe ſcripſerit, quam neceſſe fuit. ſimul illum tacite laudat, quaſi virtus ejus minus multa deſideraret. hoc ipſum dicit in epiſtola tertia; addita, quam hic omittit, ratione, cur fuerit longior. *Superioribus* (ait) *litteris, benevolentia magis adductus, quam quod res ita poſtularet, fui longior. neque enim confirmatione noſtra egebat virtus tua.* Et epiſt. 4.

Illa, quæ majora ſunt, brevius exponam] Rerum diverſarum connexio, in qua laborare multos video, vulgare non requirit ingenium. hic Cicero a conſolatione doloris ad promiſſionem auxilii percommode tranſit. nam, cum dixiſſet, *Hæc longiora*, ſubjunxit, *Illa majora.* ſic epiſt. 3. *Sed hæc conſolatio levior, illa gravior.* Et ad Appium epiſt. 10. lib. 3. *Atque hæc domeſtica: quid illa tandem popularia?* Et ad Caſſium, epiſt. 2. lib. 12. *Sed hæc tolerabilia: illud non ferendum, quod eſt, qui veſtro anno conſulem filium ſuum futurum putet.* Et Phil. 2. cum objicienti Antonio, civile bellum ejus culpa natum eſſe, co-

piaſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ioſe reſpondiſſet, tranſitum ita quæſiit ad aliam rem, vix ut interrupta narratio videatur, hoc modo: *Sed hæc vetera, illud vero recens, Cæſarem meo conſilio interfectum.* Hujus generis innumerabilia fere occurrunt: ſed faſtidium vitemus, & hæc ſibi quiſque, quod nos olim facere conſuevimus, notet in legendo.

Pag. 305. *Neminem*] Quia perierat Cn. Pompejus, & P. Lentulus, quorum opera reſtitutus ab exſulio fuerat.

Quibus tantum debebam, quantum tu intelligis] Plus ſcilicet, quam *tibi*. ſed, cum eos belli caſus eripuerit, nemo, cui plus quam tibi debeam, ſupereſt. epiſt. 4. *Benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non aſſequar.*

Belli caſus eripuit] *Mors eripuit*, de iiſdem dixit, epiſt. 13. lib. 4.

Qui ſim] Epiſt. 9. *Eodem tempore, eademque cauſſa noſtrum uterque cecidit.* & epiſt. 13. *Eadem cauſſa opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit.* & in ultima hujus libri: *Quid poßim, neſcio: vel potius me parum poſſe, ſentio.*

Studium certe] Si conſilio & opera prodeſſe tibi non multum potero, ſtudio certe numquam deero.

EPISTOLA II.

LEvari] Perſiſtit in tranſlatione, quia dixerat *Gravitate.*

Varietate] *Varietatem* non vocat mutationem cauſſæ; quia ſcilicet modo timuiſſent homines, modo ſperaſſent, ſed quod varietas fuerit inter cauſſam Torquati, & voluntatem opinionemque hominum; propterea quod, cum ei reditum in Italiam Cæſar conceſſiſſet, ut infra oſtendemus; fore ſperaverunt homines, ut paullo poſt redeundi quoque in urbem facultas ei permitteretur. in quo ſe difficilem Cæſar præbuit.

Adhuc] Sperare ſe aliquid oſtendit. nam, *Adhuc*, varietatis illius quam proxime nominavit, quaſi terminus videtur.

Aut volebant, aut opinabantur] *Contra voluntatem, & præter opinionem*, dixit epiſt. 2. lib. 3.

Pro malis temporum] Si rem ipſam ſpectes, moleſte ferendum videtur: ſi tempora conſideres, quæ peſſima ſunt; mihi crede, non eſt cur moleſte feras. Epiſt. 28. lib. 13. *Pro horum temporum perturbatione. Pro malis recte habebat*, epiſt. 14. lib. 12. ad Att. Alibi, *ut in malis, ut in perditis rebus.*

Pag. 306. *Armis urgeri rempub. ſempiternis*] Vt in armis de jure publico ſemper diſceptetur, ſicut adhuc quidem diſceptatur.

Poſitis] Infra addidit, *Abjectis, aut detractis.* hic *Poſitis*, communiter pro omnibus uſurpatum eſt.

Funditus interire] Amiſſa libertate: quod accidit: numquam enim poſtea ſuum jus reſp. recuperavit.

Si arma valebunt] Non loquitur de victoria armis parta, ſed de condicionis diuturnitate: id eſt, ſi armis res agetur. hoc enim ad illud reſpondet, *Neceſſe eſt armis urgeri rempub. ſempiternis.* De victoria vero ſtatim ſubjungit.

Reciperis] Recipiebatur, quia, licet in urbem redire non poſſet, in Italia tamen ei licebat eſſe. Hoc etiam e poſtremis epiſtolæ verbis colligitur: *Vt, aut quo ſcribam, aut quo veniam, ſcire poſſim.* nam, ſi extra Italiam Torquatus eſſet; non diceret Cicero, *Quo veniam.* Præterea, Torquatum in Tuſculano fuiſſe, ejuſque cauſſam Dolabellæ a Cicerone commendatam, ut ſcilicet ejus reditum in urbem a Cæſare ex Hiſpania redeunte impetraret, licet intelligere ex epiſt. 9. lib. 13. ad Att. Εὐκαίρως, inquit, *ad me venit, cum haberem Dolabellam, Torquatus: humaniſſimeque Dolabella, quibus verbis ſecum egiſſem, expoſuit: quæ diligentia grata eſt viſa Torquato.* Et ad eundem epiſtola 20. *Torquato noſtra officia grata eſſe, facile patior: eaque augere non deſinam.* Et epiſt. 21. *Quid poſſum a Torquato, niſi aliquid a Dolabella?* Et epiſt. 44. *Cum Dolabella vivendum eſſe iſtis diebus, vides. quod niſi me Torquati cauſſa teneret; ſatis erat dierum, ut Puteolos excurrere poſſem.* Atque illæ

ad

ad Atticum epiſtolæ, Cæſare ex Hiſpania, devictis jam Pompeji liberis, redeunte, ſcriptæ ſunt: hæ vero ad Torquatum, adhuc pugnante: id quod per ſpicuum ſatis eſt: hæc tamen una, confecto jam bello, & conceſſa Torquato manendi in Italia, non in urbem veniendi, poteſtate, ſcripta videtur eſſe, ideoque rejicienda in extremum locum.

Condicione] Quod inter utramque partem de ponendis armis conveniat.

Victoria detractis] Alterutra parte vincente, ita ut bellum nullum ſuperſit.

Reſpiraverit] Quia non amplius armis urgebitur reſp. quod ſi, victoria detractis armis, civitas reſpiraverit; bonitas in eo & clementia indicari videtur. in quo Cæſari, qui ſecunda jam fortuna uſus erat, Cicero aſſentatur, quamquam Pompeji partes afflictæ nondum penitus erant.

M. Antonius] Orator ille ſummus, qui loquitur in oratoriis libris.

Iam tum timebat] Ante Marii & Sullæ bellum, quo in bello ipſe eſt interfectus.

Pag. 307. *Suſpicabatur*] Ex diſcordiæ principiis. hoc ſignificatur initio lib. 1. de Orat. nam de ſermone inter Scævolam, Antonium, Craſſum habitum, ſic ait: *Quo quidem in ſermone multa divinitus a tribus illis conſularibus Cotta & commemorata & deplorata narrabat: ut nihil incidiſſet poſtea civitati mali, quod non impendere illi tanto ante vidiſſet.*

Tali præſertim civi & viro] Qui ne hoc genere conſolationis indigere deberet, probitate & virtute meritus eſt. *Civem* & *Virum* ſæpe conjungit Cicero. ut epiſt. 15. lib. 4. ad Att. *O virum, o civem.* & alibi.

Neceſſaria] Quid enim præterea conſolari poſſit?

In his paucis verbis] Non his proximis, quibus de omnium rerum interitu locutus eſt, ſed illis ſuperioribus, ab eo loco, *Neceſſe eſt aut armis urgeri remp. ſempiternis:* quibus aliquid eum, quod ſperet, habere oſtendit. nam, tribus propoſitis, ſi arma valeant, ſi omittantur, ſi funditus intereant omnia; ex primo, liberat eum timore; ex altero, ſpem affert recuperandi fortunas & dignitatem; tertium ſi eveniat, præcipuum dolorem adimit in eo quod accidat univerſis. Ergo, cum ſubjungat hic: *Profecto etiam ſine meis litteris intelliges, te aliquid habere, quod ſperes*: ad ſuperiora illa reſpexit.

Hoc] Dum de jure publico dimicatur.

Aliquo] Poſitis armis, aut abjectis, aut detractis, de quo ſupra.

Quo veniam] Erat igitur, ut dixi, Torquatus in Italia, nec tamen prope urbem: nam aut ille ad Ciceronem, aut ad illum Cicero, cum præſertim hoc tempore extra urbem eſſet, omnino acceſſiſſet. non fuiſſe autem in urbe Ciceronem, cum hanc epiſtolam ſcripſit, nec Torquatum prope urbem, oſtendunt ſuperiora illa verba: *Quod abſim ab urbe; ut, qui ad te proficiſcantur, ſcire non poſſim.* Poſtea vero Torquatus propius urbem acceſſit: ut recitata jam ex epiſtolis ad Att. loca demonſtrant.

EPISTOLA III.

QVam quod res ita poſtularet] Idem dixit epiſt. 1.

Pag. 308. *Neque erat ea mea cauſſa*] Meæ res eo loco erant: is erat mearum rerum ſtatus.

Earum rerum] Quæ geruntur in Hiſpania.

Idem exitus] Victoriam inſolentem & crudelem fore. infra.

Video animo] *Cernere animo*, dixit epiſt. 12. lib. 5.

Oculis cernimus] epiſt. 19. lib. 10.

Nec vero quidquam video, quod non idem te videre certo ſciam] Epiſt. 16. l. 2. *Non eam cognovi aciem ingenii tui; quod ipſe videam, te id ut non putem videre.*

Quem exitum acies habitura ſit, divinare nemo poteſt] Epiſt. 1. *Cum omnium bellorum exitus incerti ſint.* epiſtola 4.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Cum omnis belli Mars communis, & cum ſemper incerti exitus prœliorum ſunt: tum hoc tempore ita magnæ utrimque copiæ, ita paratæ ad depugnandum eſſe dicuntur, ut, utercumque vicerit, non ſit mirum futurum.

Belli exitum] Belli finem. quod in epiſtola ſequenti dixit, *Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum.*

Si id minus] De belli exitu, quem propinquum eſſe arbitror, falli fortaſſe poſſum: de ipſa certe victoria, qualis futura ſit, minime fallor.

Qualis futura] Quid ſignificet, indicant inferiora verba: *ita vivere, ut non ſit vivendum, miſerrimum eſt.* quibus verbis amiſſio priſtinæ dignitatis, legum interitus, & victoris inſolentia atque crudelitas prædicitur.

Si id vel ante acciderit] Si acciderit mors.

Ita enim vivere, ut non ſit vivendum, miſerrimum eſt] Epiſt. 3. lib. 7. *Vbi non ſis qui fueris, non eſſe cur velis vivere.*

Mori autem nemo ſapiens miſerum duxit, ne beato quidem] Miſeriam in morte nemo ſapiens conſtituit, ſed in turpi vita: quod ſi ne beato quidem mori miſerum eſt, quanto minus nobis in iis miſeriis, quæ poſt bellum impendent. epiſt. 16. lib. 5. *Vt ea non dicam, quæ ſæpiſſime & legi, & audivi, nihil mali eſſe in morte.*

In ea es urbe] Athenis. epiſt. 1. & 4.

Pag. 309. *Parietes ipſi*] Cum ſapientes multi Athenis de contemnenda morte diſputaverint.

Levis eſt conſolatio ex miſeriis aliorum] In epiſtola ſuperiore: *Miſera eſt illa quidem conſolatio, tali præſertim civi & viro, ſed tamen neceſſaria, nihil eſſe præcipue cuiquam dolendum in eo, quod accidat univerſis.*

Aut eorum qui diſceſſerint] Deſideratur omnino aliquid. deſignari enim duo genera hominum, ex eo, quod ſequitur, manifeſtum eſt. in antiquis libris non eſt alterum illud membrum, *Aut eorum qui remanſerint.* quod ex ingenio additum videtur. duo veteres libri habent, *Quam quamvis eorum qui diſceſſerint.* quod ſincerum exiſtimarem, niſi ſequeretur: *Alteri dimicant, alteri victorem timent.* Qui enim ab armis diſceſſerant, victorem Cæſarem timebant, contra quem pro Pompejo jam pugnaverant. itaque in epiſtola ſequenti, *Nemo eſt*, inquit, *quin cogitet, quam ſit metuendus iratus victor armatus.*

Cum omni vacem culpa] Sæpe in conſolationibus hanc ſententiam uſurpat. vide epiſtolam ſequentem & primam: ne multa ejuſdem generis afferentes lectorem obtundamus.

Senſu omni carebo] Amitti ſenſum in morte, & hic affirmat, & in epiſtola ſequenti: quod dubitare viſus eſt epiſtola 16. lib. 5. Ariſtoteles quoque non ſatis in eo ſuam ſententiam aperuit.

Rurſus] Quia rurſus de morte philoſophari cœpit, quaſi veniam petit, cum ad eum ſcribat, qui Athenis, ut paulo ante dixit, ea vel plura vel ornatiora a doctiſſimis ac ſapientiſſimis viris audire poſſit. qui hæc igitur ad te, noctuam ſcilicet Athenas mittit. Adagium inde ortum, quod Athenis nummi percuterentur cum imagine noctuæ. noctuæ igitur Athenis multæ, quia nummi multi. epiſt. 3. lib. 9. & ult. lib. 2. ad Q. Fr. & interpres Ariſtophanis.

EPISTOLA IV.

Pag. 310. NOn *diuturnum bellum.*] Quod in Hiſpania cum Pompeji liberis Cæſar gerebat: de quo dixit in epiſtola proxima: *Belli exitum video.*

Non quo, ſed quod difficilis erat conjectura] Mendoſus, & fortaſſe mutilus locus. nec opem ferunt antiqui libri. unus Fulvii habet ſic: *Putabam quo ego certo ſciam, ſed quod difficilis erat conjectura.* alter: *Putabam non quo modo, ſed quod difficilis erat conjectura.* reliqui omnes, ut impreſſum eſt. Ego hic ingenio nihil aſſequor, quod probem.

Omnis belli Mars communis] Incerta ſemper victoria eſt. unde illud in oratione pro Milone: *Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque com-*

communem; qui ſæpe ſpoliantem jam & exſultantem evertit, & perculit ab abjecto. & pro Sextio: *Nimium communem Martem, bellique caſum metuens.* & Phil. 10. *Ut concedam, incertos exitus eſſe belli, Martemque communem.* De hoc genere ornamenti ſic lib. 3. de Orat. *Gravis eſt modus orationis, & ſæpe ſumendus: ex quo genere ſunt hæc, Martem belli eſſe communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellari pro vino, &c.*

Pag. 311. *Magnæ utrimque copiæ*] Pompejanæ majores. nam in eo libro, quem de bello Hiſpanienſi vel Hirtius, vel Oppius conſcripſit, hæc ſunt: *Erat acies* XIII. *aquilis conſtituta, quæ lateribus equitatu tegebatur, cum levi armatura millibus ſex. præterea auxiliares accedebant prope alterum tantum, noſtra præſidia* LXXX. *cohortibus, & octo millibus equitum.*

Ut, utercumque vicerit, non ſit mirum futurum] Hic locus corrupti ſuperioris loci ſententiam demonſtrat.

Inter victorias] Hoc & in proxima epiſtola, & in ſuperioris libri ultima: ſed hic ratio ſubſcribitur.

Alteros] Pompejanos.

Propemodum] Non plane, ſed propemodum: quia, cum belli civilis initio Pompejani crudeliter otioſis minati eſſent, inde licuit conjicere, quales in victoria futuri eſſent. vide epiſt. 6. lib. 9.

Iratus victor armatus] Iratus iis, qui Pompejum ſecuti eſſent. *Victor*: quia victoria, etiam ſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque reddit: ut, etiam ſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur: multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda ſunt. *Armatus*: nam depoſitis armis, ira defervescit, & ad levitatem animus paulatim delabitur: arma vero qui adhuc retinet, victoria recenti, facile iis ad cædem utitur. Ab irato, a victore, ab armato quid non timendum?

Præter illam, quæ tamen, ſi poſſis eam ſuſcipere, maxima eſt] Hæc eſt illa conſolatio, de qua dixit epiſt. 1. *Præter illam, quæ tanta eſt, quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum, ut ea uti poſſis.* non enim omnes ii, qui recte vixerint, æque conſcientia ſuſtentantur: ſed qui fortiores animo ſunt, eo majorem a conſcientia conſolationem capiunt. prodeſt igitur magis aut minus conſcientia, pro cujuſque animo.

Eventus noſtri conſilii] Quia victi ſumus.

Conſilium] Quia pro rep. arma ſumpſimus. epiſt. 1. *Quoddam nobis officium juſtum, & pium, & debitum reip. noſtræque dignitati videbatur.* & epiſt. 5. l. 9. *Conſilii noſtri, ne ſi eos quidem, qui id ſecuti non ſunt, non pœniteret, nobis pœnitendum putarem, &c.*

Ad ferendum] Moderate: quod proxime dixit. eſt enim hic, *Ferre*, pro tolerare.

Ejus] Cæſaris.

Qui tardior in te levando fuit] Epiſt. 1. *Qui in te adhuc injuſtior, quam tua dignitas poſtulabat, fuit.*

Non eſt mihi dubia de tua ſalute ſententia] Epiſt. 1. *Signa dedit animi erga te mitigati.*

De aliis] De Pompejanis, ſi vicerint. eandem ſententiam poſuit in epiſt. 1. *Ab altera victoria tibi periculum nullum eſſe perſpicio: ab altera te ipſum numquam timuiſſe certo ſcio.* & epiſt. 3. *Si arma valebunt; nec eos, a quibus reciperis, vereri debes, nec eos, quos adjuviſti.*

Quid ſentiam] Cum tu quoque ſentias idem, quod ego, ab iis tibi timendum non eſſe.

Pag. 312. *Pueris*] Manlia natis. nam, ut eſt in oratione pro Plancio, A. hic Torquatus uxorem habuit T. Torquati, fratris ſui patruelis, filiam. feminas autem gentis nomine appellari ſolitas, quis jam neſcit?

Feſtivius] Feſtivitas laudari ſolet in pueris. epiſt. 10. ad Att. lib. 1. *Puer feſtivus Soſitheus deceſſerat.* & pro Flacco: *Matereulæ ſuæ feſtivus filius. Feſtivus* autem eſt, qui ſermone & adſpectu hilaritatem excitat. & *Feſtivam librorum copiam* dixit Cicero, quam cum videret, lætabatur, & *feſtivam picturam* in paradoxis.

Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Vt antea ad te ſcripſi] Initium ſignificat epiſtolæ primæ.

Acerbius eſt videre quam audire] Epiſt. 1. *Oculi augent dolorem, qui ea, quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt.* & epiſtola 13. lib. 4.

Ad omnes caſus ſubitorum periculorum magis objecti ſumus] Vide ingenium. diverſo modo in re diverſa argumentatur. nam hic ad leniendum Torquati deſiderium, urbanam vitam ſubitis periculis objectam eſſe ait: at, cum ad Marcellum ſcriberet, quem Romam redire cupiebat, tutiorem eſſe probat in urbe vitam, quam in externis alieniſque locis. *Magna* (inquit) *gladiatorum eſt licentia: ſed in externis locis minor etiam ad facinus verecundia.*

Objecti] Præpoſiti, ut epiſtola 16. lib. 5.

Pag. 313. *Litteræ*] Vide epiſtolam 3. lib. 4. & epiſt. 15. lib. 5. & epiſtola 6. hujus libri, & epiſt. 2. & 3. & ult. libro 9.

Longinquitas temporis] Epiſt. 5. lib. 4. *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.* Et ep. 16. lib. 5. *Quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus vetuſtate tollit, id nos præripere conſilio prudentiaque debemus. Quod eſt dies allatura, id conſilio anteferre debemus; neque exſpectare temporis medicinam, quam repræſentare ratione poßimus.* Et epiſt. 11. ad Attic. lib. 12. *Conſolationum multæ viæ, ſed illa rectißima. impetret ratio, quod dies impetratura eſt.* Et epiſt. 28. lib. 7. *Me non ratio ſolum conſolatur, quæ plurimum debet valere, ſed etiam dies, quæ ſtultis quoque mederi ſolet.*

Quanto fuerim dolore, meminiſti] Offendi ſcio Latinæ linguæ rudes hoc loquendi genere: quaſi mendoſum ſit, *Quanto fuerim dolore:* ſincerum autem, *Quanto fuerim in dolore:* quia ſcilicet non dicatur, *Ego ſum lætitia*, ſed, *Ego ſum in lætitia.* Apte vero & appoſite. quis enim hoc negat, *Ego ſum lætitia, dolore, ſpe*, Latine non dici? at illud quis negare poteſt, *Ego ſum magna lætitia, magno dolore, magna ſpe*, recte & eleganter dici? Diſcant igitur uti ſimilibus exemplis; ubi refellere aliquid, aut probare conantur, nec tam facile conſenſum auctoritatemque veterum omnium librorum contemnant.

Cæteros] Qui pacem improbabant: non, *Ceteros*, omnes: nam Servius Sulpicius, Marcus Marcellus, & alii pacem ſuaſerunt. epiſt. 1. 2. 3. 7. 9. lib. 4.

Quamvis iniqua condicione] Epiſtola ultima ſuperioris libri: *Quavis tuta condicione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare.* Et epiſt. 6. lib. 3. & in epiſtola ad Pompejum lib. 8. ad Attic. *Mea quæ ſemper fuerit ſententia, primum de pace vel iniqua condicione retinenda, meminiſſe te arbitror.* Et ad Att. epiſt. 5. lib. 7.

Caſu factum] Vt viderim plus, quam ceteri: id eſt, ut Cæſar vicerit: quod ego metuens, cupiebam quamvis iniqua condicione pacem.

Si jam vocer ad exitum vitæ] Si quis mihi vitam eripiat. Non loquitur de naturali morte: ſequitur enim: *Vetat in eo vim timere.*

Non ab ea rep. avellar, qua carendum eſſe doleam] Eadem conſolatio in epiſtola 17. lib. 5. *Illud utinam ne vere ſcriberem; ea te rep. carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet.* Et infra, ep. 6. *Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaque in confuſione rerum omnium viveremus. neceſſe eſt enim, minore deſiderio perdita repub. carere, quam bona.*

Sine ullo ſenſu] Earum rerum quæ accidunt in vita. infra, & epiſt. 3. *Si non ero, ſenſu omni carebo.*

Ætas & acta jam vita] Epiſt. 20. *ita viximus, & id ætatis jam ſumus.*

In eo] In morte, a qua non longe abſumus.

Vim] Quæ a victoribus poſſit afferri.

Is vir] Cn. Pompejus, tribus triumphis clarus. Argumentum a caſibus clariſſimorum virorum: quo etiam uſus eſt epiſt. 6. *Commemorarem* (inquit) *non ſolum veterum, ſed horum etiam recentium*

vel ducum vel comitum tuorum graviſsimos caſus. levat enim dolorem communis quaſi legis & humanæ condicionis recordatio.

Ii viri] M. Bibulus, P. & L. Lentulus, L. Domitius, Ap. Claudius, alii.

In illo ipſo quod timetur] In morte. ſic ad Attic. epiſt. 11. lib. 10. *Vitam miſeram, majuſque malum, tamdiu timere, quam eſt illud ipſum, quod timetur.*

Dolor nullus] Amiſſo ſenſu. paullo ante, & epiſt. 3.

Pag. 314. *Benevolentia*] Vide initium ſuperioris epiſtolæ.

Servium] Sulpicium, qui Achajæ præerat.

Athenis] Vrbe ejus imperii & juriſdictionis, epiſt. 1.

Prudentiſsimi] Epiſt. 1. *Qui te profecto & benevolentia & ſapientia conſolatur.*

Tua virtute] Quando Servius diſceſſit, cujus te benevolentia & ſapientia valde levabat. Ne tamen omnem in uno Sulpicio Torquati conſolationem ſitam fuiſſe oſtenderet, ideo dixit, *Vt ſoles.* ita eum debita virtutis laude non privavit: quam tamen ei, ut in ep. 6. legitur, Philargyri ſermo ademerat. Et quod hic, *Virtute tua*, in epiſt. 6. *Firmitudine animi*, dixit.

Studioſe diligenterque] Studium eſt animi: diligentia re ipſa præſtatur.

Benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non aſſequar] Epiſt. 8. lib. 1. dixit, *Minus faciemus, quam debemus.* & epiſt. 4. ejuſdem libri: *Si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videor tuorum meritorum aſſecutus.* Merita Torquati ſignificantur & in epiſt. 1. in extremo: *Ego*, inquit, *habeo, cui plus quam tibi debeam, neminem. Aſſequi* plus eſt, quam *Imitari.* imitatur enim is, qui poſt ſequitur: aſſequitur autem, qui ad eum, quem ſequebatur, jam pervenit. utriuſque verbi vim plane Cicero expreſſit lib. 1. de leg. *In hiſtoria* (inquit) *puerile quiddam conſectatur: ut unum Clitarchum, neque quemquam præterea de Græcis legiſſe videatur, cum tamen velle dumtaxat imitari: quem ſi aſſequi poſſet, aliquantulum ab optimo tamen abeſſet.*

EPISTOLA V.

CÆcinæ] Cognomen eſt Liciniæ gentis, ut oſtendit Plinius lib. 20. cap. 18. Cæcina vero ex Etruria Romam venit, ut epiſtola ſequenti, & oratione pro illo habita, quæ exſtat, intelligitur. & videtur hoc accepiſſe cognomen a Cæcina, Volaterrani agri fluvio, quem nominat Plinius lib. 3. cap. 5. nam & Cæcinam Volaterranum, idem Plinius appellat lib. 10. cap. 24. & Tiberius prænomen a Tiberi fluvio deductum crediderim, & Aufidius atque Aternius, quæ Romanarum gentium nomina fuere, & a fluviis Aufido & Aterno, non Aufido, qui eſt in Apulia, apud quem natus eſt Horatius Poeta, ſed eo, qui fluit ad Pontinas paludes. Aternus autem, qui hodie *Peſcara* dicitur, Veſtinos dividit a Marrucinis, ortus in agro Amiternino. Hujus Cæcinæ uxor *Cæſennia* nominatur in oratione, quæ illum moriens ex deunce & ſemuncia heredem reliquit. *Cæcina*, & unica *n* ſcribo, & ſecunda ſyllaba producta, & Porcina, Catelina, Arvina, Spurina, Hemina: quibus Romanæ cognominibus uſæ ſunt. id trium quoque veterum lapidum teſtimonio comprobatur.

Filium tuum] Non e Cæſennia natum, ſed ex priore uxore: quod ex oratione licet conjicere.

Video autem fere quotidie] De hoc genere ornamenti, quod fit verbo repetito, diximus epiſt. 1. lib. 1. in eo: *Sunt qui ſunt, qui regis cauſſa velint, qui pauci ſunt.* hujus generis & illud eſt ep. 17. lib. 9. *Fiet quodcumque volent qui valebunt: valebunt autem ſemper arma.*

Quantum valeam] Parum ſe valere oſtendit epiſt. 1. *Qui ſim hoc tempore intelligo.* & epiſt. 13. lib. 4. ut alia loca omittantur, quæ multa ſunt.

Liber] Quo Cæſarem laudabat, ut epiſt. 7. nam ille, quo maledixit, antea ſcriptus erat.

Cuſtoditur] Scripſerat enim Cæcina epiſt. 7. *Filius, ut audio, pertimuit, neque injuria, ſi liber exiſſet; quando non tam intereſt,*

intereſt, quo animo ſcribatur, quam quo accipiatur; ne ea res inepte mihi noceret. Et in ejuſdem epiſtolæ clauſula: *Peto a te, ne liber exeat; aut ita corrigas, ne mihi noceat.* Nec dubito, quin hæc epiſtola poſt illam ſcripta ſit.

Pag. 315. *Non mihi ſumo, ut plus ipſe proſpiciam, quam te videre atque intelligere mihi perſuaſerim*] Solet, cum de futuris rebus loquitur, arrogantia ſuſpicionem vitare, communicata prudentiæ laude cum eo, ad quem ſcribit, ut ep. 16. lib. 2. *Non eam cognovi aciem ingenii tui, quod ipſe videam, te id ut non putem videre.* & epiſt. 3. hujus libri: *Nec vero quidquam video, quod non idem te videre certo ſciam.*

Quia fieri poteſt, ut tu ea perturbatiore animo cogites] Simili excuſatione Sulpicius epiſt. 5. lib. 4. avertit a ſe culpam arrogantiæ, cum Ciceronem conſolari vellet. *Quæ (inquit) mihi in mentem venerunt, decrevi brevi ad te perſcribere: non quod ea te fugere exiſtimem; ſed quod forſitan, dolore impeditus, minus ea perſpicias.*

Ea natura rerum] Quia nihil idem eſſe diu poteſt.

Temporum] Civilium. *Rerum hoc natura & civilium temporum non patietur,* ait in epiſtola ſequente.

Tam bona cauſſa] Suſcepta pro communi libertate.

Injuria] Sic ad Meſcinium ep. ult. ſuperioris libri: *Intellexi, quam fortiter injuriam ferres.* ep. 10. lib. 6. bis.

Quam extra ordinem de te ipſo habemus] Præcipuam, non eandem quam habemus de aliis, qui patria carent. Hic quæro, quibus cauſſis adductus Cicero ſpem haberet extraordinariam de Cæcina. non enim ob ingenium & virtutem, quæ paullo poſt nominantur, ſpem de ipſo præcipuam ceperat: ſed illa dixit ad eam ſpem accedere, quam extra ordinem jam habebat. itaque aliæ cauſſæ, præter ingenium & virtutem, quærendæ ſunt, quæ ſpem extraordinariam efficerent. quæ quoniam occurrunt nullæ, dicendum eſt, cum Cicero ſcripſit, *Quam extra ordinem de te ipſo habemus*, ſignificaſſe eam ipſam ſpem, quam haberet ob illius ingenium & virtutem, non ullam, quæ ſine ingenii & virtutis acceſſione extraordinaria eſſet, ut hoc dixerit: accedunt ad ſpem, ut extraordinaria ſit, ingenium & virtus: accedunt autem præter illa, quæ tibi ſunt cum aliis communia. Eſt omnino inconſequens & obſcura locutio: ex quo vereor, ne corrupte totus hic locus legatur. Ac fieri tamen poteſt, ut ita ſcripſerit Cicero, & inciderit in vitium, quod Græci σολοικοφανὲς appellant. Cujus generis nonnulla cum in reliquis ejus ſcriptis, tum in libris maxime contra Verrem deprehenduntur, quæ Pedianus adnotavit.

Dignitatem & virtutem tuam] Nota dignitas eſt, *virtus* autem dupliciter accipitur, pro quadam naturæ præſtantia, etiam ſine doctrina, & pro ipſa doctrina. pro naturæ præſtantia hic & in oratione pro Archia: *Multos homines excellenti animo ac virtute fuiſſe, & ſine doctrina, naturæ ipſius habitu prope divino, per ſe ipſos & moderatos & graves exſtitiſſe fateor: etiam illud adjungo, ſæpius ad laudem atque virtutem naturam ſine doctrina, quam ſine natura valuiſſe doctrinam.* Doctrina vero virtutis nomine paullo poſt demonſtratur, in eo, *Propter eximium ingenium ſummamque virtutem.* vide epiſt. 4. lib. 4. & ep. 27. lib. 13.

Accedunt tua præcipua] Hæc ego libenter, atque etiam quæ ſequuntur, *Propter eximium ingenium ſummamque virtutem,* parentheſi ſuperiore includerem, ut poſt communia multorum ornamenta, ſtatim præcipua Cæcinæ ſubjicerentur. Sed hoc videtur fieri non poſſe propter illud, *ad eam ſpem:* quod ad aliquod verbum referri neceſſe eſt. Omnino carere locum mendo vix crediderim: aut, ſi modo vacat, erit ex eo genere, quod Pedianus habere ſolœciſmi ſpeciem, in Cicerone interdum notavit.

Mehercule] Cum ex veteribus libris alii, *Mehercule*, alii *Mehercules*, habeant; malui *Mehercule*, ipſius Ciceronis au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ctoritate cômmotus, apud quem in Orat. ita ſcriptum eſt: *Pomeridianas quadrigas, quam Poſtmeridianas, libentius dixerim, & Mehercule, quam Mehercules.*

Cujus in poteſtate ſumus] Epiſt. 7.l.4. *Cogitare deberes, te fore in ejus ipſius, quem fugeres, poteſtate.* Varie ſummam Cæſaris poteſtatem oſtendit, duobus quidem modis in ea, quam proxime appellavimus, epiſtola: *Penes quem eſt poteſtas*: &, *Qui tenet remp.* in epiſtola vero octava ejuſdem libri, *Qui omnia tenet*: in nona, *Omnia delata ad unum ſunt*: in decimatertia, *Qui plurimum poteſt.*

Eo ipſo bono tuo] Cæcinæ ingenio in epiſtola ſequenti: mirifice ingeniis excellentibus, quale eſt tuum, delectatur.

Violatum] Quia Cæcina in Cæſarem ſcripſerat, epiſtola 7. & Suetonius, ubi de Cæſaris moderatione ac clementia loquitur, *A Cæcinæ*, inquit, *criminoſiſſimo libro laceratam exiſtimationem ſuam civili animo tulit.*

Quod ipſum lenitur] Hæc ipſa ira, quam commovit in Cæſarem liber tuus, quotidie ſedatur.

Natus] Patre nobiliſſimo; ut in epiſtola ſequenti.

Cognitus] Durior eſt condicio ſpectatæ virtutis, quam incognitæ, inquit M. Brutus in epiſtola ad Ciceronem. ſimile illud epiſt. 6. lib. 1. *Præſta te eum, qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus.* Nec alienum eſt ab hac ſententia, quod legitur epiſt. 14. lib. 9. *Nec licet quidem tibi jam, tantis rebus geſtis, non tui ſimilem eſſe.*

Pag. 316. *Vetuſtas noſtri amoris*] Quippe cum etiam ejus patre familiariſſime ſit uſus. vide epiſt. 66. lib. 13.

EPISTOLA VI.

M*Eritorum multorum & ſtudiorum parium*] Epiſt. 66. lib. 13. Cæcinam appellat hominem omnibus ſecum ſtudiis officiiſque conjunctiſſimum. Hic vel ſtudia litterarum ſignificantur, ut epiſt. 15. lib. 5. *Vetuſtas, amor, conſuetudo, ſtudia paria*: vel etiam ſtudia in remp. quia fuerat uterque in præſidiis Pompeji, pro cauſſa optimatum, id eſt reip. Antea legebatur, *Et ſtudiorum, & partium.* placuit eorum ſententia, qui, *Studiorum parium*, ope aliqua veteris libri repoſuerunt.

Sed tamen vereor] Etiamſi deeſſe tibi non debere intelligas officium meum; tamen vereor, ne litterarum a me officium requiras.

Pag. 317. *Expuliſſent*] Clodiana tempora ſignificat, nec magis ipſum Clodium, quam Cæſarem, Pompejum, Craſſum tacite carpit: qui omnes, pulſo Cicerone, facilius aditum ſibi ad peſſima quæque parari poſſe crediderunt. vide orationem pro Sextio.

Qui illam cadere poſſe, ſtante me, non putarunt] Major in privato cive virtutis fieri ſignificatio non poteſt, quam ſi fortunam illius cum reipub. fortuna conjunctam eſſe dicamus. quod de Camillo Romana, de Epaminonda Græca prodit hiſtoria: illo in exſulium pulſo, urbem a Gallis captam, reſtituto, liberatam: hoc vivo Thebanos imperaſſe, qui antea ſervierant; mortuo, iiſdem ſervire coactos, quibus antea imperaverant. Eandem laudem tribuit Iſocrates Alcibiadi ἐν τῷ περὶ τοῦ ζεύγους: Οὐχ᾽ ἡγοῦντο οὐδὲν οἷόν τ᾽ εἶναι κινεῖν τῶν καθεστώτων πρὶν ἐκ ποδῶν ἐκεῖνος αὐτοῖς γένοιτο. Id eſt: *Non putarunt, ulla ex parte mutari ſtatum reip. poſſe, niſi de medio tolleretur.* Quam ſententiam aut imitari voluit Cicero gloriæ ſuæ favens, aut, Iſocratis fortaſſe legendi conſuetudine, vel etiam ingenii felicitate quadam, in eam incurrit, cum & hæc ſcripſit, & illa in epiſt. 2. lib. 7. *Cum omnis reſp. in meo capite diſcrimen eſſet habitura, magnum quiddam ſpectavit, nec ſua ſponte, ſed eorum auxilio, qui, me ſtante, ſtare non poterant.*

In qua tu eras] Negotiationis fortaſſe cauſſa. nam epiſt. 8. *Conſilium*, inquit, *petis, quid ſim tibi auctor, in Siciliæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

cilia ne ſubſidas, an ut ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare. Nec dubito, quin eandem negotiationem ſignificet, cum ad Servilium, qui Aſiæ præerat, Cæcinam his verbis commendat: *Te rogo atque oro, ut eum in reliquiis veteris negotiationis colligendis juves.*

Glorioſo] Quid glorioſius, quam ab univerſa rep. revocari, promulgantibus omnibus, referente conſule, comitiis centuriatis, ordinibus hominibuſque incumbentibus? quod ipſe gloriatur epiſt. 9. lib. 1. maximeque in orationibus poſt reditum.

Celeri] Rediit poſt menſes XVII. nam videtur diſceſſiſſe extremo menſe Martio, ut ex epiſtolis ad Att. lib. 3. cognoſcitur: in urbem autem anno ſequenti eſt ingreſſus pridie non. Sept. quod indicat epiſtola prima lib. 4. ad eundem. nam quod Plutarchus & Appianus eum rediiſſe decimo ſexto exſulii menſe dixerunt; fortaſſe non ad tempus, quo urbem intravit, ſed ad illud, quo in Italiam venit, ſpectarunt.

Etruſcæ] Divinandi ratio ab Etruſcis in urbem inducta. lib. 1. de Divin. & lib. 2. de nat. deor. & Valerius Max. lib. 1. cap. 1.

A patre] Epiſtola ad Furfanum, infra, & epiſt. 66. lib. 13.

Monumentis atque præceptis] Non ſignificat libros: nam de his proxime ſubjunxit, *Plurimo doctrinæ ſtudio:* quid igitur? monita ipſa & documenta. epiſt. 1. lib. 4.

Pag. 318. *Noſtrorum temporum varietate*] Exſulio miſerrimo, & reditu glorioſiſſimo. Nam *varietas temporum* & adverſam & ſecundam fortunam ſignificat epiſt. 29. lib. 13. *Notæ tibi ſunt varietates meorum temporum, in omni genere & honorum & laborum meorum, & animus, & opera, & auctoritas, & gratia Capitonis præſto fuit.*

In his tam obſcuris rebus] Cum ex nimia Cæſaris potentia, cujus auctor adjutorque maxime Pompejus fuit, civile bellum, & ea, quæ acciderunt, futura prædixi.

Monuiſſe Pompejum] Phil. 2. *Mea illa vox eſt nota multis: Utinam, Cn. Pompei, cum C. Cæſare ſocietatem aut numquam coiſſes, aut numquam diremiſſes.*

Pompejum faciebam plurimi] Epiſt. 15. lib. 2. *Cæſarem honeſtum eſſe cupio: pro Pompejo emori poſſum.* & epiſt. 2. ad Attic. lib. 8. *Pro Pompejo libenter emori poſſum; facio pluris omnium hominum neminem.*

Fidele Pompejo] Ut fides amicitiæ debita poſtulabat. epiſt. 16. lib. 2.

Salutare utrique] De Pompejo vere dictum, qui civili bello vitam amiſerat. Sed ait, *Salutare utrique*, quod ad utriuſque ſalutem ſpectaret. utrique enim amicus erat: quod proxime dixit.

Providerim] Non eſt hic, *Providerim*, pro *proſpexerim*, ut epiſt. 4. *Interdum conjectura poſſis propius accedere, cum res eſt ejuſmodi, cujus exitus provideri poſſit:* ſed pro, operam dederim, ne acciderent: quod ſequentibus verbis oſtenditur. ſic epiſt. 10. *Quæ ſunt in fortuna temporibus regentur, & conſiliis noſtris providebuntur.*

Hunc] Cæſarem.

Ea me ſuaſiſſe Pompejo] Quæ ſuaſerit, ipſe exponit Phil. 2. his verbis: *Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompejo ſuaſerim: unum, ne quinquennii imperium Cæſari prorogaret; alterum, ne pateretur ferri, ut abſentis ejus ratio haberetur.* quorum ſi utrumvis perſuaſiſſem, in has miſerias numquam incidiſſemus.

Tantas opes] Tantam potentiam. *Opes* enim non plane divitiæ ſunt, ſed totum illud, quo valemus. epiſt. 13. lib. 4. *Aliorum opibus caſus meos ſuſtentabam.*

Eundum] A Pompejo: cui lege Trebonia in quinquennium utraque Hiſpania, Craſſo vero Syria data erat. Epiſt. 11. lib. 16. *Feruntur omnino condiciones ab illo, ut Pompejus eat in Hiſpaniam.* Cæſar lib. 1. bell. civ. Plutarchus, Appianus, Dio, alii.

Civile bellum nullum omnino fuiſſet]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Nam Cæſar condicionem hanc ferebat; velle ſe, ſi Pompejus in Hiſpaniam iret, in urbem venire, & præſentem petere conſulatum, non abſentem, ut ei lex concedebat, ipſo Pompejo tertium conſule adnitente lata. epiſt. 11. lib. 16. & Cæſar lib. 1. de bel. civ. & alii.

Rationem haberi abſentis] Permitti, ut abſens Cæſar conſulatum petere poſſet.

Non tam pugnavi ut liceret]Non ego, ut hoc liceret, pugnavi, (nam ipſe Pompejus tertium conſul, ut liceret, pugnaverat atque effecerat) ſed ut, quoniam jam licebat, ejus ratio haberetur. cur enim, quod populus juſſerat, non probarem? Hac de re Suetonius hoc modo: *Cæſar ſenatum litteris deprecatus eſt, ne ſibi beneficium populi adimeretur, aut ut ceteri quoque imperatores ab exercitibus diſcederent.* In epiſtola ad Cæſarem, lib. 9. ad Attic. *Judicavi te eo bello violari, contra cujus honorem, populi Romani beneficio conceſſum, inimici atque invidi niterentur.*

Ipſo conſule] Ipſo Pompejo, tertium conſule. epiſt. 3. ad Att. lib. 8. *Tertio conſulatu contendit Pompejus, ut decem tribuni pl. ferrent, ut abſentis ratio haberetur. quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua.* Et Suetonius in Cæſare: *Cum ſenatus unum conſulem, nominatimque Cn. Pompejum fieri cenſuiſſet, egit cum tribunis pl. collegam ſe Pompejo deſtinantibus, id potius ad populum ferrent, ut abſenti ſibi, quandocunque imperii tempus expleri cœpiſſet, petitio ſecundi conſulatus daretur: ne ea cauſſa maturius, imperfecto adhuc bello, decederet.*

Pugnante] *Contendit*, dixit in epiſt. 3. lib. 8. ad Attic. in tertia vero ad eundem lib. 7. *Cur*, inquit, *tantopere pugnatum eſt, ut de ejus abſentis ratione habenda decem tribuni pl. ferrent?* Eſt autem plus, *Pugnante*, quam *Adnitente*. epiſt. 32. lib. 7. *Pugna ſi me amas, ut ſacramento contendas mea non eſſe.*

Populus juſſerat] Jubet populus, decernit ſenatus, & *jubere* populus dicitur, cum legem a magiſtratu latam ſuffragiis comprobat. juſſerat autem populus, ferentibus decem tribunis plebis.

Cauſſa belli orta eſt] Cum Pompejus & ejus amici rationem abſentis Cæſaris in petitione conſulatus haberi nollent; Cæſar, quod ei populus dederat, id ſervari vellet.

Pag. 319. *Cum vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem*] Idem epiſt. 4. hujus libri, & ultima ſuperioris libri, & ad Att. epiſt. 14. lib. 7. *Ad pacem hortari non deſino. quæ vel injuſta utilior eſt, quam juſtiſſimum bellum.*

Nam is movebatur] Reſpondit Pompejus ad condiciones Cæſaris honorifice & large: ſed ejus amici armis diſceptari maluerunt. epiſt. 11. ad Att. lib. 8.

Rebus domeſticis] Ob æs alienum: cujus diſſolvendi ſpe, civile bellum exoptabant. Videtur ſignificare L. Lentulum conſulem, P. Scipionem Pompeji ſocerum, Fauſtum Sullæ filium, Libonem, quem Sext. Pompeji ſocerum Dio vocat. de Lentulo ſic Cæſar lib. 1. bell. civ. *Lentulus æris alieni magnitudine movetur.* De Scipione, Fauſto, Libone epiſt. 9. lib. 9. ad Attic. *Quid tu illuc Scipionem, quid Fauſtum, quid Libonem prætermiſſurum ſceleris putas? quorum creditores convenire dicuntur.* Eoſdem notat epiſt. 3. lib. 7. *Maximum æs alienum ampliſſimorum virorum.*

Cupiditatibus] Honorum opumque comparandarum: cum ſe præfuturos exercitibus ac provinciis exiſtimarent.

Quieſcente me] Rebus gerendis intereſſe Cicero noluit. epiſt. 7. lib. 4. *Neque tu multum interfuiſti rebus gerendis: & ego id ſemper egi, ne intereſſem.* epiſt. 11. lib. 16. *Ego adhuc majus negotium ſuſcipere volui; quo plus apud illum meæ litteræ, cohortationeſque ad pacem valerent.* Et epiſt. 11. ad Attic. lib. 7. *Ego negotio præſum non turbulento: vult enim me Pompejus eſſe, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

beat ἐπίσκοπον. In epiſtola ad Cæſarem lib. 9. ad Attic. *Sumptis armis, belli nullam partem attigi.*

Potui] Quoad ſermones bonorum, me reprehendentium, ſuſtinere potui. epiſt. 1. ad Attic. lib. 9. *Audio bonis viris hanc cunctationem noſtram non probari, multaque in me, & ſevere, in conviviis tempeſtivis quidem diſputari.* Et ad eundem epiſt. 2. ejuſdem libri: *Eundum eſt, nec tam ut belli, quam ut fugæ ſocii ſumus: nec enim ferre potero ſermones iſtorum, quicumque ſunt: non ſunt enim certe, ut appellantur, boni.*

Pudor meus] Epiſt. 3. lib. 7. *Pudori malui famæque cedere, quam ſalutis meæ rationem ducere.*

Quam timor] Exitii mei: cum imparatum Pompejum, Cæſarem paratiſſimum ab iis rebus, quibus victoria quæritur, viderem. epiſt. 1. *Si mihi alterutrum de eventu atque exitu rerum promittendum eſſet, id futurum quod evenit, exploratius poſſem promittere.*

Aliquando] Cum ab exſulio me reſtituit.

Officio] Patriæ debito. epiſt. 1. *Quoddam nobis officium juſtum, & pium, & debitum reipub. noſtræque dignitati videbatur.* Et epiſt. 3. lib. 7. *Si manerem in Italia; verebare, ne officio deeſſem: ſi proficiſcerer ad bellum; periculum te meum commovebat. pudori tamen malui famæque cedere, quam ſalutis meæ rationem ducere.*

Fama bonorum] Ne vituperarer a bonis. quid boni de me ſentirent ac loquerentur, laboravi: eoque in Græciam ad Pompejum tranſivi. Paullo poſt, *Fama populi Romani* eadem ſententia dixit.

Vt in fabulis Amphiaraus] Poetæ fingunt, vatem Amphiaraum, cum videret ſe interiturum, ſi ad bellum Thebanum iret, latitaſſe, uxore tantum conſcia: eam, accepto monili aureo, virum indicaſſe: itaque coactum ire cum cæteris, hiatu terræ abſorptum. Diodorus Siculus lib. 5. Pauſanias, Statius, alii, Cicero lib. 1. de Invent. & in Verrem. Servius in illud Virg. lib. 6.

—— Mœſtamque Eriphylen
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

Ad peſtem ante oculos poſitam] Quia fore videbam, ut Pompejus vinceretur. in oratione pro Marcello: *Tantum apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut nulla non modo cupiditate, ſed ne ſpe quidem prudens & ſciens tamquam ad interitum ruerem voluntarium.*

Ex alitis volatu, nec e cantu ſiniſtro oſcinis] Sic omnes mei veteres libri, & Cicero, cum hac ipſa de re loqueretur, lib. 1. de Divinat. *Cilicum*, ait, *& Piſidarum gens, & Pamphylia, volatibus avium cantibuſque, certiſſimis ſignis, declarari res futuras putant.* Et ibidem lib. 2. *Quæ eſt natura, quæ volucres huc & illuc paſſim vagantes, efficiat, ut ſignificent aliquid, & tum vetent agere, tum jubeant, aut cantu, aut volatu?* Feſtus quoque, ubi de volucribus auſpicium facientibus loquitur, ſemel in verbo, *Alites*, iterum in *Oſcines*, *Volatum* appellat. Nec Cicero umquam, aut alius quiſquam ex iis, quorum ſcripta exſtant, aliter, quam *Volatus*, vocavit. Nec vero *Involare*, idem eſt quod *volare*, ſed *intro volare.* at hoc particulare verbum in alites auſpicium volatu facientes non convenit; quæ non *involant* modo, ut auſpicium faciant; ſed *avolant* etiam, aut *prætervolant.* nec mihi quidem occurrunt involantium exempla: nec dubito, ſi modo ſunt, quin rara admodum ſint. Cum igitur ad antiquorum librorum auctoritates accedat conſuetudo Latini ſermonis, *Volatu*, placet; *Involatu*, probare vix poſſum. Venio ad ſententiam. Alitum volatu, & oſcinum cantu, aut tripudiis auſpicium fieri veteres opinabantur, aveſque ab alitibus diſtinguebant: ut aves eſſent, quæ ore canentes auſpicium facerent; alites, quæ volatu. Feſtus: *Oſcines aves Appius Claudius eſſe ait, quæ ore canentes faciant auſpicium, ut corvus, cornix, noctua: alites, quæ alis ac volatu, ut buteo, ſanqualis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

aquila, immiſſulus, vulturius. Picus autem Martius Feroniuſque, & Parra, & in oſcinibus, & in alitibus habentur. *Cantu ſiniſtro*, pro læto, & proſpero, dixit Feſtus: *Siniſtræ aves, ſiniſtrumque eſt ſiniſtimum auſpicium, id eſt, quod ſinat fieri.* Varro lib. 5. epiſtolicarum quæſtionum ait: *A deorum ſede cum in meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dextram occidentes. factum arbitror, ut ſiniſtra meliora auſpicia, quam dextra, eſſe exiſtimentur.* Idem fere ſentiunt Sinnius Capito, & Cincius. Eſt apud Varronem lib. 6. de ling. Lat. *Quæ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur, a quo dicuntur comitia aliudve quid indici ave ſiniſtra. Inde natum, ut, quæcumque boni ominis eſſent, etiamſi a dextra cernerentur, ſiniſtra tamen vocarentur.* Cicero lib. 2. de Divinat. *Haud ignoro, quæ bona ſint, ſiniſtra nos dicere, etiamſi dextra ſint.* Exempla habemus lib. 3. de legib. *Ave ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto.* Et in Plauti Pſeud. *Omnes ordines ſub ſignis ducam, legiones meas avi ſiniſtra auſpicio liquido.* Et hic, *Cantu ſiniſtro oſcinis.* non enim de cantu a læva tantum parte exaudito accipiendum eſt, verum de omni proſpero cantu ſive a læva, ſive a dextra fieret: cum omnia proſpera, ut dixi jam, vocarentur *Siniſtra.* Oſcines erant picus, cornix, corvus; at picus, & cornix a læva, corvus porro a dextra conſuadent. Et Cicero lib. 4. de Divin. *Cur aliis a dextra, aliis a læva datum eſt avibus, ut ratum auſpicium facere poſſint?* Quare cum hic de proſpera Cæcinæ fortuna Cicero auguretur; nec ſiniſter cantus auſpicium proſperum ſemper oſtendat: ſic intelligendum, quaſi dixerit: nec e cantu proſpero earum avium, quæ oſcines ab auguribus vocantur, eventumque dextro aliæ cantu, aliæ lævo felicem promittunt.

Vt in noſtra diſciplina eſt] Vt augures noſtri appellant. Hoc enim pertinet ad vocabulum, *Oſcines:* nam & lib. 2. de nat. deor. *Aves quaſdam*, inquit, *& alites, & oſcines, ut noſtri augures appellant.* Erat enim augur Cicero. epiſt. 4. lib. 3. epiſt. 4. lib. 15. & alibi.

Pag. 330. *Tripudiis ſolliſtimis*] Lib. 2. de Divin. *Quia cum paſcuntur aves, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pavire, Terripavium primo, poſt Terripudium dictum eſt: hoc quidem jam Tripudium dicitur. cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſolliſtimum nunciant.* Feſtus autem: *Puls potiſſimum datur pullis in auſpiciis: quia ex ea neceſſe eſt aliquid decidere, quod tripudium faciat, id eſt terripavium. pavire enim ferire eſt. bonum enim augurium eſſe putabant, ſi pulli per quos auſpicabantur, comediſſent, præſertim ſi eis edentibus aliquid ab ore decidiſſet. ſin autem omnino non ediſſent, arbitrabantur periculum imminere.* Et alio loco: *Solliſtimum Ap. Pulcher in auguralis diſciplinæ lib. 1. ait eſſe tripudium, quod avi excidit ex eo, quod illa fert.* Livius lib. 10. *Cum pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus, tripudium ſolliſtimum conſuli nunciavit.*

Somniis] Sic omnes libri ſcripti, & quos olim vidimus, & quibus nunc utimur. in uno tantum ita ſcriptum eſt, ut & *Somniis*, & *Soniviis* legi poſſe videatur. quibus enim lineis litteræ conſtant, totidem in utroque verbo ſunt. porro, cum duobus modis animi, ſine ratione & ſcientia, motu ipſi ſuo ſoluto & libero incitentur, uno furente, altero ſomniante: ut inquit Cicero lib. 1. de Divinat. non video, cur ſomniorum mentionem tollamus, cum præſertim de divinatione agatur.

Vel obſcuritatis, vel erroris] Non enim aperta plane ſunt, & in iis interpretandis erratur ſæpe.

Mitis clemenſque natura] Suetonius de Cæſare: *In ulciſcendo natura leniſſimus: moderationem vero clementiamque tum in adminiſtratione, tum in victoria belli civilis, admirabilem exhibuit.* Et Plinius lib. 7. cap. 25. *Cæſari proprium & peculiare clementiæ inſigne, qua uſque ad pœnitentiam omnes ſuperavit.* Similiter Plutarchus, & omnes hiſtorici,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

i, Cicero etiam ipſe in orationibus ro Marcello, Ligario, Dejotaro.

Pag.321. *Querellarum tuarum*] Queebatur de ſua calamitate, Cæſarem audabat potius, quam accuſabat. nam ic non prior Cæcinæ liber, quem *criminoſiſſimum* vocat Suetonius, verum lter ſignificatur, de quo in epiſtola ſuperiore, & in ea, quæ poſt hanc legitur; in qua partem harum querellarum licet animadvertere.

Ingeniis excellentibus delectatur] Epiſt. 5. *Accedunt tua præcipua, propter eximium ingenium ſummamque virtutem; cui mehercule hic, cujus in poteſtate ſumus, multum tribuit. itaque ne punctum quidem temporis in iſta fortuna fuiſſes, niſi eo ipſo bono tuo, quo delectatur, ſe violatum putaret.* & epiſt.8. lib. 4. *Etiam is, qui omnia tenet, favet ingeniis.*

Juſtis & officio incenſis, non inanibus aut ambitioſis voluntatibus] Epiſt. 12. *Valent apud Cæſarem non tam ambitioſæ rogationes, quam neceſſariæ.*

Etruria] Quæ pro Cæcina ſupplicabat. infra: *Te, hominem in parte Italiæ minime contemnenda nobiliſſimum.*

Suſtinere cauſſas poſſe multorum] Negari multis poſſe.

Juſtius] Quia non ſolum arma in eum tuliſti, ſed libro etiam acerbiſſimo maledixiſti.

Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, e quo ſit leviter adſperſus] Fore putat, ut eum laudes, cum accuſaveris antea.

Leviter adſperſus] Immo vehementer vituperatus: nam illum librum *criminoſiſſimum* appellat Suetonius. Cicero autem, ne ſpem Cæcinæ minuat veniæ impetrandæ, non valde læſum ab eo Cæſarem oſtendit, & laudationem accuſatione majorem exſpectari. propterea de laudibus dixit, *Hauſturum*, quo verbo copia demonſtratur; de probris, *Leviter adſperſus.*

In parte Italiæ minime contemnenda] In Etruria: de qua Virg. lib. 10.

Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni.

Facile omnium nobiliſſimum] In extrema oratione pro Cæcina. *Habetis*, inquit, *hominem ſingulari pudore, virtute cognita, & ſpectata fide, ampliſſimum Etruriæ totius, in utraque fortuna cognitum multis ſignis & virtutis & humanitatis.*

Fama populi Romani] Opinione & ſermone omnium. ſic ſupra, *Vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus.*

Animatus melius, quam paratus] Hoc ſæpe objicit Pompejo. epiſt. 8. lib. 4. & epiſt. 3. lib. 7. & ad Attic. epiſt. 15. lib. 7. *Sumus flagitioſe imparati cum a militibus, tum a pecunia.*

In ejus perſonam] In ipſum Pompejum.

Caſſium] C. Caſſium, qui poſtea in eum cum M. Bruto conjuravit.

Legavit] Legatum ſuum eſſe voluit, venia data ſuperioris temporis. ep. 15. lib. 15. *Tu eam partem petiſti, ut conſiliis intereſſes.*

Galliæ præfecit] Quod eo majus beneficium fuit, quia Brutus præturam nondum geſſerat, geſſit autem biennio poſt, Cæſare v. & Antonio coss. Gallia, quam rexit, Ciſalpina. nam in Oratore, *Una Gallia*, inquit Cicero, *communi non ardet incendio: in qua frueris ipſe te, cum in Italiæ luce cognoſceris.* epiſt. 10. 11. 12. 13. 14. libro 13.

Pag. 322. *Græciæ*] Vide, quæ diximus epiſt. 12. lib. 4.

Cui maxime ſuccenſebat] Epiſt. 4. lib. 4. & Suetonius.

Rerum hoc natura] Quæ poſtulat, ut in cauſſa pari eadem ſit omnium condicio.

Nec manens, nec mutata ratio feret] Sive ſtatus hic erit, ſive mutabitur; in patriam redibis. Moneo lectorem ex mea conſuetudine, in omnibus, quos nunc habeo, veteribus libris eſſe, *Muta ratio*, uno excepto, in quo eſt, *Mutata ratio*: quod magis probo.

In cauſſa pari] Hoc dicit, quia, cum & ipſe, & Caſſius, & Brutus, & Marcellus in præſidiis Pompeji fuiſſent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

& iis tamen Cæſar ignoviſſet, æque videtur, ut Cæcina quoque, qui fuerat in eadem cauſſa, iiſdemque caſtris, veniam a Cæſare impetret.

Eadem ſit] Eadem tua, quæ noſtra.

Nefariorum ſcelerum condemnati] Maxime ſignificat eos, quos lege Pompeja de ambitu damnatos Cæſar reſtituit. epiſt. 4. ad Attic. lib. 10. Suetonius, Cæſar lib. 3. de bell. civ. Ad hanc rem illud ſpectat in epiſt. 19. lib. 15. *Cæſar habet damnatos, quos pro illo nobis reſtituat.*

Illa conſolatione] Qua tamen utitur per inſinuationem.

Poſſe accidere ut vinceremur] Simile illud eſt epiſt. 1. *Qui neque cum id faciebamus, tam eramus amentes, ut explorata nobis eſſet victoria.* & quæ ſequuntur.

Quantæ delectationi in rebus adverſis litteræ] Epiſt. 12. *peti a litteris in ſecunda fortuna delectationem* dixit, *in adverſa ſalutem.* idem epiſt. 3. lib. 4. & epiſt. 2. lib. 9.

Non ſolum veterum] Vt Coriolani, Camilli, & aliorum, qui, cum duces bello clari fuiſſent, poſtea exſulaverunt.

Horum etiam recentium vel ducum vel comitum] Duces vel comites in bello civili ſignificat: quorum alii perierant, alii exſulabant. idem ſcripſit ad Torquatum epiſt. 4. *Poſtremo is vir, vel etiam ii viri hoc bello occiderunt, ut impudentia videatur, eandem fortunam, ſi res cogat, recuſare.*

Externos claros viros] Hannibalem, Lycurgum, Solonem, Themiſtoclem, Ariſtidem, alios, qui procul a patria, de qua meriti erant optime, vivere coacti ſunt.

Quaſi legis] Vere enim lex non eſt, ſed ideo lex videtur, quia pertinet ad multos.

Humanæ condicionis] *Cum omnes homines ea condicione naſcantur, ut omnibus fortunæ telis propoſita vita ſit.* ad Titium epiſt. 16. lib 5. & ad Fabium, epiſt. 18. ejuſdem libri: *Qua condicione omnes homines, & quibus temporibus nati ſumus, cogites.*

Quemadmodum hic] Conſolatio ducta a miſeria civitatis: ut ad Sextium, epiſt. 17. lib. 5. *Illud utinam ne vere ſcriberem, ea te repub. carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet.* & epiſt. 1. hujus libri, ad minuendum Torquati deſiderium, *Hoc*, inquit, *tempore Romæ eſſe, miſerrimum eſt.* Et epiſt. 4. *Nos quod Romæ ſumus, miſerrimum eſſe duco.*

Hoc genere nihil opus eſt] Eſt in orationis artificio, quæ ſe dicit velle prætermittere, ea diſſimulantem breviter exponere: quo genere ſæpiſſime uſus eſt Cicero, hic quidem egregie, ab eo loco: *Quo, ſi quid addubitarem, non potius uterer, quam illa conſolatione, qua facile fortem virum ſuſtentarem: te, &c.* ita, dum rejicere videtur quaſi non neceſſaria, collegit callide quattuor argumenta, quæ dolorem levent, unum ab incerto bellorum eventu & ancipiti fortuna ductum; alterum, a conſcientia facti; tertium, a condicione communi; quartum, a miſeria civitatis.

Perſpicio] Opinione certior eſt ſenſus: & ſpem ſæpe fallit eventus: quod in ſenſibus accidere vix poteſt. ideo, cum dixiſſet, *Vt ſpero*, ſubjunxit, *Vel potius ut perſpicio:* tamquam de re præſenti & oculis propoſita: nam de fortuna dixiſſet, *Vt proſpicio*, quemadmodum epiſt. 3. lib. 4. *Multo ante, tamquam ex aliqua ſpecula, proſpexi tempeſtatem futuram.* & alibi.

Imagini animi & corporis tui] Cum omnes filii parentibus cari, tum ii maxime, qui corpore eos & animo referunt. itaque in epiſt. 3. ad Q. fratrem, lib. 1. *Quid quod eo tempore deſidero filiam? qua pietate, qua modeſtia, quo ingenio? effigiem oris, ſermonis, animi mei.* Hoc quoque pertinet ad conſolandum Cæcinam, qui filium haberet ſui ſimillimum.

Pag. 323. *Conſtantiſſimo*] Qui patris adverſam fortunam conſtanti animo ferat.

Et detuli] Quo ſtatim, ſi vellet, uteretur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

etur. ſic epiſt. 9. *Vniverſum ſtudium & benevolentiam ad te defero.*

Familiares quidem ejus ſicuti nemi-nem] Familiares Cæſaris, Panſa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Poſtumius. epiſt. 12.

Valebo tibi] Repetitio ejuſdem verbi quiddam venuſtatis habet. epiſt. 11. lib. 2. *Quicquid erit, tibi erit.* & epiſt. 18. ejuſdem libri: *Sin quid offenderit; ſibi totum, tibi nihil offenderit.*

Firmitudine animi] *Virtute* dixit ad Torquatum, epiſt. 4. in extremo.

EPISTOLA VII.

LIber] Is, de quo epiſt. 5. itaque patet, illam poſt hanc fuiſſe collocandam. hanc autem poſt eam, quæ ſequitur: in qua Cicero ſcripſit, *In Sicilia cenſeo commorandum:* cui reſpondit in hac Cæcina, *De Aſiatico itinere, ut imperaſti, feci.* Hic liber cum laude Cæſaris Ciceroniſque ſcriptus erat, ut infra perſpicuum eſt: illum alterum, quo Cæſari maledixerat, ante pugnam Pharſalicam Cæcina compoſuit: quo ſe duriorem in venia danda Cæſar præbuit.

Quo animo ſcribatur] Vel hæc verba, ſcriptum eſſe librum cum laude Cæſaris, demonſtrant.

Inepte] Imprudentia noſtra: cum hoc damnum vitare licuerit libro comprimendo.

Styli] Quia ſcripſerim contra Cæſarem.

Cum mendum] Mediceus liber, *Commendum:* mei, *Cum emendandum:* unus, *Commentum.*

Pag. 324. *Scripturæ*] Et hic & paullo poſt pro *ſcripto* poſuit. & epiſt. ult. lib. 15.

Litura] Veteres libri, *Littera.*

Stultitia fama multetur] Qui ſtulte aliquid commiſit, fama illi pœna eſt, & ſtultus eſſe dicitur. Quidam libri, *Stultitiæ.*

Corrigitur] Non punitur, quod pertinet ad crimina, ſed corrigitur, quaſi levi culpa. Neque congruunt, *Exſulio corrigitur:* ſed erat proprium, *Exſulio punitur.* verum dedita opera cum leni verbo acerbum nomen conjunxit, ut inde perſpicuum faceret, quam inique ſecum ageretur, & quam eſſet in ea re fato ſingulari, cujus error corrigeretur exſulio.

Summa criminis] Et hoc aliqua cum ironia atque indignatione dixit: quaſi leviſſimum ſit crimen, ſi quis adverſario maledicat armatus. id quod proxime non crimen, ſed errorem vocavit.

Vota victoriæ ſuæ] Pro victoria imperatores vota feciſſe, Livius, & alii ſæpe dixerunt: ſed privatim vovere alii quoque ſolebant.

Immolaret] Feſtus: *immolare eſt mola, id eſt, farre molito, & ſale, hoſtiam fuſam ſpargere.*

Omnibus rebus] Hic etiam, non modo in bellis.

Felix] Quia vota non cogitat, quæ in ipſum ab adverſariis facta ſunt.

Multa deos venerati] *Multa*, adverbii loco poſuit, ut Virgilius Georg. lib. 4.

—— *Et ſpiritus oris*
Multa reluctanti obſtruitur ——

Sic locutus idem Cicero de natur. deor. lib. 3. & pro Murena: Topicorum autem initio, *Cum*, inquit, *mihi meiſque multa ſæpe caviſſes.* Gellius libro 13. cap. 22.

Scripſi de te] Timui, quia ſcripſi de te, quamquam parce, ne Cæſar offenderetur.

Non revocans me ipſe] Non revocavi me ſponte, ſed refugi metu.

Genus hoc ſcripturæ] Cum alterum laudamus. nam cum alteri maledicimus, aut cum nos ipſos laudamus, minus liberum eſt.

Atque elatum] Vnus Maffei liber, *Elatum:* quod olim probavimus. reliqui mei omnes, *Latum.* Sed conjecturam noſtram aliis quoque placuiſſe, nunc video.

Pag. 325. *Alterum laudare*] Quod ego feci: nec tamen id mihi liberum fuit.

De quo quidquid detrahas] Si perfecte alterum non laudes.

Infir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Infirmitati] Ingenii.

Ac neſcio, an tibi gratius opportuniuſque acciderit] Fortaſſe gratius tibi erit, ac melius cadere videbitur, quod parce te laudaverim, metu ſcilicet refugiens. nam, quod egregie præſtari non poteſt, id vel non attingere oportet, vel ſaltem quam parciſſime facere.

Suſtinui] Licet hoc ſcripturæ genus incitatum eſſe debeat, ego me tamen ſuſtinui.

Minui] Vt parcius te laudarem.

Suſtuli] E libro.

Ne poſui quidem] Quæ, niſi metus impediſſet, jure ac merito tuo poſuiſſem.

Quemadmodum igitur, ſcalarum gradus, &c.] Comparationes Poetis, potius, quam ſoluta oratione ſcribentibus, conveniunt. Demetrius, cum de longioris vitio ſimilitudinis præciperet, hæc ſubjunxit: Ταῦτα γὰρ οὐκ εἰκασίαις ἔτι ἔοικεν, ἀλλὰ παραβολαῖς ποιητικαῖς. τὰς δὲ παραβολὰς ταύτας οὔτε ῥαδίως ἐν τοῖς πεζοῖς λόγοις τιθέναι δεῖ, οὔτε ἄνευ πλείστης φυλακῆς. id eſt: *Hæc enim non jam ſimilitudinum ſpeciem habent, ſed Poeticarum comparationum. hujuſmodi autem comparationibus neque facile in ſoluta oratione, neq; ſine cautione plurima uti oportet.* Idem alio loco minui docet comparationibus gravitatem illam, quam Græce vocant δεινότητα. Αἱ παραβολαί, inquit, τῇ δεινότητι οὐκ ἐπιτήδειαι διὰ τὸ μῆκος· οἷον τό, Ὥσπερ δὲ κύων γενναῖος, ἄπειρος, ἀπερινοήτως ἐπὶ κάπρον φέρεται. κάλλος γὰρ καὶ ἀκρίβειά τις ἐν τούτοις ἐμφαίνεται· ἡ δὲ δεινότης σφοδρόν τι βούλεται καὶ σύντομον, καὶ ἐγγύθεν πλήττουσιν ἔοικε. Videndum igitur, an ſatis apte comparationem hanc Cæcina in epiſtolam induxerit. quamquam & Ciceronem hoc nonnumquam feciſſe conſtat.

Non pœnæ metu] Non enim timenda eſt laudanti pœna, ſed offenſio tamen quædam ejus, qui laudari fortaſſe non vult.

Animum] Quo modo animum affici atque angi meum putas, ubi hæc ſecum ipſe cogitat?

Loquitur?] Animus cogitat, lingua loquitur, ſed quia cogitata animi loquitur, ideo quod eſt linguæ, ad animum transfertur.

Hoc probabit] Et hoc & quæ ſequuntur, uſque ad illud, *Quid faciet?* ea ſunt, quæ ſecum loquitur animus.

Num offendo] Ipſum Cæſarem.

Cum porro offendam] Aliquem, non ipſum Cæſarem. abſurdum enim eſſet id, quod ſequitur: *Quid ſi non vult?* nam cur dubitet in re notiſſima? quaſi vero offendi quiſquam velit. Sed opponit Cæcina, *Laudare aliquem*, *Offendere:* non quo in utroque veretur, ne Cæſarem lædat.

Pag. 326. *Armati ſtylum*] Stylum ejus, qui ſcripſit armatus.

Victi & nondum reſtituti quid faciet] Quo modo perſequetur ſtylum victi & nondum reſtituti?

In Oratore] Sic inſcripſit librum, in quo formam perfecti oratoris expreſſit. epiſtola 18. *Oratorem meum a te probari, vehementer gaudeo. mihi quidem ſic perſuadeo, me, quidquid habuerim judicii de dicendo, in illum librum contuliſſe, &c.*

Caves tibi per Brutum] Cum hæc ſcribis: *Teſtificor me a te rogatum, & recuſantem, hæc ſcribere eſſe auſum. volo enim mihi tecum commune eſſe crimen: ut, ſi ſuſtinere tantam quæſtionem non potuero, injuſti oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti.*

Veterem tuum] Exſtat Ciceronis oratio pro Cæcina.

Sentire oportet] Multo, inquit, magis mihi eſſe timendum intelligo, quam tu in Oratore tuo timuiſti.

Calumnia timoris] Calumniator ea fingit, quæ vera non ſunt. itidem timor ſæpe falſa proponit: ut recte, propter ſimilitudinem, *Calumnia timoris* dici poſſit.

Cæcæ ſuſpicionis tormento] Cum non videam, quo conſilio gratiam a Cæſare inire poſſim, & incerta ſuſpicione torquear, metuens, ne offendam potius eum, quam mihi reconciliem.

Ad alieni ſenſus conjecturam] Male agitur cum eo, cui ſcribenti cogitandum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

um eſt, non quod ipſe probet, ſed quid lii probaturi ſint. in quo ſequitur non udicium ſuum, ſed conjecturam de a-io ſenſu.

Evadere] Ita ſcribere, ut animus acquieſcat. *Evadere* dixit, tamquam ex lifficultate.

De Aſiatico itinere] Petierat a Cicerone conſilium Cæcina, quid ſibi eſſet uctor, in Sicilia ne ſubſideret, an ut ad eliquias Aſiaticæ negotiationis profiiſceretur. reſpondit Cicero: *In Sicilia cenſeo commorandum.* quod ſe facturum Cæcina confirmavit. vide epiſtoam ſequentem: quæ tamen ante hanc cripta eſt. Poſtea tamen in Aſiam Cæcina profectus eſt, fortaſſe reditu in patriam deſperato. nam epiſt. 66. lib. 13. Cicero eum Servilio commendans, *Te rogo*, inquit, *atque oro, ut eum in reliquiis veteris negotiationis colligendis juves.*

Pag. 327. *De nobis*] De reditu noſtro in patriam.

Vel ſtudio] Quo ſæpe impeditur ingenium. eſt enim *ſtudium*, vehemens quædam animi affectio & propenſio ad aliquam rem.

Capiatur] Tranſlatum verbum, pro, *ad voluntatem noſtram traducatur.* ſunt enim in poteſtate noſtra, quæ cepimus.

Ejus omnes] Familiares. qui nominantur epiſt. 12. & ſignificantur epiſtola 6.

Niſi forte, aut in miſeria nimis ſtulte] Ideo ſtulte, quia dixit, *Sed totum tuum eſſe.* modeſte enim, qui in calamitate eſt, petere debet.

In amicitia nimis impudenter] Videndum enim, quid amico oneris imponamus.

Tuæ vitæ conſuetudo] Excuſat petitionem ſuam tribus modis. primum, quod Cicero, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Cæſar, optime omnium intelligat: deinde, quod apud ipſum Cæſarem ejuſque familiares omnes gratia valeat: poſtremo, quod laborare pro amicis conſueverit. Hæc diſperſa parum attenduntur: collecta, & ſub oculos ſubjecta legentium, copiam in ſimili argumento non exiguam pariunt.

EPISTOLA VIII.

Pag. 328. L*Argus*] Romanæ gentis cognomen.

Tibi præfinitas eſſe] Ne ultra tibi eſſe liceret in Sicilia.

Balbus] L. Cornelius Balbus, Gaditanus, pro quo exſtat Ciceronis oratio. hic abſentis Cæſaris negotia procurabat. epiſtola ult. ad Att. lib. 13. *orationes, opinor cum Balbo.* quo loco fuerit apud Cæſarem cum C. Oppio, Cæſaris ipſius ad utrumque declarat epiſtola, quæ legitur lib. 9. ad Att. De Balbis vide infra, epiſt. 12.

Oppius] C. Oppius Cæſaris legatus Africano bello, ut in libro legitur, qui de eo bello ſcriptus eſt. exſtat ejus, & L. Balbi epiſtola ad Ciceronem lib. 9. ad Att. & Ciceronis ad eum lib. 11.

Huic meæ rogationi potius non continuo reſponderunt] Nihil deeſt, ut quidam putarunt. nam, *Potius*, refertur ad illa ſuperiora. Cum ſueſſent, aut polliceri, aut etiam negare: quorum neutrum fecerunt, ſed potius huic meæ rogationi non continuo reſponderunt.

Pag. 329. *Re aut impetrata, aut, quod ſpero, aliqua ratione confecta.*] Vtroque modo elicitur ſententia: ſed in alteram partem ut propendeam, facit auctoritas veterum librorum. vult enim Cæcinam ſperare, ſi res non impetrabitur, ſaltem ut aliquo modo ad exitum perducatur. quid autem, dicit aliquis, ſi res non impetratur, ſperare poterat? ut in Italia fortaſſe poſſet eſſe, modo ne ad urbem accederet. nam de Sicilia jam impetratum erat. At illud optabilius, ut reditus in urbem impetraretur. Quis negat? ſed ego opinionem ad verba, quam verba ad opinionem, accommodare malo. Proferat aliquis veterem librum, in quo videam, *Re aut impetrata, quod ſpero:* tum facile & libenter aſſentiar.

T. Furfano Poſtumio] Vſitatius erat, *T. Poſtumio Furfano*, ut cognomini nomen præponeretur: tamen & cognomen interdum nomini anteponitur, ut epiſt.

epiſt. 8. lib. 2. & epiſt. 1. lib. 7. *Gallus Caninius*: & *C. Criſpus Salluſtius* in libro vel Hirtii, vel Oppii, de bello Africano, non ſemel nominatur: item *Gallus Fabius* epiſt. 12. lib. 8. ad Att. & epiſt. 47. lib. 13. ad eundem. Sunt, qui legant, *T. Furfanio Poſtumo.* ego malo, *Furfano Poſtumio*, teſtimonio fretus veterum librorum: &, quod ignoti *Furfanii, Poſtumi*, notiſſimi. adde quo *Furfanus* appellatur epiſt. 15. ad Att. lib. 7.

Quæ mihi venient in mentem, &c.] Vide eandem ſententiam in epiſtola 8, lib. 5. in extremo.

EPISTOLA IX.

Pag. 330. PAtre *ejus*] De quo epiſtola 6. & lib. 13. epiſtola 66.

Vivebat mecum conjunctiſſime non ſolum officiis amicitiæ, ſed etiam ſtudiis communibus] Non dubito, quin eadem ſtudia & officia ſignificet epiſt. 66. lib. 13. cum ait: *Hominis omnibus mecum ſtudiis officiiſque conjunctiſſimi.*

Neceſſe ſit] Sic in uno vetere libro: reliqui omnes, *Neceſſe eſt.* utro modo legas, parvi refert.

Reliquum eſt, ut, cum cognorim] Qui petit, ſpem impetrandi ſi oſtendit, eo ipſo impetrat facilius. probitatis enim & humanitatis commemoratio benevolentiam gignit.

EPISTOLA X.

Pag. 332. VEl *caſus potius*] Minuitur culpa, cum à voluntate in caſum transfertur. hoc artificio utitur Cicero quaſi conſolandi gratia. nam ſi conſilio Trebianus Cæſarem læſiſſet; recuperandi fortunas & dignitatem ſpes eſſet infirmior: ſin autem caſu excuſationem aliquam inveniret, injuria.

Magno dolori fuit] Refertur ad illud, *Semperque fecerim.* Magno dolori autem, quia de victoria veſtra deſperabam, nec putavi, cum integri pares non fuiſſemus, fractos ſuperiores fore.

Recuperes] Antea, *Receperis*: non *recuperes*, aliquot jam annis emendavimus, & impreſſimus. liber vetuſtus habet, *Reciperes.* Et in aliis etiam exemplaribus, *I* litteram pro *V* ſæpiſſime reperias.

Curæ eſt] Et hoc ad illud alterum ſpectat, *Quanti te faciam.* ſingulis enim ſingulare reddere, confirmandæ ſententiæ cauſſa, Cicero ſolitus eſt.

Caſus mei] Cum patria pulſus lege Clodia ſum. hoc ad illud pertinet, *Quanti me a te fieri intellexerim.* ita cum tria propoſuerit, tria ſubjunxit.

Poſtumuleno] Cognomen Romanæ gentis: & *M. Poſtumulenus Secundus* nominatur in antiquiſſimo lapide quadrato, quem vidi in ædibus Rainucii Farneſii Cardinalis. hujus generis nomina ſunt, *Voluſenus*, *Salvidenus*, *Vibienus*, *Labienus*, *Naſidienus*, *Caſidenus*, *Vatienus.*

Theudæ] Nomen ſervi, cognomen liberti.

Quantum in ea rep. de qua ita meritus ſum] Vide idem iiſdem fere verbis epiſtola 13.

Qui fuiſti] Fuiſti autem & omni honoris gradu ampliſſimo digniſſimus, & ordinis tui facile princeps.

Ordinis tui] Equeſtris. nam, ſi ſenatorii fuiſſet; *Ordinis noſtri*, dixiſſet: cum ipſe Cicero ſenator eſſet, ideo &, *Digniſſimus*, dixit, tamquam de equite, iis honoribus digno, quos qui adepti ſunt, non jam equeſtris, ſed ſenatorii ordinis dicuntur eſſe.

Eademque de cauſſa] Quod pro Pompejo contra Cæſarem arma ſumpſimus. *De*, valet *propter*: ut apud Terentium, in Eun. *Ecquid nos amas de fidicina iſtac.*

Pag. 333. *Tamquam ex reliquiis*] Non enim priſtinam recuperavi dignitatem: ſed quaſi reliquias quaſdam ſervo. *Imago veteris meæ dignitatis*, dixit epiſt. 13.

Familiariſſimi ejus] Quos nominat epiſt. 12.

Caſu devincti] Quia, cum olim in eos officia conferebam, fore aliquando tempus

empus divinare non poteram, ut eo-
um ope indigerem. *Caſu* igitur, ob
æc tempora, quæ præter opinionem
neam conſecuta ſunt.

De tuis fortunis] Quarum partem
miſerat. epiſt. 11.

In qua ſunt omnia] Hanc maxime cu-
emus: de fortunis minus laboran-
dum.in hac enim omnia ſunt. videtur
ignificare, fortunas omnino recupera-
i non poſſe. quod comprobatur epi-
tola 11.

Ad te defero] Epiſt. 6. *Et pollicitus
um, & detuli.*

Vt nihil exiſtiment eſſe tam difficile]
Vide ſimilem ſententiam in ep. 11. l. 5.

*Tali enim tempore aut conſolari amico-
rum eſt, aut polliceri*] Similis ſententia
n epiſt. 13. in principio, & lib. 4. epi-
ſtola 13.

Injuriam temporum] Temporibus aſ-
ſignat, quod hominum eſt: ut in epi-
ſtola proxima, quod conſilii fuit, in ca-
ſum confert. hæc derivatio culpæ cau-
tionem habet, ne lædatur is, qui quo
animo ſit, magni refert in utramque
partem. epiſt. 21. lib. 5. *Injuriam* ap-
pellat: item epiſt. 5. lib. 6. nulla tem-
porum aut hominis cujuſquam men-
tione facta.

*Magnum fructum ſtudiorum optimorum
capis*] Docent enim hoc maxime litte-
rarum ſtudia, nihil eſſe curandum præ-
ter culpam.

Pag. 334. *Idque ut facias*] Non re-
fero hoc ad proxima, ſed ad ſuperiora
illa verba, *Magnum fructum, &c.*

Simul & illud] Iam incipit aliquid
polliceri: ut ad conſcientiam vitæ an-
te actæ, ſpes etiam accedat futuræ inco-
lumitatis.

Rerum & exemplorum] Vſum rerum
& doctrinam ſignificat: quod utrum-
que vitæ genus Trebianus coluiſſet, τὸ
πρακτικὸν, ex Dicæarchi præcepto, καὶ
τὸ θεωρητικόν, à Theophraſto laudatum.

Plus etiam, quam vellem] Ob incom-
moda, quæ ſuſtinui.

Qui plurimum poteſt] Cæſar epiſt. 13.
lib. 4. ſic locutus eſt. eandem ſenten-
tiam epiſt. 7. lib. 4. tribus modis ex-
preſſit: *Ei penes quem eſt poteſtas: Ita
late patet ejus poteſtas, ut orbem terrarum
complexa ſit: Is qui tenet remp.* Dixit
etiam, *Qui omnia tenet: Cujus dominatu
locus vacat nullus: Ad quem unum omnia
delata ſunt:* epiſt. 8. 9. ejuſdem libri.

Delabi ad æquitatem] Æquitas a
ſummo jure diſcedit. ſummum jus per-
ſequebatur Cæſar, cum eos a quibus læ-
ſus erat, ulciſcebatur. quod ſi non tan-
tum injuriam, qua ipſe eſſet affectus,
verum alia quoque ſimul cogitaret, ver-
bi cauſſa, qui Pompejum ſecuti eſſent,
alios id amicitiæ dediſſe, alios reipubl.
quod eam crederent in Pompeji & con-
ſulum caſtris eſſe; præterea, ſatis eos
jam dediſſe pœnarum; pertuliſſe in-
commoda, quæ bellorum natura fert;
caruiſſe patria, liberis, fortunis; nec poſ-
ſe talibus viris remp. carere diutius; hæc
ſi cogitaret, delaberetur ad æquitatem,
nec ſummo, ut antea, jure agendum pu-
taret.

Ad rerum naturam] Vt homo homi-
nem tueatur ac diligat. odiſſe enim &
lædere, violentum quiddam eſt, non ex
rerum natura. epiſt. 6. *Rerum hoc natura
& civilium temporum non patietur.*

Ipſa cauſſa] Dixi jam epiſt. 1. lib. 1.
Cauſſam interdum id vocari, quod ad
aliquem pertinet: ut, *Pompeji cauſſa
juſtior, quam Cæſaris.*

Cum rep.] De hac ſpe, quæ ab ipſa re-
viviſcente rep. capi poſſet, vide infra
epiſt. 12. *Scis*, inquit, *me antea ſic ſoli-
tum eſſe ſcribere ad te, magis ut conſolarer
fortem virum atque ſapientem, quam ut
exploratam ſpem ſalutis oſtenderem, niſi
eam quam ab ipſa rep. cum hic ardor ex-
ſtinctus eſſet, ſperari oportere cenſerem.* Et
epiſt. 13. lib. 4. *Etiam illa, quæ mini-
mum nunc quidem poteſt, ſed poßit neceſſe
eſt, reſpub. quaſcumque vires habebit, ab
iis ipſis, quibus tenetur, de te propediem
(mihi crede) impetrabit.*

Quæ quoniam] Ea quæ lenius ac li-
beralius fiunt.

In temporum inclinationibus] Opportu-
nitates temporum, vel parvæ, ad impe-
trandum ſæpe adjuvant. qua de re vide
epiſt. 16. lib. 2.

Dvan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Levandi] Qui juvat, idem dolore levat. vel, *Levandi*, calamitate exſulii.

Proclivius] Facilius : quia per clivos facile deſcenditur. ſic Off. lib. 2. *Dictu quidem eſt proclive.* & in Lælio : *Amicitiæ remißior eſſe debet, & ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.* In Tuſculana tamen quarta : *Hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur; in malis, proclivitas; ut ſignificet lapſionem.*

Quod eſt in uno te] Hoc ipſi præſtare non poſſumus; in te uno ſitum eſt.

Quæ ſunt in fortuna] Præſentem ejus calamitatem ad fortunam refert, & eam non fore perpetuam oſtendit, cum ait, *Temporibus regentur* : id eſt, ratio temporum moderabitur : nos autem, quantum conſilio licebit, occurremus.

EPISTOLA XI.

Pag. 335. *Dolabellam*] P. Cornelium Dolabellam, antea Ciceronis generum : de quo ſupra diximus. divortium jam cum Tullia fecerat, quo tempore ſcripta eſt hæc epiſtola. id licet conjicere ex epiſt. 23. ad Attic. lib. 2. quæ ſcripta eſt ante bellum Africanum : hæ vero ad Trebianum omnes poſt id bellum. nec vero ſimul cum affinitate dirempta amicitia eſt. (niſi ſi temporum cauſſa ſimulatum eſt) exſtant Ciceronis epiſtolæ lib. 9. ad Dolabellam inſigni cum amoris argumento : & hæc ipſa, prodeſſe Ciceroni gratiam Dolabellæ apud Cæſarem in amicorum negotiis demonſtrat.

Non defueram ejus periculis] Bis eum Cicero, ante filiam ſuam ei collocatam, in capitis periculo defenderat. epiſt. 10. lib. 3.

Quam gratias agere] Reſpuit enim verus amor gratiarum actionem.

Vere facere poteris] Quia maxime gaudeo impetrata ſalute tua; ideo, ſi mihi gratulaberis, jure & vere facies. nam, *vere gratulari*, eſt, cum cauſſa gratulari, ut in epiſtola ſequenti.

Virtus] Antea cognita. hic *Virtus* non fortitudinem, non doctrinam, ſed præſtantiam quandam in magnis rebus demonſtrat. nominatur autem ſimul cum dignitate, ut in epiſt. 5. quo loco *Virtutis* nomen eadem ſignificatione uſurpatur.

Dignitas] Trebianus, ut ex epiſtola 9. intelligitur, equeſtris ordinis fuit : dignitas tamen ei, tamquam honor cum ordine conjunctus tribuitur, & in eadem epiſtola, & in hac.

Eſt tuæ ſapientiæ magnitudiniſque animi] *Sapientiæ*, ut anteponendam rei familiari dignitatem judicet; *magnitudinis animi*, ut illam jacturam negligat fortiterque ferat. Vtramque conjunxit & epiſt. 5. lib. 1. cum ait : *Tuæ ſapientiæ magnitudiniſque animi eſt, omnem amplitudinem & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus geſtis tuis, atque in tua gravitate poſitam exiſtimare.*

Veſtorius] Puteolanus, de quo ſæpe fit mentio in epiſt. ad Att.

Ad me ſcripſit, te mihi maximas gratias agere] Erat igitur Trebianus ubi Veſtorius, & fortaſſe Puteolis, quia Puteolanus Veſtorius.

Facile patior] De hoc genere loquendi ſatis dictum eſt epiſt. 9. lib. 1. & epiſt. 7. lib. 5.

Pag. 336. *Ea prudentißimo cuique*] Similem ſententiam vide epiſt. 13. l. 2. Confirmantur noſtra conſilia, cum ſentimus prudentibus fideliterque ſuadentibus idem videri.

EPISTOLA XII.

Ampio Balbo] Videtur is eſſe, ad quem ſcribit epiſt. 29. lib. 10. quod ſi ita eſt, collocari illam epiſtolam ante hanc oportuit; ut ex utriuſque cognoſcitur argumento. idem commendatur epiſtola 70. lib. 13. Quattuor Balbos invenio, unum hunc Ampiæ gentis; alterum Atiæ, qui Iuliam, C. Cæſaris ſororem, in matrimonio habuit, ex qua genuit Atiam, Auguſti matrem; duos reliquos Gadibus natos, & civitate Romana donatos, Corneliæ gentis : quorum alter Balbus major, alter minor, ejus fratre genitus, vocatus eſt. major

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

eſt, qui nominatur inter Cæſaris amiciſſimos in hac ipſa epiſtola, & in ep. 8. 19. & in 5. 7. 18. lib. 7. & in 17. lib. 9. pro quo exſtat egregia Ciceronis oratio. primus in Oceano genitorum conſulatum eſt adeptus, ut ait Plinius l. 7. cap. 43. Minor Balbus ex Africa triumphavit, ut idem Plinius lib. 5. cap. 5. Strabo lib. 3. Solinus nominatur a Cicerone epiſt. 11. lib. 8. ad Attic. a Pollione epiſtola 32. lib. 10.

Frangi] Cognita veritate.

Ad æquitatem animi] In qua ſunt, qui dolore vacant.

Pag. 337. *Tui caritate*] Mea in te caritas cogebat, ut apertius tuam cauſſam agerem, quam permittere videbatur fortuna noſtra. Infra: *Nihil eſt a me inſervitum temporis cauſſa.*

Vidi, cognovi, interfui] Tribus verbis, nulla copula interpoſita, vis ſumma perficitur. tale illud pro Milone: *Eſt hæc, judices, non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus.* Et Phil. 14. *Hoſtes nefarios proſtravit, fudit, occidit.* Interdum & quattuor verbis, ut in Catilinam: *Abiit, exceſſit, evaſit, erupit.*

Satis opportune] Cum eorum gratia & auctoritas magno nobis emolumento & fuerit nunc & eſſe poſſit.

Cum ab illo diſceſſerint] Ep. 9. lib. 1. *Sic enim te exiſtimare volo, me, cum a vobis, meæ ſalutis auctoribus diſceſſerim, neminem eſſe, cujus officiis me tam eſſe devinctum, non ſolum confitear, ſed etiam gaudeam.*

Panſa] C. Panſa, Vibiæ gentis, ut mei teſtantur duo veteres argentei nummi, conſul fuit cum A. Hirtio, anno poſt Cæſaris necem 1. tribunatum geſſerat Sulpicio & Marcello coss. ut indicat Cœlius in epiſtola lib. 8. cujus initium eſt, *Etſi de rep. Mutinenſi pugna duobus vulneribus acceptis, Bononiæ periit*, ut ait Appianus. vide ep. 30. l. 10. & ep. 33. ejuſdem libri, & Phil. 14. & Dionem lib. 46. Hujus in ſe benevolentiam ſummam non hic modo, verum & in Phil. 7. Cicero declarat his verbis: *Quamquam nos ab ineunte illius ætate uſus, conſuetudo, ſtudiorum etiam honeſtiſſimorum ſocietas, ſimilitudoque conjunxit: ejuſdemque curam incredibilem aſperrimis belli civilis periculis perſpexi non modo ſalutis, ſed etiam dignitatis meæ.*

Hirtius] Panſæ collega in conſulatu, qui eodem in prœlio occiſus eſt. Homo novus, ut Cicero etiam noſter fuit: atque hoc illi exprobravit M. Antonius epiſtola illa, quæ eſt in Phil. 13. *Acerbiſſimum*, inquit, *eſt, te, A. Hirti, ornatum eſſe beneficiis Cæſaris, & talem ab eo relictum, qualem ipſe miraris.* & Cicero, ad excuſandam ejus novitatem, ita ſcripſit in quadam ad illum epiſtola: *Cum nobilitas ſit nihil aliud, quam cognita virtus, quis in eo quem veteraſcentem videat ad gloriam, generis antiquitatem deſideret?* Dio unum fuiſſe ait e filiis proſcriptorum a Sulla, & a Cæſare ad honores elatum. Huic Cicero, poſt divortium Terentiæ, ſororem ſibi in matrimonium offerenti, reſpondit, ſe Philoſophiæ ſimul & uxori operam dare non poſſe. auctor divus Hieronymus lib. 1. ad Iovinianum.

Balbus, Oppius] Vide, quæ diximus epiſt. 8.

Matius] Virum doctiſſimum appellat epiſt. 15. lib. 7. ejus habemus diſertiſſimam epiſtolam lib. 11.

Poſtumius] Cæſaris & hic familiaris, fortaſſe is, qui Siciliæ præfuerat. ep. 8. vel qui epiſt. 10. lib. 14. ad Attic. nominatur.

Plane ita faciunt] Ad illud refertur, *Me proximum habeant.* ut ſit: hoc ita multis officiis præſtant, ut amorem ſingularem mihi declarent.

Pro me] Pro ſalute mea: veteres libri omnes, quos inſpicere ſoleo dubiis in locis, habent, *Per me.* nec diſplicet. Egerat Cicero per familiares Cæſaris, amicos ſuos, non per ſeipſum, cujus auctoritas & gratia non erat ejuſmodi, ut aliorum incolumitatem deprecari poſſet. ita porro in Ampii ſalute impetranda ei ſatisfecerant amici ejus omni ſedulitate atque officio, ut vix ipſe Cicero, ſi auctoritate & gratia pari fuiſ-

t ſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſet,agere potuiſſet. *Agere* autem *per aliquem*, eſt, alicujus opera uti. & in epiſt. 9. dixit: *Agam per me ipſe & moliar.* Quocirca videndum,an rectius ſit, *Per me*, quam *Pro me*. nam,nec libenter diſcedo ab antiquis libris; nec hic quidem, ut diſcedam, ſententia poſtulat.

Molitum] *Moliri* eſt, ſine propoſito aliquid agere. epiſt. 9.

Nihil eſt a me inſervitum temporis cauſſa] Hoc eſt, quod paullo ante dixit, *Egi tuam cauſſam apertius, quam tempora noſtra ferebant.*

Non minus auctoritate, quam gratia] Gratia adoleſcentes valere poſſunt, auctoritate non poſſunt. nam *auctoritas* quædam exiſtimatio eſt parta rebus egregiis, in quibus gravitas & conſilium enituerit.

Cimber autem Tillius] Sic placet, ut alii emendarunt; licet veteres aliquot libri *Tullius* habeant.

Pag. 338. *Mihi plane ſatisfecit*] Hic locus oſtendit, Cimbrum inter Cæſaris familiares fuiſſe. quod ſi quis ambigit, Senecam legat lib. 3. de Ira: qui ait eum Cæſaris partium civili bello defenſorem acerrimum fuiſſe. Poſtea conjuravit in Cæſarem, primaſque partes in eo necando ſuſcepit. Suetonius, Plutarchus.

Non tam ambitioſæ, quam neceſſariæ] Sic epiſt. 6. *Cedit multorum juſtis & officio incenſis, non inanibus aut ambitioſis voluntatibus.* Et in oratione pro Ligario: *Video cauſſas rogantium valere plus apud te, quam preces, ab iiſque te moveri maxime, quorum juſtiſſimum dolorem videas in petendo.*

Quas quia Cimber habebat] Videtur fuiſſe Cimber Ampii propinquus.

Diploma] Litteræ Cæſaris obſignatæ, reditum Ampio & incolumitatem dantes.

Tubam belli civilis] Quo cives ad bellum, ut ad prœlium vocari milites ſolent. Tale illud Phil. 7. *Bellicum me ceciniſſe dicunt.*

Quaſi non gaudeant] Ob direpta, vel parvo empta proſcriptorum bona.

Recepit] *Recipere* plus eſt, quam promittere. epiſt. 28. lib. 13. & ep. 8. lib. 5. *Qui enim in ſe recipit, præſtaturum ſe promittit.* epiſt. 41. lib. 13. dixit: *Confirmo & ſpondeo.*

Pag. 339. *Eppulejæ*] Vxoris. nam Ampia, filia: quia feminæ gentis nomine appellabantur. Fulvii liber unus, *Appuleiæ*: reliqui omnes, *Eppuleiæ*: quorum conſenſu moveor: licet *Eppuleiæ* gentis mentionem alibi non viderim: *Eppiam* quidem exemplis non paucis cognitam habemus.

Niſi eam, quam] Quam ſpem ab ipſa repub. ſperari oportere cenſerem. Omnino durius videtur, *Sperare ſpem*. itaque Lambinus legit, *Niſi ejus*: ut ſit, ejus ſalutis.

Ab ipſa repub.] Quæ, belli ardore exſtincto, jacentem bonorum cauſſam ſublevabit. Sic epiſt. 10. *Cauſſa*, inquit, *ea eſt, ut jam ſimul cum rep. quæ in perpetuum jacere non poteſt, neceſſario reviviſcat atque recreetur.* Et in epiſt. 13. lib. 4. *Quæ minimum nunc quidem poteſt, ſed poſſit neceſſe eſt.*

Pag. 340. *Cum recordarer te*] Tacita cohortatio ad conſtantiam. commemorantur enim ea, quæ ſapientiam & animi magnitudinem pariunt.

In repub. eſſe verſatum] Hoc dicit, quia diuturna reipubl. adminiſtratione prudentia comparatur: qua qui prædıti ſunt, adverſis caſibus minime franguntur.

In ipſa diſcrimina] In belli civilis initia. Itaque jam ab eo tempore, quæ acciderunt, ſuſpicari ac divinare potuiſti. cur igitur mirarer conſtantiam tuam in iis rebus, quarum eventum aliquanto ante proſpexeras?

Sed etiam, ſi ita accidiſſet, victus ut ſapiens eſſes] Libri aliquot veteres: *Sed etiam ut, ſi ita accidiſſet, victus & ſapiens eſſes.* alii: *Sed etiam ut, ſi ita accidiſſet, victus ut ſapiens eſſes.* quos ita ſum ſecutus, ut primum *Vt*, induxerim, tamquam non neceſſarium. ſententia ſimilis epiſt. 1. *Si id evenit, quod ingredientibus nobis in cauſſam propoſitum fuit accidere poſſe; non debemus ita cadere animis, quaſi aliquid evenerit, quod fieri poſ-*

ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſe numquam putaverimus. Et epiſt. 6. *Sin propter incertos exitus eventuſque bellorum, poſſe accidere, ut vinceremur, putaſſes; non debere te ad ſecundam fortunam bene paratum fuiſſe, adverſam ferre nullo modo poſſe.*

Memoriæ prodendis] Ampius hic hiſtoriam ſcribebat.

Similem præbeas] Eadem ſententia in epiſt. 1. lib. 1. ad Q. Fratrem: *Tuberonem arbitror, cum ſcribat hiſtoriam, multos ex ſuis annalibus poſſe deligere, quos velit & poſſit imitari.*

Ad hæc] Quæ communia ſunt: quando illa propria jam effugiſti.

Quæ ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam ſalutem] Idem epiſt. 3. lib. 4. & epiſt. 2. 3. lib. 9.

EPISTOLA XIII.

Pag. 341. T*Ali tuo tempore*] Exſulabat Ligarius, quod in Africa in Pompejanis partibus fuiſſet. vide orationem.

Aut conſolandi aut juvandi tui cauſſa.] Ep. 13. lib. 4. *In quo debebat eſſe aut promiſſio auxilii alicujus, aut conſolatio doloris tui.* & ep. 10. hujus libri: *Tali tempore aut conſolari amicorum eſt, aut polliceri.*

Et ſententiam & voluntatem] Sentiebat, in eum non fore Cæſarem duriorem: quid autem ejus cauſſa vellet, re potius quam verbis, ſe eſſe declaraturam, infra dicit.

Res] Ep. 10. *Ipſa cauſſa ea eſt, ut jam ſimul cum rep., quæ in perpetuum jacere non poteſt, neceſſario reviviſcat.*

Dies] Quæ omnia minuit ac mollit. epiſt. 5. lib. 4. epiſt. 16. lib. 5. ep. 28. lib. 7.

Opinio hominum] Quia videt bene homines de te ſentire; nec putare, diutius eum huic iraſci cauſſæ oportere.

Mitiorem] *Durum* & *Mite* opponuntur. *Mitiorem* igitur ſubjunxit, quia *Duriorem* dixerat.

Ex Africa nuncius] De Pompejanis in Africa devictis.

Ipſum] Sua ſponte, nemine ſupplicante aut intercedente.

Diuturnioribus moleſtiis] Arma enim, ſemel in Theſſalia ſuperati, abjicere noluerunt.

Pag. 342. *Quantum in ea rep. de qua ita meritus ſum*] Idem epiſt. 9.

Eadem cauſſa opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit] *Eadem de cauſſa noſtrum uterque cecidit.* epiſt. 9.

Imago veteris meæ dignitatis] Ep. 9. *Reliquiæ priſtinæ dignitatis* dixit. & epiſtola 14. lib. 4. *Ne veſtigium quidem ullum eſt reliquum nobis dignitatis.*

EPISTOLA XIV.

Pag. 343. S*I quiſquam eſt timidus in magnis periculoſiſque rebus, ſemperque magis adverſos rerum exitus metuens, quam ſperans ſecundos; is ego ſum*] Ingenua culpæ confeſſio fidem facilius invenit in aliis rebus. Et eſt concinna figura: *Si quiſquam eſt, is ego ſum.* ut etiam epiſt. 4. lib. 15. *Si quiſquam fuit umquam remotus, & natura, & magis etiam, ut mihi quidem ſentire videor, ratione atque doctrina ab inani laude & ſermonibus vulgi; ego profecto is ſum.* Et lib. 5. de Finib. *Si eſt quiſquam, qui acute in cauſſis videre ſoleat, quæ res agatur; is es profecto tu.*

Ad XI. *Kalend. interkalares priores*] Locus perdifficilis, & qui ſine prolixa narratione explicari non poſſe videatur. quare, indagandæ & oſtendendæ gratia veritatis, cogitavi olim quædam, quæ filio meo communicata, & cum eo accurate a me perpenſa, peti poſſunt ab ejus libro de Quæſitis per epiſtolam.

Pag. 344. *Indignitatem & moleſtiam*] Indignitas eſt & moleſtia, cum ad principem virum admitti, negotii cauſſa, cupientes, ambulare diutius ante oſtium, fictas cauſſas afferente cubiculario, cogimur. ſedes enim ſæpe non vacant, quamquam nec ſeſſio diuturna dignitatem habet, quod Cæſarem ſenſiſſe Cicero indicat epiſt. 1. lib. 14. ad Attic. *Proxime*, inquit, *cum Sextii rogatu apud*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tu apud eum fuiſſem, exſpectaremque ſedens, quoad vocarer, dixiſſe eum: Ego dubitem, quin ſummo in odio ſim, cum M. Cicero ſedeat, nec ſuo commodo me convenire poſſit?

Tuum tempus] Ita locutus eſt, ut cauſæ ac temporis rationem haberet.

Pag. 345. *Sed etiam ex oculis & vultu*] Poteſt enim eſſe ficta oratio: ſed oculi ſunt indices animi: itaque non tam facile mentiuntur. lib 3. de Orat. & in Oratore: libro etiam tertio de Legibus, *Oculi*, inquit, *nimis arguti, quemadmodum animo ſimus affecti, loquuntur.* Et in epiſt. ad M. Antonium, l. 14. ad Att. *Non ſolum ex oratione, ſed etiam ex vultu, & oculis, & fronte, ut ajunt, meum erga te amorem perſpicere potuiſſes.*

Hanc in opinionem diſceſſi] Diſcedens in hanc opinionem veni.

Tranquilliora] Contrarium contrario reddidit. dixerat enim, *Turbidiora.*

EPISTOLA XV.

T*Ibi gratulor: mihi gaudeo*] Omnino utriuſque verbi vim vel hic unus oſtendit locus: monendus tamen lector eſt, interdum & ad nos ipſos gratulationem converti: ut epiſt. 11. lib. 3. *Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem, epiſtolam vero oſculatus, etiam ipſe mihi gratulatus ſum.* Et in epiſtola ad M. Brutum: *de Caſſio lætor, & reip. gratulor, mihi etiam, qui ſententiam dixerim, ut Dolabellam bello Caſſius perſequeretur.* Marcellus quoque in epiſtola ad Ciceronem, lib. 4. *Hoc ego*, inquit, *mihi gratulor.*

EPISTOLA XVI.

Pag. 346. B*Ithynicus*] Pompejæ gentis: cui genti cognomen hoc dedit Bithynia devicta. Feſtus: *Rutrum tenentis juvenis eſt effigies in Capitolio, ephebi more Græcorum arenam ruentis exercitationis gratia. quod ſignum Pompejus Bithynicus ex Bithynia ſupellectilis regiæ Romam deportavit.* Nominatur etiam in libro de claris Orat. *Q. Pompejus Bithynicus*: ſed eum puto hujus Bithynici patrem fuiſſe: nam illum inter mortuos oratores Cicero numerat in eo libro, qui ſcriptus videtur ante exitum Africani belli. hæc autem & quæ ſequitur epiſtola, ſcriptæ ſunt, niſi me conjectura fallit, poſt Cæſaris necem. Hujus autem pater, qui nominatur in epiſtola ſequenti, videtur is eſſe, qui Bithynici cognomen adeptus eſt. quod ut ita eſſe conſtet, ipſa recitabo verba Ciceronis, ex eo, quem proxime appellavimus, libro. *Q. Pompejus* (inquit) *A. F. qui Bithynicus dictus eſt, biennio, quam nos, fortaſſe major, ſummo ſtudio dicendi, multaque doctrina, incredibili labore, atque induſtria: quod ſcire poſſum: fuit enim mecum, & cum M. Piſone cum amicitia, tum ſtudiis exercitationibuſque conjunctus. hujus actio non ſatis commendabat orationem; in hac enim ſatis erat copiæ, in illa leporis parum.* Ejus filium, poſt Cæſaris necem, Siciliæ præpoſitum, Sext. Pompejus Magni filius occidit. Dio lib. 48.

Tueare] Poſt Cæſaris necem ſumma fuit Ciceronis auctoritas in civitate.

Intermoriturum] Pro *moriturum*, dixit. alibi tamen *intermori*. eſt morientium ſimilitudine deficere.

EPISTOLA XVII.

Pag. 347. P*atris tui*] Quem nominavit honorifice in Bruto, ut proxime oſtendi.

Valuerunt, aut valeant] Valuerat Cæſar, valebat Antonius, qui quo anno Cæſar periit, conſul erat.

Conjunctiores tecum eſſe] In Cæſaris partibus fuiſſe Bithynicum, & ab eo etiam ornatum, hæc verba demonſtrant: quibus Appiani teſtimonium accedit de Sicilia ei a Cæſare mandata.

EPISTOLA XVIII.

L*Eptæ*] Q. Leptæ, quo fabrum præfecto uſus eſt Cicero proconſul in Cilicia. epiſt. 7. lib. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Simul accepi] Varius eſt hujus adverbii uſus; dicitur enim, *Simul atque, Simul ac, Simul ut, Simul.* hic quidem, ut ſcripſi olim adoleſcens, omnes libri veteres, quos tunc videre potui, habebant, *Simul accepi*, non *Simul atque accepi*, ut eſt in vulgatis libris. itidem nunc, inſpectis omnibus libris, quos ab amicis contrahere potui, video conſentire omnes cum iis quibus olim uſus ſum. itaque diſcedendum a veteribus libris non cenſui, cum præſertim ita locutos eſſe non modo Terentium, Lucretium, Virgilium, Horatium, viderem; (nam ſermo poeticus ab oratorio non nihil differt) verum etiam Ciceronem ipſum, ut in Acad. lib. 2. *Simul tibicen inflavit, carmen agnoſcitur.* & de Fin. lib. 3. *Simul autem cepit intelligentiam.* Omitto alia ejuſdem generis exempla. quamquam, quibus hoc loquendi genus ignotum fuit, ii pro libidine ſæpe mutarunt *Simul* in *Simul atque*, vel *Simul ac*: in quo ſcripti libri, ſublato mendo veritatem reſtituunt.

Per codicillos] Vide, quæ de Codicillis diximus epiſt. 12. lib. 4.

In lege] Quam Cæſar, ubi Romam ex Hiſpania revertiſſet, ferre cogitabat: ſcripſerat autem vel ipſe ante quam iret in Hiſpaniam, vel, poſt profectionem, Balbus & reliqui familiares, ex ejus ſententia: ut ipſo in urbem reverſo promulgaretur, & ferretur. nam, ſi lata fuiſſet, vel etiam promulgata, non a Balbo, quid in ea eſſet, Cicero quæſiſſet.

Pag. 348. *Decurionibus*] Senatores vel coloniarum, vel municipiorum, *decuriones* vocabantur. & ut Romam ad ſenatum conſules, ita in municipiis ad decuriones *quattuorviri*, in coloniis *duumviri* referebant. Ac nomine quidem ipſo *decuriones*, decem tantum videntur: ſed plures fuiſſe conſtat ex eo, quod in ſecunda agraria centum nominantur.

Qui hodie aruſpicinam facerent.] Pungebat bonos viros delata a Cæſare haruſpici Ruſpinæ ſenatoria dignitas. Haruſpicinam & extiſpicinam profeſſione artes eſſe, re vera non eſſe, tradit Sextus Empiricus adverſus Mathematicos cap. 14.

Pompejum] Cnæum, Magni filium: qui, ad Mundam victus, paullo poſt interfectus eſt.

Paciæci] L. Junii Paciæci, Hiſpani hominis, Romana civitate donati: quod prænomen & nomen indicant. cognomen vero Hiſpanum fuiſſe, ſatis conſtat: cum hodie quoque multi in ea provincia Paciæci nominentur. de hoc in libro de bello Hiſpanienſi.

Illi XI. eſſe legiones] De copiis Pompeji ſic in libro de bello Hiſpanienſi: *Erat acies XIII. aquilis conſtituta, quæ lateribus equitatu tegebatur, cum levi armatura millibus ſex: præterea auxiliares accedebant prope alterum tantum.*

Pag. 349. *Oratorem meum*] Librum de perfecto Oratore, quem Cæcina nominavit epiſt. 7. & ipſe epiſt. 20. libro 15.

De dicendo] De oratione dicendi. Sic locutus lib. 1. de Oratore: *Quid ineptius, quam de dicendo dicere?*

Tantundem] Imperite nonnulli ſcribunt, *Tantumdem.* nam Priſcianus l. 1. admonet, *m* tranſire in *n*, ſequentibus *d, t, c, q*, ut *tam tandem, tantum tantundem, idem identidem, num nuncubi.*

Tulliæ meæ] Cum qua divortium fecerat Dolabella. paullo enim poſt mentio fit de prima penſione ab eo exigenda: eademque de re epiſt. 21. libro 16.

Partus] Ex partu Tulliam deceſſiſſe, Plutarchus auctor eſt. bis igitur peperit, ſemel ante pugnam Pharſalicam, cum in Græciam ad Pompejum Cicero iturus eſſet; ut epiſt. ult. lib. 10. ad Att. iterum, cum in Hiſpania Cæſar contra Pompeji liberos pugnaret: quod hic locus oſtendit.

Primam penſionem] Triennio, tribus penſionibus, poſt divortium dos reddebatur: quod tempus *annuam, bimam, trimam diem* vocabant. dotis exactionem, *annua, bima, trima, die* celebrari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

lebrari vetuit Juſtinianus, ut eſt lib. 5. Cod. Sic & Ulpianus & Pomponius locuti ſunt. *tertiæ penſionis* mentio epiſt. 23. lib. 11. ad Att.

Ædificia.] Villæ.

Domus] In Palatio. epiſt. 6. libro 5.

Ediſcat] Æſchines: Δεῖ παῖδας τῶν ποιητῶν γνώμας μανθάνειν, ὧν ἄνδρες χρῶνται. Iſocrates quoque ſententias Heſiodi laudat.

Pag. 350. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα] Sic Mediceus liber: reliquos verſus non habet. recte. ſatis enim eſt, primis verbis locum indicare. quem ſæpe morem Cicero ſervavit, Heſiodi verſus hi ſunt:

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τοπρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Simonides etiam, apud Clementem Alexandrinum lib. 4. Stromatum, habitare virtutem in rupibus difficillimis, dixit.

Simul accepi] Vetuſtorum librorum hæc eſt lectio: cujus etiam Florentini meminerunt. ſed quoniam ſæpe etiam libros manu ſcriptos eſſe corruptos intelligebant, neque de dictione *ſimul*, præter codicum auctoritatem quicquam habebant quod ſequerentur, vulgatam lectionem immutare non ſunt auſi: nos non dubitamus, quin recte, *ſimul*, pro *ſimul ac*, in exemplaribus antiquis ſcriptum ſit, cujus vocis ex iis, qui ſoluta oratione ſcripſerunt, exempla non afferam: (nam ſi quis erit, qui locum ubique depravatum eſſe contendat, & pro *ſimul*, vel *ſimulac*, vel *ſimulatque*, legendum dicat: quibus argumentis contra pugnabimus?) ſed e Poetis, in quibus eam vocem in aliam mutari carminis ratio non patitur. dixit igitur Virgilius libro Georgicorum IIII. *Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum Pleias, &c.* & Lucretius lib. I. *cui ſimul infula virgineos circundata comptus.* Ex utraque pari malarum parte profuſa eſt. Et Horatius epiſt. X. lib. I. *Vivo & regno, ſimul iſta reliqui.* quibus in locis, *ſimul*, dictum eſſe pro, *ſimulac*, licet animadvertere.

P. VICTORIVS.

Simul accepi] Ita ſane in Mediceo libro hic legitur: veruntamen quemadmodum poſtea animadvertimus, cum indicem epiſtolarum hujus libri conſuleremus, offendimus ſic ibi ſcriptum eſſe, *Cicero Leptæ. Simulatque accepi.* Quare ſtatim ita in meo codice emendavi: non quod neſciam, (quod nonnulli me inſimulant) *Simul* etiam a bonis auctoribus ſine *Ac* aut *Atque* crebro uſurpari: frequens enim id eſt apud Poetas, & pueri omnes ſciunt. Terentius etiam in Phormione inquit: *Hic ſimul argentum repperit.* Quin ipſe potius nonnullis exemplis adlatis docui, aliis in locis ita Ciceronem locutum fuiſſe: ſed cum ex majore parte illi in vulgatis codicibus aliter legerentur, nolui videri parum firmis uti teſtibus. Multa ſunt autem quæ conceduntur Poetis, quibus qui ſoluta oratione ſcribunt, abſtinent.

EPISTOLA XIX.

MAculam] Fortaſſe Pompejum Maculam, amatorem Fauſtæ, L. Sullæ filiæ: de quo Macrobius lib. 2. Sat.

Ejus Falernum] Villa in agro Falerno: de quo Plinius lib. 14. cap. 6. *Falernus ager a ponte Campano læva petentibus urbanam coloniam Sullanam, nuper Capuæ contributam, incipit.* ſic Tuſculanum, Albanum, Pompejanum, Cumanum, villæ, nomine ſumpto a propinquis opidis, vel ab agro, ubi opida olim fuerant.

Diverſorio] Etſi *Divertere* verbum commune eſt, pertinetque ad omnia loca, ſive aliena, ſive noſtra, ad quæ de via defleximus, paullo poſt diſceſſuri: *diverſorium* tamen appellari non ſolet, quocumque divertimus. aliquid enim habent proprium, quo differant, *diver-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

diverſorium, *hoſpitium*, *taberna*, quam opinor cum *caupona* idem eſſe. *Diverſorium* poteſt & alienum eſſe, quo divertimus amicitiæ cauſſa, nec pretio ſolvendo, nec diu manſuri; & noſtrum, noſtri commodi cauſſa emptum, aut ædificatum; ne vel ad hoſpitem, cui moleſti eſſe nolimus, vel ad cauponam divertere cogamur. itaque epiſt. 23. lib. 7. *Multo libentius*, ait, *emerim diverſorium Tarracinæ, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim*. *Hoſpitium* duabus rebus cum diverſorio congruit, una, quod modo noſtrum eſt, quo hoſpites excipimus; modo alienum, quo ipſi excipimur; altera quod gratuitum, duabus item diſcrepat; & quod ſanctiora quædam jura obtinet, unde *Hoſpitales dii*, *Hoſpitalis Juppiter*; & quod diuturnioris interdum commorationis eſt. *Hoſpites* autem Cicero in oratione pro Cluentio, uſurpavit pro iis qui diverſantur in caupona. *Hominem* (inquit) *multorum hoſpitum, A. Binnium quendam, cauponem de via Latina, ſubornatis, qui ſibi a Cluentio ſervisque ejus in taberna ſua manus allatas eſſe dicat*. Quo loco accepit *hoſpites* pro peregrinis, ut alibi quoque, non pro iis, quorum ſancta jura ſunt. *Taberna & caupona*, ut verba Ciceronis, proxime recitata, demonſtrant, idem ſunt inter ſe, non idem tamen cum *hoſpitio*, & *diverſorio*. ſiquidem illa & amicos tantum, & gratis accipiunt: hæ vero amicum a peregrino non diſtinguunt, ſed alienis etiam ignotiſque hominibus quæſtus gratia patent. Hoc tamen animadvertendum, *Tabernæ* ſignificationem latius patere, quam *Cauponæ*. nam tabernarum plura genera, in quibus merces venduntur, ut *taberna libraria*, orat. 2. in Antonium; *tabernæ ſutrinæ*, apud Tacitum lib. 15. *argentarias* etiam *tabernas* Livius appellavit lib. 26. non in quibus veniret argentum, ſed pretio permutaretur, vel de manu, quod ajunt, in manum, vel ut alibi tantundem redderetur: quod hodie quoque fit. nec dubito, quin eiſdem in tabernis fenori pecunia daretur. *Tabernæ veteres* & *novæ*, circa forum, ex Plauto, Varrone, Cicerone, Livio, Plinio, cognoſcuntur. ideo Plautus in Men. & in Truc. *diverſoriæ* cognomen addidit, ut a reliquis tabernis diſtingueret. Sunt etiam *tabernæ*, humiles ædes, ex tabulis fere confectæ, in quibus pauperes habitant, unde Horatius: *Pauperum tabernas, regumque turres*. *Caupona* vendit ea tantum, quæ comeduntur, aut potantur.

Petrinum tuum] Villæ nomen, a vico Petrino, qui fuit in Sinueſſano. Horatius epiſt. 15. lib. 1. *Sinueſſanumque Petrinum*.

Commorationis eſt, non diverſorii] Ergo diverſorii commoratio non eſt. quod ſupra oſtendimus.

De curatione aliqua] Hac de re, ut opinor, ſic epiſt. 45. lib. 13. ad Att. *Balbum conveni. Lepta enim, de ſua vi in curatione laborans, me ad eum perduxerat*.

Munerum regionum] Et antiquus liber, & Suetonii teſtimonium, ipſa etiam ſententia me hortatur, ut, *Regionum*, legam. ludi enim ſignificantur, quos Cæſar, ſuperatis jam in Hiſpania Pompeji liberis, per ſingulas regiones dare cogitabat: id quod e Suetonii cognoſcitur hiſtoria. Ac, ne quis, mentione a me regionum facta, contradicendi occaſionem arripiat, quod ante Auguſtum diviſa urbs non fuerit in regiones; ait enim de Auguſto Suetonius hæc: *Spatium urbis in regiones vicoſque diviſit*: moneo lectorem, urbis *regiones* hic vocari quaſdam urbis partes a locis, licet earum certi fines nondum eſſent, qui poſtea ſtatuti ſunt ab Auguſto, Italiam urbemque in regiones dividente. propterea & Suetonius dixit, ludos regionatim urbe tota a Cæſare, confectis bellis civilibus, datos eſſe. Aliis placet legere, *Munerum regiorum*: ut munera Cæſaris regis dicantur. quod nec improbo, nec tamen ſatis probo: licet *regem* appellari Cæſarem videam epiſt. 37. lib. 13. ad Attic. non enim arbitror Ciceronem in ullis, præter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quam ad Atticum, litteris auſum eſſe *regem* Cæſarem appellare. ſed Attico nihil occultat, ſenſus omnes aperit, fretus ejus amore, fide, ſummaque ſapientia.

Pag. 351. *Balbum*] Quæ Balbus & Oppius, abſente Cæſare, agebant, ea ſolere illi rata eſſe, dictum eſt epiſt. 8.

Aſſequi vis] Sperabat ita ſe benevolentiam Cæſaris ea curatione conſecuturum, ut intimorum in numerum perveniret.

Præter operam] Qua excepta, tu quoque nihil afferes.

Si modo ipſum ſciet] Te ludos curaſſe: quod ignorare poteſt, in tanta majorum rerum occupatione.

Non accepiſſe] Hoc ipſum Cicero monet lib. 2. Off. *Qui ſe* (inquit) *locupletes, honoratos, & beatos putant, hi ne obligari quidem beneficio volunt: quin etiam beneficium ſe dediſſe arbitrantur, cum ipſi quamvis aliquod magnum acceperint.* Ejuſdem generis illud in epiſt. ad M. Antonium, lib. 14. ad Attic. *Litteræ tuæ ſic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, ſed accipere a te ita petente.*

Pag. 352. *Aliquid videbimus in quo ſit ſpes*] In hac enim curatione ſpes ponenda non eſt. nam, quod eo labore aſſequi vis, nullo modo aſſequere. aliquid igitur videbimus, unde ſperare liceat, in eorum numerum, qui Cæſaris intimi familiares ſunt, poſſe te pervenire. Hanc ego loci hujus eſſe omnino ſententiam arbitror: ad eamque pertinent verba, quæ ſequuntur. *Non modo* (inquit) *non appetendum, ſed fugiendum arbitror, quidquid ejuſmodi ſit, ut, quod tu aſſequi vis, id ex eo aſſequi non queas.* Sunt quibus placeat, *Species*, non *Spes*: quod ita ſcriptum videant in Mediceo libro. qui ſi ubique eſſet emendatus, non tam ſæpe ab eo diſcederent. Hic quidem ut omittam eos libros, quibus olim uſus ſum, tredecim exemplaria, quorum non nulla haud parum antiqua ſunt, habent, *Spes*. quare, cum nec obſcura ſit ſententia; nec libri veteres diſſentiant; mutandum nihil ſtatuo.

Pag. 353. *Aſturæ*] Epiſt. 38. ad Attic. lib. 13. ſignificat velle ſe Aſturæ Cæſarem ex Hiſpania redeuntem exſpectare.

EPISTOLA XX.

CN. *Plancii*] Pro quo exſtat oratio.

Quod vitaveris] Toranius antea ſcripſerat, velle ſe neſcio quo accedere, ut advenientibus ex Hiſpania ſe offerret, quos ad impetrandam a Cæſare ſalutem ſuam, conciliare ſibi cupiebat.

Ne illud quidem non, quamvis ſubito] Sic veteres libri omnes, recte: nam duæ negantes particulæ, *ne non*, affirmant: quod ignorat nemo: quaſi dixerit, & præter illud, quamvis ſubito, cum certi aliquid audieris, te iſtinc poſſe proficiſci. Mendo locus vacat, contra quam nonnullis viſum eſt: modus tamen loquendi, *Ne illud quidem non*, parum uſu tritus. ſed nec omnia Ciceronis ad hanc ætatem ſcripta pervenerunt; nec ea, quæ ſingularia ſunt, qualia & in Cicerone ipſo, & in aliorum libris multa animadvertimus, damnare ſtatim & ejicere, noſtri judicii eſt.

Proficiſci] Ad urbem, cum de tua ſalute certi aliquid audieris.

Pag. 354. *Nihil eſt præterea*] Improbat eam rationem, qua Toranius adductus de loci mutatione cogitabat. cur, inquit, advenientibus te offeras?

Chilone] Sic malo, ut eſt in Maffei libro, quam *Cilone*. *Chilo* cognomentum eorum fuiſſe, qui labris eſſent majoribus, Feſtus docet. nam a Græco χεῖλος deducitur.

Pag. 355. *Si recipiet ille ſe*] Si Cæſar ex Hiſpania redibit. Hæc verba nondum Hiſpanienſe bellum eſſe confectum demonſtrant: quod e ſequenti etiam epiſtola intelligitur.

Vel impediet, vel morabitur] Ne veniat, vel ne cito veniat.

Ubi omnia ſcire poſſis] Ex litteris amicorum. non longe igitur Toranius aberat.

In

In hac cauſſa] In eo, quod ad Pompejanos omnes, belli civilis cauſſa exſulantes, pertinet. non enim interpretor, *In hac cauſſa*, quæ ad te unum pertinet.

Præter communem caſum civitatis] Præter univerſæ reipub. interitum, dixit in epiſtola ſequenti. & ad Torquatum, ep. I. idem ſcripſit. *Reliquum eſt* (inquit) *ut te id ipſum, quod ego quaſi conſolationis loco pono, maxime excruciet, commune periculum reipub*

Ita viximus, & id ætatis jam ſumus] Egregie ſententiam hanc explicavit epiſt. 4. *Adjuvat* (inquit) *etiam ætas & acta jam vita: quæ cum curſu ſuo bene confecto jam delectatur, tum vetat in eo vim timere, quo nos jam natura ipſa pæne perduxerit.*

Pietate] Vide epiſt. I. lib. I.

P. VICTOR.

Te iſtinc poſſe proficiſci] Hinc potiſſimum olim adnotavimus, in antiquis codicibus *Iſtim* pro *Iſtinc* legi, citavimuſque multorum locorum teſtimonia, plura etiam nunc afferre poſſemus. Nam dum accurate verſamus priſca exemplaria, in hanc vocem crebro incidimus, vel potius raro aliter ſcriptam animadvertimus. Addimus nunc ad ea *Illim* quoque pro *Illinc* nos ſæpe poſitum in iiſdem libris animadvertiſſe: nam lib. VII. ad Attic. in optimo illo ſic legitur: *Iſta magis expecto, quid illim afferatur.* Accurate igitur conſiderandum, an hujus animadverſionis auxilio locus Ciceronis in epiſtola ad Brutum emendari poſſit, ſive ita adverbium hoc pronuntiare, ac ſcribere veteres ſoliti ſint, ſive frequenter in eo exſcribendo ab antiquis librariis, & eodem ſemper modo peccaretur, quod vix puto. verba Ciceronis ſunt a Quintiliano adducta lib. V. *veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum transferremus illi mali quid eſt, etſi argumentum ſimile non erat.* Arbitror igitur legendum: *Transferremus illim aliquid, etſi argumentum, &c.* Vt ſit *Illim* pro *illinc:* nam in manuſcriptis nonnullis *Eſt* non vidi: quo facilius hic locus nunc correptiſſimus ita reſtitui poteſt: totam tamen rem arbitrio doctiorum permittimus. Animadvertimus poſtea Germanos in ſuo Quintiliano, quem multis locis caſtigatum ediderunt, hunc etiam locum reſtituere conatos eſſe: nam ita ſcripſerunt: *Transferremus illinc mali quid: etſi, &c.* Nam quod *Eſt* ſuſtulerunt, quodque *Illinc* deſiderari in hac ſententia judicarunt, nobiſcum faciunt: non tamen ex reliquis duabus vocibus *Aliquid* componere, quod non minus deſiderari videbatur, potuerunt.

EPISTOLA XXI.

Pag. 356. *Commemorabam*] Aliis, an ſibi? ſibi potius, & cogitatione, non voce. quaſi dixerit: memoria repetebam, in memoriam redigebam.

Soloſque nos vidiſſe] Gratiæ cauſſa cum uno Toranio communicat hanc laudem. ſed, quantum eſſet in civili bello mali, non ſoli viderant Cicero & Toranius, ſed & Sulpicius, & Marcellus, & Varro. epiſt. 2. lib. 4. epiſt. 7. ejuſdem libri, epiſt. 6. lib. 9.

Spe pacis excluſa] Quorundam Pompejanorum culpa, qui, Pompejo duce freti, peropportunam & rebus domeſticis & cupiditatibus ſuis illius belli victoriam fore putabant. epiſt. 1. lib. 4. epiſt. 6. lib. 6. & epiſt. 3. lib. 7. & epiſt. 6. lib. 9.

Servitutem] Ob contumaciam & arrogantiam Pompejanorum. iiſdem tamen crudelitatem tribuit epiſt. 9. 14. lib. 4. & epiſt. 6. lib. 9. & ultima l. 8. & ad Attic. epiſt. 6. lib. II.

Fortes illi viri & ſapientes] Cum ironia dictum. *Fortes*, qui me timidum vocarent: *Sapientes*, qui de belli eventu nihil timendum judicarent.

Domitii & Lentuli] L. Domitius Ahenobarbus, & L. Lentulus conſul.

Timidum] Cum pacem quavis tuta condicione cupiebam. epiſt. ult. lib. 5. epiſt. 4. & 6. hujus libri.

Cum omnium rerum mors ſit extremum] Horatius epiſt. 16. lib. I.

— *Mors ultima linea rerum eſt.*

Hoc ſignificat, mala omnia morte ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

minari. epiſt. 4. *Cum id impendeat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus ſit.*

Salutem] Ipſius reip. cujus antea dignitas, bello autem civili ſalus etiam concidit. ſignificat illud tempus, cum accipiendas, quas tulit Cæſar, condiciones cenſuit, ne reip. ſalus, quando jam dignitas amiſſa erat, in diſcrimen adduceretur.

Voluiſſe] Quod conſequi non potuit, ob nonnullorum pugnandi cupiditatem. epiſt. 6. *Victa eſt auctoritas mea, non tam a Pompejo, quam ab iis, &c.*

Sententia & voluntate] Utramque conjungit & epiſt. 13.

Præter univerſæ reipub. interitum] *Præter communem caſum civitatis*, dixit in epiſtola proxima.

Præſto ſemper futurum] Tale illud epiſt. 5. *A me vero tibi omnia liberisque tuis paratiſſima eſſe, confidas velim.*

Epistola XXII.

Pag. 357. *DEterruit*] Removit. ſic epiſt. 2. l. 5. *Ut eum ab illa mente deterrerent.*

Ipſe egens rebus omnibus] Eadem ſententia epiſt. 13. lib. 4. & alibi.

Pag. 358. *Plus conatum eſſe*] Plus conatus eſſet muneris ſuſcipere reipubl. cauſſa, quam præſtare poſſet, ſi poſt pugnam Pharſalicam bellum cum aliis renovare voluiſſet. quod non fecit, deſperata victoria.

Quam quantum præſtare potuiſſes] Poſt Pharſalicum prœlium ideo nihil muneris ſuſcipere voluiſti, quod optime intelligeres, id præſtari a te non poſſe, amiſſa prorſus vincendi ſpe.

Quæ daretur] Licet non optima.

Sed cum tui conſilii, &c.] Argumentum hujuſmodi eſt: ſi manſiſſes in bello, ut manſere multi; tamen hortarer te, ut æquo animo fortunam tuam ferres, eaque vivendi condicione, quæ daretur, uteretis: cum vero ſtatim victo in Theſſalia Pompejo, belli finem tibi ſtatueris eum, quem ipſa fortuna terminum noſtrarum contentionum eſſe voluiſſet; multo magis hortari te debeo, ne mœrori te totum dedas, ſed incolumitati tuæ conſulas.

Voluiſſet] Quaſi ſuam tota de re voluntatem Pharſalico bello fortuna declaraſſet.

Parenti] Matri, non patri. infra.

Qui ex te pendent] Quorum incolumitas in tua ſita eſt.

Iis hoc tempore utare] Id enim tradidere ſapientiſſimi viri, Culpa qui careat, ei magnopere dolendum non eſſe.

Eorum deſiderium] Quo Domitium angi, videtur Cicero audiiſſe.

Si non æquo] Non dolere enim non poſſumus: ſed dolorem premere & vincere fortitudine poſſumus.

Ego, quid poßim, neſcio] Epiſt. 1. *Qui ſim hoc tempore intelligo.*

Quæ tibi utilia eſſe arbitrabor] Explicat diverſis verbis eandem ſententiam, quam paullo ante, cum dixit, *Quæcumque ſaluti dignitatique tuæ conducere arbitrabor.*

LIBRI VII.

Epistola I.

Pag. 361. *M. Mario*] Arpinati: quod illa indicant verba; *Cum Oſcos ludos vel in ſenatu noſtro ſpectare poßis. Marium Gratidium* nonnulli vocant, ut ſit Gratidius ille, qui legatus fuit Q. Ciceronis. quod falſum puto. non enim & Mariæ gentis & Gratidiæ idem poteſt eſſe. aut igitur non is eſt: aut, ſi eſt, *Marius Gratidianus* appellari debet: & epiſt. 1. lib. 1. ad Q. Fr. *Gratidiano* legendum, non *Gratidio*.

Dolor aliquis corporis] Tum ex podagra, qua laborabat: ut epiſt. 4. tum ex alio morbo: erat enim Marius & valetudine & natura imbecillior: ut epiſt 9. lib. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

lib. 2. ad Fr. nam, ſi de podagra ſola loqueretur, *dolor aliquis pedum,* non *corporis* dixiſſet.

Infirmitas valetudinis] Sine dolore. infra: *Tu modo iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ ſuſtenta, & tuere.*

Fortunæ magis tribuo, quam ſapientiæ tuæ] Cum fortuna ratio non miſcetur: &, quod a fortuna eſt, id præter rationem eſſe, dixit Ariſtoteles. nam ratio eſt earum rerum, quæ vel ſemper, vel plerumque ſunt: fortuna vero earum, quæ nec ſemper, nec plerumque. diſtinguit etiam fortunam & caſum idem Ariſtoteles. ſed, hæc quia non ſunt hujus loci, omittantur. Gratulor quidem tibi, ait Cicero, ſed ita, ut te non laudem. unde enim abeſt conſilium, ibi laus locum non habet.

Animo valuiſſe] Quaſi animo ægrotent, qui ludos mirentur.

Modo ut] Sic epiſt. 11. lib. 16. *Videtur, ſi inſaniet, poſſe opprimi, modo ut urbe ſalva.* & Terentius in Andr. *Modo ut poſſim.* Et in Phorm. *Scies: modo ut tacere poſſis.*

Conſtiterit fructus otii tui] In iſto otio non fueris otioſus. quod ſolitum dicere majorem Africanum, ſcripſit Cato; Numquam ſe minus otioſum eſſe, quam cum otioſus, nec minus ſolum, quam cum ſolus.

Pæne ſolus] Cum te reliquerint ii, qui ad ludorum ſpectacula in urbem ſe contulerant.

Ex illo cubiculo tuo] Subaudi, proſpectans ad ea loca, quæ tibi perforaſti, & patefeciſti.

Stabianum] Plinius lib. 3. cap. 5. *In Campano,* inquit, *agro Stabiæ opidum fuere uſque ad Cn. Pompejum & L. Catonem coss. pridie Cal. Maji: quo die L. Sulla legatus bello ſociali id delevit: quod nunc in villas abiit.*

Perforaſti] Proſpectum in Stabianum agrum aperuiſti.

Sejanum] Alii libri, *Senium*, vel *Senum:* quidam, *Scenam:* unus, *Semini;* plerique, *Sejanum:* quod placet. ſunt enim loca hodie in agro Etruſco, *Stabianum* & *Sejanum*, hodie quoque nominata. quamquam Sejani pauca apparent veſtigia, nomen remanſit.

Pag. 362. *Communes*] Qui ſpectari ſolent ab omnibus. quid igitur mirum, ſi nihil novum ſpectantibus ſomnus irreperet?

Semiſomni] Vel quia nihil novum, ut dixi, ſpectarent: vel etiam, quia matutino tempore. nam verbum *Interea*, ad matutina referri tempora ſatis conſtat. ut eos dicat matutina tempora ſpectandis communibus mimis conſumpſiſſe, quæ Marius multo & ſapientius & jucundius legendo traducebat.

Tibi ipſi] Quinque libri veteres, *Tibi ipſe.* quod nonnullis placuit, ut Ciceroni magis uſitatum. Ego utrumque probo.

Scilicet] Cum ſtomacho dixit.

P. Mæcius] Qui poemata a mimis in ſcena recitanda prius judicabat. eſt enim hic, ut opinor, P. Mæcius Tarpa, de quo Horatius in epiſtola ad Piſones:

—— *Si quid tamen olim*
Scripſeris, in Mæci deſcendat judicis aures,
Et patris, & noſtras.

Mæci, pro *Mæcii.* Quo loco inquit Porphyrio: *Mæcius perdiligens carminum fuit æſtimator.* & Sat. 10. lib. 1.

Quæ nec in æde ſonent certantia judice Tarpa.

Ludi apparatiſſimi] De his ludis in oratione in Piſonem his verbis: *Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimique ludi; quales non modo numquam fuerunt, ſed ne quo modo quidem fieri poſthac poſſint, poſſum ullo modo ſuſpicari.* Quo loco Pedianus, *Cn. Pompeji ludos,* inquit, *ſignificat, quibus theatrum a ſe factum dedicavit; quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo.*

Honoris cauſſa in ſcenam redierant] Ut ludos Pompeji honorarent, mimi veteres in ſcenam redierant, qui antea, ne quid ætatis vitio peccarent, in ſcena agere deſierant. in his Galeria Copiola Emboliaria ſignificatur, de qua Plinius lib. 7. cap. 48. *Reducta eſt,* inquit, *in ſcenam,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſcenam, C. Poppæo Q. Sulpicio coſs. ludis pro ſalute divi Auguſti votivis, annum CIV. *agens: quæ producta fuerat tirocinio a M. Pomponio ædili pl. C. Mario, Cn. Carbone coſs. ante annos* XCI. *& a Magno Pompejo, magni theatri dedicatione, anus pro miraculo reducta.*

Deliciæ tuæ] Qui tibi in deliciis & amoribus eſt. Titus, Veſpaſiani filius, *amor ac deliciæ generis humani*, dictus eſt. *Deliciæ* quoque vocabantur, ut ait Plutarchus in Antonio, feſtivi ſervi, quibus maxime domini delectarentur.

Æſopus] Tragœdus; quem ex arte mimica H-S ducenties filio reliquiſſe, Macrobius lib. 3. Sat. prodidit. hujus luxum ita notat Plinius lib. 10. cap. 51. *Inſignis eſt in hac memoria, Clodii Æſopi, tragici hiſtrionis, patina* DC *H-S taxata: in qua poſuit aves cantu aliquo, aut humano ſermone vocales, nummis* VI. *ſingulas coemptas.* Alibi cum laude a Cicerone nominatur.

Vt ei deſinere per omnes homines liceret] Nemini enim placuit.

Si ſciens fallo] Verba jurisjurandi per Iovem lapidem. *Lapidem* enim *ſilicem*, ut ait Feſtus, *tenebant juraturi per Iovem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalva urbe, arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem.* Huc ſpectat illud lib. 2. Acad. *Quam rationem majorum etiam comprobat diligentia: qui primum jurare ex ſui animi licentia quemque voluerunt; deinde ita teneri, Si ſciens falleret.* Et hic epiſt. 12. *Quo modo tibi placebit Iovem lapidem jurare, cum ſcias Iovem iratum eſſe nemini poſſe?* Et Livius lib. 21. *Eaque ut rata ſcirent fore, agnum læva manu, dextra ſilicem retinens, ſi falleret, Iovem ceteroſque precatus deos ita ſe mactarent, quemadmodum ipſe agnum mactaſſet, & ſecundum precationem, caput pecudis ſaxo eliſit.* Et lib. 22. *Stricto ſuper capita conſultantium gladio, Ex mei animi ſententia, inquit, juro, ut ego remp. non deſeram, neque alium civem Romanum deſerere patiar: ſi ſciens fallo; tum me, Iuppiter Optime Maxime, domum, familiam, remque meam peſſimo letho afficias.* Et Gellius lib. 1. cap. 21. *Iovem lapidem, quod ſanctiſſimum jusjurandum eſt habitum, paratus ego jurarem, Virgilium hoc numquam ſcripſiſſe.* Quibus locis mendum cognoſcitur in hiſtoria Polybii lib. 3. non enim διὰ λίθου, legendum eſt, ut Perotus interpres credidit, qui vertit, *Per lapidem*, ſed Δία λίθον, id eſt, *Iovem lapidem.* Græca verba ſubſcribam; ut hoc etiam teſtimonio perantiquus in fœderibus percutiendis jurandi mos comprobetur. Ῥωμαίους Δία λίθον, κατά τι παλαιὸν ἔθος, ἐπὶ δὲ τούτῳ τὸν Ἄρη, καὶ τὸν Ἐνυάλιον. ἔστι δὲ τὸ, Δία λίθον, τοιοῦτον. λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα λίθον ὁ ποιούμενος τὰ ὅρκια περὶ τῶν συνθηκῶν, ἐπειδὰν ὀμόσῃ δημοσίᾳ πίστει, λέγει τάδε· Εὐορκοῦντι μὲν τ' ἀγαθά· εἰ δ' ἄλλως διανοηθείην τι, ἢ πράξαιμι, πάντων τῶν ἄλλων σωζομένων ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσιν, ἐν τοῖς ἰδίοις νόμοις, ἐπὶ τῶν ἰδίων βίων, ἱερῶν, τάφων, ἐγὼ μόνος ἐκπέσοιμι οὕτως, ὡς ὅδε λίθος νῦν. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ῥίπτει τὸν λίθον ἐκ τῆς χειρός.

Reliquos ludos] Quos cum ſæpe videris; quales hi fuerint, potes conjicere. quamquam hi quidem hilaritatis minus etiam, quam mediocres ludi, habuerunt.

Pag. 363. *Sexcenti*] Numerus finitus pro infinito: ut Aſinius epiſt. 31. lib. 10. *Sexcentis locis excutiuntur a Lepido tabellarii.* & Cicero ſæpe.

Muli] Troica præda onuſti. nam in Clytemneſtra, Attii Poetæ tragœdia, ut ex Nonio cognoſcitur, reditus oſtendebatur Agamemnonis in patriam ab exciſa Troja.

In Equo Trojano] Tragœdia Livii Andronici. nominatur & epiſt. 16. lib. 7. *In Equo Trojano ſcis eſſe in extremo, Sero ſapiunt.*

Craterarum tria millia] Ex eadem præda. *Cratera crateræ*, hic, & in Verrem, *Crateras ex ære pulcherrimas ex omnibus ædibus ſacris Syracuſis abſtulit.* at *Crater crateris* apud Poetas, vas fuit & potorium, & quo diis libabatur.

Armatura varia] Pro genere armorum poſuit, ut epiſtola 1. ad Att. lib. 6. *Cohortes habet quadringenarias, noſtra armatura triginta.* Et Hirtius de bello Alexan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

exandrino: *Adjungit Cn. Domitius legioni* XXXVI. *duas a Dejotaro, quas ille diſciplina atque armatura noſtra complures annos conſtitutas habebat.*

Operam dediſti Protogeni] Legentem Protogenem audiſti. Sic in Bruto: *Iuris civilis ſtudio multum operæ dabam Q. Scævolæ.* Et ibidem infra: *Moloni Rhodio Romæ operam dedimus.*

Haud paullo plus] In exprimendis rebus perſpicue majoribus, hoc Cicero delectatur genere loquendi, ut ep. 20. ad Att. lib. 6. *Alexander, imperator haud paullo melior, quam aut tu, aut ego.* Et in Oratore: *Haud paullo melior ſcriptor Plato.* Et epiſt. 12. ad Attic. lib. 2. *Civis haud paullo melior, quam iſti noſtri.*

Non enim] Non connexio ejuſdem rei, quaſi cauſſa exponatur ſuperioris ſententiæ, ſed tranſitus eſt ad aliam, ut poſt: *Nam quid ego te athletas putem deſiderare?*

Græcos] De ludis Græcis epiſt. 5. ad Att. lib. 16. *Rumoris neſcio quid afflaverat, commiſſione Græcorum, frequentiam non affuiſſe: quæ quidem me minime fefellit: ſcis enim, quid ego de Græcis ludis exiſtimem.* Sed ludos illos Bruti prætoris abſentis nomine, hos a conſule Pompejo video datos eſſe. quo licet intelligere, ordinarios non fuiſſe, verum arbitratu magiſtratuum, ut Oſcos etiam, communis lætitiæ cauſſa dari ſolitos.

Oſcos ludos] Tria ludorum genera Pompejus dedit, Latinos, Græcos, Oſcos, diverſos ſcilicet lingua, ſermone, & amictu. itaque Ennium gloriari ſolitum ait Gellius, tria corda ſe habere, quia tres linguas calleret, Latinam, Græcam, Oſcam. *Oſci a regione Campaniæ, quæ eſt Oſcos, vocati ſunt*, ut inquit Feſtus. Oſcum ludicrum leviſſimæ apud vulgum delectationis appellat Tacitus lib. 4.

Cum Oſcos ludos vel in ſenatu noſtro ſpectare poſſis] Duæ ſunt cauſſæ, quibus neque Græcos neque Oſcos ludos Marius deſiderare debuerit: prior in ipſis ludis, quod indigni ſint, qui a viro gravi doctrinaque expolito ſpectentur. altera non in ipſis ludis eſt, ſed petitur extrinſecus: quia Oſca verba Marius vel in ſenatu Arpinati audire poſſet; (non enim Oſcos ludos fieri in Arpinati ſenatu Cicero dicit, ſed jocatur in Arpinatum ſenatorum linguam, Oſca miſtam propter vicinitatem) a Græcis autem alieno animo eſſet, uſque eo, ut Græcam viam, cum ad villam ſuam iret, libenter vitaret.

Pag. 364. *Athletas*] Quos in theatro certaſſe, Dionis teſtimonio jam probavimus. Athleticum autem certamen Olympiæ Hercules invenit. Græce πένταθλον, Latine *quinquertium* dicebatur, quia certationes corporum eſſent, ut in Polluce legitur, quinque rebus, curſu, lucta, pugilatu, ſaltu, diſco. ideo πένταθλος dictus eſt Democritus Abderita, quod exercuiſſet phyſica.

Ipſe] Dator ludorum.

Confitetur] Quia pauci eo certamine delectati.

Operam & oleum] Laborem & ſumptum. oleo enim ungebantur athletarum corpora. id primo dictum in una re, de athletis ſcilicet, qui labore & ſumptu exercitati, mox interdum parum probarentur; deinde ad omnia ſimilia tranſlatum eſt, in quibus & operæ & ſumptus jacturam factam eſſe conſtaret. Plautus in Pœn. *Et oleum & operam perdidi.*

Venationes] In quibus leones quingentos interfectos eſſe, auctor Plutarchus, & Dio lib. 39.

Binæ per dies quinque] Binæ, quia mane datæ, poſt meridiem inſtauratæ ſunt.

Homini politico] Si veteribus libris habenda fides eſt: in omnibus, & quos olim vidi, & quibus nunc utor, ita legitur. ſi de ſententia laboramus: cauſſæ nihil video, cur non placeat, *Homini politico.* valet enim viro gravi, & in rep. verſato. Mediceus liber, *Homini polito:* quod eſt, eleganti.

Pag. 365. *A valentiſſima beſtia*] A leone.

Venabulo] Telum venantium, lato ferro. Virg. lib. 4. Æneid.

Tranſverberatur] Tranſjicitur.

Elephan-

Elephantorum] Quos xx. ut Plinius ait, vel, ut Dio, XIIX. Pompejus in Circo dedit.

Admiratio] Tantarum belluarum adſpectu.

Quinetiam] Contrarium ſubjungitur: nam delectatio cum lætitia eſt, miſericordia cum dolore.

Miſericordia quædam] *Quædam*, dixit, quia proprie miſeremur noſtri ſimilium, non brutorum. Cauſſam hujus miſericordiæ Plinius exponit his verbis lib. 8. cap. 7. *Amiſſa fugæ ſpe, miſericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes ſupplicavere, quadam ſeſe lamentatione complorantes, tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris ac munificentiæ honori ſuo exquiſitæ, flens univerſus conſurgeret, dirasque Pompejo, quas ille mox luit, imprecaretur.* Eadem fere Dio. Plutarchus hanc rem breviter attigit.

Ludis ſcenicis] Ludos ſcenicos vocat, Clytemneſtram, & Equum Trojanum, itemque Græcos & Oſcos ludos. Hic quæro: ſi ludi ſunt inter dies feſtos, quod Macrobius lib. 1. Sat. ſcriptum reliquit; & feſti dies, iidem ſunt nefaſti: quod idem tradidit; qui potuit Caninii cauſſam Cicero ludis ſcenicis, id eſt, nefaſtis diebus, agere? nam judicia faſtis tantum diebus fiebant: nefaſti autem faſtis oppoſiti. Non deeſt, quod reſpondeam. Ludi non omnes, ſed anniverſarii tantum inter dies feſtos fuere, ludi autem Pompeji non anniverſarii, ſed extra ordinem dati, cum theatrum templumque Veneris Victricis dedicaret. itaque per eos dies judicia fieri licuit. Exoritur altera quæſtio: ſi ludos Cicero ſpectavit, quo modo Caninium defendit? Potuit ante meridiem defendere, poſt meridiem ſpectare.

Ne forte videar tibi non modo beatus, ſed liber omnino fuiſſe] Ne tu me putes ludorum diebus, non dicam beatum, ſed omnino liberum fuiſſe.

Pag. 366. *Dirupi*] Præ labore, & contentione.

Galli Caninii] Quem Athenis poſtea vidit in Ciliciam proficiſcens. ep. 8. lib. 2.

Tam facilem] Facilem populum non habeo, quia non licet mihi a cauſſis diſcedere: cogor enim defendere, quos nolim.

Ambitio] Cauſſis enim agendis multorum ſibi amicitias comparavit; quorum ope ſummos honores conſecutus eſt: ut in Commentario Q. Ciceronis de petitione conſulatus.

Vita nulla eſt] Prorſus injucunda vita eſt: ut mihi vivere non videar.

Neque enim fructum ullum laboris exſpecto] Sic olim reſtitui, cum in omnibus antiquis libris viderem, ſicuti nunc etiam video, *Ex his peto.*

Homines non optime de me meritos] Gabinium ſignificat, quem rogatu Pompeji defendit, cum ab eo conſule oppugnatus & ejectus eſſet. In oratione pro Poſtumo, defenſum a ſe Gabinium, ait, non tam ut Pompejo gratificaretur, quam ut bona fide rediiſſe videretur in gratiam. Ad Vatinium quoque ſpectavit, quem, Cæſare contendente, reum defendit. epiſt. 9. lib. 1. *De Vatinio*, inquit, *primum reditus interceſſerat in gratiam per Pompejum: poſt autem, Cæſaris, ut illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta.* Et ipſe Vatinius, cum Ciceroni odio fuiſſet, mox eo ſe patrono abſolutum, fatetur in epiſt. 9. lib. 5. Et Valerius lib. 4. cap. 2. *Cicero Gabinium, repetundarum reum, ſummo ſtudio defendit, qui eum in conſulatu ſuo urbe expulerat. idemque P. Vatinium, dignitati ſuæ ſemper infeſtum, duobus publicis judiciis tutatus eſt.* Et Quinctilianus lib. 2. c. 1. *Dixit Cicero pro Gabinio & P. Vatinio, inimiciſſimis antea ſibi hominibus, & in quos orationes etiam ſcripſerat.* Divus etiam Hieronymus contra Rufinum recitat locum ex oratione Ciceronis pro Gabinio.

Et laudo vehementer, & probo] Vide illud epiſt. 20. lib. 5. *Quam omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant.*

Lepore tuo] *Lepor* in verbis proprie dicitur, ad alia tamen transfertur, quæ delectationem afferant: ut, *Homo omni lepore ac venuſtate affluens.* &, propter cultum amictumque laſciviorem, *lepidi & de-*

r delicati pueri vocantur orat. 2. in Ca-
il. Et, *Lepide ſit illa* ἐκχύσις, epiſt. 3. ad Attic. lib. 2. quod refertur ad jucunditatem eorum, qui ex anguſtis feneſtris proſpicerent.

Pag. 367. *Moleſtiſſimas*] Hujus moleſtiæ præcipuam cauſſam dixit, quod os etiam, quos nollet, defendere cogeretur.

Quibus ſi me relaxaro] Epiſt. 15. ad Attic. lib. 16. *Si te occupatione iſta relaxaris.*

Exſolvam] Non omnino occupationibus expediri, ſed impediri minus vult. plus enim, *Exſolvere*, quam *Relaxare*; contraria vero, *Relaxare*, & *Adſtringere*, ut epiſt. 6. ad Attic. lib. 16. *Pater, quidquid ego adſtrinxi, relaxat.*

Quid ſit humaniter vivere] Non refero *Humaniter*, ad eam virtutem, qua qui præditus eſt, facilem ſe omnibus præbet, comiter excipit benignum, complectitur, vultu, verbis, re neminem lædit: ſed accipio *Humaniter*, pro jucunde ſimul & honeſte, cum iis voluptatibus & ſtudiis, quibus animus quidem remittitur, numquam tamen a virtute disjungitur. *Humaniter* & *Humane* dixit Cicero: ſed uſitatius eſſe *Humane*, & cum quadam licentia dictum *Humaniter*, ſicut a Terentio in Andria *Duriter* pro *dure*, oſtendit Auguſtinus in libro de Grammatica.

Iſtam imbecillitatem valetudinis] *Iſtam infirmam valetudinem*, dixit ep. 2. lib. 14.

Suſtenta] Apte & proprie: niſi enim ſuſtentetur quod imbecillum eſt, facile concidit.

Villas obire] Pro *adire*: quamquam voluntatis & ſtudii plus eſt in *obire*, quam *adire*: ut cum alibi dixit, *Obire cœnas*, *obire colonias*. Interdum valet exſequi.

Hæc ad te pluribus verbis ſcripſi, quam ſoleo, non otii abundantia, ſed amoris erga te] Dixi jam, ſimilitudine locorum indaganda, copiam ali, & ingenium excitari. quare, ſi quid in hoc genere pro noſtro inſtituto, ſtudii operæque ponimus; non οἴκοθεν, ut opinor, noſtra induſtria, ſed cum aliquo fortaſſe ſtudioſorum fructu collocatur. In epiſtolarum clauſula ſolet excuſationem Cicero aliquam afferre, vel quia longior fuerit, vel quia liberior in ſcribendo. prioris generis exemplum eſt hoc, & illud epiſt. 4. l. 6. *Sed hæc ſatis multa, vel plura potius, quam neceſſe fuit. facit autem non loquacitas mea, ſed benevolentia longiores epiſtolas.* Et. epiſt. 10. lib. 3. *Sed hæc hactenus: pluribus enim etiam fortaſſe verbis, quam neceſſe fuit, ſcripta ſunt.* Cato etiam epiſt. 5. lib. 15. excuſationem quæſivit, quaſi longior fuiſſet. *Hæc* (inquit) *iccirco ad te contra conſuetudinem meam pluribus ſcripſi, ut, quod maxime volo, exiſtimes me laborare, ut tibi perſuadeam me & voluiſſe de tua dignitate: quod ampliſſimum ſum arbitratus, &, quod tu maluiſti, factum eſſe gaudere.* In poſteriore genere ſunt illa, ep. 4. lib. 2. *Hoc quidquid attigi, non feci inflammandi tui cauſſa, ſed teſtificandi amoris mei.* Et ep. 3. lib. 10. *Hæc amore magis impulſus ſcribenda ad te putavi, quam quo te arbitrarer monitis & præceptis meis egere. ſciebam enim ex iiſdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipſe hauſeram. quare modum faciam. hoc tantum ſignificandum putavi, ut potius amorem tibi oſtenderem meum, quam oſtentarem prudentiam.*

EPISTOLA II.

Pag. 368. *HOmo acutus*] Cum ironia. minime enim acutus, qui mandat ei, ut aliquid emat, cui expediat illud venire quampluri-mo.

Sed eo vidiſti multum] Ergo non multum viderat in emptione mandanda: quod correxit pretio definito. *Videre* autem oculorum eſt proprium: ſed ea vis, quæ in oculis eſt ad cognoſcendum, apta ſimilitudine ad mentem, animum, ingenium cum laude transfertur. unde *acies mentis, animi, ingenii* dicitur: & *videre* aut *cernere animo, ingenio, conjectura, &c.* ep. 16. lib. 2. *Non eam cognovi aciem ingenii tui, quod ipſe videam, te id ut non putem videre.* Et ep. 4. lib. 6. *In quo prima illa conſolatio eſt,*

eſt, vidiſſe me plus, quam ceteros, cum cupiebam quamvis iniqua condicione pacem. Et epiſtola 28. hujus libri: *Vidiſſe mihi multum videris.* Et epiſt. 2. lib. 9. *Tu enim ipſe, qui & me & alios prudentia vincis, omnia, credo, vidiſti, nihil omnino te fefellit.* Et in Oratore: *Pæona qui dixit aptiorem, in quo eſſet longa poſtrema; vidit parum.*

Quo ne pluris emerem] Mandaverat enim Ciceroni Marius, ut vel ſuam venderet, vel aliorum coheredum partem emeret.

Qui meus in te amor eſt] Pro meo in te amore. epiſt. 20. lib. 5. *Quod ſi mihi expenſa iſta H-S centum tuliſſes: tamen, quæ tua eſt ſuavitas, quique in me amor, nolles a me hoc tempore æſtimationem accipere.* Et epiſt. 13. hujus libri: *Moriar, ni, quæ tua gloria eſt, puto te malle a Cæſare conſuli, quam inaurari.* Et ep. 3. lib. 8. *Qui, quæ mea negligentia eſt, multos ſæpe dies ad te, cum hic eras, non accedebam; nunc, quotidie non eſſe te, ad quem curſitem, diſcrucior.* Et epiſt. 78. l. 13. *Cognitum, per te ipſum, quæ tua natura eſt, dignum tua amicitia atq; hoſpitio judicabis.*

Confeciſſem] Tranſegiſſem, negotium abſolviſſem.

Inlicitatorem potius ponam, quam illud minoris veneat] Sic veteres aliquot libri. alii, *Illicitatorem.* nonnulli, *In licitationem*: vel, *In licitatione.* placet, *In licitationem*: ut ſit: conferam illud potius in contentionem licitantium, quam minoris veneat: non patiar illud minoris venire, quam quanti ut emerem, permiſiſti. ita neque contra mandatum tuum agam; non enim pluris emam, quam tu vis: & conſulam utilitati meæ; quia, minoris ne veneat, in licitationem ponam. Tota jocatio eſt, præter illud primum, *Mandatum tuum curabo diligenter.* quod infra quoque, remoto joco iterat. *Ponere* autem cum accuſandi caſu alibi quoque dixit Cicero, ut Phil. 3. *Longo intervallo in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus.* Et lib. 5. de Fin. *Quæcumque ingredimur, in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus.* Et epiſt. 3. ad Att. lib. 5. *Apud Lentulum ponam te in gratiam.*

Pag 367. *De Burſa*] Hic eſt T. Munatius Plancus Burſa, frater L. Planci oratoris, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ lib 10. tribunus pleb. anno proximo acerbiſſimis concionibus in invidiam rapere Milonem Ciceronemque conatus erat: eoque incitante plebs curiam incenderat. quo crimine anno ſequenti, ſtatim poſt depoſitum magiſtratum, lege Pompeja de vi damnatus eſt. ep. 1. lib. 8. & Plutarchus in Pompejo & Catone, Dio lib. 40. & Pedianus. Reſtitutus a Cæſare poſt victum Pompejum. qua de re ſic Phil. 13. *Sequuntur alii tribunicii, T Plancus in primis: qui ſi ſenatum dilexiſſet, numquam curiam incendiſſet. quo ſcelere damnatus, in eam urbem rediit armis, a qua exceſſerat legibus.* De hoc etiam Dio, Pedian. & alii.

Gaudere] Tum, quia de vi damnatus eſſet; tum etiam, quia Cicerone ipſo accuſante. Dio libro 40.

Hominis ſordes] Ad vitia refertur: quibus inquinati homines contemnuntur ut ſordes. In Piſonem: *O lutum, o ſordes.* Ad Attic. epiſt. 16. lib. 4. *Iudicum ſordes.*

Morte inimici] Clodio a Milone interfecto.

Quam calamitate] Non tanti mihi eſt inimicorum exitium, ut eos perditos velim cum amicorum calamitate. quod accidit in Clodio. eum enim occidit Milo, & eo crimine calamitatem ſubiit exſulii.

Bonorum] Iudicum, qui Burſam damnaverant.

Contentionem] Summum ſtudium pro ſalute Burſæ. nam *contentio* plus eſt, quam *ſtudium.* epiſt. 1. lib. 1. *Sic egit cauſſam tuam, ut neque eloquentia majore quiſquam, neque gravitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit.* Et epiſtola 9. ejuſdem libri: *Cæſaris, ut illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta.*

Clariſſimi] Pompejum ſignificat. quem & epiſt. 8. lib. 1. *clariſſimum* vocat. *A ſenatu* (inquit) *ordinem conjunctiſſimum, & hominem clariſſimum abalienarunt.*

Poten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Potentiſſimi] *Contra tantas opes ejus*, lixit infra.

Oderam multo pejus hunc] Epiſt. 1. ad Attic. lib. 14. *Non dubito, quin me male derit.* Et M. Brutus in epiſt. ad Ciceronem: *Pati contumelias, pejus odero omnibus malis.* Phil. 11. *Neminem veterani pejus oderunt.* Terentius in Adel. *Illud rus nulla alia de cauſſa tam male odi.* Horatius: *Odi cane pejus & angue.*

Hunc defenderam] Reum. ingratus gitur. *in quo vitio nihil mali non ineſt*; ut epiſt. 4. lib. 8. ad Attic.

Diſcrimen eſſet habitura] Periclitatura eſſet: cum in mea ſalute reip. ſalus geretur.

Eorum auxilio] Improborum omnium. non enim præcipue Cæſarem, Pompejum, Craſſum notari crediderim: de quibus in oratione pro Sextio. nam hoc tempore Cæſari & Pompejo non vulgari Cicero conjunctus erat amicitia.

Qui me ſtante, ſtare non poterant] Perditis enim illorum conſiliis adverſabar acerrime. epiſt. 6. lib. 6. *Cum me e rep. expuliſſent ii, qui illam cadere poſſe, ſtante me, non putarunt.*

Simiolus] Plane contemnendus, non homo, ſed ſimiolus. homini enim ſimia quibuſdam rebus ſimilis. epiſt. 10. lib. 5. *Simius non ſemiſſis homo, contra me arma tulit.* Et Horatius Sat. ult. lib. 1.

—— *Quos neque pulcher*
Hermogenes umquam legit, neque ſimius iſte.

In quem inveheretur] Quem injuriis afficeret. in hoc verbo illud notandum, duo participia, *Invehens* ab agente verbo, *Invectus* a patiente deductum, tempore magis, quam ſignificatione, differre. Phil. 2. *Cæſar in ſenatu, aperte in te invehens, queſtus eſt.* De nat. deor. lib. 1. *Maritimus Triton pingitur natantibus invehens belluis.* Ejuſdem generis illud eſt in Bruto: *Cujus in adoleſcentiam, per medias laudes quaſi quadrigis vehentem, tranſverſa incurrit miſera fortuna reip.*

Emiſſarium] Qui meorum invidorum arbitrio & voluntate in me emitteretur, ſimilitudine locorum, quibus, cum volumus, aqua emittitur. epiſt. 18. lib. 16.

Pag. 368. *Contra tantas opes ejus*] Contra contentionem potentiſſimi viri Pompeji: qui cum, imperii cauſſa, ad urbem eſſet, Plancum per tabellas abſens laudavit. Dio lib. 40. idem confirmat Plutarchus in Catone. quamquam in Pompejo non ab ipſo abſente, ſed a præſente laudatum eſſe Plancum ſignificat. ait enim, Λύσας νόμῳ τοὺς γινομένους περὶ τῶν κρινομένων ἐπαίνους, αὐτὸς εἰσῆλθε Πλάγκον ἐπαινεσόμενος.

A quo ipſi lecti judices erant] Pompejus duas tulit judiciarias leges, unam in ſecundo conſulatu, ut e cenſu ampliſſimo e centuriis aliter, quam antea, lecti judices, æque tamen ex illis tribus ordinibus, de quibus L. Aurelius Cotta prætor legem tulerat, res judicarent; de qua Pedianus: alteram in tertio conſulatu, quam Vellejus nominat, ut eſſent CCCLX, quos ipſe legit. tot enim & Vellejus lib. 2. & Plutarchus in Pompejo nominant. vide Cœlii epiſtolam lib. 8. quæ incipit: *Etſi de rep.* quo loco trecenti tantum judices appellantur. Lectionem autem illam conſulis Pompeji fuiſſe, non Velleji modo, ſed Ciceronis etiam teſtimonio cognoſcitur. ſunt enim hæc in oratione pro Milone, in extremo: *Veſtram virtutem, juſtitiam, fidem, mihi credite, is maxime probabit, qui in judicibus legendis optimum & ſapientiſſimum quemque legit.* Idem oſtendit Pedianus in ejus orationis argumento.

Niſi iis dolori meus fuiſſet dolor] Suſceptus ex multis Planci injuriis: qui me animi cauſſa, in quem inveheretur, delegerat. Non diſſimile illud Phil. 14. *Dolorem ferre non potuit doloris mei.* ſic enim eum locum diſtinguo.

Nos hic multitudine & celebritate judiciorum, & novis legibus, ita diſtinemur, ut quotidie vota faciamus, ne interkaletur] *Celebritate*, ob magnitu-

V dinem

dinem rerum, quæ judicabantur. *Novis legibus*, quas proximo ſuperiore anno Pompejus Magnus, tertium conſul, tulerat. duas nominat Pedianus, unam de vi, qua Burſam ejectum eſſe in exſulium diximus, alteram de ambitu, qua Hypſæum damnatum Plutarchus in Pompeji vita videtur indicare.

Vota faciamus] Vota facit is, qui ſe aliquid cum honore Dei facturum ita promittit, ſi, quod optat, ex animi ſententia ſucceſſerit.

Ne interkaletur] Ne dierum interpoſitione tempus protrahatur. Indicat hic locus, pontifices interkalare ſolitos arbitratu ſuo. nam ſi annus hic eſſet interkalaris ex inſtituto Numæ, fruſtra Cicero vota faceret, ne interkalaretur. metuebat igitur, ne interkalaretur extra ordinem. quod idem timuit in adminiſtratione Ciliciæ epiſt. 9. 13. 21. ad Attic. lib. 5. Contra ſequenti anno C. Curio tribunus pl. ut diem haberet longiorem ad ea perficienda, quæ pro Cæſaris cauſſa cogitabat, interkalare cupiebat. quod quia non obtinuit, a ſenatu ad populum transfugit, & pro Cæſare loqui cœpit, ut ait Cœlius epiſt. 9. lib. 8.

EPISTOLA III.

PErſæpe mihi cogitanti] Narrationem ordiri interdum ſolet a dandi caſu, ut lib. 1. de Orat. *Cogitanti mihi, Q. frater, & memoria vetera repetenti, perbeati fuiſſe mihi videri ſolent, &c.* Et epiſt. 1. ad Att. lib. 2. *Kalendis Jun. eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obviam tuus puer.* Et ad eundem epiſt. 16. ibidem: *Cœnato mihi, & jam dormitanti, pridie Kal. Maj. epiſtola eſt illa reddita.*

De communibus miſeriis] Afflicta civili bello rep.

Tot annos] Initio ſumpto ab eo anno, quo Cæſar primum conſul fuit. leges enim multæ contra majorum inſtituta, contraque libertatem publicam latæ ſunt: quod poſtea res ipſa declaravit; itaque ſcripſit Cicero in quadam ad Axium epiſtola, quæ non exſtat, ſed a Suetonio nominatur in Julii vita, Cæſarem in conſulatu confirmaſſe regnum, de quo ædilis cogitarat. Horatius anno ante, id eſt Metello Celere & Afranio coss. factum eſſe motum civilem ait, ode prima lib. 2. *Motum Metello conſule civicum:* fortaſſe ob eam cauſſam, quia Metello ipſo conſule in carcerem a Flavio tribuno pl. ducto, ſeditio commota eſt. epiſt. 1. ad Att. lib. 2. & Dio lib. 37. Dixit igitur Cicero, *Tot annos*, ad originem belli civilis reſpiciens, non ad primum ejus belli annum, quo Lentulus & Marcellus conſules fuere, quadriennio ante, quam hæc epiſtola ſcriberetur. nam de hoc tempore, *Tot annos*, opinor, non diceret.

Vt video] Spes enim fortunæ melioris nulla ſupereſſe videbatur, devicta jam duobus prœliis Pompejanorum cauſſa, Pharſalico primum, deinde Africano.

Solet in mentem venire illius temporis] Modo cum generandi, modo cum nominandi caſu dixit Cicero, *In mentem venire.* de Finib. lib. 6. *Venit mihi Platonis in mentem.* Pro Amerino: *Venit mihi in mentem oris tui.* At epiſt. 17. lib. 2. *Quæ mihi veniebant in mentem.*

Proxime] Anno primo civilis belli: ut infra patet, ex mentione conſulum Lentuli & Marcelli. quo modo igitur, *Proxime*? cum ſit hic tertius belli civilis annus. nimirum, cum ſæpe fuiſſet cum Mario, *Proxime*, dixit de poſtremo inter eos habito ſermone.

Pag. 369. *Præſto fuiſti*] Villam & Marius habebat in Pompejano. epiſtola 4.

Sollicitum te habebat] Sollicitabat. Sic locutus epiſt. 16. lib. 2.

Tum officii, tum etiam periculi mei] Hoc explanatur ſequentibus verbis.

Si manerem in Italia] Profecto in Græciam Pompejo.

Officio] Erga remp. & Pompejum de me bene meritum.

Vt

Vt non explicarem, quid eſſet optimum factu] Vtilitas enim cum honeſtate pugnabat. epiſt. 2. lib. 4. *Si, quid rectiſſimum ſit, quærimus; perſpicuum eſt. ſi, quid maxime expediat; obſcurum.* Et epiſt. 19. lib. 5. *Eſt res profecto maxima. quid rectum ſit, apparet: quid expediat, obſcurum eſt.*

Pudori tamen malui famæque cedere] Epiſt. 6. lib. 6. *Vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus, ut Amphiaraus in fabulis. ſic ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus.*

Neque magnas copias] Non magnas, cum Cicero in Græciam venit: magnas autem poſtea, conjuncto Scipionis exercitu, & multorum auxiliis. Cæſar ipſe lib. 3. bel. civ. in exercitu Pompeji ait fuiſſe millia XLV, præterea evocatorum circiter duo millia, & cohortes ſex. Plutarchus in Cæſare, peditum XLV millia in Pompeji numerat exercitu, equitum ſeptem millia. vide illa verba epiſt. 7. lib. 4. *Neque copias Cn. Pompeji, nec genus exercitus probare.*

Neque bellicoſas] Tirone & collecticio exercitu, quod infra dicitur, & epiſt. 7. lib. 4. epiſt. 24. lib. 10.

Ducem] Pompejum, belli ducem.

Rapaces] Maxime P. Scipio, Pompeji ſocer, Syriæ proconſul: de cujus infinita rapacitate, vide quæ ſcripſit Cæſar lib. 3. bell. civ.

Crudeles] Epiſt. 14. lib. 4. & epiſt. 6. lib. 9. & epiſt. 19. lib. 15. & epiſt. 6. lib. 11. ad Attic.

Pag. 370. *Æs alienum*] Hoc ſignificatur epiſt. 6. lib. 6. in eo loco: *Qui, duce Pompejo freti, peropportunam & rebus domeſticis & cupiditatibus ſuis illius belli victoriam fore putabant.*

Ampliſſimorum virorum] Præſertim L. Lentuli conſulis, P. Scipionis, Pompeji ſoceri, Fauſti Libonis. de Lentulo Cæſar lib. 1. bel. civ. *Lentulus æris alieni magnitudine, & ſpe exercitus, ac provinciarum, & regum appellandorum largitionibus movetur.* De tribus reliquis, epiſt. 9. lib. 9. ad Att.

Præter cauſſam] Eſſe enim in caſtris Pompeji reſp. & libertas defendi videbatur.

Semper] Etiam ante quam iretur ad arma. epiſt. 1. lib. 4. & epiſt. 11. lib. 16.

Valde abhorreret] Vel ſuperbia quadam, qui parem ſibi Cæſarem ferre non poſſet; vel quia certam de victoria ſpem ſuſceperat, confiſus exercitum ſe habiturum multis partibus majorem exercitu Cæſaris.

Quadam pugna] Ad Dyrrhachium facta: ex qua Pompejus imperator eſt appellatus. Cæſar lib. 3. bell. civ.

Nullus imperator fuit] Nihil egit egregio imperatore dignum.

Tirone & collecticio exercitu] Collecticio exercitu belli civilis initio. Tuſc. 2. *Tantum intereſt inter novum & veterem exercitum, quantum experti ſumus.*

Robuſtiſſimis] Quarum nonnullæ per novem annos in Gallia pugnaverant.

Victus] In Pharſalia.

Turpiſſime] Vtpote qui & amiſſis caſtris, & ſolus fugerit.

Nec putavi] Eadem in ſententia fuit M. Marcellus: ad quem Cicero epiſt. 7. lib. 4. ita ſcripſit: *Tuum conſilium nemo poteſt non maxime laudare, quod cum ſpe vincendi ſimul abjeciſti certandi etiam cupiditatem.*

Integri] Nondum adverſa pugna fracti: translatio. firmiora enim ſunt integra, quam fracta.

Jubam] Mauritaniæ regem, ad quem Scipio, Pompeji ſocer, poſt Pharſalicum prœlium confugit. epiſt. 6. lib. 9. *Quaſi utilius fuerit, eos etiam ad beſtiarum auxilium confugere, quam vel mori, vel cum ſpe ſi non optima, at aliqua tamen vivere.* Hic eſt ille Juba, de quo Cæſar triumphavit, ejuſque filium, qui poſtea inter ſcriptores doctiſſimos, ut ait Plutarchus, connumeratus eſt, & ad Cajum Auguſti filium, teſte Plinio, de Arabiæ rebus libros conſcripſit, in triumphum duxit, admodum infantem.

Aut capiendus tamquam exſulis locus]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Quod M. Marcellus & alii fecere. *Tamquam exſulio*, non proprie exſulio: nam exſules damnati legibus patria carent: qui vero patria caret, ſed non legibus damnatus, is non exſul, ſed tamquam exſul eſt. in epiſtola tamen ad Marcellum 8. lib. 4. dixit, *hunc aptiſſimum eſſe etiam ad exſulandum locum*: quaſi exſulium ſit, adſpectu patriæ frui non poſſe. & hic, paullo poſt, ſimpliciter exſulium appellavit. *Ex omnibus* (ait) *iis, quæ dixi, incommodis, nihil tolerabilius exſulio.*

Aut conſciſcenda mors voluntaria] Quod M. Cato, audita Cæſaris Africana victoria, Vticæ fecit: unde illi cognomen Vticenſi. Conſciſcere mortem, e ſex incommodis ultimum poſuit, ſerviens videlicet cauſſæ ſuæ, qui diſceſſerit ab eo bello, in quo nihil proſperum exſpectari poſſet, adverſa omnia imminerent. alibi tamen præclaram vocat Catonis mortem, quam ſibi ille conſciverat voluntariam. ep. 18. lib. 9.

Nolles aut non auderes] *Nolles*, quia turpe: *non auderes*, metu poteſtatis.

Committere] Quod Cicero fecit, ſtatim a pugna Pharſalica in Italiam reverſus.

Præſertim innocenti] Hac de re præclare diſputat in Paradoxo adverſus Clodium, a quo exſul appellatus erat.

Cum meis] Propinquis & amicis.

Si quidquam] Correctio: quaſi omnia plane ſint in unius poteſtate.

Etiam in meis eſſe malui] *Etiam*, vim quandam indignationis & doloris habet: quaſi dixerit: omnia ſunt in unius poteſtate, nihil cujuſquam præterea: hoc tamen cum ſcirem, in meis eſſe malui. Particula *In*, ſejungere videtur ab illo poſſeſſionem, quam tribuebat particula *Cum*. nam, *Cum meis*, rei poſſeſſæ ſignificationem habet: *In meis*, fructum potius, quam poſſeſſionem, demonſtrat. Venuſtas non abeſt: Cum meis non ero; quia nihil cujuſquam eſt: at in meis ero; quod in malis aliquod ſolatium affert.

Pag. 371. *Si nulla, tamquam in exſulio*] Epiſt. 8. lib. 4. *Si ſit aliqua reſp., in ea te eſſe oportere; ſin autem nulla, hunc tamen aptiſſimum eſſe etiam ad exſulandum locum.*

Multæ cauſſæ] Amiſſio libertatis, dignitatis, honeſtatis, amicorum, omnium denique rerum, quæ, rep. ſtante, jucundiſſimæ fuerant.

Vetus eſt enim] A veteribus dicta ſententia. epiſt. 3. lib. 7. *Ita vivere, ut non ſit vivendum, miſerrimum eſt.*

Suſtentem] Litteræ ſuſtentant, aberrante animo a dolore, & memoria calamitatum: rerum geſtarum gloria ſolatium affert in miſeria, cum recordamur, non omnia tamen erepta nobis eſſe, manere glóriam, manſuramque poſt obitum etiam, ab omni tutam injuria.

Mihi vivo numquam] Morbo tantum, perturbata memoria, unius eripi ſcientia poteſt: manente memoria, non poteſt.

Tum reip.] Cujus conſulebam ſaluti, cum pacem ſuadebam.

Quemquam] Aut Cæſarem, aut quemvis alium. epiſt. ultima lib. 5. *Ego ſum, qui nullius vim plus valere volui, quam honeſtum otium.*

Alicujus culpa] Pompejus notatur: cujus affinitate Cæſar, quæ voluit, pro ſua potentia conſecutus eſt. quod ſæpe queritur Cicero in epiſtolis ad Atticum, & hic epiſt. 1. & 6. lib. 6. & Cœlius epiſt. 14. lib. 8. & omnes hiſtorici.

Vnus] Quis hoc de Cæſare dici non videt?

Vt obſiſti non poſſet] Quis enim obſiſteret habenti robuſtiſſimas legiones, nec petenti, niſi quod jam ei, latis legibus, populus conceſſerat? ut etiam honeſtæ cauſſæ ſpeciem quandam oſtenderet.

Me voluiſſe etiam rel. omn. &c.] Ita hunc locum diſtinximus, qui antea male diſtinctus erat.

Reliquis omnibus] Facere finem belli.

pacem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

pacem enim, victo Pompejo, ſuaſi: qua non probata, uſus ipſe meo conſilio ſum. epiſt. 6. lib. 9. *Erant nobis perirati, quaſi quidquam de noſtra ſalute decreviſſemus, quod non idem illis cenſuiſſemus.*

Pag. 372. *Rhodum aut Mitylenas*] Quo ſe, tamquam ad liberas civitates nonnulli ex Pharſalico prœlio, qui ſe victori nollent, aut non auderent committere, contulerunt. epiſt. 7. lib. 4.

Sed, quia longius fiebat] Epiſt. 8. l. 9. *Sed, cum tu tardius faceres.*

Vituperatores meos] Crimini dabant, quod a bello diſceſſiſſet. Eodem modo *Amatorem tuum*, dixit epiſt. 15. libro 9.

Cum meus interitus nihil fuerit reip. profuturus] Hoc interponit, ut ſuſpicionem timoris avertat; ne videatur ob vivendi cupiditatem boni civis officio defuiſſe. Mortem, inquit, non timui: ſed cum ea nihil eſſet reip. profutura, mori cur mallem, quam vivere?

Si me audiſſent] Pacem ſuadentem. ſupra, & epiſt. 1. lib. 4. & 21. lib. 6.

Quamvis iniqua pace] Epiſt. 6. lib. 6. *Cum vel iniquiſſimam pacem juſtiſsimo bello anteferrem.*

Honeſte tamen viverent] Hoc dicit, ne quis objiciat, eum turpiter vivere. non enim ſatis fuit, oſtendere, nihil reip. mortem ſuam fuiſſe profuturam: ſed vitam quoque ipſam nulla cum turpitudine conjunctam demonſtrat.

Non cauſſa] Honeſte igitur vivit, quicumque bene ſentit; nec honeſtatem vel afferunt arma, vel eripiunt.

EPISTOLA IV.

CVm *Libone*] Scriboniæ gentis, plebejæ.

Tuo, vel noſtro potius] Similis loquendi modus epiſt. 2. lib. 9. *Caninius, idem tuus, & idem noſter.*

In Pompejanum] Villam ſuam, prope opidum Pompejos.

Faciam te ante certiorem] Erat enim & Marius in Pompejano ſuo.

Hic] In vicinis prædiis. uterque enim villas habebat in Pompejano. epiſt. 9. lib. 2. ad Q. Fr. *Illorum prædiorum ſcito mihi vicinum Marium lumen eſſe.*

Vides] Ideo vides, quia Pompejanum prope Cumanum eſt. epiſt. 13. lib. 2. ad Att.

Quanto poſt] Diſſentio ab iis, qui, *multo poſt*, ſignificari putant: nam ſe brevi cum eo futurum, in extrema epiſtola Cicero demonſtrat.

Si quod conſtitutum] Libri aliquot veteres habent, *Si quid*; alii tamen, *Si quod*. quos ſequor. nam, *conſtitutum*, tranſiit in naturam nominis: ut epiſt. 1. lib. 12. ad Att. *Quincto Cal. igitur ad conſtitutum.* Et pro Cæcina: *Qui ad conſtitutum experiundi juris gratia veniſſent.* Et pro Cœlio: *Cum ſit iis confitendum, numquam ſe ne congreſſu quidem, & conſtituto cœpiſſe de tantis injuriis experiri.* Apparet, verbum juris eſſe. Si tu, inquit, curare podagram his diebus conſtituiſti; differ in alium diem, ut interea ſimul cœnare aliquanto hilarius poſſimus.

EPISTOLA V.

Pag. 373. V*Ide, quam mihi perſuaſerim, &c.*] Facilius impetratur, impetrandi ſpe propoſita. parit enim benevolentiam humanitatis commemoratio. quo hic artificio utitur Cicero.

Quocumque exirem] Legatione non frumentaria, ut nonnulli putarunt, ſed Hiſpanienſi, cum Pompejo proconſule: cui lege Trebonia, ut omnes hiſtoriæ narrant, utriuſque Hiſpaniæ adminiſtratio in quinquennium demandata erat.

Commoratio] Ad urbem. numquam enim Pompejus ivit in provinciam: quæ belli civilis origo fuit. epiſt. 6. lib. 6. *Eundum in Hiſpaniam cenſui. quod ſi feciſſet, civile bellum nullum omnino fuiſſet.* Hic autem de curatione frumentaria qui poteſt intelligi, cum ea jam ante biennium demandata Pompejo eſſet?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nec ea res tam diuturnam Pompeji commorationem ferret? quin etiam frumenti comparandi cauſſa, ivit Pompejus in Sardiniam & Africam Marcellino & Philippo coss. ut epiſt. 9. lib. 1. demonſtrat. at hæc ad Cæſarem, ſcripta biennio poſt, nondum ab urbe Pompejum diſceſſiſſe oſtendit. præterea epiſt. 17. eandem manifeſte rem attingens, ait: *Quoad opinatus ſum me in provinciam exiturum.* Ire in provinciam non opinor diceret, ſi ad frumentariam curationem iturus eſſet.

Dubitatio] Verebatur, ne Clodius abſenti negotium faceſſeret. Eadem legatio ſignificatur epiſt. ult. lib. 5. ad Attic. & epiſt. 1. lib. 3. ad Q. Fr.

Pag. 374. *Exſpectare a te, quæ ſperaſſet a me*] Plus eſt *exſpectare*, quam *ſperare*. nam in ſpe dubitatio videtur ineſſe aliqua, in exſpectatione nulla. parem igitur ſibi, quod ad juvandi Trebatii voluntatem attinet, Cicero Cæſarem facit: ſic enim exorſus eſt epiſtolam: *Vide, quam mihi perſuaſerim, te me eſſe alterum:* ſuperiorem autem in opibus agnoſcit, quia longe majorem, cum utramque Galliam proconſul adminiſtraret, ornandi augendique Trebatii facultatem haberet.

Prolixe] Liberaliter. epiſt. 8. lib. 3. *prolixam beneficamque Appii naturam* vocat.

Mirificus] *Mirificus, mirus, mirandus, admirandus, mirabilis, admirabilis,* ſynonyma ſunt.

Quaſi] Quia, quod hominum eſt, ad caſum tranſtulit, ideo, *Quaſi*, dixit.

Teſtis opinionis meæ] Cujus teſtimonio comprobaretur id, quod ego de te exiſtimaram.

Sponſor humanitatis tuæ] Cui, tamquam ſponſori, de tua credendum humanitate videretur.

Cum Balbo noſtro] Hic eſt L. Cornelius Balbus, Gaditanus, Cæſaris & Ciceronis amiciſſimus, pro quo exſtat oratio. pervenit Cæſaris beneficio ad maximas divitias, & conſulatum poſtremo eſt adeptus. Plinius lib. 7. cap. 43.

M. Irſium] Antiquos libros inſpexi multos. alii habent, *M. Irſium:* alii, *M. Iſſium:* alii, *Mirſium:* alii, *Idſium:* quidam, m. v. *Fivium.* nonnulli, *M. Ilſinium:* vel, *M. Itiſium:* vel, *M. Inſium:* vel, *M. Inſinium:* vel, *M. Liſium:* vel, *M. Rufum:* alii aliter: nullus, *Orſium:* quod tamen nonnullis placuit, opinantibus eum eſſe, de quo in epiſt. 13. lib. 2. ad Q. Fr. fit mentio. qua de re ſcripſi olim, tempora non congruere: nam hunc, qui nominatur in hac epiſtola, iviſſe ad Cæſarem, conſtat, ante Trebatium, illum autem poſt; cum in ea ſit epiſtola in extremo, *Trebatium ut valde ames, vehementer te rogo.* Hic a conjectura ſubſidium quærunt; & ajunt poſſe fieri, ut Orſius in Galliam antea ſit profectus; deinde, ſui negotii cauſſa, vel ab ipſo Cæſare miſſus, Romam venerit; unde cum litteris Ciceronis ad Q. Fratrem in Galliam redierit. hæc facile poſſunt excogitari: ſed nihil cogimur credere, niſi quod ratio perſuadeat. nam illa verba quæ ſunt in ea ad Q. Fratrem epiſtola, *Eſt tribunus mil. in exercitu veſtro.* mihi quidem argumentum afferre non videntur, cur ille Orſius antea fuerit in exercitu Cæſaris. fortaſſe etiam contrarium ſignificant. nam ſi fuerat antea tribunus mil. in exercitu Cæſaris: cur, quaſi de homine ignoto, ſcriberet ad fratrem Cicero, *Eſt tribunus mil. in exercitu veſtro?* quis putet a legato legionis Quincto ignoratum eſſe tribunum mil. cujuſcunque legionis? Dicit igitur Cicero, ut opinor, hoc: venit ad Cæſarem tribunus mil. creatus. Non enim ſoli imperatores tribunos mil. creabant, ut iidem credunt; ſed ea poteſtas populi quoque fuit. *Tribunorum militarium,* inquit Aſconius, *duo genera; primum eorum, qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari ſolent. alii ſunt Comitiati; qui Romæ comitiis deſignantur.* Idem legitur apud Feſtum. idem & a Livio lib. 9. ſignificatur. Erat igitur Orſius e comitiatis. quo refellitur illud argumentum: non potuiſſe Ciceronem divinare tribunum mil. Orſium

ſium a Cæſare creatum iri: itaque antea creatum eſſe, & in exercitu fuiſſe.

Vel regem Galliæ faciam] Hoc non faciam, ergo id, quod cupis. Modus loquendi, cum vel hoc, vel illud promittentes, alterutrum nos facturos eſſe, credi volumus. excluditur enim difficilius.

Leptæ delega] Video ſcriptum eſſe, *Dilegam*, in quattuor antiquis libris, in aliis omnibus, *Delega*. utroque modo locus, ut arbitror, mendo non vacat: nec ipſe mihi in conjectura ſatisfacio.

Suſtulimus manus] Ob admirationem. manus enim tollere conſuevimus, aliquid admirantes. in Acad. *Hortenſius vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus ſæpe tolleret.* Catullus: *Admirans ait hæc, manuſque tollens: Dii magni, ſalicippium diſertum.*

Pag. 375. *Neſcio quid*] Sic malo, quam *Neſcio quod*: idque videtur uſus poſtulare Latinæ linguæ. utrumque habent veteres libri.

Non fortuitum, ſed divinum] Fortuitis divina præſtant. nam, quæ a fortuna ſunt, ratione carent. Deus autem ſumma ratio eſt. Non igitur caſu, inquit, accidiſſe videbatur, ut eo tempore litteræ mihi abs te darentur, cum de hoc ipſo Trebatio cum Balbo noſtro loquerer; ſed ita, Deo volente, factum, ut opinio mea de tua erga me voluntate confirmaretur.

Invitatu tuo] *Invitatus, invitatio; permiſſus, permiſſio; conceſſus, conceſſio; conſenſus, conſenſio; diſceſſus, diſceſſio*; aliaque ſimiliter dicuntur.

Per me] Non propter me; (non enim ſe ponit ut cauſſam, quo ſpectetur) ſed, mea opera & commendatione; ut ſit ipſe cauſſa efficiens. Sic epiſtola 8. lib. 13. *Magna me affeceris non modo lætitia, ſed etiam gloria, ſi P. Sextius homini maxime neceſſario per me ſatisfecerit.*

In meos] Non modo propinqui, ſed amici etiam ſignificantur. ep. 10. l. 16. de Curione non propinquo dixit: *Curio meus illum incitabat.* & epiſt. 3. de ſolis propinquis non ſcripſit illud: *Ego cum meis, (ſi quidquam nunc cujuſquam eſt) etiam in meis eſſe volui.*

Spondeo] Ita promitto, ut me ſponſorem conſtituam, & in me ipſum recipiam, ſi ſecus acciderit. epiſt. 6. lib. 1. ad Att. *Tulliola tuum munuſculum flagitat, & me, ut ſponſorem, appellat. mihi autem abjurare certius eſt, quam dependere.* Sponſor, præs, vas, in quo differant, oſtendit Varro lib. 5. de ling. Lat.

Vetere verbo meo] Quo antea uſus eram in Milone commendando. Cum infra videam ſubjungi, *Sed more Romano*; &, *more Romano commendare*, ſit exquiſite laudare, & præſtanti quodam uti genere commendationis: quod hic locus demonſtrat; & ille in epiſt. 18. *Ego te Balbo more Romano commendabo:* facile poſſum conjicere, frigidum fuiſſe verbum illud Ciceronis, quod ſcriptum de Milone Cæſar luſerat. itaque ſequitur minime frigida laudatio, *Probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem eſſe neminem.*

De Milone] Hoc anno P. Clodium nondum occiderat Milo. qua porro in cauſſa eum Cæſari Cicero commendaverit, ſuſpicari difficile eſt. in magiſtratus petitione, non puto. nam præturam non petiit Milo; ſed, ea omiſſa, conſulatum petiit Calvino & Meſſalla coss. cum ædilitatem geſſiſſet biennio poſt tribunatum, id eſt, Pompejo & Craſſo iterum coss. fortaſſe igitur Milonem in aliqua contentione, quæ illi cum Clodio eſſet, eum Cicero commendavit. Nam Cæſar, licet abſens, gratia & opibus in urbe plurimum valebat.

More Romano] Graviſſime. epiſt. 17. *Sic te ei tradidi, ut graviſſime diligentiſſimeque potui.* Epiſt. 18. *Ego te Balbo more Romano commendabo.*

Quo modo homines non inepti loquuntur] Ineptorum igitur hominum eſt, frigide laudare: ſiquidem non inepti exquiſite laudant.

Probiorem hominem, meliorem virum] Conjuncta notentur: *probus homo, bonus*

nus vir, potius, quam, *bonus homo*, *probus vir*.

Pudentiorem] Epiſt. 7. *Multum in eo te frater adjuvabit meus, multum Balbus; ſed, mihi crede, tuus pudor, & labor plurimum.*

Quod familiam ducit] Hoc non ad ipſum Trebatium refero; ut dicatur, ſuos habere ſectatores; verum ad ejus excellentem in jure civili memoriam atque ſcientiam. cum enim laudare Trebatium Cicero cœpiſſet, adjunxit ea, quæ in ejus laudibus ita prima ſunt, ut quaſi familiam ducere & excellere videantur. laudatur enim, & neceſſaria in primis eſt, in juriſconſulto memoria; ſine qua ſcientia non conſiſtit: nec tamen memoria ſola laudem habet, ſed ita, ſi cum intelligentia conjungatur: ex utraque enim fit ſcientia. itaque poſt memoriam adjunxit Cicero ſcientiam, ut optimum juriſconſultum deſcriberet. Quod ad loquendi genus attinet, confirmatur exemplo lib. 4. de Fin. *Primum* (inquit) *illud vide, graviſſimam illam veſtram ſententiam, quæ familiam ducit; honeſtum quod ſit, id eſſe ſolum bonum; honeſteque vivere, bonorum finem; communem fore vobis cum omnibus, qui in una virtute conſtituunt bonorum finem.* Et Phil. 5. *Lucius, frater ejus, utpote qui peregre depugnarit, familiam ducit.* Tranſlatio ab iis, qui ceteros ducunt, quia poteſtate, aut honore, ſcientiave antecellunt.

In jure civili ſingularis memoria] Neceſſariam eſſe juriſconſultis memoriam, & eorum maxime propriam, oſtendit lib. 1. de Orat. cum ait: *In oratore autem acumen dialecticorum, ſententiæ Philoſophorum, verba prope Poetarum, memoria juriſconſultorum, vox tragœdorum, geſtus pæne ſummorum actorum eſt requirendus.*

Pag. 376. *Tribunatum*] Militum. qui, poſt conſulem & legatos, honor in caſtris erat maximus, & poſt eum præfectura equitum, de qua ſequitur mentio. vide quæ de tribunis mil. diximus epiſt. 20. lib. 5.

Certum nomen] Modeſtiam ſervat, quia nihil petit nominatim: & plus tamen petit, quam ſi nominatim peteret: quia nihil eſt, quod a Cæſaris benevolentia & liberalitate exſpectari non poſſit.

Peto] Repetit hoc verbum elegantiæ cauſſa, ſimiliter ut epiſt. 15. ad Att. lib. 5. *Denique hoc non deſidero: lucem, forum, urbem, domum, vos deſidero.*

Gloriolæ] Quaſi non omnino veræ ac ſolidæ gloriæ ſint inſignia vel tribunatus, vel præfectura, ſed aliquam tamen gloriæ imaginem habeant.

De manu, ut ajunt, in manum tuam iſtam] Curam ſuam & cupiditatem ornandi Trebatii ſignificat; quia, non contentus eo, quod dixerat, *Mitto ad te Trebatium*, ſubjungit, *Totum hominem tibi trado*: plus eſt enim *tradere*, quam *mittere*. idque etiam atque etiam magis exprimitur hoc addito, *De manu, ut ajunt, in manum tuam*. quod vero intulit, *Iſtam*, ex laude Cæſaris benevolentiam quærit: quod ipſum Trebatii cauſſa facit. Ingenioſe autem, quia dixerat, *In manum tuam*, de victoria & fide ſubjunxit: manus enim & victoriam parit, & fidem promittit. quod utrumque oſtenditur in oratione pro Dejotaro: *Per dexteram te iſtam oro, quam regi Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, iſtam, inquam, dexteram, non tam in bellis & in prœliis, quam in promiſſis & fide firmiorem.* Terentius de fide, in Andr. *Quod ego te per hanc dexteram oro, & ingenium tuum.* Nec ab re fides hic in Cæſare laudatur: ſed exigitur quodam modo, ut quem ad ſe mitti voluerit, eum pro ſua fide tractet. ſcripſerat enim, *Si vis tu, ad me alium mitte, quem ornem.*

Sumus enim putidiuſculi] Excuſat ſe, quod in Trebatio commendando plura verba conſumpſerit, quam Cæſaris humanitas patiatur. *Putidum* appellat Cicero, in quo nimia diligentia reprehendi poſſit, ut de Orat. lib. 3. *Nolo exprimi litteras putidius, nolo obſcurari diligentius.* Et de Offic. lib. 1. *Litteræ neque expreſſæ, neque oppreſſæ: ne aut obſcurum eſſet, aut nimis putidum.* Vidi ſcriptum in quibuſdam antiquis libris, *Blandiuſculi*: ſed in pleriſque, *Putidiuſculi*: quod magis probo. & fortaſſe, *Blandiuſculi*, gloſſema fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Quam per te vix licet] Non vis me tam diligentem eſſe in eo commendando, quem & ſcis diligi a me non mediocriter, & vides mitti ad te invitatu etiam tuo. dicit autem, *Vix licet:* quod quaſi medium eſt inter *licet*, &, *non licet*. ita excuſat ſuam diligentiam, & eam tamen parum neceſſariam oſtendit.

Verum, ut video, licebit] Accipies in bonam partem officium meum: non tibi moleſtiam afferet hæc noſtra, quamvis nimia, in Trebatio commendando diligentia.

P. VICTOR.

Quod familiam ducit] Hunc locum antea mendoſiſſimum caſtigavimus, elegantiſſimum modum loquendi, pluribus Ciceronis exemplis adductis, explanavimus. Accuſant tamen nonnulli, quod exiſtimarim Ciceronem dixiſſe, Trebatium ipſum ducere familiam: intelligique volunt (quod non reprehendo) inter alias Trebatii laudes hoc bonum, quod legum ſcientiam habeat, & in jure civili ſingulari memoria ſit, præſtare omnibus aliis ipſius bonis. Scio Ciceronem μεταφορικῶς aliis in locis hoc modo dicendi uſum eſſe. ut in IIII. de Finib. (qui locus a me olim adductus eſt) cum inquit: *Sed primum illud vide, graviſſimam illam noſtram ſententiam, quæ familiam ducit, &c.*

EPISTOLA VI.

Pag. 377. LEgitima] Vſitata, ut quæ lege fiunt.

Cum aliquo inſigni indicio meæ erga te benevolentiæ] Id, *More Romano commendare*, dicitur ep. 5. & 18.

Vrbanitatis] Hic *urbanitas* non eſt virtus, ſed pro rebus urbanis accipitur, quarum deſiderio Trebatius flagrare ſe ſignificaverat. epiſt. 17. *Mihi interdum levis in urbis urbanitatiſque deſiderio videbare.*

Quo conſilio profectus es] Profectus erat eo conſilio, ut benevolentiam Cæſaris aſſiduitate & virtute adipiſceretur.

Medeæ] Hunc locum vir excellentis ingenii Angelus Politianus primus illuſtravit. nam illud, *Quæ Corinthum, arcem altam, habebant*; & *Matronæ opulentæ optimates*; & quæ ſequuntur, recte vidit ex Ennio Poeta, verborum ordine nonnihil immutato, eſſe ſumpta. Græcos etiam verſus Euripidis, ab Ennio converſos, adduxit: quos hic ſubſcribere viſum eſt.

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
Μή μοί τι μέμψησθ'. οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
Τοὺς δ' ἐν θυραίοις. οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
Δύσκλειαν ἐκτήσαντο, καὶ ῥαθυμίαν.

Corinthum, arcem altam] Vrbs ipſa, Achaiæ caput, quam cepit evertitque L. Mummius, Corinthus dicta, arx vero Acrocorinthus; quod editiore loco exſtructa immineret urbi. hic tamen eodem, quo urbs, nomine appellatur; quia ſcilicet pars urbis eſt arx; & poteſt, quod in toto, idem in parte nomen uſurpari. Medeam cum viro ſuo Iaſone Corinthum exſulem deveniſſe demonſtrat hic locus; & ex ipſa, quæ exſtat Euripidis tragœdia cognoſcitur. habitaſſe ibi diutius, Pindari ſignificat interpres. nam, ἐν τῷ εἴδει ιγ. τῶν Ὀλυμπ. ubi Xenophon Corinthius laudatur, ad illa verba, καὶ τὰν πατρὸς ἀντία Μήδειαν θεμέναν τὸν γάμον αὐτᾷ. interpres hæc affert: Μηδείας μέμνηται, ὅτι ἐν Κορίνθῳ κατῴκει, καὶ ἔπαυσε Κορινθίους λιμῷ κατεχομένους, θύσασα Δήμητρι, καὶ νύμφαις Λημνίαις. Alia quoque, ut Pindari verba explanet, adducit idem interpres, ut ſolet obſcuris in locis eſſe varius: verum ea referri ad exſulem Medeam, de qua hic ſermo eſt, mihi non videntur. nam Euripides, & eum ſecutus Ennius, veniſſe Corinthum Medeam exſulem, oſtendunt: interpres autem ille Corinthum, Æetæ, Medeæ patris, fuiſſe patriam ait, ideoque in laudibus Corinthi Medeam nominari. quod ego abſurdum puto. Plutarchus etiam in Theſeo, veniſſe Medeam Corintho Athenas, auctor eſt.

Habebant] Pro, *habitabant*. Plautus in Bacchidibus: *Quis iſtic habet?* Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Varro lib. 4. de ling. Lat. *Ciſpius mons, ubi æditumus habere ſolet.* Et Digeſtorum lib. 8. tit. 2. *Quidam Iberus, qui habet poſt horrea mea.*

Optimates] Nobiles principum virorum uxores: Optimatem Cicero deſcribit in oratione pro Sextio, qui ſe ita gerit, ut ſua conſilia optimo cuique probet; quique nec natura improbus eſt, nec furioſus, nec malis domeſticis impeditus. hic propter opes & claritatem familiæ dicuntur *Optimates*.

Manibus gypſatiſsimis] Verbum opinor Ennianum, pro *candidiſsimis*. nam Ciceronem ita locutum, numquam crediderim. in hac quidem, quæ exſtat, Euripidis Medea gypſatarum manuum nulla mentio.

Ne ſibi vitio illæ verterent, quod abeſſe a patria] Quærit excuſationem apud mulieres Corinthias Medea, quod egreſſa domo ſit, id eſt quod patriam reliquerit. id enim ſequentes duo verſus indicant. utrum autem Euripidis verba, unde hoc Ennius tranſtulit, id ipſum ſignificent, an erraverit Ennius, & eum ſecutus Cicero: dubitari fortaſſe poteſt, e doctorum hominum ſententia. nos tamen, qui Ciceronem interpretamur, diſputare de Euripidis mente non debemus: illud quidem ἐξῆλθον δόμων, de patria, non de privatis ædibus, Ciceronem intellexiſſe, ſatis conſtat: quemadmodum & ep. 5. *Vt eum meis omnibus ſtudiis & beneficiis quam ornatiſſimum domum reducerem.* Et ep. 17. *Domum redire properabas.* Et ep. 30. *Nec hortor, nec rogo, ut domum redeas.* Iam illud, *Domi foriſque, Domi militiæque*, quam ſæpe dicatur, omnes norunt. Nec ſane video, ſi, ἐξῆλθον δόμων, de privatis ædibus accipiatur; cur mulieres Corinthias Medea rogaret, ut ſibi ignoſcerent, quia prodiiſſet; cum earum nomine, ut prodiret rogata jam eſſet. Apte vero dicitur: ne mihi vitio detis, quod ex patria diſceſſi: quando, idem qui fecere, multi gloriam ſunt aſſecuti. ut verbum σεμνὰς, Ennius verterit, *Qui rem ſuam publicam bene geſſere*: recte fortaſſe: cum σεμνὸν, tam ad laudem, quam ad infamiam referatur: ut exempla, non modo quæ Suidas collegit, verum alia quoque non pauca demonſtrant. nam, quod in hoc ipſo Euripidis loco, σεμνὰς, idem Suidas accepit pro ὑπερηφάνους, id eſt, arrogantes: equidem, quod ad me attinet, ſequor libentius veterem Poetam Ennium, quam recentiorem Grammaticum Suidam: cum præſertim Cicero noſter, qui Euripidis verba & videre potuit, &, opinor, vidit, Ennii ſententiam probaverit.

Nam multi ſuam rem bene geſſere, & publicam patria procul:
Multi, qui domi ætatem agerent, propterea ſunt improbati]

Duo videntur eſſe verſus: nec tamen, quæ menſura ſit, apparet. itaque vir acuti ingenii diſtinguendum ita cenſuit:

—— *Nam multi ſuam*
Rem bene geſſere, & publicam patria procul:
Multi domi qui ætatem egerunt, propterea
Sunt improbati. ——

in quo aſſentirer, niſi viderem ſcriptum eſſe in omnibus antiquis libris, *qui domi ætatem agerent*; non, *Domi qui ætatem egerunt*. itaque tentare volui, an alia ſit probabilior, id eſt ab antiquis libris minime diſſentiens, diſtinguendi ratio. occurrit autem hæc:

Nam multi ſuam rem bene geſſere, & publicam
Patria procul: multi, qui domi ætatem age-
Rent, propterea ſunt improbati.

Primi verſus pes ſecundus, *Ti ſuam*, ſpondeus eſt, more ſatis noto, ex tragicorum comicorumque conſuetudine. in ſecundo verſu extremam ſyllabam transfero ad menſuram tertii: quemadmodum dixit Virgilius lib. 1. Georg.

Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem:

tranſlata ad ſequentem verſum poſtrema ſyllaba. & Catullus,

Quænam te mala mens, miſelle Ravidè,
Agit præcipitem in meos iambos?

Et Horatius in Ode ſecunda,

Vxorius amnis:

cum

cum primam ſyllabam, *V*, transferri neceſſe ſit ad ſuperiorem verſum: quod apud comicos ac tragicos, quorum eſt major licentia, uſitatum fuiſſe, negari non poteſt. Nam illud in eodem verſu, *Qui domi*, dactylum eſſe, nemo (opinor) ignorat: licet in verbo, *domi*, ſecunda ſyllaba produci ſoleat. hic enim idem accidit, quod in illo Virgilii verſu ecloga 8.

Credimus, an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?

quo loco non modo omittitur ſynalœphe, verum etiam quæ ſua natura producitur ſyllaba, ob ſequentem poſterioris verbi vocalem contrahitur; & fit dactylus, *An qui a*. Sic idem Poeta lib. 1. Georg.

Conati ter ſunt imponere Pelio Oſſam.

Et l. 5. Æn.

Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alto.

Et lib. 6.

Nomen & arma locum ſervant: te, amice, nequivi
Conſpicere. ———

Antiquior etiam Poeta Lucretius lib. 5. dixit:

Pectora terrarum qui in orbi ſancta tuetur.

Nec ſimplices modo vocales, ſed diphthongi quoque naturam mutant, ut l. 1. Georg.

Flerunt Rhodopeiæ arces.

Et lib. 3. Æn.

Inſulæ Ionio in magno.

Pag. 378. *Ceteris cavere*] Cum juriſconſultus ſis: juriſconſultorum enim eſt, aliis cavere. idem jocus epiſt. 10. *In re militari multo es cautior, quam in advocationibus.* Et epiſt. 1. lib. 3. *L. Valerium juriſconſultum valde tibi commendo, ſed ita etiam, ſi non eſt juriſconſultus. melius enim ei cavere volo, quam ipſe aliis ſolet.* Et ad eundem Trebatium in Topicis: *Tu mihi meiſque ſæpe caviſti.* Et Offic. lib. 1. *cavere in jure, conſilio juvare, atque hoc ſcientiæ genere prodeſſe quamplurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam.*

Didiciſti] A legibus & a jure civili.

In Britannia] Iviſſe Trebatium, vel iturum cum Cæſare in Britanniam, Cicero arbitrabatur. non iviſſe conſtat ex epiſt. 10. & 14.

Ab eſſedariis] Iis, qui pugnant ex eſſedis. epiſtola ſequenti: *Eſſedum aliquod ſuadeo rapias.* Epiſt. 10. *Spectare eſſedarios voluiſti.* Et Cæſar de Britannis ita loquitur lib. 5. *Illi equitatu atque eſſedis, ad flumen progreſſi, prælium committere cœperunt.* Et paullo poſt: *Equites hoſtium eſſedariique acriter prœlio cum equitatu noſtro conflixerunt.* Videntur & apud Belgas eſſeda fuiſſe. Virgilius Georg. lib. 3.

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.

Romæ quoque, ut peregrina per luxum ſæpe amamus, eſſedo utebantur ditiores. Phil. 2. *Vehebatur eſſedo tribunus pl.*

Decipiaris] Turpe eſt juriſconſulto decipi; cum ipſe, ne alii decipiantur, ſua ſcientia præſtare ſoleat. cave igitur, ne te lædant.

Pag. 379. *Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit*] Quærendum eſt, cujus Poetæ Latini ſit hic verſus, ex quo Poeta Græco tranſlatus, ex qua fabula. Verſus eſt Ennii. dixit enim Cicero lib. 3. Offic. *Hæc eſt illa pernicies, quod alios bonos, alios ſapientes exiſtimant: ex quo Ennius, Nequidquam ſapere ſapientem, qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret.* Græcum autem Euripidis verſum convertit Ennius, recitatum a Cicerone in epiſtola ad Cæſarem lib. 13. Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὐτῷ σοφός. Ex Medea tragœdia ſumptam eſſe hanc ſententiam, quis dubitet? cum dicat Cicero: *&, quando Medeam agere cœpi, illud ſemper memento: Qui ipſe ſibi, &c.* Nunc ſcrupulus remanet, ſane moleſtus & difficilis. nam in hac, quæ exſtat, Euripidis Medea non reperitur hic verſus: ut neceſſe omnino videatur, vel ex altera ejuſdem Euripidis Medea ſumptum eſſe, vel duos Euripides fuiſſe, qui Medeam conſcripſerint. Duas fuiſſe ejuſdem Euripidis Medeas diſerte nemo dixit, quod equidem ſciam: contra, potius unam fuiſſe, oſtendit Suidas, cum de

Nephro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Nephrone ait: τὴν φασὶν εἶναι Εὐριπίδου Μήδειαν. Præterea, ſi duas idem ſcripſiſſet, notaſſet utramque inſcriptione diverſa, ut in Iphigenia fecit, & Sophocles in OEdipo, Æſchylus etiam in Prometheo. Interpres etiam Ariſtophanis in eo loco ejus comœdiæ, quæ inſcribitur, Εἰρήνη, Εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας: Ὀλόμαν, ὀλόμαν ἀποχειρωθείς: unam videtur legiſſe Euripidis Medeam, quæ exſtat. ſubjungit enim: Μήποτε ἐκ τῆς Εὐριπίδου Μηδείας παραγέγραφεν ἐκεῖνα. ὦ δύστηνος ἐγὼ, μελέα τε πόνων, πῶς ἂν ὀλοίμαν; Rurſus, oritur conjectura de duabus non modo, quia non eſt, ut dixi, verſus hic in ea, quæ nunc eſt in manibus, Medea; ſed etiam quia Stobæus Euripidem bis appellat in Medea, recitatque verſus, qui ab hac abſunt tragœdia, quam novimus, quos etiam ſubſcribam:

Πόλλ' ἐν κακοῖσι θυμὸς εὐνηθεὶς ὁρᾷ,
Μεγαλόσπλαγχνος δυσκατάπαυστος
ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσι.

Et alio loco:

Τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
Πλείω ποιεῖ φίλτρα τῆς φῦσαι τέκνα.

Latini quoque veteres Grammatici modo Ennii Medeam ſimpliciter, modo Medeam exſulem appellant. in quo quærendum, ſi ſunt duæ Medeæ, utra ſit, quæ vocatur Exſul. Sane Nonii teſtimonio Exſul videtur ea, quam ab Euripide ſcriptam habemus. quis enim non videt, duos illos verſus,

Antiqua, herilis, fida cuſtos corporis,
Quid ſic ante ades exanimata elimi-
nas?

quos ex Ennii Medea Exſule recitat Nonius, ex illo Euripidis loco tranſlatos eſſe?

Παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,
Τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρη-
μίαν,
Ἕστηκας, αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά.

Ecce alium ejuſdem Nonii de Medea Exſule, ab Ennio conſcripta, teſtimonium:

Nam ter ſub armis malim vitam cerne-
re,
Quam ſemel modo parere.

Eadem ſententia legitur in Euripide, his elata verbis:

Τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμ' μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅ-
παξ.

Accedit Probus, & Eclog. Virgilii antiquiſſimus, & idem eruditiſſimus interpres. is ex Ennii Exſule Medea adducit hos verſus:

Iuppiter, tuque adeo ſumme Sol, qui res
omnes inſpicis,
Quique tuo lumine, mare, terram, ac
cælum contines, inſpice
Hoc facinus: priuſquam fiat, prohibe
ſcelus.

Quod ex Euripide, mutatione quadam, Ennio uſitata, converſum eſt: ait enim chorus:

Ἰὼ γᾶ τε, καὶ παμφαὴς ἀκτὶς
Ἀελίου, κατίδετε, ἴδετε τὰν
Ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φονίαν
Τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.

Præterea videtur Iaſon poſt interfectum a filiabus, fraude Medeæ, Peliam, Theſſaliæ regem, Corinthum una cum Medea profugiſſe, ibique aliquandiu, tanquam exſulem vixiſſe. atque ipſe querenti Medeæ, quod, ſe repudiata, Glaucam, Creontis filiam Corinthii regis, duxiſſet uxorem, factum ſuum excuſat his verbis:

Τί τοῦδ' ἂν εὕρημ' εὗρον εὐτυχέστε-
ρον,
Ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως, φυγὰς
γεγώς.

Medeæ quoque nutrix, initio fabulæ, exſulium heræ ſuæ nominat, hæc dicens:

Ἁνδάνουσα μὲν
Φυγῇ πολιτῶν, ὧν ἀφίκετο χθόνα.

Et alibi. Argumentum igitur Medeæ, quæ exſtet, poſt ipſius Medeæ fugam ex Theſſalia, natum videtur, ut exſul vere nuncupari poſſit. Quod ſi hæc Euripidis Medea, quam omnes norunt, exſul eſt: cur eadem non vocatur Exſul a Donato & Priſciano, verſus illos ex Ennii Medea recitantibus?

Vtinam, ne in nemore Pelio ſecuribus
Cæſa cecidiſſet abiegna ad terram tra-
bes.

& quæ ſequuntur. Qui verſus hanc aggredien-

gredientibus legere occurrunt primi. Et apud Nonium appellatur Ennius in Medea, Exſulis cognomine prætermiſſo: verbaque illa ipſius Medeæ ſubjunguntur ſuos liberos ad complexum invitantis:

Salvete, optima corpora: certe manus
veſtras, meaſque accipite.

Quem locum ex illo Euripidis converſum eſſe, licet non plane Græcis Latina reſpondeant, ſatis liquet:

Προσειπεῖν βούλομαι· δότ' ὦ τέκνα,
Δότ', ἀσπάσασθε, μητρὶ δεξιὰν χέρα.

Quare in Exſulis Medeæ cognomine, modo addito, modo omiſſo, cum tamen eadem tragœdia ſignificetur, valde conturbor. Quod ſi obſcura difficilique in re ſententiam licet dicere: crediderim omnino, duas fuiſſe, quas convertit Ennius, Græce ſcriptas Medeas, non ab eodem Euripide, ut ſatis jam videor probaſſe; ſed unam ab Euripide majore, quæ exſtat, alteram ab Euripide minore, qui ex majoris fratre natus eſt. nam Suidas hæc prodidit: Εὐριπίδης, τραγικὸς, τοῦ προτέρου ἀδελφιδοῦς, ὡς Διονύσιος ἐν χρονικοῖς. δράματα αὐτοῦ ταῦτα, Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη. Et Cicero, cum illum verſum Μισῶ σοφιστὴν, tribuit Euripidi, de poſteriore alterius Euripidis Medea, quæ deſideratur, locutus eſt: quam cum videret, Euripidis nomine inſcriptam, non quæſivit homo, ad majora natus, duone, an unus fuiſſet Euripides; & utrum, quæ tunc erant duæ Medeæ, ab uno majore Euripide, an a duobus factæ eſſent: ſatis habuit, Euripidem nominare, cujus erat ille verſus. Sunt igitur duæ Medeæ Græce ſcriptæ, quarum alteram habemus integram: ex altera, quæ amiſſa eſt, verſus quoſdam, præter proxime nominatum, ponit Stobæus: duæ item Latinæ utraque ab Ennio converſa; quarum ex priore ſunt illi verſus:

Nam multi ſuam rem bene geſſere, &
publicam patria procul,
Multi, qui domi ætatem agerent, propterea ſunt improbati.

& illi, *Vtinam, ne in nemore Pelio:* & quos præterea jam recitavi: qui reperiuntur omnes in Euripidis Græca pervulgata. Ex poſteriore autem, præter illum,

Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit;

qui de Græca, quam nobis ademit temporis injuria, tranſlatus eſt, alii quoque ſunt, ut ille apud Varronem & Diomedem,

Quis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine?

& ille, quem idem Varro ponit,

Contempla, & Cereris templum ad lævam adſpice.

& qui eſt in Nonio,

Sol qui candentem in cælo ſublimat facem.

& qui apud eundem:

Vtinam, ne umquam me de cordis cupido corde pedem extuliſſe.

& alio loco:

Fructus verborum aures aucupavit.

Item alibi:

Adſta, atque Athenas, antiquum, opulentum opidum, contempla.

Qui verſus cum in Ennii Medea nominentur, ab hac tamen Medea Græca, quæ integra legitur, abſunt omnes. Hic poſſet aliquis credere, unam ab Ennio Medeam de Græco in Latinum ſermonem tranſlatam, alteram vero ab ipſo confictam; ideoque verſus illos non reperiri in Græca, quæ hodie in manibus eſt. Infirmat hanc opinionem illa ratio, quod is Ennii verſus,

Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit,

tamquam verſus Euripidis agnoſcitur a Cicerone, ut ſupra docuimus. Medeam præterea ſcripſere inter Græcos Euphorion & Sophocles: de quibus Ariſtophanes Grammaticus, πρῶτος, inquit, Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Scripſit & Neophron; ex qua luculentos admodum verſus, ex perſona interfecturæ filios Medeæ, recitat Stobæus: item Melanthius, ut interpres Ariſtophanis demonſtrat. De Latinis autem, præter Ennium, Attius Medeam fecit, ſecutus fortaſſe Euphorionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rionem, aut Sophoclem, aut Neophronem, aut minorem etiam Euripidem. nam, ut apparet, majorem, cujus tragœdiam habemus, in aliqua parte potuit imitari, in toto argumento certe non potuit: quippe cum hic a Glaucæ nuptiis & Medeæ ira, Attius autem a profectione Argonautarum ſuam tragœdiam ſit exorſus: recitat enim Cicero lib. 2. de nat. Deor. verſus illos Attianos de Argo navi, qua delecti heroes cum Iaſone, vellus aureum petente, vehebantur:

—— Tanta moles labitur,
Tremebunda ex alto, ingenti ſonitu, & ſpiritu:
Præ ſe undas volvit; vertices vi ſuſcitat, &c.

Ex qua Attii tragœdia ſint hi verſus, Priſcianus oſtendit, quod omiſit Cicero: ait autem eſſe ex Medea. Quartam tragœdiam de Medea ſcriptam a Pacuvio, ne quis credat. nam, etſi apud Nonium ſæpe appellatur, *in Medea*: tamen ubique veteres libri habent, *In Medo*: quod eſſe rectius, minime dubito. fuit enim filius Medeæ Medus: tragœdiæque de eo a Pacuvio conſcriptæ, Feſtus ter, Cariſius bis, teſtimonium afferunt. Quod attinet ad menſionem verſus: ego nihil deſidero: nec video cauſſam, cur nonnulli legere maluerint, *Prodeſſe non quit*: cum præſertim antiqui libri, quibus quidem utor, omnes ſine ulla varietate habeant, *Nequit*. Eſt autem tetrameter catalecticus, e ſeptem pedibus, & una ſyllaba, quæ trocheum, extremum pedem, ſequitur, hoc modo, *Qui ip*--ſpondeus eſt. *ſe ſibi*, tribrachus; *ſapiens*, anapæſtus; *prodeſ*-ſpondeus; *ſe nequit*, anapæſtus; *ne quid*-ſpondeus; *quam ſa*-trochæus; *pit*, ultima ſyllaba, propter quam Catalecticus dicitur verſus. deeſt enim altera ſyllaba, quæ ſi adeſſet, octonarius eſſet integer, & diceretur, Acatalecticus. Sunt, qui diſtinguunt, leguntque ſic: *Qui ipſus ſibi Sapiens prodeſſe non quit, nec quidquam ſapit*. Quos neque reprehendo, neque ſequor: hoc tantum dico, me nondum in ullo vetere libro, *Ipſus*, pro *Ipſe*, hoc in loco ſcriptum animadvertiſſe. Etiam illud confirmo: ubi ipſi legunt, *Non quit*, in meis antiquis eſſe, *Nequit*. At ſenarius eſſe non poteſt, ſi legatur, *Nequit*. Intelligo: & mutationis hanc opinor fuiſſe cauſſam. Sed in tragœdia, aut comœdia, non ſolis ſenariis locus eſt. Eodem modo lib. 3. Off. dixit Cicero: *Ex quo Ennius, Nequidquam ſapere ſapientem, qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret*. Sic enim eſt in libro viri integerrimi, & incredibili quadam ingenuarum artium doctrina referti, Gulielmi Sirletti, non, *Non quiret*, ut ipſi dicunt eſſe in ſuis exemplaribus. Quod ſi ita eſſet in omnibus, non tamen admodum moveret; nec putarem, fracti & diſſoluti verſus teſtimonio, mutationem in verſu integro beneque conſtituto, qualis eſt in hac epiſtola, faciendam eſſe. Quod ad ſententiam attinet, ſimilem animadvertimus apud Iſocratem, ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα, περὶ τοῦ βασιλεύειν: Ὁ μηδὲν ὢν αὑτῷ χρήσιμος, οὐδ᾽ ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν.

EPISTOLA VII.

IN *Britannia*] Putat in Britanniam iviſſe Trebatium, aut certe brevi eſſe iturum. Idem exiſtimat epiſt. 8. non iviſſe tamen cognoſcitur ex epiſt. 10. & 14. & 16. & 17.

Nihil neque auri neque argenti] In epiſt. 17. lib. 4. ad Att. *Illud jam cognitum eſt, neque argenti ſcrupulum eſſe ullum in illa inſula, neque ullam ſpem prædæ, niſi ex mancipiis*.

Ad nos quamprimum recurras] Iocatur. nam omnino vult ab ipſo Cæſare Trebatium exſpectare omnia: quod ex epiſtolæ clauſula cognoſcitur.

Sin autem] Dubitatio videtur: ſed affirmatio eſt per dubitandi ſpeciem inducta. quaſi dicat: Cum vero ſine Britannia id, quod volumus, aſſequi poſſimus; perfice, &c.

Tuus pudor] Epiſt. 5. *Pudentiorem eſſe neminem*. Et epiſt. 17. *Sæpe etiam, id quod a te alieniſſimum eſt, ſubimpudens videbare*.

Impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Imperatorem] De hoc nomine ſupra diximus. infra etiam imperator Cæſar vocatur, epiſt. 17.

Ætatem opportuniſſimam] Rebus gerendis, & conciliandæ tibi imperatoris benevolentiæ.

Pag. 380. *Singularem*] Vel totum, quo uſus eſt in multis ad Cæſarem litteris, officium ſignificat: vel illam notat epiſtolam, qua Cæſari Trebatium more Romano commendavit. epiſt. 5. & 10.

Unum timendum] Adſunt enim cetera. epiſt. 10. *Quin tu urges iſtam occaſionem & facultatem, qua melior numquam reperietur.* Similis ſententia in epiſtola 17.

Ipſe tibi defuiſſe] Epiſt. 9.

EPISTOLA VIII.

Liberalitatis] Plus in officio, quam ſtudio, plus in liberalitate, quam officio, continetur.

Tribunatus] Militum: quem Cæſar honorem, cum vacatione militarium onerum, Trebatio detulerat. Eſt autem, ut diximus jam, in caſtris prima dignitas conſulis, altera legatorum, tertia tribunorum militum, quarta præfectorum equeſtrium turmarum, quincta centurionum, deinceps minorum ordinum.

Vacerra] Cognomen eſt Romanæ familiæ. Accuſabo te, inquit, apud amicos tuos. Videntur fuiſſe juriſconſulti, Vacerra, Manilius, Cornelius: ut infra cognoſcitur epiſt. 9.

Manilio] Epiſt. 10.

Cornelio] *Q. Cornelio* epiſt. 17.

Nihil audeo dicere] Ne magiſtrum offendam, reprehenſo diſcipulo. A Cornelio jus civile Trebatius didicerat: ut, ſine præceptoris culpa, ſtultus eſſe non poſſet. Digeſt. lib. 1. tit. 2.

Sapere] Tu autem ſtultus es. itaque nec magiſter videtur ſapere. nam a ſapientibus magiſtris inſipientes diſcipuli fieri non ſolent.

Quin tu urges] Cur non urges: modus loquendi Ciceroni familiaris.

Occaſionem & facultatem] Plus eſt *facultas*, quam *occaſio*. nam facultas, poſſe rem fieri, demonſtrat; occaſio ſuadere videtur, ut fiat.

De illo Præciano juriſconſulto] Qui erat apud Cæſarem gratioſior, ut videtur, quam Trebatius; cum ipſum Trebatium ei Cicero commendet. Præciorum gens Romæ fuit, unde Præcilii. fortaſſe hic ex Præciis in aliam familiam adoptione tranſierat.

Pag. 381. *Gratias agere*] Quia ſuo te juverit officio. quod cum ignoraret Cicero, ſubjunxit: *De eo quid ſit, curæ ut ſciam.*

Veſtras] Opinatur in Britanniam cum Cæſare iviſſe Trebatium, ut epiſtola 7. non ivit tamen. ep. 10. 14. 16. 17.

Britannicas] Litteræ nominantur a loco, unde dantur; unde *Olbienſis epiſtola*, ad Q. fratrem lib. 2. *Epiroticæ litteræ*, ad Att. lib. 12. *Britannicæ*, ad Q. fratrem lib. 3.

EPISTOLA IX.

Hiematurus] Hiemabant legiones diverſis in locis, ut commodius utiliuſve putabat imperator. quod, Cæſaris commentarios qui legerit, animadvertet.

Propter ejus occupationes] Soleo, quam maxime poſſum, ad antiquorum librorum teſtimonium opiniones meas accommodare. itaque olim, cum in nullo vetere libro hoc verbum, *Occupationes*, reperirem; deſiderari Græcum aliquid, aut mendoſum eſſe locum exiſtimavi: quod etiam nunc arbitrarer, niſi viderem in quattuor veteribus libris diſerte ſcriptum eſſe, *Occupationes*. idque rectum puto. notæ ſunt autem, & nominantur ſæpe in his epiſtolis occupationes Cæſaris Gallico bello, omnium maximo. Nam, quod a multis hoc verbum abeſt antiquis libris: non eſt, cur miremur. nota librorum varietas eſt: ex varietate autem, quod ſpeciem veritatis majorem præ ſe ferat, id eligimus in emendando; ſi modo veritatem ipſam potius, quam conjecturas noſtras, amamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

amamus. *Luctum* autem, quod verbum alii ex ingenio repoſuerunt, in vetuſtis libris, cum pæne innumerabiles viderim, nondum inveni. In duobus vetuſtiſſimis codicibus non eſt vox illa *occupationes*: ſed ejus loco ſpatii aliquantum eſt relictum. ex quo credimus, a recentioribus, quorum imperitia depravati leguntur veterum ſcriptorum libri, vocem *occupationes* eſſe repoſitam. nos, quid ea dictio, quam, in exſcribendo librarius omiſit, ſignificare potuerit, aſſequi conjectura non poſſumus, Græcam quidem vocem deeſſe crediderim. Id enim veriſimilius eſt, quam Latinam: ut etiam alibi cognoſcitur in ipſius Ciceronis ſcriptis, ubi Græcum deſideratur exſcriptorum inſcitia, qui cum id legere non poſſent, omittebant, relicto ſpatio, ut ab aliis aliquando reponeretur.

Pag. 382. *Ad Balbum*] Vt ejus opera hiemares cum Cæſare. Id Cicero cupiebat, quo facilius in Cæſaris familiaritatem Trebatius perveniret. nam & epiſt. 7. *Perfice*, inquit, *ut ſis in familiaribus Cæſaris.*

Tu tibi deeſſe noli] Idem monet epiſt. 7.

Plenior] Ditior. ſic *Tenues* dicuntur ii, qui domeſticam rem non habent.

Vacerra] Cum quo ſuaviter vivere ſolebas.

Quid conſtitueris] De manſione vel reditu.

Cn. Octavius, an Cn. Cornelius quidem] Notat hominis ignobilitatem, cujus prope certum nomen ignoretur. propterea cum ironia ſubjunxit, *Summo genere natus*: &, *Terræ filius*: quod in obſcuriſſimi loci homines confertur. itaque epiſt. 11. lib. 1. ad Att. *Huic*, inquit, *terræ filio neſcio cui committere epiſtolam tantis de rebus non audeo.* Arnobius autem lib. 8. ſic de Saturno: *Terræ & Cæli filius, quod apud Italos eſſet ignotis parentibus, proditus: ut in hodiernum inopinato viſos, Cælo miſſos; ignobiles & ignotos, Terræ filios nominamus.* Omitto, quæ alii, ut adagium confirmarent, exempla conjecerunt: ſunt enim in promptu. Luſit in eundem Octavium epiſt. 16. *Oro te, quis tu es?*

Pag. 383. *Crebro ad cœnam invitat*] Ineptum hominem carpit, qui crebro Ciceronem, ſummis honoribus functum, homo ignotus ad cœnam invitaret, quia ſciret eſſe Trebatii, communis amici, familiarem.

Non potuit] In quo habuit Cicero rationem ſuæ dignitatis, quam non habebat, cum eum crebro invitaret, Octavius.

P. VICTORIVS.

Propter ejus occupationes] Accurate de hoc loco in noſtris explicationibus diſſeruimus, & quomodo legi poſſet non inepte (ut arbitror) ex hiſtoria indicavimus: quare nihil ad ea quæ tunc a me dicta ſunt, addimus: defendemus tantum ipſa ab argumentis, quæ contra ea a nonnullis excogitata ſunt. In duobus meis antiquiſſimis & optimis codicibus (in quibus illius vocis nullum veſtigium manet) nihil ſpatii relictum eſt, quo recipi aut illa, aut alia poſſit, quemadmodum illi in ſuis relictum eſſe narrant. Quod Græcam potius vocem deeſſe credunt, quam Latinam, id parvam, aut nullam vim habet: quaſi non ſæpe in ſcribendo dictio aliqua imprudentia prætermittatur, quemadmodum in optimis his etiam libris factum eſſe quandoque oſtendimus. Græcas voces Latini librarii ſcientes omittebant, ſermonis inſcitia: ſedem tamen illis, ac regionem, in qua collocari poſſent, relinquebant: quod hic factum non eſt, ut teſtimonio Medicei codicis, & alterius, non multo deterioris, comprobavimus. Addo etiam, in Latinis auctoribus quandoque voces Græcas abundare, non ſolum deeſſe: quod docuiſſe, ad id quod volumus probandum, accommodatum erit, & ſua ſponte etiam gratum eſſe debebit. Quintilianus libro primo: *Noto quidem illo, ut traditur, verſu ex Philocteta frequenter uſus, Turpe eſſe tacere, & Iſocratem pati dicere.* Sic enim legi debet, non ut in omnibus impreſſis codicibus. Id autem & ratio docet, & vetera exemplaria confirmant. Verſus autem, qui importune inculcatus

tus erat, intelligi hic, non legi debet; interpretatur enim illum diligenter Quintilianus, quod non faceret, ſi in ſuo libro poſuiſſet. Eodem modo apud eundem auctorem peccatum erat lib. 8. Sic autem legi debet, *Neque alio Platonis inventa ſunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piræeum deſcendiſſe ſignificat plurimis modis ſcripta.* Voces enim illæ Græcæ κατέβην χθὲς εἰς Πειραιέα, intelligi debent, non adponi.

EPISTOLA X.

V*Alde jureconſultum videri*] Hoc ſignificaverant litteræ Trebatii: in quo notat ejus ambitionem Cicero.

Aliquid ſapere] Quaſi nihil ſapere Romæ videretur, ubi peritiores plurimi eſſent.

Peritior te] Laudare videtur, & vituperat. nam in Britannia juris civilis nulla peritia. quis igitur eum laude dignum putet, qui ſapere videtur inter ſtultos, aut eſſe doctus inter ignaros litterarum? ea demum vera laus eſt, cujus præſtantia cognoſcitur ex comparatione ſimilium. itaque nec Homerus Achillem cum ignavo, ſed cum omnium Trojanorum fortiſſimo Hectore committit: & Virgilius certamen facit inter Æneam & Turnum; ut, ſuperato Turno, cui primas fortitudinis partes tribuit, magis Æneam extollat. Alterum igitur hoc eſt, in quo Trebatium tamquam imperitum irridet.

A te invitatus] Dupliciter hoc accipi poteſt; vel quod in ſuis litteris aperte jocatus erat Trebatius; vel quod magni ſe a Cæſare æſtimari dixerat: quo ſe ad ridendum eſſe invitatum Cicero demonſtrat; quaſi ejus gloriolam ridere merito poſſet. huic ſententiæ congruunt ea, quæ ſtatim ſequuntur.

Vltro te etiam accerſitum] Id ſcripſerat Trebatius: ideoque jocans Cicero reſpondit, intellexi te Cæſari noſtro valde juriſconſultum videri. *Vltro* & cum verbis actionem ſignificantibus jungitur, ut, *ultro ad me venit, ultro ſe mihi obtulit*; cujus generis exempla ſatis patent; & cum verbis, quæ patiendi notionem continent: quo modo dixit Cicero in Catilinam: *Qui ſpem imperii, ultro ſibi a patriciis hominibus oblatam, neglexerunt.* Et Cæſar lib. 5. bel. Gall. *Ipſe Cicero, cum tenuiſſima valetudine eſſet, ne nocturnum quidem ſibi tempus ad quietem relinquebat; ut ultro militum concurſu ac vocibus ſibi parcere cogeretur.* Et Terentius in Adelph. *Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant, Injuriam ſibi ultro factam, ſi quam fecere ipſi.*

Occupationem] Venit in mentem nonnullis, legendum, *Occupationes*, contra veteres omnes libros, & conſuetudinem Latinæ linguæ. nam *occupatio*, quamquam ſingulare nomen, multarum tamen rerum curam æque complectitur, ut *occupationes*. epiſt. 17. *Si qua te forte res aliquando offenderit, cum ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit viſus, perferto.* Lib. 5. epiſt. 12. *Poteſt mihi denegare occupatio tua.*

Adſpirare non poſſunt] *Adſpirare* pertinet ad ea quæ conſequi nequimus. epiſt. 24. lib. 2. ad Attic. *Cæſar Vettium in Roſtra produxit, eumq́; in eo loco conſtituit, quo Bibulo conſuli adſpirare non liceret.* In Bruto: *Ex bellica laude adſpirare ad Africanum nemo poteſt.* Eodem ſpectant reliqua Ciceronis exempla.

Ne frigeas in hibernis] Quia Trebatius hiemabat, hinc occaſionem jocandi ſumit Cicero. *Frigere* autem eſt, nihil agere: nam actio calefacit. Metuo, inquit, ne non optime tecum agatur; quandoquidem opera tua Cæſar in bello non utitur. Cœlius in epiſt. *Non dubito: Quod tibi ſupra ſcripſi Curionem frigere: jam calet.*

Camino luculento utendum cenſeo] Caminus non idem apud nos eſt qui apud veteres. quæ enim quaſi gula adſcendentem e foco ignem excipit, & extra tectum educit innocenter, is *Caminus* a nobis appellatur. illi modo pro forna-

ce, cui caminus Latine reſpondet, modo pro hypocauſto, interdum pro igne uſurpabant. De fornace Virg. l. 3. Æn.

— Ruptis flammam exſpirare caminis.

Juvenalis ſat. 14.

Sed creſcunt quocumque modo, majoraque fiunt,
Incude aſſidua, ſemperque ardente camino.

De hypocauſto accepiſſe videtur Galenus lib. 5. de ſanitate tuenda. De camino quo homines calefiunt, hic Cicero. nam in caſtris ubi Trebatius erat, fornacibus aut hypocauſtis milites uſos eſſe, veriſimile non videtur. Et Cato de re ruſt. *Ahena duo, haras decem, focum, januam maximam.* Eodem ſenſu Horatius ſat. 5.

—— Niſi nos vicina Trivici
Villa recepiſſet, lacrumoſo non ſine fumo,
Udos cum foliis ramos urente camino.

Et epiſt. ad Bullatium:

Per brumam Tiberis, Sextili menſe caminus.

De hoc tertio genere, quo caminus noſter vocabulo ſaltem refertur, nec multa, nec ita pauca dicam, ut qui antiquitate capiuntur, aliqua ex parte contenti eſſe poſſint. Loco & forma differebant a noſtro. non enim, ut nunc, in excavato pariete, quo ſimul cum fumo ignis excipitur, ſed, ut monere videntur exempla, in medio cubiculo hiberno, quod conclave dicebatur, (nam in æſtivis & exhedris focum non fuiſſe, colligitur ex Vitruvio lib. 7. cap. 3.) fieri ſolebant. propterea dixit Cato cap. 18. de re ruſt. *Focum purum circumverſum, prius quam cubitum eat, habeat.* Quomodo enim circumverri focus poſſet, ſi fuiſſet, more noſtro, in excavato pariete? noſtri a lateribus verruntur, a tergo nec poſſunt, nec opus eſt. Et cum ait Columella lib. 11. cap. 1. *Conſueſcat ruſticus circa larem domini, focumque familiarem ſemper epulari:* quid aliud ſignificat, niſi larem & focum, circa quem epularetur familia ruſtica, medium in conclavi locum tenuiſſe? Nunc agatur de forma. Exitum ignis caminus antiquus non habebat; itaque moleſtia fumi vacare non poterat, niſi vel ligna urerent, quod Cato docuit, amurca illita, vel apertis feneſtris urerentur: quorum alterum impenſæ non minimæ: alterum qui ferri poſſet, cum per feneſtras, hieme præſertim, frigori & ventis aditus pateret, non intelligo. Sed certe Horatius, *Lacrumoſo non ſine fumo*, cum dixit, exitu caminum caruiſſe demonſtrat. Clarior hæc tota res fiet aliorum teſtimoniis: nam uno remanet obſcurior. Columella lib. 1. cap. 6. *Oleo, quod minus provenit, ſi congelatur, flaceſcit. Sed ut calore naturali eſt opus, qui contingit poſitione cœli, & declinatione: ita non eſt opus ignibus, aut flammis: quoniam fumo & fuligine ſapor olei corrumpitur.* Palladius quoque Columellam, ut videtur, imitatus, lib. 1. c. 20. de cella loquens, *Olearia, ſi quis*, inquit, *majori diligentiæ ſtudet, ſubjectis hinc inde cuniculis pavimenta ſuſpendat, & ignem ſuggerat fornace ſuccenſa. ita purus calor olei cellam ſine fumi nidore vaporabit: quo ſæpe infectum colore corrumpitur, & ſapore.* Si caminus noſtro ſimilis fuiſſet, quo ignis cum fumo & fuligine excipitur: quid erat, cur ignem removerent, ne fumus & fuligo ſaporem olei corrumperent? Eodem loco ſubjunxit Columella de utilitate camini, qui vinariis ſupponatur apothecis. *Apothecæ recte ſupponentur iis locis, unde plerumque fumus earum exoritur: quoniam vina celerius vetuſteſcunt, quæ fumi quodam tepore præcoquem maturitatem trahunt.* Et lib. 8. cap. 3. de gallinariis: *Juncta ſint ea furno, vel culinæ, ut ad avem perveniat fumus, qui eſt huic generi præcipue ſalutaris.* Quo modo ex culina, fumus in gallinarium tranſit, niſi quia per caminum adſcenſum ad ſuperiora non habet? Confirmat idem ſubjungens paullo poſt: *Huic autem focus applicetur tam longus, ut nec impediat prædictos aditus, & ab eo fumus perveniat in utram-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

que cellam. Jam fuligo non inhæret hodie quidem tecto, ſed camino. fit enim ex fumo: fumum autem caminus excipit. At Columella lib. 11. c. ult. tectis eam dicit inhærere: nimirum quia fumus exitum non haberet. *Fuligo*, inquit, *quæ ſupra focos tectis inhæret, colligi debet.* Et quoniam, ſi fumo exitus non datur, ſequitur ut nec igni: propterea culinam altam fieri in ruſtica villæ parte, ut contignatio careat incendii periculo, jubet idem Columella lib. 1. c. 7. Vitruvius quoque fumum & fuliginem in conclavibus, id eſt in hibernis cubiculis, vitari non poſſe, lib. 7. c. 3. auctor eſt. *Coronarum* (inquit) *aliæ ſunt puræ, aliæ cælatæ. Conclavibus, aut ubi ignis, aut plura lumina ſunt ponenda, puræ fieri debent, ut eæ facilius extergeantur. in æſtivis & exhedris, ubi minime fumus eſt, nec fuligo poteſt nocere, ibi cælatæ ſunt faciendæ.* & ejuſdem lib. c. 4. *Tricliniis hibernis non eſt utilis hæc compoſitio, nec megalographia, nec camerarum coronario opere ſubtilis ornatus: quod ea & ab ignis fumo, & ab luminum crebris fuliginibus corrumpuntur.*

Mucio] Juriſconſulto, de quo Digeſt. lib. 1. t. 2.

Manilio] Et hic juriſconſultus erat epiſt. 8.

Placebat] Sic infra, epiſt. 17. *Hoc, quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris, Q. Cornelio videbatur.* Solebat enim juriſconſultorum opinio, præſertim in re dubia, aliorum teſtimonio comprobari. unde illa tit. Negot. geſt. c. 9. *Idque & Labeo probat.* Et tit. ad legem Aquil. cap. 11. *Quod & Marcello videtur, & eſt probabilius.* Et tit. de pecul. cap. 47. *Idque & Juliano videtur.* Et tit. de in diem addict. cap. 13. Celſus quoque lib. 8. refert *Mucium, Brutum, Labeonem, Sabinum ita exiſtimaſſe. ipſe quoque idem probat* cap. 13. *& ita Labeoni & Nervæ placet.* Et tit. de periculo, & com. rei vend. c. 1. Trebatius ait: *Labeo contra, quod & verum eſt.* & tit. locati & conduct. c. 19. *Et ita Servio, Labeoni, Sabino, placuit.* Et tit. de ædilicio ed. cap. 17. *Cœlius (ait) & Labeo probant.* Et tit. de acquirendo rerum domin. cap. 5. *Trebatio placuit.*

Pag. 384. *Sagis*] *Sagum* veſtitus militaris. itaque ſæpe in tumultu aliquo perturbationeque reip. togis depoſitis, ſaga in urbe ſumpta.

Satis calere] Plus habere negotii, quam vellem. hoc dicit propter allatum antea nuncium de hoſtibus in Britannia vehementer contra Cæſarem pugnantibus.

Cautior] Cavere aliis juriſconſulti dicebantur. epiſt. 6. & lib. 3. epiſt. 1.

Quam in advocationibus] Et hic notatur inſcitia: quaſi non optime Trebatius caveret iis, quorum eſſet advocatus. Quid autem *Advocatus* & *Advotio* ſit, Aſconius oſtendit his verbis: *Qui defendit alterum judicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt; aut advocatus, ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut cognitor, ſi præſentis cauſſam novit, & ſic tuetur, ut ſuam.* Idem alio loco: *Vel, uti conſulantur, conveniunt advocati; vel, ut alterutri parti apud arbitros adſint, vel, ut ipſi judices in rem aliquam capiantur.* Epiſt. 11. *Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilii dederim, ut a ſingulis interregibus binas advocationes poſtulent.* Et epiſt. 14. *Minus multi jam, te advocato, cauſſa cadent.* Poſterior ætas ad cauſſarum actiones hoc vocabulum tranſtulit. Tacitus in prooemio dialogi de orat. *Horum, inquit, temporum diſerti cauſidici, & advocati, & patroni, & quidvis potius, quam oratores, vocantur.*

In Oceano natare] Jocatur in Trebatii timiditatem, qui cum Cæſare in Britanniam navigare noluerit.

Eſſedarios] Quorum impetum timuerat.

Ne andabatam quidem] Luſus fuiſſe genus, quo clauſis oculis certaretur, exiſtimo. nec tamen, luſiſſe antea, ut andabatam, Trebatium, & id a Cicerone ſignificari, putemus. Sed hoc dicitur: antea ſpectare quidlibet volebas: nunc eſſedariorum ſpectaculum

X 2 viſti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

vitaſti. Proverbium, *Ne andabatam quidem defraudare*, videtur in eos uſurpari ſolitum, qui omnia cernerent, ut nihil iis, non ſi oculos quidem andabatarum more clauderent, occultum eſſe poſſet. Eodem modo dicitur in Trebatium, nullo eum ſpectaculo privari voluiſſe, quemadmodum andabatæ, licet oculis clauſis, tamen interdum ludentes defraudari non poſſunt. Vſus eſt hoc proverbio duobus in locis D. Hieronymus, adverſus Helvidium, & contra Jovinianum. Nonius Varronem appellat in Andabatis.

Pag. 385. *Quid agas*] Hoc refertur ad illud, *De ſtatu tuo.*

Quid exſpectes] Quid commodi.

Putes] Hoc ad illud pertinet, quod proxime dixerat, *Conſiliiſque omnibus.*

Attraham] Plus eſt, quam, *vocem.*

Advoles] Et hoc plus, quam, *Venias.*

Non modo hoſtes] Non dicam hoſtes: patet enim congreſſionem noſtram eſſe jucundiſſimam, hoſtes autem formidabiles, & permoleſtos: ſed ipſi Ædui, fratres noſtri, quorum conſuetudine delectamur. Ædui fratres populi R. cognita eorum fide, vocati ſunt. ad Att. epiſt. 17. lib. 1. *Ædui, fratres noſtri, pugnant.* Tacitus lib. 11. *Primi Ædui ſenatorum in urbe jus adepti ſunt. datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano uſurpant.* Plutarchus in Cæſare.

Aut conſolando, aut conſilio, aut re juvero] Senarius integer, e Terentii Heautontimorumeno tranſlatus in hunc locum. ſic enim in ea fabula cum Menedemo loquens Chremes inducitur:

Iſtuc, quidquid eſt, fac me, ut ſciam.
Ne retice, ne verere, crede inquam mihi:
Aut conſolando, aut conſilio, aut re juvero.

Terentius porro, ut opinor, a Plauto, paucis immutatis, accepit: apud quem in Pſeudolo, actu primo, ita loquitur Pſeudolus ſervus:

—— *Fac me certum, quid tibi eſt:*
Juvabo aut re, aut opera, aut conſilio bono.

Ad hunc Terentii verſum reſpexit etiam epiſt. 6. lib. 9. ad Attic. *Eripe*, inquit, *mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem, aut conſolatione, aut conſilio, aut quacumque re potes.*

EPISTOLA XI.

RElinqueres] Ob interregna: quibus judicia jacebant; cum nullus, qui jus diceret, in urbe magiſtratus eſſet. nam interrex non juris dicendi cauſſa creabatur, ſed ut haberet comitia conſulibus rogandis. Interregnum Romæ primum fuit, cum, Romulo mortuo, nondum Numa rex creatus eſſet. inde factum liberata regio dominatu civitate, ut, cum in annum ſequentem extracta comitia eſſent, nec ulli creati curules magiſtratus, interrex habendorum comitiorum gratia proderetur. Livius, Dionyſius, Plutarchus, alii.

Tot interregnis] Quot interregna fuerint eo anno, facile inveniet, qui Dionem & Pedianum attente legerit. quorum ille lib. 40. ſcripſit, eo anno, quo Calvinus & Meſſalla conſulatum geſſere, urbem ſine magiſtratibus fuiſſe per ſex menſes: Pedianus autem interregni dies non plures quinque fuiſſe tradidit. ſunt igitur hac ratione interregna XXXVI. in ſex menſibus. Duo ſunt præterea, quæ docet idem Pedianus, non omittenda, ut arbitror: unum interregem non niſi a ſenatoribus patriciis & ipſum patricium, prodi ſolitum; quod & Cicero pro domo ſua dixit: alterum, ut ab eo, qui primus interrex eſſet proditus, comitia haberentur, moris non fuiſſe.

Deſiderat] Vere. nam interrex jus non dicit. ceſſat igitur opera juriſconſultorum, & juſtitium in urbe tam diu eſt, quamdiu interregnum. Hactenus Cicero vere & ſerio, reliqua jocans, ut infra demonſtrabo.

Vnde petitur] *Vnde petitur*, dicebatur is, a quo pecunia in judicio tamquam debita,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

debita, petebatur. non enim *unde petitur*, & *debitor*, idem ſunt. nam quia vel interdum non debita pecunia petebatur; vel petebatur ante, quam eſſet cœpta deberi; propterea debitor dici non ſemper poterat is, unde petebatur; ſed tum vere, cum pecuniam debebat. Atque hunc loquendi modum antiquis juriſconſultis, quorum ſcripta periere, familiarem arbitror fuiſſe. hodie quidem exempla habemus perpauca: quorum unum, ut mihi nunc in mentem venit, ſubjungam. lib. I. de Orat. *Nobis in tribunali Q. Pompeji, prætoris urbani, petentibus, homo ex numero diſertorum poſtulabat, ut illi, unde peteretur, vetus atque uſitata exceptio daretur, Cujus pecuniæ dies fuiſſet? quod petitoris cauſſa comparatum eſſe non intelligebat.*

Pag. 386. *Binas advocationes poſtulent*] Quaſi beneficii loco. nam, cum interreges ſinguli per dies tantum quinque ſint, nec dies omnes faſti ſint, quibus tantum judicia fieri licet: non eſſet litigantibus incommoda condicio, ſi binas advocationes a ſingulis interregibus impetrare poſſent. Binarum autem advocationum mentio unam & alteram cauſſæ actionem ſignificat. cum enim a patronis agitur cauſſa, tunc adſunt advocati juriſconſulti, qui jus ſuggerant.

Satis ne tibi videor abs te jus civile didiciſſe] Hic oſtenditur, ſuperiora per jocum eſſe dicta: quia ſcilicet de induſtria Cicero ita locutus eſt, ut jus civile parum didiciſſe videretur. in quo autem hæc deprehendi poſſit inſcitia, quærendum eſt. mihi videtur in eo quod ſuadere ſe debitoribus dixit, ut binas advocationes ab interregibus poſtulent. quo quid imperitius? non enim is, qui pecuniam debet, ſed is, cui debetur, a magiſtratu judicium poſtulat ejus exigendæ pecuniæ cauſſa. deinde, quis tam rudis in foro, tam ignarus judiciorum eſt, qui neſciat ab interregibus advocationes peti non ſolere? quippe cum interreges non juris dicundi, ſed tantum habendi comitia curam gerant. Mihi hæc interim placebit ſententia, donec meliora quis attulerit.

Hæc ſigna] *Signa*, & indicia ſunt, & ſtatuæ. hic jocus eſt in ambigua ſignificatione.

In meo Tuſculano] Quam villam ſignis ornaverat. epiſt. 23. & ad Attic. epiſt. 3. lib. I.

Conſuli te a Cæſare] Conſuli dicuntur juriſconſulti, cum aliquis dubia in re quærit, quid verum ſit optimumve factu. In Bruto: *Et conſulebatur plurimum Craſſus & dicebat.* epiſt. 13.

Tibi ab illo conſuli] Tuis commodis Cæſarem conſulere. Jocus eſt in varia ejuſdem verbi ſignificatione. *Conſulere aliquem*, & *alicui*, quid ſit, vel hic locus declarat.

Perfer] Quaſi gravem, quam Trebatius non libenter ferret.

Ego enim deſiderium tui ſpe tuorum commodorum conſolabor] Epiſt. 10. eadem ſententia, verbis mutatis: *Sic tibi perſuadeas velim, unum mihi eſſe ſolatium, quare facilius poßim pati te eſſe ſine nobis, ſi tibi eſſe id emolumento ſciam.*

Sin iſta ſunt inaniora] Infra: *Sin iſta frigebunt.*

Vna mehercule, &c.] Epiſt. 10. eadem ſententia.

Collocutio] *Congreßio*, dixit epiſt. 10.

Omnes Samarobrinæ] Non modo una, ſed omnes, quotquot eſſe poſſunt Vrbs in Gallia inter Belgas, ubi tum videtur cum Cæſare fuiſſe Trebatius epiſt. 12. & 16. vide Cæſarem lib. 5.

Pag. 387. *Laberium*] Qui timendus erat ut mimus. de hoc Suetonius in Cæſare, & Macrobius lib. 2. qui etiam præclaros ejus ſenarios, victum ſe a Publio mimo conquerentis, recitat. Ejus Mimi nominantur, quos reliquit, Rector, Salinator, Scripturæ, apud Gellium; Aquæ, Aries, Augur, Cæculi, Crevus, Tuſcus, apud Cariſium; Annales, Aquæ Caldæ, Aulularia, Belbum, Calli, Carcer, Catularium, Centenarium, Χαῖρε, Cithera, Compitalia, Cropium, Finalia, Fullonica, Imago, Lacus Avernus, Macchus, Nuptiæ, Panilica, Paupertas, Primum, Sedigitus,

gitus, Sorores, Tucca, Tuſcus, Virgo apud Nonium. Horatius Laberii mimos non probat; ait enim ſat. ult. lib. 2.

Nec tamen, hoc tribuens, dederim quoque cetera. nam ſic
Et Laberi mimos, ut pulchra poemata, mirer.

Valerium] Non opinor ſignificari Q. Valerium Catullum poetam, ſed L. Valerium juriſconſultum, quem Cicero epiſt. ult. lib. 1. & epiſt. 1. lib. 3. commendat. magis enim credendum, cum *ſodalem* Cicero vocet, eum ſignificari, qui utrique familiaris erat, quam Catullum poetam, quem nec Ciceronis, nec Trebatii ſodalem aut familiarem fuiſſe, quiſquam ſcripſit. Præterea, vel notam prænominis, quod eis diverſum fuit, *Lucius*, Valerio juriſconſulto, *Cajus*, Valerio Catullo poetæ, adjungi oportuit; vel ſi modo poeta ſignificabatur, cognomen apponi, quod juriſconſulto nullum fuit; aut etiam ſolum cognomen nominari: quod fecit Nepos in Attici vita, Quinctilianus lib. 10. Gellius lib. 7. cap. 20. qui omnes Catulli non modo nomen, verum etiam prænomen omiſere, ſolo cognomine contenti.

Mira] Ad riſum excitandum.

Perſona] Vt in ſcenam inducuntur ab hiſtrionibus perſonæ diverſorum.

Britannici jureconſulti] Ipſius Trebatii, qui noluerat in Britanniam cum Cæſare proficiſci. Rideri igitur duabus cauſſis poterat Trebatius: tum quia juriſconſultus in militiam iverat; cum ceteri ſuam in urbe, magna cum laude, ſcientiam exercerent; tum quia, cum in militiam iviſſet, Cæſarem tamen ex Gallia in Britanniam tranſeuntem ſequi noluerat. in hoc metus, in illo juris civilis inſcientia deſcribitur.

Non rideo] Non contemno, etſi jocor, ut ſoleo: ne me tamen putes hæc parvi facere.

Tuam dignitatem obtinebis] Iſtic eris cum ea, qua te decet eſſe, dignitate.

Honeſtatem] Honorem & exiſtimationem: ut epiſt. 17. *Quæ ego tibi & jucunda & honeſta præſtabo.* ſic *Honeſtus* pro honoratus, epiſt. 15. lib. 2. *Cæſarem honeſtum eſſe cupio.*

Facultates] Paullo latius accipio, quam pro re domeſtica: ut Off. lib. 3. *Facultates & copiæ ſingulorum, divitiæ ſunt civitatis.* Et epiſt. 2. lib. 11. ad Att. *Illam miſeram tueare meis opibus, ſi quæ ſunt, tuis, quibus tibi moleſtum non erit, facultatibus.*

Studio] Quo fit, ut te Cæſari vehementer commendemus.

EPISTOLA XII.

I*Ndicavit*] Litteris e Gallia miſſis.

Panſa] C. Vibius Panſa, qui conſul poſtea fuit cum Hirtio.

Meus] Pronomen amorem indicans, ut *Curio meus*, epiſt. 10. lib. 16. Epiſtolarum libri Ciceronis ad Panſam appellantur a Nonio & Priſciano.

Pag. 388. *Tarentum*] Mollem civitatem, nequitiæque deditam. Horatius 2. Serm. ſat. 4.

Pectinibus patulis jactat ſe molle Tarentum.

Athenæus lib. 4. ſolitos dicere Tarentinos ait, aliis laborioſam vitam, ſibi voluptariam placere.

Et Titius] Sic antiquus liber. ex quo fortaſſe legendum, *Et Titus*: ut ſignificetur T. Pomponius Atticus, Ciceronis familiaris, idemque Epicureus. alii libri varie, *Etitios*, *Eticius*, *Ericius*, *Etrius*, *Ethiceres*, *Eticirus*, *Etheius*. in nullo, *Zeius*, eſſe video: quod aliis placuit, ex auctoritate veteris libri. Romanæ familiæ nomen eſſe poteſt: mihi tamen ignotum.

Cum omnia tua cauſſa facias] Ex Epicuri ſententia. Pertinet ad hunc locum illud ex oratione pro Sextio: *Philoſophos neſcio quos præclare dicere ajebat: ſapientes omnia ſua cauſſa facere; remp. capeſſere hominem bene ſanum non oportere; nihil eſſe præſtabilius otioſa vita, & plena, & conferta voluptatibus.*

Non

Non civium] Hoc non habent mei duo veteres libri: & fortaſſe additum ex ingenio, ſententia non requirente.

Fiduciæ, inter bonos bene agier? quis] Ita legitur in libro manu ſcripto. & ſane crediderim, non aliter hunc locum eſſe ſcribendum, etſi priorem lectionem conſervarim. Voces enim illæ, *ut* & *oportet*, quæ ſunt in impreſſis, additæ ſunt ab imperito, qui locutionem parum integram crederet, cum alibi a Cicerone Iuriſconſultorum formulas ſine verbo citari non animadvertiſſet, ut de Offic. lib. 3. *In fiducia* (inquit) *inter bonos bene agier?* codices enim vetuſti non habent, *ut:* & ibidem paullo poſt, *Cum dicitur, inter bonos bene agier: quicquam agi doloſe, aut malitioſe poteſt?* in Topicis etiam cap. XVII, ubi eadem hæc uſurpantur verba, manuſcripti codices ab impreſſa lectione diſſentientes, noſtram ſententiam confirmant, quam etiam Romæ doctiſſimis hominibus probavi.

Quis enim eſt, qui facit nihil, niſi ſua cauſſa] Et abeſt hoc totum a duobus antiquis libris; & mihi quidem ſatis frigidum videtur. jam cum ſuperioribus formulæ verbis qui cohæret?

Communi dividundo] Titulus eſt apud juriſconſultos.

Iovem Lapidem jurare] Superiora in juriſconſultum proprie, hoc in omnes communiter convenit. evenit enim, ut juremus fidei faciendæ gratia. at Epicurei cur jurent, non eſt. deos enim iratos non timent, quos ajunt non curare mortalia, neque ipſos habere moleſtiæ quidquam, neque cuiquam inferre. Hunc morem, Iovem Lapidem jurandi, ſatis oſtendimus in illo loco, *Si ſciens fallo*, epiſt. 1. hujus libri.

Pag. 389. *Populo Vlubrano*] Qui erat in Trebatii clientela. epiſt. 18. Vlubræ autem non colonia, non municipium, ſed præfectura fuit, ut hæc vetus inſcriptio, ab egregio juriſconſulto, & cum humanitate, tum omni liberali doctrina politiſſimo, Ioanne Turritiano ad me miſſa, declarat.

C. OPPIVS. SP. F. COL.
RVFVS. PAGI. MAGISTER
IDEM. PRAEFECTVS. VLVBRIS
IVRE DICVNDO.

Præfecturæ autem jus Romanæ civitatis habebant, Romaniſque tum legibus, tum magiſtratibus utebantur, vel a populo creatis, vel a prætore urbano delectis.

Πολιτεύεσθαι] *Remp. adminiſtrari:* ut eadem de re dixit in oratione pro Sextio. ſed hic maluit Græce loqui, fortaſſe ut ipſum Epicuri, Græci hominis, verbum referret. Vide hac de re ſententiam Epicureorum lib. 2. de Orat.

Si plane a nobis deficis] Si non ficte, ut aſſenteris Panſæ, ſed vere & ex tua ſententia Epicureus factus es.

A nobis] Qui Epicurei non ſumus, & honeſtum rebus omnibus anteponimus.

Panſæ aſſentari] Epicuri ſectam & inſtituta perſequenti. epiſt. 19. lib. 15.

Commodum eſt] E re tua eſt.

Modo ſcribe] Si dixiſſet, *Modo ſcribas*, hortaretur: cum dicat *Modo ſcribe*, hortatur ſimul, & imperat.

Aliquando] Quaſi hoc Trebatius aut numquam, aut non nuper, ſed multo antea ſcripſiſſet. jam enim, ut prima epiſtolæ verba ſignificant, litteras mittere intermiſerat.

Quid agas, & a nobis quid agi, quid fieri, aut curari velis] Quæri poteſt, cum dixerit jam, *Agit*, cur ſubjungat, *Fieri*. Sciendum, non idem utroque ſignificari. nam *Agere*, quaſi genus eſt; *Facere*, tamquam ſpecies. non enim, qui cogitat, aut loquitur, proprie dicitur facere, ſed agere: cum tamen, quidquid fiat, id etiam agi dicatur. qua de re ſubjiciemus verba Varronis ex lib. 5. de lingua Latina; quæ ſignificant actionis nomine tria comprehendi, cogitare, dicere, facere. *Actionum* (inquit) *trium primus cogitatus mentis; quod primum ea, quæ ſumus acturi, cogitare debemus, deinde tum dicere, ac poſtremo facere. de his rebus minime putat vulgus eſſe actionem cogitationem: tertium in quo, quid facimus, id maximum. ſed & cum cogitamus, quid & in eam rem cogitamus, in mente agi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mus; &, cum pronunciamus, agimus. itaque ab eo orator dicitur agere cauſſam: & augures agere augurium dicuntur, cum in eo plura dicant, quam faciant. His verbis oſtendit Varro, *agere*, genus eſſe; *facere* autem ſpeciem. Idem infra, ſubtilius hæc diſtinguens, diverſam utriuſque verbi ſignificationem demonſtrat. *Tertium* (ait) *gradum agendi dicunt, ubi quid faciunt. in eo, propter ſimilitudinem agendi, & faciendi, & gerendi, quidam error iis, qui putant eſſe unum. poteſt enim aliquis facere, & non agere: ut Poeta facit fabulam, & non agit; contra actor agit, & non facit. & ſic a Poeta fabula fit, & non agitur; ab actore agitur, & non fit. Contra, Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neq; agit, neq; facit, ſed gerit, id eſt ſuſtinet. Proprio nomine dicitur facere a facie: quod rei, quam facit, imponit faciem: a qua facie diſcernitur, ut dici poſſit aliud eſſe veſtimentum, aliud vas. Qui quid adminiſtrat, cujus opus non exſtat, quod ſub ſenſum non veniat; ab agitatu, magis agere, quam facere, putatur. Sed quod magis his promiſcue, quam diligenter, conſuetudo eſt uſa; tranſlatitiis utimur verbis. nam & quidem facere verba, dicimus, & qui aliquid agit, non eſſe inficientem.* Hæc Varro: quibus conſtat, & genus, & ſpeciem eſſe poſſe. nec deſunt generis exempla. de ſpecie autem ſic Cicero in epiſtola ſuperiore: *Quid agis? ecquid fit?* Et lib. 3. de Fin. *Eſt ejus generis actio quoque quædam, & quidem talis, ut ratio poſtulet agere aliquid, & facere etiam.* Et in Lucullo: *Idem in ſimilibus artibus continget: quarum omne opus eſt in faciendo atque agendo.* Et Terentius Adelph. act. 5. ſcen. 3. *Heu mihi, quid faciam? quid agam?* Et ibidem, ſcen. 5. *O Syre noſter, quid fit? quid agitur?* Græci quoque πράττειν & ποιεῖν diſtinguunt, illud pro *agere*, hoc pro *facere* uſurpantes. horum verborum differentia in artium quoque diſtinctione cognoſcitur. aliæ enim vocantur πρακτικαὶ, cum poſt actionem opus non remanet, ut ſaltandi vel canendi ſcientia; aliæ ποιητικαὶ, cum opus remanet, ut quæ ab Ariſtotele ναυπηγικὴ, & quæ χαλινοποιητικὴ nominatur. quamquam Ariſtoteles videtur uſurpaſſe τὸ ποιεῖν ἀντὶ τοῦ πράττειν, initio artis Poeticæ. Sed hoc ei uſitatum eſt, verba paullo liberius accipere, vel antequam ea definierit, ut cum pro mutatione motum accepit Phyſ. lib. 3. licet motus & mutatio non idem ſint, quæ poſtea definivit lib. 5. vel cum ſingulorum verborum exquiſitam proprietatem ſententia non requirit. Idem tamen Polit. lib. 1. Διαφέρει, ait, ἡ ποίησις εἴδει, καὶ ἡ πρᾶξις. ὁ δὲ βίος, πρᾶξις, οὐ ποίησίς ἐστι. Et Rhetor. lib. 1. Καὶ τὰς ἀρετὰς δὲ ἀνάγκη ἀγαθὸν εἶναι. κατὰ γὰρ ταύτας εὖ τε διάκεινται οἱ ἔχοντες, καὶ ποιητικαὶ τῶν ἀγαθῶν εἰσι, καὶ πρακτικαί. Hanc diſtinctionem comprobat lib. 2. cap. 18. Quinctilianus his verbis: *cum ſint artium aliæ poſitæ in inſpectione, id eſt, cognitione & æſtimatione rerum, qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum, ſed ipſo rei, cujus ſtudium habet, intellectu contenta, quæ* θεωρητικὴ *vocatur; aliæ in agendo, quarum in hoc finis eſt, & in ipſo actu perficiuntur, nihilque poſt actum operis relinquunt, quæ* πρακτικὴ *dicitur, qualis eſt Saltatio; aliæ in effectu, quæ operis, quod oculis ſubjicitur, conſummatione finem accipiunt, quam* ποιητικὴν *appellamus, qualis eſt Pictura: fere judicandum eſt, Rhetoricen in actu conſiſtere; hoc enim, quod eſt officii ſui, perficit.* Quod igitur Cicero dixit, *Quid agi*, vel tamquam genus, vel tamquam ſpeciem accipiamus hoc verbum: genus, ut ſe paratum ad omnia, quæ Trebatius vellet, oſtenderet: quod apertius indicavit, dividendo mox genera in ſpecies, *fieri*, & *curari*: ſpeciem, ut tribus verbis, agi, fieri, curari, tria diverſa demonſtrentur. aliud enim eſt, agi, & fieri; aliud curari, ut aliquid agatur, aut fiat. Tenuia fortaſſe videntur hæc, neque digna ſatis, in quibus elaboretur. nos, quod ad uſum Latinæ linguæ pertineret, nihil umquam contempſimus. nec pœnitet conſilii. nam ſi veteribus illis in ſcribendo ſimiles eſſe cupimus; ponderanda ſingula ſunt, ut ex multis partibus, apte convenientibus, egre-

gium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

gium illud, quod quærimus, univerſum fiat.

EPISTOLA XIII.

A*Deo ne me injuſtum exiſtimaſti*] Simile principium epiſtolæ octavæ libri ſecundi: *Quid tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, &c.* Sic & Cœlius non ſemel orditur libro octavo.

Primis litteris] Epiſtola decima ſeptima: *Primorum menſium litteris tuis vehementer commovebar, &c.*

Pag. 390. *Satisfactionem*] Excuſationem. epiſtola decima tertia libri octavi: *Poſtea quam illum, ne cui ſatisfaceret quidem, me dignum habere ſenſi.* Et epiſtola decimatertia libri octavi: *Quinctus mihi per litteras ſatisfacit, multo aſperioribus verbis, quam cum accuſabat.*

Teſta] Cognomen Trebatii. epiſtola 21. 22.

Quæ tua gloria eſt] Quæ ambitio tua. Interdum gloriæ nomen pro inani quodam gloriæ ſtudio ſumitur.

Artificium tuum] Scientia juris civilis.

Non ex jure manu conſertum] Enniani verſus ex octavo Annali, quos lib. 20. cap. 9. recitat Gellius, hi ſunt:

Pellitur e medio ſapientia: vi geritur res.
Spernitur orator bonus: horridu' miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis,
Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes.
Non ex jure manu conſertum: ſed mage ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolida vi.

Eoſdem verſus ponit Cicero in oratione pro Murena, divus Auguſtinus epiſtola 8. lib. 15. Servius in ultima eclog. Virg. Iſtic, ait, non litibus, ut Romæ, ſed armis res geritur: itaque metuo, ne fructum ex artificio tuo parvum capias. *Manum conſerere*, & *Manu conſertum vocare*, non idem eſſe, Gellius loco ſupra nominato ſatis oſtendit. *Ex jure* (inquit) *manu conſertum, verba ſunt ex antiquis actionibus: quæ cum lege agitur, & vindiciæ contenduntur, dici nunc quoque apud prætorem ſolent.* Et infra: *De qua re diſceptabatur in jure præſenti, ſive ager, ſive quid aliud eſſet, cum adverſarii ſimul manu prehenderent; correptio manus in re, atque in loco præſenti, apud prætorem ex* XII. *tabulis fiebat. Sed poſtquam prætores propagatis Italiæ finibus, paciſci, vindiciarum dicendarum cauſſa, longinquas res gravabantur; inſtitutum eſt contra* XII. *tabulas tacito conſenſu, ut litigantes non ex jure apud prætorem manum conſererent, ſed ex jure manu conſertum vocarent; atque profecti ſimul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus in urbem ad prætorem deferrent, & in ea gleba, tamquam in toto agro, vindicarent. Iccirco Ennius, ſignificare volens bellum, non, ut ad prætorem ſolitum eſt, legitimis actionibus, neque ex jure manu conſertum, ſed bello ferroque, & vera vi, atque ſolida vadi, videtur dixiſſe, conferens vim illam civilem & feſtucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica & cruenta.* Hæc Gellius. Illud moneo, placere mihi, quod aliis quoque placuiſſe video, conjuncte legi, & unico verbo, *Manuconſertum.* alioqui legendum videretur, *Manus conſertum*, vel, *Manum conſertum.* Si enim manus conſerebatur; quod Gellius aperte demonſtrat: certe, *Manum conſertum*, id eſt, ad manum conſerendam, ut Gellius idem interpretatur, non, *Manu conſertum*, dici debuit. eſt etiam vetus apud me liber, in quo legitur unico verbo, *Manuconſertum.*

Sed magis ferro] Abjicitur *s*, in *Magis*, metri cauſſa. quod qui ignorabant, fecere, *Mage*, ut in Gellio, & in oratione pro Murena. in hac quidem epiſtola ſcripti libri omnes, nulla varietate, habent, *Magis.*

Et tu ſoles ad vim faciundam adhiberi] Nonnulli veteres libri, *Facundiam adhibere* mendoſe: factum enim ex *Faciundam, Facundiam:* & ut facile ruit, quod inclinare ſemel cœpit, mutatum eſt *Adhiberi* in *Adhibere:* ut eſſet, *adhibere facundiam ad vim.* ſic deformata

maculis pulcherrima ſententia ſuam venuſtatem amiſerat. habet enim leporem hæc interrogatio, *Et tu ſoles ad vim faciundam adhiberi?* in quo timiditatis arguitur Trebatius; qui, cum facienda vis eſſet, non adhiberetur. quod infra quoque demonſtratur in iis verbit: *Scio te non eſſe procacem in laceſſendo.*

Neque eſt, quod illam exceptionem in interdicto pertimeſcas, quod tu prior vi hominibus armatis non veneris] Omnes antiqui libri, *Non veneris*. quod ideo dictum volui, ne quis propter obſcuritatem ſententiæ, mutandi licentiam arripiat. *Interdictum* quid ſit, docuere multi. eſt autem prætoris actio, cum aliquem in eam poſſeſſionem, unde vi dejectus eſt, reſtitui jubet, donec judicio planum fiat, uter poſſidere debeat: exceptionem tamen his fere verbis addere conſuevit: *Niſi ſi, qui reſtitui poſtulat, prior vi hominibus armatis præſentem poſſeſſorem dejecit.* Iocatur hic Cicero cum Trebatio tamquam cum homine bellica certamina libenter vitante: Numquam, ait, ad te pertinebit illa exceptio, qua prætor in interdicto uti ſolet, quod tu prior vi hominibus armatis quemquam de poſſeſſione dejeceris. facit enim tua timiditas, ne quem prior lædas. Huic ſententiæ videtur illud, *Non veneris*, adverſari: nam exceptio illa non ſolebat in eum fieri, qui prior vi hominibus armatis non veniſſet, ſed qui prior veniſſet. Vidit hoc olim Bernardinus Rutilius, putavitque legendum, *Conveneris*. Alii poſtea non diſcedendum a veteribus libris, recte cenſuerunt: ſententiam tamen Ciceronis non omnino (ut arbitror) ſunt aſſecuti. nam, quod ajunt Ciceronem hoc dicere, non eſſe Trebatio pertimeſcendam exceptionem illam, qua utuntur illi ad prætorem, qui cum confeſſi ſint ſe dejeciſſe, clamant tamen ſe non interdicto teneri, nec debere reſtituere; nam ſe prius ab adverſariis vi hominibus armatis dejectos eſſe: ego non arbitror exceptione illa eos ad prætorem uti ſolitos, qui aliquem de poſſeſſione dejecerant; ſed ipſum prætorem, cum eum, qui dejectus erat, interdicto reſtitui juberet; excipere ſolitum eſſe, niſi is, qui poſtularet interdictum, prior vi hominibus armatis adverſarium dejeciſſet. quod ſi probaretur, interdictum ei nullam opem ferebat; ſed vetus poſſeſſor, donec bis ad exitum perveniſſet, in ſuo ſtatu permanebat. Non dubium eſt autem, cum ait Cicero, *Quod tu prior vi hominibus armatis non veneris*, uſitata eum exceptionis verba recitare; ſed particulam, *Non*, addit de ſuo, joci cauſſa, & immutat exceptionis morem, ut Trebatio timiditatis notam inurat: quaſi minime prior veniſſet vi hominibus armatis. Eadem licentia cum jocaretur, pervertit hiſtoriam Cicero, ſive fabulam potius in epiſtola ultima lib. I. Nam cum dicturus eſſet, *Tamquam Vlyſſes cognoſceris a tuorum nemine*; (id enim Vlyſſi contigit, nec eum, præter canem, quiſquam cognovit) repente mutavit, & dixit, *Tamquam Vlyſſes cognoſces tuorum neminem*. ita, quod volebat, objecit ignobilitatem Valerio, & paucitatem propinquorum: quam objicere non poterat, ſi dixiſſet, *Cognoſceris a tuorum nemine*. Cum hæc legiſſet, admodum probavit egregius juriſconſultus, a recentiorum juriſconſultorum barbarie longe remotus, quodque multo pluris facio, moribus & probitate excellens, vetere mihi neceſſitudine conjunctus, Octavianus Populus Mediolanenſis.

Non eſſe procacem] Hoc addit Cicero, quaſi ſenſum exceptionis jam expreſſiſſet: quem tamen oſtendimus joci cauſſa eſſe immutatum.

Ego quoque] Licet juriſconſultus non ſim. nam juriſconſultorum eſt, aliis cavere. epiſt. 6. & lib. 3. epiſt. I.

Pag. 391. *De noſtris cautionibus*] Pro, e noſtris cautionibus. *Noſtris*, inquit, jocans: quia juriſconſultorum cautiones erant: & oratorem cavere juriſconſulto, mirum videtur.

Treviros] Galliæ populos, Rheno flumini finitimos: qui, accerſitis Gallorum auxiliis, cum Labienum, Cæſaris legatum, obſediſſent, ab eo caſtris erumpente fuſi fugatique ſunt. Cæſar com. l. 5.

Capi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Capitales] Exitium ferentes, caput petere ſolitos. Philip. 5. *Ad quendam Septimium, capitalem hominem, collegam ſuum, miſerat.* Et de Fin. lib. 4. *Capitalis adverſarius.* Iocatur hic Cicero in verbo *Capitales*, quia Romæ triumviri capitales erant.

Mallem, auro, argento, ære eſſent] Treviri erant, ut diximus, in Gallia: Treviri item Romæ, qui *Monetales* dicebantur, quia monetæ præerant, id eſt, auro, argento, æri, tum flando, tum feriundo: quod illa veterum nummorum inſcriptio declarat, A. A. A. F. F. qua de re editam olim a nobis Petri Bembi, viri plane ſingularis, epiſtolam hic ſubſcribemus.

PETRVS BEMBVS BERNARDINO SANDRO S.

Quod hodie mane quærenti tibi a me de illis Ciceronis ad Trebatium verbis: Treviros vites cenſeo: audio capitales eſſe: mallem auro, argento, ære eſſent: *reſpondi, jocum eſſe & multiplicem, & feſtivum: qui quidem jocus in antiquis & nummis & ſcriptoribus deprehenderetur: itaque, quoniam eramus in via, ut neque libros, neque nummos haberemus, rejeci te in alium diem; id, ne te diutius torqueat, eſt ejuſmodi, ut joci cauſſa, quod quidem Cicero ad illum ſcribens more ſuo fere ſemper facit, & Treviri, & capitales in ambigui genere ſint poſita. nam, cum videatur monere illum, ut vitet Treviros Galliæ populos, qui capitales bellicoſique ſint; ludit cum in Trevirorum, tum in capitalium verbo. erat enim Romæ magiſtratus, Triumviri capitales, qui etiam Treviri dicebantur. ſed quoniam hoc ipſum Triumvirum nomen iterum in ambiguo poni poterat, cum eſſent etiam apud Romanos Triumviri pecuniæ cudendæ: quos ita inſcribebant,* A. A. A. F. F. *hoc eſt, Auro, argento, ære flando, feriundo: jocatur iterum in hoc verbo, luditque Cicero, ut mihi quidem videtur, belliſſime, addens, mallem Treviros iſtos eſſe pecunioſos, quam bellicoſos; ut, Cæſare eos vincente, tu diteſceres. itaque infert, mallem eſſe Treviros auro, argento, ære, quam ſcilicet capitales. Triumviros autem Treviros ſolitos dici, Livius ſatis locuples eſſe teſtis poteſt: cujus ſunt hæc in libro* XL. Colonia Graviſcæ eo anno deducta eſt in agrum Etruſcum, de Tarquinenſibus quondam captum. quina jugera agri data Treviri deduxerunt, C. Calpurnius Piſo, P. Clandius Pulcher, C. Terentius Hiſter. *Quod vero Triumviri pecuniæ ſic, ut dixi, inſcriberentur; eſt apud me nummus æreus perantiquus ita inſcriptus,* C. PLOTIVS. III. VIR. A. A. A. F. F. *ſunt & alii nummi aliorum nominum, ejuſdem tamen tituli; quos inſpicies, cum voles. Hæc ad te ſcripſi, cum domum rediſſem, & nummos ac librum ſumpſiſſem, amore tui admonitus. Vale. Pridie idus Iun.* M. D. XXXII.

EPISTOLA XIV.

Pag. 392. *CHryſippus*] Architectus. epiſt. 9. l. 14. ad Attic.

Cyri] Et hic libertus fuit ab architectura nobilis, de quo epiſt. 3. lib. 2. ad Attic. & epiſtola ſecunda libro 2. ad Q. Fratrem. hic obiit eo anno quo P. Clodius occiſus eſt, ipſumque Clodium & Ciceronem reliquit heredem: ut ex oratione pro Milone intelligitur.

Libertus] Ergo & Cyrus Vettius, a quo nomen Chryſippus acceperat.

Scribere] Videtur loqui ſimpliciter; ſed, ut ſolet, per jocum unico verbo duas res attingit. ſimul enim de juriſconſultorum ſcriptione ſignificat: quod ſequentibus verbis oſtenditur. & Pomponius l. 2. circa finem de orig. juris, *Aut judicibus*, ait, *ipſis juriſconſulti ſcribebant; aut teſtabantur, qui illos conſuluerant.* Pro Murena: *Hanc urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, cavendi,* ſcri-

ſcribebant formulas ſponſionum, ſtipulationum, actionum, teſtamentorum etiam. Nam lib. 2. de Orat. non longe a principio: *Si tu Scævola omnium teſtamenta ſcripſeris.* Eſt igitur, ut *cavere*, ſic *ſcribere*, juriſconſultorum.

Te advocato] Alibi *Advocatus* eſt is, qui præſentiam, ut ait Aſconius, reo commodat: hic eſt is, qui per formulas præſcripta litigandi forma, cavet iis, a quibus conſulitur. unde illud in epiſtola 10. *In re militari multo es cautior, quam in advocationibus.*

Cauſſa cadent] Litem amittent. qui enim ſcriptis tuis freti litigabant, cadebant cauſſa. nunc id non accidet: quia ſic ſcribere oblitus es, nemo tuis in ſua re ſcriptis utetur.

Æſtivorum timor] Timor futuri belli, quod æſtate renovabatur.

Debilitat] Sic afficit, ut litteras ad amicos mittere non poſſis.

Aliquid excogita] Cave tibi quoquo modo ab armorum periculo, ut caviſti ab eſſedariis Britannicis, cum in Britanniam tranſire noluiſti.

Pag. 393. *Benevolentiæ*] Cujus jura poſtulant, ut amicos de rebus noſtris nos ipſi certiores faciamus.

EPISTOLA XV.

MOroſi] *Moroſus* eſt, cui non placet id, quod placere debet: vel, qui plus, quam oportet, exigit ab aliquo: vel, qui non fert, quod ferendum videtur. In Oratore: *uſque eo difficiles ac moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes.*

Ea, quæ ſpero] Honeſtatem, & commoda. epiſt. 11.

C. Matii] Cujus exſtat graviſſima epiſtola lib. 11. apud Cæſarem gratia valuit, ut epiſt. 12. lib. 6.

Doctiſſimi] Quinctilianus lib. 12. cap. 6. ait Matium ante quæſtoriam ætatem oraſſe. Columella lib. 12. cap. 4. & cap. 44. ſcripſiſſe eum de piſtore, coquo & cellario libros tres. A Gellio quoque & Macrobio laudari video doctrinam Cn. Matii. Sed ibi Cnæus, hic Cajus nominatur: ut vel duo Matii fuerint, diverſo prænomine, uterque in primis eruditus: vel, ſi unus fuit, mendum ſit in alterutro prænomine.

EPISTOLA XVI.

Pag. 394. IN *Equo Trojano*] Tragœdiæ nomen, ſed utrum Livii Andronici, quem Nonius appellat in Opitula, an Nævii, quem Macrobius lib. 6. Sat. ignoro.

Sero ſapiunt] Subaudi, *Phryges*: qui, cum Helenam initio belli reddere noluiſſent, poſtea fractis jam eorum opibus, & ſpe ſalutis amiſſa, velle ſe eam reddere dixerunt. inde natum proverbium: de quo Feſtus.

Mi vetule] Amatorie, per jocum.

Rabioſulas] In quibus teneri ſe urbis deſiderio, & cupere ſtatim aliquid auferre, atque a bello diſcedere, ſcripſerat Trebatius. id fuit primum argumentum, cur non ſero, ſed mature ſapere viſus eſt. alterum, quod in Britanniam ire noluit. tertium, quod Samarobrinæ diu manſit, nec ullam rei bellicæ partem attigit. Inde jocandi materiam Cicero ſumpſit.

Sat fatuas] Quia cum iviſſet in Galliam eo conſilio, ut Cæſaris benevolentiam obſequio officioque ſuo conſequeretur, ita ſtatim auferre ab eo pecuniam, & domum redire properabat, quaſi non litteras commendaticias, verum ſyngrapham ad eum attuliſſet.

Non nimis φιλοθέωρον] Non valde cupidum ſpectandi: quia tranſire in Britanniam noluiſti, neque ſpectare eſſedarios. Hic locus alio loco epiſt. 6. illuſtratur. Secutus autem ſum Politiani correctionem: licet libri veteres, pro *Nimis*, *Minus*, & pro φιλοθέωρον, *Quam Philoctetem*, omnes habeant, uno tantum excepto, in quo eſt, *Non minus philotheorum*, item ut eſſe in Mediceo libro Politianus idem ſcripſit. Iocans enim ut ſolet, dicit ſe Trebatium non

repre-

reprehendere,quod non nimis ſpectandi cupidus fuerit, id eſt,quod in Britanniam profectus non ſit, ut Eſſedarios ſpectaret. Tacite autem ut ignavum, & puſilli animi ſubaccuſat, qui Cæſarem in Britanniam ſequi ad bellum noluerit.

Pag. 395. *In hibernis injectus mihi videris*] Hibernorum tempus nondum erat: ſed hibernare Trebatius videbatur, quia ſe Samarobrina non commovebat. epiſt. 11. 12. & in hac in extremo.

Vſquequaque ſapere oportet] Vbique: quod tu facis: qui tibi optime caves, nec periclitari, quamquam ſis in bello, de vita vis. hujus adverbii vis eadem ſemper eſt. exempla & palam ſunt, & quædam Cariſius quoque recitat, M. Catonis, C. Gracchi, Frontonis.

Telum] Summum eſt in ſapientia præſidium. Serio videtur hoc dicere, ſed jocatur: quaſi dicat: næ tu rationem tuendæ ſalutis tuæ optimam iniviſti:&, quod alii telis accerrimis,id tu ſapientia tua conſequeris.

Non defuiſſem] Non negaſſem: obſecutus eſſem.

Quis tu es] Ineptum hominem ſignificat: qui Ciceronem, cui ne notus quidem eſſet, ad cœnam invitaret. epiſt. 9.

Homo bellus] Lepidus,quo uti jucunde quivis poſſit. *Bellus* ad formam non refertur, ſed ad quandam venuſtatem, quæ amorem conciliat.

Pag. 396. *Abduxiſſes*] Nondum a joco diſcedit; quamquam dixerit, *Extra jocum.* nam *Abduxiſſes*, videtur eſſe, tecum duxiſſes ut hominem bellum, voluptatis & lætitiæ tuæ cauſſa: ſed valet, ut hominem ineptum, quo minime delectamur. In hac autem ſtructura *homo bellus eſt: vellem, eum tecum abduxiſſes:* ineſſe quiddam ſentio, quod capiat aures meas: nec id tamen, quale ſit, explicare ſatis queo: cujuſmodi multa ſunt in Latina lingua,quæ malim imitari, quam docere. Huic loco reſpondere videtur ille epiſt. 28. lib. 10. *Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me idib. Mart. invitaſſes: reliquiarum nihil haberemus.* Et ad Attic. epiſt. 22. lib. 15. *Gratulor nobis, Quinctum filium exiiſſe: moleſtus non erit.*

In Italiam] Puto me jam dixiſſe, Italiam aliter jure naturæ, aliter juriſdictione terminari: jure naturæ, Alpibus; juriſdictione, Rubicone amne: ultra quem incipiebat Ciſalpina Gallia; quæ cum Tranſalpina & Illyrico erat in imperio Cæſaris. Dixit igitur Cicero, *In Italiam*, id eſt, in Ciſalpina Gallia, quo ſe Cæſar quotannis ad conventus peragendos hieme conferre ſolitus erat. ipſe enim Commentariorum ſuorum lib. 1. in extremo de ſe ipſo ita ſcripſit: *In citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus eſt.* Et lib. 2. item in extremo: *Legionibus in hiberna deductis, in Italiam profectus eſt.* Et lib. 5. primis verbis: *L. Domitio, App. Claudio coss. diſcedens ab hibernis Cæſar in Italiam, ut quotannis facere conſueverat, legatis imperat, &c.* Et lib. 6. in extremo: *Vt inſtituerat, in Italiam ad conventus agendos profectus eſt.* Quibus exemplis utendum putavi, ut conſtaret, ab eodem Cæſare modo citeriorem Galliam, modo Italiam vocari eam imperii partem, quæ Alpibus & Rubicone amne contineretur.

Venturi ſitis] Venerunt: ut Cæſaris verba lib. 6. quæ jam recitavi, demonſtrant.

Stoici] Qui ſapientis eſſe omnia confirmant: ut in Zenone Laertius oſtendit. Iocus in Trebatium, qui nummatus eſſe poſſit ſine nummis, more ſapientum.

Cælo & terra frui] Fruuntur autem ſoli ſapientes. Huc illud pertinet ex libro 5. de Fin. *Paupertas ſi malum eſt, beatus eſſe nemo poteſt, quamvis ſit ſapiens. At Zeno eum non beatum modo, ſed etiam divitem dicere auſus eſt.*

Poſtea videro] Modus loquendi, quo ſignificamus, nondum nobis conſtitutum ac certum eſſe, quid aliqua de re ſentiamus. ſimile illud epiſt. 25. *Præter duo nos, loquitur iſto modo nemo: bene, male*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

male ne, videro. Et in epiſt. 9. lib. 9. ad Att. *Si hic, qua ratione initium fecit, eadem cetera aget, ſincere, temperate, prudenter valde videro.* Et lib. 1. de leg. *Cui tamen ego aſſentiar in omnibus, nec ne, mox videro.*

Superbiam tuam] Non quod ſuperbus eſſet, ſed quod a nemine conſuleretur. idem jocus epiſt. 10. lib. 1. *Qui iſtinc nunc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas, partim contumelioſum, quod male reſpondeas. Reſpondere* dicuntur juriſconſulti, cum iis, a quibus conſuluntur, de jure oſtendunt, qualis eorum cauſſa ſit, quid vitandum, aut agendum. unde in Bruto: *Rutilius magnum munus de jure reſpondendi ſuſtinebat.* Et pro Murena: *Reſponſa juriſconſultorum.*

Sed tamen] Quamquam nemo te conſulat; hoc tamen lætare, quod iſtuc veneris, ubi jus civile melius, quam tu, nemo calleat. Iocus eſt: nam quæ laus, Samarobrinæ bonum juriſconſultum videri? Ejuſdem generis illud epiſt. 10. *Quod ſi in Britanniam quoque profectus eſſes; profecto nemo in illa tanta inſula peritior te fuiſſet.* Et lib. 1. ep. 10. *Ibi, malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videare.*

P. VICTORIVS.

Tu tamen mi vetule] Reſtat nunc, ut Crinito, qui aliter hunc locum intellexit, reſpondeamus. Ipſe enim contra Politiani emendationem *Philoctetem* tuetur, multumque ſibi in ea expoſitione placet, cum dicat etiam Politianum cum de hac re ſermonem cum eo haberet, errorem ſuum agnoviſſe, libenterque in ſuam ſententiam veniſſe: quod miror virum pertinacem in tam bona cauſa tam facile manus dediſſe, & non animadvertiſſe alium intellectum habere verba illa Ciceronis, quibus nititur adverſarius, & longe diverſum ab eo, quem ille credidit: nec enim puto hoc Crinitum commentum eſſe. Sunt autem hæc verba, quæ Crinitus putavit pro ſe facere ad Q. Fratrem lib. 2. De Rep. *Nimium te laborare doleo, & meliorem civem eſſe, quam Philoctetam, qui accepta injuria, ea ſpectacula quærebat, quæ tibi acerba eſſe video.* Hanc autem illorum ſententiam eſſe puto. Querebatur Quintus Remp. eo tempore in magnis malis verſari: valdeque de ejus miſeriis animo cruciabatur: reprehendit hominem Marcus, quod tantum ei publica damna dolerent, & meliorem civem eum eſſe dicit, quam Philoctetam, qui accepta injuria a Græcis, in illas eos calamitates cecidiſſe gaudebat, quas Quintus in ſua Rep. eſſe moleſte ferebat. Deſiderabat Philoctetes damna & infortunia Græcis, quia ſe in inſula deſtitutum meminerat: Quintus vero etſi cum fratre graves ærumnas ob Remp. perpeſſus erat, tamen cum ſciret eam multis malis conflictari, ut bonus civis, qui injurias patriæ obliviſci debet, iniquo animo ferebat. Damnat igitur ejus conſilium Cicero, nec debere illum ob id ſe nimis macerare oſtendit, cum poſt tot accepta beneficia, nimis in ipſos ingrata Reſp. fuiſſet, ut facile ferre debeat ejus naufragia. Quam ſententiam perſequitur ad Attic. ſcribens l. 4. in epiſt. cujus eſt initium: *Occupationum mearum:* Tam graves enim fuerant in Ciceronem inimicorum injuriæ, & tam acerba exilii memoria: ut cum ſe a Rep. deſtitutum fuiſſe recordaretur, non poſſet aliquando in eam ſatis placato animo eſſe. *Quærebat autem ſpectacula*, intelligimus, lætitiam capiebat rem eo deductam, ut qui ſibi damnum intuliſſent, pœnas darent ſuæ petulantiæ, ut loquitur lib. 10. ad Att. de Dionyſio: *Et homini non amico noſtra incommoda, tanta præſertim, ſpectaculo eſſe nollem.* Id eſt, præbere illi voluptatem. Libenter enim, qui ſe male tractatos judicant, vident in adverſa fortuna conſtitutos, quos ſibi mali cauſam fuiſſe arbitrantur, eamque delectationem capiunt ex illorum infortuniis & miſeriis, quam ex aliquo ſpectaculo capere homines conſueverunt. Nihil igitur facit ad locum hunc in epiſtola Trebatii, locus ille ad Q. Fratrem. Nos autem utrumque quemadmodum intelligi debere credimus, pluribus verbis expoſuimus; ſed res, de

qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

qua tanta controverſia extiterat, non potuit brevius explicari.

EPISTOLA XVII.

QVincto fratri] Legato Cæſaris in Gallia.

Gratias egi] Quod officiis te ſuis complectatur.

Levis] Quia cum iviſſet ad Cæſarem, ut honeſtatem augeret facultateſque ſuas, redire ſtatim ad urbem cupiebat.

Vrbanitatiſque] Non eſt hic *Vrbanitas* eadem, quæ epiſt. 7. lib. 3. in eo loco: *Homo ſumma prudentia, multa etiam doctrina, addo urbanitatem, quæ eſt virtus, ut Stoici putant.* Nam hic pro rebus urbanis accipitur.

Piger] Quippe tribunatum contempſerat. epiſt. 8.

Pag. 397. *Syngrapham*] *Syngrapha* eſt, in qua ſcribimus, certam nos eſſe alicui pecuniam ſoluturos. Pro Murena: *Pergis ne tamquam ex ſyngrapha agere cum populo.*

Ad imperatorem] Ad Cæſarem, a quo pecuniam tamquam e ſyngrapha debitam exigeres & ſtatim domum redires.

Alexandriam] Vt a Ptolemæo, Alexandrino rege, pecuniam ſuam, ei Romæ creditam exigerent. Iocatur Cicero in re vera: ut ex oratione pro Poſtumo, in qua etiam ſyngraphæ in Albano Pompeji factæ nominantur, ſatis conſtat. iidem Ptolemæi creditores ſignificantur epiſt. 1. lib. 1.

Nullum nummum] Aliquot etiam ex iis in vincula conjecti: & nudus egenſque Poſtumus, qui non modo ſuam, ſed amicorum quoque pecuniam expulſo regi crediderat, e regno fugit: ut eadem docet oratio.

Si mei commodi rationem ducerem] Quod Epicurei faciunt, qui ſuis commodis omnia metiuntur. epiſt. 12. & lib. 3. epiſt. 9.

Augendum atque ornandum] Augendum, commodis; ornandum, honoribus.

In provinciam] In Hiſpaniam cum proconſule Pompejo. hac de re vid epiſt. 5.

Vltro] Quod ſummi eſt amoris argumentum. itaque epiſt. 55. lib. 13. *Cum*, inquit, *jamdiu diligerem M. Annejum: deque eo ſic exiſtimarem, ut res declarat; quod ultro ei detulerim legationem, cum multis petentibus denegaſſem.* Et in oratione pro Cœlio: *Puteolani ea non petenti Cœlio detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt.*

Attulerim] Multis rebus potuit Cicero, ſi legatus cum Pompejo in Hiſpaniam iviſſet, Trebatio conſulere. quod ipſe ait epiſt. 5. *Trebatium* (inquit) *cogitaram, quocumque exirem, mecum ducere; ut eum meis omnibus ſtudiis & beneficiis quam ornatiſſimum domum reducerem.*

Mea mutata ratio] Mutavi conſilium. Sic locutus epiſt. 5. lib. 3. *Tua ratio poſtea eſt commutata.*

Pag. 398. *Honorificentiſſime*] Epiſt. 9. lib. 1. *Cæſaris humanitas ac liberalitas, brevi tempore & litteris, & officiis, perſpecta nobis & cognita.* Et ibidem infra: *Commemoranda quædam & divina Cæſaris in me fratremque meum liberalitas.* Et epiſt. ult. lib. 5. ad Att. *Perſpice meam cum Cæſare ſuaviſſimam conjunctionem: qui quidem Quinctum meum tuumque, dii boni, quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia: non ſecus ac ſi ego eſſem imperator.*

Incredibilem] Commemorandam & divinam vocavit epiſt. 9. lib. 1.

Fidem] Qui, quos ſemel in amicitiam ſuam recepit, numquam deſerit.

Commendavi] Epiſtola 5.

Et tradidi] Plus eſt, quam *Commendavi.* epiſt 5. *Totum denique hominem tibi trado, de manu, quod ajunt, in manum iſtam tuam, &c.*

Graviſſime] Graviſſimis verbis, ſummum amorem ac ſtudium declarantibus.

Diligentiſſimeque] Sic ut nihil prætermiſerim.

Accipit] Ita te eſt complexus, ut ego te graviter commendavi.

Hunc tu virum nactus] Epiſt. 7. *Imperatorem habes liberaliſſimum.*

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Si me aut ſapere aliquid, aut velle tua cauſſa putas] Si me nec judicio falli, & fideliter tibi ſuadere exiſtimas.

Difficultate] Quæ ſit in ea re, quam conſequi cupias.

Iucunda & honeſta] Iucunda quædam ſunt, ab honore ſejuncta: ideo addidit, *Et honeſta*: ſicuti epiſt. 11. conjunxit honeſtatem & facultates. *jucunda* igitur *& honeſta*, pro utilia & honorifica. non enim hic *Honeſta*, valet recta.

Præſtabo] Aliter tamen ſcripſit ad Q. Fr. epiſt. 1. lib. 3. *Trebatium* (ait) *ad Cæſarem miſi: qui mihi jam ſatisfecit: ſi ipſi minus, præſtare nihil debeo.*

Confirmandæ] Jam enim eſt inſtituta, commendatione mea graviſſima ac diligentiſſima.

Vberioris provinciæ] Hoc eſt quod Suetonius de Cæſare ſcriptum reliquit: *Ex omni provinciarum copia Gallias potiſſimum elegit, cujus emolumento & opportunitate idonea ſit materia triumphorum.*

Ætatis] Ipſius Trebatii. epiſt. 7. *Ætatem habes opportuniſſimam.*

Hoc ſi amiſeris] Epiſtola 7. *Vt tibi unum timendum ſit, ne ipſe tibi defuiſſe videare.*

In veſtris libris] Dixi jam ſolitos eſſe veteres juriſconſultos ſuæ ſententiæ pondus addere, aliorum juriſconſultorum adſcripto judicio. vide ep. 10. *Idem & Mucio & Manilio placebat.*

Q. Cornelio] Trebatii magiſtro. epiſtola 8.

Labore] Militari, quem ſoles vitare tum pigritia, tum timore. Paullo ante hac ipſa epiſtola dixit, *Interdum piger, interdum timidus in labore militari.*

Non audiam] Gloriantem de rebus a te geſtis. Feſtiva jocatio.

Qua ſpe aut condicione] Spe futuri, condicione præſentis commodi.

EPISTOLA XVIII.

Pag. 399. *Diverſis temporibus*] Eodem tamen omnes exemplo, ut infra cognoſcitur.

Cætera delectarunt] Hoc pendet uſque ad illud, quod eſt infra: *Cetera belle: illud miror.*

Fortem] Non, ut antea videbare, timidum. epiſt. 17.

Æſtuare] Æſtus eſt commotio vel in igne, vel in aqua; vel per tranſlationem, in animo.

Pag. 400. *Tempore*] Cum opus erit. *Tempore* & *Tempori*, duobus caſibus dicitur: ut e Cicerone, Plauto, & aliis cognoſcitur.

Veſtræ cautiones infirmæ ſunt] Tuum iſtic artificium tibi parum prodeſt: friget enim in bello jus civile. epiſt. 13. *Tantum metuo, ne iſtic artificium tuum tibi parum proſit.* Et epiſt. 16. *Qui iſtinc veniunt, ſuperbiam tuam accuſant, quod negent te percunctantibus reſpondere.* Occaſionem dubitandi in verbo, *Cautiones*, nonnulli attulerunt, affirmantes in antiquis libris eſſe, *Cauſationes*. Ego in meis omnibus, qui ſunt undecim, plane video ſcriptum, *Cautiones*.

Græculam cautionem chirographi mei] Litteras commendaticias ad Cæſarem Græce ſcriptas mea manu. ſic enim malo, quam, *Græcis miſtas verſibus*. *Cautionem* appellat, quod ita utilis ei futura eſſet illa commendatio, ut juriſconſultorum cautiones iis utiles eſſe ſolent, a quibus de jure conſuluntur. ſic epiſt. 13. *Vt ego quoque*, inquit, *te de noſtris cautionibus admoneam: Treviros vites, cenſeo.*

Gallici belli] Videtur jam abſolutum eſſe bellum Britannicum: de quo in ſuperioribus epiſtolis.

Ignaviſſimo cuique] Fortes enim rem gerunt: ignavi ſpectant, & ſingula notare ſolent: itaque narrantibus ignavis major habenda fides eſt, quam fortibus.

Cetera belle] Redit ad id, quod cœperat dicere, *In quibus me cetera delectarunt.*

Quis ſolet eodem exemplo] Miror, inquit, cum tua manu ſcribas, eodem exemplo plures a te epiſtolas mitti. Hinc licet conjicere, epiſtolas illas, quas Cicero ſe diverſis temporibus accepiſſe dixit, eodem exemplo omnes fuiſſe.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

In palimpſeſto] *Palimpſeſtus* membrana fuit iterum abraſa, ut aliquid rurſus in ea ſcriberetur. unam autem ex illis epiſtolis, non omnes in palimpſeſto ſcripſerat Trebatius.

Chartula] Palimpſeſto. brevem epiſtolam fuiſſe conſtat, quæ ſcripta fuerat in palimpſeſto.

Quam hæc ſcribere] Cum in hoc loco diverſis temporibus innumerabiles prope inſpexerim veteres libros, omnes tamen conſentire animadverti: quo magis adducor, ut diſſentiam a Bernardino Rutilio, qui primus legendum arbitratus eſt, *Quam hæc non ſcribere*. At ſententia poſtulare negantem particulam videtur. Eſto: quis præſtabit, numquam falli nos in eo, quod videtur? quod ſi mutandum; quod facile conceſſerim: & ego ipſe in emendandis libris uti conjectura interdum ſoleo: mutatio modica ſit, quæque a litterarum ſimilitudine non diſcedat. itaque crederem, non abſurde legi poſſe, *Quam exſcribere*. divinat enim Cicero, quod ex illa chartula deletum ſit, exſcriptum non eſſe: ſiquidem, qui ſcribit in palimpſeſto, chartæ laborat inopia: itaque delere mavult, quam exſcribere. Hæc ita opinabar, ut mihi ipſe nec placerem valde, nec omnino diſplicerem. In ſcholiis ſuis ſic notat ad hunc locum: *Quam hæc ſcribere*] Suſpicor mendum ſubeſſe. mihi enim perobſcurus eſt ſenſus &, ut libere dicam, quod ſentio, legendum crederem: *quam exſcribere*, nulla propemodum mutatione facta. Depravationis enim origo, ut opinor, ea fuit: Deſcribendis libris ſæpe duos præficimus, qui legat & qui de legente excipiat, ut ſcilicet celerius & certius id muneris conficiatur. cum autem is qui legeret, protuliſſet *exſcribere*, credidit ſcriptor *ecſcribere*, dictum eſſe: itaque fecit in libro. alius deinde errorem, quem per imprudentiam commiſſum debuit tollere, temeritate auxit, repoſuitque una dictione in duas diviſa *hæc ſcribere*, ſenſu, ut dixi, mihi perobſcuro. Sunt etiam qui addendum putent *non*, ut legatur *hæc non ſcribere*. a quibus æque diſſentio. Quod ſi legatur *exſcribere*, hoc dicet: Video te parum diteſcere, cui charta deſit, in qua tuas formulas aut aliud quid exſcribas: ea enim ſi ſuppeditaret, nunquam profecto ad nos in palimpſeſto. Infert enim: *An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi ſuppeditare?* dixit autem: *quod delere malueris, quam exſcribere:* per jocum ſignificans, non habuiſſe Trebatium in quo exſcriberet id quod delerat. itaque ſe mirari, quid fuerit in illa chartula: quaſi moleſte ferat id periiſſe. chartæ enim inopiam oſtendi, cum ſcribat in palimpſeſto. Idem error in 3. epiſt. 8. libri ad Atticum irrepſerat. Ubi enim antea legebatur: *faſces laureatos hæc ferre ex Italia*, nemo non videt legendum eſſe *efferre*.

Formulas] *Formulæ* ſunt ea, quæ juriſconſulti litigantibus præſcribunt, ne cauſſa cadant: quæ *Cautiones* etiam dicuntur. ſunt & quædam quaſi normæ judiciorum, æque omnibus obſervandæ, *ut formula fiduciæ*, ep. 12. & *Aquilii formulæ de dolo malo*, lib. 2. Off. & *dati damni formula*, apud Plinium lib. 9. cap. 59. Ex hoc genere non fuere Trebatii formulæ, ſed ex illo ſuperiore, cum ſcribebantur, hodieque ſcribuntur, clientibus in re controverſa.

Non enim puto] Per jocum ſignificat, pluris eſſe epiſtolas ſuas, quam formulas Trebatii.

Frigere te] Nullum te iſtic fructum capere e ſcientia juris civilis. epiſt. 11. *Sin autem iſta frigebunt, recipias te ad nos.*

Pag. 401. *Suppeditare*] Neutrum abſolutum, ut in oratione pro Scauro: *Undique mihi ſuppeditat, quod pro M. Scauro dicam, quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint.* Et lib. 1. Offic. *Studeat parare ea, quæ ſuppeditent & ad victum, & ad cultum.* Cum agendi vero ſignificatione notius eſt, quam ut exempla requirantur.

Tecum extuleris] Nam, ſi eam tecum non attuliſſes, ſine verecundia peteres:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nunc, quia te pudor a petendo deterret, nihil accipis. Hæc quoque per jocum. nam epiſt. 5. pudorem in laude poſuit, cum dixit: *Meliorem virum, pudentiorem eſſe neminem.* Et epiſt. 7. *Multum in eo te frater adjuvabit meus, multum Balbus, ſed mihi crede, tuus pudor & labor plurimum.*

More Romano] Graviſſime & diligentiſſime. epiſt. 5.

Metrilii Philemonis] Veteres libri nonnihil diſſentiunt: alii enim, *Metilli*, alii *Mevilii*, alii *Metrinii*, alii aliter habent. ſuſpicatus ſum adoleſcens, neque nunc muto ſententiam, legend. eſſe *M. Æmilii Philemonis*: ut ſit libertus Æmiliæ gentis, & is fortaſſe, de quo Pedianus hæc in argumento orationis pro Milone: *Munatius Plancus tribunus pl. produxerat in concionem M. Æmilium Philemonem, notum hominem, libertum M. Lepidi.*

Pag. 402. *Jam audieram*] Quia non longe aberant.

Fremitum] Cum ad ſalutandum patronum ſuum Ciceronem ire vellent honoris cauſſa.

Clientium meorum] Clientes ſuos Trebatius, in Galliam proficiſcens, Ciceroni commendaverat. ideo ſequitur: *Quos tu mihi conciliaſti.* & epiſt. 12. *Quid fiet populo Vlubrano, ſi tu ſtatueris, πολιτεύεσθαι non oportere?*

Vlubris] Vlubræ, opidum non celebre. *vicum deſertiſſimum* appellat Porphyrio in epiſt. 11. lib. 1.

Vim maximam] Maximum numerum. nota ſignificatio.

Ranunculorum] Quia paludes Vlubris propinquæ, *ranunculos* vocavit Vlubrarum incolas, jocans in Trebatii clientes.

Arruntio] Sic ſcribitur hoc nomen in antiquis lapidibus.

Innocentem] Cum in ea nihil ſcriptum eſſet, quod, ſi efferretur, nocere tibi poſſet.

Tam novis rebus] Geſtis a Cæſare in Gallia: quæ leguntur in ipſius Commentariis.

GVIL. CANTERVS.

Quod delere malueris quam hæc ſcribere] Difficilis admodum hic locus & corruptus videtur: quem nos cum explicuerimus, deinde emendabimus. Primum igitur Trebatius epiſtolam ad Ciceronem in palimpſeſto exararat, quam poſt in charta pura deſcriptam (nam in palimpſeſto etiam alia erant) ad Ciceronem daret. Ac similiter Cicero feciſſe ſe, extrema epiſt. lib. 9. oſtendit, cujus hoc eſt initium, *Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi.* Hoc ergo cum feciſſet primum Trebatius, poſtea mutato deſcribendi conſilio, vel ignavia, vel avaritia impulſus, palimpſeſtum ipſam ad Ciceronem miſit, cum ea, quæ præter epiſtolam erant ibi perſcripta, deleviſſet. id enim facere maluerat quam hanc exſcribere. Nam hoc vult his verbis indicare Cicero. Jam quod ad ſcripturam attinet, primum qui tria hæc verba *quam hæc ſcribere* plane tollunt, imperitiſſime faciunt & audaciſſime. ac ſi ſic licebit nobis, quidquid in Cicerone vel Poeta aliquo non aſſequimur, tamquam nothum perfodere, facillimam nobis ad omnium ſcriptorum explicationem ſternemus viam. Rectius longe Manutius *quam exſcribere* legendum putavit. id quod tamen nondum prorſus verum eſt. Cur enim non potuerit Trebatius etiam quæ exſcripſerat delere? Nos ita *quam hæc exſcribere.* Quemadmodum enim ille pro *ecſcribere* poſitum per imperitiam facile probat *hæc ſcribere*, ut alibi *hæc ferre*, pro *ecferre*: ita nobis eadem ratione pro *hæc exſcribere* poſitum *hæc ſcribere* ſatis veriſimile videtur. Scripſiſſe autem veteres *ecſcribere*, non *exſcribere*, mihi quidem non ſit dubium. Videntur enim illi ut A, AB, ABS, ſic etiam E, EC, ECS habuiſſe. De E & ECS conſtat: de EC teſtantur *ecferre*, *ecfodere*, & ſimilia, quæ ſic in vet. cod. ſcribuntur. Poſterior enim ætas concinnitati ſervivit, & *efferre* ſcripſit, ut & *afore* pro *abſore.* Similiter cum x littera pro cs uti cœpiſſent, pro *ecſilio* ſcripſerunt *exilio*, pro *ecſtollo* quoque *extollo.* Itaque non ſatis prudenter facere arbitror qui *exſilium*, *exſtat*, &c. ſcribunt. Nam præter-

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quam quod pronuntiationem videntur inducere longe difficillimam, literam eandem ſe bis fruſtra ponere non vident. Quod enim antiquitatem advocant, leve eſt, cum eadem etiam *vixſit* ſcripſerit: & in aliis non raro peccarit, ut cum *ſompnus* & *odioſſus* poſuit, quæ ſunt in lib. omnium vetuſtiſſimis obvia. Quod enim ad *vixſit* attinet, primum fuit *vicſit* (quemadmodum *dicſit*, pro *dixit* alicubi reperitur) deinde cum litera x in uſum venit, *vixit* fuit; quod qui non animadverterunt, *vixſit* fecerunt, ut nunc *exſilium*. Literam porro x aliarum etiam cum s conjunctarum locum invaſiſſe video: ut HS in *traxi* pro *trahſi*, *vexi* pro *vehſi*: GS in *pinxi* pro *pingſi*: *maximus* pro *magſimus*. Fuit enim initio *magniſſimus*, deinde *magiſſimus* vel *majiſſimus*, tum *magſimus*: denique *maximus*. Jam quemadmodum CS in X, ſic E in I, O in V; contraque I in E; & V in O fuit a poſterioribus mutatum. Itaque illi *here* dixerunt, nos *heri*: illi *ſervom*, nos *ſervum*. contraque illi *ni*, nos *ne*: illi *fruns*, nos *frons*. Quocirca minus aſſentior iis qui *ſuboles* volunt & *bevivolentia*, ac ſimilia. Dandum enim aliquid eſt auribus & euphoniæ, veterum exemplo, qui *maximus* pro *maxumus* dixere. Idem etiam in *tanquam*, *impello*, & ſimilibus valere velim. ſic enim & *quoniam* pro *quomiam* ſcribimus: nam fuit olim *quom jam*. Sed hæc ſatis. quæ breviter a nobis, contra multorum tamen ſententiam, dicta ſtudioſi examinent.

EPISTOLA XIX.

Pag. 403. P*Ræſenti tibi*] In Tuſculano. vide prooemium Topicorum.

Prope ſubnegaram, non tribueram certe] Cum Trebatius diſciplinam & rationem peteret inveniendorum argumentorum; hortatus eſt eum Cicero, vel ut Ariſtotelis Topica per ſe ipſe legeret, vel ut a doctiſſimo quodam rhetore totam illam rationem acciperet. Hoc eſt, quod ait: *Prope ſubnegaram.* Vide prooemium Topicorum.

Debere non potui] Id volui perſolvere. Quod ab amicis petitur, id donec tribuamus, deberi a nobis dicimus: cum vero, id omnino a nobis tribuendum, ſignificare volumus, deberi non poſſe dicimus. exemplum eſt hac ipſa de re in Topicorum prooemio, & epiſt. 2. lib. 4. ad Attic. *Oratio juventuti noſtræ deberi non poteſt.* Et lib. 3 de Orator. *An me tam impudentem eſſe exiſtimatis, ut hoc præſertim munus putem diutius poſſe deberi?* Et Tuſc. 2. in extremo: *Sed tibi hoc video non poſſe deberi.*

Pag. 404. *Ariſtotelica*] Quod in eum librum præcepta Ariſtotelis multa tranſtulit. nonnulla tamen addidit de ſuo.

Ab ipſa urbe commonitus] Similiter epiſt. 11. lib. 2. *Mihi magnæ curæ eſt ædilitas tua. ipſa dies me admonebat. ſcripſi enim hæc ipſis Megalenſibus.* Quo loco vide quæ diximus.

Amantiſſima tui] Vel quod Trebatius Veliæ notus: vel quod ibi poſſeſſiones, a patre relictas, haberet.

Rhegio] Scribendum cum adſpiratione: dictum enim ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι, ait Strabo, lib. 6.

Litteris] Ex ipſis tantum litteris, & quaſi muto libro.

Non longe abieris] Non longe petantur exempla.

Doctorem tamen lumenque] Qui doceat & illuſtret ea quæ obſcuriora ſunt. Dixit jam: *Sin tibi quædam videbuntur obſcuriora.* Et cum negaverit ullam artem ſine interprete, & ſine exercitatione aliqua litteris poſſe percipi: hic pro interprete doctorem nominat: de exercitatione autem ſubjunget iis verbis *Ut vero etiam ipſi tibi loci, propoſita quæſtione, occurrant, exercitatione conſequere.* Veteres libri non conſentiunt. duo habent, *Lumenque*, quos ſecutus ſum: alii varie, *Vivumque*, *Unumquemque*, *Nonnumquam*. Omnino in omnibus libris manuſcriptis pro *lumenque* legitur *unumque.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

numque. ego tamen libentius legerim: *uſumque*, id eſt exercitationemque, ut dicat idem, quod ſupra, *nullam artem litteris, ſine interprete & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe.*

Pag. 405. *Per te*] Sine doctore.

Vt certe] Si non omnia, hoc certe, ut intelligas, conſequere. Notanda vis vocabuli, quam & Ter. indicat in Andr. *Atque aliquis dicat: nihil promoveris. Multum: moleſtus certe ei fuero, atque animo morem geſſero.*

Ipſi loci] Sedes argumentorum. In Topicis: *Vt earum rerum, quæ abſconditæ ſunt, demonſtrato & notato loco facilis inventio eſt: ſic, argumentum aliquod perveſtigare cum volumus, locos noſſe debemus. Sic enim appellatæ ab Ariſtotele ſunt eæ quaſi ſedes unde argumenta promuntur. itaque licet definire, locum eſſe argumenti ſedem; argumentum autem, rationem, quæ rei dubiæ faciat fidem.*

Nos te continebimus] Poſt oppreſſam rempub. contulit ſe Cicero ad domeſticas exercitationes: ne facultas dicendi, ante parta in foro, exareſceret. epiſt. 18. lib. 9.

Redierimus] E Græcia: cogitabat enim adeſſe Romæ Kalendis Jan.

Salva iſta] Res urbanas, quas peſſime affectas relinquebat; ut in argumento oſtendimus.

Rhegio] Unde diſcedens, librum Topicorum Trebatio mittebat. dixit enim: *eum librum tibi miſi Rhegio.*

EPISTOLÆ XX.

R*Vſio tuus*] Ruſionem Trebatii gentilem fuiſſe, didici ex hoc antiquo lapide, qui eſt Romæ ad portam Latinam: C. VIBIVS. C. F. MACER. C. TREBATIVS. RVFIO. FACIVND. CVRAVERVNT.

Ædificationem tuam] Ædificabat Trebatius in regione Lupercali proxima.

Lupercali] Locus, ubi lupa Romulum & Remum aluit infantes.

Heletem] Veteres libri omnes, *Haletem*: ſed ex Strabone lib. 6. & epiſt. 6. lib. 16. ad Attic. apparet legendum eſſe *Heletem.*

Nobilem amnem] Quia Veliam ab eo nomen accepiſſe traditum eſt. Strabo.

Papirianam] Emptam de Papirio quodam a Trebatio, vel ab ejus patre.

Pag. 406. *Lucum*] Sunt, qui *Lucum* ideo male legi credant, quod neque luci capax eſſet privata domus; & luci, quia ſacri, non ſine ſcelere incidi poſſent. Vtraque ratio parum firma. primum enim, lucum illum non intra ædes Trebatii, ſed ante eas fuiſſe, licet exiſtimare: deinde, ne Cicero putetur impie ſenſiſſe, qui eum a Trebatio cædi vellet; docet M. Cato, quo modo recte & ſine piaculo cædi lucus poſſit. Quod attinet ad veteres libros; unum tantum vidi, in quo eſt, *Lacum*: reliqui omnes habent, *Locum*. ex quo, *Lotum*, quidam legere maluerunt. quam conjecturam probare non poſſum; cum proxime ſequatur, *A quo*: quod certe ad arborem lotum referri poſſe, nemo dixerit. Præterea, luco magis quam unius arboris umbra vel forma teneri advenas, credibile eſt; quod ideo dico, quia ſequitur, *A quo etiam advenæ teneri ſolent.* Jam illud, *Multum proſpexeris*, aptius pertinere arbitror ad lucum, quam ad arborem. magis enim proſpectum lucus impedit, quam arbor: cum præſertim, *Proſpexeris*, intelligendum videatur, e totis ædibus, non ex uno tantum cubiculo, aut una ædium parte.

Pag. 407. *Videbis*] Pro, curabis. epiſt. 1. lib. 5. ad Attic. *Statius anteceſſerat, ut prandium nobis videret.*

Diis juvantibus] Sic locutus & in Phil. 3.

Ante brumam] Cogitabat eſſe Romæ Kalendis Jan. Philipp. 1. *Ea mente diſceſſi, ut adeſſem Kalendis Jan. quod initium ſenatus cogendi fore videbatur.* Bruma dictus eſt breviſſimus Decembris menſis dies, ſolis hiemale ſolſtitium. Feſtus.

Niconis] Medici.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Abſtuli] Veliæ.

Περὶ πολυφαγίας] De edacitate.

Docilem] In illo (opinor) libro documenta inerant, quo modo, incolumi valetudine, plurimum edi poſſet.

Increbeſcit] Flare incipit vehementius. creber enim venti ſpiritus magis intendit vela, quam rarus. Quæſtio eſt, utrum dici debeat, *Increbeſco*, an *Increbreſco*, & *Increbuit*, an *Increbruit*. Ego ſequor ſimilitudinem. nam quia *ruber* & *creber* eodem plane modo deſinunt; & a *ruber* fit verbum *rubeo*; a cujus deinde ſecunda perſona, addita ſyllaba *co*, fit *rubeſco*: ſic a *creber* deductum eſt inuſitatum hodie verbum, *crebeo*; a cujus item ſecunda perſona factum eſt *crebeſco*, unde *Increbeſco*. non enim me movent *nigreſco*, & *macreſco*: quia deducuntur a *nigreo*, & *macreo*: cum *rubeſco* non a *rubreo*, ſed a *rubeo* derivetur; & cum *rubeſco* & *erubeſco* majorem habeat ſimilitudinem cum *increbeſco*, quam cum ceteris verbis, quippe cum a ſimilimis nominibus, *creber*, & *ruber*, deducantur. Nam, quod ajunt viri docti, ideo ſcribendum, *increbreſco*, quod a nominibus iis, quorum patrius caſus exit in *ri*, ut *integri*, *ſacri*, fiat *integrare*, *ſacrare*: oſtendi jam, ſic excipi ab hac regula *increbeſco*, ut excipitur *erubeſco*. Quod autem iidem affirmant, *rubeſco*, unde fit *erubeſco*, non a *rubeo*, ſed a *rubore* formari, ut *palleſco* a *pallore*, *puteo* a *putore*, *feteo* a *fetore*, *candeo* a *candore*, *caleo* a *calore*: argumentum componitur ex diſſimilibus. nam illa, *puteo* a *putore*, *feteo* a *fetore*, *candeo* a *candore*, *caleo* a *calore*, ſimilia ſunt, & recte dicuntur: at *palleſco* a *pallore* non eodem modo recte dicitur. fit enim *palleſco* a *palleo*, *palles*: & *palleo* a *pallore*. itidemque *rubeſco*, a *rubeo*, *rubes*: & *rubeo* a *rubore*.

Velia] Cum in Græciam iret.

P. VICTORIUS.

Quanquam illa quidem habet lotum, a quo etiam advenæ teneri ſolent: quem tamen] Hæc eſt in Mediceo ſcriptura: quæ ſi aliquid in ea mendi eſt, ea parte eſt, quod non eo genere *Lotum* appellat, quo aliæ arbores appellari conſueverunt, & quo hanc ipſam Virgilius in Culice appellavit:

—— Inter quas erat impia Lotos:
Impia, quæ ſocios Ithaci mœrentis abegit.

Quam nefarium facinus lucum (dicatam alicui Deorum ſilvam) cædere veteres exiſtimarint, neceſſe non eſt docere: pleni ſunt hujus rei omnes Poetarum libri. Dionis tamen accurati hiſtorici teſtimonium adducemus, quod etiam utile eſſe poterit, quia ſermo eſt de Turullio, cujus mentionem fecit in epiſtola ad Ciceronem C. Caſſius his verbis: *Sequebatur claſſis altera, quam anno priore in Bithynia Tullius Cimber comparaverat, cui Turullius Quæſtor præerat.* Erat Turullius ex interfectoribus Julii Cæſaris, qui in Aſiam in Antonii amicitiam venerat, & eum in multis rebus impigre adjuverat: quem tamen ille rebus male geſtis prodidit Auguſto Cæſari, ut ea ratione (ſi poſſet) ſibi illum placaret. Illico autem Turullius trucidatus eſt: & cùm in inſula Co ſupplicio affectus eſſet, viſum eſt hoc non ſine conſilio ac voluntate deorum factum eſſe. Nam non multo ante ille ad claſſem ædificandam Æſculapii lucum ibi inciderat, & ex ea materia naves fabricaverat. Verba Dionis, καὶ τέλος Πούπλιον Τουρούλλιον βουλευτήν τε ὄντα, καὶ σφαγέα τοῦ Καίσαρος γεγονότα, τότε τε φιλικῶς οἱ συνόντα, ἐξέδωκεν αὐτῷ. Καῖσαρ δὲ τὸν μὲν Τουρούλλιον ἀπέκτεινε, καὶ (ἔτυχε γὰρ ἐκ τῆς ἐν Κῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ὕλης ξύλα ἐς ναυτικὸν κεκοφώς) δίκην τινὰ καὶ τῷ θεῷ, ὅτι ἐκεῖ ἐδικαιώθη, δοῦναι ἔδοξε.

EPISTOLA XXI.

Silii] Ad quem ſunt epiſtolæ lib. 13.

Sponſionem illam] Ne boni viri litibus injuſtis pro aliena libidine vexarentur; cogebatur & is, qui de aliqua re, tamquam ſibi debita, verbi gratia, de hereditate, litem intenderet, & is

qui inficiaretur, promittere, ſe daturum, niſi judicio vinceret, certam pecuniam adverſario: ut, eo metu injecto, reprimeretur litigandi libido. hæc actio vocabatur *ſponſio*: quia *Spondere* eſt promittere. Simile erat, non tamen idem, *ſacramento contendere*. nam pecunia utrimque deponebatur apud pontificem: ut is, qui cauſſa cecidiſſet, duplici damno afficeretur, primum amiſſæ litis, deinde pecuniæ litis cauſſa depoſitæ. qui vicerat, ſuam pecuniam auferebat: victi pecunia in rebus divinis conſumebatur. In ſponſione ſimiliter pecunia deponebatur: ſed exitus non idem, qui in ſacramento, erat. nam, qui ſponſione vicerat, non modo ſua, ſed adverſarii quoque pecunia potiebatur. in ſacramento autem ſuam tantum pecuniam victor auferebat: victi redibat ad ærarium, ut ait Varro. Sed de ſacramento infra, in epiſt. 32.

Sponſionem illam] Quæ ſequitur: *Si bonorum Turpiliæ, &c.*

Nos] Silium. *Nos* dicit, tamquam ageretur de ſua re.

Sine periculo] Quod enim is qui litem infert, probari a ſe poſſe putat, id in ſponſione pronunciat. itaque videndum quibus verbis ſponſionem faciat.

Pag. 408. *Si bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor ex edicto ſuo mihi dedit*] Hereditatem ſibi a Turpilia relictam Silius ex edicto prætoris acceperat. vocatus in judicium a Turpilio propinquo, eandem hereditatem repetente, quia Turpiliæ factionem teſtamenti fuiſſe negaret, ſponſionem facere cogebatur: de qua conſuluit peritiſſimos juriſconſultos, Serv. Sulpicium, & Offilium: &, cum Trebatii quoque ſententiam ſcire vellet, Ciceronis opera uſus eſt. Videtur autem pro, *Si*, legendum *Ni*: ut ita ſponderet Silius: Ni bonorum Turpiliæ poſſeſſionem Q. Cæpio prætor ex edicto ſuo mihi dedit, ſpondeo me daturum adverſario tantum pecuniæ, quantum in ſponſionibus promitti ſolet. Reliquæ quoque ſponſiones eodem modo incipiebant, ut illa in oratione in Piſonem: *Cum ego eum Cœlimontana porta introiſſe dixiſſem, ſponſione me, Ni Eſquilina introiſſet, homo promptus laceſſivit.* Et in Verrem lib. 5. *Rubrius Apronium ſponſione laceſſivit, Ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumis eſſe ſocium.* Et alibi.

Servium] Sulpicium, principem juriſconſultorum, ut ait Cicero in Bruto.

Inſtituiſſet] Feciſſet.

Factionem teſtamenti] Ius faciendi teſtamenti. Ita locutus in Topicis. & Digeſt. lib. 28. tit. qui teſtamentum facere poſſunt, l. 3. *Teſtamenti factio, inquit Labeo, non privati, ſed publici juris eſt.*

Offilium] Clarum juriſconſultum, de quo Pomponius de origine juris.

Teſta] Cognomen Trebatii. epiſtola 13. & 22.

Veneris] In urbe videtur fuiſſe Trebatius, extra urbem Cicero.

EPISTOLA XXII.

Pag. 409. *Luſeras heri inter ſcyphos*] *Scyphus* vas potorium fuit. Tibullus el. 10. lib. 1.

—— Nec bella fuerunt,
Faginus adſtabit cum ſcyphus ante dapes.

Macrobius lib. 5. Herculis ait poculum fuiſſe, ut Liberi patris cantharum: & Virgilium Græca poculorum nomina poſuiſſe carcheſia, cymbia, cantharos, ſcyphos. Scyphos aureos conviviis appoſuit Claudius Cæſar. vitreis in privata menſa Ciceronem ac Trebatium uſos eſſe, credibile eſt. Incertæ menſuræ fuit: nam ſcyphos capaciores Horatius, & in Claudii vita Trebellius Pollio trilibres nominat duos Claudio a Galieno donatos. quo patet, minoris etiam menſuræ fuiſſe. Vaſa autem vinaria menſuræ fuerunt vel certæ, vel incertæ: certæ, ut culeus, amphora, urna, congius, ſextarius, hemina, cyathus. culeus capit amphoras vicenas, amphora urnas duas, urna congios quattuor, congius ſextarios ſex, ſextarius heminas duas, hemina cyathos ſex, cyathus unciam & beſſem. quæ ſi ad eorum vaſorum, quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bus hodie Romæ utimur, menſuram redigantur; culeus barilium decem erit; quæ fortaſſe veteris bottæ Romanæ menſura fuit: amphora dimidium barilis capiet: urna quartam barilis partem: congius buccalia duo: ſextarius tertiam partem buccalis: hemina foliettæ duas tertias capit. Incertæ menſuræ dolium; unde in vaſa minora vinum diffundebatur, quo uſus commodior eſſet: nam dolia loco non movebantur: item cadus, ſeria, cupa, lagena, (ſi tamen a lagyno differt, quod Athenæus lib. 11. capere ait duodecim choas Atticas) præterea, cirnea, crater, ſcyphus, calix, cymbium, culullus, patera, cantharus, alia. Bottis noſtratibus Romæ olim non utebantur, ſed vina doliis fictilibus aſſervabant. circa Alpes tantum, frigidiſſima cœli plaga, ligneis vaſis, quæ cingulis cingerentur, vinum condi ſolitum, Plinius ait. nam cupa lignea quidem, ſed inter minora vaſa videtur fuiſſe, quibus non diu cuſtodiendum, ut doliis, ſed aſſidue promendum, vinum reponeretur. quod illud Ciceronis in Piſonem declarat: *Panis & vinum a propola, atque de cupa.* Et illud Nævii apud Nonium; *Duas cupas mero plenas exhauſit.* quamquam adverſari videntur illa Plinii verba lib. 23. cap. 2. *Vini fæci tanta vis eſt, ut deſcendentes in cupas enecet.* Hinc enim licet opinari, magnum vas fuiſſe. nec diſſentit Lucanus, cum ait;

Namque ratem vacuæ ſuſtentant undique cupæ.

Vlpianus quoque dolia cum cupis ſimul nominat. Cupa vero a Catone nominata, diverſum quiddam eſt.

Recte furti agere] Haberet ne actionem adverſus eum furem, qui furatus eſſet ante quam ipſe heres eſſet. ideo enim dubitari poteſt, quia non videtur heres ea, tamquam ſua, poſſe repetere, quæ nondum ad eum hereditario jure perveniſſent. Sed controverſiam tollunt Paulli verba, veteris juriſconſulti. *Si dominium* (inquit) *rei ſubreptæ quacunque ratione mutatum ſit, domino furti actio competit, veluti heredi, & bonorum poſſeſſori, & patri adoptivo, & legatario.*

Bene potus] *Bene* pro valde, ut ep. 16. *Bene nummatum:* & Aſinius epiſt. 32. lib. 10. *Bene peculiatus.*

Sex. Ælium] Acutum hominem: unde ab Ennio *catus* vocatus eſt in illo verſu,

Egregie cordatus homo, catus Ælius Sextus.

lib. 1. de Orat. ibidem lib. 3. & in Bruto, & in Tuſc. 1. & Varro lib. 6. & Pomponius de Origine juris.

M. Manilium] Opinor hujus Manilii prænomen fuiſſe Manius, quod ita ſcribebatur, *M'.* unde fluxit error, ſimilitudine litterarum, & prænominis ignoratione. In faſtis etiam Capitolinis, anno 604. video conſulem eſſe M. Manilium. nominatur lib. 1. de Orator. & ibidem lib. 3. & in Bruto, & apud Pomponium de Origine juris, & alibi.

M. Brutum] Qui ſeptem libros, ut ait Pomponius, reliquit.

Scævolæ & Teſtæ] Trebatium ſuis cognominibus appellat. *Teſta* enim vocatur epiſt. 13. & 21. *Scævola* vero epiſt. 14. ad Att. lib. 9. jocatur Cicero, & poſt verbum *Scævolæ*, addit copulam *Et:* ut videatur de duobus loqui, cum de uno loquatur. Aut dic, P. Mucium ſignificari, quem & lib. 1. de Fin. cum Manilio & Bruto nominat, eoſque vocat principes civitatis: niſi ſi Mucium Scævolam illum notat, de quo epiſt. 10.

EPISTOLA XXIII.

Pag. 410. *Tantum quod*] Tempus indicatur proxime præteritum; quod alibi & ab ipſo Cicerone, & a Terentio, *Commodum* dicitur.

Aviani] Statuarii, qui nominatur epiſtol. 2. l. 13. quo loco vide, quæ diximus.

Pag. 411. *Nomina ſe facturum*] Accepti & expenſi ratio in tabulas referebatur: quæ vocabantur *Nomina:* quia debitorum & creditorum nomina ſcribebantur. *Nomina igitur facere*, eſt, id quod Cicero pro hoc vel illo ſigno deberet, in tabulas referre.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Qua ego vellem die] Vt ſolverem quando vellem.

Fac, quæſo, qui ego ſum, eſſe te] Epiſtola 12. lib. 3. *Suſcipe pauliſper partes meas, & eum te eſſe finge, qui ego ſum.*

Plus annua] Plus annua die. epiſt. 3. lib. 12. ad Atticum: *Delegationem a mancipe annua die.*

Ad eam ſummam] Non pluris, quam volueram. In delectu enim & in pretio peccaverat Gallus. Infra: *Næ ego iſta ſumma, &c.*

In omni judicio elegantiſſimum] Qui nihil vulgare, nihil abjectum, aut ſordidum probare ſolitus es, quacumque de re judicas.

Maneat Damaſippus in ſententia] Scripſerat (opinor) Gallus, empturum ea ſigna Damaſippum, ſi Ciceroni non placerent. Horatius Sat. 3. lib. 2.

Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo.

Ex iſtis emptionibus] E ſignis a te emptis. alia enim Cicero deſideraverat.

Inſtituti mei] Quod eſt hujuſmodi, ut omnia ſigna tanti non æſtimem, quantum a te in iſta quattuor erogatum eſt.

Pag. 412. *Iſta quattuor aut quinque*] Bacchas tres, Martem quartum, trapezophorum quinctum.

Bacchas] Muſarum ſacerdotes.

Cum Muſis Metelli] Cum ſignis Muſarum, quæ erant apud Metellum. fortaſſe Metellus ille Scipio.

Quid ſimile] Idem loquendi modus epiſt. 15. lib. 9. *Catulum mihi narras, & illa tempora: quid ſimile?*

Primum] Lector exſpectat, *deinde*: ſed hic, ut etiam alibi, deſideratur: ſententiæ tamen nihil deeſt. nam quæ vis in *deinde*, eadem continetur in eo quod ſequitur, *Sed tamen*. vide illud epiſt. 9. lib. 2. *Primum tibi, ut debeo, gratulor.*

Tanti] Quanti emiſti Bacchas iſtas.

Muſis omnibus approbantibus] Ipſæ Muſæ, non æſtimari ſe tanti, quanti a te iſtæ Bacchæ æſtimatæ ſunt, non moleſte ferrent. Ioci genus eſt: *Ipſas ego Muſas numquam tanti putaſſem: atque id feciſſem Muſis omnibus approbantibus.* Similem in ſententia venuſtatem quæſivit, cum dixit in libro de Conſolatione: *Te omnium optimam doctiſſimamque, approbantibus diis immortalibus ipſis, in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium conſecrabo.* Et epiſt. 25. lib. 13. *Cauſſam tuam egi non invita Minerva. etenim eo ipſo die ſenatus decrevit, ut Minerva noſtra, cuſtos urbis, quam turbo dejecerat, reſtitueretur.*

Sæpe vidi] Non illa ipſa, quæ Gallus emerat, ſed ſimilia Baccharum ſigna. Cum & noverim, inquit, optime Bacchas iſtas, & ſæpe viderim, nec tamen tibi, ut eas emeres, nominatim mandaverim: me non iis delectari, poteras facile ſuſpicari.

Ea enim ſigna ego emere ſoleo, quæ, ad ſimilitudinem gymnaſiorum, exornent mihi in palæſtra locum] Quæ ſic in palæſtra villæ meæ Tuſculanæ locum exornent, ut publicis in gymnaſiis, præſtantium virorum aut deorum ſignis locus idem exornari ſolitus eſt. *Gymnaſium* & *Palæſtra* diverſo nomine rem eandem ſignificant. *gymnaſium* enim dictum, quod in eo nudi homines luctarentur: *palæſtra* vero ἀπὸ τῆς πάλης, id eſt, a lucta, nomen accepit. In hac tamen opinione non nihil conturbor, quod in epiſt. 8. lib. 1. ad Att. *palæſtræ* & *gymnaſii*, tamquam diverſarum rerum, mentionem fieri video. *Si quod* (inquit) *οἰκεῖον ejus loci, quem non ignoras, reperies, & maxime, quæ tibi palæſtræ gymnaſiique videbuntur eſſe.* Et Plautus in Rud. *Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnaſtico & palæſtrico.* Et in Amphitr. *Omnes plateas perreptavi, gymnaſia, myropolia, Apud emporium, atque in macello, in palæſtra atque in foro.* Rurſus idem Plautus in Bacchid. *palæſtram* a *gymnaſio* non diſtinguit: ait enim: *Ante ſolem exorientem niſi in palæſtram veneras, Gymnaſii præfecto haud mediocres pœnas penderes.* Et Quinctilianus lib. 2. *Si quis palæſtræ peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnaſium venerit.* Dubitatio tolletur, ſi patere latius *gymnaſii* nomen, quam *palæſtræ*, exiſtimemus: ut *palæſtra*

gymna-

gymnaſii ſit pars, in qua lucta exercetur: *gymnaſium* autem & palæſtram, & alia loca complectatur: cum in eo diſputetur etiam, & deambuletur, & alia fiant. ita nomem *gymnaſii*, quamquam ab una re natum, ad alias producitur; *palæſtræ* non item. neque hanc ſententiam (ut opinor) exempla, quæ attulimus, infirmant. quis enim non intelligit, tranſire Ciceronem a parte ad totum, cum ait in epiſtola illa ad Atticum: *Quæ tibi palæſtræ gymnaſiique videbuntur eſſe?* Et hic cum inquit, *Exornent mihi in palæſtra locum*; de gymnaſii parte, luctæ dicata, loqui videtur: in qua parte locum ſignis exornare cogitabat.

Æs alienum] Martis enim & Saturni ſigna nihil proſperum promittere, aſtrologi confirmant: ſtulte, qui divinationem rerum futurarum, quæ ſoli Deo notæ ſunt, ad ſuam ſcientiam revocent.

Mercurii] Cujus aſtrum propitium putatur.

Felicius] In emptione ſignorum. is autem feliciter tranſigit, qui rem expeditam parvo emit. Video eſſe, qui legendum putent, *Facilius*, pro *Felicius*. ego, cur mutetur, cauſſam nullam video. nam & ſententia ſatis aperta: & omnes libri veteres habent, *Felicius*. Porro, quod ajunt, nullam felicitatem in hoc negotio reperiri potuiſſe: dixi jam, *Feliciter tranſigere*, quid ſit. Felicitatem autem in emendis ab Aviano ſignis, non, ut iidem arbitrantur, in vendendis poſt emptionem, hic ſignificari, nomen Aviani demonſtrat, qui & ſupra tamquam venditor ſignorum appellatus eſt. Præfuiſſe Mercurium lucris, docet Plautus in Amphit. in principio.

Tranſigere poſſemus] Tranſactum jam erat, ut ſupra conſtat; convenerat enim de ſumma inter Gallum & Avianum: ſolutionis tamen dies definita non erat; ſed ſcripſerat Avianus, nomina ſe facturum qua Cicero die vellet. dicit igitur, *Poſſemus*, in emptione: & præteritum tempus reducit ad præſens, ut ſi dicat: liceret nobis ab Aviano minoris emere, quam tu emiſti.

Deſtinaras] Aſſignaveras. Pro Sextio: *Quis locus jam non erat alicui deſtinatus in toto orbe terrarum?*

Trapezophorum] Qui menſam fert. veteres libri, *Trapezephorum*: ſed Græce, Τραπεζοφόρος, & τραπεζοποιός, cum *o* in tertia ſyllaba, & γαζοφυλάκιον, ut in aliis ſimilibus. Suidas.

Diverſorium] De diverſorio diximus epiſt. 19. lib. 6.

Tarracinæ] Vetus nomen *Anxur* fuit, recentius *Tarracina*. Livius lib. 4. *Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt, urbs prona in paludes.* Plinius lib. 3. c. 5. *A Circeiis palus Pontina eſt, dein flumen Vfens, ſupra quod Tarracina opidum, lingua Volſcorum Anxur dictum.* Horatius tamen præter conſuetudinem dixit,

Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur,

verſus commoditatem quærens ex antiquo nomine. Prius igitur nomen mutavit, deinde etiam locum, ſed infra ætatem Horatii. nam cum dixit,

Millia tum pranſi tria repſimus, atque ſubimus
Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur:

perſpicue demonſtrat ſitam in monte Tarracinam fuiſſe. Et Porphyrio ſubjungit hæc: *Merito Repſimus, inquit, &c. Impoſitum ſaxis: quoniam illis temporibus adhuc Tarracinenſis urbs in altiſſimo monte erat, inde poſtea in æquiorem locum depoſita eſt; ut non ſolum ſint adhuc veſtigia ædificiorum in monte, ſed & murorum.* Tacitus lib. 20. municipium vocat.

Pag. 413. *Exhedria*] Loca in porticibus, ubi ſedentes diſputare ſoliti erant. Vitruvius & Cicero. *Exhedra* tamen muliebri genere, uſitatius. ſed, *Exhedrium*, inde factum, ὑποκοριστικῶς.

Nova] Ergo erant & vetera, in porticula, ut hæc, ſed in porticu ampliore, id eſt, in Xyſto, qui nominatur epiſt. 6. lib. 1. ad Att.

Arceſſantur] Si differunt *Arceſſere* & *Acceſſere*, ut Cariſio & Diomedi placet; omnino hic legendum *Accerſantur*, non *Arceſſantur*. ſin autem ſequimur eos libros, qui vetuſtate excel-

 lunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſunt, unicum dicemus eſſe verbum *Arceſſere*, duplici ſignificatione, pro accuſare, & pro vocare, vel vocatum ire. mihi quid ſtatuam, non liquet. nam & Cariſii ac Diomedis auctoritate moveor, quos de verbo *Accerſere*, non ſomniaſſe credibile eſt, ſed veteres libros vidiſſe, in quibus ita ſcriptum eſſet: & rurſus antiquiſſimis exemplaribus, quæ nunc habemus, multum tribuo: conſentiunt enim ubique omnes in verbo *Arceſſere*. ut eam rationem omittam, quod *Arceſſo* unde formetur, apparet: *Accerſo* autem unde ducatur, non video: nam ſi deduceretur ab *Accio*, *Acceſſo* eſſet, non *Accerſo*. præterea, quæ ſignificatio ponitur a Grammaticis in verbo *Accerſo*; eadem mihi videtur eſſe poſſe in *Arceſſo*. nam, qui accuſat, idem vocat in judicium. quod ſi credimus; non ab *Arceo*, quod nihil ad vocandum pertinet, potiuſque contrarium oſtendit, ſed ab *Accio*, vel *Adcio*, deductum *Arceſſo*, mutatione ſecundæ litteræ, arbitrabimur.

Pſeudo-Damaſippum] Damaſippi ſimilem, qui omnino ea ſigna emat: quod ſe Damaſippus facturum oſtenderat. ſic Pſeudo-Cato, lib. 1. ad Attic. & Pſeudo-Philippus, lib. 2. de Leg.

Vel cum jactura] Vel ſi minoris vendenda ſint, quam tu emiſti.

De domo] Tibi prope me conducenda.

Proficiſcens] Ab urbe in Arpinatem agrum, unde redierat paullo ante, quam has litteras daret. itaque dixit initio litterarum: *Tantum quod ex Arpinati veneram.*

Nicia] Grammatico. epiſtola 10. lib. 9. & Suetonius de claris Grammaticis.

Caſſio] Cum infra ſoror ejus *Licinia* nominetur; poſſumus opinari, vel, *Craſſo* legendum; quia Craſſi Liciniæ gentis, & feminæ gentilicio nomine appellabantur; vel ſororem ejus quidem Liciniam, germanam tamen non fuiſſe: ut fratres quoque dicuntur, qui patrueles, conſobrinive ſunt: itaque mutatio neceſſaria non putetur.

Quæſivi de mea Tullia] Epiſt. 6. l. 3. *Quæſivi ex Phania.*

Per Liciniam ſe egiſſe] Si poteſtas tradendæ domus penes Liciniam fuiſſet, non dixiſſet Cicero, *Per Liciniam*, ſed *cum Licinia*. *Per Liciniam* autem *agere*, eſt Liciniæ opera uti, ut cum alio agat, nimirum cum ejus fratre Caſſio, earum ædium domino, quas Licinia habitabat: quæ tamen, quod ad ipſam attinebat, audere ſe negabat, abſente & inſciente viro migrare.

Dexius] Sic in vetuſtioribus libris. alii recentiores varie, *Dextus*, *Deſius*, *Dixi*. Dexiorum gentem nondum habeo cognitam.

Vitæ victuſque noſtri] Non eſt ſatis, una vivere: ſed communis victus auget vitæ jucunditatem. epiſt. 24. lib. 9. *Moneo te, ut cum viris bonis, jucundis, amantibus tui vivas. nihil eſt aptius vitæ, nihil ad beate vivendum accommodatius. nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ atque victus, remiſſionemque animorum.* Conjungi hæc ſolent, ut lib. 1. Off. *Vita victuſque communis in amicitiis vigent maxime.* Et ad Att. *Nunc plane nec ego victum nec vitam illam colere poſſum.* Et in Bruto: *Tuditanus omni vita atque victu excultus atque exſpoliatus.*

Plane mecum habitare] Fortaſſe, quod paries communis eſſet: vel quod ædes illæ ita Ciceronis ædibus vicinæ, ut ad eum percommode Gallus itare poſſet.

Migrare] In eas ædes.

Pag. 414. *Experiar*] Vt hanc domum habeas.

EPISTOLA XXIV.

Veſtigia] *Video*, ſubauditur.

Vel proxime] Hoc ipſum, quod proxime de Tigellio feciſti, veſtigium eſt amoris tui. De particula *Vel* pro veluti, diximus epiſt. 13. lib. 2.

De Tigellio] M. Tigellio Hermogene liberto, quod Hermogenis cognomen indicat. eſt enim is, de quo Horatius Sat. 9. lib. 1.

Invideat quod & Hermogenes, ego canto.

& Sat. 2.

& Sat. 2. 3. 10. quibus locis oſtenditur, quod hæc quoque declarat epiſtola, Tigellium canendi arte præſtitiſſe. Quid autem de Tigellio ſcripſerit ad Ciceronem Gallus, cognoſcitur ex epiſtola 47. lib. 13. ad Attic. *De Tigellio* (ait) *ſi quid novi: qui quidem, ut mihi Gallus Fabius ſcripſit, μέμψιν ἀναφέρει mihi quandam iniquiſſimam, me Phameæ defuiſſe, cum ejus cauſſam recepiſſem, &c.*

Capius, opinor, olim] Recte addidit *Opinor*, veritus ne erraret in nomine: nam *Cippium* nominat Feſtus in hujus adagii mentione, *Non omnibus dormio.* libri veteres plerique habent, *Citius*, vel *Cicius*: nonnulli *Cæpio.*

Olim] Ante Lucilium Poetam. Feſtus.

Non omnibus dormio] Qui hoc dixit, dormire ſe ſimulabat, quo liberius uxor mœcharetur. Servo autem pocula clam auferente, *Non*, inquit, *omnibus dormio.* Feſtus, & Plutarchus ἐν τῷ ἐρωτικῷ.

Non omnibus ſervio] Quibuſdam, apud Cæſarem gratioſis, temporum cauſſa ſervio: non omnibus tamen ſervire volo: quorum in numero Tigellius eſt.

Pag. 415. *Olim*] Stante rep.

Regnare] Cum ita floreret gratia & auctoritate ob eloquentiam ac virtutem, ut regnare videretur. Pro Sulla: *Hic ait ſe illud regnum meum ferre non poſſe.*

Obſervor] Epiſt. 20. lib. 9. & ep. 47. ad Att. lib. 13.

In lucris pono] Simile illud epiſt. 47. ad Att. lib. 13. *Eſt bellum, aliquem odiſſe libenter.*

Peſtilentiorem patria ſua] Tigellii patria Sardinia: de cujus peſtilenti cælo illud argumento eſt in epiſt. 3. lib. 2. ad Q. Fr. *Quamquam eſt hiems, tamen Sardiniam iſtam eſſe cogites.* Et Martialis:

Nullo fata loco poſſis excludere, cum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.

Addictum] Studioſum eſſe cœpiſſe eorum verſuum, quos contra me ſcripſit Calvus Licinius, more Hipponactis Poetæ: de quo vide Plinium lib. 36. cap. 5. & Solinum.

Calvi Licinii] Hic eſt C. Licinius Calvus, Ciceronis primum inimicus, quia patrem ſuum Licinium Macrum prætor damnaverat, ut ait Plutarchus & Valerius Maximus, deinde etiam amicus, ut ex epiſtola ultima lib. 15. cognoſcitur.

Præconio] Ironia. nam acerbiſſimum poema ſignificat, ſimile Hipponactis verſibus. Idem Calvus in C. Cæſarem famoſa ſcripſit epigrammata, ut in Suetonio legimus.

Phameæ] Liberti, cujus nepos Tigellius. libertorum autem cognomina Phameas, & Hermogenes; quæ prius nomina ſervorum fuere.

Ipſius quidem cauſſa] Non propter Tigellium ejus nepotem, ſed ipſius cauſſa.

Pag. 416. *Erat enim mihi ſane familiaris*] Scribit ad Atticum eadem de re epiſt. 47. lib. 13. nec ſe adductum familiaritate ſuſcepiſſe cauſſam Phameæ ſignificat, ſed quia petenti ſibi conſulatum pollicitus erat per Atticum, ſi quid opus eſſet. quod tamen non repugnat: nam ex ejus officii memoria familiaritas exorta.

Sibi operam dare] Cauſſam cognoſcere, patronos audire de controverſia diſputantes.

De P. Sextio] Quem ante multos annos reum de vi defenderat. accuſabatur hoc tempore lege Pompeja, ut epiſt. 47. lib. 13. ad Atticum oſtendit: utrum autem de ambitu, an de vi, (nam de utroque crimine Pompejus tertium conſul legem tulit) mihi nondum liquet: ſuſpicor tamen de ambitu potius, quam de vi. nam Sextium, qui Pompejanus fuerat in bello civili, & in patriam, venia a Cæſare impetrata, redierat, auſum deinde eſſe vim ullam facere, credibile non eſt. de ambitu autem fortaſſe poſtulatus, quia conſulatum petens pecuniam contra leges dederit. prætor enim fuerat ante bellum civile; lictoreſque in bello habuerat, poſt bellum etiam beneficio Cæſaris, ut ſupra diximus.

In conſilium iri] Cum judices, de reo ſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſententias laturi, in unum coeunt, *ire in conſilium* dicuntur. non enim eunt in conſilium, ut cauſſam audiant, ſed ut, cum audierint, ſententias ferant. id adeo ex oratione C. Titii, qua legem Fanniam ſuaſit, potui intelligere. *Veniunt* (inquit de judicibus) *in comitium triſtes: jubent dicere. quorum negotium eſt, narrant. judex teſtes poſcit: ipſus it mictum. ubi redit, ait ſe omnia audiviſſe: tabulas poſcit: litteras inſpicit: vix præ vino ſuſtinet palpebras. eunt in conſilium. ibi hæc oratio: Quid mihi negotii eſt cum iſtis nugatoribus?* Hæc Macrob. recitat. idem cognoſcitur ex oratione pro Cluentio. nam, audito Scamandri accuſatore Canutio ejuſque defenſore Cicerone, judices ivere in conſilium, ut de reo pronunciarent. Et infra, ubi de judicio agitur Oppianici. Item in oratione pro Quinctio: *Cum audiret cauſſam judex Aquilius, Quoniam, inquit, tibi inſtat Hortenſius, ut eas in conſilium; a me poſtulat, ne dicendo tempus abſumam, queritur, priore patrono cauſſam defendente, numquam perorari potuiſſe; non patiar iſtam manere ſuſpicionem, nos rem judicari nolle.*

Neceſſe erat] Cur neceſſe eſſet, oſtendit epiſt. 47. ad Att. lib. 13. *Scis enim,* inquit, *dies illorum judiciorum præſtitutos fuiſſe.* Lex Pompeja præfiniebat eos dies, quibus cauſſam agi oporteret. vide Pedianum in argumento Milonianæ.

Nullo modo me facere poſſe cum vellem] In voluntate obſequendi, facultatem deeſſe. Similiter locutus epiſt. 12. l. 11. *Sæpe ad eum ſcripſi, non potuiſſe, cum cupiiſſem, ſermones hominum ſuſtinere.* Nec diſſimile illud in oratione pro Flacco: *Nihil dixit, quod læderet eum, cum cuperet.* Videndum tamen, an rectius hoc ſit: *Nullo modo me facere poſſe: quem vellet alium diem ſi ſumpſiſſet, me ei non defuturum.* Sic enim habent quattuor veteres libri: & eadem de re ſic plane ſcripſit Cicero ad Att. epiſt. 47. lib. 13. *Reſpondi,* inquit, *non ignorare eum, quid ego deberem Sextio: quem vellet alium diem ſi ſumpſiſſet, me ei non defuturum.* Moveor etiam quod antiquum librum, in quo ſit, *Cum vellem*, nullum vidi. alii enim habent, *Quem vellem:* alii, *Quem vellent:* nonnulli, *Quem vellet.* quod ego ſincerum exiſtimo, nec tamen ſtatuo quidquam, niſi conſentientibus eruditis.

Nepotem] Tigellium.

Vnctorem] Sic habet unus omnino vetus liber: reliqui omnes, *Victorem.* ſi, quid ſententia poſtulet, attendimus, legendum putabimus, *Cantorem.* nam excelluiſſe Tigellium in cantu, Horatii teſtimonio jam probavimus: fuiſſe autem ob eam cauſſam Cæſaris familiariſſimum, cum idem Horatius oſtendit in his verſibus:

> ——— *Sardus habebat*
> *Ille Tigellius hoc. Cæſar, qui cogere poſſet?*
> *Si peteret per amicitiam patris atque ſuam, non*
> *Quidquam proficeret.* ——

tum vero hæc ipſa demonſtrant, paullo ante dicta: *Obſervor a familiariſſimis Cæſaris omnibus, præter iſtum.*

Pag. 417. *Habes Sardos venales*] Iocum quæſivit in Phameæ patria, ex uſitato proverbio. Sardinia enim a Ti. Sempronio primum conſule capta, mancipiorum maximus numerus Romam eſt advectus, & ex eorum vilitate natum eſt adagium, *Sardi venales.* Livius l. 41. & in lib. de viris illuſtribus. Habes, inquit, de Phamea & & Tigellio; vides quam non merito uterque mihi ſuccenſeat: & nimirum, quod de Sardis venalibus dici ſolitum eſt, alium alio nequiorem eſſe; id in Phameam ejuſque nepotem Tigellium, qui & ipſi Sardi ſunt, conferri poteſt. Hoc Cicero feſtive ſignificat, cum ait: *Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.* mentionem facit hujus proverbii Feſtus, & Plutarchus in Probl. & is, qui ſcripſit de viris illuſtribus. De Phamea vero, deque hac re tota, vide epiſt. 47. lib. 13. ad Att. De Tigellio ſic Horatius ſat. 3. lib. 1.

> *Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos*
> *Vt numquam inducant animum cantare rogati;*

Injuſſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Injuſſi numquam deſiſtant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæſar, qui cogere poſſet?
Si peteret per amicitiam patris atque ſuam, non
Quidquam proficeret: ſi collibuiſſet, ab ovo
Vſque ad mala citaret, Io Bacche, modo ſumma
Voce, modo hac reſonans, quæ chordis quattuor ima.
Nil æquale homini fuit illi: ſæpe, velut qui,
Currebat, fugiens hoſtem: perſæpe, velut qui
Iunonis ſacra ferret. habebat ſæpe ducentos,
Sæpe decem ſervos, &c.

Quid mirum igitur, qui hoc ingenio fuerit, tam vario, tam inconſtanti, ſi is, præſertim qui gratioſus apud Cæſarem eſſet, facile adductus eſt, ut Ciceroni, quaſi nepotem ſuum deſtituiſſet, iraſceretur?

Iſtius Salaconis iniquitatem] *Salaconem* vocat, vel propter ſuperbiam, vel propter mollitiem, aut utramque. Superbiam e Suida cognovimus, qui aït eum, cum eſſet pauper, ſe divitem ſimulaſſe: mollitiem ex Ariſtophanis interprete: nam, cum Poeta in comœdia, quæ Σφῆκες inſcribitur, dixiſſet, Τρυφερόν τι διασαλακώνισον, ſubjunxit, ἁβρύνθητι, καὶ διαθρύφθητι. οἱ δὲ, διασαλακώνισον, ἀπὸ τοῦ Σαλάκωνος μαλακοῦ, τοῦ Αὐτολύκου πατρός. Heſychius: Σαλάκων, ὁ πτωχὸς ἀλαζών. Σαλακωνία, ἡ ἐν πενίᾳ ἀλαζονεία. Σαλακωνίσαι, σαλακωνεῦσαι ἔλεγον τοὺς διαθρυπτομένους. σαλάκωνας, ἀπὸ τοῦ ἁβρῶς καὶ μετὰ θρύψεως βαδίζειν. ὁ δὲ Θεόφραστος σαλακῶνά φησιν εἶναι τὸν δαπανῶντα ὅπου μὴ δεῖ.

Catonem tuum] Non modo Gallus, ſed & Cicero ſcripſit de laudibus Catonis Vticenſis, ut patet ex epiſtolis ad Atticum, ex Oratore, ex lib. 2. de Divinat. ex Tacito lib. 4. Plutarcho in Cæſare, & Cicerone, Gellio lib. 13. cap. 19. Macrobio lib. 6. Lactantio l. 1. cap. 2. Scripſit & ejus ſororis filius, M. Brutus, ut epiſt. 45. lib. 13. Contra Catonem vero, Ciceroni reſpondens, ſcripſit Cæſar libros duos, eoſque Anticatones inſcripſit. teſtis Cicero in epiſtolis ad Atticum, Plinius epiſt. lib. 3. Quinctilianus, Iuvenalis, Gellius l. 13. cap. 19. Suetonius, Plutarchus in Cæſare, & Cicerone, & Servius Honoratus in Virgilium. Hirtius quoque Cæſaris amicus, in eodem argumento ingenium exercuit: ut epiſt. 44. lib. 12. ad Atticum.

EPISTOLA XXV.

Pag. 418. *Quod epiſtolam conſciſſam doles*] Familiare principium epiſtolæ, ut epiſt. 32. & 33.

Mones] Ne jocemur in Cæſarem. ſequitur enim: *Vereris, ne rideamus* γέλωτα σαρδόνιον.

Ne ſi] Omnes libri veteres, *Niſi*. verbum tamen, *Vereris*, poſtulat *Ne*.

Si iſtum habuerimus] Si Cæſar dominabitur.

Rideamus γέλωτα σαρδόνιον] Riſus cum dolore conjungatur. Adagium in eos uſurpatum, qui ſpecie boni, malum ſuſtinent; origine ducta vel ab herba, quæ naſcitur in Sardinia, & guſtata mortem affert, ita mutato morientium vultu, ut ridere videantur: vel a Sardone regione, in qua ſenes annum LXX. prætergreſſi Saturno immolabantur, ridentes a ridentibus: vel etiam quod apud Sardoniam gentem parentes ætate confecti a filiis prope foſſam, in qua ſepeliendi erant, fuſtibus cæſi, atque præcipites dejecti, cum riſu perirent. Vide librum Adagiorum.

Pag. 419. *Heus tu*] Huc animum converte, hoc attende, audi me monentem.

Manum de tabula] Omittamus, quod cœptum eſt: ne ſcribamus, quod Cæſaris animum lædat. Sumptum a pueris pingendi artem diſcentibus proverbium, qui magiſtro abſente, aliquid in tabula pingunt: magiſtro veniente manum de tabula ſtatim tollunt; ne deprehenſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

prehenſi verberentur. ideo jocatus eſt Cicero in magiſtri nomine, cum revera non magiſtrum, qui docet, ſed Cæſarem ſignificet; qui dictator erat, id eſt, magiſter populi. Feſtus.

Adeſt] Reverſus ab Hiſpanienſi bello.

Vereor, ne in Catonem, Cato in nos] Vereor, ne nos in Catonem ſcribamus, id eſt, eum ſcriptis noſtris laudemus; (*ſcribere in aliquem*, non in malam tantum, ſed in bonam quoque partem accipi, exemplis intelligitur) Cato autem exitio nobis ſit, Cæſare nos, quod ejus inimicum laudemus, male multante. Liber Maffei & Fulvii Vrſini ſic habent: alii autem, *In Catonium Catoninos*: ut ſit: Vereor, ne Cæſar Catonis deditos in Catonium demittat. *Catonium* autem pro triſti exitu poſſumus accipere, qualis Catonis fuit, qui ſua ſe manu interfecit.

Pag. 420. *Ab eo loco*] Ab eo loco in quo ſcripſerat Fabius, *Cetera labuntur*, uſque ad finem ita graviter ſcripta erat epiſtola Fabii, ut nihil poſſet melius.

Apellæ] Liberto litterato, ut Tiro Ciceronis.

Duo nos] Pro, *duos*: ut Virgilius:

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros. —

Bene, male ve] Sic unus omnino vetus liber: reliqui, *Bene, malene.* magis placet *Ve*, quam *Ne*: ut ſit: *Bene, vel male.*

Videro] Nondum ſtatuo: mihi nunc incertum eſt. idem loquendi modus epiſtola 16.

Quidquid eſt, noſtrum eſt] Sive bene, ſive male loquimur, diſſimiles aliorum ſumus: nemo enim præter duo nos iſto modo loquitur.

Vrge] Perge iſto modo quantum potes.

Nec tranſverſum unguem, quod ajunt, a ſtylo] Subaudi, *diſcedas.* ad Attic. l. 13. *A recta conſcientia tranſverſum unguem non oportere diſcedere.* Et Acad. lib. 2. *Ab hac regula mihi non licet tranſverſum, ut ajunt, unguem diſcedere.* Plautus in Aulul. *Ex iſtoc loco digitum tranſverſum, aut unguem latum ſi exceſſeris. Latum* & *Tranſverſum* idem eſt. Dicitur autem eodem ſenſu, *unguem, digitum, pedem non diſcedere*, pro minimum diſcedere. In hac epiſtola tribus adagiis uſus eſt Cicero, *Rideamus* γέλωτα σαρδόνιον, *Manum de tabula*, *Nec tranſverſum unguem, quod ajunt, a ſtylo.* quod in alia, ut opinor, non fecit. Proverbiis autem locus magis videtur eſſe, cum ad familiares familiariter ſcribimus. nam ad ſpectatos viros, in re præſertim gravi, ſententiis quidem proverbiorum ſimilibus, ut Homeri aliorumve Poetarum verſibus, ſæpe utitur Cicero: quæ vero proverbia vere & plane ſunt, ea non ita frequenter attingit. arbitratus fortaſſe Romanæ gravitatis non eſſe proverbia inculcare: cum Græci, minus de gravitate laborantes, aliter ſénſerint. nam Demetrius, Κάλλος, ait, epiſtolis πυκναὶ παροιμίαι· διότε δημοτικόν τι ἐστὶν ἡ παροιμία, καὶ κοινόν.

Dicendi opifex] Qui ſtudet bene dicere, id agat prius, ut bene ſcribat. Stylus autem, quo ſcribebant veteres, l. 1. de Orat. laudatur his verbis, *Stylus, optimus & præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter. neque injuria. nam, ſi ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit; hanc ipſam profecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit.* Infra vero: *Stylus ille tuus, quem tu vere dixiſti perfectorem dicendi eſſe ac magiſtrum, multi ſudoris eſt.* Et lib. 3. *Stylus & alia, & hoc maxime ornat ac limat.*

Aliquantum jam etiam noctis aſſumo] Cum dicat, *Iam etiam*, apparet epiſtolam ſcriptam eſſe in exitu æſtatis, vel ineunte autumno, cum noctes incipiunt jam eſſe longiores. atque illud, *Magiſter adeſt*, quod de Cæſare dictum eſt, indicare videtur ſcriptum eſſe menſe Sextili. nam epiſt. 46. ad Attic. lib. 13. *Cæſar*, inquit, *adeſt.* illam vero ſcriptam Sextili menſe, cognoſcitur ex ea quæ proxima antecedit. *Aliquid jam noctes te adjuvabunt*, ſcripſit ad Sulpicium epiſtola 4. lib. 4.

P. VICTOR.

Locus in Bruto depravatus eſt, ubi hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

hoc ſermone, *adferre domo*, *depromere domo*, uſus fuerat, cum cauſam redderet, cur veteres numeris uſi non eſſent, alia autem ornamenta orationis mature uſurpaſſent: inquit enim, *Itaque tranſlata, aut facta, aut juncta verba facile ſunt cognita, quia ſumebantur e conſuetudine, quotidianoque ſermone: numerus autem non domo depromebatur, neque habebat aliquam neceſſitudinem aut cognationem cum oratione.* Ideo, inquit, oratio veterum numero caruit, quia unde numeros diſcerent, non habebant: fuit enim res operoſa & difficilis: præterea neceſſitas non cogebat illos uti numeris, quemadmodum ſæpe cogit uti verbis tranſlatis, aut factis, aut junctis, cum propria & uſitata non ſunt: non depromebatur domo: non accipi poterat a conſuetudine, domeſticoque ſermone, ſed a doctoribus petere neceſſe erat, vel potius diuturna accurataque obſervatione notare. In cunctis impreſſis *modo depromebatur* legitur: quæ perverſio alios quoque Ciceronis locos occupavit. Annus eſt, cum hoc animadvertimus, cumque non multis poſt diebus Petrus Bembus Romam proficiſcens hac iter faceret (vir ſummo ſtudio, ab omnibus atque uno ore ſemper laudatus, numquam tamen ſatis laudatus) noſque in itinere illum ſalutaſſemus, me autem ille humaniſſime accepit, familiariterque mecum diu locutus eſt: orto ſermone de ſtudiis literarum, & Ciceronis ſcriptis, dixi me putare hunc locum ita legi debere, & alterum etiam in oratione de Aruſpicum reſponſis, quem parva quædam labes, quæ tamen omnes fefelliſſet, fœdabat: atque ita fœdabat, ut ſplendidiſſimum lumen orationis obrueret: *Ne id quidem ſentis, conniventis illos oculos abavi tui magis optandos fuiſſe, quam hos flagrantis ſororis.* In cunctis autem impreſſis *Os* mendoſe legitur: ſunt enim antitheta, reſpondetque *Hos* ſuperiori voci *Illos*; *Flagrantis* autem dictioni *Conniventis*: neque enim eſt, ut imperiti crediderunt, generandi caſus: neque pertinet ad *Sororis*, ſed ad *Oculos*. Nam pro Cœlio etiam Cicero inquit, *Non flagrantia oculorum*: cum de eadem muliere loqueretur: & Catullus, *Flagrantia lumina* Ariadnæ, Theſei amore correptæ, appellavit. *Hos* autem, & *Illos* ſæpe dixiſſe Ciceronem cum contraria contrariis redderet, declarat etiam locus hic, qui ab ipſo quoque adducitur, cum de hoc ornatu orationis loqueretur in Oratore: *Conferte hanc pacem cum illo bello: hujus Prætoris adventum cum illius Imp. victoria: hujus cohortem impuram cum illius exercitu invicto: hujus libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit conditas, ab hoc qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas.* Sed non fuit in his confirmandis tantopere laborandum, cum eos doctiſſimo, ac maximi judicii viro probaverimus: viſus eſt enim illis delectari, & non parum induſtriam noſtram laudavit.

EPISTOLA XXVI.

Pag. 421. Ex *inteſtinis*] Alvo profluente, dolor interdum fit in inteſtinis.

Mea opera] In forenſibus cauſſis.

Probarem] Perſuaderem.

Febrim] *Febrim*, *Tuſſim*, *Sitim* accuſativo in *Im* exire, cetera vero omnia in *Em*, ſcripſit Plinius in libro de dubio ſermone: ſi Cariſio credimus. quod equidem miror. nam, hanc regulam non valere, exemplo Virgilii admonemur dicentis: *Turrim in præcipiti ſtantem*, non *Turrem*.

Tuum officium] Vt me viſeres.

Abs te requiri] Queſtus erat Gallus, Ciceronem officio defuiſſe, quod ipſe ab eo exſpectaſſet.

Tum quod Epicurum, &c.] Non dubito, quin *Quo*, rectius legatur, quam *Quod*. Timet omnes morbos, ſed eum maxime, quo laborantem Epicurum Stoici vituperabant, quia diceret angi ſe veſicæ viſcerumque doloribus. Epicuri verba lib. 2. de Fin. recitantur ex ejus epiſtola ad Idomeneum. Tanti autem morbi aderant veſicæ & viſcerum, ut nihil ad eorum mangnitudinem poſſet

ſet accedere. Δυσουρικὰ πάθη, ſtranguriam Græco verbo; δυσεντερικὰ, tormina Cicero vocat Tuſc. 2. de Epicuro loquens.

Pag. 422. *Edacitatis*] Quæ δυσεντερίαν gignit.

Sibi moleſta eſſe] Cum ipſi dolorem non eſſe malum dicerent: quod ſi non malum, cur moleſtum? Epicurus tamen illa quidem ſibi eſſe moleſta, nec tamen vinci ſe dolore, aut ſuccumbere dicebat. itaque deridens eum Cicero, *Forticulum*, inquit Tuſcul. 2. *ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat.* Et in eadem ſupra: *Epicurus ea dicit, ut mihi quidem riſus captare videatur. affirmat enim quodam loco ſi uratur ſapiens, ſi crucietur: exſpectas fortaſſe, dum dicat: patietur, perferet, non ſuccumbet: in Phalaridis tauro ſi erit, dicet; quam ſuave eſt hoc, quam hoc non curo. Ergo, ſe quidem ſentire vim doloris, ajebat Epicurus, nec tamen ſuccumbere, & ex memoria ſuorum inſtitutorum conſolationem capere.* Cur igitur (dicet aliquis) eum dolori non ſuccumbentem, Stoici male accipiebant? vel quia cauſſas eorum morborum ſpectarent, unius edacitatem, alterius etiam turpiorem intemperantiam: quo in utroque culpa ægrotantis agnoſcitur: vel quia ne queri quidem eum de magnitudine doloris oportere dicerent: ſiquidem index moleſtiæ querella eſt.

Turpioris intemperantiæ] Veneris immodicæ, quamquam δυσουρίαν medici ad aliam cauſſam referant.

Pertimueram] Alvi enim profluvium ſæpe exulceratio viſcerum cum ſanguine conſequitur.

Loci mutatio] Tuſc. 4. *Loci mutatione, tamquam ægroti non convaleſcentes, ſæpe curandus eſt.*

Seneſcentis] Iam enim decem dies ex inteſtinis laboraverat. epiſt. 6. lib. 4. *Hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quæ conſueviſſe videbantur, recrudeſcunt.*

Remiſsio] In Bruto: *Cum remiſerant dolores pedum, non deerat in cauſsis.*

Lex ſumptuaria, quæ videtur λιτότητα attuliſſe] Cum infra dicat: *Terra nata, quæ lege excepta ſunt*: ſignificare videtur Liciniam legem, de qua lib. 2. c. 24. Gellius hæc ſcripſit: *Lex Licinia, cum certis diebus centenos æris impendi permiſiſſet, nuptiis ducenos indulſit, ceteriſque diebus ſtatuit æris tricenos; cum & carnis aridæ, & ſalſamenti certa pondera in ſingulos dies conſtituerit; ſed, quidquid eſſet natum e terra, vite, arboreque, promiſcue atque indefinite largita eſt.* Macrobius quoque Sat. lib. 3. eadem Licinia lege, quod ex terra, vite, arboreve natum eſſet, exceptum oſtendit. Omnino poſt Liciniam & Sulla dictator ſumptuariam legem, &, Sulla mortuo, aliam Lepidus conſul tulit, ut iidem Gellius & Macrobius litteris mandarunt: ſed in neutra nominari video terra nata. Cogitavi, num eadem ſit lex, de qua in epiſtola 15. lib. 9. *Domum ſi habebo: in denos dies, ſingulos ſumptuariæ legis conſeram.* Et epiſt. ult. ejuſdem libri: *Epulamur una non modo non contra legem, ſi ulla nunc lex eſt, ſed etiam intra legem.* Sed opinari aliquis poſſit, diverſas eſſe leges, & hanc (ut dixi) Liciniam eſſe, illam vero Iuliam, a C. Cæſare dictatore poſt bellum Africanum latam: de qua ſic epiſt. 7. lib. 13. ad Atticum: *Veniſſe a Cæſare narrabat litteras: hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romæ manere: cauſſamque eam adſcribere, ne ſe abſente leges ſuæ negligerentur, ſicut eſſet neglecta ſumptuaria.* Mihi tamen hoc argumentum non ſatis certum videtur. non enim ex iis verbis, a Cæſare potius quam a quovis alio latam eſſe legem illam ſumptuariam, licet conjicere. Addo illud, quod Suetonius, cum ait, *Legem præcipue ſumptuariam exercuit*, latorem ejus legis Cæſarem non oſtendit, ſed cuſtodem & obſervatorem acerrimum. Nec vero eam legem prætermiſſuros fuiſſe Gellium & Macrobium, cum ceteras omnes ſumptuarias nominarent, veriſimile eſt. Objici tamen poteſt Dionis teſtimonium: cujus hæc ſunt lib. 43. Τὰ ἀναλώματα τῶν τι ἐχόντων, ἐπὶ πλεῖστον ὑπ᾽ ἀσωτίας ἐξηγμένα, οὐκ ἐν νόμῳ μόνον ἐμετρίασεν, ἀλλὰ τῷ ἔργῳ ἰσχυρῶς ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο. id eſt: *Sumptibus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bus ditiorum, quos maxime luxus auxerat, non ſolum in lege modum ſtatuit, ſed re etiam obſervari vehementer voluit. Quod ego ſic interpretor: Cæſarem veterem legem correxiſſe, non ipſum novam tuliſſe: aut, ſi tulit, obſervatam eſſe uſque ad Auguſtum dumtaxat; deinde exoleviſſe Auguſto novam ferente, quam Gellius appellat: ideoque nec a Gellio, nec a Macrobio nominatam. Eſto: tulerit ſumptuariam legem dictator Cæſar: tamen hæc eſſe non poteſt: ſiquidem ſcriptam eſſe hanc epiſtolam aliquot annis ante civile bellum, perſpicue demonſtrat cooptatio Lentuli in augurum collegium. eſt enim hic Lentulus Lentuli Spintheris filius, qui conſul filium creari augurem voluit, ut ait Dio lib. 39. idem colligitur ex orationis pro Sextio extrema parte. Nec vero me illa verba minimum movent: *Neque iis, qui mea opera uti volebant, probarem me non valere.* Suam enim operam Cicero poſt civile bellum in forenſibus cauſſis vel nemini, vel certe pauciſſimis præbuit. huc ſpectat illud epiſt. 3. libro 4. *Poſtea quam illi arti, cui ſtudueram, nihil eſſe loci neque in curia, neque in foro viderem, omnem meam curam atque operam ad Philoſophiam contuliſſe.* Et epiſt. 6. ejuſdem libri: *Nihil in foro agere libebat.* Et epiſt. 18. lib. 9. *Sublatis judiciis, amiſſo regno forenſi, ludum quaſi habere cœpi.* Et in eadem paullo poſt: *Ipſe melior fio, primum valetudine; quam intermiſsis exercitationibus, amiſeram: deinde, ipſa illa, ſi qua fuit in me, facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet.* Et epiſt. 20. ejuſdem libri vitam ſuam ita deſcribit, ut nihil ſe temporis dare judiciis & foro, non obſcure ſignificet. Præterea libri ejus tam multi de Philoſophia poſt oppreſſam remp. ſcripti, ſatis indicare videntur, agendis eum cauſſis impeditum non fuiſſe. Quod vero dictum eſt a me, fieri poſſe, ut paucis quibuſdam Cicero ſuam operam in foro navaverit; ideo dictum, quia in epiſt. 24. video P. Sextium ab eo defenſum eſſe. quod etiam epiſt. 47. l. 13. ad Attic. ſcriptum eſt. nam Ligarii & Dejotari cauſſam non in foro, ſed intra privatos parietes ad unum Cæſarem egit.

Λιτότητα] Frugalitatem.

Ea mihi fraudi fuit] *Ea*, videtur abundare, nec tamen abundat. valet enim ad indicandum: ut epiſtola 28. lib. 13. *Illud, quod ſupra ſcripſi, id tibi confirmo.* Idem obſervavimus in Tuſcul. 1. & l. 2. de Nat. deor.

Fraudi fuit] Non decepit me: ſed mihi nocuit. nam *Fraudem* pro pœna & damno veteres interdum uſurpabant, Vlpiano teſte: quod Ciceronis etiam declaratur exemplis. epiſt. ultima lib. 5. ad Att. *Fit gratia Bruti S. C. ut neve Salaminiis, neve qui eis dediſſet, fraudi eſſet.* Et epiſt. ult. lib. 7. ad eundem: *Ego me ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, negavi eſſe: non quin rectum eſſet; ſed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit.* Et Philip. 5. *Cenſeo, ut iis qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Kal. Febr. ab eo diſceſſerint.*

Terra nata] Vt herbas, fungos, ſimilia. nam aves, piſces, quadrupedes, terra ipſa non naſcuntur, ſed generantur.

Pag. 423. *Helvellas*] Holera minuta: ut ait Feſti mutilator Paulus.

Cœna augurali] Augures, ſacerdotium ineuntes, collegis cœnam dabant lautam in primis atque opiparam. Varro lib. 3. cap. 6. *Primus pavones augurali cœna poſuiſſe dicitur Q. Hortenſius.* Eadem *Adjicialis cœna* vocabatur. nam Plin. lib. 10. cap. 20. *Pavonem*, ait, *cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortenſius adjiciali cœna ſacerdotii.*

Apud Lentulum] Corneliæ gentis patriciæ, ejus Lentuli filium, ad quem ſcribuntur epiſtolæ lib. 1. is adoptione tranſiit in gentem Manliam, ut augur fieri poſſet. vetabat enim lex duos ejuſdem gentis augures fieri. & erat eo tempore, cum auguratum petiit hic Lentulus, augur Fauſtus Cornelius, Sullæ dictatoris filius. itaque facta legi fraus eſt. Dio lib. 39.

Διάρροια] Profluvium alvi.

Murenis] Murena duplex eſt, marina,

 & fluvia-

& fluviatilis: marina, ſine pinnis, parvis branchiis, ut ait Theophraſtus, ſerpens, non natans, extra minutis diſtincta maculis, intra ariſtis valde obſita, ore ut anguillæ, in ſummo roſtro, veterum expetita menſis: quod genus & C. Cæſar triumphalibus cœnis dedit, ut ait Varro lib. 3. de re ruſt. eumque ſecuti Plinius & Macrobius: & Cicero videtur hic murenam, ut ſuaviſſimum piſcem, nominare. Feneſtella etiam primum in menſa locum murenis tribuit. *Tripatinum* (inquit) *appellabatur ſumma cœnarum lautitia. una erat murenarum, altera luporum, tertia myxonis.* Nobis moleſtiam affert ariſtarum multitudo: veteres artem callebant ariſtas detrahendi: quod vocabant *Exoſſare.* unde Plautus in Amphitr. *Mirum*, inquit, *ni hic me quaſi murenam exoſſare cogitat.* Accerſebantur ad Romanas piſcinas ab uſque freto Siculo, quod ibi eſſent omnium optimæ. Græce πλωτὰ, Latine *flutæ* appellatæ; quod in ſummo ſupernantes, ut ait Macrobius, torrefactæ ſole, curvare ſe & in aquam mergere non poſſent. recitat idem Macrobius ex libro Varronis, qui inſcribitur Gallus, qui hodie non exſtat, hæc verba: *in Sicilia quoque* (inquit) *manu capi murenas flutas, quod hæ in ſumma aqua præ pinguitudine fluitent.* Exeunt interdum in ſiccum, ut tuto fetus edant: coire eas cum viperis, vulgo creditum eſt: ſed Ariſtoteles, & Andreas, ab Athenæo nominatus, hanc opinionem confutarunt. Fluviatilem a marina Dorion apud Athenæum diſtinguit: ait enim, unam dumtaxat ei ſpinam eſſe. quo ſigno & præterea verſibus Auſonii infra ſcriptis adducor, ut eam exiſtimem eſſe, quæ *Lampreda* dicitur, *Muſtela* etiam a veteribus nuncupata.

Quæque per Illyricum, & per ſtagna binominis Iſtri,
Spumarum indiciis caperis muſtela natantum,
In noſtrum ſubvecta mare; ne lata Moſellæ
Flumina tam celebri defraudarentur alumno.
Quis te naturæ pinxit color? atra ſuperne
Puncta notant tergum, quæ lutea circuit iris,
Lubrica cæruleus perducit tergora fucus.
Corporis ad medium fartim pingueſcis: at illinc
Uſque ſub extremam ſqualet cutis arida caudam.

Fluviatilium duo genera, unum, quod a mari ſubit flumina: quo de genere loquitur Auſonius. atque hæ quidem majores lampredæ ſunt: quas nonnulli myrum atrum exiſtimarunt. eſt enim & ſubrufus, ſuavitate inferior. Alterum genus in fluminibus & naſcitur, & degit. quod autem de fluviatilibus, idem de lacuſtribus, dico. eædem enim ſunt, his notis a marinis murenis diverſæ, primum, quod latas habent maculas in atro tergo, os infra roſtrum, pinnas, & branchias, has quidem ſeptenis foraminibus incluſas, illas non ab utroque latere, quibus ut remi alii piſces utuntur, ſed in extremo dorſo: itaque nec ſerpunt, ut marinæ, quia pinnas habent; nec natant, ut reliqui piſces, quia non habent eas in lateribus, ſed feruntur, & corporis impetu, & nonnihil tamen pinnis adjuvantibus.

Vidit] Antequam Cicero in Tuſculanum iret.

Nauſeantem] Ob cruditatem ex beta & malva.

EPISTOLA XXVII.

Pag. 424. G*allo*] Alii credunt, hunc eſſe Q. Fabium Sangam, qui, de conjuratione Catilinæ, quæ ab Allobrogibus acceperat, ad Ciceronem detulit. ego illi cognomen Gallo fuiſſe non arbitror. itaque libentius crediderim, hunc eſſe P. Sextium, pro quo exſtat oratio, cui cognomen fuerit Gallo: fuiſſe enim hoc Sextiæ gentis cognomen, intelligitur ex oratione pro Milone, ubi ita ſcriptum eſt: *Sacrarium, quod eſt in fundo T. Sextii Galli.* Tribunatum autem plebis & petiiſſe Sextium Ciceronis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ronis reſtituendi cauſſa, & pro ejus ſalute geſſiſſe, ex ipſius Ciceronis oratione notiſſimum eſt. quod item de Fabio Sanga dici non poteſt. neque enim is, quo tempore Cicero exſulavit, tribunus fuit. quod facile cognoſcitur ex oratione poſt reditum, in Senatu habita: in qua nominantur octo tribuni pl., quorum ſtudio atque opera Cicero ſit in patriam reſtitutus, T. Milo, P. Sextius, C. Sextilius, M. Ciſpius, T. Fadius, M. Curtius, C. Meſcinius, Q. Fabricius; nulla Q. Fabii Sangæ mentio fit. Addo illud & hunc exſulaſſe Gallum, quod illa verba declarant, *Ais fore, ut te Cæſar reſtituat*; & P. Sextium, quem opinor eundem eſſe cum Gallo. accuſatum enim video epiſt. 24. & ad Attic. epiſtola 47. lib. 13. damnatum autem conjicio ex epiſt. 1. lib. 14. ad eundem. Iam vero illa verba: *Vt iſto ipſo in genere, in quo aliquid poſſe vis, te nihil eſſe cognoſceres*: optime in Sextium conveniunt, qui ſalibus delectabatur. nam epiſt. 32. *Ais enim, ut ego diſceſſerim, omnia omnium dicta, in his etiam Sextiana, in me conferri.* Quod vero infra dicitur, *Si falſa fuerunt, quæ tu ad me detuliſti*: quis non putet ſignificari ea, quæ Sextius, C. Antonii conſulis quæſtor, ad Ciceronem conſulem de ipſo Antonio, conſule ſuo, detulit? ſic enim in oratione pro eodem Sextio habita: *Quæſtor C. Antonii, collegæ mei, fuit, ſorte, ſed ſocietate conſiliorum meus. impedior nonnullius officii, ut ego interpretor, religione, quo minus exponam, quanta ad me detulerit.*

Non liceat] Non enim habes, cur me accuſes.

Non debebas] Propter amicitiam.

Ego enim te in conſulatu obſervaram] Verba ex epiſtola Galli. *Obſervare*, minus eſt, quam *colere*. Phil. 2. *Cultus ſum a te, tu a me obſervatus in petitione quæſturæ.* Eſt autem *Obſervare*, cum ad aliquem honoris officiive cauſſa ſæpe accedimus. quod & locus indicat ex Philip. 2. proxime recitatus, & illud in epiſt. 1. libro primo ad Attic. *Obſervat L. Domitium maxime.* Obſervamus & animo: ut cum dicimus, *Mea in te benevolentia & obſervantia.*

Reſtituat] Ab exſulio.

Mea cauſſa petiſſe] Vt reſtitueres me. quod Sextius in tribunatu maxime curavit. vide orationem pro ipſo.

Interceſſorem non quæreres] Me non rogares, ut pro te apud Cæſarem intercederem. tribunorum enim interceſſio eſt. Iocatur Cicero in ambiguo verbo: quæ dicitur ὁμωνυμία.

Negas me audere, quod ſentiam, libere dicere] Contigit hoc Cæſare dominante. epiſt. 9. lib. 4. *Dicere fortaſſe, quæ ſentias, non licet.*

Me rogares] Per litteras. epiſtola 1. lib. 14. ad Att. *Cum Sextii rogatu apud eum fuiſſem.* Quibus ex locis exſulaſſe Sextium conſtat. rogavit enim Sextius abſens Ciceronem, ut de ſuo reditu Cæſari ſupplicaret.

Pag. 425. *Parum fortiter*] Ex hoc intelligitur, Gallo primum roganti Ciceronem negaſſe.

Iſto ipſo in genere] In acutis dictis.

Purgaſſem] Excuſationem attuliſſem, cur de tuo reditu cum Cæſare non egiſſem.

Quæ feciſti] In tribunatu, de meo reditu.

Quæ ſcripſiſti] Quæ exprobraſti.

Liberi ſunt] Catilinæ conjuratione patefacta atque oppreſſa.

Tibi liberum non viſum] Negas enim me audere, quod ſentiam, libere dicere.

Detuliſti] De C. Antonii conſulis tui conſiliis.

Quid mihi populus R. debeat] A me ſervatus.

P. VICTORIVS.

Miror cur me accuſes] Initium hujus epiſtolæ valde mihi dubium eſt, & ſane major ejus pars brevitate ſua obſcurior: nam mordacibus eſt amariſque dictis referta, quæ quanto magis conciſe argutequepronunciantur, tanto magis pungunt, perturbantque eum, in quem dicta ſunt. Suſpicor verba illa, *Ego enim te in conſulatu obſervaram*, non eſſe Ciceronis: ſed repetita ab eo ex epiſtola

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Galli: quibus Gallus ipſe ſuam in Ciceronem obſervantiam illi exprobraret, cum quereretur ſe tunc ingrate ab eo deſtitutum eſſe, cum ipſe ſemper in illum fuerit officioſiſſimus, ſolemus enim in ira, ea quæ acerbe in nos dicta ſunt, & animo noſtro valde hæſerunt, cum ſtomacho ſæpius pronunciare, & etiam ea quæ perſpicue falſa ſunt, & leviter poſſumus repellere, cum riſu repetere, quemadmodum hic (ut opinor) facit. Suſpicor autem ea potius Galli eſſe: nam nec Galli Cos. fuerat, ut ea de illo a Cicerone dici poſſint: nec veriſimile eſt dicere Ciceronem, ſe, dum conſul eſſet, Gallum obſervaſſe, nec enim rectum eſt, nec decet ita loqui eum, qui in tanta dignitate fuerit, privatum ſe hominem obſervaſſe, niſi pro *obſervaram*, *conſervaram* legas. tunc enim pulchre conveniret, & poſſent omnia credi eſſe Ciceronis verba. Illius enim perſonæ optime congruunt, ut ipſe Cicero potius queratur de ingrato animo Galli: quod tamen, præterquam quod in cunctis manuſcriptis *Obſervaram* eſt, parum etiam procedit. nam ex inferioribus verbis perſpicitur potius repetere Ciceronem quæ Fabius dixiſſet, eaque falſa oſtendere, quam ipſe querelam inſtituere. Colligitur autem manifeſto pluribus modis initium feciſſe expoſtulandi Fabium: & ex fine epiſtolæ intelligimus, ſi diligenter verba illa attendimus, Ciceronem hujus opera uſum in patefacienda conjuratione. Quare poſſumus credere Fabium dixiſſe ſe illum in conſulatu obſervaſſe: nobis ſatis viſum eſt (nec tamen non neceſſario id factum videtur) in tanta veri ignoratione ſuſpiciones noſtras indicaſſe: rem ut invenimus, ita incertam relinquimus. Parvum omnino eſt, in quo Mediceus codex ab impreſſis diſcrepat: *Plebei* enim paulo poſt non *Plebis* habet, quod tamen nos hic adnotare voluimus. Nam meminimus Priſcianum dicere ſic inveniri a recto *plebes* genitivum caſum, qui adducit etiam locum hunc Salluſtii in primo hiſtoriarum, *Plebei tribunitiam poteſtatem.* quare potuit etiam Cicero uſurpaſſe.

Miror cur me accuſes] Si ſemel, aut in tam longa oratione, aut ſexcentis aliis in locis Cicero ubi de Seſtio agit, ipſum Gallum appellaſſet, acutiſſimi, ac diligentiſſimi viri ſententiam valde probarem, quam tamen nulla in re accuſo. Quod communem opinionem, non recentiorum modo, ſed etiam veterum quorundam ſequutus, in hac re aliquantulum deceptus ſum (ſi aliquis in ea error eſt) non me pudet. Qui enim poſt ſuperiores duas ad Fabium Gallum miſſas, ſtatim duas collocarunt, videntur & ipſi eundem eſſe hunc, & illum Gallum exiſtimaſſe. Me certe ſemper obſcuram hanc epiſtolam putaſſe, & nihil certi ad illa ſtatuere auſum eſſe, priora mea ſcripta declarant. Nam illius partem & ipſam hujuſcemodi, quæ multos fallere potuiſſet, me non inſulſe interpretatum eſſe, nemo inficias ibit. Nedum aliorum induſtriæ invideamus, nolumus afferre locum ex epiſtolis ad Qu. Fratrem, qui ſuſpicionem illam acutiſſimi hominis adjuvat: aperit enim multo ante obſcuras ſimultates inter Ciceronem, & P. Seſtium fuiſſe, qui poſtea (ſi de his cum illo Cicero expoſtulat) eruperint. *idque fecimus præter hominum opinionem, qui nos ei jure ſuccenſere putabant, ut humaniſſimi, gratiſſimique & ipſi, & omnibus videremur, itaque fecimus.* Et infra: *Quæ tibi eo ſcribo, quod me de retinenda Seſtii gratia literis ſæpe admonuiſti.*

EPISTOLA XXVIII.

CVrii] Hic eſt ille Curius, qui nominatur epiſt. 17. & 50. lib. 13. & epiſt. 1. 6. 9. 14. lib. 16. & ad Atticum epiſt. 2. 3. lib. 7. & epiſt. 5. 6. lib. 8.

Memini, quod mihi deſipere videbare] Cum in undecim ſcriptis libris videam eſſe *Quod* non *Cum*, ut eſt in impreſſis; teſtimonium antiquitatis contemnendum non putavi; & *Quod* repoſui, delevi *Cum*. Porro, quia mutationis fortaſſe cauſſam attulit inſcientia Latinæ linguæ; cum inuſitatum videretur, *Memini*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mini, quod videbare: non patiar hunc loquendi modum poſthac, quaſi barbarum & ſordidum, rejici; & afferam illa, quæ tum apud Ciceronem, tum apud alios, Romani ſermonis obſervatione, collegi. ac primum a noſtro Cicerone ordiamur. Epiſtola 40. lib. 13. *Si ulla umquam apud te mea commendatio valuit; quod ſcio multas valuiſſe plurimum; hæc ut valeat, rogo.* Et epiſt. ult. lib. 9. ad Attic. *Aliquando ſententiam terminemus, ut nihil novi, niſi id, quod minimum vellem, ſpiritum reliquum eſſe.* Ad eundem epiſt. 4. lib. 10. *Cum ſcripſiſſet, quod me cuperet ad urbem venire.* Lib. 1. de Leg. *Cum omne genus humanum ſociatum inter ſe eſſe intelligatur; illud extremum eſt, quod recte vivendi ratio meliores efficit.* Offic. lib. 1. *Illud etiam animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur.* Lib. 2. *Videndum illud item, quod, ſi opulentum fortunatumque defenderis, in illo uno, aut forte in liberis ejus maneat gratia.* Et Cœlius epiſt. 6. lib. 8. *Illud mihi occurrit, quod inter poſtulationem & nominis delationem uxor a Dolabella diſceſſit.* Præterea Varro lib. 1. de re ruſt. *Cato, gradatim præponens, alium alio agrum meliorem dicit eſſe: & quod ſit primus, ubi vineæ poſſunt eſſe bono vino, & multo; ſecundus, ubi hortus irriguus.* Et lib. 2. *Facile eſt, quod habeant conſervam in villa.* Livius autem lib. 42. *P. Licinius conſul S. C. recitari juſſit: primum, quod bellum ſenatus Perſeo juſſiſſet: deinde, quod veteres centuriones quamplurimum ad id bellum ſcribi cenſuiſſet.* Idem lib. 45. *Quam feliciter remp. adminiſtraverim & quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos, Quirites, arbitror.* Suetonius in Veſpaſiano: *Recordatus ſuper cœnam, quod nihil toto die cuiquam eorum præſtitiſſet.* Omnium autem antiquiſſimi, Plautus, & Cato Cenſorius, ille in Aſinaria, *Equidem*, inquit, *jam ſcio, filius quod amet meus.* Et in Trinummo: *Minus quindecim dies ſunt, quod pro his ædibus minas quadraginta accepiſti a Callicle.* Cato autem in epiſtola ad Marcum filium, quam Plinius lib. 29. cap. 1. recitat: *Dicam* (inquit) *de iſtis Græcis, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam; & quod bonum ſit, eorum litteras inſpicere, non perdiſcere.*

Cum iſtis] Cum Græcis. Patris enim Curius negotiabatur: ut infra, & epiſtola 17. lib. 13. & alibi.

Cum quidem hæc urbs] Ὑπερβολὴ, ex indignatione orta & dolore libertatis amiſſæ. nam civitas quidem corruptis moribus, & ſtatu reipub. mutato, deſinit eſſe quæ fuit: urbs tamen eadem remanet. Hinc apparet ipſa de civitate quid Cicero ſentiat: cum in urbem quoque, ſenſu carentem, invehatur.

Nedum Patræ] Niſi vis, quæ latet in ſingulis verbis perfecte cognoſcatur, tota profecto frigebit elocutio. quare, ſi nonnulla, quæ videri poſſunt humiliora, proſequimur, æquus lector ignoſcere debebit. *Nedum*, hanc vim habet, ut neget ſemper, numquam affirmet. non enim dixeris: *Diligo familiares omnes tuos, nedum te:* quod eſſet affirmantis. nam hoc diceretur: non ſolum te, ſed familiares etiam tuos omnes diligo. Proprie vero ſic: *Is ne propinquos quidem ſuos amat, nedum te.* Huc ſpectant omnia Ciceronis exempla: quorum duo tantum, præter hoc ad Curium, quod ſatis patet, afferemus. In Rullum: *Homo privatus vix facile ſeſe continet: nedum iſti non conquiſituri ſint aliquid ſceleris.* Pro domo: *Tamen in ſcelere religio non valeret: nedum valeat id, quod, &c.* Audiamus Terentium in Heaut. *Satrapes ſi ſiet amator, numquam ſufferre ejus ſumptus queat: nedum tu poſſis.* Nec aliter Salluſtius in Cat. *Secundæ res ſapientum animos fatigant: nedum illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent.* Unum videtur opponi poſſe Ciceronis exemplum in epiſt. 14. lib. 7. ad Att. *Tu, quoniam quartana cares, & nedum morbum removiſti, ſed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Græcia ſiſte.* Sed hic locus aliter legitur in antiquis libris: itaque, ſi quis ejus utatur teſtimonio, parum probabit. Legitur autem hoc modo: *Tu, quoniam quartana cares, & novum morbum removiſti.* Quod ipſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

carere mendo, non equidem affirmarim: ſed id, quod nunc agitur affirmo, *Nedum* in ullo non vidiſſe me vetere libro.

Vidiſſe multum] Si conſilio hæc potius, quam caſu, reliquiſti. Vide in extrema epiſtola, & epiſtola 30.

Prope deſperatis his rebus] Appropinquante ſe civili bello.

Sapiens] Propter conſilium. non enim redire vis.

Pag. 426. *Beatus*] Qui multis rebus, quibus nos caremus, tranquillo animo fruare.

Cui licebat] Tibi licebat hinc abire: nobis idem non licet.

Vbi nec Pelopidarum] *Pelopidas* vocat malos cives qui remp. armis oppreſſerant. Subjungit autem, *Noſti cetera:* quia non eſt integer Poetæ locus. verba omnia ponuntur epiſt. 30. *Cupio*, inquit, *aliquo pervenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.* & ep. 11. lib. 15. ad Attic. *Etſi ne antea quidem dubitavi, tamen nunc eo minus, evolare hinc, idque quamprimum, ubi nec Pelopidarum facta, neque famam audiam.* Nec dubito quin huc reſpexerit, cum dixit Phil. 13. *Moveri ſedibus ſuis huic urbi melius eſt, atque in alias, ſi fieri poſſit terras demigrare, unde Antoniorum nec facta, nec nomen audiat, quam, &c.*

Idem conſequimur] Abdo enim me in bibliothecam; ne Pelopidarum nomen, aut facta audiam.

Salutationi amicorum] Salutandis amicis, mane videlicet: nam epiſt. 20. lib. 9. *Hæc eſt nunc vita noſtra. mane ſalutamus domi & bonos viros multos, ſed triſtes, & hos lætos victores: qui me quidem perofficioſe & peramanter obſervant. ubi ſalutatio defluxit, litteris me involvo: aut ſcribo, aut lego.*

Quaſi avem albam] Quaſi novum quiddam. proverbium ex eo natum, quia raræ aves albæ.

Abdo me in bibliothecam] *Litteris me involvo*, dixit epiſt. 20. lib. 9.

Opera, officio tanta] Ne quis ex hoc loco putet, ſcripta alicujus quæ dicuntur, eadem *Opera* dici poſſe. nam, *opus* generale nomen eſt earum rerum, quæ poſt operam & induſtriam remanent. epiſt. 18. lib. 16. *An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat.* Et epiſt. 4. ad Att. lib. 2. *Curabo, ut hujus peregrinationis tibi opus exſtet.*

Senties] Iudicabis.

Ex meis libris] Cum diceres non eum me eſſe, qui viderer in meis libris.

Tum] Ante bellum civile, ſed rep. jam deſperata.

Non ſolum ſuis erga me, ſed etiam meis erga ſe] Alii, hunc locum eſſe mancum in omnibus, quos ipſi viderint, paullo antiquioribus libris, affirmarunt. nos integrum videmus eſſe in omnibus, quos habemus.

Pag. 427. *Dies*] Epiſt. 5. libro 4. *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.* & ep. 16. lib. 5. *Quod allatura eſt ipſa diuturnitas, quæ maximos luctus vetuſtate tollit.*

Communem rem] Rempublicam. Siſenna hiſt. lib. 4. *Quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos.*

Nunc quidem] Quomodo res habet, ut nunc quidem eſt.

In eo] In Cæſare.

In cujus poteſtate omnia ſunt] Hoc varie dixit epiſt. 7. 8. 9. 13. lib. 4.

Id ipſum] Vt in ejus poteſtate eſſent omnia.

Noſtra culpa] Epiſt. 6. lib. 9. *Hæc in voluntate fuerunt.*

Ad prima redeo] Ad primam epiſtolæ partem: in qua dixit, eum & vidiſſe multum, cum in Græciam ſe contulit; & beatum eſſe, qui abeſſet, non modo ſapientem, quam ſententiam iteravit ſequentibus verbis: *Sapienter hæc reliquiſti, ſi conſilio; feliciter, ſi caſu.* epiſtola 10. lib. 1. ad Attic. *Vt ad prima illa redeam.*

Feliciter, ſi caſu] Si non ideo diſceſſiſti, quod hæc putares eventura. *Caſus* & *Conſilium* opponuntur. epiſt. 2. lib. 5. *Hujus ego temeritati ſi virtute atque animo non reſtitiſſem: quis eſſet, qui me in conſulatu non caſu potius exiſtimaret, quam conſilio fortem fuiſſe?* Poteſt igitur feli-

citas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

citas eſſe in aliqua re ſine conſilio, in omni re non poteſt.

EPISTOLA XXIX.

SVm enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri] Vſu quidem tuus, poſſeſſione autem Attici. Eandem ſententiam lepide expreſſit Lucretius lib. 3.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu.

Mancipium] Poſſeſſio ipſa, & (ut ita loquar) jus dominii.

Quod quidem ſi inter ſenes coemptionales venale proſcripſerit] Non opinor hoc dici: ſi me Atticus, mancipium ſuum, venale proſcripſerit inter ſenes, qui coemant; ſed, inter ſenes, qui coemptiones faciant. aliud eſt enim *coemere*, aliud *coemptionem facere*. *coemere* notam habet ſignificationem: *coemptionem facere*, eſt, cum mulier in manum viri convenit ſollemni quadam ſtipulatione, qua ſe invicem coemebant. quo facto, ſibi invicem ſuccedebant: ut etiam domeſtica ſacra mulierum tamen, non virorum, interirent. non enim vir in mulieris poteſtatem, ſed mulier in poteſtatem viri coemptionis jure tranſit; itaque amittit paterna ſacra. qua de re juriſconſultos Cicero exagitat in oratione pro Murena. *Mulieres* (inquit) *omnes propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt: hi invenerunt genera tutorum, quæ poteſtate mulierum continerentur. ſacra interire illi noluerunt: horum ingenio ſenes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſſa reperti ſunt. in omni denique jure civili æquitatem reliquerunt, verba ipſa tenuerunt:* & quia in aliquibus libris exempli cauſſa id nomen invenerant, putaverunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Cajas vocari. Quod ſi quis roget quinam ſint hi ſenes, quos ait Cicero, coemptionum faciendarum cauſſa, juriſconſultorum ingenio repertos: dicam eſſe tutores illos, quibus patres familias eam poteſtatem teſtamento reliquerunt, ut filiæ ſuæ, cum nuberent, coemptionem ſine eorum auctoritate facere non poſſint. id colligere licet ex oratione pro Flacco, in qua ſunt hæc. *In manum*, inquit, *convenerat. Nunc audio. Sed quæro, uſu an coemptione. uſu non potuit: nihil enim poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum auctoritate diminui. coemptione: Omnibus ergo auctoribus. in quibus certe Flaccum fuiſſe non dices.* Ad hoc ſpectat illud, quod lib. 1. de Orat. ſcriptum eſt: *Nam neque illud eſt mirandum, qui quibus verbis coemptio fiat, neſciat, eundem ejus mulieris, quæ coemptionem fecerit, cauſſam poſſe defendere.* In eam igitur coemptionem, tutorum omnium, ut oſtendimus jam, conſenſu & auctoritate fieri ſolitam, jocari Curius voluit, cum de ſe, tamquam mancipio, vendendo loqueretur. ad verbum autem potius, quam ad ſententiam, reſpexit. nam revera coemptio illa a mulieribus facta, nihil ad coemptionem mancipiorum attinebat. Livius lib. 3. in extremo: *Scaptione hæc, coemptionali ſeni, aſſignaturos putarent finitimos populos?*

Pag. 428. *Egerit non multum*] Lucri parum fecerit: in quo ſeipſum Curius modeſte extenuat; quaſi vilis & contemnenda ſit Attici poſſeſſio, fructus autem Ciceronis magni pretii: ſubjungit enim, *At illa noſtra prædicatio quanti eſt?*

Quod ſimus, quod habeamus, quod homines exiſtimemur, id omne abs te habere] Simile illud Planci epiſt. 24 lib. 10. *Quod vivit Antonius hodie; quod Lepidus una eſt; quod exercitus habent non contemnendos; quod ſperant; quod audent; id omne Cæſari acceptum referre poſſunt.* Et illud Ciceronis epiſt. 12. lib. 1. ad Atticum: *Se, quod eſſet Senator, quod civis, quod liber, quod viveret, nihil acceptum referre.* Nec diſſimile illud Philip. 2. *Senatui ſic placuit, ut eſſet nemo, qui mihi non ut parenti gratias ageret, qui mihi non vitam ſuam, fortunas, liberos, remp. referret acceptam.*

Pag. 429. *Sulpicii ſucceſſori*] Acilio. quod e ſequenti epiſtola cognoſcitur.

De meliore nota] Diligentiſſima translatio a doliis, quibus diverſæ imponuntur

runtur notæ, ut internoſcantur vina. Eodem modo Catullus ad Manlium:

Quare, quod ſcribit Veronæ turpe Catullo
Eſſe, quod hic quiſquam de meliore nota
Frigida de fœno tepefecit membra cubili.

Tuis præceptis] Hac epiſtola Curius non reſpondet ſuperiori Ciceronis epiſtolæ: in qua præceptum nullum eſt ejuſmodi, ut ad urbem Curius redeat, ſed potius, ut Patris maneat. Præceptis igitur aliarum litterarum, quas ad eum Cicero ſcripſerat ante bellum civile. nam poſtea mutatis temporibus, ſententiam mutavit. unde illud in epiſtola proxima: *Memini, quod mihi deſipere videbare, quod cum iſtis potius viveres, quam nobiſcum.*

Noſtra] Fortunas noſtras. Patris enim negotiabatur. epiſt. 17. & 50. libro 13.

Defigere] Aliquot enim annos vixerat Patris, & ibi ſuas res ita conſtituerat, ut fixæ viderentur.

Tuto] Concedente Sulpicio proconſule.

Duos parietes de eadem fidelia dealbare] Putabat Atticus Curium eſſe omnino ſuum, & fructu, & mancipio. hæc epiſtola aliter oſtendit. venditat enim ſe Ciceroni Curius, & videtur duorum ſimul eſſe velle, uſu quidem Ciceronis, mancipio autem Attici. Adagium eſt a fabris natum, duos vel plures etiam unica fidelia parietes dealbantibus.

Tironemque meum] Patris ægrum Tironem Curius familiariter cognoverat. epiſt. 1. 6. 7. lib. 16. & ad Att. ep. 2. 3. lib. 7.

EPISTOLA XXX.

Pag. 430. E*Go vero*] Initio epiſtolarum, *Vero*, ſecundo loco poſitum, vel negationem demonſtrat, ut hic, vel aſſenſum, ut epiſt. 6. lib. 4. epiſt. 5. lib. 9. epiſt. 12. 22. lib. 16.

Iam te nec hortor] Vt hortabar antea. Reſpondet ad eam partem epiſtolæ Curii, in qua ſcripſerat, *Quo facilius tuis præceptis obtemperare poſſimus, teque ad urbem lubentes videre.*

Nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam] Senarius ex vetere Poeta cum aliqua varietate in epiſt. 11. lib 25. ad Attic. ſic pronunciatus: *Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam.* Ad hunc verſiculum ſpectavit in illa ſententia in Antonium, Phil. 13. *Moveri ſedibus ſuis huic urbi melius eſt, atque in alias, ſi fieri poſſit, terras demigrare, unde Antoniorum nec facta, nec nomen audiat, quam illos intra hæc mœnia videre.*

Audire tolerabilius eſt, quam videre.] Epiſt. 1. lib. 6. *Oculi augent dolorem, qui ea, quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miſeriis cogitationem ſinunt.*

In campo] Martio, ubi comitia habebantur.

Hora ſecunda] Scire oportet, dierum plura genera fuiſſe, vel ab exortu ſolis ad exortum, ut Babyloniis; vel ab occaſu ad occaſum, ut Athenienſibus; vel a meridie ad meridiem, ut Vmbris; vel a luce ad tenebras, ut vulgo; vel a media nocte ad mediam, ut Ægyptiis & Romanis: quem Plinius, Gellius, Macrobius civilem diem vocant. Hic dies, lucem tenebraſque complexus, XXIV. horarum fuit, ſic, ut lucem duodenæ ſemper, totidemque noctem horæ metirentur, diurnæ circa ſolſtitium longiſſimæ, nocturnæ breviſſimæ, contra vero circa brumam. Erat igitur initium civilis diei, poſt mediam noctem: quod quamquam luce careret, *mane* tamen Cicero per jocum appellat, a ſimilitudine vulgaris diei, cujus initium *mane* dicitur. *Conſulem*, ait infra, *hora ſeptima renunciavit, qui uſque ad Kal. Ian. eſſet, quæ erant futuræ mane poſtridie.* Et Virgilius lib. 6.

— Torquet medios nox humida curſus:
Et me ſævus equis oriens afflavit anhelis.

Aliud igitur erat, dies nominare, ut Kalendas, nonas, idus: aliud horas, ut primam, ſecundam, tertiam. qui diem nomi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nominabat, ſpatium illud horarum XXIV. quod a media nocte ad mediam proximam eſt, totum complectebatur: qui horam non a media nocte, id eſt ab initio civilis diei, numerabat, ſed ab ortu ſolis, unde vulgaris dies incipit, & occaſu deſinit. quod ſpatium fuit, ut diximus, duodecim horarum, quacumque anni parte. inde licet intelligere, cum dicitur *hora ſecunda*, non eam horam ſignificari, quæ poſt mediam noctem, ſed eam, quæ poſt ſolis ortum ſecunda eſt. ea vero ſi ad horarum noſtrarum conſuetudinem referatur, quæ pridie Kal. Ian. quindecim fere ſunt ab oriente ſole ad occidentem, incidit in horæ tertiæ dimidium. nam, ut hora ſecunda ſextam partem notat duodecim veterum horarum: ſic tertiæ dimidium ſexta pars eſt noſtrarum quindecim. eadem ratione, quæ ſeptima a Cicerone nominatur, nobis incipit ab octavæ dimidio, deſinit in tertia nonæ parte. Sic Martialis cum dixit,

Incipit exſtructos frangere nona toros;

ea veteres hora cœnare ſolitos demonſtrat, quæ poſt ortum ſolis nona, ante occaſum quarta eſſet, æſtate pariter & hieme. inde fluxit ante cœnam prandendi mos, poſt cœnam comiſſandi: ut cibus tamen in prandio levis & facilis caperetur: quod Plinii junioris ad Marcum epiſtola teſtatur; comiſſatio autem honeſta parum haberetur.

Comitiis quæſtoriis] Vt quæſtores anni ſequentis crearentur, comitia, Quinctili menſe fieri ſolita, in menſem Decembrem ideo protracta erant, quia Cæſar abfuerat, Hiſpanienſi bello impeditus: poſt reditum autem triumphare prius voluit, quam haberet comitia. Ex hoc loco, niſi fallor, licet intelligere, poſtrema omnium comitiorum quæſtoria fuiſſe. quæ enim superſunt, cum hæc ultimo anni die habeantur?

Pag. 431. *Inſtitutis*] A Cæſare, cum jam conſularia habuiſſet, quibus ipſe, & M. Antonius deſignati conſules erant.

Q. Maximi] Q. Fabii Conſulis: quem Suetonius *trimeſtrem conſulem* vocat: quia Cæſar, ex Hiſpania reverſus, abdicavit, eumque cum Trebonio conſulem ſuffecit. Plutarchus in Cæſare, & Tacitus lib. 19.

Illi] Qui erant in campo.

Dicebant] Cum illum putarent vivere.

Poſita eſſet] Vt intereſſet comitiis.

Ille autem] Cæſar conſul, collega Q. Maximi, qui tunc mortuus eſt. habebat autem ideo Cæſar comitia, quia conſul priore loco creatus erat. quod quia Ciceroni quoque contigerat, ut ipſe gloriatur in oratione contra Piſonem, propterea conſularia comitia habuit, quibus Murenam conſulem renunciavit. quod oratio pro ipſo Murena habita declarat.

Comitiis tributis] Creabantur comitiis tributis minores magiſtratus, ædilis pl., quæſtor, tribunus pl., ædilis cur. centuriatis autem majores, prætor, conſul, cenſor. utraque a conſule haberi ſolita, & locus hic, & epiſt. 3. lib. 4. ad Att. declarat.

Auſpicatus] Quando auſpicatus, ſi hora ſecunda inſtituit comitia? ante lucem ſcilicet: nam poſt mediam noctem auſpicari licebat: exorto autem ſole id agebant, ſuper quo auſpicati erant: auſpicatique eſſe, & egiſſe eodem die dicebantur. Hunc ego morem jam ex Gellio & Macrobio cognoveram: ſed acceſſit poſtea Plinii junioris teſtimonium in epiſtola ad Marcum, in qua ſcripſit hæc de avunculo ſuo: *Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſſa, ſed ſtudendi ſtatim, a nocte multa, hieme vero ab hora ſeptima, vel, cum tardiſſime, octava, ſæpe ſexta.* Iam, Metellus Nepos conſul, ædilicia comitia habiturus, in campum ante ſolis ortum veniebat, ut auſpicaretur primum, deinde, orto ſole, comitia haberet. epiſtola 3. lib. 4. ad Attic.

Centuriata] Vt in locum Fabii conſulem ſufficeret in paucas horas.

Conſulem] C. Caninium Rebilum, qui Cæſaris legatus bello Gallico fuerat.

Hora ſeptima] Poſt exortum ſolem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Renunciavit] Qui conſul comitia habebat, ſequentis anni conſules renunciabat. pro Murena: *Quæ precatus ſum a diis immortalibus, judices, more inſtitutoque majorum, illo die, quo auſpicato comitiis centuriatis L. Murenam conſulem renunciavi.*

Neminem prandiſſe] Conſul enim renunciatus eſt hora ſeptima, id eſt, poſt horam prandii: quod a cœna non minus tribus horis diſtabat.

Somnum non viderit] Poſteriores enim ſex horæ noctis, habita civilis diei ratione, pertinent ad Kal. Ian. id eſt ad ſequentis anni conſules: priores vero, qui pertinent ad pridie Kal. qui conſulatus ultimus dies eſt, inſomnes ab occupato præſertim conſule ducuntur. itaque perbelle Cicero, jocum quærens, brevitatem conſulatus ad vigilantiæ laudem convertit. vide Macrobium lib. 2. Sat. Plut. in Cæſare, Dionem lib. 43. Tacitum lib. 19.

Pag. 432. *Philoſophiæ portum*] A quo qui abſunt, jactari eos aſſidue rerum humanarum fluctibus neceſſe eſt.

Mancipio & nexu] Hic locus Boetii verbis explanabitur: qui cum illud in Topicis Ciceronis interpretaretur; *Abalienatio eſt ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter quos ea civili jure fieri poſſunt:* hæc ſubjunxit: *Omnes res, quæ abalienari poſſunt, id eſt a noſtro ad alterius dominium tranſire, mancipi dictæ ſunt. Mancipi vero res veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandam nexus ſollemnitatem fieret.* Nexus vero eſt quædam juris ſolemnitas, quæ fiebat eo modo, quo in Inſtitut. Cajus exponit: cujus hæc verba ſunt: *Mancipatio eſt imaginaria quædam venditio: quod ipſum jus Romanorum eſt civium: eaque res ita agitur. adhibitis non minus quinque teſtibus, civibus Romanis, puberibus, & præterea alio ejuſdem condicionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens, is, qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo: iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneaque libra. deinde ære percutit libram: iſque æs dat ei, a quo mancipium accipit, quaſi pretii loco. quæcumque igitur res lege XII. tabularum aliter niſi per hanc ſolemnitatem abalienari non poterat.* Plura Sigonius in Cive Romano.

Acilius] Hic eſt Sulpicii ſucceſſor, cui commendari Curius optabat. epiſtola 29.

In Græciam] Cui præfuerat Sulpicius. Epiſt. 6. lib. 6. *Caßium ſibi legavit: Brutum Galliæ præfecit, Sulpicium Græciæ.* Alibi provinciam Sulpicii Cicero vocat Achaiam, ut epiſt. 4. lib. 4. epiſt. 26. 28. lib. 13.

Cum legionibus] Non enim omnes in provincias ibant cum legionibus.

Maximo meo beneficio eſt] Maximum a me beneficium habet: ut cum dicitur, *Summo ingenio eſt*: & epiſt. 3. lib. 3. ad Frat. *Cicero tuus noſterque ſummo ſtudio eſt Pæonii ſui rhetoris.* Quæ ſi quis diverſa judicat, accipiat *Eſt*, pro, *Vivit.* locum certe ſimillimum, qui hunc maxime confirmat, oſtendemus. nam Philip. 8. ita dixit Cicero: *Negat ſe illi amicum eſſe debere: cum ſuo magno eſſet beneficio, veniſſe eum contra ſe.*

Iudicio capitis] Iudicium capitis illud eſt, quo damnatus vel civitatem, vel libertatem amittebat. nam vita non niſi perduellionis crimine adimi potuit. qua de re affatim diximus in libro noſtro de Legibus.

Rebus ſalvis] Aut, repub. incolumi, ut epiſt. 1. lib. 4. *Vtinam, Servi, ſalvis rebus colloqui potuiſſemus inter nos.* Et Acad. lib. 2. *Deli fuiſſe multos accepimus, ſalvis rebus illis, qui gallinas alere permultas quæſtus cauſſa ſolerent.* Aut, *Rebus ſalvis*, nullo ſuo damno: eſt enim abſolutus.

Quam ille cum acceperit, ecquid tibi pollicitus ſit] Nonnulli veteres libri, *Quo modo acceperit, & quid.* alii, *Quando acceperit, quid.* Mihi omnino rectius videtur, *Cum acceperit, ecquid*, nam pro *Cum*, ſcribebant veteres, *Quom*: unde factum, *Quo modo.* eodemque errore ab *Ecquid*, fluxit, *Et quid.*

Epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XXXI.

Pag. 433. Æ*Quo animo vel vincam te*] Epiſt. 7. lib. 5. *Nulla re tam lætari ſoleo, quam meorum officiorum conſcientia. quibus ſi quando non mutuo reſpondetur; apud me plus officii reſidere facillime patior.*

Non fuiſſe neceſſe] Quia diſceſſurus eſſes.

Propter res tuas ita contractas] Nam, ſi diſperſa ac diſſipata ejus negotia fuiſſent, indiguiſſet opera Sulpicii proconſulis: ſed ea, cum diſceſſum cogitaret, jam contraxerat.

Nec caput, nec pedes] Habeant. proverbium eſt. quæ enim coacta in unum ſunt, carere capite & pedibus videntur.

Exaruiſſe] Defeciſſe, exſtinctam eſſe. Ad Pætum epiſt. 18. lib. 9. *Ipſa illa, ſi qua fuit in me, facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet.* In Bruto: *Galbæ orationes exaruerunt, vix jam ut appareant.* Tranſlatio ab agris, qui cum exaruere, fruges non ferunt.

Veterem urbanitatem] Quattuor nominibus epiſt. 15. lib. 9. urbanitatem appellat, *ſales, leporem, facetias, feſtivitatem.*

Veterem] Qua excelluere olim ii, qui nominantur in eadem epiſt. C. Lælius ſapiens, Africani minoris amiciſſimus, Lucilius Poeta ſatyricus, L. Craſſus orator, Granius præco: præterea is, qui lib. 2. de Orator. diſputat de ridiculis, æqualis Craſſi C. Iulius Strabo.

Pomponius noſter] Atticus utriuſque amiciſſimus. nam epiſt. 29. dixit Curius: *Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri.*

Suo jure] Quia, cum excellat facetiis, jure ſuo poteſt hanc ſibi laudem vindicare, idque dicere, quod interdum dicit, & verè dicit, exaruiſſe veterem urbanitatem, niſi nos pauci gloriam illam breviter & acute dictorum, qua præter ceteros olim floruere Athenienſes, retineamus.

Gloriam antiquam Atticam] Hæc verba non carent feſtivitate quadam: & velle Cicero videtur, dum loquitur de urbanitate, non inurbanus eſſe.

Gloriam antiquam Atticam] Magnifica verba ſunt: nec tamen laudatur quidquam, præter ſales. blanditur igitur Cicero, dum humilem rem extollit, Curio ſimul & Attico; qui ſalibus mire delectabantur. Fortaſſe etiam ipſa Attici verba refert. quod ſi ita eſt, hoc ipſo jocatur: quaſi Atticus gloriam antiquam Atticam in ridiculis poneret, & eam crederet per tres homines poſſe retineri. ſales autem Attici omnibus præſtabant: quamquam Cicero, ut aſſentaretur Pæto, Romanos præfert, epiſtola 15. lib. 9.

Ergo is tibi, nos eis ſuccedimus] Cum hoc ſatis conſtet, veterem urbanitatem amiſſam eſſe, niſi nos eam pauci revocemus: ſequitur illud, ut primus in ea tibi locus, Attico ſecundus, mihi tertius debeatur. epiſt. 2. lib. 7. ad Att. *nativam ait eſſe in Curio urbanitatem.*

Ne tantum ſemen urbanitatis una cum rep. intereat] Vrbanitas ipſa exaruit, ſemen tantum remanet. veni igitur, ſaltem ut ſemen conſervetur: tantum ne ſemen ipſum amittatur. Sunt qui pro *tantum*, legant *Tamen*: mei decem antiqui libri, duoque præterea Fulvii Vrſini, *Tantum*, habent: nec inſulſa, ut mihi videtur, elicitur ſententia. eſt autem lapſus ab uno verbo ad alterum facillimus: quia *Tantum*, quandoque ſcribitur ſic, *Tm̄*: *Tamen*, ſic, *Tn̄*.

EPISTOLA XXXII.

Pag. 434. V*Olumnio*] Hic eſt P. Volumnius Eutrapelus, qui Cytheridem mimam dilexit. epiſt. 26. lib. 9. Præfectum fabrum Antonii fuiſſe civili bello, Nepos ait in Attici vita. Sulpicio & Marcello coſs.

Sine prænomine] Prænomen ei Publio fuit. vide in Attici vita.

Volumnio ſenatore] Cui Lucio cognomen fuit. Varro de re ruſt. lib. 2. c. 4. Conſtat autem ex hoc loco, Volumnium hunc, ad quem ſcribit Cicero, equitem fuiſſe, non ſenatorem.

Εὐτραπ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Εὐτραπελία] Feſtivitas,lepor,urbanitas: unde illi cognomen Eutrapelo. epiſt. 26. lib. 9. ad Att. epiſt. 8. lib. 15. Philippica 12. Plutarchus in Bruto *mimum* vocat.

Salinarum mearum] Suos ſales vocat *Salinas* per jocum,quia dixerat, *Poſſeſſio.* Infra: *Vrbanitatis poſſeßionem quibuſvis interdictis defendamus.* Salinæ autem loca ſunt, ubi ſal fit. Plinius lib. 31. cap. 7.

Procuratore] Et hic jocatur. Solent enim procuratores abſentium res defendere.

Pag. 435. *Vt ego diſceſſerim*] Iturus in provinciam. Ergo ſcripta eſt epiſtola paullo poſt, quam Cicero proconſul in Ciliciam profectus eſt,id eſt M. Marcello, Ser. Sulpicio coss.

Dicta] Ioca. quæ & *Dicteria* vocata,ſcripſit ad Cornelium Nepotem: ut apud Macrobium lib. 2. legitur.

Sextiana] P. Sextii, pro quo exſtat oratio. vide quæ diximus epiſt. 27.

In me conferri] Mea dici: ut ex meo nomine inſulſis quoque dictis accedat auctoritas.

Dictorum meorum] Macrobius lib. 2. *Animadverto duos, quos eloquentiſſimos antiqua ætas tulit, comicum Plautum, & oratorem Tullium, eos ambos etiam ad jocorum venuſtatem ceteris præſtitiſſe. Cicero quantum in ea re valuerit, quis ignorat, qui vel liberti ejus libros, quos is de patroni jocis compoſuit, quos quidam ipſius putant eſſe, legere curavit?* Non multo poſt hæc ſubjungit: *Iocos hoc genus veteres noſtri Dicteria dicebant. teſtis enim Cicero, qui in libro epiſtolarum ad Cornelium Nepotem ſecundo ſic ait: Noſtri, cum omnia, quæ dixiſſemus, dicta eſſent, quæ facere, & breviter, & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari Dicteria voluerunt.*

Sua ſponte] Sua venuſtate: etiam ſi non diceretur, hoc Ciceronis eſt.

Tanta fæx eſt in urbe] Ita hebeti ſunt homines ingenio, ut, quod invenuſtum prorſus eſt, venuſtum tamen eſſe videatur.

Ἀκύθηρον] Quod Venere caret, venuſtatis expers. nomen a Venere deductum, quæ Græcis Κυθήρεια nuncupatur.

Venuſtum] Quinctilianus lib. 6. c. 3. *Apparet*, inquit, *venuſtum eſſe, quod cum gratia & venere dicatur.*

Ἀμφιβολία] Ambigua oratio: cum ad ſententias diverſas eadem verba accommodari poſſunt: ut illud epiſt. 20. lib. 11. *Te dixiſſe laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum.* Et lib. 2. de Orat. *Perpuſillum rogabo.* Quod referri poteſt & ad perpuſillum teſtem, & ad perpuſillam interrogationem. Et illud Neronis de Claudio, *deſiiſſe enim inter homines morari.* Et:

Aio te Æaciden Romanos vincere poſſe.

Ὑπερβολὴ] Superatio, vel exſuperantia, cum ſententia ſupra veritatem extollitur: ut in ſuaſione legis Maniliæ: *Plura bella geßit, quam ceteri legerunt: plures provincias confecit, quam ceteri concupiverunt.* Et Virgilius:

Qui candore nives anteirent, curſibus auras.

Fit etiam minuendi gratia, ut *Teſtudine tardior.*

Παράγραμμα] Agnominatio: cum unius litteræ mutatio diverſam ſignificationem affert: ut pro *Tiberius Claudius Nero, Biberius Caldius Mero.* Et l. 2. de Orat. *Eamus deambulatum. Quid opus fuit de? Immo vero, quid opus fuit te?* Et Philip. 13. *Cum in gremiis mimarum mentum mentemque deponeres.* Et Afranius apud Gellium: *Qui non modo vinoſus, ſed viroſus quoque ſit.* Et Terentius in Andr. *Inceptio eſt amentium, haud amantium.*

Παρὰ προσδοκίαν] Præter exſpectationem: ut illud epiſt. ult. lib. 9. *An tu id melius, qui etiam in Philoſophum irriſeris? cum ille, ſi quis quid quæreret, dixiſſet, cœnam te quærere a mane dixeris? ille baro te putabat eſſe quæſiturum, unum cælum eſſet, an innumerabilia.* Simile illud lib. 2. de Orat. *Dic de L. Manlio. Virum bonum*, inquit, *egregiumque civem eſſe arbitror.* Mire delectat Horatius Sat. 1. lib. 2. cum dixiſſet:

—— *Scævæ vivacem crede nepoti Matrem:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Matrem : nil faciet ſceleris pia dextera:

intulit :

Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.

Similiter Cicero pro Scauro apud interpretem Horatii Porphyrionem : *Libertus patronum non occidit, ſed duobus digitulis gulam obliſit.* Hoc de genere ſic ait Cicero : *Natura nos delectat error noſter : ex quo cum quaſi decepti ſumus exſpectatione, ridemus.* Et alio loco : *Ex his omnibus nihil magis ridetur, quam quod eſt præter exſpectationem : cujus innumerabilia ſunt exempla.*

Per Antonii perſonam] Legerem, *C. Iulii.* Is enim libro ſecundo de oratore loquitur de ridiculis. Niſi ſi quis lapſum memoria Ciceronem dicat. quod vix credibile videtur : ſalibus enim excelluiſſe non M. Antonium, ſed C. Iulium, optime noverat : nec ita multo ante libros de Oratore compoſuerat, ut perſonarum partes oblivisci deberet : cum præſertim eos ipſos, quos in oratoriis libris loquentes induxerat, omnes, nullo errore, commemoret epiſt. 19. lib. 13. ad Att.

Ἔντεχνα] Artificioſa, hoc verbum complectitur ἀμφιβολίαν, ὑπερβολήν, παράγραμμα, παρὰ προσδοκίαν, & cetera, quibus riſus excitatur.

Sacramento contendas mea non eſſe] Vel pecunia depoſita litiges, ut probes mea dicta non eſſe. Similiter Catullus ad Fundum : *Quovis Sabinum pignore eſſe contendunt.* Sacramentum quid ſit, Varro lib. 5. docet his verbis : *Ea pecunia, quæ in judicium venit in litibus, Sacramentum a ſacro. Qui petebat, & qui inficiabatur de aliis rebus, uterque quingentos æris ad pontificem deponebant : de aliis rebus item certo alio legitimo numero aſſium. qui judicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat : victi ad ærarium redibat.* Feſtus paullo latius : *Sacramentum*, inquit, *æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur ; ſive quis interrogatur, ſive contenditur. id in aliis rebus quinquaginta aſſium eſt, in aliis rebus quingentorum, inter eos, qui judicio inter ſe contenderent. qua de re lege L. Papirii tribuni pl. ſanctum eſt his verbis : Quicumque prætor poſthac factus erit, qui inter cives jus dicet, tres viros populum rogato : iique tres viri ſacramento exigunto judicantoque, eodemque jure ſunto, uti ex legibus, plebiſque ſcitis exigere, judicare, eſſeque oportet. Sacramenti autem nomine id æs dici cœptum eſt, quod & propter ærarii inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur in rebus divinis.* Hunc morem attigit Aſconius in Orat. 3. contra Verrem. *Cum in rem aliquam* (inquit) *agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem, qui dabatur poſt trigeſimum diem.* Cicero lib. 1. de Orat. *Agerent tecum lege Pythagorei omnes, atque Democritici, vindicarentque ornati homines in dicendo & graves : quibuſcum tibi juſto ſacramento contendere non liceret.* Valerius Max. lib. 7. cap. 7. *Sacramento cum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt.* Ibidem cap. 8. *Aphronia cum ſorore ſacramento contendere noluit.*

Pag. 436. *Quereris*] Queſtus erat Volumnius dominari in judiciis, abſente Cicerone homines infantiſſimos.

Multo laboro minus] Quam de tuenda ſalinarum poſſeſſione, id eſt, de dictis meis, ut agnoſcantur, laboro : de judiciis non item.

Trahantur pedibus] Vel ſi mala illis omnia eveniant, non laboro. epiſt. 16. lib. 4. ad Attic. *Fratrem meum, & te ſi habeo, per me iſta pedibus trahantur.*

Vel Selius] Non bonus orator.

Se liberum] Ergo liberum non eſſe, opinio fuit : ideo dixit, *Vt poſſit probare*, quaſi rem difficilem.

Interdictis] Quia poſſeſſio prætoriis interdictis defendi ſolebat ; propterea, cum ageret de poſſeſſione urbanitatis defendenda, judiciale verbum lepide uſurpavit.

Te unum] Qui omnes urbanitate vincis.

Te ſapere] Quia falſas laudes non agnoſcis.

Illa] De Curionis tribuni pl. ingenio ad novitatem propenſo. quod poſtea res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ea res ipſa comprobavit: nam Cæſaris cauſſam oppugnavit primum, deinde defendit. epiſt. 6. lib. 8.

Noſtrum illum amicum] C. Curionem, tribunum pl. in locum Servii deſignatum: ut epiſt. 4. lib. 8. Iure autem Cicero verebatur, ne non ſatis gravem Curio ſe præberet in tribunatu. leviſſime enim ab optimatum cauſſa ad Cæſarem tranſiit: ut epiſt. 6. lib. 8. & epiſt. 13. lib. 2.

Gravitatis] Quam non habuit. ep. 6. lib. 8. & epiſt. 13. lib. 2.

In amoribus] In deliciis.

Quamvis in me ingrata ſit] Dicit hoc propter iniquam æſtimationem rerum ſuarum. vide epiſt. 2. lib. 4. ad Att.

Dolabellam] P. Cornelium Dolabellam, poſtea Ciceronis generum.

Redde meum] Epiſt. 19. lib. 16. *Demetrium redde noſtrum.*

Deſit] Amori illius erga me.

Non videor nimium laborare] Cum valde tamen laborem.

EPISTOLA XXXIII.

Pag. 437. D*Eclamationibus noſtris*] Cur ſe ad declamandum Cicero contulerit, cauſſa exponitur in epiſt. 18. lib. 9.

Nihil ſumus] In arte oratoria.

Diſplicemus] Etiam ſi aliquid ſimus.

Gregalibus] Sociis, præſtantibus viris, civili bello amiſſis. Pro domo: *Catilinæ gregales.* De haruſp. reſp. *Neque Clodius, neque quiſquam de gregalibus ejus.*

Emiſimus] Loquitur de libris ſuis.

Pennigero, non armigero in corpore] Non dubium eſt intelligi de avibus: quas Philoctetes configebat tardus celeres, ſtans volantes. Alii tamen, *Pinnigero*, legere maluerunt, contra Quinctiliani ſententiam, qui *Pinnas* de avibus dici non vult. *Pennigero* etiam eſt in meis veteribus libris. Lib. 5. de Fin. *Philoctetes cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum; configebat tardus celeres, ſtans volantes; ut apud Attium eſt; pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.* Ingemiſcebat Cicero, quod ingenium ſuum non, ut antea, in agendis cauſſis, aut in tuenda rep., ſed in declamationibus illis exerceret.

Pag. 438. *Exceperimus*] Tranſlatum verbum, quia dixerat, *Concurſum.* qui enim concurrentes occupationes ita excipit, ut ab iis ne proſternatur; juſtam atque ab omnibus conceſſam facultatem habet in otium diſcedendi.

Multam ſalutem & foro dicam, & curiæ] Relinquam forum, & curiam: neque cauſſas in foro agam, neque ſententiam in ſenatu dicam: quæ mihi antea curæ erant. Modus loquendi de Græco fonte derivatus. epiſt. 8. lib. 8. ad Atticum: Πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ *dicens, pergit Brundiſium.* Plato in epiſtola ad Perdiccam, & in Critone, Euripides, alii.

Communibus noſtris amatoribus] Similiter dixit, *Amatorem tuum*, epiſt. 15. l. 9.

Caßius] C. Caſſius, qui poſtea Cæſarem occidit.

Dolabella] Qui & ipſe declamare ſolitus erat audiente Cicerone: itaque diſcipulus vocatur epiſt. 7. 14. 18. l. 9. vide Quinctilianum lib. 12. cap. 11.

Meis æquißimis utuntur auribus] Libenter eos audio declamantes.

Opus eſt huc] Ad hæc noſtra ſtudia requirimus judicium & doctrinam tuam.

Limatulo & politulo] Tranſlatio ab operibus, quæ limantur primum, deinde etiam poliuntur, ut magis placeant.

Interioribus] Reconditis, non vulgaribus. epiſt. 10. lib. 3. & in Bruto: *Erant in eo plurimæ litteræ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ.*

Meis] Quibus ego maxime delector; amoribus & deliciis meis.

Verecundiorem me in loquendo facis] Iocari Ciceronem non dubito: cum ipſe potius, eloquentia longe omnibus antecellens, maximeque litteris interioribus inſtructus, verecundiores alios in loquendo faceret.

Indicatum] Deliberatum, conſtitutum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Patietur] Mihi optanti concedat.

Volet] Vel ſi ipſe non optem.

Deponere illam perſonam] Cauſſas non agere, nec in ſenatum venire. Supra: *Multam ſalutem & foro dicam, & curiæ.* Tranſlatio ab hiſtrionibus, qui varias perſonas ſuſcipiunt, & modo ſenem agunt, modo juvenem, modo herum, modo ſervum. epiſt. 3. lib. 5.

Iam] Cupiditatem indicat hæc particula perſonæ deponendæ.

Probavi] Vt hiſtriones populo ſe probant, cum ſuas egregie partes agunt: ita me ego Cæſari ſatis jam probavi; cum & in ſenatum venerim, & cauſſas apud eum egerim, ut pro Dejotaro, pro Ligario.

Ac me totum in litteras abdere] Epiſtola 20. lib. 9. *Litteris me involvo.*

Ne pluribus legerem] Quamquam obſcura ſententia eſt, conſenſum tamen omnium antiquorum librorum non video, cur contemnam. *Perinvitus*, pro *Pluribus*, placeret, ſi vel unius libri veteris teſtimonio comprobaretur, aut ſi mutatio quamminima fieret: quod in conjecturis probare maxime ſoleo. nam, quod ad ſententiam attinet, recte opponerentur, *Perinvitus legerem*, *Gratiſſimas fore.*

LIBRI VIII.

Ante quam Cœlii epiſtolas interpretemur, vitam ejus brevi oratione complecti non alienum putavimus. Ac primum, de honoribus, quos geſſit; tum, de ejus eloquentia; tertio loco, de moribus; poſtremo de obitu; quæ vel Cicero in ſuis libris, vel annalium litteræ loquuntur, agendum videtur.

M. Coelius Ruffus, plebeji generis, patre equite R. Puteolis natus, ſumpta virili toga, id eſt annum ætatis ingreſſus XVII. a patre continuo ad Ciceronem deductus eſt, nondum prætorium, ſed eloquentia jam & probitatis opinione clarum: a quo etiam *lectiſſimus adoleſcens* appellatus eſt libro quarto in Verrem, qui de ſignis inſcribitur. In illo ætatis flore cum artibus honeſtiſſimis erudiretur, M. Craſſi domum frequentavit. poſtea fuit aſſiduus cum Cicerone prætore, candidatumque affectatus eſt in petitione conſulatus. anno ſequenti iterum petenti conſulatum Catilinæ ſtuduit. tribunatum pl. geſſit, Pompejo tertium conſule, Milonemque ob necem P. Clodii de vi reum, ſtudioſiſſime defendit. qua de re ſic in oratione pro Milone: *Cædi vidiſtis populum Romanum, concionem gladiis diſturbari; cum audiretur ſilentio M. Cœlius tribunus pl. vir fortiſſimus, & in ſuſcepta cauſſa firmiſſimus, & bonorum voluntati & auctoritati ſenatus deditus, & in hac Milonis ſive invidia, ſive fortuna, ſingulari, divina, & incredibili fide.* In libro de claris oratoribus: *Cœlius, quam diu auctoritati meæ paruit, talis tribunus pl. fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam a ſenatu & a bonorum cauſſa ſteterit conſtantius.* Nominant & Appianus & Dio tribunum pl. quamquam apud utrumque mendoſe legitur *Cæcilius*. Ædilis curulis fuit L. Paullo & C. Marcello coſs. prætor C. Cæſare II. & P. Servilio coſs. Orto civili bello, quæſtor in Africa fuit C. Curionis, ut apud Cæſarem lib. 2. civ. bel. ſcriptum eſt.

Eloquentiæ in primis operam dedit, locumque inter ſummos oratores conſecutus eſt. itaque & Cornelius Tacitus & Quinctilianus inter eos oratores, qui noviſſimis reip. temporibus maxime floruerint, Cœlium referunt, ſua cuique tributa laude, Ciceroni, Cæſari, Cœlio, Calvo, Bruto, Aſinio, Meſſallæ. Cœlii tamen ſcripta paullo aſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

aſperiora, & antiquitatem redolere viſa ſunt. de quo ſic Tacitus in dialogo de oratoribus: *Galba & Carbo horridi, impoliti, rudes, & informes, & quos utinam imitatus non eſſet Calvus, aut Cœlius, aut ipſe Cicero.* & aliquanto poſt: *Quid ex Cœlianis orationibus? nempe hæ placent, in quibus nitorem & altitudinem horum temporum agnoſcimus. Sordes autem verborum, & hians compoſitio, & inconditi ſenſus redolent antiquitatem, nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Cœlium, ex ea parte laudet, qua antiquus eſt.* Item infra: *Apud nos Cicero ceteros eorundem temporum diſertos antecеſſit. Calvus autem, & Aſinius, & Cæſar, & Cœlius, & Brutus, ſic jure & prioribus, & ſequentibus anteponuntur. nec refert, qui inter ſe ſpecie differant, cum genere conſentiant. at triſtior Calvus, numeroſior Aſinius, ſplendidior Cæſar, amarior Cœlius, gravior Brutus, vehementior, & plenior, & valentior Cicero. omnes tamen eandem ſanitatem eloquentiæ ferunt.* Quinctilianus autem hæc lib. 10. *Multum ingenii in Cœlio, & præcipue in accuſando, multa urbanitas: dignus vir, cui & mens melior, & vita longior contigiſſet.* Subjungit paullo poſt in eodem libro: *Quid noceret, vim Cæſaris, aſperitatem Cœlii, diligentiam Pollionis, judicium Calvi quibuſdam in locis aſſumere?* Et lib. 11. Cœlii verba recitat ex oratione, quam de vi reus pro ſe ipſo habuit: de qua & Suetonius meminit in libro de claris rhetoribus, & Feſtus mentionem facit. Illa quoque notavimus apud eundem lib. 12. *Vim Cæſaris, indolem Cœlii, ſubtilitatem Calidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbitatem Caſſii, diligentiam Pollionis, dignitatem Meſſallæ, ſanctitatem Calvi.* Sed audiamus Vellejum hiſtoriæ ſuæ libro. *Dum* (inquit) *in acie Pharſalica Africaque de ſumma rerum Cæſar dimicat, M. Cœlius, vir eloquio animoque Curioni ſimillimus, ſed in utroque perfectior, nec minus ingenioſè nequam.* Plus tamen ei facultatis in accuſando fuiſſe, quam in defendendo, Quinctilianus oſtendit l. 6. cum ait M. Cœlium, quia melius objiceret crimina, quam defenderet, bonam dextram, malam ſiniſtram appellari a Cicerone ſolitum eſſe. idque confirmat ipſe Cicero his verbis in libro de claris oratoribus: *Cœlii actionem & ſplendida, & grandis, & eadem in primis faceta, & perurbana commendabat oratio. graves ejus conciones aliquot fuerunt, acres accuſationes tres, eæque omnes ex reip. contentione ſuſceptæ: defenſiones, etſi illa erant in illo meliora, quæ dixi, non contemnendæ tamen, ſaneque tolerabiles.* Tres ejus accuſationes, quas Cicero appellat, fuere, prima in C. Antonium de majeſtate, qui conſulatum cum Cicerone geſſerat: ſecunda in Sempronium Atratinum de ambitu: & utramque ſignificat Cicero in oratione, qua eum defendit: tertia, ut opinor, in C. Lælium; ut ex Quinctiliani verbis, quæ lib. 6. leguntur, mihi videor poſſe conjicere. Scripſit etiam concionem de aquis, quam Frontinus lib. 2. de Aquæ ductibus nominat. eam fuiſſe non dubito contra aquarios & tabernarios: nam ipſe epiſt. 9. *Niſi ego*, inquit, *cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet.*

Mores in eo minime cum ingenio conferendi. Iracundiſſimum appellat Seneca lib. 3. de ira. Quinctilianus ait: *Dignus vir, cui & mens melior, & vita longior contigiſſet.* Cicero: *M. Cœlium prætereundum non arbitror; quæcumque ejus in exitu vel fortuna, vel mens fuit.* Nequam & prodigum fuiſſe, ex his Velleji verbis intelligitur: *Cœlius, cum ne a diis quidem ſervari poſſet; quippe pejor illi res familiaris, quam mens erat; in prætura novarum tabularum auctor exſtitit.* Eodem pertinent illa Quinctiliani lib. 1. *Etymologia habet aliquando uſum neceſſarium, quoties interpretatione res, de qua quæritur, eget: ut cum M. Cœlius ſe eſſe hominem frugi vult probare, non quia abſtinens ſit, (nam id ne mentiri quidem poterat) ſed quia utilis multis, id eſt fructuoſus, unde ſit dicta Frugalitas.* Impudicum & laſcivum oſtendit

oratio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

oratio Ciceronis. Saltandi artem diligenter didicit, ingenuis indecoram atque inhoneſtam. itaque reprehendit eam Scipio Æmilianus in oratione contra legem judiciariam Ti. Gracchi, cujus hæc verba lib. 3. Sat. recitat Macrobius: *Docentur præſtigias inhoneſtas: cum cinædulis, & ſambuca, pſalterioque eunt in ludum hiſtrionum: diſcunt cantare, quæ majores noſtri ingenuis probro ducier voluerunt: eunt, inquam, in ludum ſaltatorium inter cinædos, virgines puerique ingenui. hæc cum mihi quiſquam narrabat, non poteram animum inducere, ea liberos ſuos nobiles homines docere: ſed, cum ductus ſum in ludum ſaltatorium, plus medius fidius in eo ludo vidi pueris virginibusque quingentis, in his unum, quo me reip. maxime miſertum eſt, puerum bullatum, petitoris filium, non minorem annis duodecim, cum crotalis ſaltare, quam ſaltationem impudicus ſervulus honeſte ſaltare non poſſet.* Idem in eodem libro ſic: *Uno eodemque tempore tribus nobiliſſimis civibus, non modo ſtudium ſaltandi, ſed etiam, ſi diis placet, peritia, qua gloriarentur, fuit; Gabinio conſulari, Ciceronis inimico; & M. Cœlio, noto inter turbas viro, quem Cicero defendit; & Licinio Craſſo, Craſſi ejus, qui apud Parthos exſtinctus eſt, filio.* Inconſtantis ingenii fuit. primum tribunus pleb. quo anno P. Clodius a Milone occiſus eſt, optimatum partes defendit. qua de re ſic Cicero in Bruto: *talis tribunus pleb. fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam a ſenatu, & a bonorum cauſſa ſteterit conſtantius.* Mox, orta inter Cæſarem & Pompejum diſcordia, neutram in partem inclinare viſus eſt. id ſignificat Cicero epiſt. 15. lib. 2. *In repub.* (inquit) *non valde te jactas: diſtrictus enim mihi videris eſſe, quod & bonus civis & bonus amicus es.* Deinde, mutata ſententia, Cæſaris ad partes tranſiit. ex quo illud Ciceronis in Bruto: *Hic cum ſumma voluntate bonorum ædilis curulis factus eſſet, neſcio quomodo diſceſſu meo diſceſſit a ſeſe, ceciditque poſtea, cum eos imitari cœpit, quos ipſe perverterat.* Profectum ad Cæſarem cum C. Curione, ut eum ad civile bellum incitaret ſcripſit Dio lib. 41. Demum a Cæſare ipſo deſcivit: idque cum ipſe declarat epiſt. ultima lib. 8. tum vero Vellejus his verbis: *Accito Annio Milone, qui, non impetrato reditu, Iulianis partibus infeſtus erat, in urbe ſeditionem, aut magis occulte bellicum tumultum movens, primo ſummotus a republ. mox conſularibus armis auctore ſenatu circa Turios oppreſſus eſt.* Cæſar autem planiſſime lib. 3. de bello civ. cujus verba ſubſcribemus: *Romæ M. Cœlius Rufus prætor, cauſſa debitorum ſuſcepta, initio magiſtratus tribunal ſuum juxta C. Trebonii prætoris urbani ſellam collocavit; &, ſi quis appellaviſſet de æſtimatione, & de ſolutionibus, quæ per arbitrum fierent, ut Cæſar præſens conſtituerat, fore auxilio pollicebatur. ab hoc profectus initio, ne fruſtra ingreſſus turpem cauſſam videretur, legem promulgavit, ut ſex penſionibus ſine uſuris, creditæ pecuniæ ſolvantur. cum reſiſteret Servilius conſul, reliquique magiſtratus; & minus opinione ſua efficeret; ad hominum excitanda ſtudia, ſublata priore lege, duas promulgavit; unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit; aliam tabularum novarum: impetuque multitudinis in C. Trebonium facto, & nonnullis vulneratis, eum de tribunali deturbavit. de quibus rebus Servilius conſul ad ſenatum retulit; ſenatuſque Cœlium ab repub. removendum cenſuit. hoc decreto eum conſul ſenatu prohibuit, & concionari conantem de Roſtris deduxit. ille, ignominia & dolore permotus, palam proficiſci ſe ad Cæſarem ſimulavit, clam nunciis ad Milonem miſſis, qui Clodio interfecto, ejus nominis erat damnatus; atque eo in Italiam revocato, quod, magnis muneribus datis, gladiatoriæ familiæ reliquias habebat, ſibi conjunxit.*

De obitu ſic idem Cæſar in eodem loco: *Cœlius, profectus ut ipſe tunc dictitabat, ad Cæſarem, pervenit Turios. ubi, cum quoſdam ejus municipii ſollicitaret, equitibuſque Cæſaris Gallis atque Hiſpanis, qui eo præſidii cauſſa miſſi erant,*

rant, pecuniam pollicitaretur, ab his eſt interfectus. Et Vellejus: *In urbe ſeditionem, aut magis occulte bellicum tumultum movens, primo ſummotus a rep. mox conſularibus armis auctore ſenatu circa Turios oppreſſus eſt.* Dio autem lib. 42. eadem fere quæ Cæſar, de ejus defectione & nece prodidit. At Epitome Liviana his verbis lib. 111. *M. Cœlius Rufus prætor, cum ſeditiones in urbe quam maxime concitaret, novarum tabularum ſpe plebe ſollicitata, abrogato magiſtratu, pulſus urbe, Miloni exſuli, qui fugitivorum exercitum contraxerat, ſe conjunxit. uterque cum bellum molirentur, interfecti ſunt.*

P. VICTORIVS.

Epiſtolas M. Cœlii exiſtimamus nos ſtudioſos animadvertiſſe, quam in vulgatis codicibus mendoſæ, & corruptæ eſſent: cum autem non ejuſdem integritatis in his vetuſtum codicem invenerimus, quam in Ciceronis epiſtolis illum retinere vidimus, etſi multis partibus melior illis ſit: deſerti ea ope non potuimus ea ſanare vulnera, quæ apparent. Quicquid tamen boni potuimus, fecimus, multa quæ trunca, & mutila credimus, nulla nota adpoſita reliquimus: nec enim unum, aut alterum locum ſignare voluimus, reliquos nobis ſuſpectos tranſire, ne videremur illos noſtro judicio confirmaſſe, & probaſſe. Quod ſi cunctis, quibus parum confidimus locis, ſignum adponere voluiſſemus, infinitum fuiſſet, & quædam fortaſſe propter hujus duriorem, & aſperiorem ſtylum immerito a nobis damnata eſſent, quæ recte ſe haberent. Fatemur igitur noluiſſe nos hoc periculum ſubire: eruditis ſuum in hoc judicium relinquimus: noſtrum in re tam dubia & incerta non interponimus. Qui a melioribus codicibus adjuti majorem operam hic navare poterint, magno nos ſibi beneficio obligabunt: ipſi de quibuſdam, & iis quidem majoris momenti eorum quæ immutavimus, rationem, qua ducti id fecimus, adferemus.

EPISTOLA I.

Pag. 440. *DEcedens*] Unde? ab ipſo Cicerone; quem in provinciam euntem proſecutus erat. ſic proficiſcentem Appium in Ciliciam, ſic Valerium Cicero proſecutus eſt: ut epiſt. 10. lib. 3. & epiſt. 6. lib. 13. ipſe Cœlius hoc iter ſignificat, ſubjungens: *Romam cum veniſſem.* *Decedere* autem ſimpliciter accipit Cœlius pro *diſcedere*, ut epiſt. 10. *Mei officii eſt, meminiſſe, qua obteſtatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.* Uſitatius tamen eſt de magiſtratibus e provincia decedentibus: licet privatis quoque accommodetur, ut in oratione pro Quinctio: *Decedit ex Gallia Romam Nævius.*

Data opera paravi] Studioſe paravi: operam dedi, ſtudium adhibui, ut pararem, qui ſic omnia colligeret, atque in commentarium referret, ut verear, ne tu meam ſedulitatem nimis etiam diligentem exiſtimes. *Argutum* enim veteres interdum vocabant, quod ſummam diligentiam argueret. id cognoſcitur ex epiſt. 5. lib. 6. ad Attic. *Velim*, inquit, *obvias mihi litteras quam argutiſſimas de omnibus rebus crebro mittas.* Et lib. 1. de Divin. *Argutiſſima exta, quæ maxime ſignificant.* Libro autem 3. de legib. *Oculi nimis arguti, quod arguant, & quaſi loquantur quemadmodum animo affecti ſimus. Manus minus arguta*, lib. 3. de Oratore, quaſi minus actuoſa, quæ non ſubſequi digitis, neque verba exprimere videatur.

Pag. 441. *Curioſus*] *Curioſi* ſunt, quorum nimia, &, ut Cœliano more loquar, ita arguta ſedulitas eſt, ut vel minima quæque curent.

Deprecor] *Deprecari* interdum eſt, precari, ut aliquid habeamus, ut *pacem deprecari*, epiſt. 24. lib. 12. &, *Te lacrumæ fratris deprecantur*, epiſt. 7. lib. 4. interdum contra, ne habeamus, *ut deprecari exſilium, pœnam*, & ſimilia: quod Ciceroni & aliis frequentiſſimum eſt.

Dele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Delegavi] Mihi a te legatum. Eſt enim *Delegare*, non, ſimpliciter aliquid alicui mandare, ſed id mandare, quod is, qui mandat, facere ipſe debebat. hoc ſignificant loca Ciceronis a me diligenter obſervata. in oratione pro Domo, *Delegavi*, inquit, *amico locupletiori*. Et epiſt. 3. lib. 12. ad Att. *Delegationem a mancipe*. Et ibidem, epiſt. 13. *Balbi regia condicio delegandi*. Et lib. 2. de Orat. *quæ nunc ad me delegare vis, ea ſemper in te eximia & præſtantia fuerunt*.

Tuæ memoriæ dare operam] Ea tractare, quæ tui me oblivisci non ſinant. amici enim cauſſa, qui aliquid agit, ejus memoriæ operam dat.

Edicta] Conſulum & prætorum.

Fabulæ] In ſcena recitatæ. In Bruto: *Docuit primus fabulam Livius*.

Quod exemplum] *Exemplum* eſt imago rei. vocat igitur *exemplum* commentarium rerum urbanarum, quod in eo quaſi quædam civitatis imago eſſet.

Moleſtiam exhibeam] Sic epiſt. 30. lib. 12. *Noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere*.

Minus commode] Minus apte, non non ut oportet. ſic lib. 1. de Oratore: *Oratio commode ſcripta*.

Exiſtimatio] Opinio: ut in oratione pro Cœlio: *Nam, quod de pietate dixiſtis, eſt quidem iſta noſtra exiſtimatio, ſed iudicium certe parentis. quid nos opinemur, audiemus ex juratis: quid parentes ſentiant, lacrumæ matris, ſqualor patris luctuſque declarat*.

Vt nunc eſt] Pro, quomodo nunc ſe res habet. ita locutus eſt ad Atticum, epiſt. 4. lib. 7. & ad eundem epiſt. 28. lib. 12. Similiter ad eundem epiſt. 2. lib. 13. *Quo modo nunc eſt*. Et Acad. 4. *Vt quidem ſe nunc cauſſa habet*. Terentius autem in Heaut. *Vt diei tempus eſt*.

De comitiis tranſpadanorum] Vt quattuorviri, qui ſummus erat in municipiis magiſtratus, crearentur. In Gallia tranſpadana, Cæſaris provinciæ parte, Latinæ coloniæ erant omnes, jure Latii (ut Pedianus docet) lege Pompeja accepto. Cæſar iis jam ante, quam ædilis eſſet, civitatem dari voluit: de quo Suetonius his verbis: *Colonias Latinas, de petenda civitate agitantes, adiit: & ad audendum aliquid concitaſſet, niſi conſules conſcriptas in Ciliciam legiones paulliſper ob id ipſum retinuiſſent*. Hoc autem anno, quo Cœlius hanc epiſtolam ſcripſit, in municipiorum formam tranſpadanas colonias redigi, creatis quattuorviris, qui erant idem in municipiis, quod Romæ conſules, aut ſtuduit Cæſar, aut ſtudere creditus eſt. municipia vero civitatem ſine ſuffragio primis temporibus, hoc tempore ſuffragii jus cum civitate habebant. hujus rei veſtigium exſtat epiſt. 2. lib. 5. ad Att. *Erat*, inquit, *rumor de tranſpadanis, eos juſſos quattuorviros creare. quod ſi ita eſt, magnos motus timeo*. Hac tota de re Sigonius egregie lib. 3. de antiquo jure Italiæ.

Cumarum tenus] Cumas uſque pervenerunt, ultra progreſſi non ſunt. ultra Cumas nihil de tranſpadanorum comitiis auditum eſt.

Pag. 442. *Auditionem accepi*] Durior & horridior interdum Cœlius eſt in explicanda ſententia. quis enim ſic loquatur, *Ne tenuiſſimam quidem auditionem de ea re accepi*, pro, nihil prorſus audivi? fortaſſe hoc illud eſt, cur in eo ſordes verborum Tacitus appellet, & ſubjungat, *Amarior Cœlius*: & Quinctilianus aſperitatem ei tribuat in dicendo.

Marcellus] Conſul cum Sulpicio. jam erumpebat inter Cæſarem & Pompejum diſcordia, ſero nimis opes Cæſaris timente Pompejo: qui proximo anno conſul tertium pugnaverat, ut abſens Cæſar conſulatum petere poſſet; contra quam legibus cautum erat. epiſt. 6. lib. 6. & ad Attic. epiſt. 1. lib. 7. & epiſt. 3. lib. 8.

De ſucceſſione Galliarum] Ut Cæſari ante legitimum diem ſuccederetur. erat enim hic octavus Cæſaris annus in adminiſtratione Galliarum, imperio decem annorum ei conceſſo; quinquennio uno lege Vatinia, ipſo Cæſare cum Bi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

bulo conſulatum gerente; altero lege Trebonia, Pompejo & Craſſo coss. quam Pompeji & Craſſi legem, quod eam ex conſulum voluntate Trebonius tribunus pl. tulerat, Hirtius vocat lib. 8. belli Gal. *Marcellus (inquit) proximo anno cum impugnaret Cæſaris dignitatem, contra legem Pompeji & Craſſi retulerat ante tempus ad ſenatum de Cæſaris provinciis.*

In Kal. Jun.] S. C. de Gallis, non Kalendis Jun. ſed pridie Kal. Oct. referente Marcello, factum, miſit Ciceroni Cœlius. epiſt. 8.

Diſtulit] Epiſtola ſequenti: *Marcelli impetus reſederunt, non inertia, ſed, ut mihi videbatur, conſilio.*

Sermones rep. eſſit] Cum, eum ſtatim de Galliis relaturum, homines loquerentur. *Sermones retundere*, dixit epiſt. 6. Sed, *Reprimere*, Ciceronianum eſt. epiſt. 8. lib. 3.

Offendiſti] Offendit eum Tarenti, & cum eo decem dies fuit. epiſt. 2. lib. 8. & epiſt. 6. lib. 5. ad Att.

Aliud ſentire, & loqui] De ſimulatione Pompeji, epiſt. 5. lib. 1. & epiſt. 9. lib. 4. ad Attic. & ultima l. 3. ad fratrem: *Velit, nolit, ſcire difficile eſt.*

Perſcribas] Perſcribere noluit Cicero: reſcripſit enim, *Cum Pompejo nullis in aliis, niſi de repub. ſermonibus verſatus ſum: quæ nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda ſunt. tantum habeto, civem egregium eſſe Pompejum & ad omnia, quæ providenda ſunt in repub. & animo & conſilio paratum.*

Suſurrationes] Incertis auctoribus. nam, ſi quid eſſet certius, ſuſurrationes non eſſent, quæ paucorum ſermones ſunt, ſed rumores inter omnes. Paullo poſt: *Hæc inter paucos ſecreto narrantur.*

Apud Bellovacos] Cum quibus hoc anno bellum Cæſar geſſit. Hirtius lib. 8. bel. Gal.

Neque hæc incerta] Neque tamen hæc, quæ ſunt incerta, vulgo jactantur, ſed narrantur inter paucos, male in Cæſarem animatos. Paullo ante: *Suſurrationes dumtaxat veniunt.*

Vulgo jactantur] Quibus de rebus diſſipatus rumor eſt, eæ res vulgo jactari dicuntur. Livius lib. 9. *Ob hæc vulgo jactata populus Romanus bellum fieri Æquis juſſit.* & lib. 38. *Jactata ſermonibus res apud Romanos.* Eodem verbo in eadem ſententia Cæſar uſus lib. 1. de bel. Gal. Suetonius autem ſæpiſſime.

Pag. 443. *Quo tu noſti*] Cæſaris inimicos, Bibulum, Catonem, Domitium, præcipuos optimatum duces contra Cæſaris Pompejique potentiam. quamquam Pompejus, qui Cæſaris opes auxerat, eaſdem ſero timens, de revocando ex Galliis Cæſare cum optimatibus cœperat cogitare.

At Domitius] L. Domitius Ahenobarbus, conſularis, acerrimus Cæſaris adverſarius. In prætura conatus eſt, quæ conſul Cæſar egerat, infirmare. quod cum obtinere nequiviſſet, biennio poſt conſularis candidatus palam minatus eſt, conſulem ſe effecturum, quod prætor non potuiſſet, adempturumque ei exercitus. quo metu Cæſar operam dedit, ac perfecit, ut, detrudendi Domitii cauſſa, Pompejus & Craſſus conſulatum peterent. Suetonius.

Manus ad os appoſuit] Eorum more, qui ſecreto aliquid narrant. Subaudiendum videtur, *quam hæc libenter narrat.*

Subroſtrani] Infimi ordinis homines, ſub Roſtris verſari ſoliti. Livius humillimam plebem, forenſem factionem, ac turbam vocat lib. 9.

A Q. Pompejo] Rufo, Sullæ dictatoris ex filia nepote, P. Clodii familiariſſimo. tribunus pl. anno proximo cum T. Munatio Planco & C. Salluſtio collegis, inimiciſſimas de Milone, ob Clodii necem, conciones habuerat, Ciceroni etiam, quod Milonem defenderet, invidiam concitarat. damnatus eſt ipſe primum, deinde Plancus, quod eorum concionibus incenſa plebs, Clodii corpore in curiam illato, curiam ipſam cremaſſet: quo igne Porcia quoque baſilica flagravit: ex quo non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

non modo Sex. Clodium ejus auctorem ſeditionis, verum & multos ex factione Clodiana, præcipue vero Q. Pompejum, & T. Plancum lege Pompeji Magni de vi condemnatos eſſe, Dio Pedianuſque declarant. Illud quaſi ἐν παρέργῳ addam, Latinam Dionis verſionem emendandam, in qua Pompejus hic Sullæ ſororis filius vocatur: cum dixerit Dio, Σύλλου θυγατριδοῦς, id eſt Sullæ ex filia nepos. idque Pedianus, & epitome Liviana lib. 77. confirmat. pater ejus, Q. Pompeji Rufi, Sullæ in conſulatu collegæ, filius in ſeditione a tribuno pl. P. Sulpicio excitata, occiſus eſt.

Pag. 444. *Baulis*] Vbi Romanis exulibus per leges licebat eſſe. hoc enim jus, teſte Polybio, fœderatæ civitates habebant; in quibus fuiſſe Bauli videntur, cum ab eo Neapolis, Præneſte, Tibur, propinqua Baulis opida, nominentur.

Embæneticam facere] Ἐμβαίνειν eſt navem conſcendere: Ex quo, *Embæneticam facere*, pro conſcendendi artem exercere. maritima fortaſſe mercatura victum ſibi Pompejus exſul comparabat, ad inopiam redactus, ut ex eo, quod ſequitur, liquet, *Vt ego miſererer ejus eſuriei*. Sunt, qui malint, *Embaticam*: ut maritimum Pompeji latrocinium ſignificetur: ἀπὸ τοῦ ἐμβαίνειν: unde ἐμβάτης, ſicut ἐπιβάτης, & ἀναβάτης: & inde ἐμβατικὸς potius, quam ἐμβαινετικός. Turnebus legebat, *Epineticam*, a verbo πεινᾶν, quod eſt eſurire: ut Q. Pompejum dicat eſuriendi artem facere.

Vt ego miſererer ejus eſuriei] Ita mi-ſertus eſt, ut eum in judicio adverſus Corneliam, ejus matrem, defenderit: quod eo laudabilius fuit, quia Q. Pompejus, hoc ipſo Cœlio accuſante damnatus, exſulabat. Vide Valerium Maxim. lib. 4. cap. 2.

Hoc mendacio ut defungeremur] Pro, *Defungereris*. amoris enim cauſſa, quod inius Ciceronis erat, ſibi quoque communicat, ex vetere proverbio, *Amicorum omnia communia*. Defungitur autem is, qui evadit, & periculo liberatur. Pro Roſcio Amerino, pro Sextio & Virgil. lib. 6.

O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

Optavi, igitur, ut defungeremur, ut tuti jam eſſemus ab omnibus ſi quæ tibi impenderent pericula: ut hoc mendacium finis & quaſi defunctio eſſet omnium periculorum.

Pag. 445. *Plancus tuus*] Ingenio Cœlius fuit ad jocandum proclivi: quod & Quinctilianus animadvertit in ejus orationibus, & omnes, quæ nunc leguntur, ab eo ſcriptæ ad Ciceronem epiſtolæ demonſtrant. *Tuus*, hic dixit, cum ironia: quod Plancus Burſa Ciceronis eſſet inimiciſſimus, nec injuria, quod eo accuſante (ut Dio tradidit) de vi condemnatus eſſet. Vel, *Tuus*, quod Ciceronem, in quem inveheretur, delegerat. operæpretium eſt legere, quæ de eo ad Marium ſcripſerit, epiſt. 2. l. 7. & epiſt. 10. lib. 9. & Philippica 13. frater fuit L. Planci oratoris, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ, & ipſius ad Ciceronem, lib. 10. Pedianus in argumento Milonianæ.

Ravennæ] Vmbrorum colonia fuit, Strabone teſte lib. 5. in Gallia ciſpadana, quæ Cæſaris provinciæ pars fuit; extra Italiæ terminos. nam Galliæ provinciæ initium ad ſuperum mare Ravenna fuit, ad inferum Luca, ipſa quoque colonia, ut oſtendit Vellejus. Vt igitur Q. Pompejo Baulis, in fœderata civitate, ſic Planco Ravennæ, quæ colonia Latina fuit, non civium Romanorum, eſſe licuit. Latinæ enim coloniæ ſuis legibus, iiſdem ſcilicet, quibus vetus Latium, Romanæ vero Romanis utebantur.

Congiario] Munere. nam, quia congii menſura muneri populo primis temporibus datum eſt, hinc ad omnia munera, etiam pecuniaria, *Congiarii* nomen tranſiit. Quod Ciceronis, Suetonii, Plinii, aliorum exempla ſignificant.

A Cæſare] Quod L. Planci frater eſſet, Cæſaris in Gallia legati. lib. 1. & 5. de bel. Gal.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Nec beatus] Quod æris alieni tantum antea contraxiſſet, ut, accepto magno congiario, minime tamen abundaret. Locupletes interdum *Beatos* & Cicero, & alii appellant.

Nec bene inſtructus] Tantum abeſt, ut beatus, ut nec bene inſtructus ſit. Erat igitur ſimilis duorum exſulum, Ciceronis inimicorum, conditio; cum illum eſurire, hunc bene inſtructum non eſſe, Cœlius dicat.

Politici libri] Sex libri, in quibus formam Cicero expreſſit ejus reipubl. quæ ut apud Auguſtinum in libris de civitate Dei ſcriptum animadverti, a ſecundo bello ad Ti. Gracchi tribunatum, id eſt ad Africani minoris interitum floruerat: ipſumque Africanum cum C. Lælio, M. Manlio, P. Furio Philo, conſularibus viris, diſputantem de optimo ſtatu civitatis induxit; probavitque ceteris rebus publicis ideo Romanam antecellere, quod ex triplici genere, regio, optimatum, populari, temperata, nullam neque domeſticæ juſtitiæ, neque bellicæ rei partem deſideraret: cum in ſingulis generibus aliquid ineſſet vitioſum, quod exitium civitatibus afferre poſſet: confuſis autem omnibus, perfectum quiddam exſiſteret, quo reipub. ſalus & incolumitas conſervaretur. Appellat eos, de optimo civitatis ſtatu, in primo de legibus: de optima republ. in tertio. Scripſit eos ab exſulio reſtitutus, poſt Appium & Domitium coss. in extrema epiſt. 9. lib. 1. ubi ſua ſcripta commemorat, nullam omnino de his libris mentionem facit: puto, quod abſoluti non eſſent: inſtitutos enim eo anno, videtur indicare epiſt. 5. lib. 3. ad fratrem. Horum librorum fragmenta, quaſi tabulas naufragio disjectas collegit diligentiſſime, natus ad illuſtrandam antiquitatem, omnique prorſus ingenii ac probitatis laude cum ipſa antiquitate conferendus, merito mihi & ſua virtute, & ſingulari erga me ſtudio cariſſimus, Carolus Sigonius: cujus etiam induſtriæ atque doctrinæ non ſolum argumenta cujuſque de rep. libri, ſed etiam obſcurorum locorum, quicumque in omnibus Fragmentis, doctorem lumenque requirebant, explanationem veriſſimam ac diſertiſſimam debemus.

Omnibus vigent] Attico maxime: ad quem epiſt. 1. lib. 6. Cicero ita ſcripſit: *Sex libris, tamquam prædibus, me ipſe obſtrinxi: quos tibi tam valde probari gaudeo.* Et ad eundem, epiſt. 3. ibidem: *Reliqua plena adhuc & laudis & gratiæ, digna iis libris, quos tu dilaudas.*

EPISTOLA II.

Pag. 446. *Certe, inquam*] Quod inopinata res acciderat, quam vix Cicero crediturus eſſet, qui Meſſallam corruptis pecunia comitiis factum eſſe conſulem plane noſſet, ab affirmatione orditur.

Me repræſentante] Sic aliquot antiqui libri: alii, *Me repræſentare:* nonnulli, *Me prehenſante:* quod non diſplicet. putat aliquis, *Matre prehenſante:* quæ fuit ſoror Hortenſii oratoris. ego nihil affirmo.

Pronunciatum eſt] Latis ſententiis, pronunciabat ex lege prætor, quod judicum major pars judicaſſet. majore ſententiarum numero vel abſolvebatur, vel condemnabatur reus: ſi par erat, nihilominus abſolvebatur: quod oratio docet pro Cluentio. ex pronunciatione igitur prætoris, abſolutum ſententiis omnibus Meſſallam, cognitum eſt.

Ordinibus] Aurelia lege, quam Hortenſio & Metello coss. tulit L. Aurelius Cotta prætor, tres ordines judicare cœperunt, ſenatores, equites, tribuni ærarii: cum equites antea lege Cornelia L. Sullæ per annos decem turpiter judicaſſent. Pedianus, & in noſtro de Romanis legibus libro copioſe.

Vide modo inquis] Dum nimis amat brevitatem Cœlius, obſcurat ſæpe ſententias: quod in Thucydide vitium Cicero notavit. videtur tamen fingere dicentem Ciceronem: *Vide modo,*

modo, Cœli: non de Meſſalla bene homines exiſtimant? non ejus patet innocentia? Reſpondet Cœlius: *Non mehercules, &c.*

Validiſsime] Pro, *Valdiſsime.* nam, *Valde* fit a *Valide.* Unicum adhuc invenimus exemplum, quod recitat Cariſius ex divi Hadriani orationum 12. *A vobis* (inquit) *P. C. peto & impetratum validiſsime cupio, ut proxime imaginem Auguſti argenteum potius clupeum, ſicut Auguſto, ponatis.*

Ad dolendum] Vt ejus vicem dolerem, eique dolorem meum vultu & verbis declararem: quod officium amicitia poſtulat.

Captus] Vt iis, qui capiuntur, itidem mihi, rei novitate, & hujuſce non expectato judicii eventu, perculſus affectuſque animus eſt. prorſus me ſtupor oppreſſit.

Corripuerunt] Reprehenderunt. ſic locutus epiſt. 9.

Pag. 447. *Relictus lege Licinia*] De ambitu abſolutus, cui pœnam irrogabat Licinia lex.

Majore periculo] Elapſus enim priore judicio non ſua innocentia, ſed judicum ſordibus, accuſabitur de corruptis judiciis, majore periculo, quam de ambitu. damnatum oſtendit epiſtola quarta.

Poſtridie ejus abſolutionis] *Poſtridie ejus diei*, dixit Sulpicius epiſt. 12. lib. 4. & Cæſar lib. 1. bel. Gal. *Poſtridie ludos*, Cicero ad Atticum: *Poſtriduo*, pro Poſtridie, Plautus: *Poſtridie*, ſimpliciter Cicero.

Theatrum Curionis] Non erit hujus theatri, quod in funebri patris munere Curio dedit, injucunda cognitio. ſic enim a Plinio deſcribitur lib. 36. c. 15. *Theatra duo juxta fecit ampliſsima, e ligno, cardinum ſingulorum, verſatili ſuſpenſa libramento: in quibus utriſque, antemeridiano ludorum ſpectaculo edito, inter ſeſe averſis, ne invicem obſtreperent ſcenæ, & repente circumactis, ut contra ſtarent, poſtremo jam die deſcendentibus tabulis, & cornibus inter ſe coeuntibus faciebat amphitheatrum, & gladiatorum ſpectacula edebat.*

Hortenſius] Quo defendente impunitatem Meſſalla erat aſſecutus. avunculum ejus fuiſſe, & Valerius oſtendit lib. 5. cap. 9. & Plutarchus in Sulla.

Vt ſuum gaudium gauderemus] Vt ſua lætitia lætaremur. ſic & *Saltare ſaltationem*, in oratione Scipionis Æmiliani contra Ti. Gracchum, apud Macrobium lib. 3. Sat. & *Dolere dolorem*, & ſimilia.

Hic tibi] Pro, *Tunc.* nam *Tibi*, ornamenti cauſſa poſitum, ut epiſt. 2. lib. 9.

Tonitruum] Cum e ſtrepitu, fremitu, clamore quiddam tonitrui ſimile fieret.

Rudentum] Rudere, aſinorum more, homines ſolent, cum aliquem contumelioſo ludibrio vexant.

Sibilus] Cum & ruderent ſimul, & exſibilarent Hortenſium. fortaſſe autem, *Rudentum ſibilus*, ideo conjunxit Cœlius, quod illud Pacuvii memoria teneret, *Rudentiſibilus*, notatum a Varrone lib. 4. de lingua Lat. antiquitatem enim paullo etiam magis, quam decuit, imitari Cœlio placuit: quod a Tacito & Quinctiliano reprehenſum videmus.

Intactus a ſibilo] Ingredientes in theatrum ſibilo excipiebantur ii, de quibus bene populus non exiſtimaret. de quo in oratione pro Sextio: *Qui rumore, & favore populi tenetur & ducitur, plauſum immortalitatem, ſibilum ei mortem videri neceſſe eſt.* Et ad Att. epiſt. 19. 21. lib. 2.

Viciſſe] Obtinuiſſe, ut Meſſalla abſolveretur.

Marcelli] Conſulis.

Impetus] De ſucceſſore Cæſari in Gallias mittendo. epiſt. 1.

Reſederunt] Quieverunt, ſedati ſunt. *Timor animi reſedit*, in Tuſculana 3.

Conſilio] Quod adverſari ſuis conſiliis alterum conſulem Sulpicium cum intelligeret, exitum rei deſperaret. ait enim in Julio Suetonius: *Summa ope Marcello reſtitit, partim per Ser. Sulpicium, alterum conſulem, partim per interceſſo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

terceſſores tribunos. Et Epitome Liviana lib. 107. *Contentiones inter conſules de ſucceſſore C. Cæſare mittendo.* Hirtius autem lib. 8. de bello Gallico: *Cum de Cæſaris provinciis Marcellus ad ſenatum retuliſſet, ſenatus eum diſceſſionem facientem frequens reliquit.* Cicero etiam epiſt. 1. 2. 3. lib. 4. *ait eum defenſorem pacis in conſulatu fuiſſe.*

Incertiſſima eſt exiſtimatio] Prorſus ignoratur, qui conſules futuri ſint.

Ego] Petebat hoc anno Cœlius, & obtinuit ædilitatem.

Nobilem] C. Hirrum, qui nondum ædilicius auguratum cum Cicerone conſulari petere auſus erat.

Nobilem agentem] Non vere nobilem, ſed qui ſe nobilem fingeret.

M. Octavius] Qui cum Cœlio ædilis curulis videtur creatus. epiſt. 21. lib. 5. ad Att.

Cn. F.] Patris nomen addit, ut eum Cicero agnoſcat. ex quo patet de eo dici, non de Hirro, *Nobilem agentem.*

Pag. 448. *C. Hirrus*] Luccejæ gentis. nominatur in ſenatus conſulto, epiſt. 8.

Propter Hirrum] Cujus repulſæ nuncium avide a te exſpectari ſcio: cur? quia Ciceronis competitor fuerat in auguratu. epiſtola ſequenti, & 9.

Pantheras] Quas e Cilicia mitti a Cicerone cupiebat, ut eas populo ſuis ludis daret. binos ludos ædiles dabant, Megaleſia, & Romanos: in quibus varia beſtiarum genera, maximeque ſi poſſent, inuſitata, quo populus jucundiore ſpectaculo frueretur, offerebant. in iis pantheræ fuere, Africanæ, & Græcæ, id eſt ex iis regionibus advectæ, quarum incolæ Græce loquerentur: in quibus Cilicia, Ciceronis provincia fuit. ideo epiſt. 6. *Turpe*, inquit, *tibi erit, pantheras Græcas me non habere.* epiſt. 4. 6. 8. 9. & epiſt. 11. lib. 2. & epiſt. ultima lib. 5. ad Att. prima lib. 6. ad eundem.

Syngrapham Sittianam] Ex qua exigeretur a Sittio pecunia, quam in ædilitatis impenſas Cœlius erogaret. epiſt. 4. 8. 9.

Commendo] Ne ſolutio differatur.

EPISTOLA III.

EST ne] Quam acuto atque urbano Cœlius ingenio fuerit, ex epiſtolarum principiis intelligitur: ſalis enim aliquid omnia fere habent. Eſt ne? inquit: non id præſto, quod tibi diſcedenti promiſeram, quod tu fore negabas, ut crebro litteras mitterem?

Vici] Quaſi contentio fuerit inter eos, cum Cœlius de litterarum crebritate affirmaret, Cicero negaret.

Delectem otiolum meum] Qua ratione, quod vacui temporis conceditur, jucunde traducam non habeo. *Otiolum* vocavit, ut occupationes oſtenderet ſuas, de quibus etiam in epiſt. 1.

Vacanti] Non occupato, *cum vacarem a negotiis, cum vacuus eſſem,* ſic Cicero in epiſt. 30. lib. 12.

Id otii tempus] Id temporis, dum otioſus eram.

Pag. 449. *Sed Romæ*] Vt non mihi ſoli, ſed univerſæ civitati, te abſente, ſolitudo videatur eſſe.

Et qui, quæ mea negligentia eſt, multos ſæpe dies ad te, cum hic eras, non accedebam, nunc, quotidie non eſſe te, ad quem curſitem, diſcrucior] Plautina ſententia in Capt. *Tum denique omnes noſtra intelligimus bona, Cum, quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.*

Curat] Argute. nam, quia cum Cicerone coram de Hirro jocari, ejuſque ineptias ac ſtultitias ridere cupiebat, ideo *Curat*, inquit, *Hirrus, ut te dies noctesque quæram.* Plus autem eſt *Curat*, quam *Facit*, aut *cauſſa eſt*: quaſi dicat: in hac petitione ita multa agit inepte, ita ſtulte, ut curare de induſtria videatur, ut ego tecum ſim, quo illum ridere poſſimus.

Auguratus] Augur Cicero fieri noluit ante exſilium ſuum: reverſus in patriam, ne calamitas dignitatem ejus minuiſſe videretur, ſtuduit quam ornatiſſima ſenatus populique Romani de ſe judicia intercedere: quod ipſe ad Catonem ſcribit epiſt. 4. lib. 15. Augur autem in locum P. Craſſi, Marci filii, a Par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

a Parthis interfecti, creatus eſt Plutarcho teſte; nominatus, de more, a duobus auguribus, Pompejo Magno & Q. Hortenſio oratore. Philippica 2. & in Bruto. qui fuit annus urbis DCC. Domitio & Meſſalla coss.

Nam mea] Nam mea quidem cauſſa ideo minus cupio, quam tua, quia, ſi ædilis fiam, forſitan cum locupletiore referam, id eſt, cum aliquo fiam, qui divitiis Hirrum ſuperet: quod e re mea non erit. opibus enim certandum erit in ſumptu ludorum. Ædiles cur. ludos dabant magnificentiſſimos. lib. 2. Off. & pro Murena, & Valerius Max.

Hoc] Vt ille repulſam ferat.

Sed tanti] Tanti ne, dices, hoc eſt, ut ſi acciderit, propterea nobis tota vita riſus deeſſe non poſſit? mehercule tanti eſt. ita enim multa, quæ merito rideantur, quotidie committit, ut inde nobis perpetuam ridendi materiam capere liceat.

Eorum odia, quæ Hirrum premunt] Si dixiſſet, *Ea odia*, uſitate dixiſſet: cum vero dixerit, *Eorum*, Latini ſermonis ratio, *Qui*, poſtulat potius quam, *Quæ*. Sed eſt hoc Cœlianum dicendi genus, id eſt plane durum & aſperum, notatum etiam, ut jam oſtendimus, a Quinctiliano & Tacito. Eandem ſolœciſmi ſpeciem agnoſco in epiſtola ſequenti, cum dixit: *In evitandis his conſiliis, qui ſe intenderant adverſarios in ejus tribunatum.* Quo in loco poſtulabat uſus Latinæ linguæ, *In evitandis eorum conſiliis.* Verum, qui ea legerit, quæ de Cœlii eloquentia, ante hujus libri interpretationem, ex antiquorum teſtimonio præfati ſumus, accuratam a Cœlio dictionem valde non exſpectabit.

Sublevat] Licet Octavius gratia non valeat, non ideo tamen fit, ut ea, quæ Hirrum premunt, odia minuantur. optabile ſolet eſſe, ut competitorem non gratioſum habeamus, quo facilius ad nos populi ſtudium inclinet. hoc Hirro contigit, ut inops ab amicis & exiſtimatione ſit Octavius: nec tamen ideo, quæ Hirrum premunt, odia levantur.

Ad Philotimi liberti] T. Annius Milo, quo tribuno pl. præter ceteros adjuvante in patria ab exſulio Cicero redierat, anno proximo de vi reus ob necem Pub. Clodii, cum legis pœnam, id eſt exſulium, bonorumque omnium publicationem timeret, cepit hoc, auctore in primis Cicerone, conſilium, ut, ſi judicio damnaretur, quam damnationem publicatio bonorum ſequebatur, ejus bona Philotimus, Terentiæ Ciceronis libertus, in auctione emeret, ea condicione, ut ſi quando ipſe recuperandi facultatem nactus eſſet, Philotimus reſtitueret, ipſique Philotimo tantum pro fide ac ſedulitate, quaſi mercedis loco Milo perſolveret, quantum Cicero æſtimaſſet. quod Cœlius a ſe curatum ſcribit, Ciceronis, opinor, litteris rogatus, ex itinere miſſis. nam Brundiſii cum eſſet, hac ipſa de re ſic ad Atticum ſcripſit epiſtola 8. lib. 5. *Romæ acceperam litteras, Milonem meum queri per litteras injuriam meam, quod Philotimus ſocius eſſet in bonis ſuis. id ego ita fieri volui, de C. Duronii ſententia, quem amiciſſimum Miloni perſpexeram.* Et paullo poſt: *Philotimus, ut ego ei coram dixeram, mihique ille receperat, ne ſit invito Milone in bonis.* Nunc ad Cœlii verba veniamus.

Liberti] Terentiæ Ciceronis uxoris epiſt. 4. & 5. lib. 6. ad Attic. & alibi.

Pag. 450. *Officium*] In conſervandis Milonis bonis magna fide ac ſedulitate.

Bona Milonis] Vt Miloni reſtituerentur; quod & ad Atticum antea, ut oſtendi, & (opinor) ad Cœlium ſcripſerat.

Dedimus operam] Tum, ut Ciceroni obſequeretur, id per litteras roganti; tum etiam, quia Milonem ipſe diligebat: quem antea tribunus pl. de vi reum, ob necem Clodii defendit acerrime. Cicero pro Milone, Pedianus.

Quam honeſtiſſime] Fuit enim honeſtiſſimum, ac maxime decuit, ab eo ſatisfieri Miloni abſenti, id eſt ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

reſtitui, quæ, cum Milonis damnati bona in auctione venirent, emerat. ſic lib. 2. Off. *Exiſtimavi, honeſtiſſime moleſtias deponi poſſe, ſi me ad Philoſophiam retuliſſem.*

Miloni abſenti] Maſſiliæ exſulabat. Pedianus, Dio, & alii.

Ejuſque neceſſariis] Ad quos Milo ſcripſerat, ut a Philotimo ſua bona redimerent. vide epiſt. 8. lib. 5. ad Attic. ex qua epiſtola ſatis conſtat, ipſum etiam Ciceronem partem Milonis bonorum, emptam in auctione, poſſediſſe: de qua parte recuperanda non videtur Milo laboraſſe, vel amicitiæ cauſſa, vel quod pecuniis, ut arbitror, non abundaret.

Æſtimatio tua] Æſtimaverat Cicero, quantum Philotimo, pro ejus fide ac ſedulitate Milo daret: idque ipſe Philotimo promiſerat: itaque ſic ad Atticum ſcribit: *Statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur.* quo in loco vide quæ diximus in Commentario.

Aliquod σύνταγμα] Si Latine vertas, proprie σύνταγμα *compoſitio* eſt, a συντάττω. liber ſignificatur accurate ſcriptus. nam ὑπόμνημα, Latine *commentarius*, ex tempore & ſine ſtudio conficitur. epiſt. 44. lib. 12. ad Attic. *Ego hic duo magna συντάγματα abſolvi.* quo loco duos Academicos, & quinque de Finibus libros indicat. Et Simplicius ἐν τῷ α τῆς ἀκροάσεως, ἀκροαματικὰ, καὶ συνταγματικὰ, ait eſſe σπουδαιότερα.

Homini non inepto] Cum joco dixit: quaſi qui aliena induſtria ſui nominis famam quærat, non ineptus omnino ſit.

Monumentis] Scriptis. alibi, *Litterarum monumenta, annalium monumenta.*

Exſtare] Subauditur, *in mentem venit:* id eſt ideo venit hoc in mentem, ut exſtaret aliquod e ſcriptis tuis, quod poſteris etiam noſtram amicitiam declararet.

Noſtræ amicitiæ] Ut impetret. non inquit, me gloriæ ſtudium, ſed teſtificandæ apud poſteros amicitiæ noſtræ cupiditas in hanc mentem adduxit.

Omnem noſti diſciplinam] Omnem doctrinam ſcientia comprehendiſti.

Genere] Quod argumentum deligas, monendus non es: genus tamen id ſit, quod nec a mea perſona alienum videatur, & aliquid doceat, quo libentius legatur.

EPISTOLA IV.

Pag. 451. *MEſſallam*] De quo epiſt. 2. Cognomen a Meſſana capta: ideo ſcribitur geminata *l*, quod lapides Capitolini veteres, præterea nummi ſervant: idque poſtulat analogia. Sic enim a Meſſana deducitur *Meſſalla*, ut a Corona *Corolla*, Catena *Catella*, Fiſcina *Fiſcella.*

Condemnatum] Ideo dixit epiſt. 2. *Relictus lege Licinia, majore eſſe periculo videtur.*

C. Marcellum] M. Marcelli, ut ait Suetonius, fratrem patruelem: quem nemo conſulem exſpectabat. ex quo illud in epiſt. 2. *De comitiis conſularibus incertiſſima exiſtimatio eſt.*

M. Claudium] M. Claudius conſul erat hoc anno cum Ser. Sulpicio. itaque nec in eum repulſæ, nec accuſationis mentio convenit. niſi ſi alium M. Claudium putemus intelligi. quod ſi ita eſſet, omnino diſtinguendi gratia, vel cognomen, vel patris prænomen, vel notam aliquam Cœlius addidiſſet. placet igitur, quod Corradus ſenſit, *Calidium*, pro Claudio, & *Galliis*, pro Gallis: ut ſit M. Calidius orator, a duobus fratribus Galliis accuſatus. quod eo veriſimilius videtur, quia ipſe quoque eorum alterum, Q. Gallium, accuſaverat, quem Cicero defendit. conſtat ex libro de claris oratoribus, in quo ſunt hæc: *Memini, cum Marcus Calidius in accuſatione ſua Q. Gallio crimini dediſſet, ſibi eum venenum paraviſſe, idque a ſe eſſe deprehenſum.* idem legimus in Valerio lib. 8. cap. 10. idem hic epiſt. 9. Cœlius ſignificat his verbis: *Calidius in defenſione ſua fuit diſertiſſimus, in accuſatione ſatis frigidus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Sunt, qui legant, *A Galliis duabus:* & M. Claudium putent ab ulteriore & citeriore Gallia accuſatum, in quo primum diſcedunt & a Mediceo, & plane a ſcriptis omnibus libris, in quibus eſt, *Duobus*, non *Duabus:* deinde nulla nituntur hiſtoria. nam ſi accuſatur a provinciis, certe repetundarum. utrique igitur Galliæ præfuerit, neceſſe eſt, quod nemo prodidit. nec omnino cuiquam, ante C. Cæſarem, adminiſtrationem utriuſque Galliæ mandatam exiſtimo.

Poſtulatum] Reum factum. epiſt. 6. 8. 12.

A repulſa] Poſt repulſam conſulatus. prætor enim Calidius fuerat Lentulo & Metello coss. oratio demonſtrat in ſenatu habita poſt reditum.

Poſtulatum] Fortaſſe de ambitu: ſiquidem poſt repulſam poſtulatus eſt.

Dolabellam] Corneliæ gentis, patriciæ; qui poſtea gener fuit Ciceronis. Accuſavit Appium de ambitu epiſt. 6.

XV. *virum*] XV. viri cuſtodiebant libros Sibyllinos, a Cumæa Sibylla, Priſco regnante, Romam allatos. *fatales* vocabantur, quod fata, id eſt immutabilem Jovis voluntatem, prædicerent. ad eos, quaſi ad Oraculum, XV. viri adibant, cum dii immortales publice conſulendi eſſent. hiſtoriam Gellius lib. I. cap. 9. ex antiquis annalibus expoſuit. Dio lib. 39. Sacerdotes nominat cuſtodes horum verſuum, Cicero interpres, lib. I. de Divin. Quo in loco *decemviri*, non *quindecimviri*, appellantur. ſed veritatem aperit diſtinctio. nam ſuperioribus temporibus decemviri Sibyllinos libros cuſtodiebant: Ciceronis ætate, atque etiam poſt aliquot ſæcula quindecimviri. quod Auſonii Poetæ in Grypho verſibus conſtat:

Atque trifatidicæ nomen commune Sibyllæ,
Quarum tergemini fatalia carmina libri,
Quos terquinorum ſervat cultura virorum.

Suetonius *fatales libros* vocat.

Lentuli Cruris] Hic eſt opinor, L. Lentulus Cruſcellus, qui anno ſequenti conſul deſignatus eſt. potuit enim & *Crus* & *Cruſcellus* indifferenter nominari.

Pag. 452. *Deſcenderat*] In campum Martium, ubi comitia creandis ſacerdotibus lege Atia fiebant: cum eam poteſtatem T. Atius Labienus a collegis ad populum tranſtuliſſet. qua tota de re diximus in libro de Legibus.

Noſtri equites] Quorum ſtudia Cœlius amiciſſimo ſuo Dolabellæ adjunxit. *Noſtri* autem, quia Cœlius & Cicero equeſtri loco nati, id eſt parentibus, qui ſupra equeſtris ordinis gradum, id eſt ad Senatoriam dignitatem, numquam adſcendiſſent.

Tribunum pl. deſignatum] Ergo comitia tribunicia ante prætoria & ædilicia fiebant; quæ nondum eſſe facta, paullo poſt manifeſtum eſt. ante conſules etiam deſignabantur tribuni pl. quod epiſtola prima ad Atticum teſtatur: primique omnium magiſtratum inibant IV. id. Dec. cum reliqui omnes magiſtratus Kal. Jan.

Condemnatum] De ambitu, quod tribunatum pl. largitione conſecutus eſſet.

Magnum metum] Quod inquieto eſſet ingenio, & ab eloquentia paratus. Cœlius tamen, eum propter amicitiam excuſans, ait: *Qui eum facilitatemque ejus non norunt.*

Vt ſe fert ipſe] Vt ſe oſtendit, ut videtur.

Bonos & ſenatum] Quos primo tribunus pl. defendit: mox ad Cæſaris partes tranſiit, corruptus, Appiano teſte, amplius ∞ D talentis. epiſt. 6.

Vt nunc eſt] Sic Cicero, ad Atticum: *Si manebunt; &, ut nunc eſt, manſuræ videntur.*

Hoc ſcaturit] Quaſi ebullit hanc rem, ut Servii locum obtineat. proprie *ſolum ſcatere fontibus* dicitur: ſed cum accuſandi caſu veteres interdum uſi ſunt. Plautus in Per. *Id tuus ſcatet animus.* Lucretius & cum genitivo uſus eſt l. 5. *Terra ſcatet ferarum.* Similiter lib. 5.

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

de Fin. Cicero: *Dixerit hoc quidem Epicurus, ſemper beatum eſſe ſapientem: quod quidem ſolet ebullire nonnumquam.*

Initium & cauſſa] Ideo tribunatum pl. petit, ut contra Cæſarem agat, a quo contemptus eſt: cum antea tribunatum minime cogitaverit. quod Cicero ſignificat epiſt. 6. lib. 2. in eo loco, *Cum te tribunum pl. iſto anno fore non putarem.*

Infimorum hominum] Plebem ſibi tribunoſque pleb. Cæſar adjunxit, quod intelligeret optimates cum Pompejo ſentire. epiſt. 14. *In hac diſcordia,* inquit, *video Cn. Pompejum, ſenatum, quique res judicant, ſecum habiturum; ad Cæſarem omnes, qui cum timore, aut mala ſpe vivant, acceſſuros.* Quamquam non infimos tantum homines, verum etiam ſequentis anni conſulem L. Æmilium Paullum magna pecuniæ vi, qua baſilicam Æmiliam exſtruxit, ad ſuam cauſſam traduxit.

Valde] Cum dixerit *non mediocriter,* cur ſubjungit, *Valde*? fortaſſe, ut magis augeat: ut cum dicebant, *vehementer etiam, atque etiam.*

Contempſit] Majore impenſa, Curione tribuno pleb. cum eum quoque minime cum infimis conferendum ſibi poſſet adjungere.

Perquam venuſte cecidiſſe] Omnes libri veteres, etiam Mediceus, *Ceciniſſe.* unus tantum, *Cediſſe.* placet, *Cecidiſſe:* ex more Latine loquendi.

Uſque eo] Videtur dictum pro *vehementer.*

Pag. 453. *Nihil conſilio facit*] Fuit enim ingenio turbulento. de quo Vellejus: *Curio eloquens, audax, ſuæ alienæque & fortunæ, & pudicitiæ prodigus, ingenioſiſſime nequam, facundus malo publico. hujus animo, voluptatibus, vel libidinibus, neque opes ullæ, neque cupiditates ſufficere poterant.* Et Suetonius *violentiſſimum tribunorum* appellat.

Ratione & inſidiis, &c.] Si vel unus ſuffragaretur antiquus liber, legerem libenter: *Ratione & conſilio uſus videretur in evitandis eorum inſidiis.* Quo modo locutus eſt lib. 7. in Verrem: *Laborem itinerum facilem ſibi & jucundum ratione conſilioque reddidit.*

His conſiliis] Cum ſequatur *Qui,* rectius videretur, *Eorum conſiliis.* quid agas? Cœlianum eſt. Similiter dixit in proxima epiſtola, *Eorum odia, quæ Hirrum premunt:* pro, *Qui Hirrum premunt.*

Adverſarios] Poſtea cum ab optimatibus ad Cæſarem Curio deſciviſſet, ita in gratiam rediere, ut Curioni maxime tribuni pl. opera auguratum Antonius obtinuerit. de quo in Philippica 2.

Lælios & Antonios] Cum de Cæſarianis loquatur, qui Curioni Cæſaris inimico, (ut quidem tunc aut erat, aut videbatur) in petitione tribunatus adverſarentur; malim *Lollios*, pro *Lælios.* nam Lælii Pompejani: quod ex libris Cæſaris de bello civ. cognoſcitur. Antonius autem quæſtor Cæſaris erat in Gallia, & poſt annum tribunus pl. acerrime Pompejanis Cæſarem oppugnantibus, reſtitit, interceſſitque ne S. C. de Galliarum ſucceſſione fieret. Noſtram opinionem de *Læliis* in *Lollios* mutandis adjuvat locus epiſtolæ 3. l. 5: nam ubi, *Lollium*, legitur, non deſunt ſcripti libri, qui habeant, *Lælium,* errorem creante nominis ſimilitudine, & quod notiores Lælii, quam Lollii.

Id genus valentes] Pro, *ejus generis. Valentes* autem vocat, animo & vigilantia præſtantes.

In dies] Deſignatis enim jam tribunis pl. & conſulibus, reliquorum creatio magiſtratuum duci valde non poterat.

Prætoriis] Prætoria comitia fieri ſtatim poſt conſularia ſolita ſunt: ſed obſtitit neſcio quid. auſpicia quidem impedimento eſſe non potuere: cum prætoria, ut lib. 13. cap. 14. docet Gellius, iiſdem, quibus conſularia, fierent; conſularia vero facta jam eſſent.

Mea porro comitia quem eventum ſint habitura] Sic antea in omnibus impreſſis. nos vocem, *Comitia*, ſuſtulimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mus, quæ ſubintelligitur; ut etiam cum dicit, *Prætoriis moræ quædam inciderunt.*

Opinionem incredibilem] Optima ſigna vidimus propenſæ in me, alienæ autem ab Hirro populi voluntatis.

Ædilium pl.] Qui ante curules ideo creabantur, quod quaſi tribunorum pl. miniſtri ab initio eſſent inſtituti, ut Dionyſius & alii teſtantur. quod ſi tribunorum pleb. cauſſa creati; conſentaneum eſt, ut ſtatim poſt eos crearentur, id eſt ante conſules, & reliquos magiſtratus.

Nacta ſunt] Quia candidati, antequam ſua comitia fierent, aliorum quoque magiſtratuum comitiis prenſabant, ut populi voluntatem elicerent; qua perſpecta, vel confirmarentur in ſpe, vel, ſi quid eſſe adverſum intelligerent, aliqua ratione mederentur: propterea comitiis tribuniciis, qui candidati conſulares erant, prenſarunt Galba, Antonius, Cornificius: quod in epiſtola ad Atticum prima ſcriptum eſt. Sic igitur & Cœlius Hirruſque cum ædilitatem curulem peterent, ædilium pl. tamen comitiis prenſarunt.

Cœlium Vicinianum] Adoptatum in Cœliam gentem; cum ex Vicinia natus eſſet. Verum, ne celem quod ſentio, *Licinianum*, una tantum littera immutata, potius quam *Vicinianum*, legendum exiſtimo, adductus in hanc opinionem primum hoc argumento, quod hic, qui de dictatore Pompejo cogitavit, varie nominatur, *Lucilius* a Plutarcho, *Vicinianus* ab Hirtio lib. 4. de bello Alexandrino, *Craſſus Junianus* ab ipſo Cicerone epiſt. 8. lib. 3. ad Q. fr. & in Sigonii vetere libro *Memmianum*, non *Vicinianum*, legi video: ut ipſa varietas mendi ſuſpicionem afferat: deinde quod cum *Craſſus Junianus* a Cicerone appelletur, & *Craſſus* Liciniæ gentis cognomen fuerit, licet intelligere, vel eum ex Licinia gente, vel in Liciniam adoptatum, unde Craſſi cognomen acceperit. In Liciniam, qui poteſt? cum Cœlius appelletur: non enim duarum familiarum nomina ſimul ponuntur. ergo ex Licinia in Cœliam: ut fiat *Cœlius Licinianus Craſſus*, vetere cognomine conſervato: ut Scipionis cognomen retinuit is, qui Magni Pompeji ſocer una cum eo conſulatum geſſit; cum tamen, a Q. Cæcilio Metello Pio, ut Dio ſcripſit, adoptatus, ab adoptivo patre prænomen, nomen, cognomen ſumpſiſſet. itaque in S. C. quod Cœlius epiſt. 8. Ciceroni miſit, *Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio* vocatur. & M. Lucullus, Lucii Luculli, qui de Mithridate ac Tigrane triumphavit, frater conſobrinus, qui conſul fuit cum C. Caſſio Varo, cum ex Liciniis in Terentios tranſiſſet, vetere cognomine Lucullus, novo autem Varro nuncupatus eſt. Sed, ut novo prænomine ſemper, vetere abjecto, ſic vetere cognomine non illi quidem ſemper, ſed frequentius, quam novo, utebantur. exemplo ſunt, ne alios quæramus, ii duo, quos proxime nominavimus: quorum alterum ſemper Lucullum, numquam Varronem, alterum ſæpiſſime Scipionem unico cognomine, interdum gemino Metellum Scipionem, numquam Metellum ſimpliciter vocatum meminimus. Accedit ratio temporum, ut idem eſſe videatur, qui nunc ædilitatem cum Hirro petit, & qui tribunus pl. cum eodem deſignatus eſt, in ea ad Quinctum epiſtola. Ergo & hic, *Cœlium Licinianum*, non *Vicinianum*, & in epiſtola ad Quinctum, *Craſſum Licinianum*, non *Junianum*, rectius legi crediderim. æquis tamen judicibus tum hoc, tum omnia, quæ a noſtra proficiſcuntur induſtria, libenter committimus. Cum hæc ſcripſiſſem, oſtendit mihi vir eruditiſſimus Fulvius Vrſinus nummum argenteum, in quo mentio fit Cœlii Viciniani: alterum, in quo P. Craſſi Juniani. fortaſſe poteſt hic eſſe P. Cœlius Craſſus Junianus, qui ex Junia Craſſorum gente adoptionis jure tranſierit in Cœliam.

Pag. 454. *Promulgatio de dictatore*] Domitio & Appio coss. cum magnis candidatorum conſularium contentionibus extracta in annum ſequentem

comitia

comitia eſſent, deſperata propemodum concordiæ ſpe, ortus eſt de dictatore ſermo: quod unicum difficillimis reip. temporibus remedium majores invenerant. nec dubium, quin Pompejus crearetur, honoribus & rerum geſtarum gloria clariſſimus. de quo ſic epiſt. 8. lib. 3. ad fratrem: *Res prolatæ: ad interregnum comitia adducta: rumor dictatoris injucundus bonis. Pompejus plane ſe negat velle. antea ipſe mihi non negabat. velit, nolit, ſcire difficile eſt.* Dictaturam tamen ab eo recuſatam, Dio ſignificat lib. 40. Appianus eum, ſuo more diſſimulantem, verbis quidem dictaturam recuſaſſe, reipſa cupiiſſe, lib. 2. de bellis civ. narrat. idem & Plutarchus.

Subito dejecit] Subaudiendum, *ædilitate*: ut in oratione pro Murena, *Prætura dejectos*: & in Verrem, *Si me ædilitate dejeciſſes.* Hoc enim dicit: Cœlium Licinianum, cum petere cœpiſſet, revocata legis ab eo de dictatore promulgatæ memoria, ſtatim ædilitate dejecit.

Inſecuta eſt] Numquam ita Cicero loqueretur quid enim hoc eſt? *promulgatio de dictatore dejectum magno clamore inſecuta eſt.* cum hoc ſignificet: primum populus ei petenti vulgo negavit: deinde magni clamores in eundem conſecuti. Et ſane, cum hic Cœlius, qui *Lucilius* in Plutarchi Pompejo mendoſe, ut puto, nominatur, rogationem de dictatura Pompejo mandanda ferre conaretur, incurrit in odium civitatis; nec longe abfuit, quin magiſtratu ſe abdicare coactus ſit. Plutarchus.

Non faciendum] Alii, *Ad non faciendum*: eadem ſententia. Dejecto, inquit, Cœlio, cuncti flagitare Hirrum cœperunt, ne faceret, id eſt ne peteret ædilitatem. hæc eſt enim illa incredibilis opinio, quam proxime dixit ſua comitia nacta eſſe ædilium pl. comitiis.

Flagitare] Hiſtorico more, pro *Flagitabant*.

Quod ſperaſti] Me deſignatum ædilem.

De illo, quod vix ſperare auſus es] Non modo illum non eſſe deſignatum, quod ſperaſti, ſed etiam, quod vix ſperare auſus es, turpiſſime dejectum. Vrbane & perfacete ad hunc locum Cicero reſpondit epiſt. 10. lib. 2. luſit enim in verbo, *Illum*; &, cum eandem ſententiam referret, inquit: *De te, quia, quod ſperabam de Hillo, (balbus enim ſum) quod non putabam.* De Hillo, dixit, joco (ut opinor) duplici. nam & *Hirrum* balborum more, mutatione litterarum pronunciavit; & alluſit ad Cœlii verba, qui ſcripſerat, *De illo*: pro quo retulit, *De Hillo.* quod a Græcis inter ea quæ riſum excitant, παράγραμμα vocatur. epiſt. 32. lib. 7.

Ad Apollinis] Ἀπολλωνιασμός: pro, ædem Apollinis. epiſt. 2. lib. 14. *Valerius ad me ſcripſit, quemadmodum a Veſtæ ad tabulam Valeriam ducta eſſes.* Et pro Milone: *Cum falcibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitarunt.*

De ſtipendio Cn. Pompeji] Quod legionibus perſolveret, quas partim habebat in Hiſpaniis cum tribus legatis, Afranio, Petrejo, Varrone, partim Arimini: ſequitur enim paullo poſt, *Ariminum ad exercitum Pompejus erat iturus.* hac de re epiſt. 14. *Cæſari quoque decretum ſtipendium*, dixit epiſt. 7. lib. 1.

Expenſam tulit] Tradidit. nam, *Expenſum ferre*, eſt, in tabulas referre, quod expenſum ac datum alicui ſit. ſic in Philippica 2. *Quis umquam inventus eſt, qui Antonio mille nummum ferret expenſum?* Exemplorum alibi ſatis eſt.

C. Cæſari] Cum Cæſar in Gallia ſæpe acie victor, majorem tamen motum, ut inquieta illius erant nationis ingenia, multis de cauſſis exſpectaret, ab Cneo Pompejo proconſule petiit, quoniam ipſe ad urbem cum imperio reip. cauſſa maneret, quos ex ciſalpina Gallia conſulis ſacramento rogaviſſet, ad ſigna convenire, & ad ſe proficiſci juberet. quod Pompejus & reip. & amicitiæ tribuit. Hoc apud eum totidem verbis lib. 6. de bel. Gal. ſcriptum eſt.

Hirtius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Hirtius autem ſic lib. 8. *Fit ſenatus conſultum, ut ad bellum Parthicum legio una a Cn. Pompejo, altera a C. Cæſare mitterentur. neque obſcuræ hæ duæ legiones uni Cæſari detrahuntur. nam Cn. Pompejus legionem primam, quam ad Cæſarem miſerat, confectam ex delectu provinciæ, Cæſari eam tamquam ex ſuo numero dedit. Cæſar tamen, cum de voluntate adverſariorum ſe exſpoliari nemini dubium eſſet, Cn. Pompejo legionem remiſit.* Plutarchus etiam in Pompejo repetitam eam legionem ait ſimulatione belli Parthici. quod a Dione quoque lib. 40. traditum eſt.

Quo numero eſſet] Poſt C. Marium, ſena millia peditum ſummus in legione numerus fuit, minor interdum; quod aliquam ob cauſſam legio eſſet infrequentior. ideo facta mentio eſt, quo numero eſſet ea, quam Cæſari Pompejus commodaverat. ſed in ea peditum ſena millia fuiſſe, ex Plutarcho perſpicuum fuit, qui M. Catonem de Pompejo queſtum eſſe narrat, quod ſex millia militum ad Cæſarem ſine ſenatus auctoritate in Galliam miſiſſet.

Quo appeteretur] Quo numero tribui deberet. Sigonii liber unus, *Appeteret:* quod non placuit.

Pag. 455. *Coactus eſt*] Nam ipſe libenter ſimulabat: ideo non niſi coactus dixit, ſe ex Gallia legionem eam abducturum. epiſt. 5. lib. 1. *Noſti hominis tarditatem & taciturnitatem.*

Sub mentionem] Poſt mentionem de ea legione factam.

Convicium] Efflagitationem. nam *convicium* non modo maledictum eſt, ſed etiam vehementior ſine intermiſſione poſtulatio. unde illud in ep. 10. lib. 2. ad fratrem: *Epiſtolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui.* Et in oratione pro Archia: *Quæris a nobis, Gracche, cur tantopere hoc homine delectamur? quia ſuppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures convicio defeſſæ conquieſcant.* *Convicio*, pro multis vocibus multoque clamore, dixit.

Obtrectatorum] Fortaſſe Cato, Bibulus, Domitius Ahenobarbus, Cæſaris inimici, Pompejo ob eam cauſſam obtrectabant, quod Cæſari legionem de ſuo exercitu commodaſſet. non enim, obtrectatores hic appellari Cæſaris amicos, veriſimile videtur: qui certe de removenda ab eo legione mentionem numquam intuliſſent.

Hoc eſt de provinciis] Gloſſema non puto: ſed actione de provinciis Gallias quoque, actione autem de Galliis contineri ſimul & comprehendi provincias omnes, docet.

Placitum eſt] Antique, pro *Placuit:* ut, *Licitum* eſt, pro *licuit: Puditum eſt*, pro *puduit*. Cicero lib. 4. in Verrem: *Nego ullam picturam neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpexerit; quod placitum ſit, abſtulerit.* Et D. Brutus epiſt. 1. lib. 11. *Placitum eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam.* Et Pompejus in epiſtola ad conſules, lib. 8. ad Att. *Placitum eſt mihi, ut Brundiſium ducerem hanc copiam.* Muliebri genere Terentius in Andr. *Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi.* Eodem modo, *Puditum eſſet*, pro *puduiſſet*, dixit Cicero pro Flacco. & lib. 2. de Fin. *Quos non eſt veritum ponere:* pro, qui non veriti ſunt ponere. Terentius in Andria: *Dum licitum eſt illi, dumque ætas tulit, amavit.* Quo loco Donatus, *Veteres*, inquit, & *Placitum, & Puditum dicebant: quæ nos, placuit, puduit.*

Coram eo] Quo modo, coram eo, cum Pompejus, quia cum imperio erat, urbem introire non poſſet? Sciendum, eos qui cum imperio erant, petiiſſe interdum a ſenatu, & obtinuiſſe, ut ſalvis legibus ingredi urbem poſſent. itaque laudavit Sextium de vi reum, præſens Pompejus, cum judicium in foro fieret, Marcellino & Philippo coss. quo anno eum fuiſſe cum imperio, ſuſcepta annonæ cura, notum eſt. epiſt. 9. lib. 1. Nonnumquam etiam, ut iis qui ad urbem cum imperio erant, liceret intereſſe, extra urbem ſenatus habebatur, ut biennio poſt, belli civilis

initio:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

initio: quod a Cæſare lib. 1. de bel. civ. ſcriptum legimus.

Ariminum] Situm in extrema Italia, non ea, quam Alpes cingunt, qui naturæ terminus eſt, ſed ea, quam a Gallia ciſalpina populus Romanus Rubicone fluvio disjunxit. citra Rubiconem autem primum opidum Romam euntibus, ultimum in Galliam, Ariminum occurrit.

Ad exercitum] Cujus ipſe imperator erat. manebat enim ad urbem reipub. cauſſa cum imperio: quod Cæſar lib. 6. aliique tradiderunt: *per legatos abſens Hiſpanias adminiſtrabat, mandatas ei lege primum Trebonia in quinquennium, deinde altera, quam ipſe tertium conſul tulit, in alterum quinquennium prorogatas.* Dio lib. 40. Plutarchus, alii.

Factum iri] Vſitatius erat, *Actum iri.* quo modo & ipſe de eadem re locutus eſt epiſt. 9. *De provinciis*, inquit, *quod tibi ſcripſeram, idibus Sextil. actum iri; interpellat judicium Marcelli conſulis deſignati.* Nec paucis præterea confirmatur exemplis.

Aut tranſigere aliquid] Aut S.C fiet de imperio iis, qui provincias obtinent, finiendo, idque potiſſimum Cæſaris cauſſa: aut a tribunis pleb. Cæſarianis turpiter intercedetur. interceſſum autem a quattuor tribunis pl. in epiſt. 8. demonſtratur. Et cum ait, *Turpiter*, ſentire ſe pro optimatibus indicat. ſed anno ſequenti, cum ædilitatem gereret, ſe mutavit, vel Appii cenſoris odio, vel Curionis tribuni pl. amicitia. epiſt. 12. 13. 17.

Illam vocem] Ex qua intellectum eſt, vel tranſactum iri aliquid, vel tribunos pl. interceſſuros eſſe.

Omnes] Ergo & Cæſarem: ſi ſenatus ei ſuccedendum cenſuiſſet.

Senatui dicto audientes eſſe] Pro, *Senatui parere.* ſic pro Dejotaro: *Vt audiens dicto eſſet huic ordini.* Et Philippica 7. *Scilicet legatos ad eum miſimus, non ut pareret, & dicto audiens eſſet huic ordini, ſed ut condiciones ferret.*

Nihil exſpecto] Proxime, ſe non exſpectare nihil affirmavit his verbis: *Profecto aut tranſigitur aliquid, aut turpiter intercedetur.* quid igitur, an ſecum pugnat Cœlius? diverſa ſententia eſt. nam hic ait, *Nihil exſpecto*, pro, Cæſarem ſenatui dicto audientem fore nequaquam puto.

Primum] Primi conſules deſignati ſententiam rogabantur: eorum autem prior, qui priore loco deſignatus erat. ideo Marcellinus, conſul deſignatus, primus ſententiam rogatur epiſt. 1. l. 2. ad fratrem: ſecundo autem loco Philippus ejus collega, quod ſecundo loco deſignatus eſſet.

Pag. 456. *Syngrapha Sittiana*] De qua diximus in epiſt. 2. ne ſæpius eadem iterentur.

Valde pertinere] Vt pecuniis ex ea ſyngrapha exactis alerentur, ac Romam deportarentur pantheræ, quas dare ſuis ludis anno ſequenti Cœlius cogitabat. vide epiſt. 9.

De pantheris] Epiſt. 2.

Cybiratas] Venandi peritam gentem. epiſt. 9. & epiſt. 1. lib. 6. ad Att.

Regem Alexandrinum] Ptolemæum, quadriennio ante a Gabinio Syriæ proconſule reſtitutum, diximus epiſt. 1. lib. 1.

Quid mihi ſuadeas] Fortaſſe curam ſibi a ſenatu ejus regni inviſendi, atque aliquandiu procurandi mandari cupiebat.

Quis procuret] Procurabat Ptolemæi pueri, annum XIII. agentis, nutricius ejus, eunuchus, nomine Photinus, is, cujus conſilio Pompejus Magnus, cum Peluſium acceſſiſſet, necatus eſt. Cæſar lib. 3. de bel. civ. Appianus lib. 2. de bel. civ. Dio lib. 41. Plutarchus in Pompejo.

Perſcribas] Nec enim ei de regni ſtatu difficilis cognitio erat, cum Ciliciæ præeſſet, cui proprie in conſpectu Ægyptus eſt.

EPISTOLA V.

Finitimarumque regionum] Quas nonnumquam incurrentes Parthi vexabant. primam vero, quam, trajecto Euphra-

Euphrate, qui terminus Romani imperii fuit, invadebant Parthi, Syriam fuiſſe, ex epiſtolis 1. 2. 3. 4. cognoſcitur. ceteræ vero regiones vel Romanis parebant, vel in earum ſocietate clientelaque erant, poſſeſſæ a regulis tyranniſque, aut ſuis legibus libere viventes.

Animi pendeo] In ſollicitudine ſum. notum loquendi genus. *Pendemus animis*, dixit Cicero Tuſc. 1. ſed uſitatius, *animi*.

Si hoc moderari poſſemus] Si liceret nobis, quod ad Parthicum bellum attinet, ita rem moderari, & hoc modo corrigere, ut cum viribus copiarum ſuarum bellum æquaretur; nihil tam eſſet optandum. Dixit, *Hoc*, pro hac ratione, hoc modo: vel, *Hoc*, accuſandi caſu: id eſt, id quod mihi timorem injicit. Sigonii liber habet, *Hoc more moderari poſſemus, & pro viribus copiarum, &c.*

Pag. 457. *Triumphoque*] Ad triumphum ſatis erat, hoſtium quinque millia una acie occidiſſe: de quo Valerius Max. lib. 2. cap. 3. Reſpondit Cicero: *Velles, tantum modo ut haberem negotii, quod eſſet ad laureolam ſatis.*

Gravem illam dimicationem] Cum omnes utrimque copiæ concurrunt.

Parthus] Pro *Parthi*, hiſtorico more. ſic Livius ſæpe & alii, *Pœnus*, & *Romanus*, pro *Pœni*, *Romani*.

Vix unum ſaltum] Qua tranſire in provinciam Ciceronis Parthi conarentur. *Vix* autem, quia duas tantum legiones Cicero habebat, ut epiſt. 15. lib. 5. ad Att. Plutarchus ait fuiſſe duodecim millia peditum, equites MMDC. id quod oſtendit, in ſingulis legionibus ſena millia peditum fuiſſe. equitum autem numerum, vix crediderim, in Plutarcho vacare mendo. nam ſingulis legionibus tercenos adjunctos equites fuiſſe ſatis liquet. quod ſi accedant auxiliares, tantus tamen numerus non efficitur. niſi ſi, quod valere Parthus equitatu conſtabat, ideo numerus equitum auctus eſt.

Controverſiam] Referente enim ad ſenatum Marcello conſule de provinciarum ſucceſſione, eo conſilio, ut Galliæ Cæſaris eandem condicionem ſubirent; videt Cœlius, id quod evenit, interceſſum iri a tribunis pleb. quia legitimum provinciæ Cæſaris tempus Vatinia primum, deinde Trebonia lege datum, expletum nondum eſſet. quæ igitur interceſſio, Galliarum cauſſa, S. C. de provinciis impediet, eadem, ne ceteris provincias obtinentibus ſuccedatur, efficiet.

Quid facturus eſſes] Quem provinciæ decedens præficere velles. epiſt. 9. *Quantum divino, relinquendus tibi erit, qui provinciam obtineat. nam non expedietur ſucceſſio: quando Galliæ, quæ habent interceſſorem, in eandem condicionem, quam ceteræ provinciæ, vocantur.*

Tranſlatitia] Vſitata, uſu tranſlata: ut epiſt. 8. lib. 3. *Hoc vero, inquit, ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiviſſe aliquid, in quo te offenderem, tranſlatitium eſt.*

Conſtituetur] In ſenatu. conſtituetur autem decreto generali de omnium provinciarum ſucceſſione.

Erit] Tribunus pleb. amicus Cæſari: ut interceſſerunt quattuor. epiſt. 8.

Alius] Tribunus pl. Pompeji, id eſt optimatum fautor: qui cum impediri Gallias viderit, expediri reliquas non patietur: eo ſcilicet conſilio, ut vel omnibus, qui provincias obtinent, vel nemini ſuccedatur.

De omnibus provinciis] Conſularibus, & prætoriis: de quibus conſul M. Marcellus, primum de conſularibus, mox de prætoriis, ſeparatim verba fecit, epiſt. 8.

Plus biennium] Non fallitur. numquam enim res, niſi civili bello, ad exitum deducta. *Plus biennium*, pro, *Plus biennio*: ut epiſt. 6. lib. 6. ad Att. *Plus annum provinciam obtinere.*

Moretur] Paſſive, dixit, antiquo more. ſic in agraria 2. *Excipere nominatim agrum, qui publicus eſſe fateatur.*

Mea conſuetudine] Id enim promiſit epiſt. 1.

Pag. 458. *In quodam incilicia omnia*] Sic Mediceus liber, & qui fuit Vbaldini. Sigonii unus, *In quodam incililia omnia:* Joannis Scalæ, *In quodam omnia in Sicilia*: Maffeorum, *In quodam vicilicra omnia.* Mendum patet, nec diſpliceret, *In quodam incili jam omnia:* quod olim placuit. *Incilia* foſſæ ſunt, in quas ex foſſis aquæ derivantur.

Adhæſerunt] In actione de provinciis, tamquam in quodam incili, urgente M. Marcello conſule idem illud, quod antea, ut iis qui provincias obtinent, ſuccedatur.

Vrget] Ergo, reſediſſe impetus ejus, falſo putavit Cœlius. Id enim ſcripſit epiſt. 2. Et cum dicat, *Idem illud urget*; antea ſcriptum eſſe ab eo de hac Marcelli actione, & aliquot Cœlii ad Ciceronem epiſtolas deſiderari ſatis conſtat.

Neque adhuc frequentem ſenatum efficere potuit] *Neque*, hic uſurpatur pro *Ne quidem*, hac ſententia: Tantum abeſt, ut Marcellus S. C. efficere de provinciarum ſucceſſione, ut ne ſenatum quidem adhuc frequentare potuerit. ſic epiſt. 4. lib. 1. ad Attic. *Neque hoc neglexi.* Non diſſimile illud epiſt. 10. l. 9. *Quod altera epiſtola purgas te, non diſſuaſorem mihi emptionis Neapolitanæ fuiſſe, ſed auctorem commorationis urbanæ: neque ego aliter accepi: intellexi tamen idem, &c.* Infrequenti autem ſenatu fieri S. C. leges vetabant. qua de re diximus epiſt. 9. lib. 1. in eo loco, *Mihi eſt ſenatus aſſenſus, ut idibus Maji, frequenti ſenatu, de agro Campano referretur.*

Pag. 459. *Curio tribunus*] Ex his verbis nondum eſſe deſignatum tribunum Curionem, conjicio.

Introibit] Introivit, neque ſolum anno poſtero, Curione tribuno, ſed etiam eo, qui conſecutus eſt, M. Antonio & Q. Caſſio Longino tribunis pleb. qui S. C. de provinciis interceſſerunt.

Quam facile nunc ſit] *Nunc*, pro *tunc:* ut futurum tempus repræſentet; quo magis rem oculis ſubjiciat. vel, *Nunc*, hoc in ſtatu, cum Curio tribunus pleb. ſit, & de provinciis agatur.

Impedire] Impedimento enim erunt Cæſariani Pompejanis, ne fiat S. C. de provinciarum ſucceſſione: Pompejani autem, niſi libere liceat de omnibus provinciis decernere ſenatui, reliquas impedient. epiſt. 5.

Qui ſua cauſſa, remp. non curent] Sic plane in plerîſque antiquis libris. mihi videtur cum de uno Cæſare ſermo habeatur, legendum, *Curet.* nam is, ſuæ potentiæ cauſſa, remp. non curabat. Adjuvat & confirmat opinionem noſtram Fulvii Vrſini liber, in quo eſt, *qui ſua cum repub. non curet.*

Superet] Superſit, reliquum ſit: id eſt, quantum in hoc Cæſar negotii ſit habiturus. ſic lib. 5. de Fin. *De eo, quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt.* & ad Att. lib. 13. *Si quid ære meo alieno ſuperabit.*

EPISTOLA VI.

Pag. 460. APpium] Quem e provincia Cilicia redeuntem Dolabella, qui poſtea gener Ciceronis fuit, de majeſtate accuſavit. quamquam & de ambitu poſtulatum eſſe, abſolutumque utroque crimine, ſignificant epiſtolæ duæ, undecima & duodecima lib. 3.

Dolabella] Corneliæ gentis patriciæ; qui ad plebem poſtea tranſiit, ut tribunus pleb. fieri poſſet. quo in magiſtratu legem ferre de tabulis novis conatus eſt, ut ære alieno, quod graviſſimum contraxerat, levaretur.

Reum factum] Fuit hoc apud Romanos in more poſitum, ut adoleſcentes, gloriæ comparandæ cauſſa, viros nobiles, honoribuſque functos, accuſarent. Sic L. Craſſus ille princeps in eloquentia C. Carbonem conſularem, ſic Cicero C. Verrem prætorium, ſic M. Cœlius ipſe C. Antonium conſularem, Ciceronis collegam, accuſaverat. erat autem hoc Romæ glorioſum, propterea quod qui ab aliis rationem vitæ repoſcerent, ii legem ſibi ipſi innocentiæ, conti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

continentiæ, virtutumque omnium indicere viderentur. de quo præclare, ut omnia, Cicero noſter in prooemio actionis ultimæ in C. Verrem. *Reum facere*, non eſt accuſare, ſed poſtulare, id eſt petere ſibi actionem in aliquem; de quo plenius infra. pro Scauro, *Reus*, inquit, *eſt factus a Cæpione.* quod ab accuſatione ipſa diverſum eſſe, Aſconii oſtendit interpretatio.

Invidia] Adverſa hominum voluntate: ut alibi.

Ad tribunal] Prætoris. crimen enim de majeſtate publicum fuit: publicis autem judiciis prætores præfuiſſe, oſtendimus in libro de Legibus.

Triumphi poſtulationem abjecerat] Vrbem enim nemo cum imperio introibat, præter eos qui triumphabant: quorum cauſſa lex ferebatur, ut imperium retinerent eo tantum die, quo triumphantes inveherentur. exemplis nota res eſt. Appius autem, abjecto triumphandi conſilio, ſtatim urbem ingreſſus eſt, ut obſiſteret accuſationi. epiſtola 10. lib. 3. *Illud plane moleſte tuli, quod certiſſimum & juſtiſſimum triumphum hoc invidorum conſilio tibi eſſe ereptum videbam.*

Retudit] Repreſſit, ſedavit eorum ſermones, qui de Appii damnatione loquebantur.

In te] Succeſſore ſuo: qui ſi contuleris in eum ſtudia & officia tua, proderis plurimum. Accuſatus erat Appius ob ea quæ in provincia contra majeſtatem populi Romani commiſerat. itaque epiſt. 10. lib. 3. *De me*, inquit, *ſic, conteſtans omnes Deos, promitto atque confirmo; me pro tua dignitate in hac provincia, cui tu præfuiſti rogando deprecatoris, laborando propinqui, auctoritate cari hominis, ut ſpero, apud civitates, gravitate imperatoris ſuſcepturum officia atque partes.*

Tibi eum non eſſe odio] Minus eſt, quam, eum a te diligi. quaſi dicat: cum in gratiam cum eo redieris; cum ejus filiarum una Cn. Pompeji filio, altera M. Bruto nupſerit; hæc, ne tibi odio ſit, efficiunt: amare autem fratrem inimiciſſimi tui non potes. Cicero, non eum modo a ſe diligi, ſed valde etiam diligi, reſpondit. epiſt. 13. lib. 2.

In tua manu eſt] Cum eam provinciam, cui præfuit Appius, & unde teſtes in eum excitari poſſunt, adminiſtres.

Simultates] Simultates Ciceroni cum Appio, inimicitiæ vero fuerunt acerbiſſimæ cum ejus fratre P. Clodio. *Simultas* autem & mediocre odium eſt, & ſimulatione tectum.

Ad illam ſummam veritatem] Sic antiqui libri, nec, opinor, mendoſe. Si legitimo, inquit, jure uti volueris, nihil pro Appio, niſi quod ſumma veritas, id eſt ſumma juſtitia, præſcribit, agendum tibi exiſtimes: ſuſpicionem fictæ reconciliatæ gratiæ fortaſſe aliquam dabis. Expreſſit Cicero aliis verbis eandem ſententiam epiſt. 12. lib. 2. *Vetus* (inquit) *noſtra ſimultas antea ſtimulabat me, ut caverem, ne cui ſuſpicionem fictæ reconciliatæ gratiæ darem.* Ea de re ſententiam egregiam recitat Hieronymus in Apologia adverſus Rufinum ex Ciceronis oratione pro Gabinio: *Ego cum omnes amicitias tuendas ſemper putavi ſumma religione & fide, tum eas maxime, quæ eſſent ex inimicitiis revocatæ in gratiam: propterea quod integris amicitiis officium prætermiſſum, imprudentiæ, vel etiam (ut gravius interpretemur) negligentiæ excuſatione defenditur: poſt reditum in gratiam ſi quid eſt commiſſum, id non neglectum, ſed violatum putatur, nec imprudentiæ, ſed perfidiæ aſſignari ſolet.*

Legitimum jus] Summum jus antiqui ſummam putabant crucem: ut ait Columella lib. 1. cap. 7. *Summum jus, ſummam injuriam*: ut Cicero lib. 1. Off.

In hanc partem] Hoc quaſi antitheti loco poſuit, quia dixerat, *Ad illam ſummam veritatem.* In hanc igitur partem leniorem, quæ a ſummo illo jure diſtat.

Nemo enim, &c] Si quid Appii cauſſa facies, dicent omnes te non eſſe deteriorem ab officio, neceſſitudine & ami-

citia, quæ tibi cum Dolabella intercedit.

Poſtulationem & nominis delationem] Prima igitur poſtulatio, ſecunda nominis delatio, poſtrema accuſatio fuit. poſtulabatur primum, ut accuſare aliquem liceret: deinde hoc impetrato, nomen ejus deferebatur: poſtremo accuſabatur. In tabula ænea Torquati Bembi, Petri filii: *De ea re ejus petitio, nominiſque delatio eſto.* Pro domo: *Sext. Propertii nomen detulit: accuſare propter calumniæ metum non eſt auſus.* Interdum *Poſtulare*, pro accuſare accipitur.

Vxor] Vt cum uxore vir, ita cum viro divortium faciebat uxor. exemplum epiſt. 10.

Mandaris] Mandaverat, ut collocandæ filiæ ſuæ curam ſuſciperet. de quo in epiſtola ad Appium lib. 3. ipſe ſe excuſat his verbis: *non vereor, ne tu parum perſpicias, ea quæ geſta ſunt, ab illis eſſe geſta, quibus ego ita mandaram, ut cum tam longe abſuturus eſſem, ad me ne referrent, agerent quod probaſſent.*

Quid ego tibi ſcripſerim] Scripſerat fortaſſe, magnam eſſe proborum adoleſcentium penuriam, quibus Tullia collocari poſſet. nam de Dolabella, a quo diſceſſuram uxorem conjicere non potuerit; nunc primum facto divortio ſcribit.

Res] Vt ei nubat filia tua.

Invidioſum] Ne infamiæ tibi ſit, quod affinitatem cum eo jungere volueris, cum quo, depoſitis inimicitiis, in gratiam antea redieris, quique tibi, cum augur ſit uterque veſtrum, ab ipſa collegii conjunctione commendetur.

Si emanarit] Si quid homines de matrimonio reſcierint.

Pag. 461. *Deceat*] Pro reconciliata cum Appio gratia.

Expediat] Appium enim offendes: quod utile non erit: cum amicis, propinquis, affinibuſque floreat. filiam enim Appius Cn. Pompejo filio, alteram M. Bruto, tertiam Lentulo, in matrimonium locaverat. epiſt. 4. & 8. lib. 3. Hinc illud Ciceronis huic epiſtolæ reſpondentis: *Cur mihi non ſit in optatis, complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis, collegam meum præſertim, & in ipſa collegii laude ac ſcientia ſtudioſum mei?*

Spei] De Appio damnando. nam affinitatis famam ſuis conſiliis opportunam utilemque fore ſperabit.

Negotio] Quod agit contra Appium.

Tanto illuſtrior] Affinitas hæc ob accuſationem Appii multo erit illuſtrior ac notior, quo ſtudioſius eam Dolabella pervulgavit.

Pompejus] Cujus filio nupta erat Appii filia. epiſt. 4. lib. 3.

Ad te] Vt auctoritatem gratiamque tuam ad Appii ſalutem conferas. teſtes enim ex ea provincia, cui ſucceſſor Appii Cicero præerat, vel reum opprimere, vel periculo liberare poterant omnes.

Abſolvimus] Appium: id eſt, abſolutum iri omnes putamus. quod ita contigit defendentibus eum genero M. Bruto, & Hortenſio oratore. quod in Bruto ſcriptum eſt.

Confecta] Sic olim emendavi, ſecutus antiquum Petri Bembi librum, & alterum Joannis Scalæ, in quo non omnino diſerte, *Confecta*, ut in Bembi libro, ſed, *Conſecta* legebatur. poſtea in Alberti Ferri libro, *Confecta*, animadverti. Confecta, inquit, adhuc a Dolabella, fœda omnia ſunt & inhoneſta: ut odium potius, quam veritatem ullam, præ ſe ferant. Quid tamen, ſi, *Conficta*, legatur? ut ſit, Conficta omnia, fœda & inhoneſta ſunt. Quid etiam, ſi hoc totum non de uno Appio, ſed de omnibus reis univerſe dicatur? hoc modo: Nos hic reos omnes abſolvimus: & hercules confecta judicia, fœda omnia & inhoneſta ſunt. Confirmare videtur hanc opinionem, quod ſequitur de conſulum negligentia: quod ipſum non ſatis apte cum Appii accuſatione, cum publica vero judiciorum turpitudine aptiſſime connectitur. Sigonii liber, & alii, *Conſepta*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſpta omnia fœdera: unus, *Conſcripta.* Mediceus, *Conſepta omnia fœdera.* Joanni Baptiſtæ Titio placet: *Conſæpta:* quaſi, munita: quod reos nemo condemnet. tuta igitur culpa, veluti ſæpta mœnibus. Proxime dixit: *Hic nos omnes abſolvimus.*

Conſules] L. Paullus, C. Marcellus.

De feriis Latinis] Singulis annis in Albano monte, populi Romani Latinorumque conventu, ſacrificium fiebat, diſtributa ſingulis populis immolatarum hoſtiarum carne. *Latiar* vocabatur, quod Latiali Jovi fieret: conventus autem ille, *Feriæ Latinæ:* quarum auctor Superbus rex fuit, uno iis die dicato: poſt reges ejectos alter additus: tertius poſt fœdus cum Latinis ictum, Sp. Caſſio conſule: anno CCCXCVI. quartus. Dionyſius, Livius, Plutarchus, Cicero, alii.

Nullum] Quibus de rebus ad ſenatum retulerunt, de iis nullum omnino ſenatus conſultum factum eſt. nihil igitur auctoritate, nihil eloquentia valent. De feriis autem Latinis ſi ſenatus conſultum fecerunt, uſitatum eſt: non ideo probatur eorum diligentia.

Conglaciat] *Frigere* dicimus *eos*, qui nihil agendo tempus traducunt. hoc magis eſt: nam glacie ſummum frigus indicatur. ſumma igitur Curionis ignavia. epiſt. 13. lib. 2.

Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem] Aquarum publicarum cura ad ædiles curul. pertinebat; propterea Cœlius, qui ædilis curul. erat, cum tabernariis & aquariis, publicas aquas in privatum uſum convertentibus, pugnabat. qua de re Frontini verba ex l. I. de Aquæductibus recitabo, quæ magnam huic loco lucem afferunt: *Cauſſa est,* inquit, *fraus aquariorum, quos aquas ex publicis ductibus in privatorum uſum derivare deprehendimus. ſed & plerique poſſeſſorum, & quorum agris aquæ circumducuntur, fraude formas rivorum perforant: unde fit, ut ductus publici hominibus privatis vel ad hortorum uſum ſubſerviant, vel ad itinera ſuſpendant. ac de vitiis ejuſmodi nec plura, nec meliora dici poſſunt, quam a Cœlio Rufo dicta ſunt in ea concione, cui titulus eſt, de aquis. quæ nunc nos omnia ſimili licentia uſurpata, utinam non per offenſas probaremus. irriguos agros, tabernas, cœnacula, & corruptelas denique omnes perpetuis ſalientibus inſtructas invenimus.* Hæc Frontinus. *Aquarii* erant, quibus deducendi in urbem publicas aquas cura mandabatur. quod & recitata proxime, & illa præterea ejuſdem Frontini verba lib. I. ſatis oſtendunt: *Aquarii noſtri partem maximam Crabræ ſemper in ſupplementum Juliæ vindicaverunt, nec ut Juliam augerent, quam hauriebant largiendo compendii ſui gratia.* Ab hac forſitan affectandæ & perducendæ aquæ ſimilitudine dicti ſunt *Aquarioli*, qui mulieres impudicas, ut ait Feſtus, aſſectarentur: & *Aquarioli* in ſtupris uxorum conniventes, ut aquarii in derivationibus aquarum publicarum *Tabernarios* vocat Cœlius non omnes omnium mercium inſtitores, verum eos tantum, quorum in tabernas cibi gratia homines divertunt. nam hi publicas aquas in uſum ſuum convertebant. Differt autem *Taberna* ab *Officina* & *Apotheca.* *Officina* tempore prior eſt utraque. nam in ea fiunt, quæ poſtea vel in Apothecam cuſtodienda, vel in tabernam vendenda deferantur. *Apotheca* eſt, quæ multas capit cuſtodirique merces, ut deinde ad Tabernas miſſas proſtent venalia. hodie, corrupto vocabulo ab apothecis nomen acceperunt ea loca, quæ a veteribus tabernæ, dicebantur. *Taberna* tantum habet, quæ minutatim vendantur: cui qui præeſt, *Inſtitor* vocatur: qui autem apothecæ, *Mercator.* ſunt & tabernæ, in quibus habitant pauperes. unde Horatius: *Pauperum tabernas regumque turres.*

Veternus] Morbus ex ignavia contractus, qui ſomnum inducit. Plautus in Men. *Num eum veternus, aut aqua intercus tenet?* & Virg. lib. I. Geor.

Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.

Epiſt. 13. lib. 2.

Calfaciunt] Exercent, illato bello. nam ex bello motus, ex motu calor. epiſt. 10. lib. 7. *Vos nunc iſtic ſatis calere audio.* & epiſt. 19. lib. 7. ad Attic. *Te ipſum calere puto.* cum animi perturbationem ſignificet.

Pag. 462. *Frigore*] Otio: ex quo frigus inducitur, ut exercitatione corporis calor.

Potuit ſine Parthis] Etſi frigemus hic, tamen calefieri vos a Parthis non optamus. commodum fuit vos eſſe ſine Parthis, nullum vobis a Parthis negotium exhiberi.

Bibulus] Qui Syriæ præerat.

Amiſit] De hoc detrimento ſic epiſt. 20. lib. 5. ad Attic. *Bibulus in Amano cohortem primam totam perdidit. Sane plagam odioſam acceperat cum re, tum tempore.*

Sic] Poteſt aliter eſſe, ſed nunciatum ſic eſt.

Supra ſcripſi] Plures igitur dies hanc epiſtolam Cœlius in manibus habuit.

Ferventiſſime] Vehementer. calere igitur eum, mirum non eſt. Sic ep. 7. *de damnatione ferventer loqui eſt cœptum.* Sic epiſt. 23. lib. 10. *Ferventes latrones*, pro vehementes, iracundiæque impetu concitatos, dixit.

Concerpitur] Carpitur, movetur: a quo? a ſe ipſo, ſuis actionibus pro Cæſare, noviſque legibus, viaria & alimentaria. Jure ſordes verborum in Cœlio damnavit antiquitas. quid enim hoc eſt, *Ferventiſſime concerpitur?*

De interkalando] De die producenda, ut ea, quæ pro Cæſaris cauſſa cogitabat, commodius poſſet ad exitum perducere. ſic enim Dio narrat lib. 40.

Pag. 463. *Non obtinuerat*] A collegio pontificum. id enim Dionis oſtendit hiſtoria. & interkalandi poteſtatem penes eos fuiſſe, qui faſtis præerant, Macrobius lib. 1. Sat. docet his verbis: *Dies ille, quo abundare annum diximus, eorum eſt permiſſus arbitrio, qui faſtis præerant; ut, cum vellent, interkalarent.* Et paullo poſt: *Fuit tempus, cum, propter ſuperſtitionem, interkalatio omnis amiſſa eſt: non numquam vero per gratiam ſacerdotum, qui cum publicanis proferri, vel imminui, conſulto anni dies volebant, modo auctio, modo retractio dierum proveniebat.* Sacerdotes autem, quos Macrobius ait faſtis præfuiſſe, pontifices fuere: quod Livii verba teſtantur lib. 9. *Civile jus* (inquit) *repoſitum in penetralibus pontificum, evulgavit; faſtoſque circa forum in albo propoſuit; ut, quando lege agi poſſet, ſciretur.* Et pontificem, cum interkalationem petiit, Curionem ipſum fuiſſe, ex Dione cognoſcitur.

Transfugit] Deſertor optimatum, quos antea defenderat. epiſt. 8.

Viariam] De ſternendis muniendiſque viis. Appianus.

Non diſſimilem agrariæ Rulli] Quid hoc ſit, mihi videor ab Appiano didiciſſe lib. 2. de bel. civ. ut enim P. Servilius Rullus in ea lege, quam de agris dividendis in tribunatu ferre conatus eſt, hoc potuit, ut ipſe primus decemvir, qui agros divideret, crearetur; item Curio, cum viariam legem ferret; eam ſibi ipſi curationem in quinquennium petebat. quod per leges non licere, Cicero in agraria 2. declarat his verbis: *Quos decemviros creari vult? ſe primum. qui licet? leges enim ſunt veteres, neque eæ conſulares: ſed tribuniciæ Licinia atque Æbutia, quæ non modo eum, qui tulerit de aliqua curatione ac poteſtate, ſed etiam collegas ejus, cognatos, affines excipit, ne eis ea poteſtas curatione mandetur.*

Alimentariam] Fortaſſe de frumento plebi gratis dividendo, ut infimorum hominum ſtudia ſibi compararet. quod antea quoque ſeditioſi tribuni pl. primum C. Gracchus, deinde Saturninus, poſtremo P. Clodius, Ciceronis inimicus, tentaverat. oratio pro Sextio, epitome Liviana lib. 60. lib. 1. ad Herennium, Pedianus.

Quas] Fortaſſe, *Qua.* ut alimentaria ſua lege juberet Curio ædilis metiri frumentum plebi.

Jactavit] Palam dictitavit ſe laturum eſſe.

Pont-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Ponito me in gratiam] *In gratiam*, & *in gratia*, utroque modo dicitur. ep. 6. lib. 6.

Huic rei] Matrimonio Tulliæ ac Dolabellæ.

Dignitatis tuæ] Dixit jam: *Significatio ulla ſi interceſſerit, clarius, quam deceat, fiat.*

Æquitatis] Iniquior enim videberis, affinitate cum eo juncta, qui Appium, novum amicum tuum, in judicium vocet. ſuadeo igitur judicii finem exſpectes.

Turpe tibi erit] Quem te mihi amiciſſimum eſſe, & iſtic imperandi poteſtatem habere, omnes ſciunt.

Græcas] Non modo provincia Ciceronis, verum etiam omnis Aſia, non quam orbis terræ partem tertiam dicimus, ſed ea, quæ regis Attali fuerat, Græce loquebatur. epiſt. 4. 6. 7.

EPISTOLA VII.

Pag. 464. *Felicius*] Re bene geſta in Amano monte. acceperat, opinor, Cœlius eam Ciceronis epiſtolam, in qua ſcripſit hæc: *Cum meis copiis omnibus vexavi Amanienſes, hoſtes ſempiternos: multi occiſi, capti: reliqui diſſipati: caſtella munita, improviſo adventu capta, & incenſa. ita victoria juſta imperator appellatus apud Iſſum.* Deinde ſequitur de oppugnatione Pindeniſſi.

Riſum] Lætitiam ob rem a te proſpere geſtam.

Aliqui] Pro, *Aliquis:* antique: ut epiſt. 18. lib. 12. *Quo iſte, neſcio qui, Cæcilius Baſſus erumperet.*

Publicanorum] Ejus ſocietatis, quæ Aſiana vectigalia redemerat. plures enim erant publicanorum ſocietates, epiſt. 9. lib. 13.

Niſi hæc vis tibi ſcribi] Lepida & urbana inductio rerum, quæ ſcriptione parum dignæ videantur.

Cornificius adoleſcens Oreſtillæ filiam] Hic eſt fortaſſe ejus filius, quem Ciceronis collegam in auguratu fuiſſe, inſcriptio epiſtolarum ad eum lib. 12. ſignificat. Oreſtilla Catilinæ uxor fuerat. Sigonii liber, *Cornificius adoleſcentiorem ille ſibi filiam.* ego ex hac varietate, neſcio quam vere, certe non longe ab antiquis veſtigiis, hoc elicio: *Cornificius adoleſcentiorem Sullæ filiam ſibi deſpondit.* altera enim Sullæ major filia, Fauſta, Miloni nupſerat: quod ignorat nemo. ita de Cornificio intelligendum erit, ad quem ſunt epiſtolæ lib. 12.

Paulla] Raro quidem cognominibus mulieres utebantur: ſed, numquam, qui putarunt, plane falluntur. id quod, ut Plutarchi teſtimonium omittam, vel hic locus oſtendit. Sullæ vero filiam, quam Miloni nupſiſſe proxime diximus, quis neſcit Corneliam fuiſſe, cum eadem tamen Fauſta vocaretur? quid Oreſtilla, a Cœlio & Salluſtio, quid Laterenſis a Valerio Maxim. lib. 8. cap. 2. nominata, non aperte cognomen eſt? nam a nominibus omnes appellatas, ut Valeria, Terentia, Tullia, ſatis inter omnes conſtat. Hæc vero Paulla eadem eſt, quæ Polla vocatur epiſt. 8. lib. 11. quemadmodum ab aulla *olla*, ſic a Paulla *Polla*.

Valeria] Cum ſit ſoror Triarii, Valeriæ gentis eſſe eam oportuit.

Triarii] Hic eſt P. Valerius Triarius, qui Scaurum accuſaverat Cicerone defendente, ejus Triarii filius, qui legatus L. Luculli bello Mithridatico male rem geſſerat. Sed hic eloquentia valuit, & in Bruto præclare laudatur his verbis: *Me quidem admodum delectabat etiam Triarii in illa ætate plena litteratæ ſenectutis oratio. quanta ſeveritas in vultu, quantum pondus in verbis: quam nihil non conſideratum exibat ex ore.* Libro etiam de Finibus 1. teſtimonium ei doctrinæ tribuitur. Periit civilibus armis: quod in eodem Bruto legitur.

D. Bruto] Qui cum M. Bruto & C. Caſſio Cæſarem occidit.

Nondum retulerat] Nondum retulerat, ad quos referendum erat, de novis nuptiis. nam de divortio retuliſſet, antequam fieret. Si ita legatur, ſubintelligi poterit, *dotem.* ſed mihi non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

diſplicet amiciſſimi mei conjectura, qui ita legendum putat, *mundum retulerat.* mundus autem muliebris qui ſit, exponit Livius lib. 34. *Munditiæ* (inquit) *ornatus, & cultus, fœminarum inſignia ſunt, hunc mundum muliebrem appellarunt majores noſtri.*

Pag. 465. *Minime vellem*] In amici igitur domo.

Imperatorem] Quem de adulteriis percunctari cum non deceat; mihi tamen, inquit, Cœlius per jocum, hoc non diſplicet. Imperator apud Iſſum, parta de Amanienſibus victoria, Cicero appellatus erat.

EPISTOLA VIII.

R*Uſum, Ruſum*] Iterat Ruſi nomen, ut indicet magis, de quo loquatur: quaſi hoc dicat, Ruſum illum, qui tibi tam jucundus eſt. nec abeſt jocus. Hic Rufus, quod habuerit cum Veſtorio controverſiam, ut infra quoque licet conjicere, vocatur *Ruſio Veſtorianus* epiſt. 14. ad Attic. lib. 14. nominatur etiam epiſt. 2. ad eundem lib. 6.

Mel] Sic appellamus ea, quibus mire delectamur. Plautus in Curc. *Si abſim, haud recuſem, quin mihi male ſit, mel meum.*

Delicias tuas] Sic locutus epiſt. 1. lib. 7. *Deliciæ tuæ, noſter Æſopus.*

Calumniam tuliſſe] Ad accuſandum deſcendiſſe. Infra: *Cum calumniam juraſſet.*

Maximo plauſu] Omnibus approbantibus: cum lætarentur, quod accuſaret accuſatorem ſuum.

Tuliſſe] Pro, *Detuliſſe*: accuſaſſe de calumnia, præſertim accuſatorem ſuum. unde ſequitur: *Nemini hoc deferre munuſculum maluit, quam ſuo accuſatori.*

P. 466. *M. Tucc. accuſatorem ſuum, &c.*] Hujus loci ſenſum, etſi obſcuriſſimus eſt, tamen declarare conabimur. Reorum cauſæ ordine agebantur: nam quæ tempore prior fuerat, ejus prior item locus erat. excipiebantur tamen eæ cauſæ, quæ cum cauſis jam judicatis conjunctionem aliquam habebant, ut earum quaſi appendices quædam viderentur: ejuſmodi enim cauſis, etiam ſi poſt multas alias delatæ eſſent, tamen primus locus erat conſtitutus. itaque in oratione pro Cluentio, *Fabritium* (inquit) *reum ſtatim fecit: utque ei locus primus conſtitueretur, propter cauſæ conjunctionem, impetravit.* propter cauſæ conjunctionem, inquit, quod Fabritii cauſa eadem erat, quæ Scamandri, qui antea condemnatus erat. Et infra in eadem oratione, *Apud eoſdem judices reus eſt factus Oppianicus, cum is duobus præjudiciis jam damnatus eſſet: ab iiſdem autem judicibus locus ei primus eſt conſtitutus.* Hoc ideo factum eſt, quod Oppianici cauſa conjunctionem habebat cum Fabritii, & Scamandri cauſa, quos judices jam damnaverant. Excipiebantur etiam cauſæ de vi, quæ primo loco agebantur, omiſſis aliis cauſis, quæ tempore priores fuerant. ſic Milonis cauſa, quod erat de vi, extra ordinem eſt acta. ſic M. Cœlius, cum Atratini patrem de ambitu reum feciſſet, de vi poſtea accuſatus, cauſam ipſe prior dicere coactus eſt. ſic etiam C. Sempronius cum a M. Tuccio eſſet accuſatus & cauſam ſuam eo anno nollet agi (forte quod ex iis, qui tunc judices erant, aliquos ſe habere inimicos intelligeret:) accuſavit accuſatorem ſuum lege Plotia de vi, eo conſilio, ut, interpoſita extraordinaria cauſa, tempus tereretur: & ſuæ cauſæ judicium, cum ejus agendæ ſpatium non eſſet, in annum ſequentem neceſſario rejiceretur. *Extraordinarius* autem *reus* is dicebatur, cujus cauſa non ordine, ut aliæ cauſæ, ſed primo loco ſemper ageretur; & inde *extraordinaria cauſa*, quæ ſtatim ante omnes cauſas ageretur, ut cum erat de vi, vel conjunctionem habebat cum aliqua cauſa antea judicata.

Lege Plotia de vi] Cauſſæ de vi ante alias extra ordinem agebantur. quod etiam ex oratione pro Cœlio, quem de vi accuſatum Cicero defendit, ſatis liquet. fuere autem de vi leges duæ, u-

na tri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

na tribunicia Plotia, altera conſularis Lutatia: de quibus in libro noſtro de Legibus.

Dubium illi non erat] Non erat ei dubium, quin condemnaretur. quod ut effugeret, de accuſando accuſatore ſuo conſilium cepit, eoque crimine, quo cauſſam ab eo extra ordinem dicendam videbat. ſperabat enim, eo damnato, prorſus omni ſe periculo omnique moleſtia liberatum.

Deferre munuſculum] Neminem accuſare maluit, quam ſuum accuſatorem. ſic locutus epiſt. 13.

Subſcriptore] Erant, qui ſubſcriberent accuſantibus opemque ferrent, ut reus omnino damnaretur. Cicero in Divinat. in Verrem, pro Cluentio, epiſt. 1. lib. 3. ad fratrem.

Vſque eo perago] Ita eum oratione exagito, ita vexo, ut Veſtorii quoque mentionem faciam. cum quo negotii quiddam Sempronio fuiſſe, cognoſcitur ex epiſt. 2. lib. 6. ad Att.

Fabulam] Non, fictam rem, quales fabulæ ſunt, ſed quod tamquam fabula, rideri poſſit.

Tibi pro beneficio dederit] Collatum in te beneficium exiſtimari voluerit.

Si quid injuriis ſuis eſſet, quod Veſtorius teneret] Cum ſit hujus loci mihi quidem perdifficilis intelligentia, a duobus veteribus libris, uno Sigonii, altero meo, diſcedendum non putavi: ut ſit, quo niti conjectura poſſit, ſi quis ingenio veritatem veſtigare voluerit. quod ſi ex his verbis aliquam omnino cogar elicere ſententiam, interpretabor hoc modo: Tibi pro beneficio dedit, ſi quid eſſet injuriis ſuis, id eſt, ſi quid eſſet ſuo damno ſuaque injuria, quod Veſtorius teneret. quaſi ademptum ſibi aliquid, ac teneri a Veſtorio diceret, quod aliqua ejus injuria fieret. nam ut, *Injuria*, interdum adverbii loco ponimus, ut, *Injuria facis hoc*: ſic videtur pronomen addi poſſe, ut dicatur, *Injuria mea facis hoc*: quemadmodum *Ingratiis*, & *Ingratiis tuis*, *Merito*, & *Merito mea* veteres dicebant. Paullo aſperius hoc eſt, aliquis dicet. quis negat? verum hanc aſperitatem Cœlius amavit: ut in ejus vita jam oſtendimus. Tres præterea minime recentes libri pro, *Si quid*, habent, *Si quod*; duo, *quo Veſtorius*. Quod autem pro, *Injuriis ſuis*, in quo mei quidem ſcripti libri omnes conſentiunt, nonnulli repoſuere, *Juris ſui*: commenticium ſuſpicor, & eo magis, quod iidem, *Injuriis ſuis*, eſſe in ſuo illo pervetere libro, editis antea, ut ipſi vocarunt, caſtigationibus indicaverant: nec tamen hujus poſtea mutationis cauſſam oſtenderunt.

Pag. 467. *Turbarat*] *Turbare*, & *Conturbare*, decoctorum eſt: nec deſunt apud Ciceronem exempla, epiſt. 7. lib. 4. ad Att. & in oratione pro Plancio.

Quod non venderet cuiquam] *Quiſquam*, tribus modis videtur uſurpari: cum dubitamus, ut, *ſi quiſquam ita ſentit*: cum negamus, ut, *ne quiſquam putet*: cum interrogamus, ut, *quiſquam tam impudens reperietur?* Cœlius tamen hic neque dubitat, neque negat, neque interrogat, ſed affirmat. & puto veteres ita locutos, quorum ſcripta ſine delectu Cœlius imitatus eſt. confirmatur hoc exemplum altero Æmiliani Scipionis exemplo: cujus verba, ex oratione contra legem judiciariam Ti. Gracchi a Macrobio recitata cum legerem, hoc animadverti: *Hæc cum mihi narrabat quiſquam, non poteram animum inducere, ea liberos ſuos nobiles homines docere.* Liber Sigonii habet, *Quo inquam*; orta occaſione mendi, quia priſcis temporibus *Quoiquam*, pro *Cuiquam*, ſcribebatur.

Nobis] Seipſum intelligit, Servilii cauſſam defendentem.

Invidia] Cum inviſus eſſet omnibus. Sigonii liber, *Maxime qui nobis traditus erat invidiæ.* minor igitur mutatio fieret, ſi legeretur hoc modo: *Maximaque nobis traditus erat invidia.* etſi video ſententiam claudicare: ſed in Cœlio ferenda ſunt omnia.

Laterenſis] Juventiæ gentis.

Poſtulante] Non accipio pro, *accuſante*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſante. nam accuſator Servilii in cauſſa repetundarum Pilius fuit, non Pauſanias. *Poſtulante* igitur eſt, petente, ut agere liceret contra eos, ad quos ea pecunia perveniſſet. unus fortaſſe fuit de creditoribus Servilii, aut etiam amicus; qui, excuſata ejus inopia, poſtularet a prætore, ut, ad quos credita Servilio pecunia perveniſſet, quæreretur, quando Servilius ipſe ſolvendo non eſſet; quod impetratum a prætore non eſt; non quod uſitatum non eſſet; verum, quia Servilius ei odio erat. confirmat enim Cœlius his verbis, quod proxime dixerat: *Maxima nobis traditus erat invidia.* Licuiſſe autem per leges in cauſſa repetundarum agere adverſus eos, ad quos ea pecunia perveniſſet, Cicerone teſte probabimus. *Eſt* (inquit in oratione pro Rabirio) *hæc cauſſa, quo ea pecunia pervenerit, quaſi quædam appendicula cauſſæ judicatæ, atque damnatæ. ſunt lites æſtimatæ A. Gabinio, nec prædes dati, nec ex ejus bonis, quanta ſumma litium fuiſſet, a populo recipi, lex æqua eſt. jubet lex Julia perſequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus ſit, pervenerit. ſi eſt hoc novum in lege Julia, ſicuti multa ſunt ſeverius ſcripta, quam in antiquis legibus, & ſanctius judicata: ſane etiam conſuetudo hujus generis judiciorum nova. Sin hoc totidem verbis tranſlatum caput eſt, quod fuit non modo in Cornelia, ſed etiam ante in lege Servilia: per deos immortales, quid agimus judices, aut quem hunc morem novorum judiciorum in remp. inducimus? erat enim hæc conſuetudo nota vobis quidem omnibus, ſed, ſi uſus magiſter eſt optimus, mihi debet eſſe notiſſima. accuſavi de pecuniis repetundis: judex ſedi: prætor quæſivi: defendi plurimos: nulla pars, quæ aliquam facultatem dicendi afferre poſſet, non mea fuit. ita contendo, neminem umquam, quo ea pecunia perveniſſet, cauſſam dixiſſe, qui in æſtimandis litibus appellatus non eſſet.* Venit etiam in mentem, *Poſtulante*, de accuſatore Pauſania dictum eſſe: quia ſequitur, *Nobis patronis.* quod ſi ita eſt, bis de repetundis poſtulatum Servilium dicemus, primum a Pauſania, & damnatum; licet hic de exitu judicii mentio nulla fiat; ſed ex his verbis intelligitur, *Quo ea pecunia perveniſſet*; quæ actio damnationem profecto conſequitur: deinde a Pilio: quod judicium nondum eſſe factum, manifeſte infra demonſtrant ea verba, *De repetundis, ſaucius, Pilio tradetur.* ſed adverſatur ea ratio, quod, ſi accuſatus eſſet antea de repetundis, abiiſſet in exſulium; nec alterum de eodem crimine judicium exſpectaſſet.

Attici noſtri] Cujus uxor Pilia fuit, ſæpe in epiſtolis ad eum nominata.

Ferventer] Valde, non frigide: ut epiſt. 9. *Ferventiſſime concerpitur.*

Loqui] Paſſionem tribuit verbo, actionem potius requirenti. Sed antiquum fuit, id eſt Cœlianum.

Quo vento projicitur] Qua fama valde commotus eſt Appius, uſque eo, ut eundem Servilium de prævaricatione accuſarit.

Appius minor] Duos fratres Claudiæ gentis nominat Pedianus in argumento orationis pro Milone, filios C. Clodii, qui Publ. Clodii frater fuerat. utrique prænomen Appio fuit; ſed, ut internoſcerentur, *Appius major*, & *Appius minor*, ætatis ratione habita, vocabantur, ut feminæ, antequam nuberent, cum duæ ſorores eſſent, *major* & *minor* appellabantur. itaque duas Octavias, majorem, & minorem, Suetonius nominat in Auguſto. Pediani verba ſunt hæc: *Poſtulaverunt apud Pompejum, familiam Milonis exhibendam, duo adoleſcentuli, qui Appii Claudii ambo appellabantur, qui erant C. Claudii filii, qui frater fuerat Clodii.* de quibus infra quoque idem Pedianus mentionem facit. Quæro igitur, cum duo fuerint Appi fratres, major & minor, C. Clodii filii, primum, cur neuter eorum patris prænomine ſit uſus: deinde, cur uterque Appius eodem prænomine? Veriſimile eſt, adoptatos eſſe ab eorum patruo Ap. Claudio, qui Ciliciam rexit ante Ciceronem, & ab eo prænomen accepiſſe; quod fieri ſolitum

eſt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

eſt; deinde, ut diſtinguerentur, majorem, & minorem eſſe nominatos. Accedit ad hanc rationem altera, ut ego arbitror, aliquanto firmior, quod in hac epiſtola vivere patrem eorum Cœlius oſtendit: infert enim, *Quid, ſi nefarias patris confeſſiones audiſſes?* at eorum patrem naturalem C. Clodium jam deceſſiſſe, Pedianus videtur ſignificare, cum dicat, *Qui erant C. Claudii filii, qui frater fuerat Clodii.* ex quo ſequitur, ut de patre adoptivo ſit intelligendum. qui cum & ipſe Ap. Claudius vocetur, quemnam putemus eſſe, præter Appium illum, qui conſul cum L. Domitio fuit, & poſt conſulatum Ciliciam adminiſtravit? Nec mirum videatur, eodem prænomine duos fratres eſſe uſos. nam hoc uſitatum in gente Claudia, ex hiſtoria cognovimus. Appius enim Claudius, cognomento Caudex, qui conſulatum geſſit anno v. c. CDXXCIX. frater fuit Appii Claudii Cæci, teſte Gellio lib. 17. video etiam apud Liv. l. 33. duos Labeones fratres eodem prænomine appellari.

Pag. 468. *Ex bonis paternis*] A patre ſuo datam Servilio, ejus accuſatori, ut prævaricaretur.

Diceret] Aut hoc abundat, cum, *Indicet*, dixerit: aut mendoſum videtur: cum *Dicat*, ad verbum *Indicet*, rectius accommodetur.

Depoſitum] Ab Appio patre, quod Servilio daretur, ſi prævaricatus eſſet; in quo ſpem locabat abſolutionis ſuæ. Sigonii liber, *Poſitum.*

H-S LXXXI] Prorſus hoc depravatum ſuſpicor. nam neque ſatis magna conficitur pecunia ad emendam prævaricationem: & perfectum potius numerum in veterum libris nominatum animadverti. ac poteſt ex ignoratione antiquarum notarum fluxiſſe mendum, & factum eſſe LXXXI. ex eo, quod fortaſſe fuit, CCCIↃↃↃ, quæ ſeſtertiorum erunt centum millia, id eſt pecuniæ noſtratis tria millia ſcutatorum. quamquam ne hæc quidem corrupto accuſatori merces pro rei magnitudine ſatis ampla mihi videtur.

Amentiam] Qui flagitium aperiat patris ſui, a quo reo indicet datam Servilio pecuniam, ut prævaricaretur.

Actiones] In perſequenda accuſatione. quid enim ſtultius, quam in conſilium mittere eoſdem illos judices, qui lites æſtimarant?

Nefarias] Nefas enim, pecunia ſalutem emere, accuſatore corrupto.

Mittit in conſilium] Poſt auditam cognitamque cauſſam, ut ſententias de Servilio ferrent: cum eos rejicere deberet, ut ſuſpectos. Mittebat judices in conſilium accuſator, ut hic & pro Cluentio: *Cur eum, cum in conſilium iretur, Cluentius & Canutius abeſſe patiebantur? cum in conſilium mittebant, Stalenum judicem, cui pecuniam dederat, non requirebant?* Et apud Valerium Max. lib. 6. cap. 2. *Cn. Piſo, Manilii accuſator, interroganti Pompejo, cur ſe quoque non accuſaret; Da, inquit, vades reipub. te ſi poſtulatus fueris civile bellum non excitaturum: jam de tuo prius, quam de Manilii capite in conſilium judices mittam.* Prætoris quoque mittentis in conſilium judices, exemplum habemus in Aſconio. *Cato prætor* (inquit) *in conſilium de calumnia accuſatorum miſit.*

Qui litis æſtimarant] Qui de repetundis judicaverant. in cauſſis enim repetundarum lites æſtimabantur: ut, quantum a reo damnato eſſet exigendum, cognoſceretur. Hinc licet intelligere, accuſatum Appium patrem a Servilio de repetundis, eoque prævaricante abſolutum. nec dubito, quin repetundarum crimen ob Sardiniam avare adminiſtratam objectum Appio ſit: nam eam prætor rexerat: quod apud Plutarchum in Cæſare legimus. Judices autem, qui eum abſolviſſent, numquam omnino accuſatum ab Appio minore Servilium damnaſſent: ne, ſi prævaricationem crederent, ſuum de Appii abſolutione judicium damnare viderentur: quem abſolutum propter innocentiam videri volebant, non quod Servilius prævaricator cauſſam prodidiſſet. Stulte igitur Appius minor

eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

eos judices in conſilium miſit, ut ſententias de Servilio ferrent. Hic ne quis miretur, quod, cum dixerit poſtulatum a Pilio Servilium de repetundis, judicium factum de prævaricatione prius, quam de repetundis, demonſtret. nam prævaricationis cauſſa tamquam appendix eſt rei judicatæ: itaque extra ordinem ſtatim agitur. Qui autem de repetundis, iidem de corruptis judiciis judicabant: & ad crimen corrupti judicii pręvaricatio pertinuit. itaque mirum non eſt, qui judices in Appii cauſſa repetundarum fuerant, eoſdem in Servilii prævaricationis cauſſa ſediſſe. Pro Cluentio: *An, ut prævaricaretur? jam id quoque ad corrumpendum judicium pertinet.* Et in eadem infra: *Fidicularius quid feciſſe dicebatur? accepiſſe a Cluentio H-S cccc. cujus erat ordinis? ſenatorii. qua lege in eo genere a ſenatore ratio repeti ſolet? de pecuniis repetundis.* Quod autem, *Litis*, pro *Lites*, ſcriptum ſit; antiquæ conſuetudinis eſt. Priſcianus l. 7. *Lites*, & *Litis*: Cicero in frumentaria: *Sedaſti etiam litis illorum.*

Laterenſis leges ignorans pronuntiavit, quod ſinguli ordines judicaſſent] Cum ex tribus ordinibus, qui res judicabant, duo Servilium abſolviſſent, unus condemnaſſet, univerſorum autem judicum æquo numero ſententiæ fuiſſent, Laterenſis, qui ordines, non ſententias reſpiceret, abſolutum credidit, ſeque eum in tabulas dixit abſolutum relaturum. Poſtea cum in lege reperiſſet, non ex ordinum numero, ſed e judicum majori parte, vel abſolvendos, vel condemnandos eſſe reos: non retulit, ut dixerat, in tabulas abſolutum, ordinum judicia perſcripſit. Fuſius autem explicabimus, propterea quod obſcurior eſt ſenſus, ita ut eum pauci viderint, nemo certe oſtenderit: non enim in quo Laterenſis Prætor deceptus ſit, animadverterunt. quod nos pluribus verbis, ut etiam tardiores intelligant, oſtendemus. Judicia penes treis ordines erant: qui quidem tres ordines ex ſenatoribus, equitibus, Tribunis ærariis conſtabant. fieri autem poterat, ut quem duo ordines abſolviſſent, unus condemnaſſet, is tamen non abſolutus, ſed condemnatus judicaretur hoc modo: Eunt in conſilium ſenatores XXVI. equities XXV. Tribun. ærarii XXIV. ex ſenatoribus abſolvunt reum XIV. condemnant XII. ex equitibus abſolvunt XIII. condemnant XII. ex Tribunis ærariis abſolvunt IV. condemnant XX. ſi ex ordinum numero judicaretur reus, abſolutum appareret, quippe cum ex tribus ordinibus abſolverint duo, ſenatorius, & equeſter. Cum autem lex, quod judicum major pars judicarit, id jus ratum eſſe velit: condemnatum reum, nemo eſt, quin videat, cum ſententias graves habuerit XLIV. abſolutorias XXXI. Prætor autem Laterenſis cum ex more pronuntiare deberet, quot ſententiis abſolutus, quot eſſet condemnatus reus: leges ignorans, de numero judicum nihil, de ordinibus, quid ſinguli judicaſſent, pronuntiavit, ac ſe in tabulas abſolutum dixit relaturum. Poſtea cum lege perſpecta, erratum intelligeret: dubius animi, quid ageret: quod neque contra legem, neque contra id, quod pronuntiarat, vellet facere; neque abſolutum, neque damnatum retulit: tantum ordinum judicia perſcripſit. ex quo paulo poſt infert Cœlius: *ſic nunc neque abſolutus, neque damnatus Servilius, de repetundis ſaucius Pilio tradetur.*

Æquo numero] Æquo ſententiarum numero reus abſolvebatur. habendam ſcilicet humanitatis rationem veteres illi legum latores cenſuerunt; ut, in re dubia, ad miſericordiam inclinatio fieret. teſtem habeo Ciceronem in oratione pro Cluentio. *In conſilium*, inquit, *ituri erant judices triginta & duo: ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat.* Confirmat in Mario Plutarchus: Παραλόγως ἀπέφυγεν, ἴσων τῶν ψήφων γενομένων. Hoc Laterenſis ignorans, cum abſolutum Servilium ob ſententiarum paritatem pronunciare deberet, non pronunciavit abſolutum, neque de ſententiarum numero mentionem

nem fecit, ſed cum tres ordines, ſenatus, equites, tribuni ærarii lege Aurelia judicarent, ordinum judicia expoſuit; quibus abſolutum Servilium, hæc infra verba demonſtrant, *Pro abſoluto Servilius haberi cœptus*, in quo geminus Laterenſis error agnoſcitur, primum, quod æquo ſententiarum numero abſolvi reum ignoravit: deinde, quod in abſolvendo, aut condemnando habendam ordinum rationem arbitratus eſt; ut, quem ordines duo abſolviſſent, aut damnaſſent, is abſolutus, aut damnatus putaretur: cum non intelligeret accidere poſſe, ut a duobus ordinibus abſolutus reus, tamen damnaretur, ex univerſo ſententiarum numero, quarum major pars vel ſalutem reo, vel pœnam efferebat. exempli gratia, ſenatores reum abſolvunt, item equites, ſed utrique paucis ſententiis: tribuni ærarii omnes, aut plerique condemnant. quis non videt abſolvi reum, ſi ordinum potius quam ſententiarum, ratio ducatur? contra tamen accidit: nam ſententiæ numerabantur, ſeparatim quidem primo cujuſque ordinis, ſed ut mox ſumma fieret ex omnibus: quarum majorem numerum vel abſolutio rei, vel calamitas conſequebatur. quod ne putetur a conjectura ductum, quæ ſæpe, tamquam in lubrico poſita, ad falſa prolabitur; præclarum contra ordines (ut ita loquar) pro ſententiis habemus exemplum in utiliſſimo Pediani commentario: in quo damnatus a duobus ordinibus L. Saufejus, ex numero tamen ſententiarum impunitatem aſſequitur. verba recitemus: *Defenderunt Saufejum M. Cicero, M. Cœlius, obtinueruntque, ut una ſententia abſolveretur. condemnaverunt ſenatores decem, abſolverunt octo: condemnaverunt equites novem, abſolverunt octo: ſed ex tribunis ærariis decem abſolverunt, ſex condemnaverunt.* Alterum ſuccurrit exemplum in epiſt. 5. lib. 2. ad fratrem. nam de Sext. Clodio abſoluto ſignificans, *Tres*, ait, *ei ſententiæ tæterrimæ in conſilio defuerunt.* Subjungit autem: *Senatorum urna copioſe abſolvit: equitum adæquavit: tribuni ærarii condemnarunt.* Ex quo patet, ſi ordines conſiderentur, dubium eſſe judicii exitum; cum unus abſolvat, alter condemnet, tertius æquo ſententiarum numero nihil decernat. numeratis autem ſenatorum ac tribunorum ſententiis, (nam equitum pares fuere) vicit tribus ſententiis ea pars, quæ abſolvebat: qui ſenatores fuere: dixit enim *Senatorum urna copioſe abſolvit.* Quid ipſe Cœlius non idem oſtendit verbis ex legis capite uno & centeſimo recitatis? *Quod eorum judicum major pars judicarit, id jus ratumque eſto.*

Vt ſolent] Vt ſolent prætores, poſtea quam, quid judices ſenſerint, pronunciarunt.

Non redigam] Antiqui moris ignoratione ſententia nobis obſcuratur. abſolutionem quidem ſignificari e ſequentibus verbis intelligo.

Pag. 469. *Pro abſoluto*] Cum eum ab ordinibus abſolutum prætor pronunciaſſet.

Legis] De judiciis.

In tabulas] In quas reorum omnium abſolutiones, damnationeſque referebantur.

Abſolutum non retulit] Primum ex ordinum judiciis Laterenſis abſolvendum Servilium putaverat: mox inſcitiam ſuam deprehendit, lecto legis capite 101. in quo, numerandas judicum ſententias, plane cognoſcebatur, omiſſa ordinum mentione. ſed hic etiam lapſus eſt, opinatus ideo non abſolutum Servilium, quia judicum pars major pro eo non judicaſſet: cum par ſententiarum numerus ad abſolvendum ſufficeret.

Ordinum judicia perſcripſit] Hærebat Laterenſis. pronunciaverat jam ab ordinibus abſolutum Servilium: ex quo referre in tabulas abſolutum oportuit. rurſus, cum eum a majore judicum parte non eſſe abſolutum videret, putavit ſe contra legem facere, ſi abſolutum ſcriberet: itaque, ne vel contra ſuam pronunciationem, vel contra legem com-

committeret, (cum ex pronunciatione abſolvendus, ex lege damnandus ei videretur) neque abſolutum, neque damnatum in tabulas retulit; ſcripſit, quid ſinguli ordines judicaſſent.

Poſtulante] De repetundis. nam eodem crimine poſtulare non licebat.

Tranſegit] Vel amicus Laterenſis fuit Lollius, cum quo de abſolvendo Servilio conſilium cepit, vel ipſius Servilii patronus.

Relaturum] In tabulas abſolutum.

De repetundis ſaucius] Saucius & læſus judicio prævaricationis, (ſiquidem neque abſolutus, neque damnatus eſt) de repetundis accuſandus Pilio tradetur.

Nam, de divinatione] Cauſſam exponit, cur, cum ab Appio & Pilio poſtulatum Servilium dixiſſet, unum poſtea Pilium nominarit. Quod ad divinationem, inquit, attinet, Appius contendere cum Pilio non eſt auſus, uter accuſare Servilium deberet. *Divinatio* dicebatur oratio, in qua de accuſatore deligendo diſputabatur; vel quod non de facto, ſed de futuro conjectura quæreretur; vel quod injurati judices in ea cauſſa ſederent, &, quod vellent, præſentire de utroque poſſent; vel quod res ageretur ſine teſtibus, & ſine tabulis, &, his remotis, argumenta ſola ſequerentur judices, & quaſi divinarent. ſic enim putavit Aſconius, cum Ciceronis Divinationem in Verrem explanaret. videndus & Gellius lib. 2. cap. 4.

Cum calumniam juraſſet] *Iurare calumniam* eſt, jurejurando profiteri ſe accuſatorem, in cauſſa tamen haud quaquam juſta. Livius lib. 33. *Romanos in Hannibalem, & ipſos cauſſam odii quærentes, inſtigabant. itaque, diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex dignitate ſua ducebat, ſubſcribere odiis accuſationibuſque Hannibalis, & factionibus Carthaginienſium inſerere publicam auctoritatem; nec ſatis habere, bello viciſſe Hannibalem, niſi velut accuſatores calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent: tandem pervicerunt, ut legati Carthaginem mitterentur, qui apud ſenatum eorum arguerent, Hannibalem cum Antiocho rege conſilia belli faciendi inire.* Pedianus in commentario Cornelianæ: *Huc illud pertinet, cum juraſſe dixit, ſemel privatim, & iterum legatum ſcilicet, cum in Curionem calumniam juravit.* Supra quoque in hac ipſa epiſtola, *Calumniam maximo plauſu tuliſſe*, pro ad accuſandum deſcendiſſe.

Serviliis] Propinquis M. Servilii.

Pag. 470. *Emiſſario eſt factus*] In antiquo libro Mediceæ bibliothecæ, & in duobus præterea, Petri Bembi, & Vbaldini Bandinelli, legitur, *Emiſſa ruſtetio factus.* fortaſſe corrigendum, *Emiſſario, S. Tettio factus*: ut exiſtimat amiciſſimus meus. Tettios autem & libertos, & amicos Claudiorum fuiſſe, in qua gente erat Appius, oſtendit Aſconius, ubi in oratione pro Milone illum locum explanat: *Hæc inſidiata Pompejo eſt.* quamquam ibi tantum de Damione Clodii liberto loquitur. ſed Damionem Tettiæ gentis fuiſſe oſtenditur in lib. 4. ad Attic. epiſt. 3. itaque hic Cœlius, de Appio loquens, *Accuſatus*, inquit, *eſt a quodam ſuo emiſſario Sex. Tettio.* nam cum, *Sextus* antiqui ſignificare volebant, vel *Sex.* ſcribebant, vel *S.* ita patebit & vera lectio & ſententia, quo quidem eo magis inclino, quod etiam in libro pervetere Caroli Sigonii ſcriptum video, *Omiſſa ruſtetio*: ut in hac varietate augeatur mendi ſuſpicio, & ad veritatem indagandam quaſi latior via patefiat.

Recte hoc par habet] Præclare componuntur hi duo: cum emiſſarius eum ipſum reum faciat, a quo in alios emitti ſolitus erat. *Par gladiatorum*, dixit Cicero de optimo genere oratorum: quam vocavit *compoſitionem* epiſt. 8. lib. 2.

Eum] Cæſarem.

Poſt Kal. Mart.] Pugnare videtur hic Cœlii locus cum Ciceronis loco ep. 3. lib. 8. ad Attic. in quo Pompejum M. Marcello conſuli, finienti provincias Gallias Kal. Mart. reſtitiſſe, diſerte ſcriptum eſt. Nec tamen aut Cœlium, aut Cice-

Ciceronem mentiri, credibile eſt. de Pompeji potius levitate & inconſtantia cogimur ſuſpicari, qui, cum reſtitiſſet Marcello conſuli, contra Cæſarem agenti, poſtea cum eodem Marcello conſenſerit de ſucceſſore Cæſari mittendo. epiſtola quidem hujus libri decima, hoc ſenſiſſe oſtenditur, ne S. C. ullum fieret: quod erat, ne Cæſari ſuccederetur, contra Marcelli conſulis relationem.

Auctoritateſque perſcriptæ] Auctoritates dicebantur ſenatus conſulti, nomina ſenatorum, qui ſcribendo affuiſſent: quod auctoritatem & quaſi pondus adderent ſenatus conſulto. *Præſcriptæ* autem, non *Perſcriptæ* mihi placere oſtendi jam epiſt. 2. lib. 5. in eo loco, *Illud ſenatus conſultum ea præſcriptione eſt.*

Auctoritas] Sic liber Sigonii & alii: mihi potius arrideret, *Auctoritates*: cum & Cœlius proxime dixerit, *Auctoritateſque præſcriptæ*; & Cicero lib. 3. de Oratore, *Eundem, id quod in auctoritatibus præſcriptis exſtat, ſcribendo affuiſſe.*

In æde Apollinis] Senatus habebatur vel in ſacris ædibus, vel in templis non ſanctis, ut in Curia Hoſtilia. templorum enim alia ſancta, alia non ſancta, ut ait Varro lib. 6. de lingua Latina.

Scribendo affuerunt] Imminutum eſt, & ſubaudiendum, *ſenatus conſulto.* ſic enim tunc loquebantur. exempla vide epiſt. 6. lib. 15. epiſt. 1. lib. 7. ad Att. de Oratore lib. 3. Integrum autem poſuit, *ſenatus conſulto ſcribendo Lamiam affuiſſe*, epiſt. 29. lib. 12. *Ponor ad ſcribendum*, pro, *Ponor affuiſſe ſcribendo*, dixit epiſt. 15. lib. 9. Lampridius in Heliogabalo: *Mater ejus cum veniſſet vocata ad conſulum ſubſellia, ſcribendo affuit*: id eſt, S. C. conficiendi teſtis.

L. Domitius Cn. F.] Scitu dignum eſt, quod in Nerone ſcripſit Suetonius. *Perſeveraverunt* (inquit) *omnes in eodem cognomine. ac ne prænomina quidem ulla, præterquam Cnei & Lucii, uſurparunt, eaque ipſa inſigni varietate, modo continuantes, unumquodque per trinas perſonas, modo alternantes per ſingulas. nam primum, ſecundumque, ac tertium Ahenobarborum Lucios, rurſus ſequentes tres ex ordine Cneos accepimus: reliquos non niſi viciſſim, tum Lucios, tum Cneos.* Hic autem, qui ſcribendo affuit, conſul fuerat cum Appio Claudio, Cæſaris inimiciſſimus, quem prætor abeuntem conſulatu, quem adverſus auſpicia legeſque geſſiſſe exiſtimabatur, ad diſquiſitionem ſenatus vocavit: mox conſul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentavit: ſucceſſorque ei per factionem nominatus, principio civilis belli ad Corfinium captus eſt. unde dimiſſus, Maſſilienſes, obſidione laborantes, cum adventu ſuo confirmaſſet, repente deſtituit: acieque demum Pharſalica occubuit: vir neque ſatis conſtans & ingenio truci, quippe qui, conſultante Cn. Pompejo de mediis, ac neutram partem ſequentibus, ſolus cenſuit hoſtium numero habendos. De hoc, ut oratore, Cicero ſic in Bruto: *L. Domitius nulla ille quidem arte, ſed Latine tamen, & multa cum libertate dicebat.* Cneus autem pater ejus, hic nominatus, is eſt, qui in tribunatu pontificibus offenſior, quod alium, quam ſe, in patris ſui locum cooptaſſent, jus ſacerdotum ſubrogandorum a collegiis ad populum tranſtulit: ac in conſulatu, Allobrogibus Arverniſque ſuperatis, elephanto per provinciam vectus eſt, turba militum quaſi inter ſollemnia triumphi proſequente. in hunc dixit Licinius Craſſus orator, non eſſe mirandum, quod æneam barbam haberet, cui os ferreum, cor plumbeum eſſet. Hæc Suetonius. Addit Pedianus, ab eo tribuno pl. quod in augurum collegium a M. Scauro, principe civitatis, cooptatus non eſſet, diem ei dictam ad populum, & multam irrogatam, quod ejus opera ſacra multa populi Romani diminuta eſſe diceret. Notatur ut perfidus a Valerio Max. l. 9. cap. 6. quod Bituitum, regem Arvernorum, per colloquii ſimulationem accerſitum, hoſpitioque exceptum, vinxiſſet, ac Romam nave deportandum curaſſet. quod an vere ſcriptum ſit a Valerio, poteſt ambigi: cum Livius lib. 61. Q. Fabium, Domitii ſucceſſorem, adverſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Bituitum feliciter pugnaſſe tradiderit. Idemque Oroſius lib. 5. cap. 14. ſcriptum reliquit.

Ahenobarbus] Vt diſtinguatur a Calvinis. nam, ut idem Suetonius in eodem loco, *ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum, & Ahenobarborum. Ahenobarbi auctorem originis, itemque cognominis habent L. Domitium; cui rure quondam revertenti juvenes gemini, auguſtiore forma, ex occurſu imperaſſe traduntur, nunciare ſenatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat; atque in fidem majeſtatis adeo permulſiſſe malas, ut e nigro rutilum ærique aſsimilem capillum redderent. quod inſigne manſit & in poſteris ejus, ac magna pars rutila barba fuerunt.* Confirmatur idem a Plutarcho, in Paulli vita, de hujus origine cognominis. Quod autem, *Ahenobarbus*, non, *Ænobarbus* maluerim ſcribere, ſi quis lapides Capitolinos inſpexerit, non mirabitur. Deductum videtur non ab, *æneus, ænea, æneum*, ſed ab *ahenus, ahena, ahenum*, quod Gellius, aſpiratione inter duas vocales interjecta, ſcribere veteres conſueviſſe demonſtrat l. 2. c. 3.

Q. Cæcilius] Hic eſt Scipio ille, Magni Pompeji ſocer ejuſdemque in tertio conſulatu collega, qui afflictas Pharſalico prœlio partes Pompejanas, in Africa rurſus ope Iubæ regis excitavit, victuſque a Cæſare, ne victoris in poteſtatem veniret, ipſe ſibi mortem conſcivit. Tranſiit autem a Corneliis in Cæcilios, aſſumpto patris adoptivi cognomine Pio, quod eum Q. Metellus Pius, Numidici filius, Pontifex Max. adoptaverat. id quod in Dionis hiſtoria legimus lib. 40. Hunc Cicero *Naſicam* vocat epiſtol. 1. lib. 2. ad Attic. quod ejus patris majorumque cognomen fuerat. Dio eodem libro. Idem tamen vetere prænomine, quod a naturali patre acceperat, *Publius* appellatur interdum, ut a Cicerone in oratione pro domo, & in epitome Liviana, & apud Eutropium. Pater autem ejus, ut eodem loco Dio ſcripſit, fuerat Scipio Naſica, avus item Naſica, quem nominat Cicero in Bruto.

Villius] Antiqua familia, primis fere temporibus a Livio nominata. *Annales* dicti, ab eo, qui legem tulit, quo anno magiſtratus capere liceret. Villium Annalem Cicero etiam memorat in oratione pro Fundanio, apud Priſcianum lib. 6. Antea in omnibus impreſſis, *Iulius*: primi nos repoſuimus, *Villius*.

Pag. 471. *Pom.*] Tribus Pomptina fuit. nam ex xxxv. tribubus, aliquam (ut inquit Pedianus) neceſſe erat, cujuſcunque eſſet ordinis, civis Romanus obtineret. is autem oſtendebatur a prænomine ſuo, a nomine, (nomine autem familia ſignificatur) a patris prænomine, a tribu, a cognomine, ut Philippica 9. *Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus.* Lemonia enim tribus eſt ablativi caſus: ut ſit, *ex Lemonia*, ut inquit Aſconius. in lapidibus autem antiquis fere ſemper, in libris aliquando prioribus tantummodo litteris ſignificari tribus animadvertas, ut in hoc S. C. ubi enim legitur, *Pom.* ſciendum eſt *Pomptinam* intelligi: ubi *Pop. Popilliam*: ubi *Pup. Pupiniam.* ubi *An. Anienſem*: quod cum antea non eſſet exploratum, alii pro *An. Capito*, duabus vocibus conjunctis legebant *Ancapito*: Bernardinus autem Rutilius in ſuis annotationibus credidit, antiquas notas fuiſſe, quæ ſignificarent, *Ateji nepos.* in quo quam deceptus ſit, non attinet dicere. ſi enim ab avo oſtendendus aliquis erat, non ab ejus nomine, ſed a prænomine oſtendebatur. ſed incidit in errorem, quia tribum Anienſem non agnovit. quæ duabus modo litteris, ut jam dixi, ſcripta fuerat. quæ me ratio movit, ut ubi, *Puphirrus*, uno tantum verbo antea legebatur, duobus in noſtro libro ſcriberem, *Pup. Hirrus*, id eſt Pupinia Hirrus. tribus enim ante cognomen ponebatur, ut & hic, & alibi licet videre. Quoniam autem hanc tribuum cognitionem non ita facilem eſſe perſpicimus, (nam & Volaterranus, & Alexander, qui dies Geniales ſcripſit, & alii, quos non neceſſe eſt commemorare, parum videntur in ſuis libris earum numerum & nomina tenuiſſe) ſtudioſis non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

non fore prorſus inutile, aut injucundum arbitramur, ſi, quæ in hanc rationem diſperſa in veterum monumentis leguntur, coacta huc afferamus. quæ cum olim ſcripſerim adoleſcens, cum hæc nova videbantur; nunc eadem, correctione quadam, breviſſime colligam.

Fuerunt igitur Romanæ tribus omnino XXXV. quarum nomina infra ſcripſimus, & ſcriptores aliquot, qui de iis locuti ſunt, appoſuimus, ut inde facilior earum ac certior unicuique cognitio ſit.

ÆM. vel ÆMI. Æmilia. Cicero ad Att. lib. 2. Livius lib. 38. antiquæ urb. inſcr. 75.

ANI. Anienſis. Cicero pro Plancio, Livius lib. 10. antiquæ urb. inſcr. 160, 175. & in lib. Petri Appiani de inſcriptionibus antiquis totius orbis, 93.

ARN. vel ARNIEN. Arnienſis. Cicero in agraria 2. in Rullum, Liv. lib. 6. & lib. 29. ubi corrupte legi putamus *Narnienſis*. nam lapis antiquus, quem Vulſiniis in templi parietibus vidimus, expreſſam Arnienſis mentionem continet.

CLA. Claudia. Livius lib. 2. Virg. l. 7. Dionyſius Halic. lib. 5. antiquæ urb. inſcr. 75, 84. 114. liber Appiani 479.

CLV. vel CLVST. Cluſtumina. Cicero pro Plancio, pro Balbo. antiquæ urb. inſcr.

COL. Collina. Varro lib. 4. de ling. Lat. Plin. lib. 18. cap. 3. Feſtus. antiquæ urb. inſcr. 27, 99, 120. liber Appiani 110.

COR. Cornelia. Livius lib. 38. antiquæ urb. inſcr. 29.

ESQ. vel EXQ. Eſquilina. Varro lib. 4. de ling. Lat. Plinius lib. 19. cap. 3. Feſtus, antiquæ urb. inſcr. 75. Eſt præterea in ædibus viri optimi, valdeque eruditi, Gentilis Delphinii Romani, fragmentum antiqui lapidis cum hac tribu.

FAB. Fabia. Horatius epiſt. 6. lib. 1. Suetonius in Auguſto, antiquæ urb. inſcr. 61, 73, 74, 76, & Petri Appiani lib. 62, 66, 335, 343, 500.

FAL. Falerina. Livius lib. 9. in libro Appiani 105, 120. & Neapoli antiquus lapis eſt ita inſcriptus:

C. PISTORIO. C. F. FAL. FIRMO. AEDIL. IIVIR. CVRATORI. OPER. PVBLICOR. item Ioſephus ἐν τῷ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ, κεφαλῇ ιζ.

GAL. Galeria. Liv. lib. 27. Plinius libro 7. cap. 49. (etſi pro *Galeria* legitur *Galerius*: ſed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani) & antiquæ urb. inſcr. 89, 142, 159. liber Appiani 14, 15, 16, 19, 21, 22.

HOR. vel HORAT. Horatia. Scriptum in libris de hac tribu nihil eſt: in lapidibus tamen ſæpe nominatur. deductam ſatis conſtat a vetere familia patricia, ut alias non paucas.

LEM. Lemonia. Cicero pro Plancio, Phil. 9. Feſtus. antiquæ urb. inſcr. 91, 151.

MAEC. Mæcia. hanc in antiquis lapidibus duobus invenimus: C. OCTAVIO. C. F. MAEC. VERO. C. HERENACIO. MAEC. ROMANO. in libris quinquies nominatam obſervavimus, a Tullio lib. 4. ad Att. epiſt. 14. a Livio l. 8. & 29. a Valerio Max. lib. 2. cap. 4. a Feſto.

MEN. Mentina. Cicero lib. 13. epiſt. fam. Ioſephus ἐν τῷ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγῳ ιγ, κεφαλῇ ιζ. cum quibus lapides tres conſentiunt:

C. VALERIO. C. F. MEN. DOLVTIO. MARCIANO.

A. MVNIO. A. F. MEN. EVARISTO.

C. CATIO. C. F. MEN. BALBO. C. CATIVS. C. F. MEN. GALLVS.

& hic epiſt. 9. l. 13. Puto tamen hanc tribum fuiſſe *Meneniam* potius, quam *Mentinam*, & corruptum eſſe Ioſephi locum. deducetur enim ab antiqua familia patricia, ut aliæ octo, Æmilia, Claudia, Cornelia, Fabia, Horatia, Papiria, Sergia, Veturia. nam Publilia nomen accepit a plebeja gente.

OVF. Oufentina. Livius lib. 9. Feſtus. antiquæ urbis inſcr. 86. 133. in libro

Appiani 27, 28, 30, 51, 63, 71, 79, 84, 85, 86. & in lib. Veronenſium antiquitatum ſic:

Q. EVFEMVS. Q. F. OVF. LVCVLLIVS.

PAL. vel PALAT. Palatina. Cicero in Verrem. Pedianus 18. Varro lib. 4. de ling. Lat. Plinius lib. 18. c. 3. Livius lib. 20. Feſtus. antiquæ urbis inſcr. 29, 34, 39, 62, 116, 155, 176. liber Appiani 17, 22, 34, 64.

PAP. vel PAPIR. Papiria. Livius l. 8. Feſtus. antiquæ urbis inſcr. 72, 135.

POB. Poblilia, quæ deinde *Publilia* ſcripta eſt. ſicuti ex Poblius *Publius* factus eſt. reperitur in lapidibus & PVB. & PVBL. & PVBLIL. & POB. Livius lib. 7. antiquæ urb. inſcr. 10. liber Appiani 252. & in libro Veronenſium antiquitatum ſæpe. Exempla *Publiliæ*, per *u* ſcriptæ, quinque habemus, duo in antiquæ urb. inſcr. 66, 81. tria in App. lib. 65, 105, 352. Puto hanc eſſe, quam Feſtus *Popilliam* nominat: de qua Valerius lib. 9. cap. 10. liber Appiani 297.

POL. Pollia. Livius lib. 29. Valerius Max. lib. 2. cap. 4. & lib. 9. cap. 10. antiquæ urbis inſcriptiones 110, 113, 147. liber Appiani 18.

POM. vel POMP. Pomptina. Cicero ad Atticum lib. 4. Livius lib. 7. Feſtus. antiquæ urb. inſcr. 114, 177. liber Appiani 141, 484.

PVP. Pupinia. Cicero ad Q. fratrem lib. 3. Livius lib. 26. Feſtus. duo antiquorum lapidum exempla exſtant; alterum Capuæ, D. VIBIDI D. F. PVP. NIGRI; alterum Patavii, CLAVSIO. C. F. PVP.

QVI. vel QVIR. Quirina. Cicero pro Quinctio. Aſconius 61. Feſtus. antiquæ urb. inſcr. 15, 34, 44, 115. liber Appiani 14, 17, 18, 19, 103.

ROM. Romilia. Cicero in Verrem, idemque in agraria 1. Aſconius 18. Varro lib. 4. de ling. Lat. Feſtus, Servius in comment. 3. Æneidos. antiquæ urbis inſc. 165. in libro Veronenſium antiquitatum 51. L. GALLIO. L. F. ROM. Eſt etiam Ferrariæ ſemifractus lapis, in imis ſummi Templi parietibus inſtratus, in quo ita ſcriptum vidimus, -ITIO. T. F. ROM.

SAB. Sabatina. Livius libro 6. Feſtus. lapis antiquus Romæ in ædibus eximii Cardinalis Carpenſis, CN. CORNELIO. CN. F. SAB. MVSAEO. MANCIPI VIAE APPIAE.

SCA. vel SCAP. vel SCAPT. Scaptia. Livius lib. 8. Suetonius in Auguſto, Feſtus. Lapidis antiqui exemplum Romæ exſtat in regione Pantheonis: C. AVFELIVS. C. F. SCA. SEVERVS. & item aliud, C. GRANTANIVS. SCAPTIA. MACER.

SER. vel SERG. Sergia. Aſconius 61. antiq. urb. inſcr. 61, 63, 81, 165. eſt etiam in eodem lib. 63. quatuor litteris SERG.

STEL. Stellatina. Livius lib. 6. antiquæ urb. inſcr. 110. & duabus litteris, ST. 239.

SVB. Suburana. Varro lib. 4. de lingua Lat. Cicero etiam in agraria 2. quo in loco videtur corrupte legi, *Ab Ocriculana*: cum in quinque antiquis libris legatur, *Ab uſura nam.* unde mihi orta conjectura eſt, legi poſſe, *a Suburana*, mutatione fere nulla. Plinius lib. 18. cap. 3. Feſtus. antiquæ urb. inſcr. 117. & alibi.

TER. Terentina. Cicero pro Plancio. Livius lib. 10. antiquæ urb. inſcr. 140. 199. liber Appiani 105. 336.

TRO. vel TROMEN. Tromentina. Feſtus. Livius etiam lib. 6. ſcripſit, *Tromentina*, ut opinor, non, ut impreſſum eſt, *Promentina*. antiquæ urb. inſcr. 207. liber Appiani 16, 177. & in lapide, qui Cajetæ eſt, L. ATILIO. L. F. TROMEN.

VEIEN. Vejentina. pro Plancio.

VEL. Velina. Cicero ad Att. lib. 4. & in Bruto. Horat. epiſt. 6. lib. 1. Perſius, antiq. urb. inſcr. 162. liber Appiani 19.

VET. Veturia, hoc lapide notata, C. CASSIVS. C. F. VET. & hoc, SEX. APVSIVS. SEX. F. VET. & hoc, SEX. CALPVRNIVS. SEX. F. VETVRIA.

VOL. vel VOLT. vel VOLTIN. Voltinia.

Cicero

Cicero pro Plancio. antiq. urb. inſcr. 155. & in antiquo lapide, qui eſt Venetiis in turri S. Vitalis, CN. NVMERIVS. CN. F. VOL. FRONTO. eſt & quatuor litteris VOLT. in Appiani lib. 484. alibi VOLTIN. & integrum VOLTINIA.

Ex hoc numero quatuor tantum urbanæ fuerunt, Palatina, Eſquilina, Collina, Suburana, in quas (ut inquit Plinius) transferri ignominiæ eſſet, dictæ a partibus urbis, in queis habitabant. reliquæ omnes ruſticæ, laudatiſſimæ, eorum, qui rura haberent: quæ proprie ingenuorum erant; cum urbanæ libertinorum eſſent: ut in Aſconio, & in epitome Liviana lib. 20. Aſconium autem, ubi illud in Verrem explanat, v. & xxx. tribus, cur de nominibus Sabinarum plures tribus eſſe factas dixerit, mirari non ſatis poſſum; cum a Sabinis non tribus, ſed curiæ nomina acceperint, ut inquit Livius lib. 1. & Sex. Pompejus.

C. Luccejus] *C. Lucius* antea legebatur in omnibus vulgatis libris: quod etiam in antiquis video ſcriptum eſſe. verum non indiligenter a nobis obſervata Romanorum nominum ratio mendum olim patefecit. non enim duo prænomina, *Cajus*, & *Lucius*, ſimul eſſe poſſunt: & omnino familiæ nomen poſteriore loco requiritur: nec video, quid commodius pro *Lucius*, reponi poſſit, quam *Luccejus*. quod cum mihi placuiſſet multis abhinc annis: poſtea cum ab aliis probatam eſſe conjecturam noſtram intellexerim, confirmor aliquanto magis in vetere ſententia.

Hirrus] Et cognomen *Hirrus*, & prænomen *Cajus*, indicant eum eſſe, quem ſuum in ædilitate competitorem nominavit Cœlius ep. 2. Et, ut aliud ex alio, ſuſpicor, quem legimus *Vcilium Hirrum* apud Cæſarem lib. 1. de bel. civ. mutandum eſſe in *Luccejum Hirrum*. Hic in ſequentibus ſenatuſconſulti partibus, quibus interceſſum eſt, non affuit ſcribendo, fortaſſe quod aliter ſentiret, aut ne Cæſarem offenderet; in quem fieri præjudicium videret: ideoque etiam interceſſum eſt.

Curio] Tribunus pl. deſignatus: quo tempore favere Pompejo contra Cæſarem videbatur: idque tum hiſtoriæ narrant: tum etiam argumento eſt, quod affuit ſcribendo ſenatuſconſulto, pro optimatibus, id eſt pro Pompejo contra Cæſarem facto. adeſſe enim ſcribendo ſoliti ſunt, qui ſenatuſconſultum fieri vellent. quod oſtendit ep. 6. lib. 15.

Capito] Cognomen eſt & gentis Ateiæ, ut hic, & epiſt. 29. lib. 13. cognoſcitur; & Fonteiæ, teſtimonio Plutarchi & Horatii: quorum ille in Antonii vita Fontejum Capitonem, hic eundem ſat. 5. lib. 1. nominat.

M. Marcellus conſul] Nam Sulpicius collega æquior in Cæſarem fuit, nec ei ante abſolutum decem annorum ſpatium, Vatinia primum, deinde Trebonia lege datum, ſuccedendum putavit, ne cauſſa belli civilis oriretur. itaque, cum ad eum ſcriberet Cicero ep. 1. lib. 4. *Cognoram*, inquit, *jam abſens, te, hæc mala multo ante providentem, defenſorem pacis, & in conſulatu tuo, & poſt conſulatum fuiſſe.* Et epiſt. 2. ejuſdem libri: *Omnia utriuſque conſilia ad concordiam ſpectaverunt.* Et epiſt. 3. *Abſens cognoſcebam, quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cavendo & prædicendo ſententia: & ipſe affui primis temporibus tui conſulatus, cum accuratiſſime monuiſti ſenatum, collectis omnibus bellis civilibus, ut & illa timerent, quæ meminiſſent; & ſcirent, cum ſuperiores, nullo tali exemplo antea in rep. cognito, tam crudeles fuiſſent, quicumque poſtea remp. oppreſſiſſet armis, multo intolerabiliorem futurum. quare meminiſſe debes, eos, qui auctoritatem & conſilium tuum non ſunt ſecuti, ſua ſtultitia occidiſſe, cum tua prudentia ſalvi eſſe potuiſſent.* Legimus etiam in Suetonio, *M. Marcello conſuli Cæſarem reſtitiſſe, partim per Ser. Sulpicium alterum conſulem, partim per interceſſores tribunos pl.*

V. F.] Vſitatus loquendi modus in oſtendenda relatione. nam V. F. quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

eſt, *verba fecit*, idem valet quod *retulit*, apud Frontinum de aquæ ductibus.

De provinciis conſularibus] Vt ſuccederetur iis, qui conſulares provincias obtinebant: quod generale videbatur: ſed provincia Cæſaris utraque Gallia maxime petebatur: duas autem quotannis provincias iis decerni qui conſules fuiſſent, lex Sempronia jubebat: qua de re fit mentio in orationibus pro domo, & de provinciis. & epiſt. 7. lib. I. Retulit igitur primum conſul Marcellus de conſularibus provinciis, mox de omnibus univerſe. prior relatio valuit, quia nemo interceſſit: ex quo factum eſt ſenatus conſultum: de uno dixit Cœlius, *Senatus conſultum, quod tibi miſi, factum eſt.* poſterior autem relatio, tres partes complexa, quas paulo poſt oſtendemus, infirma fuit: quia ſingulis partibus tribuni pl. interceſſerunt. ideo factum de iis ſenatus conſultum non eſt, (non enim hoc nomen ad ea ſenatus decreta pertinet, quibus interdicitur) ſed ſenatus tantum auctoritas remanſit: quæ quid a ſenatuſconſulto differat, demonſtratum eſt epiſt. 2. lib. I.

D. E. R. I. C.] *De ea re ita cenſuerunt.* Sic enim Probus interpretatur. eædem litteræ in ſenatus conſultis a Frontino recitatis in libello de aquæ ductibus leguntur, & apud hunc noſtrum oratione IIX. in Antonium: *Quod Opimius conſul verba fecit de rep., de ea re ita cenſuerunt.*

L. Paullus] Hic initio conſulatus acerrime Cæſaris cauſam oppugnavit: ut legitur epiſt. II. poſtea ſilentium Cæſari vendidit, acceptis M. D. talentis. Plutarchus in Cæſare. nota etiam ex aliis hiſtoria. Ad hunc epiſtolas Ciceronis habemus lib. 15.

C. Marcellus] Patruelem fuiſſe M. Marcelli conſulis, ait Suetonius; Dio, patruelis fuerit, an frater, ambigit. ad hunc etiam ſcripſit Cicero lib. 15. eſt autem is, qui Octaviam, Octavii, poſtea feliciſſimi Romanorum imperatoris, ſororem in matrimonio habuit, ex qua Marcellum ſuſcepit: eum, quem primo adoleſcentiæ flore extinctum, Virgilius celeberrimo carmine deploravit.

Iniſſent] Inibant Kalendis Jan. quod inſtitutum eſt anno urbis DXCVII. cum iniſſent antea Kalendis Mart.

A. d. ex X. *Kal. Mart.*] Sic eſt in tribus meis antiquis libris, & in uno Sigonii, & in Mediceo. ſuſpicor tamen locum non carere mendo, & legendum fortaſſe, *A. d. ex Kal. Mart.* vel potius, *Ex a. d. Kal. Mart.* quod valet, *Ex ante diem Kal. Mart.* nam veteres conſueviſſe dicere, *Ex ante diem*, non, *Ante diem ex*, animadverti. exempla ſubjungam. epiſt. 17. lib. 3. ad Att. *Nuncii nobis triſtes, nec varii, venerant ex ante diem non. Jun.* Varro lib. I. de re ruſt. *Ex ante diem* VII. *id. Febr. ex ante diem* VII. *id. Maji, ex ante diem* III. *id. Sext. ex ante diem* III. *id. Nov.* Livius lib. 45. *Supplicatio pro concione populi indicta eſt ex ante diem* V. *id. Oct.* cum eo die in quinque dies. Accedit Colotiani lapidis teſtimonium.

M. ÆMILIVS. M. ANTONIVS. IMP.
CAESAR III. VIR. R. P. C.
EX. A. D. V. K. DEC. AD. PR. K. IAN.
SEX.

Vt alias omittam veteres inſcriptiones, quas in unum collegit Aldus filius. Quod autem, *Ex a. d. Kal. Mart.* malo legere, quam, *Ex a.d.* X. *Kal. Mart.* infirmis in eo rationibus moveri non arbitror. Kalendas enim Martias omnino deſignari, non X. Kal. Mart. ex eo quod proxime ſupra dictum eſt, intelligitur: *Perſpecta Cn. Pompeji voluntate in eam partem, ut eum decedere poſt Kal. Mart. placeret.* Maxime autem confirmat opinionem noſtram id, quod ſequitur paucis interjectis verbis: *Neve quid prius ex Kal. Mart. neve quid conjunctim referretur a conſulibus.* Idem dies, eadem res, epiſt. 3. lib. 8. ad Att. oſtenditur: *M. Marcello conſuli finienti provincias Gallias Kal. Mart. reſtitit.* quod attinet ad modum loquendi, *Ante diem*, valet *Ad*: non enim hoc loquendi genere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nere mutatur is dies, qui deinde nominatur. itaque quod eſt epiſt. 22. lib. 12. *Ad* XIII. *Kal. Ian. ſenatus frequens mihi eſt aſſenſus:* in Philip. 14. eſt, *Memoria tenent, me ante diem* XIII. *Kal. Ian. principem revocandæ libertatis fuiſſe.* Et epiſt. 5. lib. 16. qui dies ſequitur nonas Nov. appellatur *ante diem* IIX. *id. Nov.* quem IIX. id. eſſe conſtat. Gellius quoque lib. 15. cap. 28. Ciceronem dixit eſſe natum *ante diem* III. *non. Ian.* is vero dies III. *non. Ian.* vocatur epiſt. 5. lib. 7. ad Att. Sæpe autem imperiti librarii, cum *a.d.* non intelligerent, ſcripſerunt *ad.* quod mendum irrepſit in libros, in lapides non potuit; nec multorum utemur teſtimonio: unum vidimus apud familiarem noſtrum, virum optimum & eruditiſſimum, Fulvium Vrſinum, ita inſcriptum:

CN. CINNA. MAGNO
L. VALERIO. VOLESO COS.
A. D. XIII. K. APRILIS
A. D. MONVMENTVM SOCIORVM
IN. CONVENTV. HABENDO. CVRATORE
C. PETRONIO. C. F. PAL. VARIA.
ACTVM. EST
ET. ITA. DECREVERVNT. LOCVM. L.
SEMPRONI
D. L. HILARI. ET. OLLAS. V. DARI
ADSIGNARI
C. PETRONIO. C. F. PAL. VARIAE.
CVRATORI
OB. PIVM. OFFICIVM. INDVSTRIAM.
ERGA. SOCIOS
EIVS. MONVMENTI. ET. SOCIVMQVEVM. ASCIVER.

Quia in ſuo magiſtratu futuræ eſſent] Cum proxime dictum ſit, *Cum magiſtratum iniſſent*, cur addatur, *Quæ in ſuo magiſtratu futuræ eſſent?* quaſi eſſet ignotum Kal. Mart. in eorum magiſtratu futuras. plane hoc ſuſpicor ex margine libri, interpretationis loco appoſitum, irrepſiſſe in verba S. C. valde enim mendoſe totum hoc S. C. in antiquis libris, etiam in Mediceo ſcriptum eſt.

Pag. 472. *Referrent*] Retulit Marcellus: Paullus, a Cæſare emptus, tacuit.

Ex Kal. Mart.] Ex his verbis liquet paullo ante legendum eſſe, *Ex ante diem Kal. Mart.* non, ut mendoſe ſcriptum eſt in omnibus antiquis libris, *A. d. ex* X. *Kal. Mart.*

Conjunctim] Cum enim plura ſimul ad ſenatum referebantur, non facile omnia ſenatus major pars comprobabat. ita ſæpe fiebat, ut una res repudiata reliquas, quæ omnino placent, impediret. nam, cum dixiſſet ſenator, *Divide ſententiam*, ut de ſingulis rebus referretur; orta contentione dies conſumebatur, lege permittente ſenatoribus, qua quiſque de re vellet, quamque diu vellet, dicere. itaque Feſtus inter impedimenta ſenatusconſulti numerat hoc in verbo *Numera*, cum ſenator diviſionem poſtulabat earum rerum quæ referebantur.

Vtique ejus rei cauſa] Antiquum eſt, *Vtique*, pro, *& ut.* ideoque in ſenatusconſultis ex vetere conſuetudine uſurpatum. Phil. 9. & 14 in utriuſque extremo. Sic & Piſo apud Gellium l. 6. cap. 9.

Dies comitiales] Per quos haberi ſenatum leges vetabant. epiſt. 2. lib. 2. ad Quinctum fr. *Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat.* Et eodem libro, epiſtola Riſi: *Comitialibus diebus, qui Quirinalia ſequuntur, Appius interpretatur, non impediri ſe lege Pupia, quo minus habeat ſenatum.* Ad Lentulum autem, ep. 4. lib. 1. iidem dies ſignificantur iis verbis: *Senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiam, id quod ſcis, non poteſt.*

Qui eorum] Qui ſenatorum. Sic infra. ſic locutus & Livius lib. 28. & Cato c. 145.

In CCC. *judicibus*] Dixi jam, tres ordines lege Aurelia, ſenatum, equites, tribunos ærarios judicaſſe. Sed omnes ſenatores, qui judicabant, a judiciis in ſenatum convenire, ideo ſenatus voluit, ne per infrequentiam, quod ſæpe accidit, fieri S. C. non poſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſet. certum enim ſenatorum numerum faciendo S. C. lex definiebat. Feſtus, & Dio: quorum teſtimonio hac ipſa de re jam uſi ſumus. Judiciis autem implicati tenebantur ſenatores multi; itaque ille, qui ſcripſit ad C. Cæſarem de rep. ordinanda, cujus exſtat epiſtola, cum Salluſtii fragmentis edita: *Duabus*, inquit, *rebus confirmari poſſe ſenatum puto: ſi numero auctus per tabellam ſententiam ferret. tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: in multitudine, & præſidii plus, & uſus amplior eſt. nam fere his tempeſtatibus, alii judiciis publicis, alii privatis ſuis atque amicorum negotiis implicati, haud ſane reip. conſiliis affuerunt: neque eos magis occupatio, quam ſuperba imperia, diſtinuere.* Trecentos autem ordinis ſenatorii judices Plutarchus nominat in Graccho: ſed hoc tempore trecenti ſexaginta, electi a Pompejo tertium conſule judicabant. docet hoc Vellejus lib. 2. & Plutarchus in Pompejo. itaque miror trecentos duntaxat nominatos, niſi ſi perfecti numeri potius, quam imperfecti, placuit appellatio: ut in Piſonem dixit Cicero, *Quadraginta annis*, pro triginta ſex. quo loco Aſconius uſitatum ait fuiſſe Ciceroni, ut, omiſſa ſubtiliore annorum computatione ſummatim tempus comprehenderet: recitatque illa in Catilinam, *Vigeſimum jam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis*: cum octavus decimus dies eſſet. Aut igitur falſum judicum numerum hac ratione tueamur: aut deeſſe LX. cenſeamus: ut omnino ſint, qui a Vellejo & Plutarcho nominantur, CCCLX.

Sex] Malim, *Eos*. ut omnes a judiciis abducti adeſſent in ſenatu. Sic infra locutus: *Quos eorum ex S. C. cum imperio in provincias proprætores mitti oporteret, eos ſortito in provincias mitti placere.*

Abducere] Et ſententia, & Latini ſermonis uſus, *Abducere*, videtur probare, non, ut habent omnes etiam ſcripti libri, *Adducere*.

Ad populum plebemve] Ad plebem ferre, non ad populum, tribunus pl. dicebatur; quia jus convocandi patricios non habebat: ad populum autem conſules & prætores, quibus omnes cives edicto convocare licuit. Livius libro ſecundo. Gellius libro 10. capite 20.

Lato opus eſſet] Contracte ſcribebant hoc totum, S. Q. D. E. R. A. P. P. V. L. O. E. quod Probus explanabat, *Si quid de ea re ad populum plebemve lato opus eſſet.* Sic Livius lib. 44. *Senatum conſulerent, ſi qua re conſulto opus eſſet.*

Tribuni pl.] Horum cauſa additum eſt, *Ad plebem.*

Pag. 473. *Deinceps*] Poſt eos, anno ſequenti. nam eodem anno, præter eos legem ferre nemini licuit, non ædilibus, non quæſtoribus, non aliis magiſtratibus.

I. V.] Antiquus Sigonii liber, *I. N.* ex quo mihi venit in mentem, non incommode legi poſſe, *I N.* conjunctis duabus illis literis I, & N. ut hoc ſignificetur, *Interceſſum*. nam, quæ ſequuntur ejuſdem relationis capita, conſenſu quidem ſenatus approbata, ſed, tribunis pl. intercedentibus, ſenatus conſulti vi & nomine caruerunt. cum enim ſenatus decreviſſet, ut L. Paullus & C. Marcellus coss. ex ante diem Kal. Mart. de provinciis conſularibus ad ſenatum referrent, cavere voluit, ne quis moram afferret; adjunxitque alterum caput, ſi quis impediſſet, eum contra remp. facturum. Tertium caput fuit de imminuendo Cæſaris exercitu, honeſta præſcriptione, ut a bello diſcederent emeriti milites, quique cauſas, cur miſſi fieri deberent, oſtendiſſent. Quarto capite quaſi præjudicium fiebat de Galliis Cæſari adimendis: quippe cum ſenatus Ciliciam, quæ conſularis erat, prætoriam faceret, ut duæ tantum reliquæ conſulares, Gallia, & Syria, in ſortem conjectæ, iis, quibus obveniſſent, traderentur: quod ita factum eſt; verum hæc ſingula debilitavit ac ſuſtulit interceſſio: primum caput valuit: ut anno ſequenti de pro-

vinciis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

vinciis conſularibus ad ſenatum referretur: cum interceſſionem neceſſariam Cæſaris amici non putarent, qui non huic ſenatus conſulto, quo actio de provinciis conſularibus ſequentis anni conſulibus mandabatur, ſed ei potius, quod ſequentes conſules de ſucceſſione provinciarum poſtea facerent, intercedendum intelligerent.

Qui poteſtatem habent] Tribunos pl. maxime deſignat, quorum erat interceſſio: quamquam licuiſſe omnibus intercedere, qui eadem poteſtate, qua ii, qui S. C. facerent, majoreve eſſent, ſcripſit Gellius lib. 14. cap. 7.

Intercedendi, impediendi] Satis erat, *Impediendi:* quo uno verbo & interceſſio, & quidquid impedimento poteſt eſſe, continetur. nam & paullo poſt ſubjunxit, *Qui impedierit*, non *Qui interceſſerit*, *impedierit*. itaque ſuſpicatus quandoque ſum, *Intercedendi*, abundare. Sed hoc & dubium eſt, & parvi refert: itaque magnopere nec affirmo, nec, ſi quis contra velit diſputare, contenderim: liberum cuique judicium relinquatur.

Quamprimum ad ſenatum referri] A quo quamprimum referri? an ab eodem, quo referente hoc decernitur? at is jam retulerat, ſenatuſque cenſuerat, ut ſequentis anni conſules ex ante diem Kal. Mart. de conſularibus provinciis ad ſenatum referrent. de ceteris autem provinciis, id eſt de Cilicia, deque octo reliquis provinciis, quas prætorii pro prætore obtinerent, cum ab eodem M. Marcello relatum eſſet, decretum eſt quod infra legitur. quare hoc de ſequentis anni conſulibus accipio, non ut quamprimum, cum magiſtratum iniſſent, ſed quamprimum poſt Kal. Mart. de quo die facta mentio eſt in priore relatione, ad ſenatum referrent.

Contra remp. feciſſe] Hoc in ſenatus conſultis verſiculo utebantur, ut ab impediendo deterrerent.

Huic S. C.] Senatus conſulti partes *ſenatus conſultum* vocat, ut *Legem* pro legis capite in oratione pro Cluentio.

Cornelius] Plebejus, cum ſit tribunus pl. Patricii vero Cornelii, Lentuli, Scipiones, Dolabellæ, alii. plura diximus epiſt. 1. lib. 1.

C. Vibius Panſa] Antea, *Julius*, mendoſe. qui conſul, mortuo Cæſare, fuit cum A. Hirtio.

Stipendia emerita] Emeriti ſtipendia milites dicebantur qui per annos decem militaſſent: tuncque ſacramento exſolvebantur, ut oneribus militiæ vacarent.

Cauſſas] Ut morbum, infirmitatem valetudinis, aut aliquam rei domeſticæ difficultatem; quas ob cauſſas abeſſe domo non liceret. Livius lib. 34. *Cum milites, qui in legionibus urbanis erant, frequentes tribunos pl. adiſſent, uti cauſas cognoſcerent eorum, quibus aut emerita ſtipendia, aut morbus cauſſæ eſſent quo minus militarent.*

Hunc] Qui hæc cenſuit ac decrevit.

Ratio habeatur] Cura ſuſcipiatur.

Pag. 474. *Auctoritatem perſcribi*] Hoc quale fuerit, jam oſtendimus. iterare eadem non placet.

De ea re] De interceſſione.

Referri] A conſulibus, prætoribus, tribunis pl. quibus eorum videretur.

In Ciliciam] Si habetur eorum ratio, qui provincias obtinent, Cilicia conſularis eſt, cum a viro conſulari Cicerone adminiſtretur: ideoque non in hoc S. C. ſed in eo, quod de provinciis conſularibus factum eſt, nominari debuit. verum, quia fit prætoria, cum decernat ſenatus, ut in eam proficiſcatur qui prætor, non qui conſul fuerit; propterea in hoc S. C. rejecta, ad reliquas provincias, quas prætorii obtinebant, aggregatur. erat enim poteſtas ſenatui, quos vellet, in provincias mittendi, ſive conſulares, ſive prætorios: &, in quas prætorii mittebantur prætoriæ; in quas conſulatu functi, conſulares provinciæ vocabantur. id ex hoc ipſo primum cognoſcitur S. C. quo prætorius, non conſularis in Ciliciam, cui præerat hoc anno Cicero conſularis, mittitur: deinde confirmatur oratione de provinciis. potuit tamen tribunu

pl. hanc poteſtatem eripere ſenatui, & conſularem provinciam lata rogatione ab homine conſulari ad prætorium transferre: quod objicit Clodio Tullius, factumque extra ordinem queritur in oratione pro domo. Sed ut redeam ad Ciliciam, cogitanti mihi, cur prætoria nunc fiat, quæ conſularis antea fuerat, adminiſtrata per annos aliquot a tribus conſularibus, Lentulo, Appio, Cicerone, viſum eſt hoc a Pompejanis aſtuto conſilio factum, ut conſularium provinciarum numerus, una exempta, fieret anguſtior; eoque certior ſpes eſſet adimendi Gallias Cæſari: cum duas tantum conſulares provincias lege Sempronia decerni per ſenatum oporteret. quod orationes pro domo, & de provinciis, & Cæſar l. 1. de bel. civ. docet: Conſulares autem, id eſt a conſularibus hoc anno adminiſtratæ, quatuor eſſent, Hiſpaniæ, Cilicia, Galliæ, Syria: (nam Macedonia, a quo tempore L. Piſoni conſulari Q. Acharius prætorius ſucceſſit, prætoria fuit) nec in Hiſpanias mitti quiſquam poſſet, cum eas lege Trebonia conſul iterum Pompejus in quinquennium, poſteaque tertium conſul altera lege in alterum quinquennium, ut ait Dio, vel, ut Plutarchus, in quadriennium accepiſſet. reliquæ tres erant: e quibus duas tantum decerni oportuit lege Sempronia. inventa ratio eſt, ut ex tribus una tolleretur; prætoriamque ſenatus Ciliciam facere conatus eſt. Sed tribuni pl. Pompejanorum arte cognita interceſſerunt. Poſt alterum tamen annum, Lentulo & Marcello coss. hoc arbitror ſenatus conſultum, ſpreta tribunorum pl. interceſſione, renovatum, Ciliciamque prætoriam eſſe factam: cum apud Cæſarem lib. 1. de bel. civ. mentionem fieri videam de provinciis duabus conſularibus, Gallia, & Syria, in ſortem conjectis, quarum Gallia L. Domitio, Syria Scipioni obvenit. quanquam in eo loco de una tantum Gallia ulteriore intelligendum. nam citeriorem ſenatus prætoriam fecit. id ex epiſt. 11. ad Tironem lib. 16. cognovi, ſcribente Cicerone, ulteriorem Domitio Galliam, Conſidio autem, quem ſcimus conſulem non fuiſſe, citeriorem obtigiſſe.

IIX. reliquas provincias] Prætoriæ octo provinciæ ſunt, Macedonia, Ionia, Aſia, Sicilia, Sardinia, Bithynia, Creta. octavam opinor fuiſſe Mauritaniam: cujus partem Juba rex poſſidebat: alteram partem Romanis paruiſſe cur non putem? cum Cæſar lib. 1. de bello civ. ita ſcripſerit: *Ad ſenatum refertur, tota ut Italia delectus habeatur, Fauſtus Sulla pro prætore in Mauritaniam mittatur.* Africæ vero partem illam, in qua Carthago fuit, Pompejo cum utraque Hiſpania traditam eſſe, Plutarchus narrat. Pontus cum Bithynia, Corſica cum Sardinia conjungebatur.

Prætorii propprætores] Cum imperio tamen omnes: quod belli gerendi cauſſa neceſſarium fuit: de quo Cæſar his verbis lib. 1. de bel. civ. *In reliquas provincias prætorii mittuntur: neque exſpectant, quod ſuperioribus annis acciderat, ut de eorum imperio ad populum feratur.* Et hic proxime ſequitur, *Neque in provincia cum imperio fuerunt.* In vulgatis, *Prætorii proprætore.* fortaſſe legendum, *Prætorii pro prætoribus.* quod poſtulare videtur uſus Latinæ linguæ: & a contracta ſcribendi ratione manare mendum facile potuit.

Collegium primum] Significantur qui proxime prætores fuerunt: qui, ſi præteriti numerentur, primi occurrunt. malim tamen, *Proximum:* quomodo locutus eſt infra.

Is numerus] Novem, qui proficiſcerentur in octo provincias prætorias, & unam Ciliciam, quæ hoc anno regebatur a Cicerone conſulari.

Confidentiam] Vt confiderent homines, velle Pompejum potentiæ Cæſaris obſiſtere, contra quam antea fecerat: nam anno proximo tertium conſul contenderat, ut decem tribuni pl. legem ferrent, ut abſenti Cæſari conſulatum petere liceret: quod antiquis legibus interdictum erat.

Ante Kal. Mart.] Quo die primum ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ut ſequentis anni conſules de provinciis conſularibus referre inciperent, ſenatus decreverat: ut e S. C. proxime recitato cognoſcitur.

Sine injuria] Fieret enim injuria, ſi ante Kal. Mart. quem diem relationi primum ſenatus conceſſerat, de provinciis conſularibus, in quibus erant Galliæ, ſtatueret. jam enim oſtendi, cum de ſucceſſione conſularium provinciarum referretur, duas tantum ſignificari Gallias, & Syriam, cupientibus optimatibus Hiſpaniarum imperium Pompejo conſervari; Cæſaris autem opes, adeptis Galliis, imminui.

Pag. 475. *Se non dubitaturum*] Quod hominibus confidentiam attulit. his enim verbis animo ſe contra Cæſarem egregie paratum oſtendebat.

Intercederent] Interceſſum eſt a Curione tribuno pl. quod iniquum videretur, ei ſucceſſorem mitti ante tempus. epiſt. 12.

Hoc nihil intereſſe] Oſtendit, ſi quis interceſſerit S. C. quod anno ſequenti de provinciis conſularibus factum iri conſtabat, id Cæſaris opera factum iri: quod idem fore, ac ſi Cæſar parere ſenatui nollet. jam enim antea conjecerat illam vocem in diſputando, omnes oportere ſenatui dicto audientes eſſe. epiſt. 4.

Inquit alius] Tentabant ſenatores Pompeji potentiam his interrogationibus; cum ejus voluntatem, naturali ſimulationis involucro tectam, elicere vellent.

Exercitum habere] Et Gallias retinere cum exercitu, & eodem tempore conſul deſignari: quod anno proximo, ipſo Pompejo tertium conſule pro Cæſare pugnante, populus juſſerat.

Clementer] Leniter & placide. opponi enim a Cicerone video *clementer*, & *iracunde*, lib. 2. de Fin. *Etſi ſatis*, inquit, *clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci*. Non enim Pompejus iracunde reſpondit, quamquam interrogaretur ſatis arroganter: cum non eſſet ad iracundiam natura propenſus.

Fuſtem mihi impingere] Quod eſſe turpiſſimum nemo negabit. tale igitur quiddam Cæſar committet, ſi & conſul eſſe, & exercitum retinere volet. qui enim conſul eſſe vult, exercitum dimittit, privatuſque urbem ingreditur. Improbat hic Pompejus eam legem, quæ ut ferretur, anno proximo conſul ipſe operam dederat, ut abſentis Cæſaris in petitione conſulatus ratio haberetur. epiſt. 6. lib. 6.

Eſſe negotium] Eſſe, quod ageret cum Cæſare, id eſt contra Cæſaris voluntatem.

Vt aut maneat] In Gallia, prorogato ultra decennium imperio. quod ſi concederetur; nolle ſe conſulatum petere affirmabat, nec abſentis ſui rationem haberi; quod tamen ei lex dederat. Sin hanc Pompejani condicionem recuſarent, eumque omnino vellent non modo expleto decennio, lege conceſſo, ſed etiam ante, decedere: ipſe pariter hoc, ut iniquum, recuſabat, ferebatque alteram condicionem, ut, ſi conſul deſignatus eſſet, tum decederet. utraque autem condicione Cæſar imperii perpetuitatem quærebat, qui vereretur id, quod inimicos ei minari ſolitos Tranquillus refert, ne ſimul ac privatus eſſet, ob res in conſulatu contra leges moremque majorum actas in judicium vocatus opprimeretur. Tranquillus ſic: *Timuiſſe dicunt, ne eorum, quæ primo conſulatu adverſus auſpicia, legeſque, & interceßiones geſſiſſet, rationem reddere cogeretur: cum M. Cato identidem, nec ſine jurejurando, denunciaret, delaturum ſe nomen ejus, ſimul ac primum exercitum dimiſiſſet: cumque vulgo fore prædicaret, ut, ſi privatus rediſſet, Milonis exemplo, circumpoſitis armis, cauſſam apud judices diceret. quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie cæſos profligatoſque adverſarios proſpicientem, hæc eum ad verbum dixiſſe referens, Hoc voluerunt: tantis rebus geſtis C. Cæſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiiſſem.* Idem confirmat Cœlius epiſt. 14. cum ait: *Cæſari perſuaſum eſt, ſe ſalvum eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſerit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Hoc anno] Quo anno? an hoc, quo ſcribitur epiſtola? non petebat Cæſar, neque legitimus hic erat ad petendum annus: cum inter duos conſulatus decem anni interponerentur. quod a Sulla dictatore ad Cæſarem dictatorem ſervatum eſt, excepto anno, cum, ob ſeditiones domeſticas, Pompejus tertium conſul ſine collega creatus eſt. Ergo, *Hoc anno*, interpretor, eo, qui & imperii Gallici, & poſt primum conſulatum Cæſari decimus erat: quo quidem anno, quia neceſſe erat, ut e Gallia decederet conſulatus petendi cauſſa, quem abſentibus petere non licebat; ideo curaverat atque effecerat, ut decem tribuni pl. Pompejo III. conſule legem ferrent, ut abſentis Cæſaris in petitione conſulatus ratio haberetur. atque hoc Pompejus ipſe, ignarus ea lege ſibi perniciem ſtrui, vehementer laboravit. epiſt. 6. lib. 6. & 3. lib. 7. ad Atticum.

Cadere non poſſe] Fortaſſe non aſſequetur, quod vult: nihil tamen, cum bene de rep. ſentiat, ſuæ dignitatis amittet.

Curio] Deſignatus tribunus pl. tunc quidem, ut videbatur, bene erga remp. animatus: de quo ſcriptum eſt epiſt. 4. *Vt ſpero, & volo, & ut ſe fert ipſe, bonos & ſenatum malet.* Poſtea tamen Cæſaris cauſſam ita defendit acriter, ut auctor in primis & origo belli civilis exſtiterit.

Suo munere negotium impoſuit] Quia benignus & liberalis Curio fuit in Cœlium, negotium ei, id eſt gravem curam ludorum dandorum ſuo munere impoſuit. Similiter Plautinus ille ſenex in Trin. *In benignitate hoc reperi negotium.*

Ad ludos] Quos jam Curio dederat patri mortuo: itaque, cum Africanis amplius non egeret, donavit eas Cœlio ædili curul. deſignato ad ſequentis anni Romanos ludos.

Africanæ] Donavit ei Curio decem Africanas pantheras, & decem Græcas, id eſt, e Cilicia miſſas à Patiſcho. Africanas hic tantum Cœlius nominat, quia formoſiores: utraſque in epiſtola nona.

Potuit ſuperſedere] Sic antiqui libri, non, ut impreſſi, *Superſederi*. oportuit, inquit, ſuperſedere a ludis dandis. nam *Potuit*, pro *oportuit*, interdum Cicero dixit, ut epiſt. 9. lib. 2. ad Atticum: *Orbis hic in rep. eſt converſus, citius omnino, quam potuit.* Et ad eundem epiſt. 15. ejuſdem libri: *Potuerit intercedi, nec ne, nihil ad ſe pertinere.*

Beſtiarum] Pantherarum.

Syngrapham] De qua epiſtola 2. 4. 6. 11.

Pertineat] Miſerat eos Cœlius, ut e ſyngrapha Sittiana pecuniam exigerent. epiſt. 4. & 6.

P. VICTORIVS.

Sequitur inſcriptio antiqua, quæ pertinet ad notam P. Victorii n. 42.

C. IVLIVS CÆSAR IIII. SINE CONLEGA DIC.
V. F. Q. FABIVS MAXIM. C. TREBONIVS C. F. C. CANINIVS C. F. IVLIVS CÆSAR DICT. IV. M. ÆMILIVS M. EQ.
C. IVLIVS CÆSAR V. M. ANTONIVS M. F.
V. F. P. CORNELIVS P. F.
C. VIBIVS C. F. PANSA.
A. HIRTIVS A. F.
C. IVLIVS CÆSAR.
Q. PEDIVS Q. F.
V. F.
C. CARRINAS. C. F.
P. VENTIDIVS. P. F.
ÆMILIVS. M. ANTONIVS.
EX A. D. V. K. DEC. AD PRID. K. SEXT.
MVNATIVS L. F. M. ÆMILIVS M. F.
ANTONIVS P. SVLPITIVS CEN. LVSTR. N. F.
ANTONIVS.
P. SERVIVS. P. F.
N. DOMITIVS M. F.
C. ASINIVS CN. F. V. F.
L. CORNELIVS. L. F.
V. F. P. CANIDIVS.
P. F. IL. SESTIVS.
P. F. I. M. CLAVDIVS M. F. LAP.
L. MVNATIVS.
PAVL. ÆMILIVS

Q. ÆMI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Q. ÆMILIVS LEPID. MLO.
M. APVLEIVS SEX. F. P. SI
C. SENTIVS SATVR. Q. LV.
V. F. M. VINVCIVS P. F.
P. CORNELIVS C. F. CN. C.
C. FVRNIVS C. F. C. IV.
CL. L. DOMITIVS CN. F. P. CO.
V. F. L. TA.
M. DRVSIVS L. F. L.
M. LICINIVS M. F.
TI. CLAVDIVS TI. F.
M. VALERIVS M. F.
V. F. C. VALGIVS C. F.
C. CANINIVS.

EPISTOLA IX.

Pag. 476. *Hirrum tractaſti*] Iocoſum & familiare principium, de Hirri repulſa in ædilitate curuli.

Quam facile] Cum ſuperaverim.

Quam ne contentionis quidem minimæ fuerit] Hirrum dejicere, ne minimæ quidem contentionis fuit.

Tuum competitorem] In auguratu. epiſt. 3.

Riſus facit] Riſus movet: quia civem bonum ludit, & agit ea, quæ ante repulſam non agebat: quaſi aliam ex repulſa mentem ſumpſerit.

Ludit] Quaſi ludendo repræſentat: nam, ſi bonus vere civis eſſet, jam antea ſignificationem aliquam dediſſet. itaque non agit ſerio, ſed ludit.

Contra Cæſarem] Vt bene ſentire videatur. nam optimatibus, id eſt, univerſo fere ſenatui, inviſus erat Cæſar, quod extraordinaria ſemper appetiiſſet imperia.

Sententias dicit] Vt ei quamprimum ſuccedatur; nec exſpectandum cenſet.

Corripit] Reprehendit. eodem verbo uſus eſt epiſt. 2.

Curionem] Cur objurgat Hirrus contra Cæſarem ſententias dicens, bene de rep. ſentientem Curionem, & hoc quidem tempore Cæſaris inimicum? fortaſſe, quia Cœlium Curio ſumme diligeret.

Objurgatus] Pro *Objurgavit*: ut, *Iuratus*, pro *juravit*: & *Rebellatos*, pro *Rebellaviſſe*, dixit Valerius Maxim. l. 9. cap. 10. Interdum tamen orta mihi de mendo ſuſpicio eſt: quod fortaſſe ſcripſerit Cœlius: *Objurgat. ſcilicet hac repulſa ſe mutavit.* &, *Scilicet*, unica ſcriptum littera *S*, occaſionem dederit loci depravandi. omnes tamen libri veteres in, *Objurgatus*, conſentiunt. itaque poteſt antiquum eſſe & ideo Cœlianum.

In foro] Cujus in ea parte, quæ *Comitium* vocabatur, judicia fiebant.

Pag. 477. *Cauſſam*] Pro *cauſſas*.

Liberalis] Quia facilis eſt in recipiendis cauſſis.

Raro poſt meridiem] Et ante meridiem, & poſt, cauſſæ agebantur. epiſt. ultima lib. 2. ad Fratrem: *Poſt meridiem Vatinium aderam defenſurus.* Hirri autem patrocinio ita pauci utebantur, ut raro poſt meridiem cauſſas ageret.

Scripſeram] Epiſt. 4.

Interpellat] Impedit, ob affinitatem: nam erat Octaviæ maritus, quæ neptis fuit Iuliæ, Cæſaris ſororis. initio etiam civilis belli, cum provinciarum ſortitio fieret, privato conſilio præteritus eſt, quaſi propenſior eſſet ad Cæſaris cauſſam. lib. 1. comm. de bel. civ.

Deſignati] De quo ſcripſit epiſt. 4. Sigonii liber habet, *Deſignatio*.

In Kal.] Septembris. quo tamen die factum non eſt S. C. ſed pridie Kal. Oct. ut indicat epiſtola proxima.

Ne frequentiam quidem] Tantum abeſt, ut Kal. Sept. conſules de provinciis ad ſenatum retulerint, ut ne frequentem quidem ſenatum cogere potuerint. infrequenti autem ſenatu fieri ſenatus conſultum non licebat: qua de re diximus epiſt. 9. lib. 1.

Ne profligatum quidem] Plus eſt, quam *cœptum*: minus, quam *confectum*. cognoſcitur exemplis. nam epiſtola 30. lib. 12. *Profligato*, inquit, *bello, ac pæne ſublato, renovatum bellum gerere conamur*. Et Tuſc. 5. *Profligata jam hæc, & pæne ad exitum adducta quæſtio eſt.* In oratione autem de provinciis: *Si in Capitolium invehi victor cum illa inſigni laurea*

Laurea geſtiret, vos tamen oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata ſunt, confici nolle. Eſt igitur *Profligatum*, quod in eadem oratione *Affectum* Cicero vocavit. *Quid eſt*, inquit, *cur Cæſar in provincia commorari velit; niſi ut ea, quæ per eum affecta ſunt, perfecta reip. tradantur?*

Cauſſa] Hoc verbum & a Sigonii libro, & ab aliis nonnullis abeſt.

Integra] Falſum. Nam pridie Kal. Oct. factum eſt S. C. de provinciis conſularibus: niſi ſi, *Integra*, vere dictum ideo putemus, quia nihil in eo S. C. de ſucceſſione provinciarum decretum eſt, ſed in annum ſequentem actio illa tranſlata.

Relinquendus] Reliquit C. Cœlium quæſtorem. epiſt. 15. lib. 2. & ad Attic. epiſt. 6. lib. 6.

Interceſſorem] Intercedetur enim ab aliquo tribuno pl. cum de ſucceſſione conſularium provinciarum, quarum una erunt Galliæ, S. C. fiet.

In eandem condicionem] Vt, quemadmodum in ceteras provincias, ſic in Gallias ſucceſſor mittatur.

Vocantur] A Pompejanis, quorum factio in ſenatu dominabatur.

Pag. 478. *Patiſchum*] Hominem venandi peritum. epiſt. 11. lib. 2.

Curioni] Quas populo oſtenderet funebribus ludis, quos patri mortuo reverſus e provincia dedit, Calvino & Meſſalla coss.

Multis partibus plures] Multo plures. vide epiſt. 2. lib. 1.

Et alias Africanas] Nam Græcas miſerat Patiſchus: ut ex epiſt. 9. intelligitur. Varro lib. 3. rei ruſt. *Non minus formoſum ſpectaculum, quam in circo maximo ædilium, non ſine beſtiis Africanis cum fiunt venationes.* Daturus erat Cœlius ædilis cur. ludos Romanos in circo: alioqui pantheris Africanis non eguiſſet. docet enim Plinius lib. 8. cap. 17. vetus fuiſſe S. C. ne liceret Africanas in Italiam advehere: contra tuliſſe ad populum Cn. Aufidium tribunum pl. permiſiſſeque circenſium gratia importare.

Prædia ruſtica] *Prædium* generale nomen eſt rerum poſſeſſarum vel in urbe, vel extra. ideo diſtinguuntur cum dicimus, *prædia urbana*, *prædia ruſtica.* Cœlius hic urbanis ruſtica, tamquam fructuoſiora videtur anteferre. quæ ſunt hæc, arva, vineta, prata, oliveta, ſilvæ. nemora enim, etſi a ſilvis differunt, e ſilvis tamen & pratis conſtant. itaque partim cæduntur, ut ſilvæ; partim armentis, ut prata, pabulum præbent. *urbana* vero *prædia* ſunt domus, areæ, horti, & quidquid omnino ſoli, aut in ſolo ædificatum, intra pomerium poſſidetur.

Cybiratas] Apud quos pantheræ capiebantur, epiſt. 4.

Seorſum] Nam, ſi conjunctim ludi darentur, minor utriuſque ſumptus. C. Cæſar & M. Bibulus, ædiles curules, communi ſumptu ludos dederant: alii ſeparatim. Dio lib. 39.

A collega] Qui non nominatur: ſed M. Octavium puto: cum & Hirrus repulſam tulerit; & Cœlium Vicinianum promulgatio de dictatore dejecerit. alios præterea competitores, quod quidem ex his epiſtolis cognoſci liceat, non habuit.

Omnia] Quæ ad ludos pertinent.

Impera tibi] *Imperare ſibi* dicitur is, qui quod libenter non agit, agere tamen conſtituit: ut epiſt. 12. *Cum homo avarus, ut ea ſolveret, ſibi imperare non poſſet.* Et ad Attic. epiſt. 24. lib. 11. *Quod me mones de vultu, & oratione ad tempus accommodanda etſi difficile eſt, tamen imperarem mihi, ſi mea quidquam intereſſe putarem.* Et Terentius in Eun. *Imperavi egomet mihi omnia aſſentari.*

Majorem partem] Pro, *Ex majore parte*: ut epiſt. 15. lib. 9. *Mihi licere, res has non omnino quidem, ſed magnam partem relinquere.* Et alibi ſæpius. Et Cæſar lib. 4. de bel. Gal. *Maximam partem lacte atque pecore vivunt.* Et Lucretius lib. 3.

Non minimam partem mortis formidine aluntur.

Ad Sittianam ſyngrapham] Vt e ſyngrapha Sittiana pecuniam iſtic exigant.

Nullam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Nullam ſpem] Alii, *ullam ſpem*. quod videtur apertius, hoc modo: *Puto etiam, ſi ullam de pantheris mihi ſpem oſtendes, me iſto miſſurum alios.* Sigonii tamen liber habet, *Nullam.* quod ita defendi poteſt: puto, licet nullam adhuc de pantheris mihi ſpem oſtenderis, me iſto miſſurum alios.

Feridium] Commendaticiæ litteræ, pro negotiorum varietate, varias quoque partes eaſque modo plures, modo pauciores habent. ſed uſitata, & quaſi legitima, cum aliquid aut aliquem commendamus tria ſunt; commendationis cauſſa; rei narratio, memoris animi & gratæ voluntatis vel ab eo, qui commendatur, vel a nobis etiam ipſis promiſſio. Commendationis cauſſa hic eſt illa; *Amici mei filium, bonum, & ſtrenuum adoleſcentem:* rei narratio; *Agros, quos fructuarios habent civitates, vult tuo beneficio immunes eſſe:* memoris animi promiſſio; *Gratos & bonos viros tibi obligaris.*

Equitem Romanum] Non omnes equites dicebantur equites Romani, ſed ii tantum, qui equo publico merebant, in centurias deſcripti: quod duæ in Antonium orationes, ſexta & ſeptima, declarant. qui enim equo privato militabant, equites quidem erant, ſed nec equites Romani, nec equeſtris ordinis vocabantur. ſocietates autem publicanorum, quæ multæ erant, quia multorum locorum vectigalia ſeparatim locabantur, ex equitibus Romanis conſtabant. & erat equeſtris ordo ſenatoribus dignitate proximus, anulo aureo & equo publico a plebe diſtinctus. quocirca deduxit Cicero commendandi cauſſam ab honeſtate, cum Feridium equitem Romanum appellavit.

Bonum & ſtrenuum] Quæ bonitati laus debetur, ea fit major, cum ad bonitatem accedit induſtria. recte igitur, *Bonum & ſtrenuum*, conjuncta ſunt. eſt autem *ſtrenuus*, promptus & induſtrius in agendo.

Pag. 479. *Agros, quos fructuarios habent civitates*] Ita legitur in duobus vetuſtis libris, Io. Scalæ, & in libro Petri Bembi, etiam in uno Caroli Sigonii. itaque nihil muto, cum ſit aperta ſententia.

Quos fructuarios habent civitates] Qui civitatibus annuum vectigal pendunt.

Facile] Cum imperium habeas.

Honeſtum] Fortaſſe, quia vectigal magnum non eſt, alioqui, cur honeſtum ſit, imminuere vectigalia civitatum, non intelligo.

Gratos & bonos viros] Patrem, & filium.

Favonium] Civem optimum, M. Catonis imitatorem, qui, C. Trebonio tribuno pl. legem ferente de Syria Craſſo, utraque autem Hiſpania Pompejo in quinquennium mandandis, acerrime cum Catone reſtiterat. Dio libro 39. Ædilis fuit Calvino & Meſſalla coss. ut Plutarchus in Catone ſignificat. itaque hic annus, quo ſcripta eſt epiſtola, ad petendam præturam, quæ biennio interpoſito, ædilitatem ſequebatur, ei legitimus eſt. petiit autem, & obtinuit. propterea Vellejus, Pompejo, poſt Pharſalicam pugnam fugienti, comites ait fuiſſe duos Lentulos conſulares, & Favonium prætorium. Eodem pertinent, quæ ſequuntur, *a columnariis præteritum.* nam, *præteriri*, eſt repulſam ferre: ut in oratione pro Plancio: *Populus non numquam dignos præterire ſolet.* Et Tuſc. 5. *Cum ſapiens & bonus vir ſuffragiis præteritur.* Quod ſi quis dixerit, incertum eſſe, utrum hoc anno, an ſequenti prætor Favonius creatus ſit; quia, cum Vellejus eum prætorium appellavit; prætorem quidem fuiſſe oſtenderit, præturæ tamen annum in dubio reliquerit: ita reſpondebimus tranſeunti in Græciam Pompejo magiſtratus eos, qui bene de rep. ſentire viderentur, comites fuiſſe: quos cum nominari videamus epiſt. 6. lib. 9. ad Attic. conſules duos, & tribunos pl. nulla cujuſquam prætoris mentione facta, ſatis conſtat Favonium, quo anno Pompejus Italiam reliquit, id eſt, Lentulo & Marcello coss. prætorem non fuiſſe: ex quo ſequitur, fuiſſe anno ſuperiore, Paullo & Marcello coss. ideoque deſignatum Sulpicio & Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Marcello, quibus conſulatum gerentibus Cœlius hæc ſcripſit. Favonium hunc uſque ad triumviratum Octaviani, Antonii, Lepidi vitam perduxiſſe, oſtendit Suetonius his verbis in Auguſto: *Ceteri, & in his M. Favonius, ille Catonis æmulus, cum catenati producerentur, imperatore Antonio honorifice ſalutato, hunc fœdiſſimo convicio coram proſciderunt.* Ejuſdem in eo libertas agnoſcitur, quod a Valerio ſcriptum eſt lib. 6. cap. 2. *nam Pompejo, candida faſcia crus alligatum habenti, Non refert*, inquit, *qua in parte corporis ſit diadema: exigui panni cavillatione, regias ejus vires exprobrans.*

A columnariis] Non eſt præteritus a columnariis, ſed a viris bonis: quorum numerus minor eſt. *Columnarios* dici puto viles & improbos homines, qui ad columnam Mæniam in judicium ſæpe vocarentur. Vide Pedianum in Divin. & orationem pro Cluentio. Nam qui, *Colonariis*, contra veteres omnes libros legendum exiſtimarunt, eorum jam exploſa ſententia eſt.

Non fecit] Prætorem.

Aperte] Dictitat.

Conſulem eſſe] Subaudiendum *Velle*. in epiſtola proxima, quæ tamen poſt hanc ſcripta eſt: *Quid ſi & conſul eſſe, & exercitum habere volet?*

Tamen] Tamen in ſententia, quam dixit, non omnino infenſus Cæſari viſus eſt.

Sententiam dixit] In ſenatu extra urbem habito: nam in urbe Pompejo, qui erat cum imperio, eſſe non licebat: quod & Cæſar ſcripſit libro 1. de bell. civ.

Nullum hoc tempore S. C. faciendum] Opinor hoc eſſe, quod queritur Cicero epiſt. 3. lib. 8. ad Attic. *Pompejum M. Marcello conſuli finienti provincias Gallias Kal. Mart. reſtitiſſe.*

Scipio] Pompeji ſocer, nominatus in S. C. *Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio*, quod a Metello Pio eſſet adoptatus. epiſtola proxima.

Galliis] Nominatim: quod iniquum erat: itaque pridie Kal. Oct. de provinciis conſularibus, non de Galliis nominatim, S. C. factum eſt. epiſt. 7. De hac autem ſententia Scipionis audierat Cicero, cum ad Atticum ep. 20. lib. 5. ita ſcripſit: *Eſt totum, quid Kalendis Mart. futurum ſit.*

Balbum Cornelium] Gaditanum, Cæſaris amantiſſimum, pro quo exſtat Ciceronis oratio.

Cum Scipione] Gentiles enim erant.

Calidius] Eloquentia clarus, de quo epiſt. 4.

Defenſione] Cum accuſaretur a Gallis duobus. epiſt. 4.

Accuſatione] Cum accuſaret Q. Gallium, Cicerone defendente: ut eſt in libro de claris oratoribus.

EPISTOLA X.

Pag. 480. C. *Caſſii*] Quæſtoris M. Craſſi a Parthis interfecti: qui reliquias exercitus Antiochiam reduxerat. epiſt. 10. lib. 2. *Caſſius noſter feliciter ab Antiochia hoſtem rejecerat.* Et epiſt. 18. lib. 5. ad Attic. *Parthi*, inquit, *Euphratem tranſiverunt, duce Pacoro, Orodis regis Parthorum filio, cunctis referto copiis. Caſſius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu.* Et epiſt. 20. ejuſdem libri: *Rumore adventus noſtri, & Caſſio, qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit, & Parthis timor injectus. itaque eos cedentes ab oppido Caſſius inſecutus, rem bene geſſit. qua in fuga, magna auctoritate Oſaces dux Parthorum vulnus accepit, eoque interiit paucis poſt diebus.* De hac victoria ſignificatur in epiſt. 14. lib. 15. accedit Vellejus lib. 2. Iuſtinus lib. 42.

Dejotari] Gallogræciæ regis; qui amicitiam ac ſocietatem populi Romani, quam diu vixit, ſtudioſiſſime coluit; in hoc autem Parthico tumultu cum omnibus ſuis copiis ad Ciceronem acceſſit. ad Attic. epiſt. 20. lib. 5. & ep. 1. lib. 6.

Euphratem] Terminum imperii Romani.

Per Commagenem] Aſiæ regionem, quam Euphrates interfluit. ep. 1. lib. 15. *Regis Antiochi Commageni legati primi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mihi nunciarunt, Parthorum magnas copias Euphratem tranſire cœpiſſe. Et in eodem libro, epiſt. 3.4.

Provinciam noſtram] Nam Commagene non erat populi Romani, ſed regis Antiochi. Syriam ſignificat: quod ex ep. 1. lib. 15. & ad Attic. ep. 18. lib. 5. cognoſcitur.

Quam paratus ab exercitu] *Quam*, non auget hic, ſed minuit: ut paullo poſt: *Sin autem aut non erit iſtic bellum, aut tantum erit, ut vos, aut ſucceſſores, parvis additis copiis, ſuſtinere poßint.* Et epiſt. 7. *Ea, quæ ſcripta eſt, auctoritas, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum ſtudium, quam conſtantis ſenatus conſilium eſſe videatur.* Dixit igitur, *Quam paratus*, pro, quam male paratus. quod oſtendit ſequentibus verbis, *Si paratior ab exercitu eſſes.* Sic locutus Plancus epiſt. 8. lib. 10. *Cum ab omni re ſimus paratiores.* Et Cicero epiſt. 4. libro 15. *Adoleſcens & equitatu, & peditatu, & pecunia paratus.*

Si paratior ab exercitu eſſes] Fretus enim exercitu, cum Parthis prœlium committeres.

Neceßitas] Tua, recedendi, ob exiguitatem copiarum.

Pag. 481. *Pompejum*] Qui erat ad urbem cum imperio, decreta illi in quinquennium utraque Hiſpania.

Mittendum] Ad bellum Parthicum.

Ab urbe non removendum] Vt eſſet reip. præſidio. hoc ſentiebant ii, quibus jam tum ſuſpecta erat Cæſaris potentia. itaque Cicero, cum audiiſſet Pompejum in Hiſpaniam iturum, ſcripſit ad Appium his verbis epiſt. 8. lib. 3. *Velim ad me ſcribas de omni reip. ſtatu: de quo ſum ſolicitus eo magis, quod ex tuis litteris cognovi Pompejum noſtrum in Hiſpaniam iturum.*

Cæſarem] Qui bellum in Gallia gerebat.

Conſules] Hujus anni, M. Marcellum & Ser. Sulpicium.

Ex ſenatus conſulto] Nemo putat, privatos ad bellum Parthicum ex S. C. tantum eſſe mittendos, verum rogationem ad populum ferendam eſſe: ſicuti lata erat antea de belli Mithridatici cura privato Pompejo demandanda. exſtat pro ea lege, quam Manilius tribunus pl. tulit, Ciceronis oratio. Privatos oppoſuit Pompejo & Cæſari, qui extra urbem imperium habebant, & conſulibus, qui in urbe.

Ne illud S. C. fiat] Quod interdum, in tumultu bellico, fieri ſolitum eſt.

Vt paludati exeant] Non tam ipſi, quam alii fortaſſe, quibus Parthicum bellum ſenatus mandandum decerneret. hanc ſententiam quæ proxime ſequuntur verba confirmant. *Paludamentum* veſtis ducum in bello, & ad bellum ex urbe proficiſcentium. epiſt. 17. l. 15. vide Feſtum.

Contumelioſe] Eſſet enim eorum contumelia, ſi ad bellum ire nollent, & ad alium res transferretur.

Sive negligentia, ſive inertia eſt] Diſtinguit, ut diverſa. *negligentia* enim voluntatis eſt, *inertia* etiam inſcientiæ: unde illud epiſt. 20. l. 12. *Laceſſam; nec tua ignavia, etiam inertiam afferet.*

In eam opinionem] Male enim audiebat avaritiæ nomine. Plutarchus in Bruto.

Arabas] Qui cum eſſent finitimi, non numquam in populi Romani provinciam impetum facere ſoliti ſunt. epiſt. 8. l. 3. *De Parthis quod quæris, fuiſſe nullos puto.* Arabes qui fuerunt, admiſto Parthico ornatu, dicuntur omnes revertiſſe.

Velificatus] Aſſentando gratificatus. ut enim vela navium ad ventorum adſpirationes aptantur, ſic orationem ſæpe noſtram ad aliorum voluntatem accommodamus.

Alicui] Caſſio: cujus litteras, cave, gratiæ cauſſa tuarum litterarum teſtimonio confirmes.

Referret] Reip.

Reticuiſſe] Quod ſi faceres, nec dignitati tuæ, nec reip. conſuleres.

Ante Kalend. Ian.] Quo die novi conſules inito magiſtratu de rep. referent.

Noſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Noſti Marcellum, quam tardus] Sic locutus epiſt. 1. lib. 4. *Rem vides, quo modo ſe habeat.*

Pag. 482. *Hæc cauſſa*] Deliberabitur, quis ad Parthicum bellum eat.

Tantum erit] Ejuſmodi erit. nam hic, *Tantum*, minuendi vim habet, non augendi. vide epiſt. 7. lib. 1. *Tantam vim habet.*

Iactaturum] Cum inierit magiſtratum. nunc enim erat deſignatus tribunus pl.

Paullus] Conſul deſignatus.

De provincia] Cæſaris, quam omnino ei adimendam dictitabat. nondum ſcilicet a Cæſare MD talenta, quibus addictus eſt, acceperat.

Occurſurus] Intercedet enim S. C. tribunus pleb. erat: quod ex epiſt. 18. lib. 15. ad Attic. liquet. ad hunc ſunt epiſtolæ duæ lib. 10.

Plures] Acceſſit Curio, ingenti mercede a Cæſare corruptus: quo nemo pro Cæſaris cauſſa ſtetit audacius.

Fines hos] Quos oſtendi. ſcripſit enim proxime de Parthico bello, de conſule Paullo, tribunis pl. Curione & Furnio.

Ad actiones] Ad actiones Curionis hoc addo, de agro Campano. præter cætera, Curio illud aget ſequenti anno, ut ager Campanus, ante Cæſaris adventum, ex ipſius Cæſaris lege dividatur. qua de re ſatis copioſe dictum eſt epiſtola 9. lib. 1. ad eum locum: *Vt de agro Campano frequenti ſenatu referretur.*

Laborare] Dividatur, nec ne.

Valde nolle] Non placet a verbo, *Negant*, pendere verbum *Nolle*. durius enim videtur, *Negant Pompejum valde nolle:* pro, *Pompejum ajunt valde velle.* Libentius interpretor: Pompejum ajunt valde nolle: id eſt, nolle diviſionem omitti; ne, ſi non dividatur, vacuus advenienti Cæſari pateat, & ab eo vel ipſius militibus, vel plebi dividatur. Nam, quod ex verbo, *Negant*, affirmationem elicio; novum non eſt. conſideretur illud epiſt. 15. lib. 7. ad Atticum: *Plerique negant Cæſarem in conditione manſurum; poſtulataque hæc ab eo interpoſita eſſe, quo minus, quod opus eſſet ad bellum, a nobis pararetur.* Et illud epiſtola 30. lib. 12. ad Cornificium: *Noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere.* Sed eſt apud me vetus liber, a quo *Nolle*, abeſt: nec diſplicet: fiet enim hæc ſententia: Negant Cæſarem laborare, Pompejum autem valde: ut ex eodem verbo, *Negant*, primum negatio, deinde etiam educatur affirmatio. Cupiiſſe autem Pompejum dividi ſtatim agrum Campanum, ſatis intelligitur e ſequentibus verbis, *Ne vacuus advenienti Cæſari pateat.* Diviſoribus enim gratiæ plurimum acquirebatur apud eos, qui poſſeſſuri erant.

Prorogetur] Vt annua tantum provinciæ ſit adminiſtratio. quod ab eo Cicero petierat epiſt. 7. 8. 10. lib. 2.

Tui conſilii eſt] Tu ſtatue, quid agendum tibi ſit, velis ne in provincia remanere, an finito anno, diſcedere contra ſenatus voluntatem.

Tempus] Propter bellum Parthicum: quo urgente, diſcedendum non videtur ante, quam ſuccedatur. Epiſt. 17. lib. 2. *Quin ad diem decedam, nulla cauſſa eſt, præſertim ſublato metu Parthico.*

Senatus] Facto S. C. de proroganda provincia: quod Cicero timebat. de biennio quidem ſenſit Hortenſius, ut eſt in epiſt. 8. lib. 3.

Mei officii eſt] Ego, quod eſt officii mei præſtabo.

Decedens] Pro, *diſcedens*, cum iret Cicero in provinciam. Sic epiſt. 1. *Quod tibi decedens pollicitus ſum.*

Fieri] Provinciæ tempus prorogari.

EPISTOLA XI.

Pag. 483. C*Vrio*] Tribunus pl.

Comitiales] dies: quibus agere cum populo licebat.

Eripiebantur] Quo modo? auſpiciis. dum enim ſervabatur de cælo, quæ *ſpectio* vocabatur, agere cum populo non licebat. de cælo autem ſervabant, non augures, ſed magiſtratus: quod Cicero demonſtrat in 2. Philippica, & Varro apud

apud Nonium. Conſules igitur, alter ambove, de cælo ſervabant, ne Curio comitialibus diebus agere cum populo poſſet. erat autem hæc impediendi perniciofis tribunorum rogationibus præclara & utilis admodum reip. ratio: qua etiam Lentulus Marcellinus conſul adverſus leges C. Catonis tribuni pl. uſus eſt: de quo ſic epiſt. 6. lib. 2. ad frat. *Conſul eſt egregius Lentulus, non impediente collega: dies comitiales exemit omnes. Sic legibus pernicioſiſſimis obſiſtitur, maxime Catonis.* Dies agendi cum populo, in eadem epiſtola infra vocat Cicero.

Negabat] Vt par pari referret. conſules de cælo ſervabant, ne Curio poſſet agere cum populo: Curio intercedebat, ne decernerentur ſupplicationes.

Paulli] Conſulis, nondum a Cæſare corrupti.

Adeptus eſſet boni] Paullus conſul, ne quid Curio agere cum populo poſſet, de cælo ſervabat: quem Curio furorem appellabat: & ex ea ſibi illata injuria hoc ſe bonum adeptum dicebat, quod juſtam haberet cauſſam impediendi, ne quid decernere ſenatus poſſet. quod ſi ſenatus conſultum de ſupplicationibus fieri pateretur, amittere ſibi videbatur bonum illud, quod furore Paulli adeptus eſſet.

Prævaricator] Proditor.

Cauſſæ publicæ] Quia, cum ei comitiales eriperentur, nec agere cum populo poſſet, impediri ac lædi cauſſa publica videretur: cujus ſe patronum profitebatur, oppugnante Paullo.

His] Quæ poſtulari ſolent.

Non uſuros] Exceptis iis, quæ Ciceroni decernerentur.

Pag. 484. *Spem*] Quaſi nihil reip. prodeſſent, aut a diis immortalibus minime curarentur. Non eſt igitur, quod Marcello magnopere gratias agas: qui Curioni promiſit, ſe in hunc annum nullis præterea ſupplicationibus uſurum, non quo facilius de tuis impetraret, ſed quia ſpem omnino in iſtis ſupplicationibus non haberet.

Non edicturum] Supplicationes.

Diutius dicturum] Vt diem dicendo conſumeret, ne S. C. fieri poſſet. quo de more diximus epiſt. 4. lib. 1.

Prendimus] Rogavimus. ductum ab eo, quia prendimus, & prenſamus, (utroque enim modo loquebantur veteres) a quibus impetrare aliquid cupimus.

Non modo non fecit] Sigonii liber, *Non modo fecit.* quod neque probo, neque condemno. vide locum ep. 9. l. 1. *Non modo præmiis.*

De hoſtibus] Non dabantur ſupplicationes niſi ob juſtam victoriam, cæſis hoſtibus certo quodam numero. ideo Cicero epiſt. 10. lib. 2. *Victoria juſta,* inquit, *imperator appellatus apud Iſſum.* Id confirmat ipſe Cœlius, cum ſubjungit, potuiſſe Hirrum impedire, ſi, ut numeraretur, poſtulaſſet. quis autem cæſorum numerus obtinendis ſupplicationibus ſufficeret, præciſe ſcriptum non inveni: unum hoc dicam, ſi mille hoſtium cæſi eſſent, Ciceronis ætate ſatis fuiſſe. id ex iis Ciceronis verbis Phil. 2. cognoſcitur: *Si quis Hiſpanorum aut Gallorum mille, aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine, quæ increbuit, imperatorem appellaret ſenatus?* triumphum quidem, qui ſupplicationes fere ſequebatur, niſi qui quinque millia hoſtium una acie cecidiſſet, nemini per leges impetrare licuiſſe Valerius l. 2. c. 3. tradidit. ſed hoc etiam, ut opinor, depravavit ambitio. Quidam *Hoſtiis* legunt: quam recte, alii judicent: ego ſequor & hiſtoriæ teſtimonium, & antiquos libros, Sigonianum, & meum.

Poſſet rem impedire] Falſo igitur Cicero illud ſcripſerat epiſt. 10. lib. 2. *Victoria juſta imperator appellatus ſum.* De eadem re epiſt. 1. lib. 7. ad Attic.

Vt numeraretur] Vt oſtenderetur, quo cæſi hoſtes numero eſſent. Aſſentior amiciſſimo meo, qui legendum putat, *numerus daretur*; ſubintelligitur autem *hoſtium in prælio cæſorum. hoſtibus* enim paulo ante lego ex codice Bernardini Maffei, non, ut quidam volunt, *hoſtiis.*

Catoni] M. Porcio Catoni, optimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

viro, cujus in ſententiam, Cicerone conſule factum erat S. C. de Catilinæ ſociis in carcere necandis. is prætor fuerat L. Domitio, App. Pulchro coſs. repulſam tulerat in petitione conſulatus, quo anno Serv. Sulpicius & M. Marcellus deſignati ſunt, id eſt biennio ante, quam hæc epiſtola ſcriberetur.

Pag. 485. *Aſſenſus eſt*] Licet iratus eſſet, ut ad Atticum Cicero ſcripſit, cujus verba proxime recitavi: iratus autem, quia ſuperatus eſſet ab eo in petitione auguratus, epiſt. 3. & 6. hac de re ſic in eadem epiſtola: *Cœperas Hirrum mihi placare: perfice. Habes Scrofam: habes Silvium. ad eos ego antea ſcripſi, & ad ipſum Hirrum. locutus enim erat cum iis, commode ſe potuiſſe impedire, ſed noluiſſe; aſſenſum tantum eſſe Catoni, amiciſſimo meo, cum is honorificentiſſimam in me ſententiam dixiſſet; nec me ad ſe ullas litteras miſiſſe, cum ad omnes mitterem.*

De te & locutus honorifice] Particulam, *Et*, ſupervacaneam eſſe cur non putem? feratur tamen, ut in Cœlio, cujus χαρακτὴρ a puriſſimo & ornatiſſimo Ciceronis ſermone quam longe diſtet, omnes intelligunt. quod etiam critici veteres, quorum teſtimonia jam recitavimus, facile judicarunt. Quod Cœlius ſignificat, hoc eſt: De te licet locutus honorifice, tamen non decreverat ſupplicationes. laudavit enim Cato Ciceronem in ſua ſententia, ſupplicationem non decrevit. cur ita ſenſerit, exponit ipſe in epiſtola, quæ exſtat lib. 15. cui Cicero reſpondens, dixit, *ſe tanti facere Catonis illam laudationem, ut cum ea nullum triumphum eſſe conferendum exiſtimet.* & ad Atticum, epiſtola 1. lib. 7. confirmat idem his verbis: *Triumphum video, niſi reip. tempora impedient, εὐπόριστον. judico autem cum ex litteris amicorum, tum ex ſupplicatione; quam qui non decrevit, plus decrevit, quam ſi omnes decreviſſet triumphos. ei porro aſſenſus eſt unus, familiaris meus, Favonius; alter iratus, Hirrus. Cato autem & ſcribendo affuit, & ad me de ſententia ſua jucundiſſimas litteras miſit. ſed tamen gratulans mihi Cæſar de ſupplicatione triumphat de ſententia Catonis: nec ſcribit quid ille ſententiæ dixerit, ſed tantum, ſupplicationem eum mihi non decreviſſe.*

Non decrerat] Quid cauſſæ fuit, cur non decreverit, cum & amiciſſimus eſſe videretur, & res ſupplicatione dignas Cicero geſſiſſet, juſta victoria imperator apud Iſſum appellatus? obſtitit invidia: cum nobiles homines, ex antiquiſſimis orti familiis, novum hominem Ciceronem in principibus quidem eſſe facile paterentur, altius autem evolare nequaquam vellent. quod in epiſtolis interdum queritur Cicero, & aperte quidem ad Attic. lib. 7. epiſt. 2. his verbis: *Cato in me turpiter fuit malevolus: dedit integritatis, juſtitiæ, clementiæ, fidei mihi teſtimonium, quod non quærebam: quod poſtulabam, negavit. itaque Cæſar iis litteris, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur, quo modo exſultat Catonis in me ingratiſſimi injuria? at hic idem Bibulo dierum viginti. ignoſce mihi, non poſſum hæc ferre, nec feram.* Et ad eundem epiſt. 3. ejuſdem libri: *Bibulum cum ornavit Cato, declaravit iis ſe ſolis non invidere, quibus nihil, aut non multum ad dignitatem poſſet accedere.*

Favonius] Catonis imitator, ædilis curulis hoc anno.

Acceſſit] Cato ſententiam dixerat: aſſenſi ſunt Hirrus & Favonius, ſententiam non dixerunt.

Pro cujuſque natura & inſtituto] Pertinet hoc ad Catonem hominem ſeveriſſimum, naturaque & conſuetudine valde parcum in tribuendis honoribus.

His] Non Catoni, qui ſententiam dixit honorificam, ſed Hirro & Favonio, qui ſententiam quidem non dixerunt, ſed voluntatem oſtenderunt pro ſententia, cum Catoni aſſenſi ſint, vel his tribus nominatis, quibus hoc nomine debentur gratiæ, quod voluntatem dumtaxat oſtenderunt non decernendæ ſupplicationis; pro ſententia vero, ut omnino non decerneretur, pugnare noluerunt, cum impedire tamen poſſint. quæ ſi recipitur interpretatio, mihi quidem ſatis probata: diſtinguendum erit

hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

hoc modo: *Voluntatem oſtenderunt; pro ſententia, cum impedire poſſent, non pugnarunt.*

Tantum] Pro *ſaltem*, ut epiſtola 31. lib. 7. *Veni igitur, quæſo, ne tantum ſemen urbanitatis una cum rep. intereat.*

Cum impedire poſſent] Si, ut numeraretur, poſtularent.

De ſuarum actionum curſu] Iratus enim Paullo conſuli, qui comitiales ei dies eripiebat, induxerat animum ſupplicationes omnes impedire.

Furnius] Tribunus pl. Ciceronis cupidiſſimus. epiſt. 14. lib. 15. & ad Att. epiſt. 18. lib. 15. is eſt, ad quem leguntur epiſtolæ aliquot lib. 10.

Lentulus] Cum Lentuli eſſent multi, ſumma inter Ciceronem & P. Lentulum Spintherem amicitia facit, ut de Spinthere accipiendum exiſtimem.

Circumierunt] Prenſarunt, ambierunt. qui enim ambit, circumit: ut ipſa verbi compoſitio declarat.

Balbi Cornelii] Gaditani. epiſt. 6.

Si aliter feciſſet] Si ſupplicationes Ciceronis impediiſſet.

Cæſari] Cui ſe addixerat, accepta ingenti mercede.

Ejus fidem in ſuſpicionem adduxit] Cum diceret, ei cavendum eſſe, ne ficte reconciliatus cum Cæſare videretur, ſi Ciceronis honorem impediiſſet, quem ſciret a Cæſare non vulgariter diligi.

Decrerant] Non equidem is ſum, qui divinationibus, præſertim quæ ſola conjectura nitantur, facile acquieſcam: verumtamen, ubi nec ſententia repugnat, & mutatio levis eſt, cur libertatem ingeniis eripiam? Hoc quidem in loco, qui nunc in manibus eſt, cum antiqui libri plerique haberent, *Deerant*; nonnulli, *Deſerant*; alii aliter; ex hac varietate ſum adductus, ut probarem, *Decrerant*: qua ſententia, nunc exponam. L. Domitius Ahenobarbus, & P. Scipio, Pompeji ſocer, uterque Cæſaris inimicus, cum inique ferrent tranſigi de ſupplicationibus Ciceronis, eaſque Curionis tribuni pl. interceſſione cuperent impediri; ſimulatione benevolentiæ ſupplicationes decreverunt, ut eare Curionem, omnibus Pompejanorum actionibus acriter adverſari ſolitum, ad intercedendum elicerent. Accedit Cœliani ſermonis conſuetudo. paullo enim ante dictum eſt, *Non decrerat ſupplicationes*. Et in Verrem dixit Cicero, *Decreſſet*.

Hac re] Quod ſupplicationes decernerent.

Ad interceßionem evocandam] Ut Curionem, optimatibus infenſum, ad intercedendum elicerent.

Pag. 486. *Interpellantibus*] Crebro inſtantibus, ut ſupplicationes decernerentur.

Venuſtiſsime] Pulcherrime, ductum a Venere, cui pulchritudinem fabulæ Poetarum tribuunt.

Adhuc eſt] Addidi verbum *Eſt*, ex antiquis libris, approbante ſententia. adhuc, inquit, de provinciis contentio eſt.

Ante idus Nov.] Ante tempus ei decem tribunorum lege conceſſum.

Noſtri] Optimates.

Bene noſti] Imbecillitas eorum ſignificatur.

Scena rei totius] In ſcena dantur fabulæ. Cœlius tranſtulit ad ſignificationem rerum omnium, de quibus contentio eſſet: ut, quemadmodum ſcena fabulas, item id, quod dicturus eſt, omnia contineat.

Quod illi æquum putet] Æquum putabat, ſenatui dicto audientem Cæſarem eſſe. de quo ſic epiſt. 4. *In diſputando conjecit illam vocem Cn. Pompejus, omnes oportere ſenatui dicto audientes eſſe.* Eodem ſpectat illud in epiſt. 8. *Dixit hoc nihil intereſſe, utrum Cæſar ſenatui dicto audiens futurus non eſſet, an pararet, qui ſenatum decernere non pateretur.* Specie igitur probabilis & æqua erat actio Pompeji: ſed iniquum contra videbatur, populi beneficium, Cæſari lege tributum, ſine cauſſa eripi: quod tamen ſenatus decrevit, Pompeji ejuſque amicorum ſtudio.

Conſulem deſignari prius] Quod Cæſar cogitabat: ideoque ferri legem a decem tribunis pl. voluerat, ut ejus ab-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſentis in petitione conſulatus ratio haberetur.

Accipitur ſatis male] Contumelioſe & acerbe tractatur.

Secundus conſulatus] In quo Pompejus iterum conſul operam dederat, auctorque fuerat, ut Trebonius tribunus pl. de Galliarum imperio Cæſari in alterum quinquennium prorogando legem ferret. quod beneficium nunc idem Pompejus conabatur eripere, cum eum ante idus Nov. vellet decedere.

Exagitatur] Reprehenditur. ſic epiſtola 1. lib. 1. *Rebus palam a conſularibus exagitatis, & in ſummam invidiam adductis.*

Cæſar defenditur] Ab amicis: ne cogatur ante legitimam diem decedere.

Sententiam] De provinciis.

Ludorum exploſiones] Quos populus oderat, eos ad ludorum ſpectacula accedentes excludebat. de iis in commentario ſcripſerat Cœlius: præterea de funeribus, & levia quædam, quas ipſe ineptias fatetur eſſe.

Pag. 487. *De Sittiano negotio*] De ſyngrapha Sittiana. epiſt. 2. 4. 6. 7.

Eos] A quibus exigenda pecunia eſt. nam ſyngrapha Sittiana facultatem dabat exigendæ pecuniæ.

Tamquam procurator] Eo ſtudio, quo ſolent ii qui aliena negotia procurant.

Agas] Etſi patet ſententia, de mendo tamen ſuſpicor, cum in omnibus antiquis libris *Agros*, non *Agas*, ſcriptum eſſe videam. omnes etiam pro *Quando*, habent *Quom*: id eſt, Cum: quod veteres uſurpabant pro *Quoniam*, vel, *Quando*.

EPISTOLA XII.

PUdet] Non ſemper culpam ſequitur pudor. vir bonus a vitio ſic abhorret, ut alienis etiam flagitiis pudore afficiatur, neque ſolum cum ea cernit, ſed etiam cum audit. Pudet, inquit Cœlius, quod ita ingratus in me fuerit, ita ſe turpiter & inique Appius geſſerit. Vel: Pudet me tibi confiteri, & queri de injuriis Appii; cum eum tibi antea laudaverim.

Quia magna mihi debeat beneficia] Odii cauſſam ponit beneficia ſua: vere fortaſſe: nam debitor creditorem non amat, adſpectum quaſi metuens fugit: putat enim ſe, cum beneficia non referat, non amari: quæ opinio facit, ut nec ipſe amare poſſit. porro qui non amat, quavis non modo re, ſed ſuſpicione etiam adducitur, ut odiſſe incipiat. qua tamen labe non inficitur animus boni viri, qui alios ex ingenio ſuo metitur: nec putat ullius commodi præmiive ſpe beneficium tribui. mercatura enim quædam eſſet, non liberalitas. improbi autem ſæpe benigni ſunt, non modo ut eandem gratiam recipiant, ſed ut aliquid etiam, fenerantium more, lucrentur.

Sibi imperare] *Imperare ſibi* dicitur, qui aliter agere ita ſolitus eſt, ut non libenter a conſuetudine diſcedat. Appius autem avarus: ideo ſibi, ut beneficia ſolvat, imperare non poteſt. Sic locutus epiſt. 6. *Impera tibi: hoc cura.*

Collegium] Augures, (erat enim Appius augur) ut aliquid contra Cœlium molirentur. Alii ex conjectura parum neceſſaria, contra veteres omnes libros legendum putant, *Collegam*, id eſt Piſonem cenſorem: quod hoc tempore cenſuram gerebat Appius.

Domitio] Qui cum eo conſulatum geſſerat.

Pag. 488. *Hoc munuſculum deferre Cn. Pompejo*] Negotium dare Pompejo, ut me accuſaret. Niſi hoc dicit Cœlius, quid aliud ſignificet, non video. Scrupulum tamen ſentio. primum, veriſimile non videtur ita deſipere Appium, ut Cn. Pompejum, virum graviſſimum, principem civitatis, qui cum imperio ad urbem erat, adduci poſſe ad ſuſcipiendam accuſationem exiſtimet: deinde, *munuſculum deferre*, non eſt apud Cœlium accuſandi curam committere, ſed accuſare: ut epiſt. 7. *Nemini hoc deferre munuſculum maluit, quam ſuo accuſatori.* Poſtremo, genus loquendi, etſi multa in Cœlio diſſimulanda non ignoro, tamen hoc quidem ferre vix poſſum, *Impetrare a me non potui, ipſum reprehenderem.*

derem. quis enim non videt, *Vt*, deſiderari? Quæ cum intueor, libenter ad eam deducor conjecturam, ut hoc modo legendum & diſtingueudum putem: *Hoc munuſculum deferre, Cn. Pompejo ipſum reprehendente: ut ab eo deprecarer injuriam, &c.* nec tamen hanc opinionem nihil adjuvat ſcriptus liber, qui eſt apud me, in quo eſt, *Vt ab eo*, non, ut vulgo legitur, *Et ab eo.* Erit autem, *Munuſculum deferre*, accuſare: quo ſenſu uſurpatum etiam eſt, ut dixi, epiſtola 7. Quod ſi quis libros typis impreſſos malit approbare, accipiat, *Reprehenderem*, non pro *Objurgarem*, quod abſurdum hic quidem eſſet, ſed pro, *Prenderem*: id eſt, rogarem, ut accuſandi conſilium abjiceret.

Quid ergo eſt] Quaſi aliquis eum interroget: hoc tibi faciendum non putaſti, quid igitur feciſti? Et videtur hoc loquendi genus poſt negationem, id eſt, ubi quid improbavimus, inferri. Non placuit mihi, ait Cœlius, injuriam ab Appio deprecari: quid igitur placuit? alloqui communes amicos, teſtes meorum in illum meritorum. Sic Livius lib. 44. *Non ſum is, qui non exiſtimem admonendos duces eſſe: immo eum, qui de ſua unius ſententia omnia gerat, ſuperbum judico magis, quam ſapientem. quid ergo eſt? primum a prudentibus, & proprie rei militaris peritis, & uſu doctis monendi imperatores ſunt.*

Tamen] Ab ipſo quidem ut injuriam deprecarer, impetrare a me non potui: tamen feci, ut amicos alloquerer.

Quaſi aliquid] Præclara, niſi fallor, emendatio. mendum autem, quod in vulgatos libros irrepſit, ſententiæ peperit ignoratio. nam, *Quaſi aliquid*, valet, quaſi hoc aliquid futurum eſſet: quod tamen apud Appium eſſe nihil ſenſi. præterea ſcriptum ita video in vetere Sigonii libro. quidam, *Quaſi aliquot amicis*, malunt: in quo & ab antiquis libris, &, ut puto, a Cœlii mente diſcedunt.

Amicis locutus ſum] De Appii injuria. uſurpat & Cicero hoc verbum cum dandi caſu epiſt. 1. lib. 6. ad Att. *Hæc non noram tum, cum Democrito tuo locutus ſum.* Et Plautus in Men. *Loquere*, inquit, *mihi tuum nomen.*

Ne cui ſatisfaceret quidem] Satisfacit, qui ſe verbis excuſat. exempla ſunt, epiſt. 13. lib. 7. *Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis.* Et Philip. 2. *Acceperam Cæſaris litteras, ut mihi ſatisfieri paterer a te.* Et Cæſar l. 1. bell. civ. *Per tribunos mil. egerunt, uti Cæſari ſatisfacerent.* Et alibi.

Collegæ ejus] L. Piſoni, contra quem exſtat Ciceronis oratio. is cenſuram cum Appio gerebat. Cæſar lib. 1. bel. civ. Dio lib. 40.

Amicitiam tuam] Quia Cicero ejectus a Clodio, conſentiente conſule Piſone, poſtea, ut ulciſceretur injuriam, orationem habuit de conſularibus provinciis, ut Piſo e Macedonia, quam proconſul regebat, revocaretùr. quod ſenatus decrevit.

Simiæ] Sic Cicero epiſt. 2. lib. 7. *Hic ſimiolus me, in quem inveheretur, delegerat.* & epiſt. 10. lib. 5. & Horatius Sat. 10. lib. 1. Serm.

— *Quos neque pulcher*
Hermogenes unquam legit, neque ſimius
iſte.

Vultum ſubire] Quod ſupplicis eſt. ita in peroratione pro Quinctio: *Denique ipſius inimici vultum ſuperbiſſimum ſubiit.*

Incanduit] Pro *excanduit*; vehementi commotus eſt iracundia. quo motu vultus excandeſcit. Alii, *Scanduit.* Ego librum Sigonii, & meum ſequor. & omnino magis placet, *Incanduit*, quam *Scanduit.* quid enim eſt, *Scanduit*? tolerabilius erat, *Canduit*: quod ad iratorum vultus pertinet. verum, *Incanduit*, ſi habeo, comprobatum teſtimonio duorum librorum, qui nodum in ſcirpo quæram?

Pag. 489. *Hanc ſpeciem ſimultatis*] Quod cum in infamiam vocarem ficta ſimultatis cauſſa.

Palam Servium] Nihil muto: videant tamen eruditi, an ſit rectius, quod monui adoleſcens in ſcholiis noſtris, *Polam Servium*, quem Cicero nominat, ut accuſato-

cuſatorem, lib. 2. ad Frat. epiſt. 2. & Cœlius ipſe paullo poſt: *Vix hoc erat Pola elocutus.*

Inire cum Domitio conſilia] Conſilia capere, ſimul conſiderare. epiſt. 24. l. 9. *Conſilia ſunt inita de me.* Et Livius lib. 6. *Conſilia inire cum genero cœpit.*

Compellari] Accerſi, in judicium vocari. Ad Att. epiſt. 2. lib. 2. *Nigidium minari, in concione ſe judicem, qui non fuerit, compellaturum.* Et Philip. 3. *Fratris mei filium compellat edicto.* Et Suetonius in Iulio: *In carcerem conjicit Nonium quæſtorem, quod compellari apud ſe majorem poteſtatem paſſus eſſet.*

Dicere non poterant] Nihil erat, quod objicere mihi poſſent.

Summis Circenſibus] Extremis diebus Circenſium ludorum meorum: binos enim ludos ædiles curules dabant, Megalenſes, & Romanos, ut oſtendit Dio lib. 39. & Pedianus in commentario Cornelianæ. hic de Romanis intelligendum: qui dabantur in circo menſe Sept. per quinque dies: quod faſti dierum veteres demonſtrant. Scripta enim epiſtola paullo ante, quam Cicero e provincia decederet: cum dicat Cœlius in clauſula, *Exſpecto te valde, & cupio quamprimum videre.* nam Cicero deceſſiſſe videtur menſe Octobri: quod ex ep. 3. ad Tironem, lib. 16. licet conjicere. Megalenſes autem initio anni dabantur, id eſt multis menſibus ante Romanos: inquit enim Cicero epiſt. 11. l. 2. *Mihi magnæ curæ eſt ædilitas tua. ipſa dies me admonebat: ſcripſi enim hæc ipſis Megalenſibus.* Præterea cur de Megalenſibus accipiam, cum non in circo, ſed in Palatio darentur? de quibus Cicero in oratione de haruſpicum reſponſis: *Quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio noſtri majores ante templum, in ipſo Matris magnæ conſpectu, Megalenſibus fieri celebrarióq; voluerunt?* Idem Livius confirmat lib. 36.

Lege Scantinia] De nefando marium concubitu, quæ pœnam irrogabat decem millia nummum. Quinct. lib. 4. cap 7. capitale crimen poſtea fecit Iulia lex. epiſt. 14. Iuvenalis Satyra 6. Suetonius in Domitiano.

Pola elocutus] Vix hoc Pola Servius accuſator dixerat. Antea, *Prælocutus.* ego cum in antiquis libris viderem, *Pole locutus*, legendum putavi, *Pola elocutus.* poſſet etiam, *Polæ locutus*: id eſt, vix Polæ dixerat Appius cupere ſe mihi accuſatorem ponere. nam & paullo ante Cœlius cum dandi caſu idem verbum conjunxit, *Amicis*, inquit, *locutus ſum.* In vetuſto codice, qui eſt Florentiæ in Medicea bibliotheca ita legitur, ut impreſſimus. Hujus lectionis alii quoque meminerunt, ſed eam minus integram exiſtimarunt, offenſi, ut opinor, in voce *Pola*, quod eam ſe alibi vidiſſe non meminerant: eſt autem ea Servii accuſatoris cognomen, de quo ad Q. Fratrem epiſtola penultima 2. libri, his verbis: *Vereor, ne homo teter, & ferus Pola Servius ad accuſationem veniat.* Vix igitur (inquit Cœlius) hoc elocutus erat Pola, Appium ſcilicet & Domitium ſummis Circenſibus ludis meis lege Scantinia me poſtulandum curare: cum ego eadem lege Appium Cenſorem poſtulavi. Ac (ut, quod ſentio, libere dicam) ſupra quoque ubi legitur *palam Servium*, legendum potius *Polam Servium* crediderim. Sed hoc eſt conjecturæ. Manu ſcripti enim libri, quos & Venetiis, & Romæ vidi multos, *palam*, ut eſt in impreſſis, habent omnes, a quibus diſſentire non temere debemus.

Quod melius caderet] Quam cenſorem, qui moribus præeſt, & magiſter morum appellatur, lege Scantinia in judicium vocare.

A populo, & non infimo quoque] Addidit, *Non infimo quoque*, ut oſtenderet, nobiles etiam homines id probaſſe: qui, licet populi nomine comprehendantur, permiſti tamen in multitudine non ſatis internoſcuntur.

Fama] Cum increbeſceret, cenſorem, corrigendis moribus præpoſitum, tam turpi crimine poſtulari.

Cœpi ſacellum, in domo quod eſt, ab eo petere] Cenſorum erat curare, ut ſacella non in domo cujuſquam eſſent, ſed populo paterent. itaque Livius lib. 40. ubi

ubi loquitur de Lepido & Fulvio cenſoribus, *Complura*, inquit, *ſacella publicaque ſacra, occupata a privatis, ut paterent, eſſentque populo, curarant.* Cœlius autem ut oſtenderet, Appium cenſorem officio ſuo deeſſe, petere cœpit ab eo, ut ſacellum in domo privata ne relinqueretur: cujus rei cura Appii, qui cenſor erat, eſſe debuerat. ſed libentius intellexerim de ſacello, quod ipſe Appius occupaſſet: ex quo gravior ei concitata eſſet invidia, occupatis rebus a cenſore, quas cenſor ab aliis occupatas, populo reſtituere deberet.

Pag. 490. *Amplius quadraginta manſit*] Quid eſt hoc? an, *Quadraginta litteras*? Latinum non eſt. *quadragenas* enim *litteras*, potius quam *quadraginta*, & *quadraginta epiſtolas*, potius quam *quadragenas*, Latini ſermonis conſuetudo poſtulat: niſi, ſi ſcripſerit Cœlius XL, ex quo imperitus librarius deſcripſit, *quadraginta.* verum quid hæc attinet colligere? cum in antiquo Sigonii libro diſerte ſcriptum ſit, *Quadraginta diebus miſit.* quamquam in verbo *Miſit*, librarius peccavit: quod meus liber, aliique corrigunt.

Scis Domitio diem timori eſſe] Similiter locutus epiſt. 14. *Scis Appium cenſorem hic oſtenta facere?* Sed cum obſcura ſententia eſt, tum ita diſcrepant inter ſe veteres libri, ut obſcuro per ſe loco, majores etiam tenebras offundant. In uno meo ſcriptum eſt hoc modo, *Diem timor eſt exſpectatio valde, & quamprimum.* in uno Sigonii, *Diem tu morare exſpecto, & quamprimum*: in altero ejuſdem, *Timor eſt exſpecto valde & quamprimum.* In nullo quidem vidi *Timori eſſe.*

Proinde] Pro, *Perinde*: quod ſæpe Terentius & Lucretius uſurparunt.

Dolere] Meas, tuas autem ulciſci ſolere.

Vlciſci] Mirus enim contra Clodianos Milonis defenſor in tribunatu fuerat: quod ſignificat Cicero epiſt. 9. libro 2. *Te,* (inquit) *mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, ultorem non modo inimicorum, ſed etiam invidorum meorum.*

EPISTOLA XIII.

VIri mediusfidius optimi] Dolabellæ, a quo uxorem diſceſſiſſe, ſcripſit epiſt. 9. is poſtea cum Tullia divortium fecit: quod & ex epiſtolis ad Atticum, & ex conſolatoria Sulpicii lib. 4. cognoſcitur.

Sibi parum utilis] Temeritatis Dolabellam arguit, quod Appium accuſaſſet. id ex ea, qua Cicero reſpondit, epiſtola licet intelligere.

Pudore Tulliæ] Cicero reſpondit his verbis epiſt. 15. lib. 2. *Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. nam ea, quæ ſperas, Tulliæ meæ prudentia temperari poſſe, ſcio cui epiſtolæ tuæ reſpondeant.*

Pag. 491. *Lautum*] Pulchrum, egregium.

Interceſſionis] Curio interceſſerat, ne S. C. fieret de ſucceſſione provinciarum. de ea interceſſione conſules ad ſenatum retulerunt, ut decerneretur, quid agendum, contemnenda ne interceſſio, an ejus habenda ratio more majorum. Cenſuit ſenatus interceſſioni parendum.

Exitum] Quia valuit interceſſio, contra quam M. Marcellus ſenſerat.

Ex S. C.] Eo, quod miſit Cœlius cum epiſt. 7. in quo ita ſcriptum eſt: *Si quis huic S. C. interceſſerit, ſenatui placere, auctoritatem perſcribi, & de ea re ad ſenatum populumque referri.*

Primaque] Cur prima? fortaſſe ſtudio & opera C. Marcelli conſulis, ejus patruelis.

Marcelli] Qui conſul fuerat anno proximo.

Agendum cum tribunis pl.] Vt interceſſio tolleretur.

In alia omnia iit] Frequens a Marcello diſſenſit. probavit igitur Curionis interceſſionem. atque hoc reprehendit Cicero his verbis epiſt. 7. lib. 7. *Senatum bonum putas, per quem ſine imperio provinciæ ſunt? numquam enim Curio ſuſtinuiſſet, ſi cum eo agi cœptum eſſet.* quam ſententiam ſenatus ſequi noluit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

de hoc genere loquendi vide, quæ diximus epiſt. 2. lib. 1.

Stomacho eſt ſcilicet Pompejus Magnus] Dixi olim, *Scilicet Pompejus*, mihi videri eſſe gloſſema ad verbum *Magnus*: nec aliter nunc videtur.

Ita languenti] Pompeji hoc erat ingenium, ut voluntatem ſuam occultaret. ſtomachi vitium tranſtulit Cœlius ad animum Pompeji nihil in repub. probantis, quippe qui neque Cæſarem in Gallia diutius manere vellet, nec ſuam tamen voluntatem ſatis auderet oſtendere: quandoquidem, ipſo auctore, in ſecundo ac tertio conſulatu, duæ leges latæ fuerant, una de Galliarum imperio in alterum quinquennium prorogando; altera, ut in petitione conſulatus abſentis Cæſaris ratio haberetur.

Transſierant illuc] Id probaverant.

Vt ratio eſſet ejus habenda] Hoc totum ita legitur in antiquis libris: *Vt ratione ejus habenda, qui exercitum, neque provincias traderet*. quod ita mendoſum eſt, ut omnis mihi quidem ad correctionem aditus intercludatur. relinquo non invitus, quod alii quærant. ſententia quidem hæc videtur eſſe: Tranſierant ſenatores in alia omnia, id eſt probaverant Curionis interceſſionem, improbantes M. Marcelli ſententiam; tamquam ratione illius habenda, qui neque exercitum, neque provincias traderet. Hoc, ut dixi, arbitror ſignificari. ſed addere verbum, *Neque*, contra veteres libros non audeo: niſi ſi, ut eſt omnino aſper duruſque Cœlii ſermo, ſcriptum ab eo putemus, *Qui exercitum, neque provincias traderet*; pro, *Qui neque exercitum, neque provincias traderet*: ut, *Neque*, tam ad *exercitum*, quam ad *provincias* referatur. Venit etiam in mentem, hoc dumtaxat a Cœlio ſcriptum, *Tranſierant illuc, ut ratione ejus habenda.* gloſſam autem eſſe id, quod ſequitur, additam ab interpretante pronomen illud, *Ejus*: cum hoc pronomine Cœlius Cæſarem ſignificare ſolitus ſit: dixit enim epiſt. 7. *Perſpecta Cn. Pompeji voluntate in eam partem, ut eum decedere poſt Kalend. Mart. placeret*: cum Cæſarem ſignificet, minime tamen antea nominatum.

Laturus ſit, cum cognoſcat] Vnus Sigonii liber, & meus, *Laturus eſt iſte, cum cognoſcam*: alter ejuſdem, *Laturus, cum iſte cognoſcam*: itaque ſubeſſe vitium ſuſpicor.

Futurum] Video, quid dicatur: ſed ex ingenio emendatum exiſtimo: nam veteres omnes libri, *Futurus*, habent: quod videtur ad Pompejum referri.

Si aut non curet] Sic antiqui libri. mutilus locus eſt, aut certe depravatus,

Pag. 402. *Vos ſenes divites*] Quorum intereſt maxime, rempub. in ſuo ſtatu permanere.

Animam agebat] In exitu vitæ crebro ſpiritus ducitur, & reducitur. id veteres, *agere animam*, dicebant. Tuſcul. 1. Et *agere animam*, & *efflare* dicimus. Plautus in Trin. per ſimilitudinem dixit: *Res cum jam animam agebat, tum eſſe offuſam oportuit.* Livius, *Trahere animam* dixit, lib. 3. ab Vrbe: *Mortuus Æbutius erat Romanus conſul, collega ejus Servilius exigua in ſpe trahebat animam.*

EPISTOLA XIV.

ARſacem capere] Servius in 6. Æn. hæc ſcripſit: *Omnes reges Albani ab Silvio, filio Æneæ & Laviniæ, Silvii ſunt dicti; ſicut Romani Imperatores, Augusti vocantur; Ægypti, Ptolemæi; Perſæ, Arſacidæ.* Eſt igitur Arſaces, generale nomen regum omnium apud Parthos, deductum ab eo, qui Parthorum regnum primus conſtituit. hoc quidem tempore Parthorum rex erat Orodes, nominatus epiſt. 1. lib. 15. & 18. & 21. lib. 5. ad Att. ut hiſtoricos omittam. Sed de Arſace rege, & de reliquis, qui ei ſucceſſerunt, quæ collegimus ex Juſtino lib. 41. & 42. fortaſſe hic adſcribere operæ pretium fuerit. Arſaces, vir incertæ originis, ſed virtutis egregiæ, ſolitus latrocinio & rapto vivere, regnum apud Parthos primus conſtituit, cum aliarum antea gentium regibus paruiſſent. ita, non minus memorabilis

Parthis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Parthis, quam Perſis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura ſenectute deceſſit: cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes deinde reges ſuos Arſacis nomine appellarint. Huic ſucceſſit filius, & ipſe Arſaces dictus. Tertius Parthis rex fuit Pampacius, & ipſe Arſaces cognomine, ut reliqui omnes reges: ſicuti Romani, Cæſares Auguſtoſque cognominarunt. Pampacio ſucceſſit filius Phraates: Phraati, frater ejus Mithridates, qui Parthorum imperium a monte Caucaſo, multis populis in ditionem redactis, uſque ad flumen Euphratem protulit; nec minor Arſace proavo, glorioſa ſenectute deceſſit. Ei ſucceſſit Phraates filius: Phraati patruus ejus Artabanus: Artabano Mithridates filius, cujus res geſtæ Magni cognomen dedere. Quo, propter crudelitatem, a ſenatu Parthico ejecto, regnum occupavit frater ejus Orodes; qui fratrem ſuum Mithridatem, ultro ſe in poteſtatem ejus tradentem, in conſpectu ſuo trucidari juſſit: hic eſt Orodes ille, qui M. Craſſum cum filio & omni exercitu Romano delevit. cui ſucceſſit filius Phraates ex pellice, a patre vivo rex conſtitutus; qui ſtatim & patrem ipſum, & fratres triginta trucidavit, Auguſto imperante.

Seleuceam] Regiam Parthorum, a Nicatore Seleuco exædificatam, uno ex ducibus Alexandri, quem Arſaces devicit, ut Ammianus lib. 23. prodidit. Seleuceas tres, Pieriam, ad Euphratem, ad Belum, Ptolemæus facit.

Oculi doluiſſent] Sic apud Terentium in Phormione: *Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nauſiſtrata, & quod tuo viro oculi doleant?*

In repulſa] Cum auguratum peteret, in locum Hortenſii mortui, quem augurem fuiſſe, & Philipp. 2. & procœmium libri de claris Orat. demonſtrat.

Comitia] Non centuriata, ſed tributa: quod ex Philipp. 2. & aliis præterea locis intelligitur. augures enim hoc tempore populus creabat, lege lata a T. Atio Labieno, tribuno pl. antea creabantur ab ipſo collegio. diximus copioſe in libro de Legibus.

Studia] Et quidem tanta, ut multi poſtea de vi condemnati ſint: quia nimis Antonii ſtudioſi fuiſſent.

Neceſſitudinem ſecuti] Officium, inquit, perpauci præſtiterunt: amicitiæ habita ratio eſt, verum hoc ita Cœlius implicavit, ut ex ipſis non facile verbis exprimatur. nam, *Neceſſitudinem ſecuti*, non eſt unde pendeat, niſi referatur ad, *Perpauci.* quod ſi ſit, perpauci videbuntur neceſſitudinem ſecuti: cum tamen contraria ſit ſententia. conſtat enim dici, Perpaucos officium præſtitiſſe, quia plerique neceſſitudinem ſecuti ſint.

Ne familiarem quidem ſuum] Notat ingenium Domitii, cui familiares etiam odio eſſent.

Pag. 493. *Per injuriam*] Quod ſibi, viro conſulari, M. Antonius, qui nondum tribunatum pl. adeptus erat, in auguratu prælatus eſſet.

Ereptum] Id quod petebat, auguratum.

Cujus ego auctor fuerim] Quid mirum? cum amiciſſimus Curioni eſſet Cœlius, Curio autem vehementer Antonio faveret. quod ei objicit Cicero Philipp. 2. *An*, inquit, *cum es factus augur, unam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? cujus etiam familiares de vi condemnati ſunt, quod tui nimis ſtudioſi fuiſſent.* Plutarchus etiam, Curionis præcipue opera, tribunatum hoc anno gerentis, Antonium augurem creatum narrat.

Gaviſos ſuum dolorem] Epiſt. 2. dixit, *Gaudium gauderemus.*

Vnumque me ſtudioſiorem Antonii] Me potiſſimum Antonii ſtudioſiorem, quam ipſius fuiſſe. de Antonio, augure creato, legimus in Philipp. 2. apud Hirtium lib. 8. de bello Gallico. apud Plutarchum in ejus vita, & hic epiſt. 22. lib. 12. ſuum collegam Cicero appellat.

Ipſe Cn. Domitius] Lucii filius. de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quo illa ſuperiora ſcripta ſunt. Docet Suetonius, Domitiam gentem duobus tantum prænominibus uſam eſſe, Lucio, & Cajo. huic autem, qui Saturninum accuſavit, Lucii, qui cum App. Claudio conſul fuerat, filio, quem in auguratu repulſam eſſe paſſum Cœlius oſtendit, prænomen fuiſſe Cnæo, ex Dione cognoſcitur.

Reum fecit] *Reum facere*, non eſt, in judicio accuſare; ſed, poſtulare. ſic epiſt. 6. dixit, *Appium a Dolabella reum factum*, cum de poſtulatione intelligeret, ut ibidem patet.

Superiore a vita] Alii legunt, *Superiore vita*: non diverſa ſententia. ego, ne diſcedam a veteribus libris, in quibus eſt, *Superior ea vita*, legendum duxi, *Superiore a vita.*

Nunc in exſpectatione eſt] Ubicunque ſcriptos libros, præſertim & multos, & vetuſtiores diſſentire video ab impreſſis; operæ pretium puto, lectorem admoneri. nam, etſi perſpicue patet ſententia, videndum tamen, ejus ne ſit qui librum compoſuit, an ejus qui deſcripſit, aut emendare conatus eſt. Hic antiqui libri, quos quidem ego viderim, omnes, in omnibus verbis aliter habent, atque in vulgatis legitur: *Non*, pro *Nunc*: *In* non habent: *Exſpectationem*, pro *Exſpectatione*: *Ineſt*, pro *eſt*.

Sex. Peducæi] Amiciſſimus Pomponii Attici fuit. Nepos in Attici vita, Cicero in epiſtolis.

Abſolutionem] Significat, cum nocentiſſimus eſſet, tamen abſolutum. quo exemplo bene ſperandum omnibus reis.

Neceſſe eſt] Non enim erat inter Pompejum & Cæſarem neceſſaria, ſed voluntaria contentio.

Rerum potiuntur] Auctoritate, gratia, opibus in civitate plurimum poſſunt, alii pro Cæſare, alii pro Pompejo ſentientes. ſic locutus epiſt. 8. l. 1.

Conſulem aliter fieri] Aut non peti a Cæſare conſulatum, aut a præſente peti, exercitu & Galliis ſucceſſori traditis, Pompejus volebat.

Se ſalvum eſſe non poſſe] Timebat, ne privatus in judicium vocaretur ab inimicis, ob ea quæ conſul contra auſpicia interceſſioneſque pro ſua potentia fecerat. Suetonius.

Ambo exercitus tradant] Æqua conditio videbatur: ſed hoc ſperabat Cæſar, dimiſſis ab ipſo & a Pompejo exercitibus, ſe tamen, cum vellet, facile ſuos milites, qui cum eo per tot annos vixerant, revocare poſſe. quod Pompejo de ſuis, novo delectu coactis, non item ſperare licuit. & ob hanc fortaſſe cauſſam, (ut aliæ ſileantur) oblatam a Cæſare condicionem Pompejus recuſavit. Hirtius lib. 8. de bel. Gal. *C. Curio tribunus pl. cum Cæſaris cauſſam dignitatemque defendendam ſuſcepiſſet, ſæpe erat ſenatui pollicitus, ſi quem timor armorum Cæſaris læderet, & quoniam Pompeji dominatio atque arma non minimum terrorem foro inferrent, diſcederet uterque ab armis, exercitumque dimitteret: fore eo facto liberam & ſui juris civitatem. neque hoc tantum pollicitus eſt, ſed etiam per ſe diſceſſionem facere cœpit: quod ne fieret, conſules amicique Pompeji juſſerunt.* Id etiam ad ſenatum a Cæſare ſcriptum eſſe, & hanc ab eo, poſt belli civilis initia, conditionem eſſe delatam, ipſe demonſtrat lib. 1. de bell. civil. *Proficiſcatur* (ait) *Pompejus in ſuas provincias; ipſi exercitus dimittantur; diſcedant in Italia omnes ab armis; metus e civitate tollatur.* Idem confirmat Appianus, Plutarchus, & alii.

Illi amores] Qui fuerunt inter Cæſarem & Pompejum, præſertim poſt nuptias Juliæ, Cæſaris filiæ, Pompejo collocatæ.

Invidioſa] Inviſa, quam improbarunt omnes boni.

Pag. 494. *Se erumpit*] Sic liber Sigonii, & recte: ut cum proximo verbo *Recedit*, congruat: nam ſi, *Erupit*, legatur, ut eſt in pleriſque antiquis libris, reponendum erit, *Recidit*, pro *Recedit*, contra veterum librorum auctoritatem. *Erumpit*, & *Erumpit ſe*, veteres dicebant. Cæſar l. 2. bel. civ. *Portis ſe foras erumpunt.* Virg. lib. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

lib. 1. Georg.

Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diverſi erumpunt radii. ——

Et lib. 4. ibidem:

Et caput, unde altus primum ſe erumpit Enipeus.

Et lib. 3. Æn.

Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem.

Lucretius lib. 4.

Tandem ubi ſe erupit nervis conjecta cupido,
Parva fit ardoris violenti pauſa parumper.

Attius Epigono, apud Nonium: *Imperitus ſtupiditate erumpit ſe, impos conſilii. Erumpere ſtomachum*, dixit Cicero ad Att. lib. 16. ep. 3. *Lege arcano convivis tuis, ſed, ſi me amas, hilaris & bene acceptis; ne in me ſtomachum erumpant, cum ſint tibi irati.* Et Terentius Eun. *Jam ne erumpere licet hoc mihi gaudium?* Sic, *Emergit*, & *Emergit ſe*, probavit antiqua conſuetudo. Cicero de haruſp. reſp. *Tum ſe emergit, & fertur illuc.* Nepos in Attici vita: *Quibus ex malis ut ſe emerſerat.*

Non reperio] Reſpondit ad hanc ſententiam Cicero his verbis epiſt. 15. l. 2. *In rep. non valde te jactas: diſtrictus enim mihi videris, quod & bonus civis, & bonus amicus es.*

Quod non dubito] Modus loquendi, parum fortaſſe animadverſus. nam, *Quod*, valet *Sed*: ut epiſt. 4. lib. 14. *Quod utinam minus vitæ cupidi fuiſſemus.* Et Phil. 10. *Quod qui ab illo abducit exercitum; & reſpectum pulcherrimum, & præſidium firmiſſimum adimit reip.* Et Cæſar lib. 2. bel. civ. *Quod ubi hoſtes viderunt ea.* Et lib. 3. *Quod cum eſſet animadverſum, conjunctam eſſe flumini.* Varro lib. 6. ling. Lat. *Quod cum dicunt conſpicionem, addunt cortumionem.* Livius lib. 41. *Quod cum milites conſulis imperio dicto audientes eſſe dicerent, cum is more majorum, ſecundum vota in Capitolio nuncupata, lictoribus paludatis profectus ab urbe eſſet.* Plin. lib. 18. c. 23. *Quod ut hanc quoq; curam determinemus.*

Cum hominibus his] Cum Pompejanis.

Cauſam illam] Cæſaris, extraordinariam potentiam quærentis, qui ſenatui dicto audiens eſſe nollet.

Non homines] Amabat enim Curionem, Antonium, Dolabellam Cæſaris cauſſam acerrime tuentes. de Antonio paullo ante in hac ipſa epiſtola: de Curione ſæpe: de Dolabella epiſt. 13.

Id melius ſtatuere, quod tutius ſit] Quemadmodum ipſe ſtatuit.

Quique res judicant] Judices: quos Pompejus tertium conſul CCCLX. legerat. ſupra. Docemur exemplis, veteres dixiſſe *Qui res judicant*, cum judices ſignificarent. lib. 2. de Orat. Phil. 1. & 5. & Q. Cicero in de petitione conſulatus, & Pedianus in Piſonem.

Qui cum timore aut mala ſpe vivant] Qui vel judicia metuant ob delicta, vel hoc reipub. ſtatu nihil ſperent. Idem Cicero confirmat epiſt. 3. lib. 7. ad Att. *Hoc* (inquit) *video, cum homine audaciſſimo paratiſſimoque negotium eſſe; omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos illac facere, omnem illam urbanam ac perditam plebem, omnes qui ære alieno premantur.*

Scis Appium cenſorem hic oſtenta facere] Modus loquendi, cum aliquid vix credibile ſignificamus. epiſt. 13. *Scis Domitio diem timori eſſe?* Et epiſt. 4. lib. 8. ad Att. *Sulmone C. Atium Pelignum aperuiſſe Antonio portas, cum eſſent cohortes quinque, Q. Lucretium inde effugiſſe ſcis?* epiſt. 9. lib. 9. ad eundem: *Lentulum noſtrum ſcis Puteolis eſſe?* Cenſor Appius fuit cum L. Piſone, anno urbis DCCII. epiſt. ult. lib. 3. Dio lib. 40. de Divin. lib. 1. & in declamatione in Salluſtium. Oſtenta facere videbatur, cum bonum virum ſimularet. ſignis enim ac tabulis qui ſummopere delectetur, is ſi alios ab ejuſmodi ſtudio ac ſumptu deterreat, non oſtentum eſt? Appium autem ſigna & tabulas, ornamentum quod ſuperfuit in fanis & communibus locis, tota e Græcia atque inſulis omnibus abſtuliſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

liſſe, ſcripſit Cicero in oratione pro domo: & in eadem paullo poſt *furem* appellat: *Imaginem* (ait) *meretricis, a fure ſublatam, a ſacrilego collocatam.*

De agri modo] Sic malui, contra veteres omnes libros, quam, *De agris modo.* quam enim ſententiam habet, *De agris modo?* at ſi legamus, *De agri modo*, hoc ſignificabitur, egiſſe acerrime Appium cenſorem de moderanda agrorum poſſeſſione: quod majorum memoria fecerant C. Licinius & L. Sextius tribuni pl. lege lata de agrorum modo, ne quis ultra D. jugera agri poſſideret. Livius lib. 6. & Epitome lib. 58. Eandem rem ſignificat, & eodem modo locutus eſt Varro lib. 1. de re ruſt. *Licinii Stolonis* (inquit) *majores de modo agri legem tulerunt.* Cicero etiam in epiſtola ad Atticum lib. 13. *de modo agri* mentionem facit, ut alia ejuſdem & aliorum exempla prætermittam.

De ære alieno] Fortaſſe, ne debitores uſuris exhaurirentur. cui malo iidem tribuni pl. proxime nominati, lege mederi conati ſunt, hoc modo, ut, deducto de capite quod uſuris pernumeratum eſſet, id, quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolveretur. Livius lib. 6.

Pag. 495. *Acerrime agere*] Non, ut legem ferat: neque enim jus ferendi leges cenſores habebant. quod etiam diximus in libro de Legibus: ſed, ut auctoritate cenſoria ſumptus moderetur, qui fiunt in ſigna & tabulas; agrorum autem poſſeſſionibus modum faciat. quibus de rebus acerrime Appius agebat in ſenatu, ut conſules referrent. ad Att. epiſt. ultima lib. 6.

Cenſuram lomentum aut nitrum eſſe] Cenſuram ita ſordes poſſe aut obtegere, ut *lomentum* rugas tollit; aut eluere, ut *nitro* e veſtibus eluuntur maculæ: id eſt, putat ſe cenſuræ diligentia & ſeveritate infamiam poſſe tollere eorum vitiorum, quibus antea ſe turpiter inquinavit. Philip. 1. *Vt quiſque ſordidiſſimus videbitur, ita libentiſſime ſeveritate judicandi ſordes ſuas eluet.* Maculas autem *nitro* tolli ſolitas, vel illud Hieremiæ Prophetæ indicat, cap. 2: *Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam bovis: maculata es in iniquitate tua coram me dicit dominus Deus.* Quem locum attingens B. Hieronymus ep. 47. *Cavenda*, inquit, *macula, quæ nullo nitro, ſecundum Hieremiam, nulla fullonum herba elui poteſt.*

Viſcera aperit] Tantum abeſt, ut veterem de ſuis vitiis opinionem hominum deleat, ut eam hac ſeveritate vehementius etiam commoveat.

Apud Druſum] Livium Druſum, prætorem, quo nemo magis contra legem Scantiniam commiſit. Fortaſſe is eſt, qui epiſt. 16. lib. 4. ad Att. nominatur; & qui Liviæ, quæ Auguſto poſtea nupſit, mater fuit.

Appium] Male audientem earum rerum cauſſa, de quibus acerrime agit.

Curio] Tribunus pl.

Remiſit de ſtipendio Pompeji] Hoc tempore optimatibus & Pompejo acerrimus Curio erat adverſarius. intercedebat igitur, ne S. C. fieret de ſtipendio, Pompeji legionibus perſolvendo. epiſt. 4.

Parthicum bellum] Craſſo enim cum legionibus Romanis cæſo, finitimis Romanorum provinciis Parthi minabantur: contra quos vel Cæſar, vel Pompejus, qui rei bellicæ gloria eminebant, mittendus videbatur. epiſt. 8. & epiſt. ultima lib. 7. ad Att.

Judicabit] Quaſi armorum judicio ac ſententia dirimentur eorum diſcordiæ. Meus liber habet, *Vindicabit:* unus Sigonii, *Vindicavit.*

Sine ſummo periculo] Nec obſcura eſt, nec abſurda ſententia. diligenter tamen conſiderandum cenſeo, cur in omnibus plane veteribus libris pro, *Summo*, ſcriptum ſit, *Suo.* ex quo nonnullis arbitror conjecturam eſſe ortam, *Tuo* legendum eſſe, quod eſt in quibuſdam libris Tranſalpinis.

Jucundum] Nullum inter cives jucundum bono viro certamen eſſe poteſt, vel ſi ſine periculo ſit. ſed loquitur Cœlius ex ingenio ſuo.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPISTOLA XV.

Pag. 496. I*Neptiorem*] Qui nihil prudenter, nihil ſtrenue agat. & ſane belli civilis initio multa Pompejus peccavit, ſed illud maxime quod urbem reliquit, diſſentiente Cicerone, qui ſcripſit hæc ad Tironem ep. 11. l. 16. *Vrbem reliquimus; quam ſapienter, aut quam fortiter, nihil attinet diſputare.* Et ad Marcellum epiſt. 7. lib. 4. *Idem etiam illa vidi, neque te conſilium civilis belli ita gerendi, neque copias Cn. Pompeji, nec genus exercitus probare, ſemperque ſumme diffidere: qua in ſententia me quoque fuiſſe, memoria tenere te arbitror.* ad Att. autem lib. 7. Ducem ἀςρατήγητον, id eſt imperitum militandi, vocat Pompejum, & ſæpe queritur de urbe relicta.

Tantas turbas] Is enim rempub. perturbavit, cum ea Cæſari conaretur eripere, quæ ut ei tribuerentur, idem in ſecundo tertioque conſulatu laboraverat atque effecerat. Tumultum illum domeſticum, & Cicero *Turbas* appellavit epiſt. 10. lib. 16.

Tam nugax] Contemnens enim Cæſarem ejuſque legiones, dixerat id, quod Plutarchus literis mandavit: *Cum terram Italiæ pede pulſabo, ſcatebunt peditum equitumque copiæ.* quod cum non præſtitiſſet, allato nuncio de Cæſaris adventu, omnibus in urbe trepidantibus, Favonius ad Pompejum converſus, *Nunc*, inquit, *terram pede pulſa, &, quas promiſiſti, copias coge.*

Acriorem in rebus gerendis] Summam Cæſaris in omnibus bellis vigilantiam ac celeritatem vel inimici ejus laudare cogebantur: & Cicero ipſe, cum Pompejo faveret, Cæſari eſſet infenſus, tamen illud ſcripſit ad Att. lib. 8. *Hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt plenum.* Et ad eundem lib. 7. *Cum homine audaciſſimo paratiſſimoque negotium eſſe video.* Ad Tironem autem epiſt. 10. lib. 16. *Numquam improbi cives habuerunt paratiorem ducem.*

In victoria temperatiorem] Hoc dicit, quia Cæſar, Corfinio capto, omnibus pepercerat, in iis Domitio Ahenobarbo, inimiciſſimo ſuo: quod ante demonſtratum eſt. Plutarchus, Appianus, Dio, ipſe Cæſar lib. 1. de bel. civil. & alii.

Duriſſimis & frigidiſſimis locis] Circa Corfinium, in Pelignorum regione ſitum.

Taterrima hieme] Quid hieme tætrius, ob imbres, nives, procellas, frigora, viarum difficultates, agri vaſtationem?

Ambulando] Pompejanorum notat ignaviam; cum Cæſaris milites bellum, quaſi ludendo, ambulando confecerint.

Confecerunt] Loquitur de bello Corfinienſi. nam Pompejus, nondum victus, Brundiſium ſe cum exercitu contulerat.

Malis orbiculatis] Optimo alimento. Laudantur a Varrone lib. 1. de re ruſt. & Columella lib. 5. Confirmat idem epiſt. 17. *Noſtri milites facile algere & eſurire conſuerunt.*

Iam, inquis,glorioſe omnia] Dices: Iam vobis omnia glorioſe ſucceſſerunt.

Pag. 497. *Ad me nihil pertinet*] Me nihil tangit, minime delectat. dixit enim: *Si ſcias, quam ſollicitus ſim:* ne videatur optimatum cauſam, quam Cicero probabat, libenter oppugnare. ideoque ſubjungit: *Quæ tibi exponere, niſi coram, non poſſum.*

Expuliſſet ex Italia] Quod fecit. Cæſaris autem nomen hic ſubaudiri, ſatis conſtat: ut epiſt. 19. lib. 6. *In qua ille ſe dediſſe beneficium putabit.* & epiſt. 6. lib. 9.

Confectum] Pulſum Italia Pompejum.

Niſi maluit] Quaſi ſit in Cæſaris poteſtate, vel expellere Pompejum Italia, vel Brundiſii maritimis terreſtribuſque copiis circumſedere.

Peream, ſi minima cauſa eſt] Peream, niſi maxima cauſa eſt.

Diſcupio] Vehementer cupio. Plautinum verbum, quo etiam Catullus uſus eſt.

Quod ſolet fieri] Qui enim vehementer amant inter ſe, tantam adſpectu

mutuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

mutuo jucunditatem percipiunt, ut cætera ſæpe obliviſcantur omnia.

Sed tamen] Quanquam, ad urbem venire, tua maxime cauſa, diſcupiam, tamen caſu quodam factum eſt, ut retro ad Alpes verſus ire cogar.

Quodnam ob ſcelus] Quid ego commiſi, quod eſt meum delictum, cur ire nunc, quo minime vellem, cogar? Quaſi hoc peccati alicujus pœna ſit.

Ad Alpes verſus] Ita veteres loquebantur. Cæſar lib. 6. bel. G. *Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum verſus proficiſci jubet.* Salluſtius in Iugurthino: *Metellus animadvertit fugam ad ſe verſum fieri.* Hirtius de bello Africano: *Salluſtium prætorem ad Cercinnam inſulam verſus cum parte copiarum ire jubet.* Livius lib. 1. *In lapide ad meridiem verſus conſedit.* Feſtus: *Eam partem Eſquiliarum, quæ jacet ad Vicum patriciam verſus.*

Adeo] Ob eam cauſam. nec enim aliud hic, *Adeo*, videtur ſignificare.

Intemelii] Intemelium opidum Plinius citra Alpes conſtituit, & inter Ligurum gentes nominat, lib. 3. cap. 5.

Verna] Olim verna: nunc autem Intemelii cum præſidio erat. *Vernæ* ſunt ſervi, ex ancillis nati.

Cohortibus] Pro, *Cum cohortibus.* Sic enim interdum locutos eſſe veteres animadver:i. Quidam legunt, *Cum cohortibus:* quibus fortaſſe aſſentirer, ſi, *Cum*, in ullo antiquo libro reperirem. Sed additum fortaſſe a rudibus Latinæ linguæ, quos offenderet minus obſervata loquendi ratio. Exempla aliquot afferam. Cicero Philippica ultima: *His viginti cohortibus, nullo equitatu, conflixit.* Livius lib. 1. *Egreſſus omnibus copiis partem militum locis circa denſa obſita virgulta obſcuris ſubſidere in inſidiis juſſit.* Et lib. 41. *Eodem decem navibus C. Furius, duumvir navalis, venit.* Et Q. Curtius lib. 4. *Vachas pervenit, ubi excepere eum Græcorum quattuor millia, quibus ad Euphratem contendit.*

Pag. 498. *Se Domitii mali dant*] Videtur ſignificare: Domitii omnes male ſe habent: quoniam & Domitius Ahenobarbus paulo ante Corfinii captus erat a Cæſare. Sed hoc loquendi genus, *Se Domitii mali dant*, inuſitatum & aſperum eſt.

Quantum ipſe cadenatus] Ante multos annos in omnibus vulgatis libris legebatur, *Ipſe catenatus.* Octavius Pantagathus, vir bonis omnibus ob inſignem probitatem & doctrinam jure cariſſimus, cultus a me ſemper optimi parentis loco, legendum primus exiſtimavit, *Pſecade natus:* ut ſignificetur Bellienus verna. *Pſecas* enim ancilla eſt: *vernas* autem eos eſſe, qui ancillis naſcantur, jam diximus. Si Bellienus (ait Cœlius) ancilla natus, Domitium comprehendere & ſtrangulare non dubitavit: quid Cæſari, Venere prognato, in veſtro Domitio faciendum fuit? Commendat igitur, ac valde probat Pantagathi opinionem antithetorum gratia; (nam Cœlius Cœliano illo more, hoc eſt perargute, *Pſecade natus*, & *Venere prognatus*, oppoſuit) confirmat veterum librorum auctoritas, in quibus fere omnibus eſt: *Ipſe cadenatus:* ut, una detracta litterula, *i*, ſuus loco nitor, ſuaque reddatur integritas. De Pſecade ſi quis exempla quærit, Iuvenalem legat Sat. 6. & Ovidium lib. 3. Met.

EPISTOLA XVI.

Pag. 499. *EXanimatus*] Tranſlato verbo dolor incredibilis oſtenditur. epiſt. 15. lib. 9. *Miraris me tanta perturbatione valetudinis tam graviter exanimatum fuiſſe?*

Tuis litteris] Quæ non exſtant. multas enim periſſe conſtat. Tiro libertus, quas reperit, in volumina retulit: quæ ad ætatem noſtram pervenerunt.

Pag. 500. *Aperuiſti*] Non perſcripſiſti, quid eſſet quod cogitares: ſignificatione tamen quadam oſtendiſti.

Per fortunas tuas] Vſurpatur hic loquendi modus cum dolore, aut certe cum ſumma cupiditate obſecrantis, ut epiſt. 1. lib. 14. *Per fortunas miſeras noſtras, vide, ne puerum perditum perdamus.* Et ad Attic. epiſt. 20. lib. 3. *Per*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ortunas incumbe, ut facis. Et ad eundem epiſt. 11. & 13. lib. 5.

Ne quid gravius de ſalute tua conſulas] Ne quid ſtatuas, quod ſaluti tuæ non expediat.

Qualis futura eſſet] Explanat hoc id, quod ſequitur, *Nihil, niſi atrox & ſævum, cogitat.* Huic ſententiæ reſpondit Cicero his verbis, epiſt. 16. lib. 2. *Nec me iſta terrent, quæ mihi a te ad timorem fidiſſime atque amantiſſime proponuntur.*

Eandem rationem fore Cæſari] Ita lenem fore Cæſarem in ſalute adverſariis tribuenda, ut fuit in condicionibus de pace. tulerat enim illam condicionem, ut ipſe & Pompejus exercitus tradant. epiſt. 14.

Iratus ſenatui] Quia non obtinuiſſet, ut legati ad Pompejum de pace mitterentur: & quod, quaſcunque res agere inſtituerat, L. Metellus tribunus pl. intercedens, omnes impedierat: de quo ſcripſit Cæſar lib. 1. de bel. civ. & Plutarchus in ejus vita.

Exiit] Vrbe, iturus in Hiſpaniam contra Pompeji legatos, ipſo jam Italia pulſo.

Interceſſionibus] L. Metelli tribuni pl. de quo ſic lib. 1. de bel. civ. *Subjicitur L. Metellus tribunus pl. ab inimicis Cæſaris, qui hanc rem diſtrahat, reliquaſque res, quaſcumque agere inſtituerat, impediat. cujus cognito conſilio, Cæſar, fruſtra diebus aliquot conſumptis, ne reliquum tempus omittat, infectis iis quæ agere deſtinaverat, ab urbe proficiſcitur.* Interceſſionis cauſſam, quam referre Cæſar in ſuos Commentarios noluit, exponit Dio lib. 41. quod, cum ferretur lex, ut promere pecuniam ex ærario Cæſari liceret, interceſſit L. Metellus tribunus pl., qui cum interceſſionem videret, ærarii januam cuſtodire cœpit. Sed milites, effracta ſera, aditum ad pecunias Cæſari dederunt. Plutarchus Cæſarem obſiſtenti Metello, ne pecunias ex ærario ſumeret, mortem minitatum eſſe tradit. Subſcribit Appianus, nec aliter Cicero epiſt. 4. lib. 10. ad Att. *Iracundia elatum* (inquit) *voluiſſe occidi Metellum.*

Si tibi tu, ſi filius unicus] Hanc partem, miſerabiliter ſcriptam, non ſine magno fletu lectam eſſe a duobus pueris Ciceronibus Attico ſignificavit his verbis lib. 10. epiſt. 9. *Lacrumæ meorum me interdum molliunt, precantium, ut de Hiſpaniis exſpectemus. M. Cœlii quidem epiſtolam, ſcriptam miſerabiliter, quæ hoc idem obſecraret, ut exſpectarem, ne fortunas meas, ne unicum filium, ne meos omnes tam temere proderem, non ſine magno fletu legerunt pueri noſtri.*

Domus] *Domum* poſuit pro domeſticis: ut epiſt. 12. lib. 4. ad Att. *Domus te tota ſalutat.*

Pag. 501. *Si aliquid apud te nos*] Rogo te pro eo, quanti apud te ſum.

Gener tuus] Dolabella, qui apud Cæſarem erat.

Vt eam cauſſam] Cauſſam Cæſaris. Verum in hoc verborum ambitu deſiderari aliquid videtur. Sed Cœlius rationes perſequitur, verborum ſtructuram non attendit.

Salus noſtra] Mea, & Dolabellæ.

Impiam cupiditatem] Nam, ſi cupimus eam victoriam, in qua ſalus noſtra poſita eſt; ſimul perniciem cupimus eorum, qui Pompejum ſequuntur. quorum in numero ſi fueris; cogemur impie cupere contra ſalutem tuam.

Quod offenſæ fuerit] Si vereris, ne, in Italia ſi remanſeris, Pompejum offendas: cogita, te, cum nondum ad eum tranſieris, hac eum cunctatione jam offendiſſe. quidquid eſſe potuit apud eum offenſæ, id ſubiiſti, qui cunctatus es, nec ad eum ſtatim acceſſiſti. Quod hic Cœlius, idem Atticus exiſtimavit, ut ad eum epiſt. 2. lib. 9. ſcriptum eſt.

Victorem] Cæſarem.

Dubiis rebus] Cum adhuc Pompejus in Italia conſiſteret.

Fugatos] Iam in Græciam Pompejus fugerat.

Parum optimatem eſſe] Parum officio fungi boni civis.

Quid optimum ſit] Quid tuæ tuorumque ſaluti plurimum conducat.

Totum] Ne omnino ad Pompejum tranſeas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

De Hiſpaniis] Ejecto Italia Pompejo, ſtatim ad urbem, deinde in Hiſpanias contra ejus legatos profectus eſt Cæſar.

Hoc] Velle te ad Pompejum navigare.

Have] *Have*, matutina ſalutatio fuit; *Salve*, veſpertina: ut in Hadriano ſcripſit Dio.

Pag. 502. *Ad te litteras mitteret*] Miſit: quæ ſunt lib. 10. epiſt. ad Att.

Optimatium] Ciceronem reprehendentium, quod Pompejum & conſules, id eſt ipſam remp. deſeruiſſet. vide epiſtola 16. lib. 8. ad Att. & epiſt. 2. l. 9. ad eundem.

Inſolentiam] Quorundam Cæſarianorum, qui, quaſi jam parta victoria, ita ſe inſolenter efferant, ut ferre vix poſſis. Cicero reſpondit: *Noſti non modo ſtomachi mei, ſed etiam oculorum in hominum inſolentium indignitate faſtidium.* epiſt. 16. lib. 2.

Iactationem] Qui ſe inſolenter jactant, quaſi devictis Pompeji partibus.

Vacuum a bello] Idem ſuaſit gener ejus Dolabella, epiſt. 9. lib. 9.

Dum hæc decernuntur] Dum hæc armis dijudicantur, ad exitum perducuntur. Sic Virgilius, *Decernere bello.*

Quæ jam erunt confecta. id ſi feceris] Libri veteres inter ſe diſſentiunt. locum emendavimus ex altero ejuſdem epiſtolæ exemplo, epiſtolis ad Attic. inſerto lib. 10.

Cæſarem non offendes] Qui etiam ad Ciceronem ſcripſit, nihil ei neque honeſtius, neque tutius eſſe, quam ab omni contentione abeſſe. ad Attic. libro 10. *Quanto æquior, quam Pompejus, qui ab urbe diſcedens in ſenatu dixerat, eodem ſe habiturum loco, qui Romæ remanſiſſent, & qui Cæſaris in caſtris fuiſſent.* Cæſar libro 1. de bel. civ.

EPISTOLA XVII.

Pag. 503. E*rgo me potius*] Indignatio. Ergo, inquit, ita accidit, quod nunc vehementer doleo, ut, cum tu ad Pompejum profectus es, ego in Hiſpania potius cum Cæſare, quam Formiis fuerim. nam omnino tecum in Græciam navigaſſem. a Formiis autem oræ maritimæ præfuerat Cicero: ut ep. 11. lib. 16.

In Hiſpania] In qua contra Pompeji legatos, Afranium, & Petrejum, Cæſar bellum geſſerat. epiſt. proxima, *Me ſecum*, inquit, *in Hiſpaniam ducit.*

Pag. 504. *Ap. Claudius*] Cœlii inimiciſſimus. ep. 12.

In iſta parte] In qua tu es. Verum totus hic locus obſcuratur mendo. Mediceus liber: *Quod utinam aut Ap. Claudius in iſta parte, C. Curio.* unus Sigonii: *Cum Curio*: cetera eodem modo. alter ejuſdem: *Vt C. Curio*: cetera eadem. Tres mei: *Quod utinam aut Ap. Claudius in iſta parte prohibuiſſet, aut C. Curio.* In tanta perturbatione videant eruditi homines, an emendare locum poſſint: ego ne conari quidem audeo. varietatem antiquorum exemplarium fideliter oſtendi.

C. Curio] Cœlii familiaris: ut ep. 7. *Fuerat ejus quæſtor Cœlius in Africa, cum in acie Curio periit.* Cæſar lib. 2. bel. civ.

In hanc portam cauſſam] Sic & Mediceus liber, & quidam alii: meus unus, *Partem cauſſam*: Sigonii, *Parte cauſſam*: alter ejuſdem, *Partem cauſſæ*: quod ſententia non reſpuit.

Impoſuit] Collocavit.

Iracundia & amore] Iracundia in Appium, amore in Curionem. Iracundiæ vitio laboraſſe Cœlium, venuſte docet Seneca lib. 3 cap. 8. de Ira. *Cœlium oratorem* (inquit) *fuiſſe iracundiſſimum conſtat: cum quo, ut ajunt, cœnabat in cubiculo lectæ patientiæ cliens: ſed difficile erat illi, in crapulam conjecto, rixam ejus, cum quo edebat, effugere: optimum judicavit, quidquid dixiſſet, ſequi, & ſecundas agere. Non tulit Cœlius aſſentientem, ſed exclamavit: Dic aliquid, ut duo ſimus.*

Tu porro] Sic lego ex duobus antiquis libris, niſi ſi, *Tu tu porro*, placet: ut geminato pronomine major oſtendatur iracundia. in quo liber Petri Pagani cum Mediceo conſentit.

Arimi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Ariminum veniſſem] *Arimini*, habet unus Sigonii liber. Placuit *Ariminum*, ut eſt in altero ejuſdem, atque etiam in meo. poſtulat enim ſententia, & uſus Latinæ linguæ, *Ariminum* potius quam *Arimini*. Veteres aliquot libri, in quibus eſt Mediceus, habent, *Veniſſent:* mendoſe.

Neque mihi conſuluiſti] Nullam mei curam ſuſcepiſti. epiſt. 2. lib. 3. *Proſpicies & conſules rationibus meis.* Fortaſſe ſcripſit Cœlius *Mi*, non *Mihi*, quod ideo dico, quia tum in Mediceo libro, tum in ceteris omnibus, *Me*, ſcriptum eſt. *E* autem & *I*, quam facile commutentur, periti antiquitatis intelligunt.

Quod diffidam huic cauſſæ] Quod belli exitum timeam: quod vereri mihi veniat in mentem, ne Cæſar a Pompejo vincatur.

Pag. 505. *Satius eſt*] Melius eſt, præſtat. ad Att. lib. 7. *Video cum altero vinci ſatius eſſe, quam cum altero vincere.*

Veſtræ crudelitatis] Minatus enim erat Pompejus, ab urbe diſcedens, hoſtium ſe loco habiturum eſſe, qui in Italia remanſiſſent. atque hanc Pompejanorum crudelitatem Cicero ſignificat ep. 9. lib. 4. *An tu* (inquit) *non videbas mecum ſimul, quam illa crudelis eſſet futura victoria?* Et epiſt. 14. ibidem: *Si ii viciſſent, ad quos ego, pacis ſpe, non belli cupiditate adductus acceſſeram; intelligebam tamen, & iratorum hominum, & cupidorum & inſolentium quam crudelis eſſet futura victoria.* Et epiſt. 6. lib. 9. *Victoriam etiam illorum timebam, ad quos veneramus. crudeliter enim otioſis minabantur.* Et epiſt. 6. l. 11. ad Att. *Omnes, qui in Italia remanſerant, hoſtium numero habebantur.* legimus idem in Cæſare lib. 1. bell. civ.

Feneratores paucos] Victoriam Pompeji timentes, quia præter ceteros pecuniis abundarent.

Nec homo, nec ordo] Latius patet *Homo*, quam *Ordo*. itaque ſatis erat, *Homo:* aut dicendum fuit, *Nec ordo, nec homo.* ſed excuſat Cœlium iracundia, qua perturbatus hæc ſcripſit.

Niſi Pompejanus] Omnes antiqui libri, etiam Mediceus, *Niſi eſt Pompejanus.*

Plebs] Cum populi nomen plebem quoque contineat, & de populo ſequatur mentio; miror hic plebem nominari: & omnino mendum olere locus videtur. quam ſuſpicionem auget varietas veterum librorum. tres habent, *Partes:* cum quibus Sigonianus unus conſentit: alter habet, *Pios:* unus, *Pius:* Mediceus, *Pies.* Hic ego me non explico: exitum fortaſſe reperiet aliorum induſtria. quod ſi mutare liceat; malim *Patres*, quam *Plebs:* ut ſenatores eos, qui, neutram in partem animo propenſi, in urbe remanſerant, opera ſua Pompejanos factos eſſe dicat: tum de populo ſubjungat. Nec temeraria mutatio videri poteſt, ſi ex *Partes*, fiat *Patres*, præſertim adjuvante ſententia.

Populus] Popularis maxime Cæſar fuit, optimates adverſarios habuit.

Veſter eſſet] Populum ſibi Cœlius addixit promulgatis legibus, una, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donabat; altera de tabulis novis. Cæſar lib. 3. bell. civ.

Reliqua exſpecta] Valde hic & ab impreſſis, & inter ſe diſſentiunt ſcripti libri. Mediceus, & duo præterea, *Reliquas exſpectant:* alii, *Reliqui exſpectant*, *Reliqua exſpectant*, *Reliquos exſpectant.* Mihi non diſplicet, *Reliqua exſpectant:* ut dicat Cœlius, populum reliqua exſpectare, id eſt, ut aliquam ipſe Cœlius in urbe ſeditionem commoveat.

Arruntanum me Catonem] Sic Mediceus liber; ſic reliqui fere omnes: mendoſe: tamen lectorem veſtigio ſaltem veritatis fraudandum non putavi: ut eruditis hominibus liberior ac facilior conjectura detur, cognito veterum librorum teſtimonio. *M. Catonem*, pro *Me Catonem*, eſt in uno Sigonii libro.

Pag. 506. *Doloris*] Hujus doloris cauſſam Dio narrat lib. 42. quod Cæſar Trebonio prætori urbanam juriſdictionem mandaſſet, quam Cœlius expetebat.

Indignitatis] Quod ſuæ dignitatis ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

rationem Cæſar non habuiſſet, Trebonio prælato.

Iſthic] In Græcia. nam poſt bellum Hiſpanienſe, quo confecto ſtatim Cæſar in Græciam contra Pompejum navigavit, hanc epiſtolam ſcriptam eſſe conſtat.

Quod firmiſſimum eſt] Ex parte Cæſaris. Mediceus liber, & alter Petri Pagani, *Hac*, non *Eſt*. in quo ſi conſentirent reliqui, legendum & diſtinguendum ſic arbitrarer: *quod firmiſſimum? nec veſtras copias non novi.* id eſt, nec veſtras copias ignoro, minime cum noſtris conferendas. Verum duo libri habent, *Eſt*: quod placet.

Depugnare] Plus eſt, quam *Pugnare*. auget enim, *De*, in compoſitione.

Facile] Nullo incommodo.

Algere & eſurire] Quæ diuturnis bellis perferri neceſſe eſt. Cæſaris autem milites novem annos, Cæſare imperatore, in Gallia pugnaverant. Reſpondet hoc illis verbis epiſt. 15. *Noſtri milites, qui duriſſimis & frigidiſſimis locis, tæterrima hieme, bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti videntur.*

Conſuerunt] Parvi refert, utrum, *Conſuerunt*, an, ut eſt in tribus antiquis libris, *Conſueverunt*, legatur. Cœlianum potius videtur, *Conſuerunt*. amat enim Cœlius, ut in ſententiis brevitatem, ſic in verbis contractionem. itaque epiſt. 11. *Decrerat* maluit, quam *Decreverat*.

Finis Commentarii in Librum octavum.

VARIÆ LECTIONES IN XVI LIBROS EPISTOLARUM CICERONIS.

LIBER PRIMUS,

EPIST. I.

EPISTOLARUM AD FAMILIARES LIB. XVI] *liber Græv.* M.TULLII CICERONIS EPISTOLARUM LIBER PRIMUS INCIPIT FELICITER. *vid. Notas.*

Pag 3. Ceteris ſatisfacio omnibus] *v. c.* ſatisfacio ceteris omnibus.

Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum] *v. c.* Tanta enim eſt tuorum erga me meritorum magnitudo.

Ut, quia tu] *al.* ut quoniam tu. *Græv.* 2. *Medic. aliique MSS.* ut,qui tu. *Pal.* 1. *& ed. Venet.* ut cum tu.

Niſi perfecta re, de me non conquieſti] *Lamb.* niſi perfecta re de me, non conquieſti.

P. 4. Creditores] *Lambin. & v. c. Scælſii* competitores.

Qui pauci ſunt] *al.* qui tamen pauci ſunt.

Religionis calumniam] *v. c.* calumpniam.

Malevolentia] *v. c.* malivolentia.

Et jam liberius accuſare] *al.* & liberius accuſ.

Nec admonitionibus relinquit locum] *v. c. & Pal.* 1. ammonitionibus. *MS. Grut.* amonitionibus. *Lamb.* monitionibus. *multi MSS. & edit. pro* relinquit, *legunt* reliquit.

Nec ſtudio] *v. c.* neque ſtudio.

Amoris erga te ſui] *ſic Pall. omnes, & Græv. duo. Tres Guilielmii MSS. & Gruterianus,* ſe tui. *v. c. N. Scælſ.* etiam amoris erga te ſummi.

Marcellinum tibi iratum eſſe ſcis] *v. c. Scælſ.* Marcellum tibi iratum eſſe ſcies.

P. 5. Ante Idus] *v. c.* Eidus.

Reducas] *MSS. & ed. Gebhard.* deducas. *Stewechii, Græv. aliorumque libri,* reducas. *v. c. Sc.* ut ſi regem deducas.

Commodo rem facere poſſis] *ſic Pal.* 1. *Peckii, Mediceus, Palat. ſec. a ſecunda manu, a prima* eo modo. *Palat. tert.* quod quomodo. *quart.* quod commode rem facere. *Græv. ſec.* quod commode facere poſſis. *Lambin. ed. ex conjectura Manutii*, quod commodo reip. facere poſſis.

P. 6. Tris legatos] *ſic Græv. ſec. & plures alii, vulgo* tres. *Vid. not.*

P. 7. Et Volcatium] *v. c.* & Vulcatium.

Nam advertebantur] *ſic Pal.* 4, *Peckii, Stewechii, Græv. ſec. Veneta ed. aliique v. c. alii MSS.* advertebatur. *Lamb. ed.* animadvertebatur.

Aſſentire] *v. c.* aſſentiri.

Ut Pompeius cupere videatur] *v. c. Sc.* ut pene is cupere videatur.

Ut in rebus multo antequam pro-

 fectus

fectus es] *v. c. Scælſ.* at nos in rebus multo ante, quam profectus es.

Noſtram fidem omnes] *Venet. ed. margo : forte*, in te fidem.

Amorem tui abſentis præſentiſque tui cognoſcent] *ſic MSS. plurimi. vid. Not. alii*, noſtram fidem omnes, amorem tui abſentis præſentiſque cognoſcent. *Pal. ſec. a manu prima & Grut.* amorem tui abſentis præſentis tui cognoſcent. *Editt. & v. c. Scælſ.* noſtram fidem omnes, amorem tui abſentis præſentes tui cognoſcent. *vid. Not.*

P. 8. In quibus ſumma eſſe debebat] *v. c. Scælſ.* in quibus ſumma eſſe deberet.

EPIST. II.

Altercatione] *Pal.* 4. *& Peckii liber*, alteratione.

Lentuli Conſulis] *liber Med. & al.* Lucii Conſul.

P. 9. Videbatur enim reconciliata nobis voluntas ſenatus eſſe] *v. c. Sc.* Videbatur enim nobis reconciliata eſſe voluntas ſenatus, quod cum dicendo tum ſingulis.

Quod tum dicendo] *MS. Gruter. Stew.* dicendis. *Græv. ſec.* dicendi. *Med. & al.* cum dicendo. *vid. Notas.*

Ut tres legati reducerent] *Pall. tert. quart. Grut. Græv.* ducerent.

Cuique rei jam obſiſti] *ſic Medic. unus Palat. & Lambini. MSS. Manut. Grut. Pall. alii, N. Scælſ. Græv.* Cuique rei clam obſiſti. *Lamb.* cui quidem rei jam obſiſti. *edd. antiquæ*, cuique rei quia jam obſiſti non poterat.

P. 10. Cum Lupus tribunus plebis, quod ipſe de Pompeio] *v. c. Scælſ.* cum Lupus tribunus plebis Lentulus. *Græv.* 2. cum Lupus tyrannus Publio Lentulo, quod ipſe. *Vides vitium hoc ortum eſſe ex notis* T R. P L.

Intendere cœpit] *ſic MSS. & prima edit. Mediceus & vulgati* contendere. *al.* intercedere. Intendere *reſtituit Lambinus.*

Volcatio aſſentirentur] *edd.* aſſentirentur multi. atque id ipſum Conſ.

Nam ii Bibuli ſententiam valere cupierunt] *Lamb. ex tribus libr. Memm. & Clerican.* nam ei Bibuli ſententiam. *Grut. MS.* 1. nam hii Bib. ſent.

Is dies honeſtiſſimus nobis fuerat in ſenatu] *ſic MSS. cum aliorum tum Grævii. edd.* is dies primus honeſtiſſimus. *Palat. unus*, is prius dies.

P. 11. Ad XVI Kal. Febr.] *MSS.* a. d. XVI Kl. *al.* die XVI Kal. Febr. *MSS. nonnulli hic initium ducunt novæ epiſtolæ.*

P. 12. Interceſſit] *al. edit.* interceſſerat. *MS. Græv.* 2. interceſſerit.

Ut quam rectiſſime agantur omnia, mea cura] *ſic MSS. Palatini, Itali, Grævii & alii, edd. Victorii, Venet. prima. ſed Lambini & vulgatæ edd.* ut quam rectiſſime agantur, omni mea cura, opera, *MSS. Lamb.* &c, ut quam rectiſſime agatur omni mea, *&c.*

EPIST. III.

A. Trebonio] *in veteribus codicibus hæc epiſtola annectitur ſuperiori. In aliis hæc eſt quarta epiſtola, teſte Lambino.*

Multos annos utor valde familiariter] *MS. Scæl.* multos annos utor familiariter.

Gratiſſimus in provincia fuit: tum hoc tempore] *MS. Scælſ.* gratiſſimus in provincia fuerit: tamen hoc tempore. *Lamb. ex uno MS.* gratioſiſſimus.

Confidit his meis litteris ſe apud] *v. c.* confidit meis litteris ſe apud te gratioſum fore. *MSS.* 2. gratiorem fore.

Te rogo] *v. c.* rogo te.

Commendoque tibi ejus omnia negotia] *v. c.* commendoque tibi omnia ejus negotia.

T. Ampius] *MSS.* T. Appius. *Medic.* Tampius. *Græv. ſec.* in primis utque Appius de ejus re decrevit.

Meam commendationem] *ſic Victor. Gebh. edd. Palat. omnes, Guilielmiani ſeptem, Lambiniani, & plerique MSS. prima tamen edit. Græv. MS. ſec. vulgata*, noſtram.

EPIST. IV.

P. 14. Ad XVI Kal. Febr.] *Lamb.* A. d. XVI Kl. Febr. *al.* die XVI Kl. Febr.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Cum in ſenatu pulcherrime ſtaremus] *Palat. tert. Gruter. & Scalſ. MSC.* extaremus.

Extracta eſt variis calumniis] *v. c. Scalſ.* exagitata eſt v. c.

In magna varietate] *ſic MSS. duo Guilielm. Gruter. tres Palat. edd. Manut. Victor. Gebh. al.* magna vanitate. *al. ut & Græv. duo MSS.* non magna varietate.

Magnaque invidia] *MSS. & Lamb. ed.* magna invidia.

Transferebant] *MSS.* 2. traferebant. *Lambino teſte omnes libri MSS. ſic habent. ſed Grævii duo, v. c. vulgatam tuentur.*

Senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiam, id quod ſcis, non poteſt] *N. Scalſ. v. c.* Senatus ante Kal. Febr. p. l. P., id quod ſcis, haberi non poteſt.

P. 15. Nemo eſt quin exiſtimet] *N. Scalſ.* nemo eſt qui æſtimet. *Græv. MS. ſec.* nemo eſt qui exiſtimet.

Populi nomine] *ſic præter MSS. aliorum, uterque Grævii, & edd. Lamb. Victor. Gebhardi. al. edd.* populi Romani.

Si quæ conabuntur agere] *edd. & MSS.* ſi qua c. a.

Satis proviſum eſt] *v. c. Scalſ.* ſatis proviſum eſt mihi.

Aut jam ſine vi agere poſſint] *ſic MSS. & prima edit. Palat. tert.* aut ſine vi jam agere. *Græv. prim.* aut etiam ſine vi agere. *Palat. quart. & Græv. ſec.* poſſent. *Pal. tert.* poſſem.

Nullam partem videar tuorum meritorum aſſecutus] *v. c. Scalſ.* n. p. tuorum meritorum videar aſſec.

Ego tibi a vi, hac præſertim imbecillitate] *Palat. tert. quart. Venet. Peckii, Grævii MSS.* 2. ego tibi in hac præſertim imbecill.

Vi excepta] *Pall. duo*, ut excepta. *Græv. ſec.* ut excepta vi. *edd.* & ea excepta. *N. Scalſ. v. c.* niſi ut hac re excepta.

EPIST. V.

P. 16. Tametſi mihi nihil fuit optatius] *ſic Vatic. Palat. tert. quart. edit. Gebhard. Victor. al.* t. nihil mihi f. o.

Et benevolentiam abſens] *MSS.* & benivolentiam.

Te videre & ſentire eandem fidem eſſe hominum] *ſic MSS. Palatini, Grævii, Victor. Lambini. edd.* Te autem videre & ſentire eandem fidem hominum. eſſe *deeſt in libris antiquis multis.*

Quam ego in mea ſalute] *liber Medic. Palat. Venetus, Peck. Græv. ed. princeps, Gebh.* quam ego in meam ſalutem.

Et animos a minore cura] *v. c. Sc.* & animos ſenatorum a minore cura.

Traduceret] *edd.* tranſduceret.

In hujuſmodi perturbatione rerum] *edd.* in ejuſmodi rerum perturbatione.

Quanquam omnia ſunt metuenda] *v. c. Sc.* q. o. ſint.

Et Catoni quidem (quoque modo ſe res habent) profecto reſiſtimus] *ſic MSS. edd.* & Catoni quidem, quoquo modo ſe res habet, profecto reſiſtimus. *v. c. Scalſ.* & Catoni quidem, quoquo modo ſe res habuerit, reſiſtimus.

Cumulate ſatisfacturum] *v. c. Scal.* accumulate omnino ſatisfacturum.

Sed vereor ne aut eripiatur cauſſa regia nobis, aut deſeratur] *MS.* ſed vereor ne aut arripiatur cauſſa regia a nobis, aut deſeratur. *v. c. N. Scalſ.* ſ. v. ne aut corripiatur cauſſa regia a nobis, aut deſeratur a ſenatu. *tres codices Lamb.* ſ. v. n. a. exipiatur c. r. *edd.* ſ. v. n. aut eripiatur cauſſa regia a nobis a. d. *Lamb. & Manut. edd.* ſ. v. ne aut eripiatur nobis, aut deſeratur.

P. 17. Non facile poſſum exiſtimare] *v. c. Sc.* n. f. p. æſtimare.

Quod neque Selicio, nec mihi diſplicebat] *MSS.* quod neque Selicio, neque mihi d. *al. v. c.* neg. mihi.

Nec nobis repugnantibus] *v. c.* neque nobis r. *al.* neg. nobis. *& ita ſæpe.*

Delatum eſſe exiſtimatur] *v. c.* delatum exiſtimatur.

Dignitatem tuam in virtute atque in rebus geſtis tuis, atque in tua gravitate poſitam exiſtimare] *v. c. Scalſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

dignitatem tuam in virtute & in gravitate tua, atque in rebus geſtis tuis, quas tibi fortuna largita eſt, poſitam exiſtimare. quibus ſi quid hominum invidia detraxerit, id majori illis fraudi quam tibi futurum ſcias.

Quas tibi fortuna largita eſt] *ſic MSS. Pal. tert. Grut. Peck. Græv. ſec. edit. Ven. princeps, Lamb. Vict. Gebh. alii,* elargita.

Neque fide majorem] *v. c.* neque fide meliorem. *edd.* neque fide majore.

P. 18. Ea te & litteris multorum] *v. c.* ea te ex litteris multorum.

Poſteaquam Pompeius] *in MSS hic novæ epiſtolæ eſt initium. vid. Not.*

Ad IIX Idus Febr.] *Lamb.* a. d. VIII Id. Febr.

Convicioque jactatus eſt] *MS. Medic. Pall. quatuor, & Gruteri liber* jactus eſt.

Acerbe nimium, magno ſilentio] *ſic MSS. Lamb.* acerbe omnium magno ſilentio. *MS. Græv. ſec.* in ſenatuque a Catone aſpere & acerbe eſt accuſatus.

Itaque Alexandrina cauſſa quæ nobis adhuc integra eſt] *v. c. Scalſ.* itaque Alexandrina cauſſa quæ quando adhuc nobis ingrata eſt.

Ut cum Rex intelligat] *v. c.* ut rex cum intelligat.

Se ſe id quod cogitabat] *edd.* ſe ſe quod cogitabat.

P. 19. Facile ut ſpero reſiſtemus] *edd.* reſiſtimus.

Neminem tibi eſſe] *edd.* neminem eſſe tibi.

Non diſſimulanter] *v. c. Scalſ.* diſſimulantur.

Tuam priſtinam dignitatem & gloriam] *edd.* tuam priſtinam gloriam & dignitatem.

EPIST. VI.

P. 19. Sed præfuit] *Lamb. ed.* ſed & præfuit.

P. 20. Quem in tuis rebus capio maxime ſcilicet conſolatur ſpes] *ſic & MS. ſec. Græv. vid. Not.*

Quæ debilitat cogitationes] *MS. Græv. ſec.* qua debilitantur. *vid. Notas. v. c. N. Scalſii,* & ipſa die quæ debilitat, & eorum cogitationes & inimicorum perditorum.

Inimicorum & proditorum] *MS. Medic.* perditorum.

Quam mea ſalus afflicta ſit] *MSS. Medic. Pall. Grut. Græv. editio princeps, & Victorii,* quam mea afflicta eſt.

Timenda duxiſti] *edd. vet.* timenda eſſe duxiſti.

A me omnia ſumma] *ſic MSS. & prima editio. ut & Victor. & Lamb. aliæ,* a me autem omnia ſumma.

Expecta] *v. c. N. Scalſ.* expectato.

EPIST. VII.

P. 21. Locorum & temporum disjuncti] *MS. Vatic.* dijuncti.

Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit] *ſic MSS. prima ed. ut & edd. V. L. M. vulgatæ,* q. m. c. h. facultas erit. *MSS.* quotiens.

Qua quiſque in te fide ſit & voluntate] *ſic MS. Medic. aliique veteres libri. vulgo,* qua fide quiſque in te ſit & voluntate.

Eos maxime qui te & maxime debuerunt & plurimum juvare potuerunt] *Palat. ſec.* qui & te m. *quart. omittit* te. *Palat. tert. Grævii duo, edit. prim.* eos maxime, qui & te amare maxime debuerunt, & plurimum juvare. *v. c. N. Scalſ.* & eos maxime qui te amare debuerunt. *edd.* qui te juvare & maxime debuerunt, & plurimum potuerunt.

P. 22. Non tam memores eſſent virtutis] *MS. Stew. Pall. ſec. Grut. a manu correctrice,* immemores.

Non ſolum a me provocatus] *ſic lib. Medic. al. MS.* non ſolum me provocante.

Sed etiam admirabilis] *v. c. & Lamb. ed.* ſed & admirabilis.

Te ab ſe abalienatum] *ed. princeps, Pal. tert. Grut. Græv. ſecundus,* abs ſe alienatum. *omiſſo* te. *Pall. quart.* vel abs te alien. *vid. Not. Man.*

Caniniano] *al.* Catoniano.

P. 23. Quæ de ea ſcripta eſt] *al.* perſcripta.

Sena-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Senatus conſilium] *MS. Martin.* conſultum.

Te perſpicere poſſe qui Ciliciam] *al.* te poſſe perſpicere q. C.

Si res facultatem habitura] *Lamb.* ſi res tibi fac.

Ita fore, ut per te reſtituatur] *v. c. & Lamb. ed.* ut & per te reſt.

Sin aliquid eſſet offenſum] *MSS.* ſi aliquid eſſet of.

Cujus prope in conſpectu Ægyptus eſt, judicare] *ſic MSS. vid. Not.*

P. 24. Nos quidem hoc ſentimus] *ſic Victor. Venet. edit. antiquiſſima, & Palatinus primus. Sed Palat. ſec. & tert.* quidem nos hoc ſentimus. *at Grut.* & id quidem nos hoc ſentimus. *ſic omiſſo* & *quart. Pal. Græv. ſec.* id quidem. Nos hoc ſentimus.

Si dubium, non eſſe conandum] *ſic l. Medic. aliique MSS. alii & edd. vett.* ſi dubium ſit, non e. c. *vulgo* ſin d. ſ.

Sed ego te ut ad certam laudem adhortor] *v. c.* ſed ut te ad certam laudem adh.

Periculoſa tibi eſſe videbitur] *ſic MSS. Pall. Grut. Græv. edd. Vict. Lamb. Gebh. Veneta edit.* eſſe tibi. *edd. aliæ.* periculoſa tibi videbitur.

Per provinciam atque imperii tui provincias ei credidiſſent] *ſic MSS. vid. Not. Edd.* qui per provinciam imperii tui pecunias ei credidiſſent. *Lambin. ed.* qui per provinciam tuam, atque imperii tui provincias, pecunias ei credid.

Naturam & regionem provinciæ tuæ] *v. c. Scalſ.* eam eſſe noſtram & provinciæ tuæ rationem. *MS.* n. & rationem p. t. *vid. Notas.*

P. 25. Optimeque perſpicies] *edd.* proſpicies.

Graviori enim verbo uti non libet] *al.* graviore.

Invidendo abalienaverunt] *Lamb. & v. c.* abalienarunt.

Malevolentiſſimis obtrectationibus] *v. c.* malivolentiſſimis.

Ut habeamus rationem aliquando etiam ſalutis] *v. c.* & ſalutis.

Poterat utrumque præclare, ſi eſſet fides, ſi gravitas in hominibus conſularibus] *v. c. Scalſ.* poterat utrumque præclare fieri, ſi etiam fides, ſi gravitas in hominibus conſularibus eſſet.

Qui non ſolum temporibus iis] *ſic edit. prima, ut & Vict. MS. Græv. ſec.* qui non ſolum temporibus his. *Pal. tert. Grut.* non ſolum qui temporibus his. *ed. Ven.* quod tu non ſolum temporibus iis.

Sed etiam olim naſcenti] *edd.* ſed & jam olim naſcenti. *al.* ſed jam olim naſcenti.

Noſtræ laudi, dignitati virtutique præfuiſti] *locus mutilus & corruptus. vid. Notas.*

Simul quod video, non, ut antehac putabam novitati eſſe inviſum meæ] *v. c. N. Scalſ.* quod video non multo ut antehac putabam novitati eſſe inviſum meæ.

P. 26. In te enim homine omnium nobiliſſimo ſimilia invidorum vitia perſpexi] *v. c. N. Scalſ.* in te autem homine hominum nob. ſ. i. v. p.

Quem tamen illi eſſe in principibus] *ſic Græv. ſec. & Pall. tres. Grut. Ven. Pal. quart.* eſſe illi. *al.* quem tametſi illi. *al.* quem tamen ſi illi.

Quam demptum de fortuna videretur] *ſic MS. al.* ademptum. *alii* adeptum. *al.* ademtum.

P. 27. Semperque amavi] *al.* ſemper quæ maxime amavi.

Quamquam te ita gerere volo] *Palat. tert. Grut.* quam te ita gerere.

Non dubito quin adeptus intelligas] *al.* n. d. q. apertius i.

Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis aut ſine cauſſa ſuſcepta videatur, illa me ratio movit] *v. c. Scalſ.* quæ quidem mea cohortatione tibi inanis atque ſuſpecta ſit, quod quidem ſine cauſſa videretur illa mea oratio me movet.

In omni reliqua vita] *ſic MSS. al.* in omni re qua vita, *&c. vid. Not.*

Profeciſſe tantum mihi videntur] *MSS. cum aliorum, tum Gravii ſec.* perfeciſſe tamen.

Ut etiam auctoritate jam plus valerent]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

lerent] *MS. & Lamb. ed.* & etiam auctoritate jam plus valerent.

Se aſſequi poſſe arbitrabantur] *MSS. omnes & edit. prima*, ſe aſſequi arbitrabantur. *MS. Grav. ſec.* ſe aſſequi arbitrantur.

P. 28. Ne lege Sempronia ſuccederetur, facile perfectum eſt] *v. c. Scalſ. n. l. S. ſ.* facile perſpectum ad Cæſaris voluntatem.

Quod ad te brevius ſcribo] *MS. ſec. Grav. Lamb. ed. & aliæ* quod ego ad te brevius ſcribo. *vid. Not.*

Rationem habendam nobis eſſe] *ed. Lamb.* rationem nobis habendam eſſe.

Eximia ſpe ſummæ virtutis adoleſcentem] *MS. ſec. Grav. & aliorum*, eximia ſpe ſumma virtute adoleſcentem.

EPIST. VIII.

P. 29. Optime ex Emplatorio cognoſces] *ſic MSS.*

Neque ullum officium] *Pall. tert. quart.* neque enim ullum officium.

Diligentiſſimi] *al.* diligentiſſimique.

Ut debeo] *al.* & ut debeo.

Ut me pietas] *al.* dignitas, *&c. vid. Not.*

P. 30. Quem tu in meis rationib.] *al.* quem in meis rationibus tibi.

Me ipſum conformo] *MSS. & edd. al.* confirmo.

Ut quibuſdam videor] *Medic. lib. Vatic. & alii* videar. *vid. Not.*

Simulatione] *N. Scalſ. lib. & Mentel.* diſſimulatione.

P. 31. Omnia jam & recta & vera videantur] *Palat. quart.* omnia jam & directa.

Pugnare deſiſterent] *MS. Grut.* pugnare deſinerent.

Nam aut aſſentiendum eſt nulla cum gravitate paucis] *MSS. Guilielm. & Palat. quart.* nam aut aſſentiendum eſt his nulla cum gravitate paucis.

Ut jam de tua quoque ratione meditere] *Pal.* ut jam quoque de tua ratione. *fort.* ut jam tu quoque de tua ratione.

Si quidam] *alii*, ſi quidem. *vid. Not.*

Potentiam ferre] *N. Scalſ. liber*, patientiam ferre.

P. 32. Abalienarunt] *al.* abalienaverunt.

Eo tu conſule] *vid. Not.*

Quibus in rebus me ſibi ille affixum habebit] *al.* affixum ille habeb. *MSS. Grut.* quibus in rebus ſibi ille affixum me habebit.

Nullam rem eſſe minimam] *alii*, vel minimam.

Idque cum ſentiam ſedulitate mihimet ipſe ſatisfacere poſſum] *Prima edit. Palat. quartus a manu altera, Amſtelodamenſis*, id, quæcunque ſentiam ſedulitate mihimet ipſe ſatisfacere non poſſum. *Palatinus primus*, ſed utilitatem mihi me ipſum ſatisfacere non poſſim. *ſecundus Pal. & prim. Grævii*, id quæcunque ſentiam, ſed utilitam. mihi me ipſum ſatisfacere non poſſum. *ſic & Gruteri membranæ, quibus exterius annotatum*, deficit textus. *tert. Pal.* id quæcunque ſentiam ſedulitatem meam me ipſum ſatisfacere non poſſum. *Guilielmius annotavit ex veſtigiis cod. Stewech.* id quæcunque ſentiam: ſedulitate mihi me ipſum ſatisfacere non poſſe. *al.* mihimet ipſi.

P. 33. Noſtrum ſtudium extabit] *Memm.* excitabunt. *Pall. quatuor, Medic. cod.* exſtabit ſtudium. *Mentel.* noſtrum officium ſtabit. *Grut.* ſtudium ſtabit.

Cetera quæ ad te pertinebunt] *Pall. Vatican. duo Græviani, prima edit.* ceteraque quæ ad te pertinebunt.

EPIST. IX.

P. 34. Quibus intellexi] *Pal.* ex quibus intellexi.

Quod autem tibi grata mea] *al.* grata tibi mea.

Facis tu quidem abundantia quadam amoris] *MS. N. Scalſ.* facis tu quidem abundantia quadam amoris in me tui.

Sine nefario ſcelere non poſſunt] *al.* poſſint.

Reſcribam tibi ad ea] *al.* ad omnia quæ quæris.

Cum

Cum exercitu victore obtinere] *ſic MSS. duo Græv. Amſtelodam. Mentelii, edit. prim. Victor. Lamb. Pal. tert. Gruteri vero* victor obtinere. *Pal. quart.* victoriæ obtinere.

P. 35. Noſtram vicem ultus eſt ſeſe] *al.* noſtra vice.

Eſt enim ea conatus] *al.* ea eſt en. con.

In meis rebus expertum] *al.* in meis rebus eſſe expertum.

Eam fidem cognoſſe] *al.* eandem fidem cognoſcere.

Non ita magna mercede] *MS.* non tam magna mercede.

P. 36. Maximo dolore cognoram] *al.* cognoveram. *v. c.* quam ego maximo dolore.

Certiorem te per litteras] *Hic alterius eſt initium epiſt. in MS. Scælſ. duobus Grævii & Menteliano.*

Defenderim & laudarim] *v. c.* atque laudarim.

Meorum conſiliorum] *MSS.* conſiliorum meorum.

Ego me Lentule] *Venet.* ego mehercule Lentule. *ſic & Grævii ſecundus. in margine Menteliani recentior manus* hercule *adpinxerat.*

Rerum atque actionum tuarum] *v. c.* mearum.

Aut obſcura in me ſtudia] *v. c. N. Scælſ.* obſcuriora in me ſtudia.

P. 37. A me minimi putabantur] *Pall. duo, Stewech. Mentel.* minime putabantur. *Grut.* minimi imputabantur.

Ex auctoritate ſenatus ſarciendis] *al.* reſarciendis. *vid. Not.*

Non tam acerba mihi hæc accidebant] *v. c.* non tam acerba mihi accidebant. *poteſt commode abeſſe.*

Sed amore etiam] *al.* ſ. more e.

Cum ut laudaret P. Seſtium introiiſſet in urbem] *ſic cod. Medic. Victor. edit. Man. edd. ſed Mentelii MS. & al.* cum, ut laudaret Pompeium P. Sextium introiiſſet in urbem. *MS Amſtelodamenſis, & Gruter.* cum ut laudaret Pompeium Sextum introiiſſet i. u. *meus primus*, ego ſedente G.N. Pompeio laudaret P. Seſtium introiiſſ. in urbem.

P. 38. In quo omnia dicta ſunt] *al.* in quæ o. d. ſ.

Num potui magis] *alii*, non potui magis. *vid. Not.*

Magnus animorum factus eſt motus] *alii*, motus eſt factus.

Cum eorum quorum oportuit, tum illorum] *al.* tum eorum —— tum ill.

Cum mihi nihil oſtendiſſet] *ſic MSS. alii*, cum nihil mihi oſtendiſſet.

Ibi multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſar] *v. c. N. Scælſ.* ubi multa d. m. ſ. q. e. Cæſari.

Paucis poſt diebus] *MS. Grut.* poſt paucis diebus.

P. 39. Niſi cum Marco fratre diligenter egeris] *Ven.* niſi cum Marco Cicerone fratre. *Grut.* n. c. M. Ciceronis fratre. *alii*, niſi cum fratre Cicerone.

Dependendum tibi eſt] *Grut.* defendendum.

Ut eam ne oppugnarem] *MSS.* ut eam non oppugnarem.

Hæc cum ad me frater pertuliſſet] *tert. Palat.* protuliſſet. *quartus* retuliſſet.

Cum ante tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium miſiſſet] *Amſtelodamenſis*, cum tamen Pompeius ad me cum mandati ſui bullam miſiſſet.

Qui cum illa ſentirent in republica] *al.* ſentiunt in rep. *al.* ſentiant.

P. 40. Sed multo illud magis] *ſic MSS. vulgo*, ſed multo magis illud.

Otii, patriæ] *v. c. Grut. in marg.* otii, pudicitiæ.

Bonorum omnium] *vox* omnium *abeſt a quibuſdam codicibus antiquis.*

Non illi quidem] *Palat. quart.* nonnulli quidem.

Sed certe ut facere ſe arbitrarentur] *al.* arbitrabantur.

Circumſpectis rebus meis omnibus] *al.* rebus omnibus. *vid. Not.*

Non modo præmiis] *al.* non modo non præmiis. *vid. Gebh. not.*

Quæ apud me minimum] *Vict.* nimium.

P. 41. Summa quidem eorum in me merita] *al.* illorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Cujuſque ego dignitatis] *MS.* cujuſque dignitatis.

Adjutor etiam exſtitiſſem] *quartus Palat.* a. e. adſtitiſſ.

Meumque inimicum unum in civitate haberet inimicum] *Grut.* m.i.u. in c. haberet. *tert. Pal.* meumque inimicum u. i. c. haberet meus inimicus.

De meque optime meriti] *tert. Palat.* deque me o. m. *Amſtelodamenſis*, me deque o. m. *Grævii primus*, de me optime meriti.

In hac ſententia complectendus mihi erat Cæſar] *MS. Palat. tert.* petendus.

In conjuncta cauſſa & dignitate] *vid. Not.*

P. 42. Apud Platonem noſtrum] *a quibuſdam MSC. abeſt* noſtrum.

Quales in rep. principes] *Stewech.* qualis in rep. princeps ſit. *Palat. tert.* qualis in rep. princeps eſſet.

Tales reliquos ſolere eſſe cives] *MSS.* tales reliquos cives eſſe ſolere.

P. 43. Mirifica ſenatus conſenſio] *MSS.* mirificus conſenſus. *vid. Not.*

Singularis omnium bonorum] *al.* bonorum omnium.

P. 44. Et ſi accuſandi ſunt] *cod. Stewech.* & ſi in his accuſandi ſunt.

Qui pertimuerunt, magis etiam reprehendendi, qui ſe timere ſimularunt] *MSS.* ſi qui p. m. e. r. ſi qui ſe t. ſ. *vid. Not. pro* timere *Grut.* retinere.

Qui meos cives] *al.* quod. *v. Not.*

Declararique maluerim] *Stewech. v. c.* voluerim. *Vatic.* malueram.

Si iis pro me ſtante pugnare licuiſſet] *al.* ſi ii pro me ſtante pugna non deſtitiſſent. *al.* ſi hi p. m. ſt. pugnam non reliquiſſent, quum, *&c. vid. Not.*

P. 45. Quam fuerant in tenendo] *alii MSS.* tuendo. *vid. Not.*

Recreatis bonis viris] *MSS.* recreati, *ut paullo poſt* excitati *pro* excitatis. *vid. Not.*

P. 46. Rebus maximis geſtis] *Stewech. v. c.* rebus variis & maximis geſtis.

Nulli improbo civi] *Stewech. & tert. Pal.* nullo improbo civi.

Illa furia religionum] *MSS.* illa furta relig. *alii*, ille fur. relig. *al.* ille furia rel. *vid. Not.*

P. 47. Impunitatem eſt illorum ſententiis adſecutus] *al.* impunitatem ſcelerum eorum ſententiis eſt adſecutus. *vid. Not.*

Cum tribunus plebis pœnas a ſeditioſo civi per bonos viros judicio perſequi vellet] *al.* cum tr. pl. a. ſ. cive per b. v. in judicio p. v. *MSS.* qui cum tyrannus Publio Lentulo a ſeditioſo cive. *&c. N. Scalſ. v. c.* qui cum tribunus plebis Lentulus a ſ. cive *&c. vide Not.*

P. 48. Sed ut aliptæ etiam virium] *ſic MSS. alii*, ſ. u. a. & virium & coloris. *vulgati fere*, ſed etiam ut aliptæ virium.

Lucii filio, quondam] *al.* quandam.

Fractum fuiſſe] *ſic MSS. & edd. vett. al.* fractum fuiſſe animo.

P. 49. Aut etiam ſuſpicabantur] *v. c. N. Scalſ.* aut quidem etiam ſuſpicabantur.

Quæ declaraſſet ſe non potuiſſe me uno civi carere] *ſic Lambin. Pall. Gruter. Stewech. Vatic. Amſtelodamenſis, Grævii primus, edit. princeps. aliæ edd. & MSS. nonnulli*, quæ declaraſſet jam ſe non potuiſſe. *alii*, ſe ſe. *ſic & civi pro* cive. *Palat. tert. Vatican. Stewech. Græv. prim. Victor. edit. Vatic.* cum declararet ſe. *unde Victor.* cum declaraſſet ſe non.

Cumque Metellum] *al.* cum Q. Metellum. *al.* cumque Q. Metellum.

Referente conſule] *Pal. quart.* ref. conſilio.

Cunctis ordinibus, hominibus incumbentibus] *ſic MSS. al.* cunctis ordinibus hominibuſque incumbentibus. *vid. Not.*

Suis viribus recuperaſſet] *MSS.* recuperaviſſet. *al.* reciperaviſſet. *Græv. prim.* recipere licuiſſet.

Neque vero ego mihi poſtea quicquam] *Palat. tert.* neque vero ego poſtea mihi q.

P. 50. Illud non obſcure querun-

tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tur in meis ſententiis] *Pal. quart.* non obſtare q. *al.* ill. n. obſcure q. in meas ſententias.

Quibus ornem Cæſarem] *Pal. tert.* q. coronem C.

Quaſi deſciverim a priſtina cauſſa] *ſic Victor. & Man. Med.* quaſi deſciſcerem a priſtina cauſſa. *ſic & Palat. prim. Amſtelod. Græv. duo, niſi quod q omittant. Non longe abit Mentel.* quaſi diſceſſere priſtina cauſſa. *Vatic.* quaſi deſciſcerim priſtina cauſſa. *Ceteri MSS. primi, etiam edit. princeps* deſiſterem. *vulgo* deſiſterim priſtina. *Palat. tert.* prima, *pro* priſtina. *al.* deſtiterim a priſt. c.

Nonnunquam poſtea interruptus] *Omnes MSS. quatuor, quos ego inſpexi, legunt*, nunquam p. i.

Declarant ii qui] *al.* ii declarant qui.

Senſu ſæpe jam] *ſic omnes MSS. al.* ſententia. *vid. Not.*

Quem ego vehementer auctorem ſequor] *al.* quem ego auctorem vehementer ſequor. *Palat. tert.* quem ego vehementer ſequor.

Neque patriæ afferre] *Vat. & Vict.* necve patriæ afferre.

Non attingendæ reipublicæ] *Grut.* tangendæ.

P. 51. Cum eum nec perſuadendo] *al.* tum eum nec p. *vid. Not.*

Implicatus tenebar] *Amſtelod.* implicate tenebar. *v.c.* N.*Scælſ.* ne remp. implicatus tenerem.

Etiamſi in nos non is eſſet] *al.* etiamſi non in nos is eſſet. *al.* etiamſi non is in nos eſſet.

Tamen ornandus videretur] *Pall. Grut. Amſtelodam. Græv. ſecund. & N. Scælſ. v.c.* tamen memorandus. vid. *ed. prim. & al.* inornandus.

P. 52. Neve in hoc reo, neve in aliis requiras] *ſic MSS. Pall. Grut. Vatic. Stewech. Amſtelodam. edd. primar. Victor. Manut. Lamb. al.* quæras. *Palat. tert.* neve in hoc neve in aliis requiras.

Tametſi poſſum vel abſenti] *al.* t. p. licet abſenti.

Comiſſatum] *Pal. quart.* commenſatum.

Par pari referto] *ſic omnes MSS, quos vidit Grævius. alii*, par pro pari. *vid. Not.*

P. 53. Cognoſce de Craſſo] N.*Scælſ. v. c.* cognoſce nunc de Craſſo.

Oblivione contriveram] *Amſtelod.* contereram. *vid. Not.*

P. 54. Tamen ſi ſine ulla mea contum. ſuſcep.] *Pal. ſec. & Grut.* tamen ſine ulla mea contum. ſuſcep. *Amſtelod.* tamen etſi ſine ulla mea contum. ſuſcep.

Non laceſſentem læſiſſet] *MSS. Palat. duo, Grut. Grævii ſecundus, Mentelian.* N. *Scælſ. ed. prima & Gruter.* non laceſſentem laceſſiſſet.

Præſenti, credo, iracundia] *Palat. tert.* præſenti, ut credo.

Quod ego effudiſſe me omne arbitrabar] *Palat. tert.* quod ego effugiſſe m. o. a. *al.* q. ego me effud. o. a.

Quos ſæpe nutu ſignificationeque appello] *Grut.* quos ſæpe ſignificatione appello.

Meque tum denique] *Palat. quart.* neque dum demum.

P. 55. Non temporum ſolum rationem meorum] *in Palat. quart. deeſt* meorum.

Sed etiam naturæ] *al.* ſed naturæ etiam meæ.

Craſſuſque ut quaſi] *v. c.* Craſſus quoque.

Quibus rebus adductus, quamque rem] *al.* quibus rebus adductus quam rem. *tert. Palat.* quaque re.

Si mihi integra omnia ac libera fuiſſent] *MS. Stewech.* ſ. m. i. o. & lib. f.

Etiamſi id fieri poſſet] *al.* etſi id fieri poſſet.

Neque permanendum in una ſententia] *tert. Palat. Grut. & Amſtelod.* Permanendum in una ſent. *Martin. codex*, neque permanendum in una ſententia perpetua. *Mentel.* neque permanendum in ſua ſent.

P. 56. Bonorum voluntatibus immutatis] *tert. Palat. Grut. Mentel. Amſtelodam.* bonorum voluntatibus mutatis.

Præſtantibus in rep. gubernanda]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Amſtelod. præſtantius in rep. gubernanda.

Ut in navigando] *al.* ut navigando. *vid. Not.*

Etiamſi portum tenere nequeas] *al.* tenere non queas.

Quo velis, tandem pervenire] *v.c. Lamb. & Mentel.* quo velis tamen pervenire. *Amſtelod.* quo cum nobis velis tamen pervenire.

In adminiſtranda rep.] *v.c.Guilielm.* in adminiſtratione reip.

Sed id ſemper ſpectare debemus] *al.* præſtare deb.

Quamobrem ut paullo ante poſui] *v. c. N. Scælſ.* quamobrem ut paullo ante propoſui.

Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima] *tert. Palat.* ſi omnia eſſent mihi ſolutiſſima.

Cum vero in hunc ſenſum] *Palat. tert.* cum vero jam hunc ſenſum.

P. 57. Ut ego cum mihi devinctum putarem] *quartus Palatinus*, *Amſtelod. Mentel.* devictum.

Nec mihi aliter potuiſſe videor] *Palat. tert.* nec mihi aliter videor potuiſſe.

Nunc etiam potentium] *ſic MSS. Lamb.ed.* hanc etiam. *in Stewech.& tert. Palat. deeſt* hanc.

Novi animum tum mihi amiciſſimum] *Grut.* novi animum tuum mihi amiciſſ. *Amſtelod.* novi animum cum mihi amiciſſ. *Stewech.* n. a. tum mihi notiſſimum. *Mentel.* n. a. tuum mihi tum amiciſſimum.

Tum nulla in ceteros malevolentia] *al.* tum non ulla i. c. malivolentia. *Grut.* cum nulla in ceteris malivol. *Mentel.* tum nulla ceteros malev.

Contraque cum magnum & excelſum] *Pal. quart.* contraque magnum & exc.

Tum etiam apertum & ſimplicem] *Mentel.* tum & ap. & ſimp.

Quocunque tempore] *Pal. quart.* quoque t.

Omnium moderator conſiliorum meorum] *deeſt in tert. Palat.* meorum.

Etiam dignitas curæ] *tert. Palat. Grut. Amſtelodam.* & jam dignit. cur.

Me quidem certe tuarum actionum] *Stewech.* tuarum certe actionum. *vid. Not.*

P. 58. Menocrito dabo] *al.* Menocrati.

Neque ita multæ, ne pertimeſcas] *al.* ut pertim. *vid. Not.*

P. 59. Dijungo me] *al.* disjungo.

Delectarunt] *al.* delectant.

Scripſi igitur Ariſtoteleo more] *Palat. quart.* Ariſtotelico more. *al.* Ariſtotelio.

Ac omnem antiquorum] *al.* & omnem.

Meritorum erga me tuorum meæque pietatis] *al.* meritorum tuorum erga me meæque in te pietatis. *Scælſ. v. c.* meæque pietatis in te.

Qui ſe læſos arbitrarentur] *Gruter.* q. ſ. l. arbitrabantur.

Omnes nominare. Quos] *al.* omnes nominare, non miſi. Quos.

Cui recte committam] *tert. Palat.* cui committam recte.

Quantum litteris, quantum ſtudiis] *v. c.* quantum ſtudiis, quantum litteris.

Id omne ad arbitrium tuum] *Guilielm. codd.* id omne arbitrio tuo. *vid. Not.*

Ea tantæ mihi curæ ſunt, ut me nolim admoneri] *Stewech. & Pal. quart.* ea, ut ante, mihi curæ ſint, & me velim admoneri. *Pal. prim. ſec.* ea & ante mihi curæ ſint, ut me velim admoneri. rogari vero ſine magno dolore vix poſſim. *Grut. & Græv. ſecund.* ea, ut ante mihi curæ ſint, & me nolim admoneri. *Amſtelodam.* ea ut ante mihi curæ ſint, ut me nolim admoneri. *N. Scælſ. v. c.* ea ut ante mihi curæ ſunt, meque nolim adm.

Rogari ſine magno dolore vix poſſum] *al.* vix poſſim.

P. 60. Neminem cuiquam cariorem neque jucundiorem unquam fuiſſe] *Stew. cod.* neminem cuiquam cariorem, ne jucundiorem unquam fuiſſe. *unde Guilielmius conjecit*, neminem cuiquam cariorem, ne jucundiorem quidem unquam fuiſſe.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Non modo ut tu ſentias] *Grut.* non modo tu ſentias.

Appius in ſermonibus ante dictitabat] *Amſtelod.* dictabat.

Legemque Curiatam] *al.* legem Curiatam.

Se paraturum cum collega] *ſic Amſtelod. Mentel. al.* ſe partiturum. *al.* ſe pacturum. *al.* ſe acturum. *al.* ſe comparaturum.

P. 61. Ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe] *Lamb. ed.* ſibi neceſſe non eſſe.

Quoad in urbem introiſſet] *Lamb. ed.* quod in urbem introiſſet. *& ſic Amſtelodamenſ. & Mentel. & Græv. ſecund.*

Poſſe te non decedere] *ſic MSS. al.* non poſſe te decedere.

P. 62. Dignitatem, libertatem] *ſic & MS Amſtelod. al.* dignitatem, liberalitatem.

Sine ſuſpicione tuæ cupiditatis] *al.* ſine tuæ ſuſpicione cupiditatis. Suſpicione *deſideratur in Stewech.*

Ego utrumque meum puto eſſe] *al.* e. u. puto meum eſſe.

Accepi tuas litteras] *v. c.* oſtendi t. l.

Felicitate quidem vellem conſequi potuiſſes] *ſic Vatic. al.* facilitate. *etiam Amſtelodam. ſed eadem manus ſuperius ſcripſerat* fe͏̊licitate. *al.* fac. a. quid v. *Pal. tert.* felicitate a. quid v. *Grut.* felicitatem a. quid v.

P. 63. Equidem non deſinam] *Palat. tert.* tandem non deſ.

Sed noſti conſuetudinem hominum] *Stewech. c.* conſuetudines.

Scis quam graviter inimici illi ipſi Q. Scævolæ] *ſic MSS. al.* q. g. inimici ipſi Q. Scævolæ.

P. 64. Tibi tamen ſum auctor] *al.* auctor ſum tibi tamen.

Ut ſi quibus rebus poſſis] *al.* ut quibus reb. p.

Id etſi difficile eſt] *Stewech.* id ſi eſt dif.

EPIST. X.

Cur enim tibi hoc non gratificer] *ſic MSS. edd.* cur enim tibi hoc uno gratificer.

P. 65. Neque in Appuliam tuam accedas] *al.* concedas.

Salvum veniſſe gaudere] *al.* ſalvum veniſſe te gaudere.

LIBER II.

EPIST. I.

P. 67. PRæ te ferres perſpectum mihi quidem] *Amſtelod. Mentel. Græv. ſec. edd. vet.* præ te fers perſpectum mihi quidem.

Etenim quis eſt tam ſcribendo impiger] *Palat. tert. Stewech.* quis enim eſt. *Grut.* enim quis eſt. *v. c. N. Scalſii*, *alii* etenim quis eſt tam impiger in ſcribendo quam ego.

A te vero bis terve ſummum] *al.* ad ſummum.

Et eas perbreveis accepi] *v. c. N. Sc.* & eas quidem perbreves. *Pal. quart.* & eas perbreves litteras accepi.

Condemnabo eodem ego te crimine] *Palat. quart.* condemnabo eodem te crimine.

P. 68. Ne non ſcribendo te expleam] *Grut.* expellam.

Ego te abfuiſſe] *Palat. quart.* offuiſſe.

Et dolui quod carui fructu jucundiſſimæ conſuetudinis, & lætor] *al.* & doleo quod carui fructu jucundiſſimæ conſuetudinis tuæ, & lætor. *vid. Not.*

Quodque in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna reſpondit] *al.* reſpondet. *v. c. N. Scalſ.* quodque in omnibus rebus tuis fortuna meis optatis reſpondit.

Sic ad nos conformatus] *al.* confirmatus.

P. 69. Suſtinere ac tueri] *al.* ſ. & tueri.

Memoriam ulla nunquam delebit oblivio] *ſic Victor. Vatic. Pall. quart. quint. Amſtelodam. al.* nulla unquam.

In adoleſcentia tua conquieſcat] *al.* in adoleſcentia conquieſcat. *vid. Not. Peck. v. c. & edd. Venet. & Manut.* in adoleſcentia conquieſcat tua.

EPIST.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPIST. II.

Quam a vita diſcederet] *ſic & Amſtelodam. & Græv. prim. al.* quam e vita decederet. *al.* quam a vita decederet. *Græv. ſec.* quam vita diſcederet.

Cui & carus æque ſis & jucundus] *ſic MSS. al.* cui & carus atque ſis & perjocundus. *vulgatæ edd.* cui carus æque ſis & perjucundus.

EPIST. III.

P. 71. Rupæ ſtudium non defuit] *al.* nempe ſtudium non defuit. *al.* nempe ſtudium meum non defuit. *al.* nuper ſtudium n. d. *vid. Not.*

Equidem quid ſentiam] *ſic Mentel. Amſtelod.* equidem ſentiam aut ſcribam. *Græv. prim.* equidem ſententiam aut ſcribam. *Martin. liber, ut notavit Guilielm.* equidem ut ſentiam. *vid. Not.*

P. 72. Coramque contra iſtam rationem, meam dicam] *al. v. c.* contraque coram iſtam, meam rationem dicam. *al.* c. c. i. m. rationem ediſſeram. *vid. Not.*

Ut aut te in meam ſententiam adducam] *Pal. prim. ſec. tert. Amſtelod.* ut aut te in noſtram ſent. add. *Mentel.* ut aut me in eam ſententiam adducam.

Quid ſenſerim] *v. c. N. Scalſ.* quidnam ſenſerim.

Brevi tamen ſic habeto] *al.* breviter tamen.

Quæ ſunt in rep. ampliſſima] *MSS.* qua ampliſſima in rep. ſunt.

Qui ingredior ad explicandam rationem] *v. c.* qui ingrediar ad explic.

Ut iis bonis quæ tibi natura] *v. c. N. Scalſ.* ut his bonis quæ tibi nat.

EPIST. IV.

P. 73. Cujus cauſſa inventa res ipſa eſt] *al.* cujus cauſſa res ipſa inventa eſt.

Hujus generis litteras a me profecto non expetis] *al.* expectas. *ſic quatuor MSS, quibus uſus eſt Grævius. Palat. quart.* hujus generis ſententiæ litteras non expectas. *al.* hujus gen. ſent. litt. a me p. n. expect. *vid. Not.*

Tuarum enim rerum domeſticarum habes & ſcriptores] *v. c.* tuarum enim domeſticarum rerum habes. *al. v. c.* domeſticos enim rerum t. h. ſ.

In meis autem rebus nihil eſt ſane novi] *Palat. tert.* in meis autem rebus nihil eſt novi ſane.

Atque in hoc genere hæc mea cauſa eſt, ut neque ea, quæ non ſentio, velim ſcribere] *v. c. N. Scalſ.* atque in hoc genere mea cauſſa eſt hæc, ut neque ea, quæ nunc ſentio, velim ſcribere. *vid. Not.*

P. 74. Eſt enim tibi gravis adverſaria] *v. c.* eſt enim gravis tibi a.

Quarum laudum gloriam adamaris] *v. c.* admiraris.

Quibus artibus eæ laudes] *tert. Palat.* hæ laudes. *al.* quibuſque art. e. l.

In iis eſſe elaborandum] *MS. Mart. Amſtelod. alii*, in his eſſe elabor. *Pal. tert. Grut. & nonnulli alii* laborandum.

Niſi te tua ſponte ſatis incitatum] *Palat. tert. Grut.* niſi tua ſponte ſatis inc.

EPIST. V.

Hæc negotia quomodo ſe habeant] *v. c. N. Scalſ.* hæc negotia quomodocunque ſe habeant.

Narrare audeo. tibi, etſi ubicunque es] *Amſtelod. Mentel. Græv. ſec.* narrare audeo tibi. & ſi ubicunque es. *Sigon.* narrare tibi audeo. etſi ubicunque es. *Græv. prim.* narrare audeo. etſi u. e. *al.* audeo narrare tibi. *v. c.* audeo numerare. *Peck.* etſi ubi es.

Tamen, quod abes gratulor] *al.* tamen gratulor quod abes.

P. 75. Sed & clariſſima & una omnium voce perfertur] *al.* ſed & clariſſima, & una, una omnium v. p. *al.* viva o. voce. *al.* omnium una voce. *vid. Not.*

Ita ſunt omnia debilitata jam prope & exſtincta] *al.* ita ſunt omnia debilitata, & jam prope exſtincta. *vid. Not.*

EPIST.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPIST. VI.

P. 76. Cum Sextum Villium] *al.* Sextum Julium. *al.* Servilium.

P. 77. Clariſſima & maxima extiterunt] *al.* clariſſima & maxima beneficia extiterunt.

Ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia non poſſem] *al.* ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia beneficia non poſſem. *vid. Not.*

Nullam eſſe gratiam, quam] *al.* nullam eſſe gratiam tantam.

Quam vel non capere animus meus *&c.*] *vid. Not.*

P. 78. Liberalitatemque naturæ] *ſic MSS. Amſtelodam. Grut. Palatini tres, Mentel. alii tamen, inter quos & Græviani duo*, libertatemque naturæ.

Si minus potentem at probatam] *vid. Not.*

P. 79. Quod tam vehementer de Milone laborem] *al.* laboro. *ſic MSS. Amſtelodam.*

Prope ſaluti tuum ſtudium] *ſic Victor. Lamb. Manut. ed. MSS. Pal. prim. Vat. Peck. Græv. prim. Mentel. alii*, propriæ ſalutis.

Fuiſſe in laude mea] *al.* f. & in l. m.

Ego ni te videre ſcirem, cum hæc ad te ſcriberem] *ſic Mentel. & Græv. ſec. Pal. prim. & ſec.* cum in te hæc ſcriberem. *Amſtelod.* quam in te hæc ſcriberem. *Græv. prim.* ego ni tu videres rem quam in te hac ſcriberem.

Quantopere mihi - - - - - eſſet elaborand.] *al.* quantoque opere m. e. e.

Si a te hanc rem impetraro] *al.* impetravero. *al.* impetro.

EPIST. VII.

P. 80. Sed tibi & gratulor] *al.* ſed & tibi gratulor.

Nemo eſt qui tibi ſapientius ſuadere poſſit] *al.* n. e. q. ſapientius tibi ſuad. p.

P. 81. Non vereor ne quid timide] *v. c. N. Scælſ.* non enim vereor ne quid timide.

Quæ ipſe recta eſſe ſenties] *Palat. tert. Grut. Ven.* quæ ipſe recta ſenties eſſe.

Quid vanitatis in vita] *al.* quid varietatis in vita. *al.* quid vanitatis in vita ſit.

Alteri qui melius dare conſilium] *ſic MSS. & edd. Palatini tamen tres, & totidem Guilielmii, Mentel.* alter qui melius dare conſilium.

Cur ego non adſum] *tres Palat.* cum ego abſum.

Vel ſocius vel miniſter] *Pal. tert.* magiſter.

Jam etſi hoc minime tibi deeſt] *ſic Pall. tres & totidem Guilielm. aliique. vulgo*, jam tametſi h. m. t. d.

Ex mea ſententia remp. geſſimus] *al.* e. m. ſententia rem geſſimus.

Quanquam difficili in re] *ſic Victor. ed. Pall. tres. Medic. Stewech. Amſtelod. Mentel. Græv. vulgo*, quamque difficili in re.

Taraſoni liberto] *ſic editio prima, Pal. tert. Grut. duo Guilielm. Pal. pr. & Amſtelod.* Tharaſoni. *quint.* Taſſazoni. *vulgo* Thraſoni.

EPIST. VIII.

P. 82. Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas] *Pal. prim.* Quid tu? me.

P. 83. Et Chreſti compilationem mitteres] *Mentel. & Græv. prim. inque v. c.* ut Chreſti compilationem mitteres. *ita etiam Lamb. Amſtelod.* Creſti.

Niſi quid ad me ipſum pertinebit] *v. c. N. Scælſ.* niſi quid ad me ipſum pertineat. *alius*, niſi quod ad me ipſum pertinebat. *Mentel.* niſi quæ ad me ipſum pertinebunt. *Græv. ſec.* nihil ad me ipſum pertinebunt.

Quod te accuſem] *v. c.* quo te accuſem.

P. 84. Multumque mecum Gallus noſter Caninius, proficiſcebar inde prid.] *v. c. N. Scælſ.* multumque mecum Gallus noſter, Caninius proficiſcebatur inde. *editi quidam*, m. mecum C. noſter Caninius, proficiſcebar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPIST. IX.

P. 84. Primum tibi, ut debeo] *al.* plurimum tibi, ut debeo.

Ignoratione rerum omnium] *al.* ignorantia.

P. 85. Quod ita factus ſis] *ſic MSS. Palat. duo Vatic. Grut. Stew. Peck. Amſtelod. Mentel. duo. Græv. vulgo*, quod ita factum ſit.

Quemadmodum ſcripſeras ad me, quem] *al.* q. ſ. a. m. quod.

Scis quem dicam] *ſic MSS. Palat. prim. Vatic. Stew. Vict. Græv. prim. alii*, ſcis quem dico.

Egique omnes illos adoleſc.] *al.* egoque o. i. a.

Quos ille jactitat] *ſic MSS. Pall. quat. Grut. Amſtelod. Græv. duo Mentel. vid. Not.*

P. 86. Incredibile hoc factu] *al.* factum. *& ſic Amſtelodam. Græv. prim.* facto. *ſed ſec. & Mentel.* factu.

Inceſſi omnibus lætitiis] *al.* immerſi o. l.

In quo cum objurgarer] *al.* in quibus cum objurgarer.

Voluptatem animi nimiam] *MSS.* homini nimiam. *al.* voluptatem habui nimiam. *vid. Not.*

Cum primum ero aliquid otii nactus] *al.* nactus aliquid otii. *al.* aliquid nactus otii.

Te vero mi Rufe diligo] *ſic Amſtelod. & alii. v. c. N. Scælſ. & Græv. pr. & Mentel.* te vero mirifice diligo. *Græv. ſec.* te vero diligo mirifice.

EPIST. X.

P. 87. Tu vide quam ad me litteræ non perferantur] *al.* tu vide quamobrem ad me litteræ. *al.* tu vide quam temere, cum ad me litt. *al.* tu vide quam timide, quam ad me, *&c. al.* tu vide quam tarde, quam ad me, *&c.*

Non enim poſſum adduci] *al.* non enim adduci poſſum.

Cum eſſet tanta res tantæ gratulationis] *ſic v. c. N. Scælſ. Græv. prim. Mentel. ſecund. vero & Amſtelod. aliique* tantæ gratulationes.

De te quia quod ſperabam; de Hillo, balbus enim ſum, quod non putaram] *MSS.* de te quia ſperabam de nihilo. Balbus enim ſum, quod non putaram.

P. 88. Quin eſſet ad te altera] *al.* q. etiam eſſet a. t. a.

P. 89. Velles en. ais] *al.* v. en. ut ais.

Et quadam auctoritate apud eos qui me norant] *v. c. N. Scælſ.* & quadam etiam auctoritate apud omnes qui me norant.

Hiccine eſt ille qui urbem, quem ſenatus] *al.* hiccine & ille q. u.

Improviſo adventu capta & incenſa] *v. c.* capta ſunt & incenſa.

Caſtella munita] *al.* c. minuta.

P. 90. Adduxi exercitum ad infeſtiſſimam] *al.* abduxi. *Pal. ſec.* deduxi. *vid. Not.*

Ibi quintum viceſimum jam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam] *v. c. N. Scælſ.* ibi quintum & viceſimum jam diem aggeribus, turbinibus oppugnabam.

Pindeniſſum] *v. c. N. Scælſ.* Pindenuſium.

Tantis opibus] *al.* tantis operibus.

Hæc ad te in præſenti ſcripſi] *al.* hæc ad te veſperi in præſenti ſcripſi.

Ut ſperes te aſſequi id quod optaſti] *v. c.* u. ſ. t. a. quod optaſſes poſſe.

Sin id erit, ut ſcribis, & ut ego arbitror, ſpiſſius] *al.* ſin id erit, ut ſcribis, & ut ego arbitror, ſerius.

Ex tuis ut ante ſcripſi] *al.* ex tuis ut antea ſcripſi. *& ſic quatuor MSS. quos Grævius inſpexit. vid. Not.*

Tum etiam futura magis exſpecto] *al.* t. e. f. m. exopto.

EPIST. XI.

P. 91. Atque inprimis tui, ſatietas autem provinciæ] *Pal. prim. & quint.* incredibile meorum, atque in primis ſatietas ante provinciæ. *ſecund. & tert.* atque inprimis ſatietas provinciæ. *Pal. quart. Grut. Græv. ſecund.* atque in primis ſatietas autem provinciæ. *Amſtelodam.* incredibile deorum atque inprimis ſatietas ante provinciæ. *ſic & Mentel. qui tamen habet* meorum. *vid. Not.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

P. 92. Qui majora onera in rep. ſuſtinere & poſſim & ſoleam] *ſic MSS. Amſtelodam.* poſſum & ſoleam. *vulgo*, qui majora in rep. onera ſuſtinere & poſſimus & debeamus.

Mandato meo] *al.* mandatu meo.

Si quid eſſet plane neſciebamus] *ſic in MSS. vulgo*, ſed quid plane eſſet, neſciebamus.

Ipſe dies me admonebat] *v. c.* N. *Scæl ſ.* ipſus dies me admonebat.

Megalenſibus] *Lamb.* Megaleſiis.

EPIST. XII.

P. 93. Quinquatrus] *al.* quinquatriis. *vid. Not.*

Si quæ ridenda eſſent] *al.* ſi qua ridenda eſſent.

P. 94. Iter habebant ad Deiotarum Regem] *al.* Luthurum Reg. *&c. v. Not.*

Quanquam omnia nec benigna nec copioſa cognorant] *vet. cod.* N. *Scælſ.* quanquam omnia nec benigna, nec copioſa, nec facilia cognorant.

Urbem, urbem, mi Rufe, cole] *ſic MSS. alii*, urbem mi Rufe cole.

P. 95. Atque uno ſermone noſtro] *v. c.* N. *Scælſ.* atque uno ſermone veſtro.

Non erat minor ex contemnenda, quam ex conſervata provincia] *Pal. prim. & Peck.* non eram minor.

Spem triumphi? inquis. ſatis glorioſe triumpharem] *al.* ſpes triumphi? inquis. ſatis glorioſe triumpharem. *Palat. ſec.* ſpes triumphi, inquit, ſatis glorioſe triumpharem. non enim tam diu quidem in deſid. *tert.* ſpes triumphi, in qua ſ. gl. tr. non eſſem tam diu in d. *quint.* ſpes triumphi. in qua (*ſuperſcriptum hic* niſi) ſatis glorioſe triump. non eſſem tam diu quidem. *ſic fere etiam Grævii codd.*

Obviam mitte epiſtolas] *al.* mittito.

EPIST. XIII.

P. 96. Cum ſentimus prudentibus fideliterque ſuadentibus idem videri] *v. c.* N. *Scælſii*, cum ſentimus prudenter fideliterque ſuadentibus idem videre.

Mea vero officia ei non defuiſſe, tu es teſtis] *al.* mea vero o. ei non defuiſſe tute es teſtis. *v. c.* N. *Scælſ.* tu optime ſcis, & eſt teſtis. *MS. prim. Græv.* tu teſtis.

Quoniam Κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, occidit Phania] *MSS.* accidit. *Mentel. & edd.* accedit. *vid. Not. v. c.* N. *Scælſ.* quoniam Comico μάντια, ut opinor, audit Phannia.

P. 97. Cur mihi non ſit in optatis complecti hominem florentem ætate] *v. c.* cur mihi in optatis non ſit complecti hominem florentem ætate.

P. 98. Quod mihi ſignificabant tuæ litteræ] *MSS.* quod nihil ſignificabant tuæ litteræ. *vid. Not.*

Non opinionum diſſenſione] *al.* n. voluntatum d.

Cæſarem non defendit Curio] *ſic MSS. omnes. Lamb. ed.* Cæſarem nunc defendit Curio.

Nam ita vivam putavi] *ſic Vatican. Peckii, Palat. quart. Græv. prim. Victor. Lamb. edd. Amſtelodam.* nam ita viva putavi. *Mentel.* nam ita ante putavi. *Græv. ſec.* nam ita una putavi. *multi alii MSS.* nam ita in via putavi.

P. 99. Quoniam juriſdictionem confeceram, *&c.*] *de tota hac periodo ut in veteribus libris legatur, vid. Not. & P. Manut.*

Cum prima æſtiva attigiſſem] *ſic MSS. Palat. V.* cum priva æſtiva attig. *al.* cum primum æ. a.

Militaremque rem collocaſſem] *v. c.* militemque in ea collocaſſem. *vid. P. Manut.*

EPIST. XIV.

M. Fabio] *tres v. c. non habent prænomen* Marco. *nec extat in quatuor illis libris quos Grævius inſpexit.*

Sed in hoc homine nullam accipio excuſationem] *v. c.* N. *Scælſ.* ſed in hoc homine nullam excipio accuſationem. *ſic & Mentel. & Græv. ſec.*

Nihil novi ad nos afferebatur] *quinque codd.* nihil novi ad nos referebatur. *Græv. prim.* nihil novi ad nos afferebatur. *forte*, perferebatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPIST. XV.

*P.*101. Neque prudentius] *v. c.* nec prudentius.

Deinde etiam amari] *al.* deinde & amari.

Cæſarem honeſtum eſſe cupio] *al.* Cæſari honeſtiſſime cupio. *MSS.* Cæſarem honeſtiſſime eſſe cupio. *al.* Cæſarem honeſtiſſime cupio.

*P.*102. Pro Pompeio emori poſſum] *al.* mori.

Diſtrictus enim mihi videris] *v. c.* N. *Scalſ.* diſtractus enim mihi videris.

Præpoſui provinciæ] N. *Scalſ. Mentel. & Gravii prim.* propoſui provinciæ.

At quæſtorem, at nobilem adoleſcentem, at omnium fere exemplo] *v. c.* ad quæſtorem, ad nobilem adoleſcentem, ad omnium fere exemplum. *Amſtelod.* ad omnium ſine exemplo. *ſed Mentel. ſtat pro Medicei libri lectione.*

Neque erat ſuperiore honore uſus] *ſic MSS. nonnulli*, neque erat ſuperiore honore ullus.

P. 103. Pontinius] *al.* Pomtinius.

Multo ante diſceſſerat a Q. Fratre impetrari non poterat] *v. c.* multo ante diſceſſerat a Q. Fratre, unde impetrari non poterat.

De provincia deceſſiſſe] *al.* ex provincia deceſſiſſe.

Si fratrem reliquiſſem omnia timerem] *v. c.* N. *Scalſ.* nam ſi fratrem reliquiſſem, omnia certe timerem.

Potentiſſimorum duorum] *al.* p. virorum.

Omnes Caſſios Antonioſque] *al.* juvenes Caſſios Antonioſque.

P. 104. De Matrinio ſit auditum] *ſic & Amſtelodam. alii*, de matrimonio. *vid. Not.*

EPIST. XVI.

P. 105. Quæ non animum meum magis ſollicitum haberet, quam tuum] *al.* quæ meum animum magis ſollicitum non haberet, quam tuum.

Prope jacentem deſciſcerem] *tres Pall. Peck.* deſiſterem. *Amſtelodam. & Mentel.* deſciſſerem. *Palat. quint.* diſceſſerim. N. *Scalſ.* disjungerem.

P. 106. A meque ipſe deficerem] *v. c.* a me ipſe deficerem.

In hominum inſolentium indignitate faſtidium] *al.* i. h. i. dignitate f.

Eo ſi onere carerem] *Polit. MS. Palat. prim. quart. aliique*, eo ſi honore carerem. *Stewech.* ea ſi onera.

Sed etiam in voculas malevolorum] *Grut.* ſed etiam voculas malevolorum.

Nihil tamen unquam de profectione] *Palat. tert.* nil tam unquam de profectione.

Quod autem in maritimis facillime ſum, moveo nonnullis ſuſpicionem] *ſic MSS. etiam Græv. prim. Vatic. & Pall. ſed Mentel.* quod autem in maritimis moratus ſum, facillime ſummovet ſuſpicionem. *tert. Palat. Stewech.* movet. *vulgo*, quod autem in maritimis ſum, facile moveo nonnullis ſuſpicionem. *Amſtelod.* quod autem in maritimis ſum, movet facillime non nullis ſuſpicionem.

P. 107. Non enim te celavi ſermonem T. Ampii] *ſic MSS. alii, & edd.* non enim te celavi. ſed nonne tum providiſti quam abhorrerem. *tert. Palat.* ſed nomen tuum providiſti.

P. 108. Cum audiſſem, nonne tibi affirmavi] *ſic MSS. vulgo*, quod cum audiſſem, nonne tibi affirmavi. *ſed nonnulli codd. aliter diſtinguunt. Amſtelodam. Græv. prim.* ab urbe relinquenda cum audiſſem. Nonne tibi affirmavi? *pro* nonne *tamen* non me, *ſcribit Gravianus & Mentel.*

Me ex his miſeriis nihil aliud quærere] *MSS.* ex his miſeriis nihil aliud quærere. *al.* e. h. m. nihil aliud me quærere.

Hoc noſtra laus erit illuſtrior] *Stewech. Mart. aliique codd.* hæc noſtra laus.

*P.*109. Satis amplum patrimonium relinquam in memoria nominis mei] *al.* in memoriam. *al.* memoriam. *vid. Not.*

Hac tantum oblectabar ſpecula] *MSS.* hac tamen o. ſ. *vid. Not.*

Vel

Vel potius noſtrum, fore ab iis moleſtiis] *ſic MSS. omnes. vulgo*, vel potius noſtrum, videbam ab illis moleſtiis.

Quas liberalitate ſua contraxerat] *al.* libertate.

P. 110. Nec quicquam aſtute cogito] *v. c.* neque q. a. c.

Ego fortaſſe vaticinor] *ſic MSS. edd.* ego fortaſſe imitor.

Senes erant adoleſcente me] *v. c.* me adoleſcente.

Togam texi Oppio] *al.* Appio.

P. 111. Dolabellæ, quod ſcripſi, ſuadeo videas] *al.* de Dolabella, *&c. vid. Not.*

Tanquam ſi tua res agatur] *al.* tamquam ſi res tua agatur.

Amicitia noſtra & fides tua poſtulabit] *duo codd. Guilielmii*, a. n. e. f. t. poſtulat.

EPIST. XVII.

CANINIO SALLUSTIO PROQUÆSTORI] *primus Palat.* Caio Salluſtio Proconſuli. *vid. Not.*

P. 112. Nec quenquam fore arbitror. Quin ad diem decedam] *v. c. N. Scælſ.* nec quicquam fore arbitror quin ad diem decedam.

Ad urbem volo quam primum venire] *ſic MSS. alii* velim.

Succeſſor tuus non poteſt ita maturare ullo modo] *MS.* ſucceſſor tuus non poteſt ita mature ullo modo.

De rationibus referendis] *Palat. pr.* de ſectionibus refer.

Non erat incommodum te nullam referre] *v. c. F. Vrſin.* n. e. i. teni illas referre.

Quam tibi ſcribis a Bibulo poteſtatem fieri] *v. c. N. Scælſ.* quam tibi ſcis a Bibulo poteſtatem fieri.

Id vix mihi videris] *Peck.* vix id mihi videris.

Tibi magnopere ſervandam cenſeo] *Stewech.* tibi magnopere ſervandum cenſeo.

Videbam idem ceteros exiſtimare] *v. c. N. Scælſ.* videbam idem certos exiſtimare.

Sermones malevolorum fuiſſe] *v. c.* malivolorum.

P. 113. Præter quæſtores urbanos, id eſt, populum Romanum] *Palat. ſec. Grut. Stewech. exigunt illa verba radicitus*, id eſt, populum Romanum. *v. c. F. Vrſini*, præter Quæſtores & Præfectos.

De drachmis CCCLIII] *ſic Vatic. & omnes MSS. Palat. & quos Grævius inſpexit, ut & ed. prima. Manut. vero & aliæ edd.* de drachmis CCCIↃↃↃ.

Ut præda a præfectis] *v. c.* præda præfectis.

Quæ autem mihi attributa eſt a Quæſtore curetur] *v. c. Scælſ.* quæ haud mihi attributa eſt a Quæſtore curetur. *Pal. tert. & prim. Grut.* q. m. a. a Q. curatur.

Marium quidem ſucceſſorem tarde video eſſe venturum] *Stew. tert. Grut.* Marium quidem ſucceſſorem tandem video eſſe venturum. *vid. Not.*

Senatus ita decrevit] *Grut.* decrevit ita.

Petis ut Bibulo te quam diligentiſſime commendem] *al.* petis a me ut Bibulo te quam diligentiſſime commendem. *Grut.* p. a m. u. B. quam te diligent. com.

Sed locus eſſe videtur tecum expoſtulandi] *ſic v. c. o. edd.* ſed locus videtur eſſe t. e.

Certiorem me nunquam feciſti] *Lamb.* certiorem nunquam me feciſti.

Cum magnus Antiochiæ metus eſſet] *al.* tumultus eſſet. *MSS. aliquot*, quod magnus Antioch. metus eſſet.

Quidvis ſe perpeti malle] *Stewech.* a quibuſvis ſe perpeti malle.

Eguiſſe auxilio meo] *Stewech.* conſilio meo.

Quemadmodum tractarere audiebam] *Palat. tres, Amſtelod.* quemadmodum tractare aud. *Grut.* quemadmod. tractarer. *Grævii vero primus* tractarere.

P. 114. Ad me litteram nunquam miſit] *Stewech.* litteras.

Ejus belli] *Peck.* hujus belli.

Ut ei quam humaniſſime ſcriberem] *Lamb.* reſcriberem.

Quod nunquam exiſtimavi, minus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

offendor in me] *v. c.* quod nunquam exiſtimavi minus offendit me.

Nihil tibi litteræ meæ proderunt] *v. c.* nihil tibi meæ litteræ proderunt.

Ad ſenatum quas Bibulus litteras miſit] *v. c.* quas Bibulus miſit litteras, in iis.

Quod mihi cum illo erat commune] *Peck. lib.* quæ mihi cum illo erant communia.

Quod autem meum erat proprium] *v. c.* quod meum erat proprium.

Alariis Tranſpadanis uti negarem] *Lambin.* Alariis Tranſpadanis uti me negarem.

Quod vero illius erat ſolius] *v. c.* quod nec illius erat ſolius.

P. 115. Quia ſenatus per me regem appellavit] *al.* quem ſenatus per me reg. appell. *Lamb.* quia eum ſenatus.

Facies quod voles] *v. c. N. Scalſ.* facies ut voles.

EPIST. XVIII.

P. 116. Quæ quidem a te ipſo integritate & clementia] *MSS. Stewech. & tert. Grut.* quæ equidem a te ipſo integritate & clementia.

Mihi magis magiſque quotidie] *MS. Peck.* mihi magis quotidie magiſque.

Nocere tibi iratum neminem poſſe perſpicio] *v. c.* nocere tibi iratum neminem perſpicio poſſe.

Jure præſertim] *al.* præſertim jure.

Cur ego te velim incidere in terrores tribunitios] *v. c. N. Scalſ.* cur ego te velim incidere in timores tribunitios?

Quæſtoriis legatis] *al.* Quæſtoris. *vid. Not.*

Qui ſi dignum majoribus ſuis præbuerit] *al.* qui ſi dignum ſe majoribus ſuis præbuerit. *vid. Not.*

Exiſtimavi me ad te oportere ſcribere] *al.* me ſcribere oportere.

P. 117. Sed ſi me audies] *Peck.* ſi me audies.

EPIST. XIX.

Magni enim videbatur intereſſe] *liber vetus Guilielm. & N. Scalſ.* magis enim videb. intereſſe.

Quam nobis ſors tribuiſſet] *Pal. prim. Vatic. Victor. & Grut. ed.* quam nobis fors tribuiſſet.

Conſuetudinem quoque accedere] *Palat. prim. ſec. tert. Græv. prim. Mentel. Amſtelod.* accidere.

Poſtea quam mihi] *ſic Pall. omnes, Amſtelodam. Mentel. Græv. ſecund. & Venet. & Vict. & Gebh. edd. Græv. primus cum vulgatis,* poſtea cum mihi.

Quod etiam nunc vereor] *tert. Palat.* quoniam etiam nunc vereor.

Ne ante quam tu in provinciam veniſſes] *Palat. tert.* quoniam antequam tu in provinciam.

Miſſas litteras in Cilicia] *al.* miſſas litteras in provincia. *vid. Not. al. v. c.* in Ciliciam.

P. 118. Scriptas humaniſſime] *v. c.* & ſcriptas humaniſſime.

Quo ex loco & quo tempore] *ſic Amſtelod. vid. Not.*

Exiſtimavi tamen eſſe faciendum] *al.* exiſtimavi tamen mihi eſſe faciendum. *al.* mihi faciendum eſſe.

Quod item C. Virgilius] *ſic omnes Palat. Grut Guilielm. vulgo* Virginius. *Vatic.* quod idem C. Virginius. *Græv. duo, & N. Scalſ. v. c.* quod item Conſul Virgilius. *Amſtelodam.* quod item Conſul Virginius. *Mentel.* quod idem Conſul Virgilius.

Familiariſſimus noſter] *Peck. & N. Scalſ. codd.* familiaris noſter.

Valet id quidem apud me multum] *v. c.* valet id quidem apud me.

Sicuti debet hominum amiciſſimorum diligens commendatio] *Peck. cod.* ſicuti debet amiciſſimorum diligens commendatio.

Mihi quæſtor optatior] *Lambin.* te optatior.

Quæcunque a me ornamenta ad te proficiſcentur, ut omnes] *ſic MSS. vid. Not. vulgo,* quæcunque a me ornamenta in te proficiſcentur, elaborabo,

rabo, ut omnes intelligant.

P. 119. Sed facilius conſequar] *ſic MSS. vulgo*, ſed id jam facilius conſequar.

LIBER III.

EPIST. I.

P. 121. ITa eſt homo non modo prudens, verum etiam, quod juvet, curioſus] *v. c.* ita eſt homo non modo prudens, verum etiam æquus, & quod vidi, curioſus.

Id & ad brevitatem eſt aptius] *MSS.* id enim & ad brevitatem eſt aptius.

Ad reliquas res providentius] *MS. Stewech. & N. Scælſ.* a. r. r. prudentius.

P. 122. Sic eſt, tibi perſuade] *vid. Not. al.* ſic enim perſuade tibi.

Ex multorum ſermonibus intelligo] *Grut.* ex multarum generationibus ſermonum.

Qua caruimus noſtra conſuetudine & gratia] *in Palat. ſec. & tert. Grut. deſideratur* & gratia.

Et crebritate & magnitudine officiorum meorum ſarciam] *Peck. Stewech. Ven.* & celebritate & magnitud. off. ſ. *quart. Pal.* & c. & m. o. m. ſarcinam.

Non invita Minerva] *Rob. Steph.* non inventa Minerva.

Cum de animo tuo, de ſermonibus, quos de me haberes] *ſic vett. codd. Stewech. Pall. omnes quos Lambinus vidit, Amſtelodam. Mentel. Grævii duo. vulgo*, cum de animo tuo, cum de ſermonibus q. d. m. h.

L. Valerium Juriſconſultum] *prim. Grut.* Lentulum Juriſconſultum. *prim. ſec. Pall.* Jureconſultum.

Sed ita etiam, ſi non eſt Juriſconſultus] *Peck.* ſed etiam ita, ſi non eſt Juriſconſultus.

EPIST. II.

M. T. C. PROCONSUL] *al.* Pro conſule.

Cum contra voluntatem meam & præter opinionem accidiſſet] *v. c. N. Scælſ.* cum contra voluntatem meam, & præter opinionem etiam meam.

Quod neque tibi amicior] *al.* amicicior. *vid. Not.*

Quam maxime aptam] *al.* apertam.

Ea te profecto nunquam fallet] *MSS.* ea profecto nunquam te fallet.

Quæſo & peto] *al.* p. & q. *tert. Pal.* peto & quæſo, quæſo.

Proſpicias & conſulas rationibus meis] *tert. Grut.* proſpicias conſulas rationibus meis.

Provinciam eſſe habendam] *al.* provinciam mihi eſſe habendam.

Quoad ejus facere potueris] *Palat. prim.* quoad vis facere potueris. *Sec. a manu ſecunda, quart. quint. Mentel.* quod equidem facere pot. *Peck. Græv. ſec.* quod quidem fac. pot. *tert.* quod æque f. p. *Grut.* qua ejus fac. pot. *Græv. prim.* quod & facere poteris. *Amſtelodam.* quod facere potueris.

P. 124. Longiorem orationem expectaret] *al.* l. o. expeteret.

Pro ſe ipſa loqueretur] *al.* per ſ. i. l.

Si rationibus meis proviſum eſſe intellexero] *al.* ſi rationibus meis à te proviſum eſſe intellexero. *vid. Not.*

EPIST. III.

A. D. XI Kal. Jun.] *ſic MSS. alii tamen* A. D. XVI. *Palat. tert.* A. d. XVII Kal. Jun.

Q. Fabius legatus] *MSS.* Q. Fabianus legatus. *vid. Not.*

Eaque me ex tuis mandatis monuit, quæ non mihi ad quem pertinebant] *in cod. Stew. non extat*, mandatis. *impreſſi vero addunt* modo. *vid. Not. Lambin.* eaque me tuo mandatu monuit.

P. 125. Id cum Sulpicius Conſul] *al.* id cum Serv. Sulpicius Conſ.

Succeſſori conjunctiſſimo & amiciſſimo] *ſecund. Palat.* ſ. conjunctiſſimo & amantiſſimo.

Pro noſtra conſociatiſſima voluntate] *alii*, pro noſtra conſtantiſſima voluntate erga te. *vid. Not.*

P. 126. Amiciori] *MSS.* amicitiori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Ex iis litteris] *hic initium novæ epiſtolæ in v. cod. Grævii primo.*

Mihi Fabius idem demonſtravit] *codex Guilielmii*, mihi Fabianus idem demonſtravit. *v. c. N. Scalſ. Grævii pr. aliique*, mihi Fabius eidem demonſtr.

Quam minime imminueris] *ſic MSS. alii*, quam minimum.

Senatuſconſulta quæ facta ſunt] *al.* Senatuſconſulto. *vid. Not.*

P. 127. Confido ea eſſe facturum] *al.* c. ea f. *MSS.* confido facturum.

C. Pontinium] *al.* C. Pomptinum. *al.* C. Pontinum.

Quæ primum navigandi nobis facultas data erit, utemur] *al.* cum primum navigandi nobis facultas data erit, ea utemur. *vid. Not.*

Quæ data erit, utemur, Vale] *in codice primo Grævii & Menteliano deſideratur* Vale, *& ſequens epiſtola tota cum hac cohæret, ſicut & in Stewech. Pal. tert. Grut. & alio Guilielmii.*

EPIST. IV.

Prid. Nonas Junii] *codex Guilielm.* Pridie Nonas Junias. *cohæret in multis MSS. cum præcedente epiſtola.*

Quibus erat ſcriptum] *al.* in quibus erat ſcriptum.

Te L. Clodio mandaſſe] *MSS.* te Clodio & Lentulo m. *alii*, te Lentulo & Clodio m. *alii*, te Clodio Lentio. *Grævii primus*, te Lentulo Clodio. *vitii origo eſt ex ignoratione Notæ L.*

Quibus plurimum ſignificare potuero] *MSS.* quibus plurimum ſignificare potero.

P. 128. Cn. filius] *tres Pall.* Gneus felix. *Mentel. Amſtelodam. duo Grævii*, C. filius.

Multis argumentis jam antea judicaram] *MSS. nonnulli*, plurimis argumentis j. a. j. *alii*, multis jam argum. a. j.

Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia] *al.* o. ſummæ n. o.

Nam cum te ipſum] *Peck.* cum te ipſe. *tert. Palat.* cum tu ipſum.

Acceſſerunt etiam conjunctiones] *quinque veteres codices*, acceſſerunt conjunctiones.

Duo enim] *edd.* duos enim.

Filiæ tuæ ſocerum] *prim. Pal.* filia tua.

M. Brutum] *MSS. multi*, meum Brutum. *Mentel.* C. Brutum. *illius origo eſt ignoratio τοῦ* M.

Collegiique conjunctio] *edd.* collegii quoque.

Attuliſſe videtur] *MSS.* attuliſſe videatur. *etiam Amſtelodam. & Grævii duo.*

P. 129. Sed & ſi Clodium convenero] *edd.* ſed ſi Clodium convenero.

Te ut quamprimum videam] *edd.* ut te q. p. v.

Tibi manendi cauſſam eam fuiſſe] *edd.* manendi tibi cauſſam eam fuiſſe.

EPIST. V.

Tralleis veni] *MSS.* Trallis venis.

A. d. VI Kal. Sext.] *edd.* ad XIII Kl. Sext. *alii*, a. d. XVI Kal.

Hominem neminem] *edd.* homine neminem.

Nec mihi amiciorem] *Grut. MS.* amicitiorem.

Lucilium] *MSS. duo* Lucium.

Quæ de noſtris officiis ego ad te ſcripſerim] *Pall. quatuor. Amſtelodam. Mentel. Græv. primus*, quæ noſtris officiis ego ad te ſcripſerim.

Etſi tibi jucunda fuerint] *v. c. N. Scalſ.* etſi tibi jucunda fuerunt. *al.* etſi ea juc. f.

Ex alto repetita ſint] *ſic quatuor Palat. Mentel. Grævii tamen duo, & edd.* ſunt.

P. 130. Supervacanea eſt] *Palat. quat. & Græv. ſecund.* ſupervacua eſt.

Tamen agam, ut debeo gratias] *ſic tres Palat.*

Didici ex tuis litteris te omnibus] *vid. Not.*

Ut mihi conſuleres reſtitueréſque, & præparares] *vid. Not.*

Quo mea ratio facilior & ſolutior eſſe poſſet] *Palat. prim.* quo mea ratio facilior & ſolutior eſſe videretur.

Mihi gratiſſimum eſſe dicam] *ſic MSS. edd.* ducam.

Deinde ut etiam reliqui] *al.* deinde etiam ut reliqui.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Non ſatis eſt perſpectum] *al.* n. ſ. e. perſpicuum.

Nos hoc animo eſſe] *edd.* hoc animo nos eſſe.

Sed hæc fieri melius] *edd.* hoc fieri melius.

Ea res ſic ſe habet] *ſic MSS. Græv. prim.* ea res ſe ſic habet. *edd.* ea res ſic habet.

Libenter me ad eam partem provinciæ] *al.* me libenter ad eam partem provinciæ.

Quod claſſe tu velles decedere perfore accommodatum] *vid. Not.*

P. 131. Si ad illam maritimam partem provinciæ] *ſic MSS. Pal. prim.* ſi ad eam. *edd.* ſi ad Sidam marit. p. p.

Navibus acceſſiſſem] *Grut.* in navibus. *Pall. tert. quart. ignorant* navibus.

Dixi me eſſe facturum] *v. c.* dixi facturum.

Niſi mihi L. Clodius noſter] *tert. Grut. & omnes MSS, quos inſpexit Guilielm. Amſtelod. Grævii duo*, Lucilius Clodius. *Mentel. tamen*, L. Clodius.

Tua ratio poſtea eſt commutata] *Peck. & quart. Pal.* tua ratio eſt poſtea commutata.

Prope Kal. Sextil.] *ſic Palatini. tres, Gruter. Peck. Grævii ſecundus, Mentel. Prim. Palat. Græv. Amſtelod.* propter Kl. Sextil. *edd.* pridie Kl. Sextil.

Ubi perpaucos dies] *vid. Not.*

P. 132. Sed ſi quid nunc me fallit in ſcribendo] *MSS.* ſed ſi quid me nunc fallit. *Palat. tert. Grut. Græv. ſecund.* ſed ſi quid non me fallit.

Procul enim aberam a re ipſa & a locis] *ſic MSS. Medic. Palat. omnes. Grut. Stewech. Amſtelodam. Græv. prim. Mentelianus, Victor. edit. vulgati*, procul enim abſum ab re ipſa & locis. *ſic Græv. ſec.*

Quam celerrime potero] *vid. Not.*

Magni intereſt, ut te videam] *vid. Not.*

P. 133. Mea tamen in te officia omnia conſtabunt] *ſic MSS. optimi & plurimi. alii*, mea tamen in te officia conſtabunt. *edd.* mea tamen in te omnia conſtabunt.

Tibi de noſtris rebus nihil ſum ante mandaturus per litteras] *Pal. ſec.* tibi de noſtris rebus nihil ſum ante dicturus.

Quam deſperaro] *Palat. tert.* quid ſperaro. *Palat. ſec.* deſperabo. *Stewech.* deſperarem. *unde Guilielmius* deſperarim. *Græv. prim.* deſperatam. *ſec.* deſperato. *ſed Amſtelodam. & Mentel.* deſperaro.

Quod te a Scævola petiiſſe dicis] *Peck. Amſtelodam. uterque Grævii* petiſſe.

Quod ſibi a te mandatum diceret] *v. c*, quod ſibi mandatum a te diceret.

Vellem potuiſſet obſequi] *MSS.* potuiſſe. *al.* potuiſſes. *vid. Not.*

EPIST. VI.

P. 134. Si ad Sidam navigaſſem] *tert. Palat.* Cyclam. *Græv. ſecund.* Siclam. *prim.* Siciliam.

Etſi minus dignitatis habebat] *Peck. Stewech.* etſi minime dignitatis habebam.

Tamen ita me dixi facturum] *edd.* tamen me ita dixi eſſe facturum. *&* t. i. m. d. e. f.

Idem ego cum L. Clodium] *MSS. Peck. Amſtelod. Grævii duo*, idem ego cum Lentulum Clodium. *Mentelianus tamen ſtat a vulgata. edd.* idem cum ego L. Clod.

Hominem ita tibi conjunctum] *tert. Palat.* hominem ita conjunctum tibi.

Tunc ille mihi cum gratias egiſſet] *edd.* tunc mihi ille cum gratias egiſſet.

Niſi ego ſucceſſor eſſem] *Stewech. cod.* niſi ſucceſſor eſſem.

Te antea quam tibi ſucceſſum eſſet] *Stewech.* te ante quam tibi ſucceſſum eſſet.

Conſentaneum cum iis litteris] *Stewech.* cum his litteris.

Reſpondi Clodio me ita eſſe facturum] *Peck.* ita eſſe me facturum.

Ita & conſilium mutavi] *vid. Not.*

P. 135. Satis mature ad te eſſe perlatas] *quartus Palatinus*, ſatis mature eſſe perlatas.

Non modo ibi non fuiſti] *MS.* non modo tu ibi non fuiſti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Quo ego te ne perſequi quidem poſſem] *MSS duo*, quo ego te ne proſequi quidem poſſem. *al.* poſſim.

Triginta diebus, qui tibi ad decedendum] *quart. Palat.* triginta diebus illis, qui tibi ad ſuccedendum. Succedendum *eſt in Peck. & prim. edit. Stewech. Amſtelodam. tert. Palat. Mentel. Græv. prim.* ad cedendum.

Ut tuum factum, qui, quo animo inter nos ſimus, ignorant] *edd.* ut tuum factum illis qui quo animo inter nos ſimus ignorant. *MSS. quatuor* ignorent.

Mei conveniendi afferebas] *MS.* afferebas mei conveniendi.

P. 136. Conabantur alienare a te] *MS.* conabantur a te alienare.

Statuere multa, decernere] *edd.* ſtatuere, multa decernere.

Quæ ne ab iis quidem fieri ſolerent, qui brevi tempore ſibi ſuccedi putarent] *MS. prim. Græv.* quæ ne ab his quidem fieri deberent, qui brevi tempore tibi ſuccedi putarent. Tibi *etiam Amſtelodam. habet, & Mentel. pro* ſuccedi *MSS. nonnulli & edd.* ſucceſſum iri. *alii* ſuccedere.

Quæ mihi longa videtur] *ſic Victor. Vatic. Amſtelodam. alii MSS.* quæ mihi longa videretur. *Palat. ſec.* quæ mihi longa videbitur. *Mentel.* quæ mihi jam longa videtur.

Undecim menſium provinciam] *v. c. longe optimus*, undecim menſum prov.

Abeſſe tris cohortes] *ſic MS. edd.* treis cohorteis. *al.* tris cohortis.

Quæ ſint pleniſſimæ] *quint. Palat.* quæ ſint jam pleniſſimæ.

Quod te ubi viſurus ſim neſcio] *edd.* quod te viſurus ubi ſim neſcio.

Ne litteras quidem ullas] *al.* unàs.

P. 137. Cohortis traderes] *ſic MSS. Græv. primus & Mentel. alii*, cohortes traderes.

Quod ne nunc quidem deſpero] *vid. Not.*

Ego ut me tibi amiciſſimum eſſe] *Peck. & Græv. ſecund.* ego ut me quidem tibi amiciſſimum eſſe.

Et ut habere rationem poſſis] *edd.* ut tu habere rationem poſſis. *Mentel.* & ut habere orationem.

Ego in provinciam veni] *Græv. pr.* ego in provincia veni.

Kalendas Septembres] *Amſtelodam.* Sextileis.

EPIST. VII.

P. 138. Legati Appiani] *al. MSS.* Apamiani. *al.* Apamæani. *& ep. ſeq.* IX Apamæorum.

Eadem epiſtola petebas] *MSS.* eadem autem epiſtola petebas.

P. 139. Peracute querebare] *Palat. quart.* peracute factum quereb. *v. Not.*

Non illi ad me venire] *v. c.* non ad me illi venire.

Cum dabas iis litteras] *al.* c. d. has l.

A Pauſania Lentuli liberto, accenſo meo] *MSS. nonnulli, ſed recentiores*, a Pauſania Lentuli liberto, & a Cæſonio. *Grævii primus; aliique*, a. P. L. l. acceſſu meo. *Amſtelodam.* a. P. L. l. ac. ceſſonito. *Mentel.* a Pauſania Lentuli liberto Ceſonio. *prim. & tert. Pal.* a P. L. l. acceſſo meo. *v. c.* N. *Sc.* a P. L. l. ac Coſſo meo a. *al.* a P. L. lib. in acceſſu meo.

P. 140. Te ſecum eſſe queſtum] *MSS. duo*, ſecum te eſſe queſtum.

Nec poteſt fieri me quidquam ſuperbius] *tert. Palat.* nec poteſt fieri quidquam ſuperbius.

Secunda fere vigilia] *Palat. ſec.* ſecunda fere vigilia noctis.

Altera Q. Leptam] *omnes Pal. Amſtelodam. Grævii duo, Mentel.* alteraque Leptam.

Mandavi utrique eorum] *MSS. tres*, mandavique u. e.

Appio Claudio] *Peck.* C. Appio Clodio.

Præſertim cum in iſto genere] *Peck.* pr. quom i. i. g.

Quid ni? Appius Lentulo] *ſic MSS. edd. vero*, quid? Appius Lentulo.

Cicero Appio noluit?] *al.* Cicero Appio noluit.

Homo, mea ſententia, ſumma] *quatuor Palat. & Græv. ſecund.* homo meas ſentia ſumma. *Græv. prim. Amſtelod.* Gruter.

Gruter. meas ſententias. *Mentel. probe,* mea ſententia.

Plurimo rerum uſu] *tert. Palat.* plurimarum rerum uſu.

P. 141. Viros eos, qui vobis ea reliquiſſent] *MSS. duo*, viros eſſe, qui vobis ea reliquiſſent. *v. c. N. Scælſ.* viros eos, qui nobis ea reliquiſſent.

Poſtea vero quam ita & cepi & geſſi] *vid. Not.*

Ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem] *edd.* ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendam deeſſe putarem. *al.* ut m. n. n. ad hon. neque ad gratiam acquirendam p. *vid. Not.*

Sed parem vobis me ſperavi eſſe factum] *Pal. ſec.* ſed parem ſperavi me vobis eſſe factum.

Tu ſi aliter exiſtimas nihil errabis] *v. c. N. Scælſ.* tu ſi aliter exiſtimas, vide errabis.

P. 142. Ut quid ſit εὐγένεια, quid ſit nobilitas intelligas] *ſic MSS. etiam Amſtelodam. (niſi quod εὐγένεια non expreſſerit, locum ei ſupplendo vacuum, ut omnibus Græcis verbis, relinquens) & Græv. prim. recentiores Mentel. & Græv. ſec.* ut quid ſit excellentia, quid nobilitas intelligas. *edd.* ut quid ſit ἐξοχὴ, quid εὐγένεια intelligas.

Athenodorus Sandonis filius] *Peck. MS.* Anthenodorus Sardonis filius. *MSS. quatuor quibus Gruterus uſus, quatuor Palatini, Amſtelodam. Mentel. Græv. ſec.* & ſi Athenodorus Sandonis filius. *ſed primus Grævii recte tuetur vulgatam.*

Quid de his rebus dicat] *ſec. Palat.* quid de his rebus dixerit.

P. 143. Ut minus mea cauſſa] *v. c. N. Scælſ.* ut mea cauſſa minus.

Dum ego abſim] *Amſtelodam. MS. & edd.* dum ego abſum.

Debere videaris] *v. c. N. Scælſ. Amſtelodam. Græv. ſecund.* debere videris. *Mentel.* videre videbis.

Quam ego tua laborarim] *tert. Palat.* tuus laborarim. *Mentel.* quam ego tua liberavi.

Sin autem natura es φιλαίτιος] *v. c. N. Scælſ.* ſin autem natum eſt φιλαίτιος.

Ut quam in partem tu accipias minus laborem] *v. c. N. Scælſ.* ut quam in partem accipias minime laborem.

Fretus conſcientia officii mei] *edd.* fretus conſtantia officii mei.

EPIST. VIII.

APPIO PULCHRO] *edd.* Appio Pulchro Imp.

Ex tuis litteris intelligere potui] *edd.* ex litteris tuis i. p.

Cum ad urbem eſſes] *edd.* cum ad urbem iſſes.

P. 144. De improborum oratione] *vid. Not.*

Niſi vultu & taciturnitate] *vid. Not.*

P. 145. Ne quid dicatur intelligo] *ſic MSS. edd. vulgo,* nec quid dicatur intelligo.

Meos multos & illuſtris] *ſic MSS. vulgo* illuſtreis.

Ad te vere potuiſſe deferri] *v. c.* ad te potuiſſe deferri.

Multarum civitatum principes ad me detulerunt] *tert. Palat.* multarum civitatum principes ad me detulerant.

Synnadis pro tribunali] *al.* Synnade p. t.

P. 146. In ea enim civitate mentio facta eſt] *ſic MSS. edd.* de ea enim civ. m. f.

Me iſta vidiſſe multis accidere] *Peck.* me vidiſſe iſta multis accidere.

Conſilium totum videri] *tert. Palat.* conſilium tuum videri.

Si qui ſuo ſumtu] *edd.* ſi quis ſuo ſumtu.

Quam ſi cujus aures] *v. c. N. Scælſ.* quam is, cujus aures. *al.* quam ii.

Me exquiſiſſe aliquid] *edd.* me exquiſiviſſe aliquid.

P. 147. In publico orbis terræ conſilio] *al.* concilio.

Ut gratias agerent mittebantur] *Palat. prim. & quart. Amſtelodam. Græv. ſecund.* mittebant. *Palat. tert.* mittebam.

Neque cum edixi] *al.* n. etiam c. e. *al.* n. & cum.

Ne quis injuſſu meo proficiſceretur]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tur] *MSS.* injuſu meo. *alii*, inviſu meo.

Perſequi non poſſent] *unus Guilielmii*, proſequi.

Nam id eſt maxime in tuis litteris irridendum] *ſic MSS. edd.* ridendum.

Principes civitatum a me poſtulaſſent] *ſic MS. prim. Grævii. ſed Amſtelodam. Mentel. Græv. ſec. Palat. quatuor, inter quos primus*, niſi quod principes civitatum mane poſtulaſſent.

Ne in venditionem tributorum] *Lamb.* ne in indictionem tributorum.

P. 148. Non potui in illo ſumtu non neceſſario negligens eſſe] *Vict.* non potui illo ſumtu non neceſſario negligens eſſe.

Si autem hoc genere delectaris] *edd.* ſi autem eo genere delectaris.

Detrahere de tua fama] *edd.* de tua fama detrahere.

Non ad generum tuum Lentulum, neque ad libertum tuum Brundiſii] *MSS.* non ad generum tuum libertum Brunduſii. *alii*, non ad generum tuum Lentulum, neque ad libertum Brundiſii. *Palat. ſecund.* non ad Gneum tuum Lentulum.

Quem in locum me venire velles] *tert. Palat.* quem in locum me venire nolles.

Cum me Laodiceam venire voluiſſes] *Peck. cod.* cum Laodiceam me venire voluiſſes.

P. 149. Synnadis] *MSS. plerique omnes* Synnade.

Sin autem alii tecum loquuntur] *edd.* ſin alii tecum loquuntur.

Quod ſi qui me aſtutiorem fingit] *MSS. Græv. & Amſtelod.* ſi quis m. a. f. *vid. Not.*

Quid poteſt eſſe callidius] *Lambin.* quid poteſt eſſe incallidius. *MSS.* quid poteſt eſſe calidius.

Uſu venturum non arbitrarer] *Palat. ſec.* uſum venturum non arbitrarer. *vid. Not.*

Nunc committere] *prim. & tert. Palat. Græv. duo, Amſtelod. Mentel. edit. Gebb.* nunc committerem.

Si aut legatorum tuorum cuipiam] *ſic MS. Vatic. & edd. Victor. Manut. Lambin. Gebh. MSS:* ſi aut legatorum tuorum quippiam, *aut* quipiam. *dein pro* maledicitur, *MSS.* maledicit. *Grævii tamen primus & Vatic.* maledicitur.

P. 150. Aut in plures] *ſic MSS. duo Palat. Grut. Medic. Vatic. edd. vulgatæ*, aut impurius.

Ut ego ſentio] *Peck. cod.* ut ſentio.

Laceſſivi nunquam] *Peck. cod.* non laceſſivi unquam. *Grævii prim.* laceſſivi umquam.

Sin autem quem mea inſtituta in provincia non delectant] *edd.* ſin autem quemquam mea inſtituta in provincia non delectant.

P. 151. Noſtra ſi anguſtior, etſi de tua prolixa] *ſic MSS. vulg.* noſtra ſi anguſtior erit, etſi de tua prolixa.

De tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid] *MSS optimi & plurimi*, limitabit. *Mediceus & Grævii primus* limavitabit. *al.* elimabit. *edd.* elimavit, *aliæ* delimavit.

Quibus alii moventur, iiſdem ego movear] *unus liber Guilielm.* quibus alii monentur, iiſdem ego monear.

Tibi omnia mea mandata curæ fore] *duo MSS.* omnia mea mandata tibi curæ fore.

Ne quid mihi negotii aut oneris] *MS.* ne quid mihi negotii aut honoris.

Qua mihi nihil poteſt eſſe inimicius] *Pall. quatuor, Gruteri, aliique libri* inimicicius.

P. 152. In agro Mopſuheſtiæ] *vid. Not.*

Neque domum unquam ad me litteras mittam] *MSS. & edd.* neque domum unquam ad meos litteras mittam. *vid. Not. unus liber*, litteram.

EPIST. IX.

P. 153. Tibi tuam priſtinam urbanitatem reddidit] *Peck.* tuam tibi priſtinam urb. red. *Palat. prim.* tibi t. p. voluntatem reddidit.

Unas de legatis prohibitis a me proficiſci] *MS.* unus de legatis prohibitis a me.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

De Appianorum ædificatione impedita] *MSS. Græv. prim. & Amſtelodam. & Mentel.* de Appiorum ædificatione impedita. *Stewech. Gruter. Græv. ſecundus, edd.* de Apameorum æd. imp. *al.* de Apameanorum ædif. imp.

Conſcientia meæ conſtantis erga te voluntatis] *quatuor MSS.* conſcientia mea c. e. t. v. *al.* conſcientiæ meæ.

Cognoſſe te ex iis] *Grut.* cognoſcere te ex iis. *Græv. prim.* cognoſce te ex iis.

Qua in te abſentem fide] *MSS. nonnulli,* qua in te abſente fide. *Græv. prim.* quam te abſente fide.

Me æſtimare putas] *MSS. duo,* me exiſtimare putas.

Si quid inciderit] *MSS.* & ſi q. i. *al.* ſi quid acciderit.

Et ſi vix fieri poſſit] *Græv. prim.* at ſi vix fieri poſſit.

Te parem mihi gratiam relaturum] *Gruter. cod.* perhenni mihi gratia relaturum.

Ego etſi & ipſe ita judicabam] *Peck. cod.* ego etſi ipſe ita videbam. *Palat. tert. & Grut.* ego etſi & ipſe judicabam.

P. 154. Longi ſubſellii] *Gruter.* longi ſubſidii.

Si me diligis, ſi a me diligi vis] *Peck.* ſi me diligis, & ſi a me diligi vis.

Et velim reliquum quod eſt promiſſi] *Peck.* etiam velim reliquum quod eſt promiſſi.

Cum ipſam cognitionem juris augurii] *Peck.* cum ipſam cogitationem juris augurii. *al.* c. i. c. j. auguralis.

Quod autem a me tale quiddam deſideras] *Peck.* quod autem a me tale quid deſideras.

Quonam te remunerer potiſſimum genere] *Peck. & Palat. ſec.* quonam te potiſſimum remunerer genere.

Ut negligens ſcribendo fuiſſe videar] *ſic Vict. ed. & MSS. vulgata edd.* ut negligens in ſcrib. f. v.

Sed etiam ingrati animi crimen] *MSS.* ſed ingrati etiam animi crimen.

Verum hæc videbimus] *MS.* verum hoc videbimus. *al.* verum hæc providebimus.

P. 155. In quo cum difficultas navigandi fuit odioſa] *Peck.* in quo cum navigandi difficultas fuit odioſa.

Tum ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe meas litteras] *ſic MSS. alii,* t. in ipſum d. i. litteras meas.

Sed id feci adductus] *MSS.* id feci adductus.

Ut appellatus imperator ſim] *al.* ut imperator appellatus ſim.

EPIST. X.

P. 156. Cum eſt ad nos allatum] *Palat. ſec.* cum eſt nobis allatum.

Hoc invidorum conſilio eſſe tibi ereptum] *Pal. ſec.* hoc invidorum conſilio tibi ereptum videbam.

Ego enim plane video fore] *Peck.* ego enim video plane fore.

Nervis, opibus, ſapientia tua] *MS. Palat.* venis, opibus, ſapientia tua. *al.* nervis opus ſ. t. *al.* n. o. ſapientiaque tua. *vid. Not.*

Conteſtans omnes Deos] *MSS. nonnulli,* obteſtans om. D. *al.* teſtans o. D.

P. 157. Pro ſalute] *Peck.* pro ſalute tua.

Cari hominis] *al.* clari. *vid. Not.*

Perbreves mihi a te litteras dedit] *al.* perbreveis a te litteras dedit.

Nollem accidiſſet tempus] *MSS.* vellem accidiſſet tempus.

Quanti te] *al.* quanti ego te.

Sed quoniam accidit] *MS.* ſed quando accidet. *al.* q̄m accidet. *al.* qn̄ accidet.

Si quid a me prætermiſſum erit] *al.* fuerit.

Pontinius] *MSS.* Pomtinus. *alii, & plures quidem MSS.* Pomitinus.

158. Benevolentiamque quam debet] *v. c.* benivolentiamque q. d. *v. c. N. Scalſ.* benevolentiamque immortalem.

A me invitiſſimo deceſſiſſet] *ſic MSS. & inter eos Amſtelodam. al.* a me invitiſſime deceſſiſſet. *Græv. pr.* a me diſceſſiſſet. *ſed in margine correctum,*

deceſſiſſet. *v. c.* N. *Scælſ.* a me tam iniquiſſime deceſſiſſet.

Ut vidit intereſſe tua] *al.* u. v. tua intereſſe. *v. c.* N. *Scælſ.* tua ut vidit intereſſe.

Conſcendens jam navem] *nonnulli veteres codd.* conſcenſa jam nave.

Talia te cum ſtudia videam habiturum] *al.* talia cum te ſt. v. h.

Quin tibi amplitudo iſta ſollicitudo, futura ſit] *al.* quin tibi amplitudini i. ſ. f. ſ. *vid. Not.*

Si vero efficis ut cenſores creentur] *edd.* ſi vero effeceris ut cenſor creeris. *vid. Not.*

Quæ de hominum atque ordinum omnium erga te ſtudiis] *Palat.* q. d. h. a. fortuna o. e. t. ſt.

P. 159. Ea tribui] *al.* ea tribui video. *vid. Not.*

Tum vero remanere etiam nunc] *edd.* tum vero etiamnum remanere.

Prope omnium conſenſu] *MS.* prope omnium ſenſu.

Erga fortes & induſtrios viros] *MSS. nonnulli*, erga fortes & induſtrioſos viros. *vid. Not.*

Quæ mihi ipſi una ſemper tributa merces eſt] *MSS. aliquot*, quæ mihi ipſi una eſt ſemper merces tributa. *Græv. prim.* quæ mihi una e. ſ. m. t. *Stewech.* quæ mihi ipſa una e. ſ. m. t.

Tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente] *MSS duo*, tantam temeritatem fuiſſe adoleſcenti. *Amſtelodam.* tantam temeritatem fuiſſe in eo adoleſcenti.

Multa ſcripta ſunt abs te] *MSS. tres*, multa ſcripta abs te.

Ego autem citius cum eo] *edd.* ego autem citius ab eo.

Qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet] *MS.* q. t. i. ſumpſiſſet.

P. 160. Neque enim de meo erga te ſtudio] *v. c.* nec enim de meo e. t. ſt.

Neque id eſt obſcurum] *Peck.* neque enim id eſt obſcurum.

Ubi enim ego] *MS.* ubi ego enim.

Si clam, magis aperte inimicus eſſe] *MSS.* ſic jam magis ap. inimicus eſſem.

Quod ſi eſſem ea perfidia] *omnes MSS. quos Gebhardus vidit, & priſcæ edd.* quod ſi eſſem ex perfidia. *ſic & Amſtelod. & Mentel. Grævii vero primus,* quod ſi eſſem ea perfidia.

In nos hæc conferunt] *Palat. quart.* in nos hoc conferunt.

Ad me adire quoſdam memini, qui dicerent] *MSS.* ad me adire quoſdam memini, nimirum ex Epicteto, qui dicerent. *vid. Not.*

P. 161. Quantum quæque voluit legatis tuis datum induxit] *ſic MSS. & Vict. ed. ſed Pal. prim. & Peck.* quantum quæque voluit legatis tuis datum indixit. *Palat. quint.* quantum quæque voluit legatis tuis, mandatum induxit. *Amſtelodam.* quantum quæque volunt legatis tuis dandum induxit. *Græv. prim.* quantumcumque voluit legatis datum induxi.

Ni, ut ſupra ſcripſi] *edd.* niſi, ut ſupra ſcripſi.

Hoc tuo tempore] *al.* h. toto t.

Cui me a pueritia dedi] *MSS. nonnulli*, cui me a pueritia dedidi.

Aſtutum & occultum juvat fingere] *MS. Medic. Victoriana & Gebhard. edd.* aſtutum & occultum lubet fingere. *al.* a. & o. libet fingere. *Palat. quart.* occultum ut juvat libet fingere. *al.* juvet. *vid. Not.*

P. 162. Quod ad indicandum odium apertiſſimum ſit] *duo Palat. & Gruter.* quod ad indurandum od. ap. ſ.

Ad nocendum leviſſimum] *v. c.* quod ad nocendum leviſſimum.

Inimicum mihi fuiſſe cognoſſem] *edd.* inimicum mihi fuiſſe cognoviſſem. *duo Pal.* i. m. f. cognoſcerem.

Cum te Puteolis proſequerer] *Peck. MS.* cum te proſequerer Puteolis.

Diligentia mea vicerim] *MSS.* diligentia mea vincerem.

Quod ſi eſt maxime aſtuti] *MS. Grut.* quod ſi id maxime aſtuti.

Omnia ad ſuam utilitatem referre] *v. c.* omnia ad utilitatem ſuam referre.

Quam hominis nobiliſſimi] *v. c.* quam nobiliſſimi hominis. *Peck. MS. & ed. prim.* cum hominis nobiliſſimi.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Quæ tamen ego omnia] Tamen *non habent quinque libri veteres.*

Quid? illa vincula, quibus quidem] *MS. Peck.* quot illa vincula, q. q.

P. 163. Quis unquam tanti quenquam fecit] *MS.* quis unquam quenquam tanti fecit.

Socerum filiæ tuæ] *MS.* ſocerum tuæ filiæ.

Mihi per illum reſtitutum puto] *MS.* mihi per illum reſtituta puto.

Si illa amoris atque officii ſigna] *ſic Vatic. Palat. tert. Grut. Græv. prim. Mentel. alii tamen*, ſi ulla amoris atque officii ſigna. *ſic Amſtelod. & edd.*

Quibus ille me rebus non ornatiſſimum voluit] *vid. Not. in nonnullis libris deeſt* rebus.

Tulit contentionem meam] *tert. Palat.* tulit intentionem meam.

Adverſanti interdum actionibus ſuis] *ſic MSS. & Victor. ed. Gruter. MS.* adverſitante. *vulgo edd.* adverſantem.

P. 164. Ne quæ me illius temporis invidia] *ſic Vict. & MSS. vulg.* ne qua m. i. t. i.

Cum armis denique texit ſuis] *Palat. tert.* c. a. d. detexit ſuis.

Hujus igitur filius] *Grut. ſec.* hujuſmodi igitur filius.

Quamque jucundus intelligam] *quatuor Pal. & Grut.* quamque jucundus intelligebam.

Cum præſertim eas ad me is litteras miſerit] *MSS.* cum præſertim ad me eas is litteras miſerit. *quart. Pal.* cum præſertim ad me is litter. miſ. *ſecund.* cum p. eas de me is l. m.

Placarer tamen] *duo Pall.* placaret tamen.

Nunc ea quæ a me profecta] *ſic Victor. ed. Vat. quart. Pal. Amſtelod. al.* n. e. q. a me perfecta, quæque inſtituta ſunt. *al.* profecta, quæque conſtituta. *Græv. pr.* nunc ea quæ ante profecto quoque inſtit. ſunt.

EPIST. XI.

P. 166. A te epiſtolæ duæ] *Peck. MS.* epiſtolæ a te duæ.

Q. Servilius Tarſo] *deeſt* Q. *in nonnullis MSS.*

Permultum ante certior factus eram] *MSS. quatuor*, permultum antea c. f. e.

Non quo quiſquam aliter putaſſet] *al. edd.* non quod quiſquam aliter putaſſet.

Lætiora fecerunt mihi tuæ litteræ] *MSS. duo*, lætiora fecerunt mihi litteræ tuæ.

Videbar tibi gratulari] *edd.* tibi videbar gratulari.

Induſtriæ, virtuti tribuuntur] *MSS.* i. v. attribuuntur.

Quia mihi ipſe aſſentor] *edd. al.* quia ipſe mihi aſſentor. *MSS. multi*, aſſentior.

Mihi quoque ipſi tribui puto] *MSS.* mihi quoque ipſi tributum puto.

An de majeſtate? ad rem nihil] *al.* an majeſtatem ad te nihil.

Alteram auxiſti] *ſic Græv. prim. & Pall. ſed Amſtelodam. & Stewech. MSS. Vict. Gebh. edd.* alterum auxiſti.

P. 167. (Ut Sylla voluit) ne impune in quemvis declamare liceret] *pr. Palat. duo Græv. Amſtelodam. & Mentel.* & ſis ulla voluit, ne is quemvis impune declamari liceret. *niſi quod in uno eſt pro* ſic, ſi. *& pro* is, in. *vid. Not.*

Qui enim facta aut non facta largitio ignorari poteſt] *Amſtelod.* quod enim facta, nec non facta largitio ignorari poteſt. *Rob. Steph. ed.* qui enim facta nec ne facta largitio ſit.

Tuorum autem honorum curſus cui ſuſpectus unquam fuit?] *Stewech. MS.* t. a. h. c. cui conſpectus u. f.

P. 168. Tales tutores] *MSS.* talis tutores.

Tum alterius omnium ſæculorum] *ſic MSS. edd.* tum maxime alterius omnium ſæculorum.

De mercenariis] *MSS.* mercennariis.

Niſi jam factum aliquid eſt per Flaccum] *al.* niſi jam aliquid factum eſt p. F.

Valde mihi eſt grata] *al.* valde eſt mihi grata.

Pericula leviora] *MS.* pericula leniora.

Omnes

Omnes vires civitatis] *MS.* omnes viros civit.

Ad Pompeii ductum applicaverunt] *MS.* ad Pompeii dictum ap. *alias*, ad Pompeii ductum applicavere.

Per te notum eſſe voluiſti] *omnes Palat. Grut. Stewech. Amſtelodam. Mentel. Græv. ſec. ed. prima*, perite notum eſſe voluiſti. *ſed Græv. primus recte*, per te notum eſſe voluiſti.

Nunc tamen, ut ipſe polliceris, pro auguralibus libris, orationes] *al.* nunc tamen pro auguralibus libris, ut ipſe polliceris, orationes.

Cui mandata ad me dediſti] *ſic MSS. & Victor. ac princ. ed. al.* cui m. a. m. dederas.

P. 169. Sed ſi eæ litteræ] *al.* ſed ſi hæ litteræ. *vid. Not.*

Libet enim mihi jocari] *al.* libet mihi jocari. *al.* libet enim jocari.

Si jam es cenſor] *al.* ſi jam cenſor es.

EPIST. XII.

Gratulabor tibi prius] *MSS. duo*, gratulor tibi prius. *Græv. prim.* gratulor tibi primum.

Ita enim rerum ordo poſtulat] *Stewech.* enim ita rerum ordo poſtulat.

Abſolutum eſſe te] *edd.* abſolutum te eſſe.

Quo vir clarior] *Peck.* quo vir induſtrior. *Grut.* quo clarior, quo fortior amicus es.

P. 170. Abſconditam malevolentiam] *ſemper ſcribunt veteres libri*, malivolentiam *ut* benivolentiam.

Non horum hominum atque morum negotium] *Peck.* non h.h. a. m. negotium fuit. *v. c. Scalſ.* n. h. h. a. m. negotium eſt.

Suſcipe pauliſper meas partes] *Peck.* ſ. p. m. partis.

Et eum te eſſe finge] *Pal. prim.* etenim te eſſe finge.

Qui ſum ego] *Græv. prim.* quis ſum ego. *al.* qui ego ſum.

Proſpere evenire] *Pal. prim.* perſæpe evenire.

Quæ me inſciente facta] *Pal. prim.* quæ inſciente facta. *v. c. N. Scalſ.* quæ mihi inſciente me facta ſunt.

Ut agerentur eo tempore] *v.c. Scalſ.* illo ut agerentur tempore.

Spero omnino cum aliqua felicitate & opto] *v. c. Sc.* ſpero omnino vim aliqua felicitate omnia, & opto.

P. 171. Tua ſapientia & humanitas] *Grut.* tua patientia & humanitas.

Neque enim triſtius dicere quicquam debeo ea de re] *Palat. tert.* n. e. t. d. q. debes. *al.* debeo eam in rem.

Ominibus optimis proſequeris] *tres Pall.* omnibus optimis proſequeris.

Neque non me tamen mordet aliquid] *v. c. Scalſ.* neque non tamen me mordet al.

In quo unum vereor] *Stewech.* in quo unum non vereor. *al.* in quo unum modo vereor.

Ea quæ geſta ſunt] *Græv. prim. Palat. ſec. Vict. ed.* ea quæ geſta ſint.

Ab aliis eſſe geſta] *edd.* ab illis eſſe. *vid. Not.*

Vides ſudare me, jamdudum] *MSS. plurimi*, vides ſuadere me. *idem error eſt in Propert. MSS.*

Et te non offendam] *al.* ut te n. o.

Sic habeto tamen] *vid. Not.*

Decedenti mihi, & jam imperio] & *deeſt in Peck. al.* dec. mihi, imp.

P. 172. Etenim videbatur eſſe commotus] *Peck.* etenim eſſe videbatur commotus.

Nihilo ſum factus] *tert. Grut.* in nihilo ſum factus.

Diligentior ad declarandam benevolentiam multo] *edd.* diligentior quidem ad d b. m.

Sic affinitas novam curam mihi affert] *edd.* ſic affinitas nova curam m. a.

EPIST. XIII.

P. 173. Nullum onus officii cuiquam reliquum feciſſe] *al.* nullum munus officii cuiquam r. f.

Propter quæ hæc laborantur] *edd.* elaborantur.

Quanti ego omnes tuos facio, uti tu meos facere poſſes] *ſic MSS. edd. & nonnulli MSS.* ut, quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere poſſes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſes. *Grævii prim.* ut, quanti ego o. t. f. uti t. m. f. p. *Amſtelodam.* ut quanti ego o. t. f. tanti t. m. f. poſſis.

P. 174. Sed hoc nihil ad te] *Peck.* ſed ad te nihil.

Cenſorem jam te eſſe ſperabam] *Peck.* Cenſorem te jam eſſe.

Eo brevior eſt hæc epiſtola] *v. c.* eo brevior eſt hæc epiſtola mea. *Peck.* eo brevior eſt epiſtola.

LIBER IV.

EPIST. I.

P. 175. CAius Trebatius] *Græv. pr.* cum Trebatius.

Ad me ſcripſit te ex ſe quæſiſſe] *Peck. & prim. ed.* ad me ſcripſit te exquiſiſſe.

Moleſteque te ferre] *Lamb.* moleſteque ferre.

P. 176. Aliquid opis occidenti reipublicæ] *in quint. Pal. eſt ad marginem,* aliquid opis ruenti reip.

Cognoram enim jam abſens] *MS.* cognoram jam enim abſens.

Multo ante providentem] *prim. Pal.* multo jam providentem. *al.* prævidentem.

Idem ipſe ſentirem] *Peck. tert.* ipſe idem ſentirem.

Rudis eſſe videbar] *MSS.* rudis etſi videbar. *Gebhard. ed.* rudis (etſi videbar) in cauſſa.

Nunc, quoniam nihil jam videbimur poſſe opitulari reipublicæ] *edd.* nunc quoniam nihil videmur poſſe opitulari reip. *MSS.* n. q. n. v. opitulari reip. poſſe. *alii*, opitulari poſſe reip.

Nemo eſt omnium] *MSS. duo*, nemo eſt hominum.

Præcepta te fugiunt] *quinque Pall. & Grut. Amſtelodam. Mentel.* præcepta fugiunt. *male. Grævii vero primus optime cum editis*, præcepta te fugiunt.

P. 177. Ut te imitarer] *multi MSS.* ut te invitarem.

Me cum rogaret] *al.* cum me rogaret. *al.* cum me rogaſſes.

Res videas, quo modo ſe habeat] *vid. Not.*

Non modo quid ſperem; ſed vix jam quid audeam optare] *al.* n. m. quod ſperem, ſ. v. j. quod a. o.

P. 178. Cujus jam etiam nomen] *MS.* cujus etiam jam nomen. *al.* cujus jam nomen etiam invit. *al.* cujus & jam nomen inv.

Trebatioque mandavi] *al.* Trebatio mandavi.

Ut ſi quid tu eum velles ad me mittere] *Pal. quart.* ut ſi quid tu eum velles ad me mittere rectum. *al.* mandavi, ſi quid tu e. vell. ad me m. *al.* mandavi, ſi quidem.

Si quem tuorum fidelium voles] *duo MSS.* ſi quem voles fidelium tuorum.

Ego tantum tibi tribuo] *al.* ego tibi tantum tribuo.

Quantum mihi fortaſſe arrogo] *MSS.* tantum mihi fortaſſe arrogo.

Quidquid nos communi ſententia ſtatuerimus] *al.* quidquid nos de communi ſententia.

EPIST. II.

P. 179. A. D. III Kal. Maias] *MSS.* A. D. XVI Kl. Maias. *alii*, A. D. XIII Kl. Maias.

Cum abs te mandata haberet] *MSS.* cum abs te mandatum haberet.

Poſtquam litteras tuas legi] *Peck.* poſtquam tuas litteras legi.

Quod etiam mecum —— egerunt] *al.* qui etiam.

Niſi quod rectum honeſtumque ſit] *MSS. nonnulli, ſed recentiores,* niſi quod rectum honeſtiſſimumque ſit.

Cum optime ſentiremus] *al.* cum idem ſentiremus.

Qua cum ipſi Cæſari nihil eſſet utilius] *vid. Not.*

P. 180. Res deducta ſit vides] *v. c. N. Scalſ.* res deducta ſit, optime vides.

Qui exitus futurus ſit] *MS.* qui exitus futurus.

Ergo aut probare oportet ea quæ fiunt] *MSS. duo*, ergo aut probare oportet quæ fiunt. *al.* te ergo aut probare oportet e. q. f. *Amſtelodam.* ſi te rogo aut probare op. e. q. f. *v. c. Scalſ.* ſic ergo aut prob. o. e. q. f.

Quorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Quorum altera] *ſic meliores & vetuſtiores libri*, *nonnulli tamen MSS*. quarum altera.

Reſtat ut diſcedendum putem] *MS*. reſtat ut deſcendendum putem. *Græv. prim*. reſtat ut diſcendum p. *in quinque veteribus libris non habetur verbum* putem.

Nihil enim conſtitui poteſt] *v. c.* nihil enim conſtrui poteſt. *v. c. Scælſ.* nihil enim conſtruere potes, quo non incurras i. m. a. d.

Quod non incurrat] *Græv. prim.* quod incurrat.

In magnam aliquam difficultatem] *Pal. tert.* in magnam difficultatem aliquam.

Tu, ſi videbitur, ita cenſeo facias] *tert. Palat.* tu videtur. *v. c. N.Scæ'ſ.* tu, ſi videtur, ita ſentio, facias.

Si habes jam ſtatutum] *vid. Not. Mentel.* tu ſi habes jam ſtatutum.

Conſilium tuum cum meo] *al.* conſilium meum cum tuo.

Superſedeas hoc labore itineris] *al.* ſuperſedeas labore itineris. *al.* ſuperſedeas tu lab. it.

EPIST. III.

P. 182. Proſpexi tempeſtatem futuram] *Pal. quart.* præfixi tempeſtatem futuram.

Etſi enim abſui magnam partem] *MSS.* etſi enim afui magnam partem. *al.* afui per magnam partem.

In hoc peſtifero bello cavendo & prædicendo] *Pal. quart.* in h. p. b. c. & prædicando.

Ut & illa timerent, quæ meminiſſent] *v. c.* ut & illa timerent quæ immerent.

Et ſcirent cum ſuperiores] *quinque codd. vett.* & ſentirent, cum ſuperiores.

Nullo tali exemplo] *MS.* nulli tali exemplo.

P. 183. Et aliquid addunt] *MSS.* ſed aliquid addunt.

Adeo multa addunt & afferunt de ſuo] *Pal. ſec.* offerunt. *Vatic.* multa addunt ut afferant de ſuo. *al.* ad. multum a. & off. de ſ.

In tantis tenebris & quaſi parietinis reip.] *al.* perditivis, *al.* perpetinis. *vid. Not.*

Vix conſolabilis dolor] *Palat.* res conſolabilis dolor.

Ad levandas moleſtias] *Grut.* ad levandas muctas.

A multis & magnis moleſtiis abes] *al.* a multis ac m. m. a.

P. 184. Mihi videris meliore eſſe conditione] *al.* melioris conditionis.

Iis de rebus, quibus levari poſſent] *MS.* de iis rebus quibus levari poſſent.

Nec minima ſolatia] *MS.* neque m. ſ.

Ut quidem ego ſentio multo maxima] *ſic MSS. optimi & plurimi. alii vero nonnulli & edd.* & ut quidem ego ſentio multo maxima. *Græv. prim.* aut quidem ego ſentio multo maxima. *Peck.* & ut equidem ſentio.

Quæ ego experiens quotidie] *al.* quæ ego ipſe experiens quotidie.

Aliud nihil in quo acquieſcamus] *duo MSS.* aliquid nihil in quo acquieſcamus.

Tali vel ſcientia vel natura præditum] *MSS. tres*, tali vel ſcientia vel ſapientia præditum.

Ut ad eas te referas artes] *al.* arteis.

Neque in foro viderem] *al.* viderim.

Inprimiſque hac, in qua ego me ſcripſi acquieſcere] *al.* & inprimis in hac, in qua me ego ſcripſi.

A me vero ſic diligitur] *Peck.* a me vero ita diligitur.

Cum me colat & obſervet] *ſic MSS. editi vulgo*, quod me colat & obſervet.

EPIST. IV.

P. 185. Quatenus aut negligentia, aut improbitate] *MSS.* quatinus aut n. a. i.

Illam partem accuſationis] illam *deeſt in tert. Pal.*

P. 186. Nec noſco, nec probo] *al.* nec agnoſco, nec probo. *vid. Not. in quibuſdam libris deſideratur* agnoſco, & noſco.

Εἰρωνεύεσθαι enim non eſt neceſſe] *MS.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

MS. *Græv. prim.* EPANITH enim non eſt neceſſe.

Sed tamen idem (nec hoc εἰρωνευόμενος)] *MS.* I. *Græv.* ſed tamen idem nec hoc eiρaνeiomenos. *Mentel.* ſed tamen idem nec hoc expiat homo. nec.

Id tibi nullo modo aſſentior] *Græv. prim.* id tibi nullo adſentior modo.

Ita perculſa & proſtrata] *Pall. duo,* ita præcluſa & proſtrata. *Græv. prim.* ita percluſa & proſtrata.

Quod tu quid doleat ſcribere audes] *al.* quod tu quid doleas ſcribere audes. *vid. Not. al.* audeas.

Nos ne id quidem tuto poſſumus] *MSS.* nos ne id quidem tute poſſumus.

Uno te vicimus] *q. v. codd.* uno te vincimus.

P. 187. Sic fac exiſtimes] *MS.* ſic fas exiſtimes.

Cœptum eſt de jure publico] *duo v. c.* cœptum ſit de j. p.

Ne hominis quidem cauſſa negaturum] *MSS. nonnulli* ne ominis quidem cauſſa. *vid. Not.*

Cunctus conſurgeret] *tres MSS.* cunctus ſenatus conſurgeret.

Cæſari gratias egiſſent] *al.* gratias Cæſari egiſſent.

P. 188. Meque metuo] *MS.* neque metuo.

Quod erat unum ſolatium] *ſic MSS. edd.* quod erat unicum ſolatium.

Quoniam effugi ejus offenſionem] *al.* quando effugi ejus off.

Tamen ita hoc ſtudium] *a v. c. abeſt particula* ita.

P. 189. Ut ſi Romæ ſis, nihil præter tuos delectare poſſit] *ſic MSS. plurimi & antiquiſſimi. editi vero,* ut ſi Romæ ſis, te nihil præter tuos delectare poſſit.

Si alterutrum neceſſe ſit] *MS. Vatic. Vict. & Gebhard. edd.* ſi alterum utrum neceſſe ſit.

EPIST. V.

P. 190. Sane quam pro eo ac debui] *MSS.* ſane pro eo ac debui.

Communemque eam calamitatem exiſtimavi] *MSS.* communemque calamitate eam exiſt.

Coramque meum dolorem tibi declaraſſem] *MS.* coramque declaraſſem dolorem tibi meum.

Etſi genus hoc conſolationis miſerum atque acerbum eſt] *MSS.* etſi genus hoc conſolationis miſerrimum atque acerbum eſt. *vid. Not.*

P. 191. Per quos ea fieri debet] *ſic Græv. prim. aliique. vid. Not. Amſtelod. Mentel. aliique complures,* per quos ea fieri debent. *al.* per quos id f. debet.

Id conari poſſunt] *edd.* id conari queunt.

Uti magis ipſi] *edd.* ut magis ipſi.

In mentem mihi venerunt] *al.* in m. vener. mihi.

Quod tanto opere te commoveat] *ſic Græv. prim. Vatic. Vict. ed. alii codd. & edd.* quod tantopere te commoveat.

Cogita quemadmodum adhuc fortuna] *v. c.* c. q. fortuna adhuc.

P. 192. Aut qui non illis rebus] *al.* aut quid non illis rebus.

Callere jam debet] *al.* jam callere debet.

Omnia minoris exiſtimare] *ſic MSS. quatuor. vulgo impreſſi,* om. m. æſtimare.

An illius vicem, credo, doles] *MS. Græv. prim.* an illius vicem doles. *al.* a. i. v. cedo d. *vid. Not.*

Quoties in eam cogitationem neceſſe eſt & tu veneris] *al.* q. i. e. c. n. eſt ut tu veneris.

Et nos ſæpe incidimus] *al. omittunt* &.

Ætatem gereret] *ed.* ageret. *vid. Not.*

Ex hac juventute generum diligere] *ſic MSS. edd.* deligere. *Grut. cod.* eligere. *Ven.* delegere.

P. 193. Liberos tuto committere putares. An ut ea liberos] *MS. Græv. prim.* liberos tute committere putares ut ante filios liberos.

Ea liberos ex ſe ſe pareret] *MSS. nonnulli,* pararet. *al.* ea libertos ex ſe ſe p.

Quos cum florentes videret] *Græv. ſec.* quos cum florentis ætatis videret.

Rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Rem per ſe tenere poſſent] *al.* rem pro ſe t. p.

Honores ordinatim petituri eſſent in rep.] *Lamb. & al.* honores ordinatim in rep. petituri eſſent.

In amicorum negotiis libertate ſua uti] *edd.* i. a. n. l. ſ. uterentur. *Amſtelod.* in a. n. liberalitate ſua uti.

Quod non prius quam datum eſt, ademtum ſit] *edd. non habent* eſt.

Malum niſi hoc pejus ſit] malum *non habent nonnulli veteres libri.*

Tibi dolorem minuere poſſit] *MSS.* poſſet.

Megaram verſus navigarem] *Palat. duo*, Megaron verſus n. *tres al. Pall. & Grut. Stewech. Grav. prim. Amſtelodam.* Megarem.

Ante Megara] *tres Pall. Grut. Stew. Grav. prim. Amſtelod.* ante Megare.

194. Dextra Piræeus] *Palat. tert.* Pireus. *Pall. duo & Stewech.* Pyrus. *unde Guilielm.* Pylus *ex conjectura.*

Nunc proſtrata & diruta ante oculos jacent] *MSS.* n. p. & dirupta a. o. j.

Item nos homunculi indignamur] *ſeptem MSS. & edit. prima Veneta*, en nos homunculi indignamur. *Palat. tamen & Gravii primus, nec non Victorii edit.* item n. h. i. *Medic.* hem nos homunculi indignamur.

Cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant] *MSS.* jacent. *Grav. prim.* jacerent.

Tot viri clariſſimi] *Pal. pr. & Grav. prim.* tot viri cariſſimi.

Tanta deminutio facta eſt] *al.* diminutio.

Si jactura facta eſt] *al.* ſi jactura facta ſit.

Tanto opere commoveris] *al.* tantopere commoveris.

Si hoc tempore non diem ſuum obiſſet] *al.* ſi hoc tempore non diem ſuum obiiſſet.

195. Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam avoca] *MS.* etiam ab hiſce tu rebus animum ad cogitationem avoca. *vid. Not.*

Illam, quam diu ei opus fuerit, vixiſſe] *MS.* illam quam diu fuerit opus ei, vixiſſe. *edd.* fuerat *pro* fuerit, *quod omnes MSS. præ ſe ferunt.*

Quid eſt quod tu, aut illa] *MSS. nonnulli*, quid quod tu aut illa.

Queri poſſitis] *duo Pall. Grut.* queri poſſis.

Qui aliis conſueris præcipere] *ſic MSS. edd.* qui aliis conſueveris præcipere.

Neque imitare malos medicos] *ſic Vatic. Medic. Grav. prim. vulgat.* neque imitari malos medicos.

Tenere ſe medicinæ ſcientiam] *al.* ſe tenere medicinæ ſcientiam.

Ipſi ſe curare non poſſunt] *MS.* poſſent.

Ea tute tibi ſubjice] *al. omittunt* ea. *vid. Not.*

Atque apud animum propone] *Pal. ſec.* atque animum propone.

Minuat atque molliat] *MSS.* minuat ac molliat.

Ac non ei rei ſapientia tua occurrere] *MSS.* ac non ei ſapientia tua occurrere.

Quod ſi qui etiam inferis ſenſus eſt] *ſic Vatic. & Grav. prim. al.* quod ſi quis et. i. ſ. eſt.

Qui illius in te amor fuit] *al.* qui illius amor in te fuit.

P. 196. Pietaſque in omnes ſuos] *MS.* pietas in o. ſ.

Ac familiaribus] *al.* & familiaribus.

Si qua in re opus ſit] *MS.* ſi qua in re opus eſt.

Finem faciam ſcribendi] *MSS.* finem ſcribendi faciam.

Laudem apiſci] *ſic Med. Vatic. Pal. codd. Vict. & Gebh. edd. Gravii, Amſtelodam. Mentel. & plures alii codd.* adipiſci. *vid. Not. Man.*

Quod ad me attinet] *Pal. ſec.* quod ad memet attinet.

Cum te tranquilliore animo eſſe cognovero] *Stewech. MS.* cum te tranquilliorem eſſe animo cognoro, *pro* cognovero *eſt & in aliis libris.*

De iis rebus] *MSS.* de his rebus.

Quemadmodumque ſe provincia habeat] *v. c. N. Scalſ.* quemadmodum quoque ſ. p. h.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPIST. VI.

P. 197. Quod litteris lectis] *ſic Vatic. Græv. prim. ac tres alii codd. nec non edd. Vict. Gebh. vulgati codd. & edd.* litteris tuis lectis.

Aliquantum acquievi] *ſic mſſ. vulgo* aliquantulum acq.

Et quam ſuum talem erga me animum] Et *deſideratur in mſ.*

Cujus officia jucundiora ſcilicet ſæpe mihi fuerint] *vid. Not.*

Non oratio tua ſolum] *MS.* non ratio tua ſolum.

Sed etiam auctoritas conſolatur] etiam *deeſt in nonnullis codd.*

Ut tu tali ſapientia præditus] *MS.* ut tali ſap. præd. *al.* ut tu tali ſcient. præd.

Qui duo ſeptem diebus] *ſic mſſ. & Vict. ac Gebh. edd. vulgo* duos.

Veſter Gallus] *ſic mſſ. & edd. Vict. & Gebh. vulgo,* noſter Gallus.

P. 198. Ut eorum luctum ipſorum dignitas conſolaretur] *al.* ut eorum tam, *vel* eorum tum. *vid. Not.*

Mihi autem amiſſis ornamentis] *in duobus mſſ. deeſt* autem.

Nihil in foro agere libebat] *ſic mſſ. al.* licebat.

Omnes me & induſtriæ meæ fructus] *MS. prim. Græv.* omnis tuæ & induſtriæ meæ fructus. *Alii etiam mſſ.* omnis.

Cum quibuſdam eſſe communia] *edd.* cum quibuſdam aliis eſſe communia.

Cum frangerem jam ipſe me cogeremque illa ferre] *MS. Grut.* cum frangerem jamque ipſe me cogerem illa ferre. *extat quoque* cogerem *ſine* que *in tribus Palatinis.*

Quæ conſanuiſſe videbantur recrudeſcunt] *MSS. duo Græv. Amſtelodam. Mentel. omnes Pall.* quæ conſenuiſſe videbantur recrudeſcunt. *vid. Not.*

P. 199. Quem a rep. capio] *Stew. mſ.* quem e rep. capio.

Major mihi levatio afferri nulla poteſt] *vid. Not.*

Qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus] *MS.* qua r. n. tradendum ſ. h. t.

Ut perſpexiſſe videor] *ſic mſſ. edd.* ut perſpexiſſe mihi videor.

Nec a me alieni] *MS.* nec mihi alieni.

Magnæ eſt tamen deliberationis] *ſic Victor. & Gebh. edd. & nonnulli mſſ. alii tamen cum edd. tum mſſ., inter quos Græv. prim. & Amſtelodam.* magnæ tamen eſt delib.

Illius conceſſu] *al.* illius conſenſu.

EPIST. VII.

P. 201. Multo ante videris] *Græv. prim.* m. a. videres.

Conſulatum magnificentiſſime atque optime geſſeris] *edd.* qui conſulatum m. a. o. g. *MS. Græv. prim.* conſulatum magnificentiſſime atque optime geſſeris.

Semperque ſumme diffidere] *MS.* ſemper ſumme diffidere. *Vatic.* ſemper ſummæ diffidere.

Simul abjeciſti certandi cupiditatem] *v. c. N. Scælſ.* ſimul abjeciſti & certandi iniquitatem.

Extrema non libenter perſequi] *MSS.* extrema libenter non perſequi. *al.* proſequi. *vid. Not.*

Hique ſe in Africam contulerunt] *al.* hi ſe in Africam contulerunt. *al.* & hi ſ. i. A. c. *al.* ut ii, qui in Africam ſe contul. *MS. Græv.* hii, qui ſ. in A. c. *Vatic. Grut.* hique qui ſ. i. Af. co. *prim. Pal.* iique ſ. i. A. c. *Pal. quint.* hi qui ſ. i. A. c.

P. 202. Victori ſe ſe crediderunt] *MSS. & edd.* ſe victos eſſe crediderunt. *vid. Not.*

Ad tuas fortunas omnes] *Græv. pr. & prim. Pal. aliique* omnis.

Sed tamen ſi jam ita conſtituiſſes] *al.* ſed tametſi jam i. c.

Quiete & libere vivere] *v. c. N. Scælſ.* quiete & pacifice vivere.

P. 203. Ut terrarum orbem complexa ſit] *al.* ut orbem terrarum c. ſ.

Etiamſi oppetenda mors eſſet] *Pal. prim.* etiamſi appetenda mors eſſet.

Omnes qui te diligunt] *Stewech.* omnes qui te intelligunt.

Qui tenet rempublicam patietur] *al.* qui tenet rempublicam pateretur.

Hic te unius ſollicitudines] *v. c. N. Scalſ.* hoc te etiam un. ſoll.

Unius etiam multæ] *v. c. N. Scalſ.* unius multæ etiam.

Nos cura & dolore proximi ſumus] *v. c. N. Scalſ.* nos cura & labore p. ſ.

Jus adeundi] *v. c. N. Scalſ.* quod jus abeundi.

Cum ipſi deprecatione eguerimus] *ſic mſſ. Amſtelodam. Mentel. Græv. aliique. vulgo* deprecatore.

Marcello non deſumus] *al.* non defuimus.

EPIST. VIII.

P. 204. Maximi animi hominem unumque fortiſſimum] *Pal. ſec.* maximi animi virum, hominem fortiſſimum. *mſſ.* maximi animi hominem, virumque fortiſſimum. *ſic & MSS. Græv. vid. Not.*

Ut adſim præſto] *edd.* ut ſim præſto. *prim. ed.* ut aſim præſto.

Omnia debere tua cauſſa, quæ poſſim, ſed ea] *MSS. non habent* quæ poſſim. *vid. Not.*

P. 205. Illud tamen vel tu me monuiſſe] *MSS.* illud tamen multum me monuiſſe.

Tu quoque animum inducas] *al.* t. q. in animum inducas.

Quæ eſt domeſtica ſede jucundior] *ſic mſſ. al.* qui eſt domeſtica ſede jucundior.

Dignitates hominum] *ſic mſſ. ed.* dignitatem hominum.

Redeo ergo ad unum illud] ergo *deeſt in antiquo libro.*

Me tuum eſſe, fore cum tuis] *ſic mſſ. in edd. deſideratur* eſſe. *Grut.* forte cum tuis.

P. 206. Si minus, me certe in omnibus rebus] *ſic mſſ. edd.* ſin minus.

EPIST. IX.

Etſi perpaucis ante diebus dederam Q. Mutio litteras ad te] *multi MSS.* Q. Nuncio. *prim. Græv.* Q. Multo. *v. c. N. Scalſ. & Mentel.* etſi peractis ante diebus dederam nuncio litteras ad te. *quidam libri habent*, etſi perpaucis diebus ante d Q. M. l. a. t.

P. 207. Iiſdem igitur de rebus] *Grut.* iiſdem etiam de rebus. *Græv. pr.* iiſdem ergo de rebus.

Cum idem illud auribus percipias] *al.* cum illud idem a. p.

Semper ſapientis eſt habitum] *al.* ſemper eſt ſapientis habitum.

Quod non multo ſecus fieret] *MS.* quod multo ſecus fieret.

Cum omnium noſtrum conjunctum eſſe periculum ſuo cerneret] *vid. Not.*

P. 208. Eum magis communem cenſemus in victoria] *al.* eum cenſemus magis communem in vict.

Incertis rebus] *ſic Vatic. al. mſſ.* incertis in rebus. *al.* ceteris in rebus. *Pal. duo*, certis in rebus.

P. 209. Vobis auctoribus] *al.* nobis auctoribus.

Impotentioreſque reddit] *MS.* impudentioreſque reddit.

Etiamſi natura tales non ſint] *MS.* etſi natura tales non ſint.

Etiam invito] *MS.* & invito.

In minimis tuas res ponere] *al.* in minimis res tuas ponere.

P. 210. Non iſſe ſupplicem victori] *vid. Not.*

Vide ne ſuperbi ſit] *al.* vide ne ſit ſuperbi.

Et ſi rep. non poſſis frui, ſtultum eſt nolle privata] *v. c.* ſtulti ſit. *al.* ſtulti nol.

Caput eſt illud] *al.* caput illud eſt.

EPIST. X.

P. 211. Etſi nihil erat novi, quod ad te ſcriberem] *ſic mſſ. vulgo*, etſi nihil novi, quod ad te ſcriberem, habebam.

Tarda deceſſio] *al.* diſceſſio. *in mſ. primo Grævii* diſceſſio, *ſed emendatum erat manu ſecunda*, deceſſio.

Prorſus tibi ignoſcerem] *al.* tibi prorſus ignoſcerem.

Idque in omnes partes valeret] *ſic Vatic. Victor. ed. alii mſſ.* atque in omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

omnes partes valere. *al.* idque in omnes partes valere.

EPIST. XI.

P. 212. Plurimum valuiſſe apud me tuam ſemper auctoritatem] *ſic mſſ. al.* plurimam v. a. m. t. ſ. a. *v. Manut.*

Non ſolum conſilium daret, ſed precibus quoque me obſecraret] *v. c. N. Scalſ.* non ſolum conſilium daret, ſed precibus quoque me oneraret.

Quod ab optimo fit animo] *ſic mſſ. al.* quod optimo fit animo.

Hoc mihi multo jucundius eſt] *al.* hoc multo mihi jucundius eſt.

Propinquorum ac neceſſariorum] ac *deſideratur in v. c.*

In hoc mihi gratulor] *ſic mſſ. vid. Not.*

Re tibi præſtabo] *in nonnullis libris deeſt* re.

EPIST. XII.

SERVIUS SULPITIUS M. CICERONI S. D.] *vet. cod. Med.* SERVIUS SULPITIUS CICERONI SALUTEM PLURIBUS VERBIS. *ſic & Amſtelodam. Grævii primus nullam hic habet inſcriptionem. Mentel. ſtat pro vulgata.*

Non jucundiſſimum nuntium me vobis allaturum] *MS. Græv. prim.* non jucundiſſimum me nuntium vobis allaturum. *al.* n. j. n. me tibi all.

Quoniam caſus & natura in nobis dominatur] *MSS.* quoniam caſus & natura in bonis dominatur. *edd.* quoniam caſus & fortuna in nobis dominatur. *al.* in bonis.

P. 214. Vos certiores facere] *ſic mſſ. al.* vos certiores ut facerem.

A. d. x Kal. Junias] *al.* ad v Kal. Jun.

Poſtero die cum ab eo digreſſus eſſem] *Græv. prim.* Poſtero die ab eo digreſſus cum eſſem.

Supra Maias] *vid. Not.*

In Italiam verſus navigaturus erat] *al.* Italiam verſus navigaturus erat.

Circiter hora decima noctis] *MSS. ſic. edd.* circiter horam decimam noctis.

P. Poſtumius] *MSS.* Poſtumius *omiſſo* P. *vid. Not.*

P. 215. A P. Magio Cilone] *al.* a Publio Magio Chilone.

Familiare ej.] *ſic mſſ. vulgo* familiari.

Qui hæc nuntiaret] *al.* qui hoc nuntiaret.

Rogaret uti cogerem medicos] cogerem *non eſt in vetuſtis libris. vid. Not.*

Mortem afferret] *MSS.* offerret.

P. 216. Neque tamen id antea cuiquam conceſſerant] *al.* nec tamen id a. c. c.

Uti in quo vellemus gymnaſio] *al.* ut in quo vellemus gym. *mſſ. nonnulli,* ut quo vellemus gym.

Gymnaſio eum ſepeliremus] *MSS.* eum gymnaſio ſepeliremus.

Poſteaque curavimus] *al.* poſtea quoque curavimus.

Ut iidem Athenienſes] *MSS. duo,* ut eidem Ath.

Monumentum ei marmoreum] ei *deeſt in duobus libris.*

Vale. D. Pr. Kal. Jun. Athenis] *ſic mſſ. editiones vulgatæ,* Vale. Datæ pridie Kal. Jun. Ath. *in multis veteribus abeſt,* datæ pridie. *in aliis,* II Kal. Jun. *Grævii primus,* Obiit prid. Kal. Jun. Athenis.

EPIST. XIII.

P. 217. Certa res nulla] *ſic Palat. prim. & duo alii, ut & Græv. prim. al.* ulla.

Tempus eripuerat] *v. c. N. Scalſ.* tempus jam eripuerat.

Ne quid tale ſcribere poſſem] *MS. pr. Græv. & al.* ne quid tibi tale ſcribere poſſem. *al.* ne quid ſcribere poſſem.

Aut omnino cogitare] *MS.* aut animo cogitare.

Quod pollicerer non erat] *MS. pr. Græv.* quid pollicerer non erat.

P. 218. Pari fortuna abjectus] *al.* pari fortuna afflictus. *Grut.* abictus. *Pal. quint.* adjectus.

Nulla me ipſum privatim pepulit inſignis injuria] *MS.* perculit. *al.* pepulerit. *al.* pepulerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Tamen nihilominus eis conficior curis] *vid. Not.*

Ut ipſum, quod maneam in vita] *ſic mſſ. edd.* ut hoc ipſum, quod maneam in vita.

Sed etiam video] *ſic Stewech. Pal. tert. Gruter. Mentel. Vatic.* ſed etiam id video. *al.* ſed ipſum video. *Grav. prim. cum vulgatis*, ſed etiam id ipſum video. *Amſtelodam.* ſed etiam ipſe video. *Pal. tert.* ſed & video.

Quibus nos olim] *mſ.* quibus non olim.

Nunc iis omnibus caremus] *mſ.* nunc his o. c.

Cum ceteris, ut quidem videor] *mſ.* tum ceteris, ut quidem videor.

Tum mihi ipſe diſpliceo] *al.* tum ipſi mihi diſpliceo.

P. 219. Aut obſcuris hominibus] *Pal. tert.* haut obſcuris hominibus.

Maxima quondam gratia] *prim. Pal.* proxima quadam gratia.

Ne benigne quidem polliceri poſſum] *Vatic. & Palat. prim.* poſſim.

Quia curo] *Vatic.* quia cura.

Fortaſſe ſemper fore] *mſſ. nonnulli,* fortaſſe ſemper non fore.

Videor mihi perſpicere] *prim. Palat.* videor mihi proſpicere.

P. 220. Quaſcunque vires habebit] *al.* quoſcunque viros habebit. *vid. Not.*

Quod primo omiſeram] *mſſ.* primo quod omiſeram. *al.* quod prius om.

Nam & complectar ejus fam.] *Grav. prim.* complector. *edd.* amplectar.

In ipſius conſuetudinem —— inſinuabo] *al.* inſinuabor.

Putabo ad id quod volumus pervenire poſſe] *al.* perveniri.

Quod ego meum malim eſſe] *al.* quod ego malim meum eſſe.

Ut te orem & obſecrem] *mſſ.* ut te horter & obſecrem. *vid. Not.*

Studioque peperiſti] *mſſ.* reperiſti. *Pall. duo* percepiſti.

EPIST. XIV.

P. 222. Bene & feliciter evenire] *al.* bene ac fel. e.

Si quod ſentias aut re efficere poſſis] *vid. Not.*

Ne veſtigium quidem ullum eſt reliquum] *al.* ne veſtigium quidem eſt ullum reliquum. *al.* relictum.

Agiturque præclare] *mſ.* agitur præclare.

Si noſmet ipſos regere poſſumus] *edd.* poſſimus.

Hæc me tum vidiſſe] *al.* hoc me tum vidiſſe.

Videbamque quanto periculo] *ſic Grav. aliique codd. mſſ. duo* videbam quanto periculo.

Si viciſſent ii] *al.* ſi ii viciſſent.

Intelligebam tamen] *al.* tamen intelligebam.

Et iratorum hominum] *mſ.* iratorum hominum.

Qui me hæc prædicentem] *al.* prævidentem.

Certe ſcio] *ſic mſſ. al.* certo ſcio.

Sed ego tam miſero tempore] *al.* quod ego t. m. t.

EPIST. XV.

P. 223. Accepi perbrevis tuas litteras] *mſ. Grav.* accepi perbrevis litteras tuas. *Pal. ſec.* accepi perbrevis tuas epiſtolas. *Pal. tert. Grut.* accepi perb. epiſt. *al.* acc. breves ep.

P. 224. Sed hoc ſcieram] *ſic mſſ. vid. Not.*

Ad id meas litteras accommodaviſſem] *al.* accommodaſſem.

Quæ exiſtimavi ſcribi oportere] *vid. Not.*

De me præſtare poſſum] *mſ.* de me autem p. p.

LIBER V.

EPIST. I.

P. 225. NEc abſentem ludibrio læſum iri] *vid. Not.*

P. 226. Debebat vel familiæ noſtræ dignitas] *mſſ.* debebat tamen vel familiæ noſtræ dignitas.

Vel meum ſtudium erga vos remque publicam ſatis ſublevare] *v. c. N. Scalſ.* vel meum erga vos remque publicam ſtudium ſublevare.

Nec majorum noſtrum clementia admi-

adminiſtraſtis] *al.* adminiſtratis. *vid. Not.*

Te tam mobili in me meoſque animo eſſe non ſperabam] *v. c. N. Scalſ.* etſi mob. i. m. m. a. eſ. n. ſ.

A rep. abducet] *v. c. N. Scalſ.* ab rep. abducet nec ſeparabit. *mſ. prim. Græv.* ab rep. abducet.

EPIST. II.

P. 227. A te propinquos tuos, quibus negare non potuiſſes] *mſſ. nonnulli*, a te propinquos, quibus negare potuiſſes.

Diſpertitum officium fuiſſe] *Grut.* diſpartitum of. f.

Quantoque in errore verſatus eſſem] *mſſ. & edd.* quantoque mœrore verſatus eſſem. *vid. Not.*

Non injucunda, & mediocris] *al.* non jucunda ſed mediocris.

Mediocris quidam eſt riſus conſecutus] *ſic mſſ. Græv. & aliorum. edd.* mediocris quidem eſt riſ. conſ.

In errorem meum] *mſ.* merorem. *al.* mœrorem. *al.* honorem.

P. 228. Quod me abs te cupiiſſe laudari] *al.* quod me ab te cup. laud.

Tibi ipſe levior videar eſſe] *al.* tibi ipſe lenior videar eſſe.

Nihil dico de ſortitione veſtra] *MSS.* ſortione. *al. mſſ.* ſortitione noſtra.

Quod ea præſcriptione eſt] *ſic mſſ. al.* quod ea perſcriptione eſt.

P. 229. De reconciliata noſtra gratia] *al.* de reconciliata gratia noſtra.

Quæ nunquam imminuta eſt] *vid. Not.*

Primum hoc velim exiſtimes] *MSS.* primum velim hoc exiſtimes.

Ut mihi ignoſcas] *ſic Pall. omnes. Grut. Peck. Vat. Græv. prim. edd. Vict. & princeps Ven. vulgo*, peto ut mihi ignoſcas.

Nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri] *al.* nihil me etiamnum tecum d. t. f. i. c.

P. 230. Ab injuria deterrerent] *ſic mſſ. al.* detererent. *al.* detinerent. *ad marg. Pal. quint.* provocarent. *edd.* detraherent.

Quod te audiſſe certo ſcio] *vid. Not.*

In aliquo magiſtratu] *vid. Not.*

P. 231. Quod populus idem magna voce] *Lamb.* quod populus item.

P. 232. Ut de illa mente deſiſteret] *al.* ut ab illa mente deſiſteret.

In concione dixerat] *al.* dixerat in concione.

Dicendi ipſi poteſtatem fieri non oportere] *Græv. prim. & ſecund. ac Palat. quart. quint.* adiciendi. *Palat. ſec.* abiciendi. *prim. & Grut.* ad dicendi. *Amſtelodam.* additiendi. *Palat. tert.* ad dicendum ipſi. *Mentel. vulgatam tuetur*, dicendi ipſi p. f. n. o. *vid. Not.*

Et magiſtratus ac ſenatum trucidare] *in edd. deſideratur* &c.

A. d. tertium Nonas Jan.] *MSS duo*, ad tertium quoque Non. Jan.

Quis eſſet qui me in conſulatu non caſu] *MSS.* quis eſſet qui in conſulatu me non caſu.

Sin autem aliquid impertivit] *MS.* ſin autem impertivit aliquid.

P. 233. Si humanitas appellanda eſt] *MSS.* ſi humanitas appellanda 'ſt. *mſ. Græv.* ſi humanitas appellanda ſit.

Nulla eſt a me unquam] *MS.* nulla 'ſt a me unquam.

Addam & illud etiam] *ſic mſſ. vulgo*, addam illud etiam.

Ut Senatuſconſulto] *al.* ut SC.

Quia tuus frater erat] *MSS.* quia tuus frater eſt. *al.* quia tuus frater.

Tuo, atque exercitus tui auxilio] *MSS.* tuo tuique exercit. auxilio.

In ejuſm. cauſſa utendum fuiſſe] *vid. Not.*

P. 234. Me ut tibi amiciſſimum eſſe intelligeres] *MSS. nonnulli*, me autem tibi amiciſſimum eſſe laboravi.

De noſtra benivolentia detraham] *ſic mſ. Græv. & aliorum. edd.* de noſtra benevolentia detrahatur. *ſec. Pal.* d. n. b. detrahat.

EPIST. III.

Ut ſunt leves ab ejuſmodi homine] *al.* u. ſ. l. hujuſmodi homines. *al.* leves ab hujuſmodi hom. *vid. Not.*

P. 235. Tametſi bis eum invitum ſervavi] *MSS.* tametſi eum invitum ſervavi.

De meis rebus] *ſic mſſ. omnes quos Gebhardus & Græv. vidit. vulgo edd.* de me meiſque rebus.

Ad Lollium perſcripſi] *al.* ad Læliumperſcripſi. *al.* præſcripſi.

De rationibus provinciæ] *ſic mſſ. edd.* de rationibus etiam provinciæ.

EPIST. IV.

Itaque ad te litteras ſtatim miſi] *MSS. nonnulli*, itaque litteras ſtatim miſi.

P. 236. Quam in ſenatu habuiſſes] *MSS. quinque*, quam in ſenatum habuiſſes. *Palat. quart.* quam ſenatu habuiſſes. *Grævii vero, Mentel. Amſtelodam. codd. ſtant pro vulgata.*

Ad te ſcribere ſum conatus] *al.* ad te ſcribere ſum coactus.

Ut tuos mecum ſerves potius] *vid. Not.*

Propter arrogantem crudelitatem] *Pal.* per arr. cr. *al.* propter arrogantiam & crudelitatem.

Alienas ut contra remp. confirmes] *Pal. ſec.* alienas vero ut c. r. c.

P. 237. Revocare tempus omnium reſervandorum] *ſic quatuor Palatini, quatuor quos Græv. vidit. Vict. Gebh. edd. al. edd. & unus Manut. mſ.* revocare tempus omnium conſervandorum.

EPIST. V.

Non quo eas intelligerem] *al.* non quod eas intell. *Græv. cod.* non quos eas intell.

P. 238. Mirum nemini videri debeat] *ſic mſſ. ed.* mirum nemini videri debet.

Nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam] *al.* a te. *mſ. duo*, nullam mihi abs te relictam eſſe gratiam. *unus*, redditam.

Tu es optimus teſtis] *MS. prim. Græv.* tu optimus teſtis.

Contra enim eſſe aliquid abs te profectum] *MS.* contra enim eſſe aliquid abs te perfectum. *al.* confectum.

Ne forte id ipſum verbum ponam] *MSS. duo*, ne forte jam ipſum verbum ponam.

Quod abs te ajunt falſo in me ſolere conferri] *vid. Not.*

P. 239. Ceteri exiſtimant] *ſic Vat. tres Pall. Græv. prim. Vict. ed. al.* ceteri exiſtiment.

Multo majus meum ſtudium] *MS.* multo majus ſtudium meum.

Sin ingrata eſſe ſentiam] *v. c. Lambin.* ſi autem ingrata eſſe ſentiam.

Ut tibi ipſe inſanire videar] *MS.* ut tibi ipſi inſ. v.

Si quid in te reſidet amoris] *al.* ſi quid reſidet in te amoris.

Id omne in Pomponii] *MS. Peck.* id eſſe in Pomponii.

Hoc mihi nihil gratius facere potes] *al.* hoc mihi gratius facere nihil potes.

EPIST. VI.

P. SEXTIO L. F. PROQUÆSTORI] *al.* P. Seſtio. *al.* P. Sextio L. F. Procoſ. *Mentel.* L. Flacco Coſ. *al.* Publio L. F. Procos. *alius*, P. L. Lucii filio. *al.* Publio Procos.

Cum ad me Decius librarius veniſſet] *ſic mſſ. vulgo*, cum ad me Decius librarius tuus veniſſet. *Pal. tert.* cum ad me Decius de tuis librarius. *al.* cum ad me Decius libertus tuus veniſſet.

P. 240. Q. Fuſium] *al.* C. Fuſium.

Cogerem potius mihi credere] *al.* cogerem mihi potius credere.

Emi eam ipſam domum XXXV] *alii.* emi eam ipſam domum millibus nummum tricies quinquies. *Mentel.* emi eam ipſam domum XXXV millibus ſexticiis. *Antiq. codex quem Corr. vidit.* emi eam ipſam domum diebus XXXV. *vid. Not.*

Si quiſquam recipiat] *vid. Not.*

Me excludunt] *al.* excludunt me.

Aperte vindicem conjurationis oderunt] *Pal. quart.* aparte v. c. o.

Nec putant ei nummos deeſſe] *Pal. ſec.* nec putant eos nummos deeſſe.

P. 241. Omnino ſemiſſibus magna copia eſt] *al.* homini ſemiſſium. *v. Not.*

Ut bonum nomen exiſtimer] *ſic mſſ. vulgo*, ut bonum nomen adeptus exiſtimer. *barbare.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPIST. VII.

242. Quantam ego ſemper omnibus] *MS.* quantum e. ſ. o.

P. 243. Si quando non mutue reſpondetur] *ſic Vatic. tert. Palat. Stew. Græv. prim. Amſtelod. mſſ. princ. Vict. Gebh. edd. vulgo* mutuo. *al.* ſi quando mutuo non reſp.

Parum mihi adjunxerint] *ſic mſſ. Vat. Pal. quart. Græv. prim. Amſtelod. Vict. vulgo* adjunxerunt.

Nos inter nos conciliatura] *Stewech.* nos inter nos conſiliatura.

Ac ne ignores] *MSS. tres*, at ne ignores.

Quod vererere] *ſic Vatic. duo Pall. Grut. mſſ. Victor. & Gebhard. edd. ſed Palat. tert. Stewech. Amſtelod.* quod verere. *Græv. prim.* quod ve verebare. *Mentel.* verebare, *ut edd.*

Me non multo minorem quam Lælium] *ſic mſſ. vulgo*, me non multo minorem quam Lælius fuit. *Vict. edd. & Vat. mſ.* tamen non multo minorem quam Lælium.

Facile & in rep. & in amicitia adjunctum eſſe] *ſic mſſ. vulgo*, facile tibi & in rep. & in am. adj.

EPIST. VIII.

P. 244. Omnis tui ſcripſerint] *ſic mſſ. Græv. prim. Pal. prim. Vatic. vulgo*, omnes tui perſcripſerint.

Quod ſilentio poſſet præteriri] *MS.* quod ſilentio poſſit præteriri.

P. 245. Quanta nunquam antea ulla in cauſſa] *Grut.* quanta nunquam antea nulla in cauſſa. *v.c. Scalſ.* quanta nulla antea cauſſa.

Ut florentiſſimis tuis rebus] *al.* ut in florentiſſimis tuis rebus.

Mea perſpici poſſet] *Pal. tert.* mea proſpici poſſet.

Non repentina aliqua voluntate aut fortuito] *MS.* ac fortuito.

P. 246. Neque meam tibi obſervantiam] *al.* neque tibi meam obſervantiam.

Si quæ interciderunt] *ſic mſſ. edd. vero*, ſi qua interciderunt.

Non tam re quam ſuſpicione violata] *ſic optimi mſſ. vulgo*, non tam re quam ſuſpicione violenta.

Is enim tu vir es] *MS.* is enim vir tu es.

Tribuendum eſſe nobis putes] *al.* tribuendum nobis eſſe putes. *al.* tribuendum nobis putes.

Etiamſi multi mecum contendent] *MSS. nonnulli*, e. m. m. contenderent. *unde Lamb. conjicit*, contenderint.

Quos quidem ego ambo] *ſic mſſ. vulgo*, ambos.

In Marco benevolentia impari] *al.* in Marco benevolentia pari.

P. 247. Sanctiſſime eſſe obſervaturum diligentiſſimeque eſſe facturum] *ſic tres Pall. Vatic. Grut. Græv. prim. Amſtelodam. ed. Vict. Gebh. vulgo*, ſanctiſſime eſſe obſervaturum, diligentiſſimeque facturum. *ſic Mentel. Palat. vero quart. & Steweeh.* ſanctiſſime obſervaturum, diligentiſſimeque eſſe facturum.

Hoc ad te ſcribere] *MSS. duo*, hæc ad te ſcribere.

Sin autem quippiam aut a te eſſem admonitus] *ſic mſſ. vulgo*, ſin quippiam aut a te eſſem admonitus.

Fruſtra ad me detuliſſe] *al.* ad me fruſtra detuliſſe.

Hoſpitum, clientium] *Vat.* hoſpitium, clientium. *al.* hoſpitum, clientum.

Meo labore minuatur] *Pal. quint.* in eo lab. m.

EPIST. IX.

VATINIUS IMP.] *ſic mſ. vulgo*, P. VAT. IMP. *vid. Not. Amſtelod.* ANTONIUS IMP.

S. V. B. E. E. V.] *al.* Si vales bene eſt, ego valeo.

Cliens advenit] *al.* ad te venit. *vid. Not.*

Qui pro ſe cauſſam dicier vult] *ſic mſſ. al.* qui pro ſe cauſſam dicere vult.

Malivolorum] *al.* malevolorum.

Obtrectationes & invidias] *al.* obtr. & injurias.

Suſcipe me totum] *Vat.* ſuſcipe me me totum.

Atque hoc quicquid eſt oneris] *MS.* atque quicquid eſt oneris.

P. 249. Tibi tuendum ac ſuſtinendum putes] *MS.* tibi tuendum ſuſtinendum puta.

Obtrectatores invenire] *MS.* inveniri.

Non meo quidem me hercules merito] *ſic Vat. Pal. prim. Vict. ed. al.* mehercule. *& ſic Græv. lib. prim.*

Si qui forte fuerit] *ſic Græv. prim. & Vict. ed. vulgo*, ſi quis forte fuerit.

De rebus noſtris geſtis] *ſic mſſ. vulgo*, noſtris de rebus geſtis.

Tuus ſervus anagnoſtes fugitivus] *MS. prim. Græv.* tuus ſervus añ annos III fugitivus. *Amſtelod.* tuus ſervus ana naſtes fugitivus.

Cum Vardæis eſſe] *Græv. lib. prim.* cum Vardæi ſe eſſe. *Amſtelodam.* cum Hardæcis. *al.* Vardæcis. *al.* Vardacis. *Pal. prim.* Varda eis.

Niſi ſi in Dalmatiam auſugerit] *ſic Vatic. Palat. prim. Grut. Amſtelod. Vict. ed. vulgo*, niſi in Dalm. auf. *Græv. prim.* ni in Dalm. auf.

A. d. v Idus Quintiles] *al.* ad tertium Idus Quinctileis. *mſ. prim. Græv.* L. D. V. I. D. Quintiles. *Amſtelodam.* L. D. V. L. D. Quintiles.

Ex caſtris Narona] *Græv. prim.* ex caſtris Narbona.

EPIST. X.

S. V. B. E. E. V.] *al.* Si vales bene eſt, ego quidem valeo.

Quod illinc ejecit] *MS.* quod illuc ejecit.

Sed tamen non deſiſtam] *al.* & tamen non deſiſtam.

De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti] *MS.* de Caliſtio neſcio quid ad me ſcripſiſti.

Apage te cum noſtro Sexto Servilio] *Græv. pr.* ea peragite cum noſtro Sexto Servilio. *Amſtelod.* Apagete cum noſtro Servilio.

Hujuſmodi cauſſas recipitis] *Pal. quart.* hujuſmodi cauſſas vos recipitis.

Hominem unum omnium crudeliſſimum] *duo mſſ* hominem unum hominum crudeliſſ.

Qui tot ingenuos, matres familias] *ſic mſſ. Græv. prim.* qui tot ingenuos patres familias. *vulgo*, qui tot ingenuas matres familias, *quod & in recentioribus extat mſſ.*

Arripuit, diſperdidit] *al.* rapuit, d.

Simius non ſemiſſis homo] *ſic mſſ. Palat. prim.* ſimus non ſemiſſis homo. *Græv. prim.* ſeminis non ſemiſſis. *Amſtelodam.* ſumus non ſemiſſis homo. *al.* ſi minus non ſævus ſit. *al.* ſi minus non ſervus ſit. *vulgo*, ſimul vero ſemiſſis homo.

P. 251. Et eum bello cepi] *tres mſſ.* & eum bello cepit.

Quæ tu mi imperas] *ſic Palat. & Gravii primus, ut & Vict. ed. vulgo*, quæ tu mihi imperas.

Actiones expoſtulant] *al.* actione expoſtulant. *vid. Not.*

Si mehercules Appii os] *al.* ſi mehercule Ap. os.

In cujus locum ſuffectus ſum] *MSS. nonnulli*, in cujus locum effectus ſum.

P. 252. In eo maxima ſpes eſt] *ſic mſſ. vulgo*, in eo maxime ſpes eſt.

Nam ſi hoc expectandum eſt] *ſic Vatic. Græv. prim. Medic. vulgo*, nam ſi hoc expectandum ſit.

In omnis partes] *ſic mſ. Græv. al.* in omnis partis. *al.* in omneis parteis.

Vale. Data Nonis Decembribus, Narona] *MS. Græv.* Vale. D. N. D. NARBONA. *Amſtelodam.* Vale D. N. Decem. Narona. *alii*, Vale. Nonis Decembribus, Narona.

EPIST. XI.

Grata tibi mea eſſe officia] *al.* grata tibi eſſe officia mea.

Habuiſti modo gratiam] *al.* gratiam modo habuiſti.

Cum Sura noſtro] *MS.* cum Surra noſtro.

Non laborioſa mihi, & honeſta videbantur] *MSS.* non laborioſa mihi. ſed honeſta videbantur.

Duces eum captivum in triumpho] *MSS.* duces eum captum in triumpho. *al.* duces eum in triumpho captum.

Dal-

Dalmatis dii male faciant] *duo mſſ.* Dalmaticis dii male faciant. *al.* Dalmatias d. m. f.

EPIST. XII.

L. LUCCEIO] *al.* LUCEIO.

Quæ nunc expromam abſens] *al.* q. n. exponam abſens. *vid. Not.*

P. 255. Quod etſi mihi ſæpe oſtendis te eſſe facturum] *duo mſſ.* quod & mihi oſtendis eſſe facturum te ſæpe.

Celerrime res noſtras] *Palat. prim.* celeres rumores.

Neque enim me ſolum] *ſic Vatic. Vict. alii*, non enim me ſolum.

Vel ut auctoritate teſtimonii] *ſic Vict. al.* ut vel auctoritate teſtimonii.

Vivi perfruamur] *MS.* divini perfruamur.

A te pæne eſſe perfectam] *al.* pæne a te eſſe perfectam.

Quin te admonerem ut cogitares] *MSS. quart. Pall. Grut. Amſtelod.* admonerem cogitare. *ſed Græv. prim. & Mentel. ſtant pro vulgata.*

Cum reliquis rebus] *ſic Vat. Græv. prim. aliique. mſſ. edd.* cum ceteris rebus.

P. 256. Tu quoque item civilem] *duo mſſ.* tu quoque ita civilem.

Externiſque bellis ſejungeres] *Pal. quart.* exteriuſque bellis ſejungeres. *tert. & quint.* externiſque bellis non ſejungeres.

Quam impudenter faciam] *Græv. prim. & alii mſſ. duo*, quam imprudenter.

Non tantopere videntur] *Vatic.* non tanto opere videntur.

Ut ornes ea vehementius etiam, quam fortaſſe ſentis] etiam *deſideratur in prim. Pal.*

A qua te deflecti] *al.* a qua te affici. *vid. Not.*

P. 257. Ea ſi me tibi vehementius commendabit] *quatuor mſſ.* ſi me tibi vehementius commendabit. *Amſtelod.* eaque ſi me t. v. c.

Quam concedet veritas, largiare] *ſic mſſ. Vatic. Medic. Græv. prim. pluresque alii. vulgo*, quam concedit veritas larg.

Quod ſi te adducemus] *Pal. quart.* quod ſi te adduceremus.

Erit ut mihi perſuadeo] *MSS.* erit mihi perſuadeo: *ſed antiquus Græv. pro vulgata ſtat, quam male mutavit Gebhard.*

Digna facultate & copia tua] *MS.* d. f. & copia.

Civilium commutationum ſcientia] *MS.* civilium commutatione ſcientia. *al.* civilium commutationum ſententia.

Ut conſueſti] *al.* ut conſueviſti.

In legendo ſcripto retinere poſſit] *al.* in leg. ret. p. *vid. & Not.*

P. 258. Caſus alienos ſine ullo dolore intuentibus] *MS.* caſus autem alienos ſ. u. d. i.

Non cum quadam miſeratione delectat] *duo Pall.* non cum quadam delectatione miſerat. del. *al. mſc.* non cum miſeratione quadam del. *al.* non cum quadam commiſeratione del.

Qui tum denique ſibi avelli jubet ſpiculum] *MS. prim. Græv.* quin tum denique ſ. a. ſ. *Pal. prim.* qui cum denique ſ. a. j. ſ.

Poſtea quam ei percontanti] *tres Pall.* poſtquam ei percontanti. *al. ſcribunt* percunctanti. *Grav. prim.* percuntanti.

Cujus ſtudium in legendo non erectum] *MS. Pal.* cujus ſtudium non rectum. *duo al.* ereptum. *Stewech.* erectu. *unde Guilielm. conjicit* Erechthei.

Themiſtocli fuga redituque retinetur] *Græv. prim.* Themiſtocli fugam reditumque retinetur. *Amſtelod.* Themiſtocli fuga reditumque retinetur. *al.* Themiſtoclis fuga. *Pal. prim.* Themiſtocles fuga. *pro* retinetur, *Stewech. Grut. Palat. quint.* tenetur. *vid. Not.*

Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet] *MS.* etiam ordo i. a. m. n. r.

P. 259. Jucundiſſima lectionis voluptate] *ſic Amſtelodam. aliique mſſ. vulgo* jucundiſſimæ. *Grav. prim.* jocundiſſim.

Quo mihi acciderit optatius] *ſic mſſ. Vat. Græv. prim. vulgo*, quod mihi acciderit optatius.

Qui quid ſis neſcias] *Græv. prim.* quicquid neſcias. *tres Pall.* qui ſis neſcius. *Grut. & tert. Pal. Amſtelod. Mentel.* qui ſcis neſcius. *al. mſſ.* qui qui ſis neſcias. *al. edd.* quicquid ſcis neſcias.

P. 260. Atque illi artifices] *al.* atqui illi artifices.

Nihilo ſint obſcuriores] *vulgo*, nihilo ſunt obſ. *vid. Not.*

Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus] *ſic mſ. Græv. prim. aliique. ſed al.* neque enim minus eſt Spartiates ille Ageſilaus perhibendus. *Pal. tert.* prohibendus. *al.* probandus.

Omnes imagines omnium ſtatuaſque ſuperavit] *ſic mſſ. vulgo*, omnes imagines hominum ſt. ſ. *vid. Not.*

Quam ſi in ceterorum] *Pal. quart.* quam ſi incertorum.

P. 261. Sicut Timoleonti a Timæo] *Pal. tert.* ſicut illi duci Timoleonti a Timæo.

Sed etiam auctoritas clariſſimi & ſpectatiſſimi viri, & in reip. maximis graviſſimiſque cauſſis cogniti atque inprimis probati] *Stew. cod. tres Pall. Grut.* ſed etiam auctoritas clariſſimi & ſpectatiſſimi, & in reip. m. g. c. c. a. i. probati viri.

Ut mihi non ſolum præconium] *MS.* ut non mihi ſolum præconium.

Si quæ te res impedierit] *ſic Vict. mſ. Græv. aliique. vulgo*, ſi qua te res. *Stewech. cod.* ſi quæ te res impedierint.

Hæc ſunt in hoc genere] *MS.* hæc ſunt in eo genere.

Et verecundius ipſi de ſe ſe ſcribant] *ſic Græv. prim. Vat. Pal. tert. vulgo*, & ut verecundius ipſi de ſe ſcribant.

Si quid reprehendendum eſt] *ſic mſſ. Græv. prim. Vat. tres Pall. vulgo*, ſi quid forte reprehendendum eſt.

Accedit etiam ut minor ſit fides] ſit *deſideratur in mſ. Stew.*

Coronas impoſuerint victoribus] *ſic mſſ. duo Pall. Stewech. Græv. prim. vulgo*, coronas impoſuerunt victoribus.

Magna voce pronunciarint] *al.* pronunciarunt.

P. 262. A te id nunc tanto opere] *ſic mſſ. vulgo*, a te id nunc tantopere.

Et ea quæ habes inſtituta perpolies, noſque diliges] *MS. Stew.* & ea quæ habes in mente inſt. p. n. d. *al.* & ea quæ habes perpolies inſtituta, noſque diliges.

EPIST. XIII.

Summam benivolentiam conjunctam pari prudentia] *MS.* ſummam benivolentiam pari prudentia conjunctam.

P. 263. Erat aliquantum labefactata] *al.* e. a. labefacta.

Itaque hoc fortiorem me puto] *v. e.* atque hoc fortiorem me puto.

Cum illa valent] *al.* cum illa valeant.

Itaque hoc etiam fortiorem] *vid. Not.*

Alterum mirum ſpe ulla teneri] *al.* alterum magis mirum.

Exſtinctumque eſſe fateare] *al.* exſtinctumque omne eſſe fateare.

Omnis eſt abjiciendus dolor] *MS.* omnis abjiciendus dolor.

Erimus etiam in omnibus deſperatione fortes] *al.* e. e. in omnium d. f. *vid. Not.*

P. 264. Utriuſque ætas & valitudo] *ſic mſſ. etiam Græv. prim. vulgo*, valetudo.

EPIST. XIV.

P. 265. Si vales bene eſt, valeo ſicut ſoleo] *al.* Si vales bene eſt, ego valeo ſicut ſoleo.

Paullulo tamen etiam deterius] *MS.* paullo tamen etiam deterius.

Romæ quia poſtea non fuiſti, quam diſceſſerat] *vid. Not.*

P. 266. Non modo miſeris his temporibus] *MS.* non modo miſeris temporibus.

Qui nunc requietem quærat] *al.* qui nunc requiem quærit. *mſſ.* qui non requiem quærit.

Ipſum laudibus illuſtret] *al.* & te ipſum laudibus illuſtres.

Sin autem ſicut hic dum eras lacrymis & triſtitiæ te tradidiſti] *al.* ſin autem ſicut hic dum eras, & lacrymis ac triſtitiæ te tradidiſti. *vid. Not.*

Doleo quia doles & angere] *MS. Græv.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Græv. prim. doleo quod dolere ſe tangere. *al.* quia doles & angeris.

Non poſſum te non, ſi concedis quod ſentimus ut liberius dicamus, non accuſare] *ſic Vatic. Pall. prim. & quint. Græv. primus, niſi quod hic non ponat male poſt*, non poſſum te ſi non concedis. *vulgo*, nec poſſum te, ſi concedis, quod ſentimus, ut liberius dicamus, non accuſare. *alius mſ.* ſi concedas.

Tu ſolus aperta non videbis] *Palat. quart.* tu ſolus aperta videbas.

Occultiſſima perſpicis] *Palat. tert.* ſtultiſſima perſpicis.

Tu non intelligis] *ſic mſ. pr. Græv. vulgo* intelliges.

Quas elevare tua te prudentia poſtulat] *MSS. duo*, quas allevare t. t. p. p. *al.* quas elevare te tua prudentia poſtulat.

Quod ſi non poſſumus aliquid proficere ſuadendo] *prim. Palat.* quod ſi non poſſimus aliquid p. ſ.

Gratia contendimus] *MS.* gratia contendemus.

Et ad convictum noſtrum redeas] *MS.* ad convictum noſtrum redeas.

P. 267. Me conturbent] *MS.* me conturbant.

EPIST. XV.

Remedia eſſe debebant] *MSS. aliquot*, r. e. debeant.

Quorum alii occiderunt] *MS.* q. a. ceciderunt.

Alii neſcio quo pacto obduruerunt] *MS. Græv. prim.* alii neſcio quo pacto obdurarunt.

Tecum vivere poſſem, equidem & maxime vellem] *vid. Not. mſ. prim. Græv.* t. v. p. e. & permaxime vellem.

P. 268. Vetuſtas, amor, conſuetudo] *ſic mſſ. Græv. prim. Amſtelod. Mentel. alii. edd.* vetuſtus eſt amor, conſuetudo.

Quod vinculum quaſi eſt noſtræ conjunctionis] *Pal. ſec.* conſuetudinis. *vid. Not.*

Poſſumus ne igitur eſſe una] *Pal. tert.* poſſumne igitur non eſſe una?

Nec mehercule intelligo] *quinque mſſ.* ne meh. i.

Quid impediat] *Pal. quart.* nunc quid impediat.

Vicini in Tuſculano] *MS.* vicini Tuſculano.

P. 269. Ipſæ illæ excludere me a portu] *MSS.* illæ ipſæ excludere me a portu.

Et perfugio] *MSS. duo*, & refugio.

Quod in ea vita maneam] *MS.* quod in vita man.

Propagatio miſerrimi temporis] *MS.* propugnatio. *al.* properatio m. t.

Hic tu ea me abeſſe urbe miraris] *MS.* hic tu mea m. a. u. m. *al.* hic tu me ea a. u. m.

Nihil delectare poſſit] *MS.* delectari.

Propter quotidianos motus] *al.* metus.

EPIST. XVI.

P. 271. Etſi unus ex omnibus minime ſum ad te conſoland.] *ſic mſſ. Græv. prim. aliique. vulgo*, etſi nunc ex omnibus minime ſum ad te conſoland.

Ut conſolatione ipſe egerem] *Pal. quint.* conſolatione ipſe eguerim.

Tanto in tuo mœrore] *al.* in tanto tuo mœrore.

Conſolatio pervulgata quidem illa] *al.* pervulgata conſolatio.

Homines nos ut eſſe meminerimus] *MS.* ut homines nos eſſe meminerimus.

Neque eſſe recuſandum] *Grut. & tert. Pal.* neque recuſandum.

Quos nullo conſilio vitare poſſimus] *al.* poſſumus.

Nihil accidiſſe nobis novi] *MS.* nihil accidiſſe novi nobis.

Memoriæque litteris proditæ] *ſic mſ. al.* memoriæque & litteris proditæ.

P. 272. Iſtum dolorem poſſe univerſum] *nonnulli mſſ. omittunt*, poſſe.

In qua ſi reſideat ſenſus] *nonnulli mſſ.* & quaſi reſideat ſenſus.

Quam mors ducenda ſit] *MS.* quam mors dicenda ſit.

Sin

Sin ſit amiſſus] *MS. prim. Grav.* ſin ita amiſſus.

Nullo modo mihi quidem deceptus] *vid. Not.*

Hoc graviſſimo & peſtilentiſſimo] *MSS. duo*, *&* *Gebhard. ed.* hoc graviſſimo, peſtilentiſſimo anno. *al.* hoc graviſſimo ac p. a.

A diis immortalibus ereptus] *vid. Not.*

Ex his miſeriis] *MS.* ex iis miſeriis.

P. 273. Ne quid iis quos amaſti] *MS.* ne quid his quos am.

Ex mœrore tuo diminutum] *al.* deminutum.

Relinquetur enim ſimplex illa jam cura doloris tui] *MS.* relinquitur enim ſ. i. c. d. t.

Miſeria maloque ſejunctus] *Pal. quint.* dejunctus. *hinc Gebhardus colligit reponendum* dijunctus.

Liberis amiſſis] *MS.* ſi liberis amiſſis. *al.* ſiliberus.

Tam imbecillo mulier animo] *MS.* tam imbecillis mulier animo.

Lugendi modum fecerit] *MS.* l. m. fecerat.

Conſilio anteferre] *al.* conſilio antecapere.

Quam repræſentare ratione poſſimus] *MS.* quam repræſentare nobis ratione poſſimus. *al.* quam repræſentare ratione poſſumus.

P. 274. Officio tamen eſſe functum] *Pall. Grut. Stewech. Peck.* functurum.

Ut communem incertumque caſum] *vid. Not.*

P. 276. Prudentem hominem res ulla delectet] *vid. Not.*

Debitum ejus virtuti videar teſtimonium non cepiſſe] *vid. Not.*

Ne refricem meis litteris deſiderium] *Grav. prim.* ne refrigerem meis litt. d.

Tecum eſſe duces] *Pal.* tecum duces.

Et nos ceterique] *Grav. prim.* ut nos ceterique.

Et maxime animi tui conſcientia] *MSS.* & maxime amici tui conſcientiæ. *edd.* maxime etiamſi tuæ conſcientiæ. *vid. Not.*

P. 277. Si & illud adjunges] *alii*, & illud adjunges.

Filii tui monitus] *al.* admonitus.

Neque ad conſolandum, neque ad levandum fortunam] *prim. Grav. aliique libri*, neque ad conſolandum neque ad levandam fortunam.

EPIST. XVII.

P. SEXTIO P. F.] *MSS. prim. Palat. & prim. Grav.* P. Seſtio Publio Furio, *depravatæ hic ſunt notæ* P. F. *ut in plurimis aliis locis.*

P. 275. Tuum crimen conjungeretur] *vid. Not.*

Ut potui accuratiſſime] *al.* quam potui accuratiſſime.

Tuamque cauſſam tutatus ſum] *Pal. quart.* cunctatus ſum.

Cumque eo tempore] *MS.* quomque eo t.

EPIST. XIIX.

P. 279. Te colligas] *MS.* ut te colligas.

Quibus temporibus nati ſimus] *MSS. al.* ſumus.

Quumque magnam facultatem ſis habiturus] *ſic mſſ. alii*, quique m. f. habiturus ſis.

Ut quod una ſententia] *MS.* idque una ſententia.

Potentiæ alicujus condonatum] *MSS.* potentia alicujus condemnatum. potentia *eſt & in trib. Pall. & prim. Grav. mox pro* exiſtimetur *Pal. prim.* exicientur.

Quam leniſſime ferre] *al.* quam leviſſime ferre.

EPIST. XIX.

CICERO RUFO] *alii*, Cicero S. D. Rufo. *pr. Grav.* M. Cicero Rufo.

Magis id perſpicio] *Palat. tert.* magis id perficio.

P. 281. Hoc te ſtudioſiorem] *MSS. duo*, hoc ſtudioſiorem.

Litteræ admodum delectarunt] *al.* delectaverunt.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Cum aliter res cecidiſſet ac putaſſes] *MS.* & putaſſes.

Non quo celandus eſſes] *al.* non quod celand. eſſes.

Quaſi quædam admonitio videtur] *MS.* quaſi quædam ammonitio.

P. 282. Quare tu] *MSS.* quæ tu *vid. Not.*

Sin idem placebit atque eodem] *al.* ſin idem placebit atque eodem modo. *al.* ſin idem placebit, ſed nec eodem modo, nec.

Nec continuo poteris] *Græv. prim.* nec continuo poterit.

EPIST. XX.

Quo modo potuiſſem] *ſic mſſ. al.* quoquo modo potuiſſem.

Venire voluiſſes] *prim. Græv.* venire noluiſſes.

P. 283. Commovere me noluiſti] *al.* convenire me noluiſti. *al.* commonere me noluiſti. *al.* convenire me vol. *al.* commovere me vol.

Si ad me miſiſſes] *ſic Græv. primus, aliique multi. al. vero*, ſi ad me veniſſes. *vide Not. al.* ſi ammonu iſſes. *unde nonnulli legunt*, admonuiſſes.

Dein ſi] *al.* deinde ſi.

Tribui tibi tantum] *ſic mſſ. prim. Græv. Medic. tres Pall. vulgo*, tribui tantum.

Nunquam me pœnitebit] *ſic mſſ. Vat. Medic. Grævii prim. ed. Vict. alii*, nunquam pœnitebit.

Totum enim ſcribam meum] *al.* Tullium enim ſcribam meum.

P. 284. Non habui cui potius id negotii darem, quam cui dedi] *alii*, non habui cui potius id negotii darem, quam * darem. *Pal. quart. ac prim.* non habui cui potius id negotii darem, quam tibi. *vid. Not.*

P. 285. Rationes confectas & conſolidatas] *ſic Pal. quint. unus Maffei, & Lambini omnes. prim. Græv. & Palat. quart.* conſolataſque. *Medic.* & conſolutas. *Palat. prim.* ſolutas. *al.* collatas. *al.* conſignatas. *vid. Not.*

Pro latis haberem] *alii*, pro relatis haberem.

Quamobrem de Voluſio quod ſcribis] *al.* de Voluſio quod ſcribis.

P. 286. Ad Voluſium transferri nomen] *MSS. V.* traferri nomen.

A Valerio non potuiſſe] *al.* ipſique Val. n. p.

Erat enim nobis curata pecunia] *MS.* erat enim cauta nob. pec. *mſ. pr. Græv.* erat enim curata nobis pec. *Pal. prim. & Amſtelodam.* erat enim curata nobis. *Pal. quint.* erit enim curetum. *Palat. quart.* nobis curatum. *Grævii primus* erat enim nobis curata. *latet aliquid.*

Quod minime tamen laboro] *Græv. prim.* quod maxime tamen laboro, *ſed inductum erat, & eadem manu ſuperſcriptum*, minime.

Mediocris etiam prudentiæ] *Palat. prim.* & mediocris etiam prud.

Legatum meum præfectumque, maxima] *al.* legatum meum præfectumque Q. Leptam maxima. *al.* legatum meum præfectumque Leptam. *Pal. quart.* l. m. p. Leppiani maximam. *Amſtelod.* l. m. p. Q. Leptam maxima.

P. 287. Diligentiæ, quod exiſtimas] *Palat. prim. & Amſtelodam.* diligentiæque qui exiſtimas.

Tanto etiam periculo nec ſciſſe me quidquam] *Pal. quint.* tanto etiam periculo nec feciſſe me quidquam.

Ne recitaviſſet quidem] *al.* recitaſſet.

Ne cogitatam quidem putes] *al.* putas.

P. 288. Et ut multa tam gravis] *vid. Not.*

Nam de Lucceio] *al.* Lucretio. *al.* Logeo.

P. 289. Ut tua, quam tu depoſueras, Seſtius] *ſic mſſ. al.* ut tua, quam tum depoſuerat, Seſtius. *Amſtelodam.* ut tua quam tamen depoſuerat Seſtius. *Pal. quart.* quam tua tamen quam depoſuerat Sext. *quint.* ut tua tamen quam diſpoſuerat Sextius. *alii*, quam tum depoſueras ex tuis. *al.* quantum, *al.* ut ſua, quam tamen depoſuerat Seſtius.

Sed hæc ad te nihil intelligo pertinere]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

nere] *al.* ſed hoc ad te nihil intelligo pertinere.

Quum id te video deſiderare] *ſic Vatic. Vict. ed. al.* quando id te video deſiderare. *al.* quoniam id te video deſiderare.

P. 290. Addes enim tu] *al.* addes etiam tu.

Quod ego quidem non addidi] *MSS.* quod ego qui non addidi. *vid. Not.*

Quod de legato parum gaviſum eſt] *al.* cum de Logeo parum gratioſum eſt. *al.* quando de logio parum gratum eſt. *al.* quando de logio parum ratum viſum eſt. *al.* qn. de Logæo parum graviſum, *vel* gaviſum, *vel* gratioſum.

P. 291. Te certe in pecuniæ exactu ita efferre] *Polit. liber*, te pecuniæ exactæ iſta efferre. *Pall. quart. & quint.* te certe in pecuniæ exactæ iſta referre. *al. mſſ.* te certe in pecunia exacta iſta referre. *Grævii prim.* te certe in pecuniæ exactu ita efferre. *Lamb. ed.* te certe pecuniæ ab te exactæ rationem referre.

P. 292. Si ullo facere modo poſſim] *ſic prim. Græv. al.* ſi ullo modo facere poſſim.

P. 293. A te Myrina litteras eſſe allatas] *MSS. al.* a te Smyrna litteras eſſe allatas. *prim. Pal.* Myreina. *Vat.* Mynna. *quint.* Mirna *Græv. prim. Amſtelodam. Mentel.* Mirina. *in Grævii tamen primo ſcribebatur* marina, *ſed emendatum ab eadem, ut videtur, manu,* mirina.

Ex provincia deceſſimus] *ſic omnes mſſ. ſed edd.* ex provincia deceſſiſſemus.

Sed neque tum me] *MSS. non habent* tum me. *prim. Græv.* ſed neque me. *Mentel.* ſed ne tamen me.

Seſtertium XXII millia] *MSS.* HS XXII.

Quod ego ſive æquo animo, ſive iniquo fero] *edd.* quod ego ſive æquo animo fero, ſive iniquo.

EPIST. XXI.

S. D. L. MESCINIO] *ſic prim. Palat. prim. Græv. aliique. Victorius* Meſcino. *al.* S. D. L. Meſſinio.

Videndi mei te ſumma cupiditate affectum eſſe] *MSS.* te ſumma cupiditate affectum eſſe videndi mei.

Ita mihi omnia, quæ opto, contingant] *vid. Not.*

Ut enim cum eſſet major & virorum] *al.* etenim cum eſſet major & virorum. *vid. Not.*

P. 296. Mihi ſolitudinem non jucundiorem eſſe] *al.* mihi non ſolitudinem jucundiorem eſſe.

Excepto uno aut ſummum altero] *al.* excepto uno aut ad ſummum altero.

Præterea conſcientia etiam conſiliorum meorum] *al.* præterea etiam conſcientia c. m.

Quemadmodum tu facillime potes exiſtimare] *prim. Græv.* quemadmodum t. f. p. explicare.

Meorum civium cauſſa] *al.* meorum cauſſa civium.

P. 297. Ego ſum, qui nullius vim] *Stew.* ego ſum is qui nullius vim.

Qui nullius vim plus valere] *MS.* qui nullius plus valere. *al.* qui nullius plus valere vim. *Pal. ſecund.* qui nullius vim valere.

Quavis tuta] *MSS.* quavis tota. *al.* quamvis tota.

Sed & hæc & multa alia coram] *al.* ſed hæc & multa alia coram. *Græv. pr.* ſed & hæc multa alia coram.

Niſi expectatio] *Græv. prim.* ni expectatio.

Videtur enim mihi res] *al.* v. e. res mihi.

Mea non nihil intereſſe] *al.* non nihil mea intereſſe.

Non longe abeſſe a conſiliis] *vid. Not.*

Eſt enim res jam in eum locum adducta] *al.* eſt enim res ipſa jam i. e. l. a.

Qui dubiis rebus forſitan fuerit infirmior] *al.* qui forſitan dubiis rebus f. i.

Quem etiam tuæ ſuperiores litteræ confirmarunt] *al.* q. e. ſuperiores tuæ l. c.

Quibus

Quibus intellexi] *al.* ex quibus intellexi.

P. 298. Qui vita ingenua, in beata & libera civitate] *Pal. ſec.* qui in vita ingenua, & in beata civitate viximus. *al.* q. v. i. & in beata civitate & libera.

Sed funditus everſam fortunam] *al.* ſed etiam funditus everſam fortunam.

Contemnere debeamus] *al.* debebamus.

Quod ſit horribile aut pertimeſcendum] *Grav. prim.* quod ſit inhonorabile ac pertimeſcendum.

Tam infirma valetudine] *pr. Gravii, aliique vetuſti codd.* tam infirma valitudine. *& ſic ſemper.*

LIBER VI.

EPIST. I.

P. 300. UT ſuæ quemque fortunæ maxime pœniteat] *prim. Grav.* ut ſuæ quæque fortunæ m. p.

Quin ubivis, quam ibi ubi eſt, eſſe malit] *Pall. quart. quint.* quin ubivis, quam ubi eſt, eſſe malit. *Grav. prim.* quin ubi uſquam ibi ubi eſt eſſe malit.

Quin hoc tempore bono viro Romæ eſſe] *Pal. tert. Grut.* quin hoc tempore bono Romæ eſſe.

P. 301. Quo maxime te confici audio] *MS.* quo te maxime confici audio.

Deſperationem aut timorem] *Grut.* deſperationem & timorem.

Quod quidem ſejunctum ſit ab omnium interitu] *prim. Pal.* quod quidem vinctum ſit ab om. in. *Pal. ſec.* quod quidem ſe victum ſit a. o. i.

Certe ſcio] *vid. Not.*

P. 302. Tamen vereor ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri] *ſic mſſ. ſed Vatic. mſ. Vict. Gebhard. Manut. edd.* tamen vereor ne conſolatio nulla poſſit vera reperiri. *Pall. duo*, vereor ne conſolatio ulla poſſit eſſe vera etiam periri præter illam.

Quantum in cujuſque animo roboris eſt atque nervorum] *mſſ.* quantum in cujuſque animo eſt roboris atque nervorum.

Recteque facere] *MSS. duo*, recte facere.

Ad bene beateque vivendum] *MSS.* ad bene beate vivendum. *totus locus in primo Gravii ſic legitur*, ſi enim bene ſentire voluerimus, recteque facere, ſatis eſt atque beate vivendum.

Vereor ne eum, qui ſe optimorum conſiliorum conſcientia ſuſtentare poſſit] *al.* non vereor ne e. q. ſ. o. c. c. ſ. p. *vid. Not.*

Videbamur ſequi, nec cum id faciebamus] *vid. Not.*

P. 303. Quare ſi id evenit] quare *in nonnullis codd. deſideratur.*

Quod fieri poſſe numquam putarimus] *ſic Vict. Pal. tert.* quod fieri poſſe putaverimus numquam. *Grav. prim. & duo Pall.* quod fieri poſſe nunquam putaremus.

Quam ratio & veritas præſcribit] *al. lib.* quam ratio & rei veritas præſcribit. *al.* qua ratio & virtus præſcribit.

Atque hæc mihi ſcribenti] *al.* atque hoc mihi ſcribenti.

Veniebant in mentem] *ſic mſ. Grav. & Pal. prim. & quart. vulgo*, veniebat in mentem.

P. 304. Neque auctoritatibus noſtris] *MS.* nec auctoritatibus noſtris.

Fore cum dicebam] *MS.* fore tamen dicebam. *al.* fore cum docebam.

Si mihi alterutrum de eventu] *MSS.* ſi mihi alterum utrum. *al.* alterutrorum.

Exploratius poſſem promittere] *MS.* permittere.

Sed tu illum animum nunc adhibe] *v. c.* ſed tu nunc illum animum adhibe.

Quod mihi Philargyrus tuus] *al.* quod mihi nunc P. t. *al.* quod mihi quidem P. t.

Philargyrus tuus] *al.* Philargrius tuus. *al.* Philargius. *ſic Grav. prim. Palat.* 4.

Fideliſſimo animo] *MS.* fidiſſimo animo.

In urbe ea es, ubi nata & alta eſt ratio ac moderatio vitæ] *al.* in ea urbe

be es, ubi nata & alta eſt r. e. m. v. *mſſ. duo*, alita *pro* alta. eſt *deeſt in quibuſdam libru. Grævii primus*, in urbe ſubitata & alte ſtratio a. m. v.

Quem ſemper unice dilexiſti] *tert. Pal.* quem ſemper unice dilexi.

Victoriam ſubiſſemus] *alii*, ſubiiſſemus.

P. 305. Cui plus quam tibi debeam] *al.* cui plus debeam quam tibi.

EPIST. II.

Valitudinis] *ſic mſſ. vulg.* valetudinis.

Qua tamen jam paullum videor levari] *ſic mſſ. vulgo*, qua tamen jam paullulum videar levari.

Me tui memoriam cum ſumma benivolentia tenere] *ſic mſſ. vulgo*, me tui memoriam ſumma benevolentia tenere.

Verſara eſt adhuc tua cauſſa] *MS.* verſata eſt tua cauſſa.

P. 306. Nec eos a quibus reciperis] *vid. Not. Mentel.* n. e. a. q. ſeceſſeris.

Quos adjuviſti] *MSS.* quos adiviſti. *vid. Not.*

Civitas reſpiraverit] *MSS.* reſpirarit.

Et dignitate tua frui tibi] *MSS.* & dignitate frui tibi.

Sin omnino interierint omnia] *MSS. quatuor*, ſin omnino interierit ut omnia.

Fueritque is exitus] *tres mſſ.* fueritque his exitus.

Jam tum timebat] *Pal. quart.* jam non timebat.

Cum tantum inſtare malorum] *MS.* cum tantam inſtare malorum.

P. 307. Miſera eſt illa quidem conſolatio] *Peck. mſ.* miſera eſt illa conſolatio quidem. *Pal. ſec.* miſera eſt illa conſolatio.

Quod accidit univerſis] *ſic mſſ. vulgo*, quod accidat univerſis.

Quæ vis inſit in his paucis verbis] *duo mſſ.* quæ vis ſit in his paucis verbis.

Si attendes, quod facis] *MS.* ſi attendis, quod facis.

Sine meis litteris intelliges] *MS.* ſine meis litteris intelligis.

Nihil quod aut hoc aut aliquo reip. ſtatu timeas] *ſic mſſ. vulgo*, nihilque q. a. h. a. a. r. ſt. t.

EPIST. III.

Quam quo res ita poſtularet] *vid. Not.*

P. 308. Hoc item tempore] *ſic mſſ. vulgo*, hoc autem tempore.

Sive enim nihil tum opus fuit] *al.* ſive enim tum nihil opus fuit.

Quod non idem te videre certo ſcio] *ſic mſſ. vulgo*, quod non idem te videre certo ſciam. *al. pro* idem *legunt* item.

Alterum utrum vincere] *ſic mſſ. vulgo*, alterutrum vincere.

Qualis futura ſit vel hæc] *Peck.* qualis ſit futura vel hæc.

Nihil ut mali videatur futurum] *al.* nihil ut mali videatur eſſe futurum.

Si id vel ante acciderit] *vid. Not. vulgo*, ſi id vel ante ceciderit.

Quod vel maximum ad timorem proponitur] ad *non extat in tert. Palat.*

Ita enim vivere ut tum ſit vivendum] *al.* ita enim vivere, ut non ſit vivendum. *vid. Not.*

Miſerum duxit] *MSS.* miſerum dixit.

P. 309. Ego tibi hoc confirmo] *Pal. ſec.* ego tibi hoc ſentio.

Majore in diſcrimine eſſe] eſſe *deſideratur in Pal. quart.*

Quam quemvis aut eorum qui diſceſſerint] *MSS. duo*, quam quemvis eorum qui diſceſſerint. *Amſtelodam.* quam quemvis auctorum qui diſceſſerunt. diſceſſerunt *extat quoque in prim. & ſec. Pall.*

Aut eorum qui remanſerint] *hæc verba in omnibus mſſ. deſiderantur.*

Alteri dimicant] *ſic mſſ. vulgo*, alteri enim dimicant.

Sed hæc conſolatio levis eſt] *ſic Peck. Grut. al.* ſed hæc conſolatio levis. *Græv. prim.* ſed hæc levis eſt, illa gravior.

Angar ulla re] *Pall. duo*, tangat ulla

ulla re. *Pal. quint.* aut angar ulla re. *Pal. quart.* aut angar illa re.

Qui ad te hæc] *Pall. duo*, quia hæc te.

Mihi tu, tui, tua omnia maximæ] *Peck. cod.* mihi tu, tui. omnia tua maximæ. *Pall. duo*, mihi tu tui tua omnia communia maximæ.

EPIST. IV.

P. 310. Cum eſt res ejuſmodi] *al.* cum res eſt ejuſmodi.

Cujus exitus provideri] *al.* prævideri.

Nunc tantum videmur intelligere] *Grut. cod.* nunc tantum videor intelligere.

Etſi id ipſum nonnullis videatur] *tert. Pal.* etſi id ipſum nonnullas videatur ſecus. *Græv. prim.* etſi id ipſum non nullis videamur ſecus.

Non quo ego certo ſciam, ſed quod haut difficilis erat conjectura] *MSS.* non quo: ſed quod difficilis erat conjectura. *Fulvii codex*, putabam quo ego certo ſciam, ſed quod difficilis erat conjectura. *al.* putabam non quo modo, ſed quod difficilis erat conjectura. *edd. pro* ſciam *habent* ſcirem. *pro* haud, non. *Egnatius ad primam editionem notat alias legi*, non quo ſcirem, ſed quod non difficilis erat conjectura.

Incerti prœliorum exitus ſunt] *al.* ſint.

P. 311. Ad depugnandum] *al.* ad pugnandum. *al.* ad pugnam.

Utercunque vicerit] *Pal. tert.* ut utrumque vicerit.

Cum ſit metuendus victor] *vid. Not.*

Quem conſolando levare debeam] *ſic mſſ. Pal. prim. Græv. prim. Amſtelod. Mentel. vero & edd.* quem conſolando levare debebam.

Communium malorum] *Pal. prim.* communium majorum. *tert.* communium locorum magnorum.

Quaque ego quotidie magis utor] *ſemper in Græv primo ſcribitur* cottidie.

A qua cum tantum abſumus] *ſic Vatic. Græv. prim. Victor. ed. al.* a qua quando tantum abſ.

Et quum præſtitimus] *ſic Vat. Græv. prim. Vict. ed. al.* & quando præſtitimus. *al.* & quoniam præſt.

Quæ ad conſolandum] *al.* quæ & ad conſolandum.

Quam fore putaremus] *ſic duo Pall. Græv. prim. Victor. Venet. aliique. vulgo*, quam fore putaramus.

De aliis autem non arbitror] *MSS. quidam*, de illis autem non arbitror.

P. 312. Res moleſta, præſertim] *ſic mſſ. optimi. vulgo*, res moleſta eſt, præſertim.

Ut ad te ſcripſi antea] *al.* ut antea ad te ſcripſi.

Nos, quod Romæ ſumus] *MS.* nos & Romæ ſumus.

Quod in malis omnibus] *al.* quod in omnibus malis.

P. 313. Longinquitas temporis mitigavit] *Stewech cod.* l. t. mitigat. *Amſtelod.* mitigaverit.

Quanto fuerim dolore] *MS.* quantum fuerim dolore.

Quamvis iniqua conditione] *al.* quavis iniqua conditione.

Non divinatione mea factum eſt] *al.* non mea divinatione factum.

Tamen in hac inani prudentiæ laude delector] *ſic mſſ. Vat. prim. Pal. & Græv. Grut. ed. prim. Vict. vulgo*, tamen hac inani p. l. d.

Cum id ſine ullo ſenſu futurum ſit] *MS.* cum id ſine me ſenſu futurum ſit.

Adjuvat etiam ætas] *MS.* adjuvat ætas.

Cum plus in metuendo mali ſit] *in mſſ. duobus deeſt* ſit.

Quam in ipſo illo] *al.* quam in illo ipſo.

Præſertim cum impendeat] *al.* cum id impendeat. *al.* impendat.

P. 314. Solitus ſit eſſe] *al.* ſit ſolitus eſſe.

Cum familiariſſimi hominis] *MSS.* tum fam. hom.

Tu velim te, ut debes] *vid. Not.*

Omnia diligenter curabo] *duo mſſ.* cauſabo.

EPIST. V.

Quotieſcunque filium tuum vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

deo] *duo mſſ.* quotienſcunque filium tuum. *pro* video *Vatic.* vidi.

P. 315. Quotidie faciliores mihi & meliores] *al.* feliciores.

Ut plus ipſe proſpiciam] *edd.* plus ipſe reſpiciam.

Is temporum curſus] *MS.* is curſus temporum.

Quare ad eam ſpem quam extra ordinem, *&c.*] *vid. Not.*

Sunt tibi etiam cum aliis communia] *Græv. prim.* ſunt tibi quoque cum aliis communia.

Propter eximium ingenium] *Pal. tert.* propter eximium valde ingenium.

Cui mehercule hic, cujus in poteſtate ſumus] *MSS.* mehercules.

In iſta fortuna fuiſſes] *Peck. cod.* in ipſa fort. f.

Se violatum putaſſet] *ſic Vict. Vat. Peck. al.* ſe violatum putaret.

Ita eductus, ita doctus es] *MSS.* ita educatus, ita doctus es. *vid. Not.*

EPIST. VI.

P. 316. Vereor ne deſideres officium] *al.* non vereor n. d. o.

Pro ſtudiorum & partium conjunctione] *Græv. prim. Mentel. tres Pall. Grut. Stewech.* pro ſtudiorum partium conjunctione. *al.* partum.

Quas tibi & jam pridem & ſæpe miſiſſem] *vid. Not.*

P. 317. Nunc, ut ſpero, brevi gratulabimur] *Græv. prim.* nunc ut brevi gratulabimur ſpero. *al.* nunc autem, ut ſpero, brevi gratulabimur.

Id argumentum epiſtolæ differo] *ſic mſſ. vulgo*, differetur. *Amſtelod. & Grut.* in argumentum epiſtolæ differet. *Pal. tert.* in argumentum epiſtolæ differretur.

Quem minime imbecillum eſſe audio] *ſic Græv. prim. aliique. ed. prim. Pal. tert. Grut. Stew.* imbecillem. *Amſtelod. & Mentel.* imbecillimum.

Nec iis quidem verbis] *Stew.* n. his q. v.

Et omni ſpe ſalutis orbatum] *ſic mſſ. vulgo*, & jam omni ſ. ſ. o.

Qui illam cadere poſſe ſtante me non putarunt] *Peck.* qui illam cadere ſtante me poſſe non putarunt. putarunt *eſt in plurimis & antiquiſſ. codd. al.* putaverunt.

In qua tu eras, venerant] *Peck. Grut. tert.* in qua tu eras, venerunt.

Audire te de glorioſo & celeri reditu] *Græv. prim.* audire de glorioſo & c. r.

Ne nos quidem noſtra divinatio fallet] *ſic mſſ. vulgo* fallit.

Quam cum ſapientiſſimorum virorum monumentis] *ſic Græv. prim. Vat. Vict. vulgo*, quam tum ſap.

Plurimoque, ut tu ſcis, doctrinæ ſtudio] *ſic mſſ. vulgo*, plurimoque, ut ſcis, doctrinæ ſtudio.

P. 318. Unquam omnino fefellit] *Peck. cod.* omnino unquam fefellit.

Dicerem quæ ante futura dixiſſem] *ſic mſſ. vulgo*, dicerem quæ antea futura dixiſſem.

Dijunctione civile bellum excitari] *ſic mſ. prim. Palat. Vat. Victor. ſed Grævii primus cum vulgatis*, disjunctione civile bellum excitari. *Polit. lib.* disjunctione enim c. b. e.

Atque utebar familiariſſime Cæſare] *ſic Vatic. duo Pall. Græv. prim. Vict. aliique. vulgo*, atqui ut. *al.* atquin uteb.

Quæ præterea providerim] *v. c.* quæ poſtea providerim. *al.* prævíderim.

Quum ipſo conſule pugnante] *ſic mſſ. Vat. Græv. prim. Vict. vulgo*, quando ipſo conſ. pugnante. *prim. Palat.* quomodo ipſo conſule pugnante.

Cauſſa orta belli eſt] *ſic Victor. & quatuor mſſ. Grævii prim. cum vulg.* cauſſa belli orta eſt.

P. 319. Nam is movebatur] *Pal. tert.* nam his movebatur.

Suſceptum bellum eſt] *Peck. cod.* ſuſceptum eſt bellum.

Cum ille aliquando non defuiſſet meæ] *al.* cum ille aliquando defuiſſet meæ.

Ut in fabulis Amphiaraus] *ſic mſſ. vulgo*, ut in fabula Amphiaraus.

Quare quum ut augures] *ſic mſſ. vulgo*, quare quando ut aug.

Debebit habere fidem noſtra prædictio]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ctio] *ſic Vat. Pal. prim. Amſtelod. Græv. prim. Vict. & Gebh. edd. vulgo*, debet habere fidem noſtra prædictio.

Non igitur ex alitis involatu] *tres mſſ.* non igitur ex alitis volatu. *Græv. prim.* ex alitis in violatu.

Nec ex tripudiis ſoliſtimis] *al.* nec e trip. ſol. *prim. Græv.* nec ex trepidis ſoliſtimis.

P. 320. Aut ſoniviis tibi auguror] *ſic mſ. Vatic. Politiani*, ſoni viis. *Græv. prim.* ut ſomniis tibi auguror. *vulg.* aut ſomniis t. a.

Alteram duco a Cæſare ipſo, alteram e temporum civilium natura] *ſic Amſtelodam. prim. Pal. Grut. Græv. prim.* alteram duce Cæſare ipſo, a. e t. c. n. *alii duo mſſ.* a. d. e Cæſare, a. e temp. civ. n.

Præclaro illo libro] *ſic & Amſtelodam. vide Notas. vulgo*, præclare illo libro.

P. 321. Multorum juſtis & officio incenſis] *al.* juſtis precibus & officio incenſis.

E quo ſit leviter adſperſus] *Pal. pr.* e quo ſit leniter adſperſus.

Homo eſt valde acutus] *Peck. prim. Pal. Grut.* homo eſt valide acutus.

Vel gratia, vel fama populi R. parem] *prim. Pal.* vel gr. v. f. p. R. par eſt.

Prohiberi repub.] *vid. Not.*

Malos civis] *ſic prim. Pal. al.* malos civeis. *al.* malos cives.

Nunquam niſi honorificentiſſime] *edd.* qui nunquam n. h.

P. 322. Maxime ſuccenſebat] *MS.* ſuſcenſebat.

Non revertantur] *Pal. tert.* non reverterentur.

Adverſam ferre nullo modo te poſſe] *ſic prim. Palat. Vat. Amſtelod. Vict. & Gebhard. edd. ſed prim. Græv. aliaque edd.* adverſam ferre nullo modo poſſe.

Quantæve delectationi in rebus adverſis] *ſic Amſtelod. Mentel. & quinque alii libri. Græv. prim. & edd.* quantæ delectationi.

Sed horum etiam recentium] *ſic mſſ. edd. vero*, ſed & horum etiam.

Ut perſpicio] *ſic mſſ. Vatic. prim. Pal. Vict. aliique. vulgo*, ut proſpicio.

P. 323. Ut cum firmitudine te animi, tum etiam ſpe optima ſuſtentes] *vid. Not.*

EPIST. VII.

Quod tibi non tam celeriter liber eſt redditus] *Peck. cod.* quod tibi tam celeriter liber non eſt redditus. *al.* lib. traditus.

Quum non tam intereſt] *ſic mſſ. vulgo*, quando non tam intereſt.

Ne ea res inepte mihi noceret] *Pal. tert.* ne ea res inepte noceret.

Cum præſertim adhuc ſtili pœnas dem.] *MSS. duo*, c. p. a. ſtili pœnas debet.

Nam cum mendum ſcripturæ litura tollatur, ſtultitia fama multetur] *Pal. prim. Amſtelod. Ven. ed.* nam cum emendandum ſcripturæ littera tollatur, ſtultitia fama multetur. *Græv. prim.* nam cum commentum ſcripturæ littera tollatur, ſtultitiam multet. *Mentel.* nam cum mendum ſcripturæ littura tolleratur, ſtultitia fama mulctetur. *Medic.* nam commendum ſ. l. t.

P. 324. Nemo noſtrum eſt, ut opinor] *ſic mſſ. vulgo*, nemo noſtrorum eſt.

Ut quamprimum Cæſar ſuperaretur optaret] *ſic Vatic. Græv. prim. duo Pall. Vict. vulgo* optarit.

Omnibus rebus felix eſt] *Peck. mſ.* omnibus in rebus felix eſt.

Quid iraſcitur ei] *MS. Peck.* cur iraſcitur ei.

Qui aliquid ſcripſit] *MS.* qui ſcripſit aliquid.

Cum ignorit omnibus] *al.* cum ignoſcat omnibus.

Non revocans me, ſed pæne refugiens] *MS. prim.* n. r. m. ſ. p. fugiens.

Incitatum atque elatum] *quidam mſſ.* latum.

Tamen cavendum eſt] *MS.* tum cavendum eſt.

P. 325. Impeditum, ſe ipſum laudare] *tert. Pal.* impadiam ſ. i. l.

Ac neſcio an tibi gratius opportuniuſque acciderit] *prim. Pal.* ac neſcio

quam tu mihi fidem, an tibi gratius opportuniuſque acciderit. *mſſ. tres*, at neſcio an tibi gratius o. a. *prim. Græv.* an neſcio an t. g. o. a.

Nam quod præclare facere non poteram] *edd.* nam quod præſtare non poteram. *al.* n. q. præclare n. p.

Secundum beneficium quam pariſſime facere] *MS.* ſecundum beneficium eſt quam peritiſſime f.

Male hærentis] *ſic mſſ. prim. Pal. & Græv. vulgo* hærenteis.

Tot malis cum vinctum, tum fractum ſtudium] *vid. Not.*

Non pœnæ metu, ſed illius judicii] *ſic Medic. Pal. & Græv. prim. multique alii veteres libri. vulgo*, ſed ipſius judicii.

Quem putas animum eſſe, ubi ſecum loquitur?] *prim. Græv.* quem putas animo eſſe, ut ſecum loquitur? *mſ. Peck.* q. p. a. e. u. ſecum loquetur?

Quid ſi hoc muto?] *quinque mſſ.* quid ſi hoc mitto? *Amſtelod.* quod ſi hoc mitto? *v. c. N. Scælſ.* quid ſi hoc omitto?

Age vero laudo aliquem. Num offendo? *&c.*] *vid. Not.*

P. 326. Auges etiam tu mihi timorem] *duo mſſ.* auges tu etiam mihi timorem.

Ubi hoc omnium patronus facit] *ſic mſſ. vulgo*, facis.

Calumnia timoris] *Græv. prim.* calumpnia timoris.

Non ad ſuum judicium ſcribantur] *Peck.* non ad ſuum ſcribantur judicium.

Excellens ingenium armavit] *ſic mſſ. vulgo*, excellens armavit ingenium.

Nos ſentimus] *Pal. prim.* non ſentimus.

P. 327. Vides tempus veniſſe] *Græv. prim.* videas tempus veniſſe.

Nihil eſt, mi Cicero] *Peck.* nihil mi Cicero eſt. *Gruter.* nihil, mi Cicero, quod.

Filium meum expectes] *Pal. tert.* expertus es. *Græv. prim.* exſpectes.

Adoleſcens eſt] *Græv. pr.* adoleſcentis es.

Apud ejus omnis plurimum] *prim. Græv. & prim. Pal.* ad ejus omnis plurimum.

Unum tibi ſi perſuaſeris] *ſic mſſ. al.* unum ſi tibi perſuaſeris.

Sed totum tuum eſt onus, perficies] *prim. Græv.* ſed totum eſt onus, perficies.

Aut in amicitia nimis impudenter] *Græv. prim.* aut inimicitia nimis imprudenter.

Nam quod ita conſueviſti] *vid. Not.*

EPIST. VIII.

P. 328. Quoad vellemus, eſſe uti liceret] *Palat. tert. Mentel.* quoad vellemus eſſe ita liceret. *Amſtelod. Grut. Venet. ed.* quod vellemus eſſe ita liceret.

Qui mihi conſueſſent] *Pal. prim. Grut.* qui mihi conſueviſſent. *Græv. prim.* qui mihi conſueſcente.

Huic meæ rogationi potius non continuo reſponderunt] *ſic mſſ. vulgatæ edd.* huic meæ actioni, vel rogationi potius n. c. r. *al.* h. m. a. ſeu rogationi p. n. c. r.

Eodem die tamen ad me revertetunt] *MS.* eodem tamen die a. m. r.

Mihi hoc dederunt] *ſic Græv. prim. Amſtelod. Peck. Vict. ed. vulgo*, mihique hoc dederunt.

Ut eſſes in Sicilia] *Prim. Græv.* & in ſiglia. *plerique alii libri, ut & Amſtelodam. & Mentel.* ut eſſes in Gallia. *hoc vitium unde natum ſit aperit Grævii liber.*

Se præſtaturos] *ſic mſſ. vulgo*, ſe præſtituros.

Litteræ a te mihi redditæ ſunt] *ſic mſſ. vulgo*, litteræ a te mihi ſunt redditæ.

An ad reliquias Aſiaticæ negotiationis] *MS.* an ut reliquias Aſ. negot.

P. 329. Re aut impetrata, aut, quod ſpero, aliqua ratione confecta] *ſic Amſtelodam. Mentel. prim. & tert Pal. Grut. Peck. ſed Græv. prim.* re aut impetranda, quod ſpero, aut aliqua ratione confecta. *pro* confecta, *Stewech. habet* facta.

Magno

Magno opere] *ſic Vatic. & Vict. al.* magnopere.

T. Furfano Poſtumo] *vid. Not.*

Erant enim omnes Mutinæ] omnes *deſideratur in Græv. mſ.*

Quum tuis placuit] *ſic Victor. & Græv. prim. al.* quoniam tuis placuit.

Morem his geſſi] *al.* eis.

EPIST. IX.

Quod & ſpem magnam mihi afferebat ſummæ probitatis] *al.* quod & ſpem mihi magnam aff. ſ. p.

Sed etiam ſtudiis communibus] *Stewech.* ſtudii communibus.

Ut non ullo cum homine conjunctius] *MSS.* ut nullo cum homine conjunctius. *Græv. prim.* ut non nullo c.

Ut cum cognorim pluribus rebus] *al.* cognoverint pluribus rebus.

EPIST. X.

TREBIANO] *al.* Trebatio. *al.* Trebelliano. *vid. Not.*

Sum mihi ipſe teſtis] *v. c.* ipſe ſum mihi teſtis. *al.* ſum mihi ipſe teſtis.

P. 332. Diutius in armis civilibus commorandi] *Palat. prim. & Gruter.* commorando.

Semper mihi magno dolori fuit] *Stewech.* ſemper mihi magno dolore fuit.

Recuperas fortunam] *MSS.* reciperas. *al.* receperis. *al.* reciperes.

Quam tibi ſemper fuerunt caſus mei] *ſic Vatic. Græv. prim. Victor. ed. vulgo*, quam tibi ſemper fuerint caſus mei.

Poſtumuleno] *al.* Poſtumio. *al.* Poſtumuleio.

Et Seſtio] *ſic mſſ. vulgo* Sextio.

Theudæ liberto tuo] *ſic mſſ. vulgo* Teudo.

Totum me patefeci] *al.* me totum patefeci.

Et hæc iis ſingulis ſæpe dixi] *ſic Vatic. Græv. prim. Amſtelodam. Victor. ed. vulgo*, & iis ſingula ſæpe dixi. *al.* & hoc iis ſingulis ſæpe dixi. *pro* iis *iidem libri* his.

Ut operam, conſilium, rem, fidem meam] *ſic mſſ. vulgo*, ut operam, ſtudium, conſilium, fidem meam.

Sibi ad omnes res parata putent] *ſic mſſ. nonnulli. alii* paratam *inter quos Grævii primus.*

Tum certe ordinis tui facile princeps] *Peck.* tum facile tui ordinis certe princeps.

Sed quum eodem tempore] *ſic Victor. Peck.* quiam, *vulgo* quando, *forte* quoniam.

Noſtrum uterque cecidit] *tert. Pal.* cedit.

P. 333. Ut multis rebus intelligere potui] *Stewech.* ut multis rebus ipſe intelligere potui.

Caſu devincti] *ſic mſſ. vulgo*, quaſi devincti. *Amſtelodam.* caſu devicti.

Si quis mihi erit aditus] *Peck.* ſi quis aditus erit mihi.

In qua ſunt omnia, agendi] *prim. Pal.* agendo.

Ex eorum ſermonibus] *MSS.* ex ſermonibus eorum.

Singula perſequi] *MS.* ſingula proſequi.

Sed magni mea intereſt] *v. c. N. Sc.* ſed magis mea intereſt.

Antea miſiſſem ad te litteras] *aliis initium hic eſt novæ epiſtolæ.*

Conſcientia factorum] *Pal. prim.* conſ. factorum tuorum.

In quibus te ſemper ſcio eſſe verſatum] *al.* in quibus te ſcio ſemper eſſe verſatum.

P. 334. Etiam atque etiam te hortor] *L.* te etiam atque etiam hortor. *Lamb.*

Tibi homini peritiſſimo] *Pal. tert.* tibi homo peritiſſimo.

Et in rebus atque uſu] *al.* at in r. a. u.

Tibi iſtam acerbitatem & injuriam non diuturne fore] *vid. Not. al.* acerbitatem iſtam. *in Grut. deeſt* iſtam.

Ipſa cauſſa ea eſt] *al.* ipſa cauſſa eſt ea.

Aliquid fit lenius] *MSS. Græv. pr. duo Pall. Grut. Vict. ed.* levius ſit aliquid.

Quod eſt in uno te] *Stew.* quod eſt in viro.

EPIST. XI.

TREBIANO] *al.* Trebatio.

Dolabellam antea] *Græv. & Palat. prim.* Dolobellam antea.

Alterum omnino non deſidero] *Peck.* alterum non omnino deſidero.

Alterum vere facere poteris] *duo mſſ. & Ven. ed.* alterum vero facere poteris.

Quid recuperaris] *al.* recuperaveris.

Plus acquiſiſti] *al.* acquiſiviſti.

P. 336. Mihi valde grata eſt] *Stew.* valde mihi grata eſt.

Noſtrum amicum] *Victor.* amicum noſtrum.

EPIST. XII.

AMPIO S.D.] *alii*, T. Ampio Balbo S.D. *vid. Not.*

Ut nulla res ad æquitatem te animi poſſit poſtea extollere] *al.* ut nulla res te ad æquitatem animi poſtea poſſit extollere.

Quam mea tempora ferebant] *vid. Not.*

Fortuna ipſa debilitatæ gratiæ] *MSS. omnes*, fortuna ipſa debilitate gratiæ. *paullo ante pro* vincebatur *Græv. mſ.* vincebantur.

P. 337. Quæ ad reditum, & ad ſalutem tuam pertinent] *ſic mſſ. Peck. Vict. prim. Pal. Grut. Græv. aliique. vulgo*, quæ a. r. & ſalutem t. p.

Matius, Poſtumius] *ſic Vatic. Pal. pr. Vict. ed. codex Medic.* Macius. *Græv. prim.* Marcius. *vulgo* Marius. *tres codd.* Poſtumius, Oppius, Marius.

Ut me unice diligant] *Stewech.* ut me unicum diligant.

Quod ſi mihi per me efficiendum] *alii*, quod ſi mihi pro me efficiendum. *vid. Not.*

Temporis cauſſa] *al.* cauſſæ.

Qui valeret apud illum] *ſic Græv. prim. Amſtelod. Vict. ed. aliique. vulgo*, qui valet apud illum.

P. 338. Valent tamen apud Cæſarem] *MSS. nonnulli*, valent etiam.

Quam quia Cimber habebat] *ſic Vatic. duo Pall. Græv. prim. Victor. ed. aliique. vulgo*, quas quia Cæſar habebat.

Diploma ſtatim non eſt datum] *Græv. prim.* deploma ſtatim non eſt datum.

Quem illi appellant] *al.* & quam illi appellabant. *vid. Not.*

Quaſi non gaudeant id bellum incidiſſe] *Græv. prim.* quaſi non doleant id bellum incidiſſe. *edd. quædam* bellum accidiſſe.

Occultius agendum] *Græv. prim.* inculcius ag.

Id erit perbrevi] *Lamb.* perbreve.

Panſa quidem mihi, gravis homo] *Peck.* Panſa mihi gravis quidem homo.

Ablaturum diploma] *Græv. lib.* ablecturum diploma.

P. 339. Minus enim te firmum, &c.] *vide de hoc toto loco Notas.* Eppuleiæ tuæ, *al.* Appuleiæ t. *& pro* lacrymæque Ampiæ declar. *al. leg.* l. ipſæ d.

Significant tuæ litteræ] *ſic Græv. prim. & Vict. ed. al.* ſignificant litteræ tuæ.

Cum a te abeſſent ipſæ] *Græv. prim.* cum ad te adeſſent. Ipſe.

In graviore te cura] *Peck.* in graviore cura te.

Fortem virum atque ſapientem] *MS.* fortem atque ſapientem virum.

Ut exploratam ſpem ſalutis] *Pall. pr. tert. Stewechian.* exploratæ ſpem ſalutis. *Gruterian.* explora te. *Peck.* exploraro: *unde Guilielm. ſuſpicabatur leg.* explorato. *vid. Not.*

Niſi quam ab ipſa rep.] *al.* niſi eam quam ab ipſa rep. *vid. Not.*

Cum hic ardor reſtinctus] *ſic mſſ. Pal. omnes, aliique. Græv. prim.* reſtrictus. *vulgo* exſtinctus.

P. 340. Conſtantem ac paratum] *al.* conſtantem atque paratum.

Sed etiam ut ſi ita accidiſſet] *MS.* ut etiamſi ita accidiſſet. *vulgo*, ſed etiam ſi ita accidiſſet.

Victus ut ſapiens eſſes] *tres mſſ.* victus & ſapiens eſſes.

Cum ſtudium tuum conſumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis] *prim. Græv.* cum ſtudium tuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

tuum cum ſumma virorum fortium memoriæ factis propendis.

Te non ſimillimum præbeas] *ſic & Græv. prim. vid. Not.*

Nunc vero tantum te para] *Peck.* Nunc vero te tantum para.

EPIST. XIII.

LIGARIO] *MS. nonnulli* Q. Ligario.

Scribere ad te aliquid] *Peck.* ſcribere aliquid ad te.

Adhuc id non feceram] *al.* feci. *vid. Not.*

Etiam ſua natura mitiorem facit] etiam *deeſt in Peck.*

Quorum quidem virtus & pietas] *prim. Græv.* quorum quidem & virtute & pietate.

Et perpetua cura ſalutis tuæ] *ſic mſſ. al.* & perpetua ſalutis tuæ cura.

Sed ſi tardius fit] *ſic prim. Græv. & Vict. ed. vulgo,* & ſi tardius fit.

A quibus ſe putat] *Amſtelodam.* putant.

Placatius ferre] *prim. Græv.* placatius fore.

Me tibi id affirmaſſe] *al.* affirmare.

P. 342. De qua ita ſum meritus] *al.* de qua ita meritus ſum.

Opes meas fregit] *Peck.* opes fregit meas.

Tu fac habeas fortem animum, quem ſemper habuiſti] *prim. Græv.* tu fac h. f. a. q. ſemper habui.

Quod ea de rep. ſemper voluiſti] *prim. Græv.* quod ea R. P. ſemper voluiſti.

Ut non modo nunc ſecunda ſperare] *al.* u. n. m. cum ſ. ſ. *mſ.* u. n. m. non ſ. ſ.

EPIST. XIV.

P. 343. Me ſcito omnem laborem] *ſic mſſ. vulgo*, me ſcito omnem meum laborem.

Nam ſi quiſquam eſt timidus] *al.* ſi quis eſt timidus.

Et, ſi hoc vitium eſt, eo me non carere confiteor] *Græv. prim.* & ſi hoc vitium ſit, eo me car. conf.

Ad v Kal. interkalares priores] *al.* ad II Kl. interkalares priores. *al.* ad VI Kal. interkal. pr.

P. 344. Conveniendi indignitatem] *MSS.* 2. conveniendi dignitatem.

Quæ tuum tempus poſtulabat] *ſic omnes mſſ. vulgo*, quæ tum tempus p.

P. 345. Ex multis præterea ſignis] *ſic mſſ. vulgo*, & multis præterea ſignis. *unde Lambin.* & ex multis præterea ſignis.

Perſpicere potui] *tert. Pal.* proſpicere potui. *Peck.* potui perſpicere.

Hanc in opinionem diſceſſi] *al.* hac opinione d.

EPIST. XV.

Et quid agas, quidque agatur] *ſic mſſ. Græv. & Pal. prim. ut & tert. Grut. Peck. Vict. ed. vulgo*, quidque iſtic agatur.

EPIST. XVI.

Nullis ipſi officiis proſecuti ſunt] *MSS. tres*, nullis ipſis officiis proſecuti ſunt.

Contentus ero noſtra ipſorum amicitia] *MSS.* contentus ero noſtra in ipſorum amicitia.

Si nullum officium tuum apud me intermoriturum exiſtimas] tuum *abeſt in primo Palat.*

EPIST. XVII.

P. 346. Velim mihi credas accedere id etiam] *MS. Græv.* velim mihi credas accidere id etiam.

Quo magis expetam promiſſum tuum] *MS. Mentel.* quo magis expectam promiſſum tuum. *in duobus lib. deeſt* tuum.

In litteris uteris] *Peck.* in litteris tuis uteris.

Nihil alienum neceſſitudine] *ſic mſſ. vulgo*, nihil alienum a neceſſitudine noſtra.

P. 347. Aut valeant] *MSS. Græv. prim. & prim. Pal.* ut valeant.

Conjunctiores tecum eſſe] *Peck.* conjunctiores eſſe tecum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPIST. XVIII.

Simul accepi] *al.* ſimul ut accepi. *al.* ſimul ac accepi. *al.* ſimul atque accepi.

P. 348. Qui hodie haruſpicinam facerent] *al.* qui hodie auruſpicinam facerent.

De Hiſpaniis novi nihil] *al.* de Hiſpanis novi nihil.

Ad nos miſit exemplum] *ſic prim. Græv. ſed Pal. prim. Vatic. Grut. Victor.* ad vos miſit exemplum.

Paciæci] *ſic Pal. prim. Vatic. Victor. ed. in Grut. cod. eſt* Paciaci. *Teck.* Patiatii.

Illi undecim eſſe legiones] *Pall. prim. tert. Grut. Græv. prim. Amſtelod.* illas undecim eſſe legiones. *Stewech.* ipſas undecim eſſe legiones. *Peck.* in quo erit illas XI.

P. Curtium] *ſic mſſ. & Vict. al.* Q. Curtium.

P. 349. Si Galba conſponſor tuus] *ſic mſſ. al.* ſi Balbus c. t. *Grut.* ſi Galba ſponſor tuus.

Mihi ille confidere] *deeſt in Peck.*

Jam tamen perſonare auris ejus] *ſic mſſ. Vict. omiſit* jam. *pro* tamen *Græv. prim.* in. *Amſtelod.* jam enim. *Mentel.* jam parare aures.

Tulliæ meæ partus] Meæ *deeſt in Peck.*

Ædificia mea me delectabant] *ſic mſſ. vulgo,* delectant.

Sine ulla interpellatione verſor] *ſic mſſ. vulgo,* ſine ullo interpellatore verſor.

EPIST. XIX.

P. 350. Idoneum viſum eſt diverſorio] *al.* deverſorio.

Ceteroqui mihi locus non diſplicet] *ſic Vat. Pall. prim. tert. Grut. Peck. ed. Vict. ſed vulgo,* ceterum is mihi quidem locus. *Græv. prim.* ceterum qui mihi locus. *Amſtelod.* ceterorum qui mihi locus. *Mentel.* cetera quidem mihi locus.

Commorationis eſt] *Palat. tert. & Amſtelodam.* commemorationis eſt.

P. 351. Ut ſe conveniri nolit] *Pal. prim.* convenire.

Ut mihi videtur] *ſic prim. & tert. Pal. Peck. Grut. Amſtelod. Mentel. ed. Gebh. ſed prim. Græv. cum veteribus edd.* ut mihi videris.

Tanta eſt intimorum multitudo] *Peck.* tanta eſt multitudo intimorum.

Aliquis potius effluat] *al.* potius aliquis effluat.

Se dediſſe beneficium] *al.* ſe beneficium dediſſe.

P. 352. In quo ſit ſpecies] *MSS. plurimi & edd.* in quo ſit ſpes. *vid. Not.*

P. 353. Aſturæ] *Peck.* Aſture. *Græv. prim.* adture. *Pal. prim.* Atture.

Quandoque veniat] *Græv. prim.* quando.

EPIST. XX.

TORANIO] *ſic Pal. pr. & Græv. prim. Grut.* Toranno. *tert. Pal.* Torano. *alii libri,* C. Trebatio.

Cn. Plancii] *Græv. prim.* Gn. Plancio.

Eo nunc ero brevior] *Peck.* fuero brevior.

Ne illud quidem non quantivis, ſubito] *vid. Not.*

P. 354. Te iſtinc poſſe proficiſci] *MSS.* iſtim. *vid. Not.*

Cur advenientibus] *vid. Not.*

P. 355. Expeditiſſime conferas] *Græv. prim.* expeditiſſime confeceras.

Quod ſi recipiet ille ſe] *Peck. & Grut. mſſ.* quo ſe.

Quum multa accidere poſſunt] *ſic Pal. prim. Medic. & Græv. prim. Vict. & Gebh. edd. vulgo,* quoniam multa accidere poſſunt. *prim. Pal.* quum vel multa a. p.

Aliqua res] *Grut.* aliquot res.

Eum vel impediet] *Peck.* vel eum impediet.

Quod tibi timendum ſit] *ſic Vatic. Med. aliique. vulgo* tibi *omittitur.*

Nobis accidant] *ſic prim. & tert. Pal. Grut. Vict. alii,* nobis accident.

Te iſtinc ne temere commoveas] *v. c.* te iſtim ne t. c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPIST. XXI.

Cum hæc ad te ſcribebam] *ſic mſſ. vulgo* ſcriberem.

Quem tum fortes] *Pal. prim.* quem tam fortes.

Eram plane] *ſic mſſ. prim. & tert. Pal. Grut. Græv. prim. Victor. ed. al.* & eram plane.

Nunc vero everſis] *Græv. prim.* nec vero everſis.

Quoad licuerit] *ſic Pal. & Græv. pr. & Vict. ed. vulgo*, quod licuerit.

Hac amiſſa] *Pal. & Græv. prim. & Grut.* hac miſſa.

Cum recordare] *Lamb.* cum recordere.

Utinam liceat] *Pal. tert.* utinam licebat.

Inter noſque conferre] *ſic Vatican. Græv. prim. Medic. al.* interque nos conferre.

EPIST. XXII.

P. 357. Ipſe egens rebus omnibus] *duo mſſ.* ipſe egens omnibus rebus.

Nunc etiam atque etiam multo deſperatiora] *al.* & jam etiam m. d.

P. 358. Pro vetere noſtra conjunctione] *ſic mſſ. al.* pro noſtra vetere conjunctione.

Tua in me pari] *ſic mſſ. Palat. prim. tert. Mentel. Vict. ed. Græv. prim.* tua in me parte. *al.* tua in me pariter.

Incolumitati tuæ] *al.* incolumitatique tuæ.

Qui ex te pendent] *Pal. prim. tert. Grut.* qui te pendent. *Græv. prim.* qui expendent. *alii mſſ.* qui de te pendent.

His hoc tempore utare] *ſic pr. Pal. & Græv. & Vict. ed. al.* iis hoc temp. ut.

Plurimiſque officiis amiſiſti] *prim. Græv.* plurimis officiis miſiſti. *al.* plurimiſque officiis amaſti.

At forti feras] *Palat. tert. & prim. Græv.* ac forti feras.

Vel potius me parum poſſe ſentio] *Pal. tert.* vel prodeſſe me parum poſſe ſentio. *Grut.* vel potius parum me poſſe ſentio.

Sin autem tu minus ſcripſeris] *ſic prim. Pal. & Græv. Grut. Medic. vulgo deeſt* autem.

Diligenterque curabo] *ſic prim. & tert. Palat. prim. Græv. Gruter. Stewech. Medic. vulgo*, diligentiaque curabo.

LIBER VII.

EPIST. I.

P. 361. Si te dolor aliqui corporis] *al.* aliquis. *vid. Not.*

Contemnenda duxiſti] *Pall. duo, & Grut.* contemnenda eſſe duxiſti. *prim. Græv.* contepnenda. *&* valitudo *ſemper pro* valetudo.

Patefeciſti Seianum] *Græv. prim. Medic. Pal. prim. Grut.* ſenum. *& hic ad oram* ſemnium. *prim. ed.* ſenium. *Pal. alter*, ſeni nuper eos dies.

P. 362. Tibi ipſe] *al. libb.* tibi ipſi.

Ad arbitrium compararas] *al.* comparas.

Ea perpetienda] *Palat. ſec.* percipuenda.

Sp. Mæcius] *al.* P. Mævius. *Grut. & Vict. ed.* Metius.

In ſcenam redierant] *al.* in ſcænam. *Græv.* in cenam.

De ſcena deceſſe] *ſic prim. Pal. Vat. & Vict. ed. ſed Græv. prim.* diſceſſiſſe. *al.* deceſſiſſe.

Ei deſinere per omnis homines] ei *deeſt in Pal. ſec.*

Vox eum defecit in illo loco] *ſec. Pal.* decepit. *al.* in eo loco.

Quid? ne id quidem leporis habuerunt] *vid. Not.*

P. 363. Tollebat omnem hilaritatem] *ſec. Pal.* tollebat omnem jocunditatem.

Operam dediſti Protogeni] *Stew.* operam dediſſes Protogeni. *pr. Græv.* Protogeno tuo.

P. 364. Vel in ſenatu noſtro ſpectare] *al.* veſtro. *Græv. prim.* vel in ſenatu ſpectare.

Græcos ita non ames] *ſic mſſ. Vatic. Medic. Græv. & Pal. prim. vulgo*, Græcos vero ita ames.

Homini polito] *ſic Med. Græv. pr. & qui Petrarchæ manu ſcriptus eſt. vulgo*, politico.

P. 365. Si videnda ſunt] *al.* ſi videnda ſint.

Qui hæc ſpectavimus] *MSS.* ſpectamus.

Extremus elefantorum dies fuit] *MSS.* elefantorum extremus dies fuit.

Atque opinio] *ſec. Palat.* atque optimo.

P. 366. Dirupi pæne me] *MSS.* dirupi me pæne. *pr. Græv. & Steph. cod.* diſrupi me pæne.

Artem deſinerem] *al.* deſererem.

Tecumque &cum ſimilibus noſtri] & *in ſecundo Pal. deeſt.*

Cum antea tædebat] *ſec. Pal.* cum antea omnia tædebat. *Pal. prim.* cum antea decebat.

Cum & ætas] *in Grut. deeſt* &.

Quem nolebam non defendere] *Pal. ſec.* quem nolebam, defendere.

Fructum ullum laboris ex his exſpecto] *ſic Vatic. & Medic. Græv. prim. cod.* fructum ullum laboris exſpecto. *Pall. duo, Grut. quinque Guilielm. codd. prim. ed.* fructum ullum laboris ex his peto.

Hoc fero animo æquiore] *al.* hoc fero æquiore animo.

P. 367. Mecum ſimul lecticula concurſare] *ſic Pall. duo, Grut. Amſtelodam. Græv. prim. Vict. & Venet. antiquiſſima editio. vulgo,* & mecum ſimul lecticula circumcurſare. *Pal. ſec. & Mentel.* & mecum noſtra ſimul lecticula concurſare.

Quadam epiſtola ſubinvitaras] *ſec. Pal.* quadam in epiſtola ſubinvitaras.

Ut ad te aliquid] *MSS.* ut aliquid ad te.

Hoc me tamen conſolor] *ſic Vatic. duo Pall. Græv. prim. aliique*, hoc me tamen conſolabor.

EPIST. II.

P. 368. Illud venire quam plurimo] *ſecund. Pal.* illuc venire quam plurimo.

Quum tuum pretium novi] *ſic Vict. ed. & Græv. prim. vulgo*, quando t. p. n. *al.* quoniam t. p. n.

Licitatorem potius apponam] *MSS.* in licitatorem potius ponam. *Pall. ſec.* in licitatore potius ponam. *Grut.* in licitationem potius ponam.

P. 367. In me extitiſſe] *al.* i. m. ſtetiſſe.

Clariſſimi & potentiſſimi] *al.* ac potentiſſimi.

Vix veriſimile fortaſſe videatur] *ſic Vatic. Græv. prim. Vict. ed. al.* quod vix veriſimile fortaſſe videatur.

Diſcrimen eſſet habitura] *v. c.* aditura. *vid. Not.*

Nec ſua ſponte] *ſic mſſ. optimi. al.* nec ſua quidem ſponte.

P. 368. Niſi iis dolori] *Palat. ſec.* niſi in iis dolori.

In multitudine & celebritate] *ſic mſſ. al.* multitudine & celebritate. *vid. Not.*

Diſtinemus] *Græv. prim.* deſtinemur. *al.* detinemur.

Ne intercaletur] *Pal. ſec.* ut intercaletur.

EPIST. III.

In quibus tot annos verſamur, &, ut video, verſabimur] *v. c. N. Scælſ.* quibus tot annos vexamur, & ut vides etiam vexabimur.

Solet in mentem venire illius temporis] *v. c. N. Scælſ.* ſolet in mentem venire illius temporis recordatio. *al.* ſ. i. m. v. illud tempus.

Quin etiam ipſum diem] *v. c. N. Scælſ.* quum etiam ipſ.

A. d. III Idus Maias] *al.* ad III Idus Majas.

Cum in Pompeianum veſperi veniſſem] *v. c. N. Scælſ.* cum in Pompeianum veſperi conceſſiſſem.

P. 369. Cogitatio cum officii] *ſic mſ. prim. Græv. & Vict. ed. vulgo*, cogitatio tum officii.

Si proficiſcerer ad bellum] *al.* ſin proficiſcerer ad bellum. *v. c. N. Scælſ.* ſi ad bellum proficiſcerer.

Periculum te meum commovebat] *v. c. N. Scælſ.* periculum te meum valde commovebat.

Me quoque ita conturbatum] *v. c.* perturbatum.

Quid eſſet optimum factu] *ſec. Pal.* quid eſſet optimum factum.

Famæque

Famæque cedere, quam ſalutis meæ rationem ducere] *MS.* quam famæ cedere, quam ſalutis meæ cedere rationem.

Non tam propter periculum, quam propter vitia multa] *ſec. Pal.* non tam propter periculum quam vitia multa.

Neque magnas copias neque bellicoſas] *v. c. N. Scælſ.* primum neque magnas copias, neque paratas illas, neque bellicoſas.

De principibus loquor, reliqui] *al.* reliquos.

Deinde in oratione ita crudeles] *v. c. N. Scælſ.* deinde in opera omnes ita crudeles.

P. 370. Ut ipſam victoriam horrerem] *v. c. N. Scælſ.* ut ipſe victoriam perhorreſcerem.

Quid quæris? nihil boni] *Pal. ſec.* qui quæris? nihil boni.

Cum ab ea ſententia Pompeius valde abhorreret] *Grut.* cum ab ea ſententia valde abhorreret.

Suadere inſtitui ut bellum duceret] *v. c. N. Scælſ.* ſuadere inſtitui ut bellum produceret.

Hoc interdum probabat] *Palat. ſec.* hoc interdum probat.

Cœpiſſet ſuis militibus confidere] *ſec. Pal.* cœpiſſet ex ſuis militibus confidere.

Nullus imperator fuit] *v. c.* nullius imperii fuit.

Signa tirone & collecticio exercitu] *Pal. ſec.* ſigna tirone collectio.

Legionibus robuſtiſſimis] *Pal. ſec.* fortiſſimis.

Hunc ego belli mihi finem feci] *MS.* hunc ego finem mihi belli feci. *v. c. N. Scælſ.* tunc ego m. b. f. f.

Nec putavi, cum integri pares non fuiſſemus] *v. c. N. Scælſ.* hæc putavi cum i. p. n. f.

Aut conſciſcenda mors voluntaria] *v. c. N. Scælſ.* tandem conſcientia mors voluntaria. *Pal. ſec.* aut conſiſſenda m. v. *al.* atque conſciſcenda fuiſſe.

Certe nihil fuit præterea] *v. c. N. Sc.* certi nihil fuit præterea.

Ex omnibus autem iis quæ dixi incommodis] *v. c.* ex omnibus autem iis, quæ dixi aut incommodis.

Ubi nulla adjuncta eſt turpitudo] *Pal. ſec.* advicta eſt turpitudo.

Ego cum meis] *Pal. ſec. v. c. N. Scælſ.* ego cum eis.

Si quidquam nunc cujuſquam eſt] *ſic prim. Palat. & Græv. Vatic. Vict. ed. N. Scælſ. v. c. al.* ſi quidquam nunc cujuſpiam eſt. *Pal. ſec.* ſi quidquam non cujuſquam eſt.

Quæ acciderunt, omnia dixi futura] *v. c. N. Scælſ.* quæ acciderunt omnia prædixi futura.

P. 371. Non quo optima vivendi conditio eſſet] *ſic mſſ. prim. Græv. aliique. vulgo*, non quod optima v. c. e.

Aliqua forma reip.] *ſic mſſ. al.* fortuna. *vid. Not.*

Cauſſa nulla viſa eſt] *Pal. ſec.* cauſſa non ulla viſa eſt.

Cur optarem multæ cauſſæ] *ſic Græv. prim. Amſtelod. aliique. vulgo*, cauſſæ *deeſt.*

Vetus eſt enim, Vbi non ſis qui fueris] *v. c. N. Scælſ.* vetus eſt enim urbi, cum non ſis qui fueris.

Præſertim cum habeam duas res, quibus me ſuſtentem] *v. c. N. Scælſ.* præſertim quid quod habeas duas res, quibus ſuſtenter.

Hæc ad te ſcripſi verboſius, & tibi moleſtus fui] *v. c. N. Scælſ.* hæc ad te ſcripſi verboſius & tibi moleſtius. *al.* etiam tibi moleſtior fui.

Omne meum conſilium] *al.* omne conſilium meum.

Me voluiſſe etiam reliquis omnibus] *vid. Not.*

Mihi ipſi finem feciſſe] *MSS.* mihi ipſe finem feciſſe.

P. 372. Si Rhodum aut Mitylenas contuliſſem] *ſic mſſ. duo Pall. Græv. prim. Grut. Amſtelod. Mentel. vulgo*, ſi me Rhodum aut Mitylenas contuliſſem.

Hæc tecum coram malueram] *v. c. N. Scælſ.* hæc tecum malueram coram loqui.

Volui per litteras eadem] *MS.* voluit p. l. e.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Si quando in vituperatores] *Vict.ed.* ſi quum in vituperatores.

Meos inciſiſſes] *al.* inciſiſſes meos.

Si me audiſſent] *Pal.ſec.* ſi audiſſent.

Honeſte tamen viverent] *al.* honeſta.

Armis enim inferiores non cauſſa fuiſſent] *Peck. & al. mſ.* armis enim miſeriores non cauſſa fuiſſent.

EPIST. IV.

A. D. IX Kal.] *ſic Grav. prim. aliique vetuſtiſſimi libri. al.* ad VIII Kal. Junias. *al.* ad IX Kal. Julias. *al.* ad VIII Kal.

Cum Libone] *Grut. eod.* cum Libione.

Sed faciam ante te certiorem] *ſic prim. Pal. & Vict. ed. Grav. prim.* ſed faciam ante certiorem. *vulgo*, ſed faciam te ante certiorem.

Sumus. Vides enim quanto poſt una futuri ſimus. Quare] *hæc interjecta verba in Palatino primo & Gravii primo non leguntur, & debent omnino abeſſe.*

Si quod conſtitutum cum podagra habes] *ſic Pal. prim. aliique. vulgo*, ſi quid conſtitutum cum podagra habes.

P. 373. Fac ut in alium diem differas] *ſic mſſ. vulgo*, fac in alium diem differas.

EPIST. V.

Non modo in iis rebus, quæ ad me] *MSS.* non modo in his rebus quæ ad me.

Sed etiam in iis] *Grut.* ſed in iis. *Grav. prim.* ſed etiam in his.

Ut eum meis omnibus ſtudiis, beneficiis quam ornatiſſimum] *ſic mſſ. vid. Not. vulgo*, ut eum meis communibus ſtudiis & beneficiis quam ornatiſſimum. *Mentel.* ut cum meis omnibus ſtudiis beneficiiſque quam ornatiſſimum red.

Quam putaram] *Pal. ſec.* quam putavi. *Grav. prim.* quam putarem.

P. 374. Vide quid mihi ſumſerim] *Grut.* vide quid mihi viderim ſumſerim.

Quæ ſperaſſet a me] *ſic Medic. Pal. prim. Grav. prim. Vict. ed. alii*, quæ exſpectaſſet a me.

Neque mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promiſi] *Peck.* neque mehercule minus prolixe ei promiſi de tua voluntate.

M. Orfium] *vid. Not.*

Regem Galliæ faciam, vel hunc Leptæ delega] *ſic* Leptæ del. *Pal. & Grav. prim. Grut. Vatic. Stewech. Peck. Victor. & aliæ priſcæ edd. vulgo*, Leptæ legatum. *Polit. lib.* Leptæ delegatum. *al.* R. G. f. ut hunc Leptæ delega. *vid. Not.*

Ad me alium mitte] *Stew.* me ad alium mitte.

P. 375. Neſcio quod non fortuitum] *ſic Vict. Grav. prim. & Vatic. vulg.* neſcio quid non fortuitum.

Omni tua comitate complectare] *Grut.* complectere. *ſec. Pal.* complere.

De quo tibi homine hæc ſpondeo] *Grav. prim.* ſpondeas. *eadem tamen manus ſuperſcripſerat* ſpondeo. *al.* hoc & hic ſpondeo.

Pudentiorem eſſe neminem] *vid. Not. prim. Grav. cum vulg.* prudentiorem eſſe nem.

Quod familiam ducit] *ſic Grav. pr. Pal. alt. Vatic. Vict. ed. ſed Palat. prim. Grut. ac prim.* familia inducit. *vulgo*, familiaritatem ducit.

Singularis memoria] *al.* ſingulari memoria. *vid. Not.*

P. 376. Neque præfecturam] *deſunt in Pal. ſec.*

Et liberalitatem peto] *Pal. ſec. Grut.* & libertatem peto.

Si tibi placuerit] *Pal. prim.* & ſi tibi placuerit.

Gloriolæ inſignibus] *MSS.* gloriæ inſignibus.

Tibi ita trado] *ſic Vat. Grut. prim. Grav. prim. & Vict. edd. vulgo* ita deſideratur.

Simus enim putidiuſculi] *vid. Not.*

EPIST. VI.

P. 377. Cum aliquo inſigni indicio] *al.* judicio.

Virtute conſequere] *ſec. Pal.* virtute perſequere.

Quæ Corinthum arcem altam habebant]

bebant] *al.* quæ Corinthi arcem altam habebant.

Matronæ opulentæ] *prim. Græv.* matronæ opulentas.

Manibus gypſatiſſimis] *prim. Græv.* ciptatiſſimis. *vid. Not. v. c. N. Scalſ.* quibus illa manibus gypſatiſſimis ſparſis perſuaſit.

Ne ſibi vitio illæ verterent] *al.* ne ſibi illæ vitio verterent. *Græv.* ne ſibi vitia illa verterent.

P. 378. Multi qui domi ætatem agerent] *ſic Græv. prim. aliique codd. al.* multi domi qui ætatem egerunt.

Quando Medeam agere cœpi] *Græv. prim. & Grut.* quum Medeam agere cœpi. *al. lib.* quando cœpi agere Medeam.

P. 379. Prodeſſe non quit] *ſic mſſ. Vat. Vict. vulgo*, prodeſſe nequit. *Græv. prim.* qui ipſe ſapiens prodeſſe non quid nequicquam ſapit.

EPIST. VII.

Illud ſoleo mirari] *al.* illud mirari ſoleo.

Quoties a Q. mihi fratre afferantur] *vid. Not.*

Eſſedum aliquod ſuadeo capias] *ſic prim. Græv. Pall. duo. Vict. ed. al.* eſſedum aliquod ſuadeo rapias.

Sin autem ſine Britannia tamen aſſequi, quod volumus, poſſumus] *al.* ſin autem ſine Britannia tamen aſſequi id quod volumus, poſſumus.

Multum te in eo frater adjuvabit] *ſic Græv. prim. aliique. vulgo*, multum enim te in eo frater adjuvabit meus. *Pal. ſec.* multa te adjuvabit in eo frater meus.

Imperatorem liberaliſſimum, ætatem opportuniſſimam, commendationem certe ſingularem habes] *ſic mſſ. edd.* imperatorem liberaliſſimum habes, ætatem opportuniſſimam, commendationem certe ſingularem.

EPIST. VIII.

P. 380. Nondum te ſibi ſatis familiarem] *MSS. recentiores*, nondum ſe tibi ſ. fam.

Quam mihi gratum eſſet futurum] *MSS. duo*, quam mihi gratum eſſe futurum.

Cornelio nihil audeo dicere] *al.* de Cornelio nihil audeo dicere.

Quum te ab eo ſapere didiciſſe] *ſic Græv. prim. & Vict. vulgo*, quando te a. e. ſ. d.

Didiciſſe profiteris] *Pal. ſec.* profiteris didiciſſe.

Qua melior nunquam] *Pal. ſec.* qua nulla unquam melior.

De illo Preciano] *al.* Prætiano. *Græv. prim.* de illo Priſciano.

Scribit enim ipſe mihi] *al.* ſcribit etiam ipſe mihi.

P. 381. Veſtras litteras Britannicas expecto] *ſic mſſ. vulgo*, veſtras Britannicas litteras exſpecto.

EPIST. IX.

Jam diu ignoro quid agas] *vid. Not.*

Propter ejus * nihil ſum auſus ſcribere] *al.* propter ejus occupationes nihil ſ. a. ſ. *vid. Not.*

P. 382. Battara mortuo] *al.* Vacerra mortuo. *vid. Not.*

Cn. Octavius an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris, ſummo genere natus] *ſic Pall. duo, Grut. edit. prima. ſed Græv. prim.* Gn. Octavius, an & Cornelius quidem tuus, familiariſſimo genere natus. *Amſtelod.* Cn. Octavius ac Cn. Cornelius quidem tuus familiaris, ſummo genere natus. *vulgo*, Cn. Octavius tuus familiaris, ſ. g. n. *ed. Vict.* Cn. Octavius eſt tuus familiaris.

EPIST. X.

P. 383. Eſt quod gaudeas te in iſta loca veniſſe] *Grut.* eſt quod gaudeas in iſta loca veniſſe.

Ubi aliquid ſapere viderere] *Grut.* ubi aliquid ſapere videar. *fort.* videare.

Ultro te etiam arceſſitum ab eo] *Grut.* ultro te etiam accerſitum ab eo.

Non propter ejus ſuperbiam] *MS.* non propter ſuperbiam ejus.

Mehercule mihi non minori curæ ſunt quam meæ] Mihi *deeſt in duobus codd.*

Idem Mucio & Manilio placebat] *ſic*

ſic Græv. prim. Grut. & Pal. ſecund. Vict. ed. vulgo, idem & Mutio & M. pl.

P. 384. Neque ſpectare eſſedarios] *tres mſſ. Guil.* neque exſpectare eſſedarios.

Ne andabatam quidem] *Græv. pr.* ne adebatam quidem. *Mentel.* ne analiatam quidem.

P. 385. Simul de toto ſtatu tuo] tuo *deſideratur in mſſ.*

Unum mihi eſſe ſolatium] *Pal. ſec.* te unum mihi eſſe ſolatium.

Si tibi eſſe id emolumento ſciam] *MSS. quidam*, ſi tibi id eſſe emolumento.

Qui te non Romam attraham] *Grut. & Pal. ſec.* qui te non Romam traham.

Qui non huc advoles] *Pal. ſec.* qui huc non advoles.

Aut re juvero] *Græv. prim.* rei jure. *Pal. prim.* rei juvero. *Grut.* re juere.

EPIST. XI.

Nunc eam certe relinqueres] *Stewech.* nunc relinqueres certe eam.

P. 386. Satiſne tibi videor abs te jus civile didiciſſe?] tibi *deeſt in aliquot mſſ.*

Sed heus tu quid agis?] *prim. Græv.* ſed heus tu quid agas?

Ecquid fit?] *vid. Not.*

Quam in meo Tuſculano] *Lambin.* quam quæ in meo Tuſculano.

Quod ſi aut fit, aut futurum putas] *al.* quod ſi aut ſit, aut futurum putas.

Sin autem iſta ſunt inaniora] *al.* ſin iſta ſunt inaniora. *Palat. ſec.* majora.

Omnes Samarobrivæ] *ſic prim. & Vict. ed. & ſic infra. al.* Samarobrinæ. *Græv. prim.* Samarobivæ. *Amſtelod.* Samaobrinæ. *Mentel.* Samarobinæ.

P. 387. Si diutius fruſtra afueris] *ſic Græv. prim. Vict. ed. alii*, ſin fruſtra diutius abfueris.

Hæc ego non rideo] *Pall.* hæc ego enim non rideo.

Tibi hoc amiciſſimo animo præcipio] *Græv. prim.* tibi hoc amiciſſimo animo precor. *Stewech.* tibi hæc a. a. p. *in Grut. deeſt* hoc.

Facultates tuas augeas] *Pal. ſec.* facultatem augeas.

EPIST. XII.

P. 388. Samarobrivam] *al.* Samarobrinam.

Jam tum mihi non placebas] *Græv. prim.* jam tum mihi complacebas.

Quod & Titius familiaris meus] *Græv. prim.* quid Zeus familiaris meus. *Amſtelodam.* quod Eticius familiaris meus. *vid. Not. Vict. & Manut.*

Cum omnia tua cauſſa facias] *al.* facies.

Non civium] *hæc duo verba deſunt in multis antiquis libris. in prim. Græv.* non civilium.

Illa erit formula] *MS.* erit illa formula.

Omnia voluptate ſua metiuntur] *Græv. prim.* omnia voluntate ſua metiuntur.

P. 389. Si plane a nobis deficis] *Palat. prim.* ſi plane a nobis non deficis.

Modo ſcribe aliquando] *ſic mſſ. vulgo*, modo ſcribas aliquando.

Et a nobis quid fieri aut curari velis] *ſic mſſ. vulgo*, & a nobis quid agi, quid fieri, aut curari velis.

EPIST. XIII.

Quam primis litteris perſpiciebam] *al.* proximis litteris perſpiciebam. *al.* unis litteris perſpiciebam.

Neque alia ulla fuit cauſſa intermiſſionis epiſtolarum] *ſic Pall. Grut. Græv. prim. Vict. ed. vulgo*, neque alia fuit ulla cauſſa intermiſſionis litterarum.

P. 390. Audi Teſta mi] *ſic Palat. prim. Grut. Vict. vulgo*, audi mi Teſta. *Græv. prim.* aut i a me.

Sic hoc eſt jucundum] *deeſt in duobus codicibus.*

Nam ut audio iſtic] *Vatic.* nam ita audio iſtic.

Non ex jure manu conſertum, ſed magis ferro Rem repetunt] *ſic mſſ. vulgo addunt in edd.* Rem repetunt, regnumque petunt: vadunt ſolida vi.

Et tu ſoles ad vim faciendam adhiberi] *ſic mſſ. vulgo*, & tu non ſoles ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ad vim faciendam adhiberi. *alii aliter. vid. Manut. Not.*

Quod tu prior hominibus armatis veneris] *ſic mſſ. al.* quod tu prior cum hominibus armatis veneris. *al.* quod tu prior vi hominibus armatis non veneris.

P. 391. Sed ut ego quoque te aliquid admoneam de veſtris cautionibus] *ſic mſſ. alii,* ſed ut ego quoque te aliquid de noſtris cautionibus admoneam.

EPIST. XIV.

P. 392. Chryſippus Vettius] *prim. ed. & prim. Pal.* Vectius. *Græv. prim.* ad tertias Nonas Mar. Chryſippus Vetius.

Salutem enim verbis tuis mihi nuntiarat] *ſic mſſ. vulgo,*ſalutem enim mihi verbis tuis nuntiavit, *al.* tuis verbis.

Antequam plane ex animo tuo effluo] *ſic Pal. & Græv. prim. Grut. Vict. ed. vulgo,* effluam.

P. 393. A te amari cum volumus] *ſic Pal. & Græv. prim. & Victor. ed. alii,* a te amari tum volumus.

EPIST. XV.

Moleſte ferebam antea] *MS.* moleſte ferebam ante.

Quod ſcribis eſſe te iſtic] *ſic mſſ. Pal. & Græv. prim. Vict. ed. alii,* quod ſcribis te eſſe iſtic.

Sed hoc tamen malo ferre nos deſiderium, quam te non ea, quæ ſpero, conſequi] *ſic mſſ. vulgo,* ſed tamen hoc malo nos ferre d. q. t. n. e. q. ſ. c.

Quum vero in C. Matii] *ſic mſſ. Vatic. Pal. prim. Grut. Vict. ed. ſed Grævii primus,* quam vero in C. Mucii. *vulgatæ,* quod vero in C. Marii.

EPIST. XVI.

P. 394. Mi vetule] *edd. nonnullæ,* mi βάκκηλε.

Primas illas rabioſulas] *ſic mſſ. Vatic. prim. Pal. & Græv. Vict. ed. vulgo,* primum illas rab.

Non nimis φιλοθέωρον] *ſic mſſ. alii,* non minus quam Philoctetem, *&c. vid. Not.*

P. 395. In hibernis injectus] *MS.* invectus. *vid. Not.*

Cum me aliquoties invitaret] *prim. Pal.* cum me aliquotiens invitaret.

Quis tu es?] *MS.* tu quis es?

Mehercules] *al.* mehercule.

P. 396. Id utrum Romano more locutus ſit] *edd.* id verum Romano m. l. ſ.

Bene nummatum te futurum] *MS.* bene te nummatum futurum.

Omnis eſſe divites] *ſic Græv. & Palat. prim. vulgo,* omneis e. d.

Terra frui poſſint] *edd.* poſſunt.

Poſtea videro] *edd.* videbo.

Qui iſtinc veniunt] *Pal. prim.* venerint. *forte,* venerunt.

Eſt quod gaudeas] *Stewech.* eſt quo gaudeas.

Samarobrinæ] *Vat.* Samarobrivæ.

EPIST. XVII.

Quinto fratri] *edd.* Quincto fratri.

Primorum menſum litteris] *ſic mſſ. vulgo,* menſium.

Quod a te alieniſſimus & ſubimpudens videbare] *ſic mſſ. vulgo,* quod a te alieniſſimum eſt, ſubimpudens videbare.

P. 397. Syngrapham ad Imperatorem] *Pal. prim.* ſingrapham ad Imperatorem.

Veniſſent Alexandream] *al.* Alexiam. *al.* Alexandriam. *v. Not. Græv. prim.* Alexandrinam.

Nummum adhuc nullum] *al.* nullum adhuc nummum. *Græv. prim.* nummum adhuc ullum.

Cum te ex adoleſcentia tua in amicitiam] *MSS. nonnulli,* cum te & adoleſcentiam tuam in am. *vid. Not.*

Itaque quoad opinatus ſum me in provinciam exiturum] *MSS. prim. Palat. Grut.* itaque e quo adopinatus ſum.

Quæ ad te ultro attulerim] *MS.* quæ ad te ultimo attulerim. *al.* detulerim.

P. 398. Et tibi & verbis & re oſtendit] *ſic Vatic. & Victor. ed. vulgo,* & tibi

tibi verbis & re oſtendit. *Græv. prim.* & tibi verbis & rebus oſtendit.

Hunc tu virum nactus] *prim. Græv.* hunc virum tu nactus.

Quæ ego tibi & jucunda & honeſta præſtabo] *ſic Amſtelod. prim. ed. vulgo,* quæ ego tibi honeſta & jucunda præſtabo. *Græv. prim.* quæ ego jocunda & honeſta præſtabo.

Neque ætatis magis idoneum tempus] *Lamb. fort.* neque ætatis magis idoneæ tempus.

Si hoc amiſeris] *ſic prim. Palat. & Græv. vulgo,* ſi hoc amiſeris.

Te eſſe ullum unquam reperturum] *prim. Pal.* te eſſe nullum unquam reperturum.

In Britanniam te profectum non eſſe gaudeo] *vid. Not.*

Epist. XVIII.

P. 400. Quam fructuoſiſſimus tibi ſit] *ſic Vict. ed. vid. Not. Amſtelodam.* tam ſtudioſiſſimus tibi ſit. *Mentel.* ut iſte civis a me diſceſſus tam tibi ſit quam mihi.

Veſtræ cautiones] *Medic. & Græv. prim.* veſtræ cauſationes.

Græculam cautionem] *Græv. prim.* cauſationem. *Amſtelod.* cauſionem.

Chirographi mei] *Pal. prim.* cyrographi mei.

Quis ſolet eodem exemplo] *Græv. prim.* quis ſolent eodem exemplo. *id.* pluris *pro* plureis, *ut & Pal. prim.*

Quid in illa charta fuerit] *liber Guilielm.* quid in ima charta fuerit. *prim. Græv.* quid in illa cartula fuerit.

Quod delere malueris] *Grut.* quod delere debuerit malueris.

Niſi forte tuas formulas] *leg.* ni forte tuas formulas.

Non enim puto te meas epiſtolas delere] *prim. Græv.* non enim putato meas ep. del.

P. 401. Cum ad vos proficiſcetur] *Græv. prim.* proficiſceretur.

Eram enim abfuturus] *prim. Pal. & Græv. Grut. Ven.* eram enim affuturus.

Scripſi in Pomptino] *prim. Græv. Grut. Vat. Vict. vulgo,* in Pontino.

Ad villam Metrilii Philemonis devertiſſem] *ſic Pal. prim. Vatic. Vict. ed. vulgo,* divertiſſem. *& ſic Græv. prim. & Amſtelodam. ut &* Philomonis *pro* Philemonis.

P. 402. Fremitum clientium meorum] *ſic Græv. prim. cum vulgatis. alii Pal. prim. & Ven. ed. prim.* clientum.

Honoris mei cauſſa vim maximam ranunculorum ſe commoſſe] *Pal. pr.* vim maximam ranunculorum honoris mei cauſſa ſecum moſſe. *Grut.* raniculorum.

De Pomptino] *ſic prim. edit. Vatic. Grut. prim. Græv. Vict. Ven. vulgo,* de Pontino.

Epiſtolam tuam] *hoc nonnullis novæ epiſtolæ initium.*

Ab L. Aruntio] *al.* Arruntio.

Præſertim tam novis rebus] *al.* p. tantis novis.

Epist. XIX.

P. 403. Vide quanti apud me ſis] *Palat. prim.* Vide quam apud me ſis. *Græv. prim.* vide ne quanti apud me ſis.

Et ſi jure id quidem] *ſic Grut. prim. Pal. Ven. Vict. ed. ſed Græv. prim.* ut ſi jure id quidem. *vulgo,* & jure id quidem.

Non enim te amore vinco] *ſic prim. Pal. Amſtelodam. Vict. ed. vulgati cum Græv. prim.* non enim amore te vinco.

Id abſenti debere non potui] *ſic Amſtelod. & alii. Pal. & Græv. prim.* id abſentem debere non potui. *Grut.* id abſente debere non potui. *al.* id abſenti delere non potui.

P. 404. Topica Ariſtotelea] *ſic Vatic. Græv. prim.* copia Ariſtotelea. *alii cum vulgatis*, Ariſtotelica.

Pleniſſime res illa ſcribi] *ſic mſſ. Pal. prim. Græv. pr. Grut. Vict. & prim. edd. aliique v. c. vulgo* planiſſime.

Percipi poſſe] *unus Guilielm.* percipi non poſſe.

Num jus civile veſtrum] *unus Guilielm.* num jus civile noſtrum.

Doctorem tamen unum quem deſiderant] *vid. Not.*

Quanquam tu] *al.* quin tu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

P. 405. v Kal, Sext.] *ſic mſſ. vulgo,* Vale. v Kal. Sext.

EPIST. XX.

Rufio] *MSS. nonnulli*, Rufius. *al.* Buſius. *alius Guilielmii codex pro* Rufio, medius fidius *legit* Rufio Baſſus.

Ut ſi eſſet unus e nobis] *prim. Græv.* ex nobis. *F. Urſini codex*, ut ſi eſſet unus homo ex nobis.

Velia non eſt vilior] *v. c.* Velia non eſt mihi vilior.

Tamen iſtuc malo] tamen *deeſt in prim. Græv.*

Tu ſi me audies] *al.* tu tamen ſi me audies.

Neque Halethem] *prim. Pal.* neque Haletem. *prim. Græv.* neque Athletem. *duo Guilielm.* neque Aletem.

P. 406. Habet lotum] *al.* locum. *al.* lacum. *prim. Græv.* lutum. *Manut. ed.* lucum.

A quo etiam advenæ teneri ſolent] *al.* in quo etiam advenæ teneri ſolent.

His præſertim temporibus] *MSS.* iis p. t.

Deinde tuam domum] *ſic mſſ. vulgo,* deinde etiam tuam domum.

Amœno loco] *ſic mſſ. vulgo,* amœnoque loco.

Meaque negotia videbis] *in nonnullis libris deeſt* videbis.

P. 407. Ego a Sexto Fadio Niconis diſcipulo] *Grævii prim. & plurimæ edd.* Fabio. *pro* Niconis *vero alii libri* Miconis.

Νίκωνος περὶ πολυφαγίας] *prim. Pal.* ΡΙΚΩΝΟ ΠΕΡΙ ΠΟΛΥ. *Græv. prim.* ne irconoen ΕΡΙΤΙΟ dy quæ aſiæ. *in Amſtelodam. relicta eſt lacuna. Margini adſcriptum erat*, Niconis de voracitate. *in Mentel.* περὶ πολυφαγίας ἢ λεμμαριγίας.

Baſſus noſter] *prim. Græv.* Balbus noſter. *prim. Pal.* Baſſus veſter.

Ventus increbeſcit] *ſic Græv. prim. aliique. vulgo*, increbreſcit.

EPIST. XXI.

Nos ſine periculo facere poſſe] *ſic mſſ. ſed edd. & Græv. prim.* non ſine periculo facere poſſe.

P. 408. Poſſeſſionem Q. Cæpio] *prim. Pal. prim. Græv. Grut.* poſſeſſionemque Cupio.

Offilium] *al.* Ofilium. *mſſ.* officium.

Ut ſe & cauſſam ſuam] *al.* ut ſe cauſſamque tuam.

Etiam atque etiam rogo] *edd. nonnullæ addunt* Vale.

EPIST. XXII.

Poſſet ne hæres] *prim. Pal.* poſſene hæres.

Furti recte agere] *edd.* recte furti agere.

Scævolæ & Teſtæ] *al. codd.* Scævolæ Teſtæ. *al.* Scævulæ.

EPIST. XXIII.

P. 410. Tantum quod ex Arpinati veneram] *ſic mſſ. Pall. Vatic. Peck. Gravii prim. aliique. vulgatæ edd.* tantum ex Arpinati veneram.

Aviani] *Græv. prim. aliique plures* Aniani.

P. 411. In quibus hoc inerat] *ſic mſſ. Pall. Vatic. Græv. prim. Amſtelod. Vict. ed. vulgo*, in quibus hoc erat.

Ac tamen iſta ipſa] *ſic mſſ. vulg.* attamen iſthac ipſa. *Pal. prim.* hæc tamen iſta ipſa.

P. 412. Tanti iſta quatuor aut quinque ſumſiſti] *Pal. prim. & Græv. prim. Amſtelod.* tanti iſta quatuor aut quinque ſumpſiſſe.

Bacchas iſtas cum Muſis Metelli comparas] *ſic mſſ. Pall. prim. Græv. pr. aliique plurimi. vulgo*, ſed Bacchas iſtas c. M. M. c.

At pulchellæ ſunt] *Græv. prim.* at pulcherrimæ.

Cum Avianio] *ſic prim. Pal. Vatic. Vict. ed. ſed vulgati & Græv. prim. aliique* Aviano.

Ego habebo ſcilicet] *Palat. prim. Amſtelod. & Græv. duo*, ego habeo ſcilicet.

Næ ego multo libentius] *Pall. & Græv.* ne ego multo libentius.

Tarracinæ] *MSS.* Taracinæ.

P. 413. Aviani familiarem] *Vat.* Avianii fam.

Exhedria mihi quædam nova ſunt] *v. c.* exedria quædam mihi nova ſunt. *Græv. prim.* Exadria m. q. n. ſ. *unus Guilielm.* ex Hadria m. q. n. ſ.

Quando arceſſantur] *ſic Pal. prim. al. codd. vulgati tamen & Græv. primus*, quando accerſantur.

Mandabam meæ Tulliæ] *ſic prim. Pal. & Græv. prim. vulgo*, mandaram meæ Tulliæ.

Per Liciniam] *prim. Pall. & Græv. nec non Vict. ed.* per Liciniam.

Caſſium uti non ita multum ſorore. ea porro negat ſe audere] *al.* Craſſum u. n. i. m. ſorore: eam porro negare ſ. a. *prim. Græv.* Caſſium uti non ita multum ſorore mea porro negare ſe audere. *Pal. prim.* ſororem eam porro negare ſe audere. eam *quoque habet Vat. & Vict. ed.*

Dexius] *ſic mſſ. Pal. prim. Græv. bini, Amſtelod. vulgo* Decius.

Migrare] *Pal. prim.* magrare.

Eſt mihi gratiſſimum] *Græv. prim.* eſt mihi graviſſimum.

Tanti a te æſtimatam] *Græv. prim. Vat. Vict. ed.* tanti a te æſtimatam. *Pal. prim.* tantum a te extimatum.

P. 414. Sed ne vivam] *Palat. prim.* neu viam. *Græv. prim.* ſed ne ut viam.

Si quid egero faciam, *&c.*] *vid. Not.*

Si tibi videtur] *ſic Pall. prim. Vatic. Græv. prim. aliique. vulgo*, ſi tibi videbitur.

EPIST. XXIV.

Vel proxime de Tigellio] *ſic mſſ. vulg.* de Tigellio perſpexi. Senſi. *Græv. prim.* de Tigollio.

Capius (opinor) olim] *vid. Not.*

P. 415. Quæ eſt hæc ſervitus] *Pal. prim.* qua eſt hæc ſervitus.

Vide quid ſuccenſeat] *Pal. prim.* inde quid ſucc.

Phameæ cauſſam receperam] *ſic Pal. prim. Græv. prim. Vatic. Victor. ed. aliique. vulgo* ſuſceperam.

P. 416. De P. Seſtio] *ſic mſſ. vulg.* Sextio. *& ſic Græv. prim.*

Nullo modo me facere poſſe, cum vellem] *al.* nullo modo me facere poſſe, quem vellet. *vid. Not.*

Sat bonum unctorem] *al.* victorem. *al.* auctorem. *vid. Not.*

P. 417. Ut mi videbatur] *ſic Græv. prim. & Vict. ed. vulgo*, ut mihi videbatur.

Catonem tuum mihi mitte] *al.* cantorem t. m. m.

EPIST. XXV.

CICERO S. D. M. FABIO GALLO] *ſic mſſ. vulgo*, Cicero M. Fabio Gallo S. D.

Salva eſt, domo petes] *ſic Medic. & Græv. prim. al.* ſalva eſt domi, petes.

Ne, ſi iſtum habuerimus] *Medic.* niſi iſtum habuerimus. *Amſtelod.* niſi iſtum habueremus.

P. 419. Vereor ne in Catonium Catoninos] *vid. Not.*

P. 420. Secreto hoc audi, tecum habeto] *Græv. prim.* ſecreto hoc audi, id tecum habeto. *vid. Not.*

Præter duo nos] *ſic mſſ. vulgo*, duos nos.

Bene malene] *MS.* bene maléve.

Urge igitur] *al.* urgeo.

Ne tranſverſum unguem] *ſic Græv. prim. alii*, nec tranſverſum unguem. *vid. Not.*

Atque equidem aliquantum] *al.* atque ego equidem aliquantum. *al.* atqui ego quidem.

EPIST. XXVI.

P. 421. Cum decimum jam diem graviter ex inteſtinis] *v. c.* cum jam decimum diem graviter, *&c. al.* ex inteſtino legunt.

Neque iis, qui mea opera uti volebant, me probarem non valere] *ſic prim. Pal. Græv. edd. Vict. Venet. Gravii prim. omittit* iis. *vulgo*, neque iis, q. m. o. u. v. probarem me non valere.

Tum in quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt] *MSS. prim. Pal. Græv. Grut. Amſtelod.* tum quod Epicurum tuum Stoici male accipiunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

piunt. *vulgo*, tum in quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt.

P. 422. Sibi moleſta eſſe] *al.* moleſta eſſe.

P. 423. Fungos, heluellas, herbas omnis] *prim. Græv.* fungos vel viles herbas omnis.

Videar cœpiſſe conſiſtere] *ſic Vatic. Amſtelod. Græv. prim. cum vulgatis*, ut videatur cœpiſſe conſiſtere. *idem pro* hodie *legit* eo die. *vid. Not.*

A beta & a malva deceptus ſum] *ſic Græv. prim. Medic.* a beta etiam & a malva deceptus ſum. *Amſtelod.* a bleta etiam malva deceptus ſum.

Cogito commorari] *v. c.* cogito morari.

EPIST. XXVII.

CICERO S. D. GALLO] *ſic Græv. prim. al.* C. S. D. Fabio Gallo. *al.* Seſtio Gallo.

Ego enim te in Conſulatu obſervaram] *ſic mſſ. al.* obſervaveram.

Multa tu quidem dicis] *MS.* multa ut quidem dicis.

Tribunatum plebei] *ſic mſſ. vulgo* plebis.

Mea cauſſa petiſſe] *ſic mſſ. vulgo* petiiſſe.

Negas me audere quod ſentiam dicere] *v. c.* negas me quod ſentiam audere dicere. *Græv. prim.* ſententiam.

Cum impudenter me rogares] *prim. Pal. Vat. Vict.* cum parum pudenter. *vid. Not.*

P. 425. Ut iſto ipſo in genere] *v. c.* ut ipſo iſto in genere.

Non enim ingrata mihi ſunt] *ſic mſſ. vulgo*, non enim mihi ingrata ſunt.

Quid tibi ego debeo?] *ſic mſſ. vulgo*, quid ego tibi debeo?

Si vera] *ſic mſſ. vulgo*, ſin vera.

Tu es optimus teſtis quid mihi populus Romanus debeat] *Pall. Gruter. Amſtelod. edit. prim.* tu es optimus teſtis mihi populus R. debeat. *ſed Græv. prim. ſtat pro vulgata.*

EPIST. XXVIII.

M. CICERO S. D. CURIO] *ſic mſſ. vulgo*, M. T. C. M. Curio S. D.

Cum mihi deſipere videbare] *Pal. prim.* quod mihi deſipere videbare.

Peloponneſus] *prim. Pal.* Peloponeſus.

Patræ] *Grut.* Pateræ.

Et vidiſſe mihi multum videris] *al.* & vidiſſe multum videris.

Qui hinc abſis] *MS.* quod hic abſis.

P. 426. Nunc eſſe beatus poteſt] *Pal. prim.* nunc beatus eſſe poteſt.

Quanta fortaſſe tu ſenties] *al.* quanta tu fortaſſe ſenties.

Intellexi enim ex tuo ſermone quodam] *in prim. Græv. deeſt τὸ* enim.

Cum mœſtitiam meam & deſperationem] meam *in nonnullis libris deſideratur.*

Dicere te] te *non extat in aliquot libris.*

Quæ non ſolum ſuis erga me] *prim. Pal.* quæ non ſolum, ſed etiam a meis erga ſe.

P. 427. Ita rem communem eſſe dilapſam] *ſic mſſ. vulgo*, ita communem rem eſſe dilapſam.

In cujus poteſtate omnia ſunt] *MS.* in cujus poteſtate ſunt omnia.

Ad prima redeo] *Ven.* ad primam redeo.

Vale] *non extat in mſſ.*

EPIST. XXIX.

Si inter ſenes coëmptionales venale proſcripſerit] *prim. Græv.* ſi inter ſenes coëmptionales perſcripſerit. *Pal. prim. Stewech. Peck. edit. prima*, ſi inter ſenes contionales. *Grut.* ſi inter nos ſenes contionales ven. *alius vetus lib. Hotom.* inter vos concionales. *al. v. c. Egnat.* inter vos ſenes. *Medic.* inter nos ſenes coëmptionales.

P. 428. Quod ſimus, quod habeamus, quod homines exiſtimemur] *Grut.* quod ſimus, habeamus, quod homines exiſtimemur. *Græv. duo, & Amſtelod.* quod ſumus, quod habeamus, q. h. e.

P. 429. Id omne abs te habere] *Græv. prim.* id omnes abs te habere.

Sulpicii ſucceſſori nos de meliore nota] *MS.* Sulpicii nos ſucceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

ſori d. m. n. *alius codex*, de meliori nota.

Teque ad ver lubentes videre] *al.* teque ad urbem lub. vid. *prim. Græv.* teque ad ludentes videre. *Amſtelodam.* teque ad ver libenter vivere. *in Gruter. & Menteliano hæc verba* teque ad ver lubentes videre, & noſtra defigere, deportareque tuto poſſimus *deſiderantur. ſed in Græv. ſecundo plane ita ſcriptum eſt, ut præ ſe ferunt editiones.*

Sine eum errare] ſine *non eſt in Pal. primo.*

Duo parietes] *ſic mſſ. vid. Not. vulgo*, duos parietes.

EPIST. XXX.

P. 430. Quin hinc ipſe evolare cupio] *prim. Græv.* quin huc ipſe evelare cupio. *Grut.* evolari.

Næ tu] *prim. Græv.* nec tu.

Multo ante providiſſe] *Pal. prim.* m. a. prævidiſſe.

Quanquam hæc etiam auditu acerba ſunt] *ſic mſſ. al.* quanquam enim hæc e. a. a. ſ.

P. 431. Fuit enim mirifica vigilantia] *in Pal. prim. deeſt* enim.

Non enim ades] *MS.* non enim ades. non.

P. 432. Cujus quum proprium te eſſe] *ſic prim. Græv. & Vict. vulgo*, cujus quando proprium te eſſe.

Mancipio & nexu] *Palat. prim. & Græv. prim.* mancipio & nexo.

Meum autem uſu] *prim. Pal. & pr. Græv.* meo autem uſu.

Contentus iſto ſum] *prim. Pal. & prim. Græv.* contentus iſtorum.

Id enim eſt cujuſque proprium] *ſic mſſ. al.* id enim cujuſque proprium eſt.

Quo quiſque fruitur atque] *al.* quo fruitur quiſque.

Sed hæc alias pluribus] *prim. Græv.* ſed hoc pluribus.

Acilius qui in Græciam] *duo Guilielm.* Attilius. *Grut.* Atilius. *Græv. prim.* Agilius.

Maximo meo beneficio eſt] *ſic mſſ. antiquiſſimi. vulgo*, maximo meo beneficio eſt affectus.

De te diligentiſſime ſcripſi] *v. c.* diligentiſſime de te ſcr.

Eamque epiſtolam cum hac conjunxi] *prim. Græv. & Pal.* eamque epiſtolam cum hac epiſtola conjunxi.

Quomodo acceperit] *Grut. Amſtelod. Ven.* quando acceperit.

Et quid tibi pollicitus ſit] *pr. Græv.* & quid ſibi pollicitus ſit.

EPIST. XXXI.

Quod quum uterque noſtrum] *ſic prim. Græv. & Victor. ed. vulgo*, quod quando uterque noſtrum.

Acilio non fuiſſe neceſſe meas dari litteras] *ſic prim. Græv. & Vict. ed. al. mſſ.* Atilio.

Sulpitii tibi operam] *Stewech.* Sulpitii tibi opera.

Propter res tuas ita contractas] *v. c.* propter tuas res.

EPIST. XXXII.

P. 434. Εὐτραπελία litterarum] *MSS. duo*, epigramma litterarum.

P. 435. Seſtiana] *al.* Sextiana.

Non reſiſtis?] *MSS.* non ne reſiſtis?

Ut cognoſci ſua ſponte poſſent] *prim. Pal.* ita ut cognoſci ſua ſp. p.

Ut nihil tam ſit ἀκύθηρον] *ſic mſſ. vulgo*, ἄκυρον.

P. 436. Sit vel Selius tam eloquens] ſit *deeſt in Grut.*

Selius] *al.* Solius. *al.* Cœlius.

Se liberum] *Stew.* ſe ſe liberum.

Sed mehercules extra jocum] *ſic mſſ. vulgo*, mehercule.

Id cum ipſius cauſſa, eſt mihi, ut ſcis, in amoribus] *Amſtelod.* eſt enim, ut ſcis, mihi in majoribus. *vid. Not.*

Amare non deſinam] *ſic mſſ. vulgo*, amare tamen non deſinam.

Quum inſtituiſti] *ſic mſſ. al.* quando & inſtituiſti.

Dolabellam] *prim. Pal. & pr. Græv.* Dolobellam.

Quem ego perſpicio & judico] *prim. Græv.* quem ego perſpiciar & judicio. *duo Guilielm.* q. e. p. & video.

Quo quicquam deſit] *ſic pr. Græv. Pall.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Pall. & Vict. ed. vulgo, quod quicquam deſit.

EPIST. XXXIII.

P. 437. Mi ſuaviſſime Volumni] *Græv. prim.* mi ſuaſum mi Volumni. *Pal. prim. & Grut.* mihi ſua viſum eſt Volumni.

Gregalibus illis amiſſis] *al.* emiſſis.

Pinnigero non armigero] *ſic mſſ. vulgo*, pennigero.

P. 438. Apud Accium] *al.* apud Attium.

Abjecta gloria] *Pall. & Græv. prim.* abjecta a gloria.

Quanquam venis] *ſic prim. Græv. Pall. Grut. Vict. vulgo*, quanquam venies.

Quas ſi ut volumus exceperimus] *al.* excluſerimus.

Communibus noſtris amatoribus] *Amſtelod.* omnibus noſtris amatoribus. *vid. Not.*

Opus eſt huc limatulo ac polito tuo judicio] *ſic mſſ. vulgo*, politulo. *vid. Not.*

Interioribus litteris meis] *MSS. duo*, interioribus meis litteris.

Ne perinvitus legerem] *MSS.* ne pluribus legerem. *vid. Not.*

P. 439. Ac velim poſthac ſic ſtatuas] *prim. Pal.* at velim poſthac ſic ſtatuas.

LIBER VIII.

EPIST. I.

P. 440. Quod tibi decedens pollicitus ſum] *ſic mſſ. vulgo*, quod tibi decedenti pollicitus ſum.

Ne tibi nimium arguta hæc ſedulitas videatur] *al.* ne tibi arguta nimium.

P. 441. Sed ipſum volumen] *prim. Græv.* id ipſum volumen.

Neſcio quojus otii eſſet] *vid. Not.*

Quæ exiſtimatio ſecuta, quæque de eo ſpes eſt] *ſic Pall. tres. prim. Græv. niſi quod pro* quæque quoque *in illo ſit, prima & Vict. edd. vulgo*, quæ exiſtimatio conſecuta, quæque de eo ſpes.

Cumanum tenus] *al.* Comum t.

P. 442. Quod ad Cæſ. attin.] *al. ap. Corrad.* Q. a Cæſare.

Quod opinor certe factum eſt] *ſic Vatic. Pall. quart. quint. Græv. prim. & edit. Victorii. Amſtelod.* quod opinor certe eſt factum. *Pal. prim. Græv. ſec. ed. prim.* quod opinor certe factum eſſe. *vulgo*, quod opinor certe factum.

Circumſederi] *ſic mſſ. vulgo* circumſideri.

P. 443. Palam ſecreto narrantur] *vid. Not.*

At Domitius, cum manus ad os appoſuit] *prim. Græv.* addo micius cum ad eos appoſuit. *Pall. tres ac ed. prim.* aut Domitius. *v. c. Polit.* apud Domitius.

Et te urbe ac foro toto maximus rumor fuit a Q. Pompeio in itinere occiſum] *vid. Not.*

P. 444. Baulis embæneticam facere] *vid. Not.*

Ut ego miſererer ejus eſuriei] *Pal. & Græv. prim. Amſtelod. edit. priſc.* ut ego miſererere ejus eſurire. *Pal. quart.* miſererer excicare. *quint.* exicare.

P. 445. Plancus quidem tuus Ravennæ eſt] *MSS.* Plancus quidem tuus Ravenna eſt.

Omnibus vigent] *Pal. prim.* omnibus vigens.

EPIST. II.

P. 446. Me repræſentante] *al.* matre prehenſante. *vel*, me reprehenſante. *vid. Not.*

Et ſingulis in uno quoque ordine] *ſic Amſtelod. Palat. prim. Victor. ed. ſed Græv. bini*, ſed ſingulis in unoquoque ordine. *vid. Not.*

Vide modo, inquis] *al.* videſne rogo? *vid. Not.*

Tam præter opinionem] tam *deeſt in prim. Græv.*

Obſtupui] *Vat. & Vict. ed.* obſtipii.

Relictus lege Licinia] *al.* relictus legi Liciniæ.

P. 447. Poſtridie ejus abſolutionem] *vid. Not.*

Rudentum ſibilis] *al.* ſibilus. *al.* ſimilis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

milis. *al.* ridentum. *al.* rudentium ſibilus.

In totam vitam quoivis] *ſic prim. Græv. vulgo*, cuivis.

In nobilem agentem] *ſic mſſ. vulgo*, in ignobilem egentem.

P. 448. Quod ad Pantheras attinet] *Peck.* quod Pantheras attinet, ſyngrapham. *Græv. prim.* quod Pantheras attinet, rogo.

Syngrapham Sittianam] *MS.* pyngrapham.

Qui has litteras tibi dedit] *ſic Vatic. Peck. Græv. prim. ed. Vict. vulgo*, reddet.

EPIST. III.

Tibi ſæpe, quod negaras] *al.* tibi ſæpe, quod me negaras.

Quod negaras diſcedens curaturum tibi] *ſic Vatic. Peck. Græv. prim. ed. Victor. vulgo* tibi *omittitur.*

Hoc eo diligentius factito] *al.* facio.

Vacanti negotium erat] *Peck. & Græv. prim.* vaganti negotium erat.

P. 449. Quæ mea negligentia eſt] *prim. Græv.* & quique mea facta negligentia eſt.

Mea, ſi fio, forſitan cum locupletiore referam] *al.* me, ſi fio, ſi forſan c. l. r. *vid. Not.*

Sed tanti? ſed mehercule.non multum M. Octavius eorum odia] *vid. Not.*

P. 450. Qui tibi iſtuc] *Vatic. & prim. Græv.* quid tibi iſtuc.

Aliquod ex tam multis tuis monumentis] *Vatic. & prim. Græv.* aliquid ex tam multis tuis m.

Quod noſtræ amicitiæ memoriam poſteris quoque prodat] *prim. Græv.* quod in noſtræ amicitiæ memoriam poſteris quam quod prodat. *Peck. cod.* amicitiæ noſtræ.

Tu citius, qui omnem noſti diſciplinam] *vid. Not.*

EPIST. IV.

P. 451. Poſtulatum a Galliis duobus] *al.* condemnatum a Galliis duobus.

A Galliis duobus] *al.* a Gallis duobus.

Lentuli Cruris] *al.* Lentuli Suræ. *duo Guilielm. lib.* Lentuli a curis. *unde ille fecit* a curiis, *quia curiata erant comitia.*

At qua ſpe] *Prim. Græv.* atque ſpe.

P. 452. Et Hercules, niſi noſtri equites] *prim. Græv.* ut mehercules in noſtriſque. *al.* & me Hercules. *varie legitur pro* equites, quæ, qua, æque.

Acutius] *al.* ac tutius.

Tribunum plebis deſignatum] *prim. Græv.* deſignatum tribunum plebis.

Incutit multis] *prim. Græv.* incitit multis.

Bonos & ſenatum malet] *al.* bonos ſervatos malet. *al.* bonos ſerv. mallet.

Hujus autem voluntatis initium & cauſſa eſt] *vid. Not.*

Qui ſolet infimorum hominum] *prim. Græv.* infirmorum hominum.

Qua in re mihi videtur illud perquam venuſte cecidiſſe] *MSS.* ceciniſſe.

P. 453. In evitandis conſiliis] *al.* in evitandis iis conſiliis. *al. edd.* in evitandis eorum conſiliis.

Confectis omnibus] *prim. Græv.* interfectis omnibus.

Quem eventum ſint habitura] *prim. Græv.* quæ me ventum ſint habitura.

M. Cœlium Vinicianum] *al.* M. Cœlium Vicinianum. *al.* M. Cœlium Titianum. *vid. Not.*

P. 454. Quam deriſeramus olim] *prim. Græv.* quam deſideramus olim.

Promulgatio de dictatore ſubito] *prim. Græv.* promulgatio delectatore ſubito.

Inde Hirrum cuncti an non faciendum flagitare] *vid. Not.*

Quod vix ſperare auſus es] *duo Guilielm.* quod vix ſperare viſus es. *prim. Græv.* quod vix ſperari auſus eſt.

Quo numero eſſet, quo appeteretur] *ſic mſſ. vid. Not.*

455. Cum ex Gallia coactus eſſet dicere Pompeius ſe legionem abducturum] *Græv. prim.* eam Pompeius eſſe in Gallia coactus eſt dicere Pompeius

peius ſe legionem adducturum.

Inde interrogatus de ſucceſſione] *al.* inde interrogatus eſt d. ſ.

Profecto aut tranſigeretur aliquid, *&c.*] *vid. Not.*

P. 456. Ut Cibyratas arceſſas] *ſic Vict. ed. prim. Græv. ut* Ciburatas. *ſic* Sulla *&* Sylla *ſcribitur.*

Cureſque ut mihi vehantur] *prim. Græv.* veantur.

Quomodo regnum illud ſe habeat] *ſic Vict. ed. & prim. Græv. vulgo*, quomodo regnum illud ſe ſe habeat.

EPIST. V.

Animi pendeo] *prim. Græv.* animis pendeo.

Nam ſi hoc moderari poſſemus] *al.* n. ſ. h modo.

P. 457. Tanquam nihil denegatum ſit ei] *v. c.* tanquam nihil abrogatum ſit ei.

De omnibus provinciis decernere] *prim. Græv.* diſcernere.

In his tricis moretur] *Guilielm. cod.* in hiſtoricis. *prim. Græv.* in hiſtricis.

P. 459. Quod ſi anno præterito Curio tribunus] *prim. Græv. & Manut. ed.* hoc ſi præterito anno Curius tribunus. *edd.* quod ſi hoc anno præterito Curio tribunus.

Et eadem actio de provinciis introivit, quam] *prim. Græv.* & eadem actio de provinciis, ut quam. *vulgo*, & eadem actio de provinciis introibit.

Quam facile nunc ſit omnia impedire] *ſic Vict. ed. & prim. Græv. vulgo*, quam facile tunc ſit omnia impedire.

Et quam hoc Cæſari, qui ſua cauſſa remp. non curet, ſuperet, non te fallit] *vid. Not.*

EPIST. VI.

P. 460. Quo facto retudit ſermonem] *ſic Vict. ed. vulgo* retulit. *prim. Græv.* & tulit.

Quam velis eum obligare] *prim. Græv.* quam eum velim obligare.

Cum quo ſimultas non fuiſſet] *prim. Græv.* cum quo ſi ſimultas non fuiſſet.

Nunc ſi ad illam ſummam veritatem] *vid. Not.*

Uxor a Dolabella diſceſſit] *MSS.* uxor e Dolabella diſceſſit.

Unum illud monere te poſſum] *prim. Græv.* unum illud te monere poſſum.

P. 461. Porro ſignificatio ulla ſi interceſſerit] *prim. Græv.* porro ſignificatio ulla interceſſet.

Neque ille tacere eam rem poterit] *al.* neque enim ille tacere.

P. 462. Si Parthi vos nihil calfaciant, nos hic frigore frigeſcimus] *prim. Græv.* ſi Parchi vos nihil calfaciunt, nos nihil frigore frigeſcimus. *al.* ſi P. nos nih. calf. nos hic frig. fr. *vel* nos nihil frig.

Hic omnia jaceant, potuit ſine Parthis] *prim. Græv.* hic omnia jaceant, putavit. Sine Parthis Bibulus *&c.*

Quod tibi ſcripſi ſupra] *prim. Græv.* ſibi.

Curionem frigere] *Græv. prim.* Curionem valde frigeſcere. *vid. Not.*

Ferventiſſime concerpitur] *al.* f. coëcerpitur.

Leviſſime enim] *ſic mſſ. vulgo*, belliſſime enim.

P. 463. Legem viariam non diſſimilem agrariæ Rulli] *prim. Græv.* legem variam non diſſimilem agitare, &.

Quæ jubet ædiles metiri] *ſic prim. Græv. vulgo* quas.

Cum priorem partem epiſtolæ ſcripſi] *ſic mſſ. vulgo*, cum priorem epiſtolæ partem ſcripſi.

Ponito me in gratia] *ſic mſſ. al.* in gratiam.

De Dolabella integrum tibi reſerves] *Peck.* Dolabellam integrum tibi reſerves.

Æquitatiſque opinioni hoc ita facere expedit] *ſic mſſ. vulgo*, æquitatiſque opinioni te hoc ita facere expedit.

Pantheras Græcas] *ſic prim. Græv. aliique. vulgo*, Pantherarum greges.

EPIST. VII.

P. 464. Quam cito tu iſtinc decedere cupias] *MS.* iſtim.

Rem geſſiſti] *pr. Græv.* res geſſiſti.

Metus aliquis perturbet] *ſic prim. Græv. alii,* metus aliqui perturbent.

Cornificius adoleſcens Oreſtillæ filiam] *al. cod.* adoleſcentiorem Syllæ filiam. *mſ. Sigon.* Cornificius adoleſcentiorem ille ſibi filiam. *prim. Græv.* Cornificius adoleſcentior eſt, ille filium ſibi deſpondit. *al.* adoleſcentior eſt, ille ubi filium.

Divortium ſine cauſſa] *al.* devortium ſine cauſſa.

Nondum retulerat] *Medic.* nondum retuleras. *prim. Græv.* non modum retuleras.

EPIST. VIII.

P. 465. Etſi de rep. quæ tibi ſcribam habeo] *al.* etſi multa de rep. quæ tibi ſcribam habeo.

Quod magis te gaviſurum putem] *ſic prim. Græv. vulgo,* quo m. t. g. p.

Scito C. Sempronium Rufum, Rufum mel] *prim. Græv.* ſit C. Sempronium Rufum, mel.

Calumniam maximo plauſu tuliſſe] *prim. Græv.* calumpniam m. p. t.

Quæris, qua in cauſſa] *Vat.* quæris quæ in cauſſa. *al.* quæris an cauſſa. *vid. Not.*

P. 466. M. Tuccium accuſatorem ſuum] *prim. Græv.* Mutium accuſatorem ſuum.

Reum lege Plotia] *prim. Græv.* rerum lege Plotia.

Ad ſubſellia rei occurro] *pr. Græv.* ad ſubſellia regi occurro, *al.* accurro.

Veſtorium quoque] *al.* Neſtorium quoque.

Si quid injuriis ſuis eſſet quo Veſtorius teneretur] *Med. & prim. Græv.* ſi quod injuriis ſuis eſſet, ut Veſtorius teneret. *al.* quod Veſtorius teneret. *vid. Not.*

P. 467. Quod Pilius neceſſarius Attici noſtri de repetundis eum poſtulavit] *prim. Græv.* quæ Pilius Attici noſtri repetundis eum poſtulavit.

Magna illico fama ſurrexit] *Peck.* magis i. f. ſ.

De damnatione ferventer loqui cœptum eſt] *prim. Græv.* de dampnatione. *in aliis libris omittitur* eſt.

Quo vento projicitur Appius minor] *prim. Græv.* quo vento proicitur Apius miror.

Ut implicet pecuniam] *prim. Græv.* impicet. *vid. Not.*

P. 468. Prævaricationiſque cauſſa diceret depoſitum] *al.* divinationiſque cauſſa diceret depoſitum. *pr. Græv.* prævaricationiſque cauſſa diceret depoſitum. *al.* poſitum.

Imo ſi actionem, ſtultiſſimaſque de ſe, nefarias de patre confeſſiones audiſſes] *ſic prim. Græv. alii & vulgo aliter. vid. Not.*

Quid ſinguli ordines judicaſſent] *Lamb.* quod ſinguli ordines judicaſſent.

Ad extremum, ut ſolent, non redigam] *ſic mſſ. vulgo,* ut ſolet, ait, referam.

P. 469. Pro abſoluto Servilius haberi cœptus] *Lamb.* cœptus eſt.

Quod eorum judicum] *Antwerp. ed.* quod eorum judicium.

Id jus ratumque eſto] *prim. Græv.* id jus juratumque eſto. *Peck.* id jus curatumque eſto.

Poſtulante rurſus Appio] *pr. Græv.* poſtulantur Apio. *ſemper* Apius *ſcribit iſte liber.*

Cum L. Lollio tranſegiſſet] *ſic mſſ. prim. Græv.* cum Lutio Lollio tranſegiſſet. *vulgo,* cum L. Lollio tranſegit.

Et ſe relaturum dixit] *al.* ſe relaturum dixit.

Cum calumniam juraſſet] *al.* vitaſſet. *prim. Græv.* calumpniam.

A quodam ſuo emiſſario Titio] *vid. Not.*

P. 470. Sæpe re dilata] *ſic mſſ. al.* ſæpe relata.

Plane perſpecta Cn. Pompeii voluntate] *prim. Græv.* plane perfecta G. N. Pompeius voluntate in eam partem.

Ut eum decedere poſt Kalendas Martias placeret, Senatuſconſultum, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

quod tibi miſi, factum eſt, auctoritateſque perſcriptæ. SC. auctoritates. Pridie Kalendas Octobreis in æde Apollinis ſcrib. affuerunt] *prim. Græv.* ut eum decedere poſt Kal. Martias placeret. ſenatus auctoritas p Kal. Octob. in æde Apollinis ſcripta adfuerunt. *Peck.* ſcribæ affuerunt. *Vat. Vict.* ſcrib. adfuerunt.

L. Domitius, Cn. Filius, Ahenobarbus] *al.* Aenobarbus. *prim. Græv.* L. Domitius G. N. Fabius Metellus.

P. 471. Quirina] *prim. Græv.* Quirini.

L. Ateius L. F. An. Capito] *al.* Atteius. *& prim. Græv. aliique*, Ancapito.

L. Paullus] *al.* C. Paullus.

Ex a. d. x Kal. Mart.] *al.* ad ex Kal. Mart.

P. 472. Neve quid conjunctim de ea re referretur] *prim. Græv.* neve quid junctum d. e. r. r.

Et cum de ea re ad ſenatum referretur a Coss.] *prim. Græv.* ut cum de ea re a. ſ. r. a. conſiliis, *quæ vox & in Peck. eſt, & infra repetitur.*

Eorum qui in ccc judicibus eſſent] *al.* qui eorum. *al.* eorum quin.

Sex adducere liceret] *prim. Græv.* ſes adducere liceret.

Si quid ea re ad populum, ad plebemve lato] *ſic Vict. ed. vulgo*, ſiquid de ea re ad populum plebemve lato. *pro* lato *nonnulli codd.* referri.

P. 473. Quod ii non tuliſſent, uti, quicunque deinceps eſſent ad populum plebemve ferrent] *hæc verba deſiderantur in primo Grævii, abſorpta ſunt a præcedente periodo, quæ iiſdem verbis finitur. vulgo*, quod ii non tuliſſent, uti quicunque deinceps eſſent, ferrent.

I. V.] *al.* L. V. *al.* S. C. A.

Scribendo adfuerunt] *prim. Græv. Peck.* ſcripta adfuerunt.

Quo minus de repub. ad ſenatum referri, ſenatique conſúltum fieri] *prim. Græv.* quominus de R. P. Q. P. ad ſenatum referre, ſenatumque fieri poſſe. *Medic.* quo minus de Rep. Q. P. ad ſenatum referri.

Qui impedierit, prohibuerit] Prohibuerit *in multis deſideratur. vid. Not.*

Eum ſenatum exiſtimare contra rempublicam feciſſe] *prim. Græv.* tum ſenatum exiſtimari contra remp. feciſſe.

De ea re ad ſenat. pop.q; referri] *Med. lib.* de ea rep. ad hunc ordinem referri. *Græv. prim.* ad ſenatum populumque referre.

L. Vinicius] *MSS.* L. Vicinius.

P. 474. C. Vibius Panſa] *Peck.* C. Julius Panſa.

Aut cauſſas] *ſic Vict. & prim. Græv. vulgo* aut *omittitur.*

Et de ea re ad ſenatum populumque referri] *vid. Not.*

Huic ſenatuſconſulto] *prim. Græv.* huic ſenatoc. *al.* huic SC.

In octo reliquas provincias] *ſic prim. Græv. Vict. ed. vulgo*, & in octo rel. p. *al.* inque octo rel. prov.

Qui in eas provincias proficiſcerentur] *al.* profecti eſſent.

P. 475. Potuit ſuperſederi] *prim. Græv.* potuit ſuperſedere.

Sittianamq; ſyngrapham tibi commendo] *v. c.* Sittianam quoque ſyngrapham tibi commendo.

EPIST. IX.

P. 476. Quam ne contentionis minimæ fuerit] *prim. Græv.* quam ne contentionis minimum fuerit.

Curionem prorſus non mediocriter objurgatus, hac repulſa ſe mutavit] *prim. Græv.* Curionem prorſus non mediocriter objurgat, ac repulſa ſe mutavit. *Peck.* prorſus Curionem n. m. objurgatus hac r. ſ. m. *al.* a Curione prorſus n. m. o. h. r. ſ. m. *al.* Curionis prorſus *&c.*

Agit cauſſas liberales] *prim. Græv.* agit cauſſam liberalis. *al.* agit cauſſam liberaliter. *&* a. c. liberalius.

P. 477. In Kl. rejectum ne frequentiam quidem efficere potuerant] *prim. Græv.* in Kl. rejecta eſt. ne frequentiam quidem efficere potuerant. *edd.* in Kl. rejecta cauſſa eſt. ne f. q. e. p.

A. d. IV Non. Septemb.] *pr. Græv.* ad III Non. Septemb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Ne profligatum quidem quicquam] *ſic mſſ. vulgo*, ne promulgatum quidem quicquam erat. *alii*, ne profugatum quidem quicquam.

In proximum annum transferetur] *prim. Græv.* transferretur.

Non expeditur ſucceſſio] *ſic prim. Græv. aliique & Vict. ed. vulgo*, non expedietur ſucceſſio.

P. 478. Ut ad hunc adventum te parares] *prim. Græv.* præparares.

Patiſchum Curioni] *prim. Græv.* Parthis cum Curione.

Cibyratas] *vulgari errore* Cybir.

Amabo te, impera tibi: hoc cura. Soles libenter, *&c.*] *vid. Not.*

Hoc eſt imperandi & mandandi] *prim. Græv.* hoc eſt imperandi & amandi.

Si ullam ſpem] *ſic prim. Græv. aliique. nonnulli*, ſi nullam ſpem.

Feridium] *al.* Fetidium.

P. 479. Fructuarios habent] *MSS.* fructuarios habet.

Habent civitates] *al.* Cibyratæ.

Favonium] *Pall. duo*, Favilum. *quart.* Frivolum.

A columnariis præteritum] *al.* perterritum. *al.* a colonariis.

Eum non fecit] *v. c.* eum nihili fecit.

Pompeius tuus aperte, Cæſarem & provinciam tenere cum exercitu, & conſulem eſſe] *vid. Not.*

Conjunctim referretur] *Peck.* conjunctum referretur.

Queſtum eſſe cum Scipione] *ſic Pal. prim. & Vict. ed. vulgo*, conqueſtum eſſe cum Scipione.

In accuſatione ſatis frigidus] *al.* ſane frigidus.

EPIST. X.

P. 480. Sane quam litteris C. Caſſii] *prim. Pal. & Amſtelod.* ſane quoniam litteris G. Cæſaris.

Cis Euphratem] *prim. Pal. & Amſtelod.* Euphraten.

Profectas per Commagenen] *v. c.* eſſe profectas per Commagenem.

Dignitati tuæ periculum afferret] *prim. & quint. Palat. Peck. & Amſtelodam.* dignitatis tuæ periculum afferret.

Hoc quomodo acciperent] *ed.* hæc quomodo acciperent.

P. 481. Alius ab urbe Pompeium non removendum] Pompeium *in vulgatis omittitur.*

Cæſarem cum ſuo exercitu] *Peck.* Cæſarem cum exercitu ſuo.

Ut paludati exeant] *al.* & p. e.

Senatui renuntiaſſe] *Amſtelod.* ſenatui renunciaſſet.

Ne aut velificatus alicui dicaris] *Pall. prim. quart. Peck. Amſtelod. prim. & Gebh. edd.* ne aut bellificatus. *Palat. quint.* belificatus.

Aut aliquid, quod referret ſcire, reticuiſſe] *v. c.* conticuiſſe. *Amſtelod.* aut aliquid quidem referretur ſciret reticuiſſet.

Parum efficax ſit] *Amſtelod.* parum partim e. ſ.

Itemque Servium, quam cunctator] *Peck. Amſtelodam. & Gebh. ed.* itemque Servius, quam cunctator.

P. 482. Cujuſmodi putas hos eſſe?] *prim. Pal. Peck. Amſtelod.* cujuſmodi putas hoc eſſe?

Qui id, quod nolint] *al.* nolunt.

Frigide agunt] *Peck.* ajunt.

Novis magiſtratibus] *Peck.* a nobis magiſtratibus. *Amſtelod.* nobis magiſtratibus.

Sin autem non erit iſtic bellum] *al.* ſ. a. aut n. e. i. b. *Peck.* ſin autem ſit aut non erit iſtic bellum.

Inde ut aliquid Pompeio tribuat, quidvis] *Lambin.* deinde ut aliquid Pompeio tribuat. *al.* quodvis *pro* quidvis.

Plures ſuſpicari] *Peck.* pluris ſ.

Præparata multa ſcio] *Peck.* præparata multa eſſe ſcio.

Quæcunque acciderint vertentur] *Peck.* verterent.

Illud addo, ad actiones C. Curionis de agro Campano] *al.* illud addo, actiones C. Curionis de agro Campano.

Pompeium valde nolle] *ſic pr. Pal. Amſtelod. Victor. ed. vulgo*, Pompeium valde velle.

EPIST.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

EPIST. XI.

P. 483. Comitiales eripiebantur] *al.* contiones eripiebantur.

Ne quod furore Paulli adeptus eſſet boni] *al.* ne ſi quid f. P. a. e. b. *al.* adeptum. *al.* ne quod favore Paulli adeptus eſſet boni. *vid. Not.*

Confirmarunt conſules] *prim. Pal. Peck. Amſtelod.* & confirmavit conſul.

Se his ſupplicationibus] *Amſtelod.* eſſe his ſupplicationibus. *prim. Pal.* iis ſupplicationibus.

P. 484. Spem in iſtis ſupplicationibus] *al.* ſe ſpem in iſtis ſupplicationibus.

P. 485. Qui de te locutus honorifice] *vid. Not.*

Non decrerat] *ſic Amſtelod. & alii vv. codd. vulgo,* non decreverat.

Tertius ad hos Favonius] *Amſtelod.* certius ad hos Favonius.

Tum ejus fidem in ſuſpicionem adduxit] *Pal. Amſtelod. prim.* cum ejus fidem in ſuſpicionem adduxit. *Peck.* cum e. f. i. ſ. adduxi.

Nec deerant quidem qui neque tranſigi volebant] *prim. Pal.* deſierant quidem qui inique tranſigi volebant. *Amſtelod.* deſerant quidem qui inique tranſigi volebant. *Lambin. ed.* nec deerant quidem, qui id nunquam tranſigi volebant. *al.* nec deerant qui iniqua tr. v.

P. 486. In unam cauſſam omnis contentio conjecta eſt de provinciis: in quam adhuc incubuiſſe cum ſenatu Pompeius videtur, ut Cæſar Id. Novembr. decedat] *editiones Manutii*, in unam cauſſam omnis contentio conjecta eſt: de provinciis inquam adhuc eſt. Incubuiſſe cum ſenatu Pompeius videtur, ut Cæſar ante Id. Nov. decedat. *in Amſtelodam. etiam ſcribitur,* de provinciis adhuc eſt. *& mox idem,* ut Cæſar Idus non decedat.

Cæſarem Conſulem deſignari prius] *Amſtelod. & edd. Gebh. & Victor.* Cæſarem Cos. deſign. prius.

Si interceſſorem, quod videntur, reformidarint] *ſic Vict. Amſtelod. & Pall.* ſi interceſſorem, quod videntur, reformidarunt. *vulgo* reformidabunt. *alii ſic diſtinguunt & legunt,* defendet interceſſorem: ſi, quod videntur, r.

E quo tu, quæ digna ſunt, ſelige] *Vict.* ex quo tu *&c.*

P. 487. Denique malo in hanc partem errare] *vid. Not.*

EPIST. XII.

Poſteaquam vero comperi] *Peck.* complexi. *Amſtelod.* coperi.

P. 488. Mihi inimiciſſimo homine] *vox* homine *abeſt a veteri codice.*

Ipſum reprehenderem] *Amſtelod.* ipſum reprehendere. *al.* Pompeio: tum ipſum reprehendente.

Vitam mihi debere putaram] *ſic prim. Pal.*

Tum quidem aliquot amicis, qui teſtes erant meorum in illum meritorum] *vid. Not.*

Poſtquam reſciit] *al.* poſtquam reſcivit.

Incanduit] *al.* excanduit. *al.* ſcanduit. *al.* canduit.

P. 489. Arceſſere palam Servium] *Pal. prim. & Vict. ed.* acceſſere palam Servium. *Amſtelod.* acceſſere palam Servium.

Ulla lege] *al.* illa l.

Qua dicere non poterant] *al.* qui dicere. *al.* q. objicere n. p.

Summis Circenſibus ludis meis] ſummis *deeſt in veteri codice.*

Lege Scantinia] *al.* Caninia.

P. 490. Amplius quadraginta manſit] *MS.* amplius quadraginta diebus miſit. *vulgati*, amplius quadraginta dies manſit. *vid. Not.*

Domitio diem timori eſſe] *al.* idem timori.

Expecto te valde] *Vict.* te expecto valde.

Proinde doleas] *al.* perinde doleas.

Et ulciſci tuas ſolere] *ſic prim. Pal. Vict. al.* & tuas ulciſci ſolere.

EPIST. XIII.

Ætate jam ſunt decurſa] *al.* decuſſa. *Amſtelod.* detonſa.

Pudore Tulliæ] *al.* & prudentia Tulliæ.

Sub-

Sublatum iri] *al.* ſublaturi.

P. 491. Qui agendum cum tribunis plebis] *Peck.* quæ agendum cum tribunis plebis.

Stomacho eſt ſcilicet Pompeius Magnus] *prim. Pal. & Amſtelod.* ſtomachus eſt ſcilicet P. M. *Lamb.* ſtomacho eſt Magnus nunc ita languenti.

Vix id quod ſibi placeat, reperiant] *ſic Pal. prim. & Vict. al.* reperiat. *Amſtelod.* vix id quod ſibi placeant, reperiant.

Ut ratio eſſet ejus habenda qui neque exercitum neque provincias traderet] *al.* tradere vellet. *mſſ.* ut ratione ejus habenda, qui exercitum, neque provincias tradere. *Amſtelodam.* ut ratione ejus habenda, qui exercitum neque provincias tradidere. *Victor.* ut nec ratio eſſet ejus habenda.

Quemadmodum hoc Pompeius laturus ſit, cum cognoſcat, quidnam reip. futurum ſit] *al.* cum & cognoſcat. *al.* qu. h. P. l. ſit, cognoſcam q. r. f. ſ. *Amſtelod. Sigon. & Manut.* quemadmodum Pompeius laturus iſte, cum cognoſcam quidnam reip. futurus ſit.

Si aut non poſſit] *hæc in Amſtelod. & aliis v. codd. deſunt.*

EPIST. XIV.

P. 492. Arſacen capere] *Peck.* Arſacem capere.

Seleuciam expugnare] *prim. Pal.* & Seleuciam expugnare. *al.* Seleuceam expugnare.

Ut ne familiarem quidem ſuum quemquam tam oderit] *ſic mſſ. Peck. prim. Pal. Amſtelod. Vict. ed. al.* quempiam. *vulgo*, ut ne familiarem quidem ſuum, quem noſti, tam oderit.

P. 493. Cujus ego auctor fuerim] *Peck.* quojus ego a. f.

Superiore a vita] *ſic Amſtelod. Pal. prim. Peck. aliique. ſed Vict. ed.* ſuperiore vita. *vid. Manut.*

Quod judicium nunc in exſpectatione] *Amſtelod.* quod judicium exſpectationem. *al.* quod judicium non expectationem. *vid. Not.*

Me annum pacem non videre] *ſic mſſ. vulgo*, me etiamnum pacem non videre.

Quo propius ea contentio] *Peck.* quod propius e. c.

Quam fieri neceſſe eſt] *v. c.* quam videri neceſſe eſt.

Quod Cn. Pompeius conſtituit] *Victor. ed.* quo Cn. Pompeius conſtituit.

Sic illi amores] *ſic Vatic. prim. Pal. Vict. ed. Amſtelod.* Siciliam mores.

Invidioſa conjunctio] *v. c.* & ingens conjunctio.

Non ad occultam recedit obtrectationem] *ſic Amſtelod. Pal. prim. Vict. ed. vulgo*, non ad occultam recidit obtrectationem.

P. 494. Sed ad bellum ſe erupit] *ſic Peck. Amſtelod. aliique. vulgo*, ſed ad bellum erumpit. *al. tamen omiſſa particula*, ſed bellum erumpit. & bellum ſe erupit.

Neque mearum rerum quod conſilii capiam] *ſic mſſ. vulgo*, neque mearum rerum quid c. capiam.

Neque dubito quin te quoque] *Victor. & Amſtelod. mſ. aliique*, quod non dubito.

Et gratia & neceſſitudo eſt; tum cauſſam] *vid. Not.*

Sine armis cernetur] *al.* cernatur. *al.* certetur.

Omnino ſatis ſpatii ſit] *liber mſ.* omnino ſatis patefit.

Ad eligendam partem. Prope] *al.* ad eligendam partem tutiorem. Prope. *prim. Pal. Amſtelod. & ed. Ven.* ad eligendas utriſque copias, & eligendam partem. Prope. *v. c.* ad eligendas parteis. Prope.

P. 495. Lomentum aut nitrum eſſe] *al.* vitrum. *vid. Not.*

Nam ſordes eluere vult, venas ſibi omnes & viſcera aperit] *vid. Not. monſtra hic ſunt cum in aliis libris, tum in Amſtelodamenſi*, nam ſontesmulenaſci ſibi: omnis & viſcere aperit.

Quid putem futurum] *prim. Pal. & Amſtelod.* quod putem futurum.

Ferrum & vis judicabit] *ſic prim. Pal. Amſtelod. Vict. ed. vulgo*, ferrum & vis vindicabit.

Si ſine ſummo periculo] *prim. Pal. Amſte-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Amſtelod. aliique libri fere omnes, ſi ſine ſuo periculo. *vid. Manut.*

Spectaculum parabat] *al.* parabit.

EPIST. XV.

P. 496. Nunc tibi noſtri milites] *al.* num tibi n. m.

Malis orbiculatis eſſe paſti videntur? Quid jam, inquis? glorioſe omnia. ſi ſcias] *alii*, m. o. e. p. videntur. quid? jam, inquis, g. o. ſ. ſ. *alii*, m. o. e. p. videntur? Quid tam, inquis, glorioſum? Imo ſi ſ. *vid. Not.*

Si ſcias quam ſollicitus ſim] *Amſtelod. & Manut. ed.* ſi ſcias quam ſollicitus ſum.

P. 497. Cum expuliſſet ex Italia Pompeium] *Peck. prim. Pal. & Amſtelod.* Pompeius.

Niſi ſi maluit Pompeius Brundiſii circumſederi] *vid. Not. al.* niſi maluit.

Quod te videre & omnia intima conferre diſcupio] *ſic mſſ. vulgati*, niſi quod te videre & o. i. c. d. *Polit. cod.* qui te videre & o. i. c. d.

Sed tamen quodnam ob ſcelus] *Peck.* ſed tum quam hoc ſcelus. *Amſtelod.* ſed tamen quam ob ſcelus.

Adeo quod Intimelii in armis ſunt] *ſic mſſ. vulgo*, ideo quod Intimelii in armis ſunt.

Nobilem illi Cæſaris hoſtem] *ſic Peck. Amſtelod. aliique. vulgo* illic. *vid. Not.*

Comprehendit & ſtrangulavit] *al.* apprehendit & ſtrangulavit.

Eo cum quattuor cohortibus mihi] *ſic Victor. Lambin.* eo nunc cum quattuor cohortibus. *Manut. & mſſ.* eo nunc cohortibus mihi. *Amſtelod.* eo num coohortibus mihi.

P. 498. Vellem quidem Venere prognatus] *vid. Not.*

In veſtro Domitio] *Peck.* in noſtro Domitio.

Quantum Pſecade natus] *vulgo*, quantum ipſe ſenatus in hoc habuit. *vid. Not.*

EPIST. XVI.

P. 499. Neque non tamen quale eſſet] *vid. Not.*

P. 500. Iratus ſenatui exiit] *al.* iratus ſenatu exiit. *prim. Pal. Peck. Amſtelod.* iratus ſenatui exilit. *al.* exiliit.

P. 501. Tibi caræ ſunt] *Peck. aliique* curæ ſunt.

Quorum fortunas non debes velle conturbare] *al.* eorum fortunas n. d. v. c.

Te ſubiſſe] *ſic Vatic. Amſtelod. aliique. vulgo*, te prius ſubiiſſe.

Parum optimatem eſſe] *plerique veteres libri*, parum adoptatum eſſe.

De Hiſpaniis agamus] *ſic Vict. vulgo* de Hiſpanis.

Simul atque have mihi dixit] *alii*, ave. *al.* hæc. *vulgo* hanc. *vid. Not.*

P. 502. Eo demittas] *al.* eo dimittas.

Si te aut voces optimatium commovent] *al.* ſi te verba aut voces optimatum commovent.

Quæ cum confeceris, & ego] *al.* quæ quum tu feceris. *al.* quæ quum erunt confecta. *al.* quæ jam erunt confecta. id ſi feceris. *Polit. mſ.* quæ tamen cum feceris.

EPIST. XVII.

P. 503. Quam Formiis] *al.* quam Formias. *vid. Not.*

Cum tu profectus es] *Pal. pr.* quam tu profectus es. *al.* antequam tu.

Quod utinam ut Appius Claudius in iſta parte C. Curio. cujus amicitia me paullatim in hanc perditam cauſſam impoſuit] *vid. Not. & Manut.*

P. 504. Iracundia & amore] *al.* iracundiæ tumore. *al.* iracundia & timore.

Tum tu porro] *Medic. & alius mſ.* tu tu porro.

Ariminum veniſſem] *MS.* Arimini. *Medic.* Ariminum veniſſent.

Neque mihi conſuluiſti] *MSS. omnes*, neque me conſuluiſti.

P. 505. Timor veſtræ crudelitatis] *Peck.* timor noſtræ crudelitatis.

Niſi Pompeianus] *Medic.* niſi eſt Pompeianus.

Jam effeci] *prim. Pal. & Amſtelod.* jam effici.

Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Ut maxime plebs] *Amſtelod.* ut maxime prior. *vid. Not. Manut.*

Reliquias exſpectant] *al.* reliqua expecta. *vid. Not. Manut.*

Vincere coëgero] *al.* v. coëgere.

Irritavi in me Catonem] *Amſtelod. & Med.* Arruntanum me Catonem. *al.* Arruntanium me C.

Nec hæc adhuc mihi videmini intelligere] *ſic Amſtelod. al.* hæc *omittunt.*

Quam ſimus imbecilli] *ſic Peck. & Vict. ſed Amſtelod. & vulgati*, qua ſimus imbecilli.

P. 506. Nullius præmii ſpe faciam] *ſic Peck. Vict. ed. Amſtelod. vulgo*, nullius præmii ſpe facio.

Indignitatis cauſſa] *al.* indignationis cauſſa.

Quod firmiſſimum eſt] *Peck.* quod firmiſſimum eſt hæc. *Amſtelodam. & alii*, quod firmiſſimum hæc. *vid. Manut.*

Conſueverunt] *al.* conſuerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

7-10 . 2 voll

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
393 G 18